
XIV.
G.
22.

BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XIV
G
22
NAPOLI

Google

Digitized by Google

JOANNIS BAPTISTÆ
RIGANTII,
COMMENTARIA
IN REGULAS,
CONSTITUTIONES ET ORDINATIONES
CANCELLARIÆ APOSTOLICÆ;
OPUS POSTHUMUM.
TOMUS QUARTUS
Complectens Regulam XLIX. uſque ad poſtremam;
NECNON
Rerum omnium notabilium quæ in aliis quoque tribus Tomis continentur
INDICEM LOCUPLETISSIMUM.
AD
Eminentiſſimum, & Reverendiſſimum Principem
SILVIUM
S. R. E. CARDINALEM
VALENTI.



Juxta Exemplar Romæ excuſum,
COLONIÆ ALLOBROGUM,
Apud FRATRES DE TOURNES.

M. DCC. LI.

Digitized by Google

Eminentiſſ. ac Reverendiſſ. Principi

S I L V I O

TITULI S. PRISCÆ

S.R.E. PRESBYTERO CARDINALI

V A L E N T I

CAMERARIO ARCHIMANDRITÆ MESSANENSI

Sanctiſſimi Domini Noſtri

PAPÆ BENEDICTI XIV.

SUMMÆ REI A SECRETIS.

NICOLAUS, ET JOANNES BAPTISTA RIGANTII FELICITATEM.

QUARTA, ac poſtrema Commentariorum in ſingulas Apoſtolicæ Cancellariæ Regulas a Joanne Baptiſta Patruo noſtro, dum in humanis eſſet, conſcriptorum Pars, DEO bonorum omnium largitore, auſpice, & duce, tandem Typis impreſſa in lucem prodit. Hanc autem cum copioſiſſimo rerum omnium in aliis quoque tribus Voluminibus contentarum, & facili ſtudio reperiendarum Indice adornatam, ut Nos EMINENTIÆ TUÆ nuncupemus, Tuoque clariſſimo NOMINE decoremus, effecit & ipſa TUORUM in Apoſtolicam hanc Sanctam Sedem meritorum amplitudo, & præclariſſimorum munerum Dignitas. Quemadmodum enim utraque præcipuo quodam jure debitum hujuſmodi obſequium a Nobis exigit, ac ſibi vindicat, ita & ipſa omnium Apoſtolicæ Cancellariæ Regularum, atque earum præſertim, quæ in hac quarta Parte diſquiruntur, explicantur, confirmanturque tractatio præſentiſſimum ſibi TUUM Patrocinium merito expoſcit, & implorat. Nemo eſt qui ignoret TE, CARDINALIS AMPLISSIME, antequam in ſupremum S. R. E. Senatum cooptareris, ad graviſſima pro Apoſtolica Sede obeunda miniſteria deſignatum, iiſdem ſumma cum fide, ſapientia, felicitate, & prudentia laudabiliter fuiſſe perfunctum. Neque enim aliter fieri poterat, cum eximiæ generis, animique dotes, quas ab ineunte ætate aſſiduis bonarum Artium, doctrinarumque, maxime Eccleſiaſticarum ſtudiis ſemper excolere, atque augere curaſti, TE ubicumque commorantem redderent in

rebus

rebus agendis & gratum, acceptumque, & prudentem, ſapientemque adeo, ut inita omnium ordinum gratia, univerſi Te ſuſpicerent, tuiſque dictis, conſiliis, mandatiſque acquieſcerent: Unde eveniebat, ut diſſidentes Sacerdotii, Regnique leges, cum mutua Apoſtolicæ Sedis, Regumque lætitia, ſummaque cum Nominis Tui laude in concordiam revocares, exortiſque utrinque diſſidiis optatum finem imponeres. Tandem ita exigentibus egregiis virtutibus, meritiſque Tuis, Sacra Purpura, dum adhuc in Hiſpaniis reſideres, donatus, atque inibi ad ea dijudicanda, & componenda quæ ſupererant negotia manere juſſus, in hanc Almam Urbem Pontificiorum Comitiorum in Vaticanis Ædibus habendorum cauſa rediiſti. Poſtquam autem univerſus Catholicus Orbis maxima cum gratulatione BENEDICTUM XIV. Pontificem Optimum Maximum veneratus eſt, Te quoque Summæ Rei ab ipſius BENEDICTI ſecretis Præfectum, lætus, hilariſque ſuſpexit. Fore namque unuſquiſque ſibi perſuaſum certo habebat, quod ſuprema Catholicæ Eccleſiæ procuratio per incredibilem tanti Pontificis pietatem, ſapientiam, benignitatemque, accedente Eminentiæ Tuæ opera, ſollicitudine, & dexteritate bene procederet, quemadmodum per infinitam Omnipotentis DEI providentiam in aſpera temporum conditione eveniſſe lætamur, atque in dies experimur. Eapropter Sapientiſſimus Pontifex probe intelligens, quantum opere, ac ſermone valeres, quanti ab omnibus fieres, quantoque in honore, pretioque habereris, Officium quoque Camerarii S. R. E. vacans, una cum Sacræ Congregationis Propagandæ Fidei præpoſitæ Præfectura, Tibi gerendum contulit. Ad ſingula vero hujuſmodi Munera rite, ſanćteque præſtanda, etſi totus, ut dicitur, homo requiritur, Tu tamen omnia ea facilitate, ea elegantia, ea celeritate, ac proſperitate iiſdem integerrime ſatisfacis, ut quiſque admirans, meritis laudibus virtutem Tuam efferat, atque prædicet. Hiſce igitur, Eminentissime Princeps momentis ducti, Commentaria hæc Nomini Tuo tanquam debita inſcribimus, atque pro iiſdem Te Patronum expoſtulamus. Excipe igitur Eminentissime Princeps Opus qualecumque ſit ea, qua ſoles humanitate, atque una cum Opere Nos in Tuam Clientelam recipe, fove, ac protege.

IMPRIMATUR,

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sac. Palatii Apoſtolici.

F. M. de Rubeis Archiep. Tarſ. Viceſg.

IMPRIMATUR

Fr. Aloyſius Nicolaus Ridolfi Ordinis Prædicatorum, Sac. Palatii Apoſt. Magiſt.

JOAN-

JO. BAPTISTÆ RIGANTII COMMENTARIA IN REGULAS, CONSTITUTIONES, ET ORDINATIONES CANCELLARIÆ APOSTOLICÆ.

REGULA XLIX.

De Diſpenſationibus in gradibus Conſanguinitatis.

VOLUIT, quod in litteris Diſpenſationum ſuper aliquo gradu Conſanguinitatis, vel Affinitatis, aut alias prohibito, ponatur clauſula: *Si mulier rapta non fuerit*. Etſi ſcienter, ponatur clauſula *addita in quaterno*.

ARGUMENTUM.

DIſpenſationes ſuper impedimentis Matrimonium dirimentibus primis decem Eccleſiæ Seculis Apoſtolica Sedes, ad quam privative quoad Epiſcopos diſpenſandi facultas pertinet, impertiri non conſuevit, & quis primus ex Pontificibus illas conceſſit? In primo Conſanguinitatis gradu in linea recta, Pontifices diſpenſare non poſſunt, & quid in linea tranſverſali? Poſſe tamen diſpenſationem elargiri in primo gradu affinitatis lineæ rectæ, haud ambigitur; nulla tamen hucuſque adſunt hujuſmodi diſpenſationum exempla, licet pluries diſpenſatum fuerit in primo affinitatis gradu in linea recta ex actu fornicario proveniente, & exponitur differentia, quæ viget inter affinitatem reſultantem ex actu fornicario, & eam, quæ ex legitimo reſultat Matrimonio. Nuptiæ inter primo gradu affinitatis in linea tranſverſali conjunctos, prohibitæ non ſunt Jure naturali, & Divino, ſed Jure tantum Eccleſiaſtico, ſuper quo plena gaudent Pontifices diſpenſandi facultate, eaque pluries uſi ſunt; & an expediat ſuper dicto gradu diſpenſare? In Literis Diſpenſationum ſuper gradu aliquo Conſanguinitatis, vel affinitatis, aut alias prohibito mandat Regula poni clauſulam — *Si mulier rapta non fuerit* — pro cujus verificatione non requiritur judicialis

cauſa

cauſæ cognitio, ſed ſufficit extrajudicialis informatio. Omittitur tamen clauſula præfata in Literis Diſpenſationis ſuper *ipſo raptu*. Explicatur, quid ſibi velit Regula in verbis illis -- *Et ſi ſcienter, ponatur clauſula addita in quaterno* -- Et exponitur diſpoſitio Concilii Tridentini circa Matrimonium inter Raptorem, & Raptam. Raptus non animo contrahendi Matrimonium, ſed cauſa explendæ libidinis, vel aliam ob cauſam, commiſſus, non eſt impedimentum dirimens, nec diſpenſationem impedit, licet aliter dicendum, ſi cauſa libidinis explendæ ſimul, & Matrimonii contrahendi ſequutus fuerit. Ex quibus vero inducatur Raptus, & an committatur reſpectu Mulieris volentis, & conſentientis, præſertim invitis, ſeu inſciis Parentibus, Tutoribus, aut Fratribus ſub quorum cura extitit, plene examinatur; Et quid ſi Mulier, quæ invitis Parentibus, aut Tutoribus conſenſit, fuerit prius Raptori deſponſata? Sequuto vero Raptu, tametſi cum conſenſu puellæ, eoque etiam purgato, ſi indigeant ipſi Apoſtolica Diſpenſatione ſuper aliquo conſanguinitatis, vel affinitatis impedimento, tenentur de præcedenti Raptu mentionem facere, alias ſubreptitia erit Diſpenſatio, & quare? In Literis Diſpenſationis ſuper Raptu injungitur Raptori obligatio dotandi Raptam competenter arbitrio Exequutoris, quæ obligatio a Concilio quoque Tridentino demandatur, & donec hujuſmodi dotatio ſequatur, poteſt Exequutor Diſpenſationis Literis exequutionem denegare, & quid ſi mulier dives fuerit, & nolit per Raptorem dotari? Adjicitur quoque in iiſdem Literis Decretum, *quod Raptor raptæ ſupervivens perpetuo abſque ſpecie conjugii remaneat*, & examinatur, an ſecundum Matrimonium, defuncta jam Rapta, a Raptore contractum, non obtenta relaxatione ejuſdem Decreti, quod certis aliis in caſibus adjici quoque ſolet, ſit nedum illicitum, ſed etiam invalidum? Matrimonia a filiis familias contracta in Galliis invitis, & reluctantibus Parentibus, etiamſi nullæ præceſſerint Canonicæ Denunciationes, ſunt omni jure valida, Regiæque Ordinationes ſuper illorum nullitate promulgatæ, aut irritæ prorſus ſunt, aut intelligi debent quoad effectus civiles, non quoad validitatem Sacramenti. Poſtremo ſuſe agitur, an præter pœnas a jure ſtatutas, expediens ſit ut novis pœnis, & quibus, plectantur contrahentes Matrimonia ſine Denunciationibus Canonicis, nec non Parochi, ac Teſtes iiſdem aſſiſtentiam præſtantes. Et hac occaſione exponitur qualis fuerit ſenſus S. Congregationis Concilii, tum priſcis, tum modernis temporibus, ſuper novis pœnis, earumque qualitate, dicto caſu imponendis.

SUMMARIUM.

1 *Super gradibus Matrimonium dirimentibus Pontifici ſolum privative quoad Epiſcopos permiſſum eſt diſpenſare.* & n. 2.

3 *Reprobatur abuſus vigens in Galliis, quod Epiſcopi ſuper gradibus præfatis aliquando diſpenſarent.*

4 *Matrimonia inter Conſanguineos cum Epiſcoporum diſpenſatione contracta, Sedes Apoſtolica non revalidat in radice, ſed ea de novo juxta formam Concilii Tridentini contrahi mandat.*

Niſi multitudo fuerit in cauſa, & adſit bona fides, quo caſu ea in radice revalidat. ibid.

Et modernis temporibus nec revalidat, ſed reſcribere ſolet -- exiſtentes in bona fide non eſſe inquietandos. ibid.

5 *Sedes Apoſtolica ſpatio pluſquam decem Sæculorum Diſpenſationes ſuper gradibus præfatis indulgere noluit.*

6 *Qui primus fuerit ex Pontificibus, qui pro Matrimouiis contrahendis illas conceſſit?* & n. 7. & 9.

8 *Reprobatur* Thomaſſin. *exiſtimans uſque ad tempus Paſchalis II. denegatas fuiſſe diſpenſationes ſuper Matrimoniis inter Conſanguineos, & Affines male contractis.*

10 *Clemens V. primus in Hiſpaniis diſpenſavit ſuper ſecundo, & tertio Conſanguinitatis gradibus, pro Matrimonio contrahendo.*

11 *Diſpenſationem in radice Matrimonii nulliter contracti, primus indulſit Bonifacius VIII.*

12 *Nuptiæ in primo Conſanguinitatis gradu in linea recta ſunt prohibitæ de jure naturæ, nec Pontifex ſuper iis diſpenſare poteſt.*

Et an jure itidem præfato ſint prohibitæ in aliis gradibus ejuſdem lineæ rectæ primo excepto? Remiſſive ibid.

13 *Papa, an diſpenſare valeat in primo Conſanguinitatis gradu in Linea tranſverſali?* & num. 14.

15 *Diſpenſationem hanc ad noſtra huc uſque tempora Pontifices nunquam conceſſerunt.*

Eamque Clemens VII. denegavit filio naturali Henrici VIII. Anglorum Regis, qui Sorori nubere cupiebat.

16 *Vindicatur Martinus V. ab Impoſtura, quod cuidam permiſerit Sororem germanam in Uxorem ducere.*

17 *Matrimonium, quod Dux Armaniacus cum Sorore contraxit, initum fuit cum falſa diſpenſatione Calixti III.*

18 *Nuptiæ inter conjunctos primo gradu Affinitatis*

nitatis in linea recta, prohibita ſunt de jure naturæ, nec ſuper iis Pontifex diſpenſare poteſt.

19 *Contrarium, quod Conjugia interdicto gradu conjunctos ſint prohibita Jure Eccleſiaſtico, quodque permitti poſſint a Pontifice.* & numer. 20. & 21.

22 *Et ſententiam hanc pluries ſequuta fuit Sacra Congregatio Sanctiſſimæ Inquiſitionis.*

Inſpecta tamen hujuſmodi Conjugiorum turpitudine, & indecentia, Pontifices nunquam ſuper primo gradu Affinitatis in linea recta diſpenſarunt. n. 25. & 27.

Et referuntur exempla denegatæ hujuſmodi Diſpenſationis. d. n. 25. & n. 26.

23 *Jure civili probibitum eſt Conjugium inter Privignum, & Novercam.*

24 *Nec non inter Vitricum, & Privignam.* & numer. 18.

Ac inter Socerum, & Nurum, Generum, & Socrum, dict. n. 24.

28 *In primo gradu Affinitatis in linea recta proveniente ex actu fornicario, Sedes Apoſtolica diſpenſare conſuevit.*

29 *Traditur differentia, quæ militat inter Affinitatem, quæ oritur ex actu fornicario, & illam quæ ex legitimo Matrimonio reſultat.*

30 *Cardinales de Latere Legati potiri ſolent Apoſtolica facultate diſpenſandi ſuper Affinitate cujuſcumque gradus orta ex occulta fornicatione.*

31 *Super primo gradu Affinitatis in linea Tranſverſali, poſſunt Pontifices diſpenſare.* & numer. 32.

33 *Hac diſpenſandi facultate primus omnium uſus fuit Martinus V.*

34 *Deindeque Succeſſores Pontifices, & ante, & poſt Concilium Tridentinum Diſpenſationes hujuſmodi conceſſerunt, & referuntur exempla.*

35 *Indulgeri tamen non ſolet hujuſmodi diſpenſatio, niſi concurrant graves, & urgentes Cauſæ, quæ turpitudini dicti conjugii præponderent.*

36 *Nuptias inter Conjunctos primo Affinitatis gradu in linea tranſverſali execrari ſolent nonnullæ Nationes Catholicæ, præſertim Polona.*

37 *Imo Leviticorum Conjugia cum relicta Fratris defuncti cum liberis, omnino erant improbata, permiſſa vero, & demandata ad ſuſcitandum ſemen Fratris defuncti ſine filiis.*

38 *Et Innocentius III. cum Livonienſibus ad fidem converſis diſpenſavit, ut cum Relictis Fratrum qui abſque filiis deceſſerunt remanere poſſent.*

39 *Diſpenſatio, ut Frater Relictam fratris ducere poſſit, urgentiores cauſas requirit, ſi ex priori Conjugio filii relicti fuerint. Et reſpondetur contrariis rationibus.* numer. 40. & 41.

Referuntur nonnulla exempla conceſſa hujuſmodi Diſpenſationis. n. 44.

42 *Dictio SI, præſertim a lege prolata conditionem importat.*

43 *Pro diſpenſatione ad effectum ut Fœmina nubat defuncti Viri fratri, requiruntur cauſæ magis efficaces, quam ſi a Viro contrahendum eſſet Matrimonium cum defunctæ Uxoris Sorore.*

44 *Contrarium, quod utroque caſu æquale ſit vinculum Affinitatis, & par turpitudinis ratio.*

46 *In Literis Apoſtolicis Diſpenſationum ſuper gradibus Conſanguinitatis, vel Affinitatis, aut alias prohibitis, inſeri debet vigore Regulæ clauſula* -- ſi Mulier rapta non fuerit.

Idque ſervabatur etiam ante Concilium Tridentinum. n. 9.

Et redditur ratio Regulæ. d. n. 46. 51. 94.

47 *Clauſula præfata, etiam ſi fuerit omiſſa, adhuc ſubintelligitur.*

48 *Et pro illius verificatione non requiritur judicialis Cauſæ cognitio; ſed ſufficit, extrajudicialis informatio.*

49 *Inter Raptorem, & Raptam, non poteſt de Jure Civili contrahi Matrimonium.* & numer. 74.

Quemadmodum nec poterat contrahi de Jure Canonico antiquo. n. 75.

50 *Sed Conſtitutione Lucii III. & Innocentii III. comprobata ſunt Matrimonia inter Raptorem, & Raptam, ſi prior diſſenſus, tranſeat in conſenſum.* & n. 76.

Traditur ratio, cur Jus Canonicum Matrimonia præfata comprobaverit, Jus civile irrita reddat. n. 77.

51 *Regula, Juri Civili, & non Canonico adhæſit.*

52 *Jure noviſſimo Concilii Tridentini, Matrimonium inter Raptorem, & Raptam non ſubſiſtit, niſi ad invicem ſeparentur, & in loco libero, ac tuto conſtituta Mulier, Raptorem in Virum habere conſentiat.*

Quod, & ante Concilium ſervari, nonnulli DD. autumarunt. n. 79.

53 *Clauſula* -- ſi rapta non fuerit -- *aliquantulum hodie eſt immutata in Literis Apoſtolicis, & quomodo?*

54 *Raptus ſequutus non animo contrahendi nuptias, ſed explendæ libidinis cauſa, vel aliam ob cauſam, non impedit Matrimonium contrahendum.*

55 *Nec proinde impedit exequutionem Diſpenſationis obtentæ cum clauſula* -- dummodo propter hoc rapta non fuerit.

56 *Impedimentum Criminis non oritur ſi Vir Uxorem occidat non ad effectum contrahendi Matrimonium cum Amaſia, ſed ut liberius libidini vacare poſſit.*

57 *Raptus expletus cauſa libidinis ſimul, & Matrimonii, ſubjacet Decreto Conciliari, perinde ac commiſſus fuiſſet ad ſolum finem contrahendi Matrimonium.*

58 *Idem dicendum de Raptu fœminæ corruptæ, ſive Meretricis, aut alterius inhoneſtæ Perſonæ.*

59 *Et an Raptum productivum impedimenti dirimentis, faciat fœmina præpotens, quæ rapiat Adoleſcentem, & ſic rapto nubat?*

60 *Regula in ſecunda parte quid ſibi velit per verba illa* -- Et ſi ſcienter ponatur clauſula addita in quaterno. & n. 61.

62 *Raptus non præſumitur, illiuſque excluſio quomodo probetur?*

63 *Ad illum inducendum duo requiruntur, abductio nempe de loco ad locum, & violentia.*

64 *Detentio Mulieris, quæ ſub Raptu non comprehenditur, diſpenſationem non impedit. Et dantur exempla.* & n. 66.

66 Raptus non committitur, ſi Mulier ſit ſui juris, rapi velit, ac raptui conſenſum præſtet. Contrarium, etiam inſpecto jure Canonico, & de ratione. num. 72. 73. & 80.

Intellige poſteriorem hanc ſententiam, ſi Raptus ſit juxta terminos Juris civilis, cum aliqua nempe violentia; Et ita reſolutum à Sac. Congregatione Concilii. numer. 83. 84. & 85.

68 Raptus, an committatur, ſi Mulier ſui juris non ſit, & conſentiat abduci, invitis, ſeu inſciis Parentibus, Tutoribus &c. controverſa Quæſtio eſt.

69 At ſententia, quæ tenet, Raptum committi, verior eſt. & n. 85.

Eamque ſequuta fuit S. Congregatio Concilii, cujus Decretum exſcribitur. n. 70.

86 Limita, ſi Mulier, quæ Raptui conſenſum præſtitit, fuerit prius deſponſata, ſeu conſenſerit Matrimonio, & de ratione. & numer. 87.

88 Explicantur nonnulli DD. aſſerentes, præcedentem tractatum Matrimonii excludere Raptum, ut ſcilicet intelligi debeant non de quocumque tractatu, ſed de tractatu concluſo, aut per Sponſalia, aut per mutuum conſenſum inter partes.

89 Et tractatus iſte evinci debet per undique claras probationes.

90 Nec ſufficit ſola confeſſio Mulieris adminiculis deſtituta.

91 Maxime, ſi emiſſa fuerit tempore, quo adhuc in Raptoris poteſtate manebat.

92 Sequuto Raptu cum Puellæ conſenſu, eoque etiam purgato, ſi Raptor, Raptaque ob aliquod Conſanguinitatis, vel Affinitatis impedimentum indigeant Apoſtolica diſpenſatione ad Matrimonium contrahendum, tenentur de præcedenti Raptu mentionem facere, alias Gratia erit ſubreptitia.

93 Redduntur rationes. & numer. 94. & 95.

96 Ac ita pluries decrevit S. Congreg. Concilii. & n. 97.

98 In Literis Apoſtolicæ Diſpenſationis ſuper ipſo Raptu omittitur clauſula -- rapta non fuerit.

99 Exſcribitur tenor hujuſmodi Literarum.

100 Si purgato Raptu velit Raptor Raptam in Uxorem ducere, tenetur eam arbitrio Ordinarii competenter dotare.

Et donec hujuſmodi Dotatio ſequatur, poteſt Exequutor Literis Apoſtolicis ſuper diſpenſatione exequutionem denegare. numer. 101.

102 Et quid, ſi Mulier fuerit dives, itaut Dote non indigeat, nolitque per Raptorem dotari?

103 In Literis diſpenſationum ſuper Raptu, adjicitur etiam Decretum -- quod ſi Raptor Raptæ ſupervixerit, perpetuo abſque ſpe Conjugii remaneat.

104 In aliis iiſdem Literis Apoſtolicarum Diſpenſationum, adjici ſolet conſimile Decretum.

105 Eoque ſtante, nequit ſecundum Matrimonium contrahi abſque prævia illius relaxatione a Pontifice obtinenda.

106 Relaxatio tamen præfata de facili conceditur, facta expreſſione, quod Conjux ſuperſtes continenter vivere diffidat.

107 Matrimonium contractum, non obtenta ejuſdem Decreti relaxatione, validum eſt, ſed illicitum. & numer. 111. & 122.

Et ita reſolutum anno 1705. a Congregatione particulari. dict. numer. 111.

108 Poteſt Pontifex Perſonam aliquam inhabilem reddere ad Matrimonium contrahendum.

109 Et poteſtate hac quamplures Pontifices uſi ſunt.

110 Matrimonium adverſus Pontificis inhibitionem contractum, nullum eſt, ſi inhibitio contineat Decretum irritans, validum vero, ſi Decreto præfato ſit deſtituta.

113 Matrimonia a filiis familias in Galliis contracta reluctantibus, & non conſentientibus Parentibus, ex quampluribus Galliarum Regum Edictis, irrita ſunt.

114 Contrarium, quod Matrimonia præfata etiam in Galliis ſint valida, tam de Jure civili, quam Canonico antiquo. & numer. 115. & 121.

116 Nec non Concilii Tridentini. & numer. 117.

Et quid in eodem Concilio actum, diſcuſſumque fuit circa Matrimonia filiorum familias? dict. numer. 116. & 117.

118 Concilium Tridentinum anno 1615. fuit generaliter acceptatum a Clero Gallicano.

119 Et eſt in Gallia receptum quoad omnia, & ſingula Decreta fidei, Canoneſque ſuper controverſis Doctrinæ capitibus conditos.

120 Decreta Concilii Tridentini circa validitatem Matrimonii filiorum familias, non reſpiciunt mores, ſed Doctrinam.

Quemadmodum, nec alia ejuſdem Concilii Decreta circa validitatem, vel invaliditatem Sacramentorum. ibid.

121 Eorumque obligatio non pendet a Populorum acceptatione.

123 Regum Galliarum Ordinationes reſpicientes invaliditatem Matrimoniorum, quæ diſſentientibus Parentibus a filiis familias contrahuntur, vel nulla ſunt, & de ratione.

Eaſque nec Judices Eccleſiaſtici in Galliis ſequi tenentur. n. 124.

125 Vel intelligendæ, non quoad vinculum Sacramenti, ſed ſolum quoad contractum civilem reſpectu Dotis, ſucceſſionis filiorum, exhæredationis &c. & numer. 127. & 128.

126 Sicque etiam intelligi debent ſimiles Ordinationes Caroli V. Imperatoris, & Philippi IV. editæ pro Matrimoniis filiorum familias in Belgio.

129 Improbantur Arreſta Parlamentorum Franciæ, quæ Matrimonia filiorum familias, diſſentientibus Parentibus contracta, aliquando invalida, etiam quoad vinculum Matrimonii declararunt. & numer. 130.

131 Et ſpretis hujuſmodi Arreſtis, S. Congregatio Concilii pro eorumdem Matrimoniorum validitate, reſpondit.

132 Canonicæ Denunciationes pro Matrimoniis contrahendis, neceſſariæ ſunt neceſſitate præcepti, non Sacramenti, earumque omiſſio Matrimonium non irritat.

133 Regum Galliarum Ordinationes circa neceſſitatem Denunciationum pro validitate Matrimoniorum in Galliis, intelligi debent quoad effectus civiles, non pro validitate Sacramenti. & numer. 140.

134 Contrahentibus in Urbe Matrimonia ſine Denunciationibus, & non petita licentia

Emi

Emi Vicarii, nulla pœna ſpiritualis, aut temporalis impoſita reperitur, ſed tam Contrahentes ipſi, quam Teſtes, & Parochus puniuntur pœna vel Carceris, vel alia arbitrio ejuſdem Card. Vicarii.

135 *Alias in S. Congregatione Concilii de ordine ſan. mem. Clemens XI. diſcuſſum fuit, an expediat, ut Urbis Vicarius imponat pœnam aliquam temporalem, vel ſpiritualem contra ſupradictos reſpective Tranſgreſſores, & quam? Reſolutumque* nihil innovandum. numer. 183.

136 *Parochi, qui omiſſis Denunciationibus Canonicis aſſiſtentiam præſtant Matrimonio, ſuſpendi debent ex Decreto Concilii Lateranenſis per triennium ab officio, gravius puniendi, ſi culpæ qualitas poſtulaverit.*

137 *Pœnam hanc non ſuſtulit Concilium Tridentinum* ſeſſ. 24. cap. 1. de Reformat.

Non ſunt tamen Parochi plectendi pœna Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ. n. 166.

138 *Pœnam Contrahentium Matrimonium omiſſis Denunciationibus, tam ex Concilio Lateranenſi, quam Tridentino, eſt arbitraria.* & n. 139. & 142.

Et Archiepiſcopo Bracharenſi poſtulanti a Sac. Congregatione remedium aliquod ad occurrendum Matrimoniis hiſce clandeſtinis, reſponſum fuit -- ſatis proviſum per Concilium. numer. 184.

140 *Contrahentes Matrimonium abſque præſentia Parochi, vel ſufficienti Teſtium numero, graviter arbitrio Ordinarii puniendos eſſe decernit Concilium Tridentinum.*

141 *Contrahentes vero in gradu prohibito abſque Denunciationibus, mandat idem Concilium,* quod ſeparentur, & ſpe diſpenſationes conſequendæ careant.

144 *Adverſus contrahentes Matrimonium abſque Denunciationibus, graves pœnas ſtatuendas eſſe, eam præſertim Exilii, exiſtimant nonnulli DD.* & numer. 172.

Et ex legibus Hiſpanarum puniuntur contrahentes præfati pœna exhæredationis, Confiſcationis bonorum, & Exilii. n. 173.

145 *Pœna tamen Excommunicationis adverſus Contrahentes præfatos imponi poteſt per Epiſcopos.*

146 *Et impoſita reperitur in quampluribus Synodalibus Conſtitutionibus.* & numer. 147. 148. 150. 151.

152 *Sed pœnam Excommunicationis imponendam non eſſe cenſuit* Sotus, *& quare?*

153 *Temporibus Cardinalis* Bellarmini *nullum adhuc a S. Congregatione Concilii adinventum erat remedium pro tollendo gravi abuſu circa Matrimonia clandeſtina ex defectu Denunciationum.*

154 *Referuntur quamplura ejuſdem S. Congregationis Decreta, quibus nulla præſcribitur certa pœna adverſus contrahentes Matrimonia ſine Denunciationibus, ac Teſtes eiſdem adſiſtentes, ſed ea Ordinariorum arbitrio remittuntur.* & numer. 155. 156. & 157.

158 *Verum Epiſcopo petenti, quod adverſus Matrimonium contrahentes abſque Denunciationibus conſtituatur pœna Excommunicationis latæ ſententiæ Sedi Apoſtolicæ reſervata, S. Congregatio Concilii reſpondit, ſatius eſſe, ut ſtatuatur pœna Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, a qua non poſſint abſolvi, niſi peracta prius publica pœnitentia.* & numer. 161. & 165.

159 *Et hujuſmodi pœna uniformis eſt illi, quæ imponitur* in cap. Omnis utriuſque ſexus de Pænit. & Remiſſ. *& Canoni Concilii Londinenſis.*

Aliquando etiam S. Congregatio præfata reſcripſit, quod ſuper remediis opportunis agatur in Synodo Diœceſana, ac de iis certior reddatur S. Congregatio. numer. 162.

Aliquando vero, quod Contrahentes, & Cooperatores puniantur graviter, & publice, etiamſi abſentes, & contumaces fuerint. numer. 163.

Et an graviori pœna plecti debeant, ſi Matrimonium conſumaverint? n. 174.

160 *Edictum Epiſcopi irrita declarans Matrimonia abſque Denunciationibus contracta, nullum eſſe, & abolendum, reſpondit alias S. Congregatio Concilii.*

167 *Poſſunt Epiſcopi pœnis etiam pecuniariis, locis Piis applicandis, punire contrahentes Matrimonia abſque Denunciationibus.* & n. 143. 169. & 172.

168 *Nec non eos, qui contrahunt coram Parocho ex juſta cauſa diſſentiente.*

170 *Quemadmodum & Teſtes qui in ſupradictis caſibus Matrimonio aſſiſtentiam præſtant, quatenus tamen ſint in dolo.* & numer. 175. & 177.

Et Teſtes præfati in nonnullorum Sententia puniri poſſunt etiam pœna Relegationis. numer. 178.

176 *Teſtes Matrimonio Clandeſtino aſſiſtentiam ſcienter præſtantes, peccant mortaliter.*

179 *Si per Conſtitutionem Synodalem, vel Edictum pœna aliqua imponendæ ſint adverſus contrahentes Matrimonium ſine Denunciationibus, bonum eſſet, quod ſub iis comprahendatur Procurator, ſi per ipſum contrahatur.*

Et ſic ſervatum fuit a Synodo Toletana. numer. 137. & 180.

181 *Quodque, etiam comprehendantur omnes præſtantes conſilium, auxilium, vel favorem, ut dictum fuit in Synodo Provinciali Neapolitana, & in nonnullis Reſolutionibus S. Congregationis.* numer. 150. 155. & 156.

182 *Leges reſpiciunt tantummodo caſus futuros, non præteritos.*

AD Sedem Apoſtolicam privative quoad Epiſcopos jus pertinere diſpenſandi ſuper gradibus Matrimonium dirimentibus, vix in dubium revocari poteſt. Cum enim ab Eccleſia univerſali, ſive illius Capite Romano Pontifice ſint impedimenta præfata inſtituta, diſpenſatio ſuper eis, ad Caput ipſum univerſalis Eccleſiæ, non ad Epiſcopos ſpectat, ut collectis undique antiquorum PP. teſtimoniis, Conciliorum Decretis, ac Hiſtoricis monumentis, pleniſſime demonſtrat *Joannes Solier* in Libello *Tholoſæ* impreſſo anno 1692. & Gallico idiomate conſcripto cui titulus -- *L'opinion des Canoniſtes que le Pape ſeul peut diſpenſer ſur l'empêchement diriment de Mariage introduits par le Droit Pontif.* -- *Cabaſſut. in Theor. & Prax. Jur. Canon. lib. 3. cap. 27. pag. 329. & in Not. Eccleſ. Secul. 16. in Not. ad Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. cap. 25. de Matrim. numer. 65. pag. mihi 260. Battaglin. Hiſtor. Concil. tom. 2. a pagina* 55. ubi reſpondet Epiſco- 1

porum querelis. *Morin. de Pœnit. pag.* 479. *n.*
10. *Natal. Alexandr. Theolog. Dogmat. tom.* 2.
de Sacr. Matrim. art. 13. *Reg.* 11. *&* 12. *pag.* 134.
juxta Venet. Impreſſ. anni 1705. *Clericat. de*
Matrimon. deciſ. 28. *numer.* 22. *Garc. de Beneſic.*
part. 11. *cap.* 5. *a numer.* 341. *& ſeqq. Corrad. in*
Prax. diſpenſat. lib. 8. *cap.* 4. *num.* 34. *Fagnan.*
in cap. Nimis a numer. 25. *ad fin. de Filiis*
Preſbyt. Reding. Hiſtor. Concilii tom. 4. *pagina*
356.

2 Hinc, cum alias Epiſcopus Syracuſanus Li-
teris datis ad clar. mem. Cardinalem *Corradum*
ſan. mem. Alexandri VII. Prodatarium narraſſet,
in Diæceſibus ſuæ conterminis nonnullos Epiſco-
pos eam ſequi ſententiam, quod poſſent in ca-
ſu urgentiſſimæ neceſſitatis ante contractum Ma-
trimonium ſuper Impedimento publico dirimen-
te diſpenſare, ductos, ut ajebat, auctoritate, &
rationibus per *P. Vincentium Tancredi* allegatis
in Quæſtionibus moralibus *tom.* 1. *quæſt.* 78. con-
ſiliumque peteret, an eadem ſibi liceret uti fa-
cultate, Re per laudatum Cardinalem expoſita
Pontifici, diſcuſſum fuit ejus mandato in S. Con-
gregatione Concilii Dubium -- *An Epiſcopus in*
caſu urgentiſſimæ neceſſitatis poſſit ante contractum
Matrimonium in Impedimento publico diſpenſare:
Et die 13. *Martii* 1660. prodiit reſponſum --
Negative. Succeſſive vero cum ab Eminentiſſi-
mis ejuſdem S. Congregationis Concilii PP. in-
junctum fuiſſet DD. Qualificatoribus Sanctiſſi-
mæ Inquiſitionis, ut propoſitionem quoad præ-
tenſam a nonnullis Epiſcopis facultatem diſpen-
ſandi certis in caſibus ſuper gradibus Matrimo-
nium dirimentibus, qualificarent, prodiit qualifi-
catio his verbis concepta -- *Propoſitio aſſerens,*
Epiſcopum poſſe diſpenſare in publico Impedimen-
to Matrimonii dirimente Conſanguinitatis pro Ma-
trimonio contrahendo ſive in articulo mortis, ſive
in alia urgentiſſima neceſſitate, in qua Contra-
hentes non poſſint expectare Diſpenſationem Sedis
Apoſtolicæ, eſt falſa, temeraria, ſcandaloſa, per-
nicioſa & ſeditioſa. Deindeque eadem S. Con-
gregatio Concilii *die* 19. *Januarii* 1661. cenſuit --
mox exſcriptam propoſitionem eſſe falſam, & te-
merariam.

3 Et abuſum vigentem in Galliis, quod Epi-
ſcopi ſuper gradibus prohibitis, & Matrimonium
dirimentibus, aliquando diſpenſarent *non ſine in-*
tolerabili Conciliorum, Romanorumque Pontifi-
cum deſpectu, ut inquit *Cabaſut. in Not. Ec-*
cleſ. ſæcul. 16. *in Not. ad Concil. Trident. ſeſſ.*
24. *cap.* 5. *de Matrim. num.* 65. quam plurima
Gallicanarum Provinciarum Concilia evellere ſtu-
duerunt, Concilium nempe *Turonenſe* celebra-
tum anno 1583. Coocilium *Tholoſanum* anno
1590. *tit. de Matrim.* Concilium *Narbonenſe*,
anno 1609. *eod. tit.* de quibus idem, *Cabaſut.*
loco cit. & in Theor. & Prax. Jur. Canon. lib. 3.
cap. 27. *numer.* 6. *Natal. Alex. Theolog. moral.*
tom. 2. *de Sacram. Matrim. art.* 13. *Regul.* 12.
pag. 134.

Nulla igitur, & irrita ſunt Matrimonia inter
Conſanguineos, vel Affines contracta cum Diſ-
penſatione ab Epiſcopis impertita, nec Sedes A-
4 poſtolica Matrimonia præfata revalidat, permit-
tendo, qood in iis Contrahentes remanere poſ-
ſint, ſed mandat de novo contrahi ſervata forma
Concilii Tridentini. Solumque, ubi multitudo
fuit in cauſa, quia nempe bona fide fuerunt nul-
liter Matrimonia contracta inter Conſanguineos,
& Affines præviis Diſpenſationibus Epiſcopo-
rum, aut Miſſionariorum diſpenſandi facultate
carentium, vidi illa in radice revalidata ſine no-
vo conſenſu, ad evitandam ſtragem tot Matri-
moniorum, & ne Conſcientiæ inquietentur, ut
in caſu *Avenionen.* de anno 1693. Et modernis
hiſce temporibus Sedes Apoſtolica nec expreſſe
dicta Matrimonia revalidat, ſed reſcribere ſo-
let -- *non eſſe inquietandos exiſtentes in bona*
fide.

At vero Patrum, Conciliorumque Decreta
ſuper gradibus Matrimonium dirimentibus, priſ-
cis Eccleſiæ temporibus tanta habita fuerunt in
veneratione, quod Sedes Apoſtolica ſpatio pluſ- 5
quam decem Seculorum Diſpenſationes ſuper gra-
dibus præfatis indulgere noluit. Defenſores enim
Divinorum Canonum, & Cuſtodes, non præ-
varicatores, ſe jactabant Pontifices, *& Marti-*
nus I. Epiſtol. 9. *Canones*, inquit, *Eccleſiaſticos ſol-*
vere non poſſumus, qui Defenſores, & Cuſtodes
Canonum ſumus, non tranſgreſſores, apud *Tho-*
maſſin. tom. 2. *lib.* 3. *cap.* 25. *numer.* 9. *Solier* in
laudato *Opuſcul. L'opinion des Canoniſtes &c.*
cap. 6. *pag.* 106. *& ſeqq.* Cumque nobilis qui-
dam Gallus Roma redux ſimilem ſibi datam
diſpenſationem a *Gregorio III.* Pontifice jactita-
ret, ejuſque vigore Matrimonium inire præten-
deret, graviſſime Gallia omnis ſcandalizata re-
manſit, & ab Apoſtolo *Bonifacio* credere id
recuſante conſultus *Zaccharias Gregorii* Succeſ-
ſor, reſpondit *Epiſtol.* 1. *cap.* 5. *abſit, ut Præ-*
deceſſor noſter hoc ita credatur præcepiſſe; Nec
enim ab Apoſtolica Sede illa diriguntur quæ con-
traria eſſe Patrum, ſive Canonum inſtitutis repe-
riuntur, ut refert *Baron. ad annum* 472. *num.*
10. *Thomaſſin. & Solier locis cit.* Auctor Libri
cui titulus -- *Traité des Diſpenſes -- Coloniæ im-*
preſſi anno 1687. *part.* 2. *pag.* 109. *Lupus in Ca-*
non. Concilior. ad Canon. XI. Concil Rhemenſ.
ſub Leone IX. tom. 4. *pag.* 188. *juxta Venet. Edit.*
Et cæteris prætermiſſis exemplis, celebre apud
Hiſtoricos eſt factum *Gregorii VII.* Pontificis ele-
cti anno 1045. qui poſt excommunicatum *Ro-*
bertum Regem, totamque Galliam anathemate
percuſſam ob Matrimonium ab ipſo initum cum
Berta Commatre ſua, eidem Regi, qui *Bertam*
jam dimiſerat, Romam profecto, & diſpenſa-
tionem ſuppliciter petenti, denegavit, unde Rex
duxit *Conſtantiam*, ut narrant *Lupus loco cit. pag.*
187. *Thomaſſin. lib.* 1. *cap.* 6. *numer.* 8. *verſic. In*
Concilio Romano, Natal. Alex. ſecul. IX. & X.
pag. 834.

6 Qui vero ex Romanis Pontificibus Diſpenſa-
tionem primus indulſerit ſuper impedimento Ma-
trimonium dirimente, non eadem eſt Erudito-
rum Sententia. Poteſtate hac primo uſum fuiſ-
ſe *Paſchalem II.* Pontificem electum anno 1099.
qui *Philippo I.* Regi Franciæ indulſit, ut *Ber-*
tradam Conſanguinitate ſibi conjunctam in Ma-
trimonium copularet, exiſtimat *Ivenin. de Sa-*
cram. Diſſert. 10. *de Matrim. quæſt.* 7. §. 3. *ver-*
ſic. Hic velim pag. 689. *Thomaſſin. tom.* 2. *lib.* 3.
cap. 29. *numer.* 10. *Solier* in Opuſculo -- *L'opi-*
nion des Canoniſtes &c. cap. 7. *pag.* 108. Verum
hæc *Paſchalis* indulgeotia non fuit prævia ad 7
contrahendum Diſpenſatio, ſed prioris male con-
tracti Matrimonii diſpenſatio; Duxerat quidem
Philippus Bertradam ſexto ex uno (nondum enim
tunc temporis uſque ad quartum gradum reſtri-
ctum erant Matrimonii impedimentum) & ter-
tio ex altero ſtipitibus Conſanguinitatis gradibus,
ſibi conjunctam, nec ab ea divelli potuerat,
unde pollicitus eſt Pontifex Diſpenſationem,
dum ſe interim Rex a *Bertrada* ſejungeret,
quod,

quod, & Rex obſervavit, & Pontifex diſpen-
ſavit, *Natal. Alex. Hiſtor. Eccleſ. ſecul.* 11. &
12. *part.* 2. *pag.* 81. & 82. *Lupus loco cit.* Et hu-
juſmodi quoque generis fuit diſpenſatio altera,
quam idem *Paſchalis* conceſſit anno 1103. ſuper
Matrimonio, quod jam contractum erat inter
Boleslaum III. Poloniæ Ducem, & *Bislavam* Re-
gis Ruſſiæ, ſeu ut ſcribit *Chromerus lib.* 5. *de
Geſtis Polonorum*, Kiovenſium Principis, filiam,
quarto Conſanguinitatis gradu conjunctos, ut poſt
obſervat *Longinum in Hiſtor. Polon. P. Pagi in
Breviar. Geſt. Rom. Pont. in Vit. Paſchal. II. n.*2.
8 Quinimo, nec, ut autumat *Thomaſſinus* uſque
ad tempus *Paſchalis* denegata fuit id genus Diſ-
penſatio, ſuper Matrimoniis nempe inter Conſan-
guineos, & Affines male contractis. Etenim *Aga-
thenſis* ſub *Symmachi* Papatu *Synodus pag.* 87.
quævis Conſanguineorum, atque Affinium Con-
jugia interdicit ſeveriſſime, ſed tamen adjungit,
quod *ita præſenti tempore prohibemus, ut quæ
ſunt hactenus inſtituta non diſſolvamus* -- Idque
ſtatuit non ſolum de illis, qui Conſobrinam,
aut defunctæ Uxoris Sororem, ſed etiam de il-
lo, qui duxerat Novercam, vel Privignam. Neo-
phitos itidem Anglos in contractis ante fidem
cum Conſanguineis Conjugiis, permanere per-
miſit *S. Gregorius Magnus*. Et Scriptor Vitæ
B. Lanfranchi Cantuarienſis Archiepiſcopi, ip-
ſummet teſtatur Romam perveniſſe, ut veniam
Canonum fieri impetraret Duci *Wilelmo* qui
Conjugium cum Cognata ſua contraxerat præ-
ter Sacras Regulas, ejuſque votis annuit *Nico-
laus II.* qui ſedere cæpit anno 1059. ne ſi di-
vortium fieri juberet, forte inter Flandrenſes,
& Normannos grave Bellum exurgeret, lege ta-
men adjecta, ut duo ab ipſo conſtruerentur Cœ-
nobia. Ita *Lupus in Canon. Concil. ad Canon. XI.
Concil. Rhem. ſub Leone IX. tom.* 4. *pag.* 188.
juxta Venet. Edit. Gonzal. in cap. Querelam 14.
numer. 3. *de Simon.*
9 Rectius vero cenſet idem *P. Lupus* loco mox
laudato *pag.* 189. *Alexandrum III.* Pontificem
electum anno 1159. primum forſan fuiſſe, qui
Diſpenſationem ſuper gradu prohibito ad effe-
ctum Matrimonium contrahendi indulſit, dum
Joanni filio *Henrici II.* Angliæ Regis veniam fe-
cit, ut filiam Comitis *Glocestriæ* ſanguine ſibi con-
junctam, Matrimonio copularet. *Alexandri* exem-
plum ſequutus, *Innocentius III.* Pontifex electus
anno 1198. cum *Othone IV.* Imperatore, & fi-
lia *Philippi* ejus Æmuli quarto Conſanguinitatia
gradu conjunctis, diſpenſavit, Imperii Procери-
bus, Epiſcopis, quin, & Apoſtolicæ Sedis Le-
gatis exorantibus, ut Bella ceſſarent, & Pax,
ac Concordia Regno obveniret. At rima facta,
hæc facile dilatatur, tandemque creſcit in gran-
de foramen, & in apertam portam, hinc, &
Succeſſores Pontifices ad ſimiles diſpenſationes in-
dulgendas ex longe levioribus Cauſis proceſſe-
runt, ut inquit *P. Lupus* loco mox laudato,
quem ſequitur *Van Eſpen. in Jus Eccleſ. uni-
verſ. part.* 3. *tit.* 14. *cap.* 1.
10 Sed in Hiſpaniis *Clemens V.* Pontifex electus
anno 1305. primus fuit, qui Diſpenſationem con-
ceſſit, ut *Jacobus* filius *Jacobi II.* Regis Unga-
riæ deſponſaret *Eleonoram* filiam Regis Caſtellæ
in ſecundo, ac tertio gradu ſibi conjunctam, &
in Reſcripto dixit -- *non auditum, nec factum eſt,
ut antea in eo gradu Diſpenſatio concederetur,
ſed propter publicam utilitatem, Fidei Catholi-
cæ, & pacem, Regnorum primam Diſpenſationem
conceſſiſſe*, ut poſt *Zurit. lib.* 5. *Annal. cap.* 76.
teſtatur *Larrea Deciſ. Granat. diſput.* 8. *numer.*
24. Diſpenſaverat antea *Bonifacius VIII.* in iiſ-
dem Hiſpaniis, ſed Diſpenſatio non fuit pro Ma-
trimonio contrahendo, ſed *in radice* Matrimo-
nii nulliter contracti, inter *Sancium IV.* Regem 11
Caſtellæ jam præmortuum, & *Mariam* tertio
Conſanguinitatis gradu ei conjunctam, *Marian.
Hiſtor. Hiſpan. lib.* 14. *cap.* 19. *Larrea dict.
deciſ.* 8. *numer.* 20. & *numer.* 21. ſubdit, quod
fuit prima Diſpenſatio *in radice Matrimonii* quæ
conceſſa legitur. Eodemque fere tempore, idem
Bonifacius Matrimonium contractum ab *Ilde-
phonſo III.* Rege Portugalliæ cum Comitiſſa
Poloniæ, etſi ab initio nullum ob Conſangui-
nitatem, qua conjuncti erant, per diſpenſatio-
nem *in radice*, validum reddidit. *Emanuel Fa-
cia de Souſa in Epitom. Hiſtor. Luſitan. part.*
3. *cap.* 7. *numer.* 3. *Larrea dict. diſput.* 8. *nu-
mer.* 25.
Quibus vero ex cauſis Summi Pontifices con-
ſueverint diſpenſare ſuper Impedimentis Matri-
monium dirimentibus, conſulto ſermonem face-
re omittimus, ne ab inſtituto nimium receda-
mus, facile tamen id quiſque aſſequi poterit ex
*Pyrro Corrado, de Juſtis, Natal. Alexandr.
Theolog. Dogmatic. moral. tom.* 2. *lib.* 2. *de Ma-
trim. pag. mihi* 132. *juxta Impreſſ. Venet. An-
ni* 1705. aliiſque, qui fuſe materiam hanc per-
tractarunt. Lubet tamen nonnulla adnotare cir-
ca Diſpenſationes tangentes primum Conſangui-
nitatis, vel Affinitatis gradum. Et quidem in-
ter conjunctos primo Conſanguinitatis gradu in 12
linea recta, Papam diſpenſare non poſſe, conve-
niunt omnes; Sunt enim inter Patrem & filiam,
filium, & Matrem prohibitæ Nuptiæ de Jure
naturæ, ſuper qua prohibitione, licet nulla ad-
ſit lex ſcripta, adeſt tamen lex naturalis ſcul-
pta in cordibus hominum, qui hujuſmodi Con-
jugia abhorrent, & de hac lege ait *Paulus A-
poſtol. ad Roman.* 1. & 2. -- *Ejuſmodi enim le-
gem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, quia oſten-
dunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis* -- &
eſt Sententia, quæ Contradictores non habet. An
vero in aliis gradibus, primo excepto, inter li-
neæ rectæ Aſcendentes, & Deſcendentes, Ma-
trimonium ſit etiam jure naturæ prohibitum, re-
latis utriuſque Sententiæ fautoribus, plene exa-
minat, *Clericat. de Matrim. dec.* 22. *a n.* 21.
Gonzal. dict. cap. 5. *n.* 10. *de Conſanguin. & Affinit.*
Controverſa tamen quæſtio eſt, an jure itidem 13
naturæ prohibitum ſit Matrimonium inter con-
junctos primo gradu Conſanguinitatia in linea
transverſali, Fratrem nempe, & Sororem. Eam-
que examinant, affirmativam Sententiam ſectan-
tes, *Sot. in* 4. *diſtinct.* 40. *Quæſt. unic. art.* 2. *Card.
Tolet. in Sum. lib.* 7. *cap.* 1. *numer.* 2. *Covarr.
in* 4. *Decretal.* 2. *part. cap.* 6. §. 10. *numer.* 5. cum
aliis penes *Sanchez de Matrim. lib.* 7. *diſput.*
52. *numer.* 11. *De Juſtis Diſpenſat. Matrim. lib.* 2.
cap. 3. *n.* 67. *Juvenin. de Sacram. Diſſert.* 10. *de
Matrimon. quæſt.* 7. §. 3. *verſic. Probatur altera
pag. mihi* 689. *Sibil. de Grad. Conſang. part.* 1.
cap. 1. §. 1. *Diſput.* 1. *pag. mihi* 26. Et negativæ
inhærentes opinioni, *D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 154. *art.* 14
9. *ad* 3. & *in diſt.* 40. *quæſt. unic. art.* 3. & *in ad-
dit. ad* 3. *part. quæſt.* 54. *art.* 3. *Gonzal. in cap.
Quod ſuper* 5. *n.* 11. *de Conſ. & Affinit. Pont. de
Matrimon. lib.* 7. *cap.* 32. *numer.* 3. *Pariſ. conſ.*
68. *n.* 138. *Averſ. de Matrim. quæſt.* 17. *ſect.* 1.
verſic. Suadetur, aliique relati a *Clericat. eod.
Tract. deciſ.* 22. *numer.* 28. & *ſeqq.* ubi hujus
Sententiæ refert rationes.

15 Sed hoc unum certum eſt, quod ad noſtra hucuſque tempora, nunquam Pontifices diſpenſarunt in primo Conſanguinitatis gradu in linea tranſverſali. Petiit *Henricus VIII.* Anglorum Rex a *Clemente VII.* ut Dux de *Richemont* ejus filius illegitimus ducere poſſet in Uxorem *Mariam* ex Chaterina Regina natam, ſed vix audita Inſtantia, conſtantiſſimè rejecta fuit, ut inquit *Varillas in Hiſtor. dell' Ereſia tom. 4. lib. 9. Tomaſſin. Dei Editt tom. 2. pag.* 466.

Hinc errant *Gonzal. dict. cap. 5. numer. 11. in*
16 *fine*, aliique aſſerentes, *Martinum V.* & alios Romanæ Eccleſiæ Pontifices ſuper eo gradu diſpenſaſſe; culpatur quidem laudatus Pontifex *Martinus* ab Hæreticis, quod cuidam permiſerit Sororem Germanam ducere in Uxorem, ſed liberatur ab hac impoſtura, a *Natal. Alexan. Hiſtor. Eccleſiaſt. ſecul.* 15. *&* 16. *part. 1. cap. 1. art. 3. numer. 6. pagina mihi* 34. *& ſequen.* ubi enarrat, quanta cum circumſpectione ſolitus fuerit Pontifex præfatus Diſpenſationes ſuper gradibus prohibitis concedere, *Spondan. ad annum* 1431. *numer. 3. P. Pagius in Breviar. Geſtor. Roman. Pontific. in Vit. Martini V. numer.* 88. *Eſcaña in Propugnac. Relig. Hieroſolym. d. 8. cap. 2. Mandoſ. de Signat. Grat. pag. 88. Fragoſ. de Regim. Reipubl. Chriſtian. tom. 2. lib. 1. par. 1. §. 10. numer. 196. pag. mihi 53. Azor. Inſtit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 3. quæſt.* 2.

17 Quemadmodum Matrimonium Comitis *Armaniaci* cum Sorore, contractum fuiſſe cum falſa Diſpenſatione *Calixti III.* cum antea a Pontifice veniam hanc impetrare non potuiſſet, late demonſtrant *Natal. Alex. Hiſtor. Eccleſ. ſecul.* 15. *&* 16. *part. 1. cap. 1. artic. 7. pag. 68. & ſeqq. Spondan. ad An.* 1483. *num.* 10. *Raynald. ad ann.* 1460. *numer.* 112. *&* 113. *Sanchez. de Matrim. tom. 2. lib. 7. Diſput. 52. n. 11. verſic. Septimo, Sibil. de Grad. Cognat. part. 1. §. 1. Diſput. 1. pag. 27. Fragoſ. & Azor. ubi ſupra, Boer. deciſ. 264. numer.* 16.

18 Quæſitum itidem fuit, an in primo gradu Affinitatis lineæ rectæ inter Vitricum nempe, & Privignam, Privignum & Novercam, Socerum & Nurum, Generum, & Socrum, Pontifices diſpenſare poſſint pro Nuptiis contrahendis? Et quamplures inſignes Theologi, & Canoniſtæ diſpenſare non poſſe reſponderunt, quippe Nuptiæ præfatæ prohibitæ videntur de jure naturæ, ut habetur ex civilibus Sanctionibus, præſertim *in leg. ultim. §. Noverca ff. de Condit. ſine Cauſ.* ubi Nuptiæ inter Vitricum, & Privignam dicuntur prohibitæ de Jure gentium, jus autem gentium, peculiariter primarium, apud Gentes erat jus naturale, ut ex *Leg. Si Adulterium §. Quare ff. ad Leg. Jul. de Adulter.* ibique *Gloſſ. Verb. Jure gentium.* Habetur id etiam ex Concilio *Limano*, quo decretum fuit, ut Indi *Peruani*, qui Matrimonium contraxerant cum Noverca, vel Nuru, non admitterentur ad Baptiſmum, niſi prius Conjugium præfatum, veluti jure naturæ irritum, ſolverent *Acoſt. de Procur. Indor. Salut. tit. 6. cap. 21. Koninck de Sacram. tit. de Impedim. Diſput. 23. Dub. 4. numer. 53. Cornel. a Lap. in 3. Reg. cap. 17. verſic. 17. §. Exadverſo.* Idque etiam declaraſſe *Paulum IV.* teſtantur *Koninck, & a Lapide* locis mox laudatis.

Et Sententiam hanc ſequuntur præ cæteris *Turrecrem. in Canon. Conjunction. 33. num. 4. quæſt. 2. & in Can. Quædam lex verſic. Reſpondet 3. quæſt. 3. P. Victor. in Relect. Theolog. tit. de Matrim. ſub numer. 5. pag. mihi 478. Impreſſ. Lugdunen. anni* 1557. *Koninck de Sacram. tit. de Impediment. Diſput. 34. Dub. 4. n. 53. Bellarmin. de Matrim. lib. 1. cap. 28. §. Sexto*, ubi, quod hæc Sententia communior, & verior eſt. *Natal. Alexand. Theolog. Dogmat. de Sacram. Matrim. art. 6. Regul. I. Juenin. de Sacram. Diſſer. 10. cap. 10. quæſt. 7. Concluſ. 3. Piring. in Decret. tom. 4. tit. 14. de Conſang. & Affin. num. 32. pag. 134. Anaclet. ibidem tit 14. numer. 49. pag. 106. Cabaſſut. in Theor. & Prax. Jur. Canon. lib. 3. cap. 24. numer. 28. Azor. Inſtit. moral. part. 2. lib. 5. cap. 3. quæſt. 5. Sot. in 4. ſent. diſtin. 41. quæſt. 1. art. 3. verſic. Quæritur ergo. Bouchel. Biblioth. Canon. tom. 1. pag. 309. Pignatell. tom. 7. conſult. 22. n. 5. Gabat Theolog. moral. pag. 624. n. 408. & pag. 653. n.* 603.

Contrariæ vero Sententiæ, quod Pontifices 19
poteſtate gaudeant diſpenſandi ſuper primo gradu Affinitatis lineæ rectæ, adhærent *Sanchez, Pontius*, aliique plures relati a *Capon. Controv. 29. per tot. Gonzal. in cap. 1. n. 29. de Conſang. & Affin. Fragoſ. de Regim. Reipubl. Chriſtian. part. 2. lib. 1. Diſp. 1. §. 10. numer. 202. & ſeqq. pag. 54. De Juſtis Diſpenſat. Matrim. lib. 2. cap. 7. num. 54. Sibilia de Gradib. Cognat. part. 1. cap. 1. §. 1. Diſput. 2. pag. 53. verſic. Tertia, Gutierez de Matrimon. cap. 99. numer. 9. Clericat. eodem Tract. deciſ.* 31.

Et poſterior hæc Sententia verior eſt; Non 20
enim Conjugia inter prædictas Perſonas prohibita ſunt jure naturali, ſed lege tantummodo Eccleſiaſtica, ſuper qua Pontifices plenaria fruuntur diſpenſandi facultate, ut colligitur tum ex laudato Concilio *Agathenſi* tempore *Symmachi* Papæ celebrato anno 506. *Can.* 61. ubi Concilium toleranda cenſuit, & non diſſolvenda Conjugia contracta cum Noverca, vel Privigna, quæ, ſi de Jure naturæ prohibita fuiſſent, haud tolerare debuiſſet. Tum ex Concilio *Aurelianenſi III.* celebrato ſub *Vigilio* Papa anno 540. *Can. II.* in quo Decretum fuit, ut Infideles converſi ad fidem non ſeparentur, etſi ipſis copulaverint *Relictam Patris, filiam Uxoris, Relictam Fratris, Sororem Uxoris, Sobrinam, Conſobrinam vel relictam Avunculi, vel Patrui*, ubi numerantur
etiam Affines in primo gradu lineæ rectæ. Nec 21
deſunt hiſtorica monumenta, quæ Nuptias inter Perſonas tali vinculo ligatas ſequutas eſſe evincunt, nam præter illa, quæ refert *Gonzal. in dict. cap. 1. n. 9. Conſ. & Affinit. Clericat. de Matrim. deciſ.* 31. *Juditha* Caroli Calvi Francorum Regis filia, *Ethelnolfo* Saſſonum Occidentalium Regi anno 856. nupta, Viro mortuo, *Ethelbaldum* ejus filium duxit. *Pagius Jun. in Breviar. tom. 2. in Nicol. I. numer. 22. pag.* 94. Et Soror *Theodoberti*, defuncto *Ermegenifelo* Varnorum Principe, qui a Francis interfluente Rheno dividuntur, cum *Rhadaſi* Privigno ſecundas nuptias iniit, ut ex *Procopio* refert *Petavius tom. 1. lib. 7. cap. 7. pag. 493. in fine.*

Eamdemque Sententiam, quod poſſit Pon- 22
tifex diſpenſare in primo gradu Affinitatis in linea recta ſequuta eſt Sac. Congregatio SSmæ Inquiſitionis, dum actum fuit ſuper Diſpenſatione petita a Duce Mantuæ pro ducenda Nuru in Uxorem, de qua mox dicemus, nec non Congregatio particularis habita coram ſa. me. *Benedicto XIV.* die 14. Februarii 1727. cui interfuerunt RR. PP. DD. *Anſideus* Aſſeſſor S. Officii, LAMBERTINUS Secretarius S. Cong. Concilii, *Finus* Præfectus Cubiculo Pontificio, nec non *P. Sellari* Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter, *P. Generalis*

ralis Ordinis Prædicatorum. *P. Generalis* Ordinis
S. Franciſci, & *P. Portia* Abbas Benedictinus.

At vero perpendentes Pontifices, quod Pri-
vigna reſpectu Vitrici, Privignus reſpectu No-
vercæ, Nurus reſpectu Soceri, Gener reſpectu
Socrus, filiorum loco habiti ſunt, qua ratione
ex illorum conjunctione maxima orire*tur* turpi-
tudo, & indecentia, quam & jus civile agno-
vit, dum Conjugia inter eaſdem Perſonas cele-
23 brare prohibuit, ut de vetito Conjugio Privi-
gni cum Noverca *in Leg. ſi qua* 12. *Leg. Adopti-
vus* 14. *ff. de Rit. Nupt. Leg.* 17. *C. de Nupt. Leg.
Si Adulterium* 38. *§. Idem Imperatores ff. ad Leg.
24 Jul. de Adult.* Vitrici cum Privigna *in §. Affi-
nitatis Inſtit. de Nupt.* Soceri cum Nuru, & Ge-
neri cum Socru *in dict. Leg. Adoptivus* 14. *&
Inſtit. de Nupt. dict. §. Affinitatis*, *& §. Socrum.*
Hinc ab hujuſmodi Diſpenſatione concedenda ſe
25 abſtinuerunt. Enixe rogatus ſan. memor. *Urba-
nus VIII. a Carolo Gonzaga* Mantuæ Duce,
ut veniam ſibi faceret ducendi in Uxorem Nu-
rum ſuam, quam ejus prædefunctus filius ſine
prole reliquerat; Pontifex, poſt exquiſitum
Votum S. Congregationis Sanctiſſimæ Inquiſitio-
nis, nec non clar. mem. Cardinalis *de Luga*, qui
cenſuit poſſe quidem, ſed non expedire ob ma-
ximam illius Conjunctionis turpitudinem, Diſpen-
ſationem denegavit *die* 5. *Julii* 1673. quemadmo-
dum teſtantur *Gobat. Oper. moral. de Impedim.
Matrim. caſu* 22. *ſub n* 603. *Dian. Tract. l. de
Poteſt. Pontific. Reſol.* 80. *impreſſ. tom.* 3. *Edit.
Lugdunen. Clericat. de Matrim. deciſ.* 31.

26 Eamdemque Diſpenſationem, prævio Voto
dictæ Congregationis *die* 22. *Novembr.* 1636.
laudatus *Urbanus* denegavit *Joanni Arbogaſti*
Comiti *de Thun* Tridentinæ Diœceſis petenti ſe-
cum indulgeri, ut cum ſecunda Uxore Avi Ma-
terni, quam prægnantem reddiderat, Matrimo-
nium contraheret; & repetitis per Comitem præ-
fatum ſupplicationibus *diebus* 19. *Martii*, *&* 10.
Septembris 1637. ſtetit in Decretis. Prævio ito-
dem Voto ejuſdem Sac. Congregationis idem
Pontifex anno 1642. indulgere noluit *Ægidio Er-
mans* Diœceſis Ipreſis, ut in Uxorem duceret
ejus Privignam, & anno 1658. cum *Antonius
Bernard*, *& Joanna de Rubeis* ſupplicaſſent cum
ipſis diſpenſari, ut Matrimonium contrahere poſ-
ſent, non obſtante, quod eſſent conjuncti in
primo Affinitatis gradu, ex eo proveniente,
quod dictus Antonius Matrem ejuſdem Joannæ
Viduam in Uxorem duxerat, ipſaque Joanna ex
alio Marito, antequam ejus Mater præfata An-
tonio nuberet, procreata eſſet, & eam dictus
Antonius carnaliter cognoverat; ſan. mem. *Ale-
xander VII.* poſt auditum ejuſdem Sac. Con-
gregationis Votum *die* 28. *Martii* Diſpenſatio-
nem denegavit. Noſtriſque temporibus ſan. me-
mor. *Benedictus XIII.* inhærendo Voto Congre-
gationis Particularis, de qua meminimus ſupra
numer. 22. indulgere noluit Vitrico cuidam, ut
Matrimonium cum Privigna contraheret, licet
conſiderabilem Eleemoſinam ſcutor. 15. mille of-
ferret. Et in caſu ſuper quo de anno 1657.
ſcripſit *Caponus Controverſ.* 29. petitæ nempe
Diſpenſationis ſuper Matrimonio, quod Gener
cum Socru contrahere exoptabat, peracta a Da-
tariæ Miniſtris exquiſitis diligentiis per totum
Pontificatum ſan. me. *Innocentii X.* nullum ap-
paruit ejuſdem Conceſſionis veſtigium; Quem-
27 admodum, nunquam ſuper hujuſmodi impedi-
mento primi gradus Affinitatis in linea recta
uſque ad eorum tempora, Pontifices diſpenſaſſe,
teſtantur *Dian. dict. Reſolut.* 80. *num.* 12. *& Re-
ſolut.* 81. *pag* 107. *&* 108. *n.* 10. *&* 15. ubi refert,
Bellarminum. *& Bayerlingium*, id ipſum dixiſſe,
Caramuel Theolog. moral. lib. 2. *num.* 551. *§. De
Noverca*, ubi, quod licet *Baſſaus in Florib. verb.
Matrimonium. numer.* 72. teſtetur, Pontifices ali-
quando ſimiles Diſpenſationes conceſſiſſe, nihi-
lominus id affirmat, ſed non probat, *Cornel. a
Lapid. in* 3. *Reg. cap.* 2. *verſ. Ut Problema*, ubi
quod talis diſpenſatio ſemper fuit denegata. *Sal-
maticenſ. tom.* 2. *de Matrimon. cap.* 12. *Punct.* 9.
numer. 100. *Azor. Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 5.
cap. 4. *quæſt.* 5.

Cæterum conſuevit aliquando Apoſtolica Se- 28
des diſpenſare in primo Affinitatis gradu in linea
recta ex actu fornicario proveniente, quam diſ-
penſationem præ cæteris indulſit ſan. mem. *Cle-
mens XI. in Mazarien. apud S. Mariam Majo-
rem ſub Anulo Piſcatoris die* 13. *Julii* 1708. *&
in Faraonem apud S. Mariam Majorem ſub Anu-
lo Piſcatoris die* 5. *Auguſti* 1709. Affinitas enim,
quæ oritur ex actu fornicario, longe diverſa eſt 29
ab ea, quæ ex legitimo, & publico Matrimo-
nio reſultat, hoc enim poſteriori caſu Privignus,
Privigna, Gener, & Nurus, donec Matrimo-
nium perduravit, Vitricum, Novercam, Soce-
rum, Socrum, loco Parentum habuerunt, &
recognoverunt, ex quo oritur in ſubſtantia pu-
blica indecentia, & publicum ſcandalum, cujus
ratione non expedit, ut Pontifex inter dictas Per-
ſonas diſpenſet; At vero publica hæc indecentia,
publicum ſcandalum non adeſt, ubi Papa veniam
facit, ut quis poſſit in Uxorem ducere Bertam,
exempli gratia cujus Matrem jam defunctam forni-
carie cognovit, quia Berta fornicarium illum nun-
quam loco Patris habuit, nec in Patrem recognovit.

Similiter, licet nonnullis Cardinalibus a La- 30
tere Legatis impertiri ſoleat Apoſtolica Sedes fa-
cultatem diſpenſandi ſuper Affinitate cujuſcumque
gradus orta ex occulta fornicatione, prout facul-
tatem hanc fuiſſe a *S. Pio V.* elargitam *Ludovi-
co* Cardinali a Portugallia, teſtantur *Diana* loco
ſupra laudato, *Fragaſ. de Regim. Reipubl. Chriſt.
tom.* 2. *part.* 2. *lib.* 1. *diſput.* 1. *§.* 10. *n.* 207. *verſ.
Dicendum nihilominus.* in hoc tamen nulla concur-
rit exorbitantia; Cum enim agatur de fornicatio-
ne occulta, & de diſpenſatione in foro conſcien-
tiæ tantum, ceſſat cauſa publicæ indecentiæ, ceſ-
ſat ſcandalum fidelium, quæ ſunt cauſæ ob quas
Pontifices nunquam diſpenſare voluerunt ſuper
primo gradu Affinitatis in linea recta ex publico
Matrimonio proveniente.

Quod vero attinet ad primum gradum Affini- 31
tatis in linea transverſali, quidquid nonnulli in-
caute exiſtimaverint, hodie non amplius ambigi-
tur, quod Pontifex ſuper illo diſpenſare valeat,
& permittere, ut quis cum uxore fratris præmor-
tui Matrimonium rite inire poſſit, cum nec a ju-
re naturali, nec Divino talis conjunctionis pro-
hibitio deſcendat, ſed a jure tantummodo poſitivo,
ſuper quo, ut diximus, Pontifex pleniſſima gau-
det diſpenſandi facultate, ut expreſſe habetur *in
Cap. final. de Divortiis*, & fuit conſtans ſenten-
tia Academiarum omnium Catholici Orbis, quæ 32
conſultæ fuerunt in celebri Cauſa inter *Henri-
cum VIII.* & *Catharinam* ejus Uxorem *Ar-
turi* fratris relictam, eidemque *Henrico* ex di-
ſpenſatione *Julii II.* nuptam. Et ſic in dicta
Cauſa declaravit *Clemens VII.* firmantque com-
muniter *Cajet. ad D. Thom.* 22. *quæſt.* 154.
art. 9. *ad* 5. *Bellarmin. de Matrimon. lib.* 1.
cap. 27. late *Soarez in Tract. Matrim. Regis*
Angliæ

Angliæ Dubit. 1. n. 94. & Dubit. 2. in 2. ſundam.
partis affirmantis numer. 30. Gonzal. cap. final.
numer. 5. & 8. & ſeq. de Divort. Anaclet. in Jus
Canon. lib. 4. tit. 14. num. 48. Piring. in eundem
Tit. n. 17. Sanch. de Matrimon. lib. 7. diſput. 66.
Natal. Alex. Theol. Dogmat. Moral. tom. 2. lib.
2. de Matrim. pag. mihi 132. juxta Venet. Impreſſ.
Anni 1705. Regul. III. Bell. conſ. 71. Ramoſ. apud
Dian. Oper. Coordinat. tom. 3. Tract. 1. Reſolut.
82. numer. 8. ubi poſt Alphonſ. de Caſtro de Po-
teſt. Leg. Pœnal. lib. 1. cap. 12. dicitur, quod con-
traria opinio eſt falſa, & erronea; De Juſtis Diſ-
penſat. Matrim. lib. 2. cap. 7. numer. 57. Caſtro-
pal. Oper. Moral. tom. 5. diſput. 4. punct. 8. nu-
mer. 11. Januenſis, ſive Votum apud ipſum im-
preſſ. in Prax. Curiæ Archiep. cap. 20. Clericat.
de Matrim. dec. 31.

Et hac diſpenſandi poteſtate in primo gradu
Affinitatis in linea tranſverſali primus omnium
uſus fuit Martinus V. qui licentiam conceſſit Co-
33 miti Tuxenſi, ut in uxorem ducere poſſet Reli-
ctam fratris, filiam Ducis Bavariæ; Rainald. ad
annum 1418. numer. 35. Natal. Alex. in Mar-
tin. V. Hiſtor. Eccleſ. ſecul. 15. & 16. part. 1. Tho-
maſ. tom. 2. lib. 3. cap. 27. n. 10. P. Pagius in Vit.
34 Martini V. n. 88. Deindeque ſucceſſores Ponti-
fices ſimiles indulgere conſueverunt Diſpenſatio-
nes, etiam poſt Concilium Tridentinum, ut præ-
ter exempla, quæ referunt mox laudati Docto-
res, præſertim Clericat. dict. dec. 31. n. 49. Dian.
tom. 3. Tract. 1. Reſolut. 82. n. 8. & ſeqq. Gonzal.
in cap. final. de Divort. n. 5. Paulus V. hanc ip-
ſam conceſſit diſpenſationem. Urbanus VIII. treſ-
decim, Innocentius X duas, Alexander VII. octo,
Clemens IX. unam, Clemens X. octo, Innocentius
XI. duas, Innocentius XII. duas, & Clemens XI.
quamplurimas.

35 An vero expediat, quod hujuſmodi concedan-
tur Diſpenſationes ſuper primo Affinitatis gradu
in linea tranſverſali, ex eo pendet, an cauſæ, quæ
pro iis obtinendis exponuntur tales ſint, quod
præponderent turpitudini hujuſmodi Conjugii. So-
36 lent enim nonnullæ Catholicæ Nationes ſimiles
Nuptias execrari, inter quas Natio præſertim Po-
lona. Defuncta anno 1596. Anna Arciduciſſa Au-
ſtriæ, Uxore Sigiſmundi Regis Poloniæ, cum
Rex ſecundas Nuptias cum illius Sorore inire vel-
let Magnus Poloniæ Cancellarius Zamoiſchi ut
Diſpenſationem impediret, ſcripſit ad Clementem
VIII. quod Gens Polona tenacior honeſtatis publi-
cæ tales copulas, etiam Diſpenſatione Apoſtolica
permiſſas, execratur ... at parceret honeſtati Polo-
næ, quam avita Gentis iſtius morum ſeveritas,
etiam in Gregibus Equarum violari non permittit.
Amelot. in not. ad Card. Oſſat. Epiſt. 292. Not. 9.
& Epiſtol. 293. Not. 7. ubi teſtatur, Clementem
VIII. diſpenſationem denegaſſe, quam poſtea de-
functis Magno Cancellario, & Pontifice, con-
ceſſit anno 1605. Paulus V. ut patet ex Actis Con-
ſiſtorialibus die 2. Septembris 1605. ubi ſic legi-
tur -- Sanctiſſimus D. N. creavit Legatum Reve-
rendiſſ. D. Bernardum Cardinalem Maczienki ad
Sereniſſimum Regem Poloniæ cum facultate diſpen-
ſandi cauſa cognita ſuper primo affinitatis gradu
inter eundem Sereniſſimum Regem, & ejus demor-
tuæ Uxoris Sororem.

Hinc ſcire oportet, quod tam jure veteri in-
ſpecto, quam novo, maxima adeſt differentia
inter caſum, quo frater cum filiis, & caſum quo
nulla relicta prole deceſſit, nam de jure Divino
37 Cap. 18. & 20. Levit. Conjugia cum Relicta fra-
tris cum prole defuncti omnino erant improbata,
tanquam res illicita; e converſo autem permitte-
bantur, & demandabantur ad ſuſcitandum ſemen
fratris defuncti ſine filiis Cap. 25. Deuteron. Quem-
admodum jure novo Innocentius III. diſpenſavit 38
cum Livonienſibus ad Fidem converſis, ut cum
Relictis fratrum remanere poſſent, ſi tamen fra-
tres ſine prole deceſſiſſent, ut in laudato Cap. fin.
de Divort.

Cum itaque caſus, quo Frater, cum prole de-
ceſſit, gravior ſit, utpote quis Divina Lege pro- 39
hibitus, difficilior eſſe debet Pontifex ad indul-
gendum, ut illius Relictam alter frater in Matri-
monium ducere poſſit, & urgentiores debent eſſe
cauſæ, quam ſi ageretur de diſpenſando in caſu,
quo nulli ex priori Conjugio extarent liberi; Goz-
zadin. conſ. 51. ſub n. 31. ibi -- Non obſtat, quod
conſideretur an frater deceſſerit ſine filiis, quia tunc
facilius diſpenſatur, ex quo ſecundum aliquem eo-
rum valuit, ſed ſi habuiſſet liberos non valuiſſet,
imo diſpenſatio non ita facilis fuiſſet, vel non po-
tuiſſet haberi -- Ferret. de Abuſ. lib. 5. cap. 3. nu-
mer. 8. Loffred. conſ. 50. numer. 54. verſic. Con-
firmatur, & in caſu ſuper quo conſuluit Bellamer.
conſil. 28. cum extarent ex priori Matrimonio duo
filii, fuit per quinque Rotæ Auditores reſpon-
ſum, quod non expediebat, ut Papa diſpenſa-
ret.

Et licet lex Divina ceſſaverit, nihilominus ea
non perpenditur, ac ſi hodie vigeret, ſed ad ſo- 40
lum effectum, ut in honorem ejuſdem Divinæ le-
gis prohibentis Matrimonium cum Relicta fratris,
qui cum prole deceſſit, difficilior reddi debeat
Summus Pontifex ad diſpenſandum, ut per Text.
in Cap. Literas, de Reſtit. Spoliat. animadvertunt
Navarr. conſ. 14. de Sponſal. numer. 8. verſic. At
quamvis, & in Manual. Cap. 22. num. 82. verſic.
Verum, Sanchez de Matrimon. lib. 7. diſput. 52.
numer. 8. Gonzal. in Cap. quod ſuper numer. 14.
poſt med. de Conſanguin. & Affinit.

Quemadmodum inepta videtur interpretatio,
quam laudatæ Decretali in Cap. final. de Divort. 41
tradunt præ cæteris Sanchez. de Matrimon. lib. 7.
Diſput. 52. n. 8. Dian. dict. tom. 3. Tract. 1. Re-
ſolut. 82. quod ſcilicet verba -- ſi tamen -- quæ in
ea leguntur ſtent pro maxime; quaſi ſenſus ſit,
quod Summus Pontifex voluerit Livonienſes ad Fi-
dem converſos in Matrimoniis cum Relictis fra-
trum antea initis, nedum remanere, ſed eo ma-
xime caſu poſſe remanere, ſi Matrimonia non eſſent
ab ipſis contracta ad finem ſuſcitandi ſemen, &
nomen fraternum. Siquidem ejuſdem Decretalis
lectura ſatis aperte innuit verba -- ſi tamen -- ali-
ter accipi non poſſe, quam conditionaliter, cum 42
dictio SI præſertim a lege prolata conditionem
importet, ut benè animadvertunt Ancaran. d. Cap.
final. numer. 3. de Divort. ubi, quod ita demum
mandavit Innocentius III. toleranda eſſe Matrimo-
nia à Livonienſibus cum Relictis Fratrum, ante-
quam ad Fidem converterentur, inita, quam ſi
ſecundum legem veterem contracta fuiſſent, alias
contrarium edixiſſet, Navarr. dict. conſ. 14. nu-
mer. 9. Gozadin. conſ. 51. numer. 9. & 10. Bella-
mer. conſ. 28. n. 12.

Perpendunt itidem nonnulli Doctores, quod 43
ubi agitur de diſpenſando, ut fœmina nubat de-
functi viri fratri, urgentiores cauſæ requirantur,
quam ſi agatur de diſpenſando ad effectum, ut
Vir contrahat cum ſorore Uxoris defunctæ, quia
Lege Moyſis prohibitum erat, ne una fœmina nu-
beret duobus fratribus, excepto uno caſu, vide-
licet, quando frater ſine liberis deceſſiſſet, ut ſu-
pra diximus, prohibitum vero eadem lege non
erat,

erat, ſed generaliter permiſſum, ut Vir defuncta
Uxore, illius Sororem ducere poſſet, ut habetur
Levit. 18. *c. n.* 1. & ponderatur in Votu Theo-
logorum, & Canoniſtarum apud *Januenſ. in Prax.*
Archiep. in Addit. ad Cap. 20. *n.* 2. & 3. juxta
Impreſſionem Venetam anni 1667. Verum utro-
que caſu æquale eſſe vinculum affinitatis, & pa-
44 tem turpitudinis rationem, late probat *Cajetan.*
tom. 3. *tract.* 13. *ad Angliæ Regem verſic. Confe-*
rendo, *Azor. Inſtit. moral. tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4.
quæſt. 4. *verſ. tertio.*

Cæterum abbreviata non eſt Pontificum manus
in concedenda Diſpenſatione ad effectum ut fra-
ter cum Relicta fratris, etſi cum prole defuncti,
Matrimonium inire valeat, quamvis urgentes cau-
ſæ non concurrant, præſertim ſi Perſonarum qua-
litas hujuſmodi promereatur Indulgentiam. Sic
45 *Innocentius X.* ſimilem conceſſit diſpenſationem no-
bili cuidam Pragenſi, qui Conſiliarius erat Impe-
ratoris, & ut Nepotes apud Matrem, quæ in
Domo ipſius Oratoris a multis annis permanebat,
melius educarentur. Et in Familia *Farneſia* tres
adſunt exempla, quod Fratres Relictas ſuorum
Fratrum ex Apoſtolica diſpenſatione Matrimonio
ſibi copularunt, quamvis ex priori Conjugio ſuſce-
pti fuiſſent filii. Et diſpenſatio impertita fuit cum
ſola expreſſione -- *Ex certis rationabilibus cauſis*
animum eorum moventibus.

Hiſce non inutiliter prænotatis, ad Regulæ ex-
planationem accedentes, duo in ea diſponuntur.
Primum, quod in Literis Diſpenſationum ſuper
46 aliquo gradu Conſanguinitatis, vel Affinitatis,
aut alias prohibito, ponatur clauſula -- *Si Mulier*
rapta non fuerit -- Cum enim Raptus ſit res peſſimi
exempli ac quamplurium malorum Seminarium,
juxta exempla quæ refert, *Clericat. de Sacram.*
deciſ. 33. *num.* 27. & *ſeq.* Papa non intendit cum
Raptore diſpenſare; *Rebuff. in Prax. tit. Regul. de*
diſpenſ. in grad. prohibit. gloſſ. 6. & *in Addit. ad*
hanc Regul. verſ. Ponatur clauſula, *Kochier ad*
eandem Regul. quæ eſt apud ipſum in ordine la 47.
& de ea meminerunt *Zyp. conſult. Canon.* 11. §.
Sed vitiat in fine, *Corrad. in Prax. diſpenſ. lib.* 7.
cap. 6. *verſ.* 13. ubi, quod clauſula præfata licet
47 in Literis Diſpenſationis omiſſa fuerit, adhuc in-
telligitur, *de Juſt. Diſpenſ. Matrimon. lib.* 1. *cap.*
6. *numer.* 345. & *lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 32. & *ſeqq.*
Tondut. Reſolut. beneficial. part. 1. *cap.* 117. *nu-*
mer. 8. *Rot. dec.* 316. *numer.* 34. *par.* 5. *Recent.*
repetita licet verbis non ita amplis apud *Coccin.*
deciſ. 1486. *numer.* 29. Et pro verificatione clau-
48 ſulæ præfatæ non requiritur judicialis cauſæ cogni-
tio, ſed ſufficit extrajudicialis informatio, quæ in-
terceſſiſſe præſumitur ſemel ac Literæ ſuper Apo-
ſtolica diſpenſatione executioni demandatæ fue-
runt; *Rot. dec.* 27. *numer.* 7. *part.* 4. *tom.* 1. *Re-*
cent.

Voluit Summus Pontifex adhærere per hanc
Regulam cenſuræ juris Civilis, & non Canoni-
49 ci. Etenim de jure Civili inter Raptorem, & Ra-
ptam non poteſt contrahi Matrimonium; *L. unic.*
C. de Raptar. Virgin. Auth. de Raptis Mulier. §.
Unic. ibi -- *Tale ſtare Matrimonium, etſi Rapta*
voluerit, prohibuimus -- *Collat.* 7. *Nov.* 144. De
50 jure verò Canonico *in Cap. Cum Cauſa*, & *Cap.*
final. de Raptor. comprobata ſunt Matrimonia inter
Raptorem, & Raptam, ſi prior diſſenſus tran-
ſeat in conſenſum. Et propterea adhærens hæc
51 Regula juris civilis diſpoſitioni, declarat, quod
in caſu, quo Mulier fuerit rapta, non intendit
Papa diſpenſare, ut in *d. dec.* 1846. *numer.* 29.
& *ſeqq. coram Coccin.* Succeſſive vero Decreto
Concilii Tridentini *Seſſ.* 24. *de Reformat. cap.* 6.
ſancitum fuit, nullum eſſe Matrimonium inter Ra-
ptorem & Raptam, niſi ad invicem ſeparentur, 52
& in loco libero, ac tuto conſtituta Mulier, Ra-
ptorem in Virum habere conſentiat. Cujus De-
creti juſtitiam ab impii *Heiddeggeri* cavillis egre-
gie vindicat *P. Redingius in Hiſt. Conc. Trident.*
tom. 4. *Tract. XI. ſect.* 1. *in ſeſſ.* 24. *pag. mihi* 358.
§. *Hiſce Suavianis.*

At vero in Litteris Apoſtolicis ſuper Diſpen- 53
ſationibus Matrimonialibus paululum hodie immu-
tata eſt clauſula præfata, nam apponitur dictio
propter hoc -- ibi -- *Dummodo dicta N. propter hoc*
rapta non fuerit, ideſt, dummodo rapta non fue-
rit propter Matrimonium contrahendum; Diſpu-
tatum olim fuit, an Raptus non animo contrahen-
di Matrimonium, ſed explendæ libidinis cauſa, 54
vel aliam ob cauſam ſequutus, impediret Matri-
monium, & Sacra Congregatio Concilii 23. Ja-
nuarii 1583. cenſuit -- *Raptorem ob aliam Cauſam,*
quam ut Raptam in Uxorem duceret, non compre-
hendi in cap. 6. *ſeſſ.* 24. *de Ref. Matrim. etiam ex*
majoritate rationis, nec Conſtitutionem pœnalem ex-
tendi ad hunc Caſum -- Idemque reſolutum *in Bru-*
gnaten. 14. *Novembris* 1648.

Per Raptum igitur, qui factus fuerit alia inten-
tione, quam contrahendi Matrimonium, non im- 55
peditur Diſpenſatio; *Piringh. in Jus Canon. lib.* 5.
tit. 17. *ſect.* 1. §. 4. *n.* 22. *P. La Croix Theolog. mo-*
ral. lib. 6. *part.* 3. *n.* 631. *Corrad. in Prax. diſpen-*
ſat. d. lib. 7. *cap.* 6. *numer.* 48. & *ſeqq. Zypeus con-*
ſult. Canon. 5. *lib.* 1. §. *Sed neque*, *De Marin. Var.*
lib. 1. *reſolut.* 301. *numer.* 6. *Tondut. dict. reſolut.*
117. *numer.* 24. & *ſeq. De Juſtis Diſpenſ. Matr.*
lib. 1. *cap.* 6. *n.* 343. & *ſeqq.* & *lib.* 2. *cap.* 18. *nu-*
mer. 40. & 47. *Barboſ. ad Concil. ſeſſ.* 24. *de Ref.*
cap. 6. *n.* 2. *Filluc. Oper. moral. tom* 1. *tract.* 10.
par. 2. *cap.* 8. *numer.* 265. *Clericat. de Sacr. Ma-*
trim. dec. 33. *n.* 17. *Guttierez eod. Tract. cap.* 86.
n. 8. *Dian. Oper. coordin. tom.* 2. *Tract.* 6. *reſol.*
152. *Sanchez de Matrim. lib.* 7. *diſput.* 13. *n.* 4.
Sicuti ex morte a Viro Uxori illata non ad effe- 56
ctum contrahendi Matrimonium cum Amaſia, ſed
ut liberius libidini vacaret, non oritur impedimen-
tum criminis Matrimonium dirimens juxta doctri-
nam *D. Thomæ in* 4. *ſentent. diſtinct.* 38. *quæſt.* 1.
art. 2. quam communiter ſequuntur *Sanchez de*
Matrim. lib. 7. *diſput.* 7. *n.* 13. *Piring. in Jus Ca-*
non. tit. de eo qui durat in Matrim. §. 3. *n.* 25.
Salmatic. in Curſ. Moral. tom. 2. *tract.* 9. *cap.* 12.
n. 53. *cum aliis penes Rot. dec.* 316. *n.* 28. & *ſeqq.*
part. 5. *Recent.* & fuit ſenſus Sac. Congregat. Con-
cilii in *Ulixbonen.* 28. *Septembris* 1726.

Quod ſi Raptus ſequutus fuerit nedum libidinis
explendæ cauſa, verum, & Matrimonii contrahen-
di, eſſet utique comprehenſus ſub Decreto Con- 57
cilii, perinde ac ſi commiſſus fuiſſet ad ſolum effe-
ctum contrahendi Matrimonium *de Juſtis dict. lib.*
2. *cap.* 18. *num.* 48. *Corrad. in prax. diſpenſat.*
Matr. d. lib. 7. *cap.* 6. qui etiam *n.* 49. addit, hæc
omnia per Datariam ſervari, etiam in eo, qui fœ- 58
minam corruptam, ſive Meretricem, aut aliam in
honeſtam Perſonam rapuit, & ita fateri omnes
practicos Curiales, quod etiam aſſerit *de Juſtis*
dict. lib. 2. *cap.* 18. *numer.* 40. An autem Raptum 59
faciat, & ex eo inſurgat impedimentum dirimens,
ſi Fœmina præpotens Adoleſcentem rapiat, eique
nubat, examinant *Clericatus de Sacr. Matrim.*
dec. 33. *numer.* 23. & *Erotem. Eccleſ. cap.* 69.
quæſt. 15. *Piring. in Jus Canon. lib.* 5. *tit.* 17.
ſect. 1. §. 4. *numer.* 28. *Reynald. obſervat. Crimin.*
tom. 2. *cap.* 22. §. 13. *n.* 28. *Ricc. in Prax.* §. 4.
Reſolut,

Google

Reſolut. 441. *Antonell. de Regim. Eccleſ. lib.* 6. *cap.*
13. *numer.* 16. cum aliis relat. *a Barboſ. in Collect.*
ad Concil. dict. ſeſſ. 24. *cap.* 6. *Salern. conſ.* 24.
§. 1. *numer.* 4. *&* 5. *P. La Croix Theolog. Moral.*
lib. 6. *part.* 3. *n.* 635.

60 In ſecunda vero parte Regulæ dicitur -- *Et*
ſi ſcienter, ponatur clauſula addita in quaterno;
ad quam Regulæ partem tres intelligentias dat
Rot. decif. 316. *numer.* 39. *& ſeqq. par.* 5. (quæ
pars Deciſionis deficit in ea quæ fuit impreſſa in-
ter illas *Coccini.*) Sed receptior eſt interpretatio
tradita *a Rebuff.* quod nempe ſi Raptor ſcienter
contraxerit cum Rapta, & petatur diſpenſatio à
Papa, apponatur clauſula *in Quaterno* poſita,
61 nempe, quod ſeparentur ratione delicti per ali-
quod tempus, quouſque ad arbitrium Commiſſa-
rii congruam egerint pœnitentiam per *Text. in*
Cap. Ea litteris, De eo qui cognov. Conſang. uxor.
ſuæ, & facta diſpenſatione, omnes pœnæ legales
ceſſabunt, ut *in Prax. Regulæ de diſpenſ. in grad.*
prohibit. pag. mihi 395. *& in Addit. ad hanc Re-*
gul. quæ eſt apud ipſum la 50. *in fine, Quaſad.*
hic verbo & ſcienter, Cokier. litt. F. de Juſt. diſ-
penſ. Matrimon. lib. 2. *cap.* 18. *numer.* 27. *&* 33.
Rot. d. dec. 316. *numer.* 39. *par.* 5. *Recent.*

62 Cæterum Raptus non præſumitur; quin imo
ſola juris præſumptio Raptum excludit. Fortius
vero, ſi adſit Viri Juramentum, vel concurrant
Teſtes deponentes nihil de Raptu audiviſſe; *Zy-*
peus conſult. Can. 4. *de Reſcript.* §. *Sed neque Ra-*
ptus præſumitur. Et ad illum inducendum duo
63 ſunt præcipua requiſita, nempe abductio Mulie-
ris de loco ad locum, & violentia; *Cap.* 2. 36.
quæſt. 1. *Jul. Clar.* §. *Raptus n.* 1. *de Juſtis diſpenſ.*
lib. 2. *cap.* 18. *numer.* 59. *Sanchez. de Matrim.*
lib. 7. *Quæſt.* 4. *numer.* 31. *Dec. Tract. Criminal.*
lib. 8. *cap.* 6. *num.* 4. *Rot. deciſ.* 863. *n.* 3. *coram*
Cerro, & deciſ. 162. *num.* 1. *part.* 15. *Recent.* &
alibi paſſim.

Hinc, ſi mulier etiam invita detenta fuerit per
64 aliquod temporis ſpatium in Ædibus Matris Viri,
aut ſi e Domo ſua non educta, ſed reperta in via,
65 ſeu in agro, per aliquot paſſus abducta fuerit,
Raptus non committitur, nec impeditur diſpen-
ſatio; *Zyp. Conſult. Canon.* 4. *de Reſcript. verſ. Sed*
neque vitiat, de Juſt. diſpenſ. lib. 2. *cap.* 18. *nu-*
mer. 66. *& ſeqq. Panimoll. deciſ.* 62. *n.* 15.

66 Sed, an Raptus committatur reſpectu Mulieris
volentis, & conſentientis, fuit alias in dubium
revocatum; Et quidem, ſi violentia non interce-
dat, & mulier ſui Juris ſit, ideſt neque in pote-
ſtate Parentum, neque ſub cura Tutorum, Fra-
trum &c. exiſtat, Raptum non committi, commu-
67 niter tradunt *Piring. in Jus Can. lib.* 5. *tit.* 27.
ſect. 1. §. 2. *n.* 4. *Gutierez. de Matrimon. cap.* 86.
n. 12. *Sanchez eod. tract. lib.* 7. *diſput.* 12. *n.* 6.
Navar. lib. 5. *correſ. Tit. de Rapt. Maſcard. de*
Probat. Concluſ. 1259. *numer.* 29. *Decian. Tract.*
Crimin. lib. 8. *cap.* 7. *numer.* 19. Verſatur igitur
difficultas, quando Mulier conſentit abduci invi-
tis, ſeu inſciis Parentibus, Tutoribus &c.; Et
68 in hac quæſtione, licet in duas claſſes ſe ſcin-
dant DD. aliis affirmantibus, aliis negantibus
adeſſe Raptum, quos hinc inde congerunt *De*
Juſtis Diſpenſat. Matrimonial. lib. 2. *cap.* 18. *nu-*
mer. 55. *& ſeq. Clericat. de Matrim. dec.* 33. *n.* 12.
P. La Croix Theolog. Moral. lib. 6. *part.* 3. *n.* 638.
Rota in dec. 60. *num.* 8. *& ſeqq. part.* 15. *Recent.*
ubi fuit reputata quæſtio juris dubia, & intricata,
æquipollens quæſtioni facti, & propterea apta ad
concedendam Remiſſoriam; attamen in diſputa-
69 tionibus illius Cauſæ ſenſus Rotæ fuit, quod com-
mittatur Raptus ob injuriam, quæ fit Parentibus,
ſeu Tutoribus, aut Fratribus, non obſtante con-
ſenſu Mulieris, quia aliud eſt raptui conſentire,
& aliud conſentire Matrimonio, & propterea ex
conſenſu ad Raptum, non infertur conſenſus ad
Matrimonium, atque ita non ceſſat ratio Concilii
reſpectu illius Mulieris, quæ aſſentitur Raptui,
cum poſſit poſtea diſſentiri Matrimonio, ut *in*
deciſ. 863. *numer.* 7. *coram Cerro, & deciſ.* 162.
numer. 5. *& deciſ.* 305. *numer.* 16. *& ſeq. part.* 15.
& deciſ. 250. *part.* 16. *& deciſ.* 75. *numer.* 9. *par.*
17. & in eadem Cauſa ſcribens *Card. de Luc. de*
Matrim. diſc. 5. ubi materiam dilucidat, idem *de*
Luc. ad Concil. diſc. 28. *numer.* 5. *& ſeqq.* ubi
plures caſus diſtinguit *Corrad. in prax. Diſpenſ.*
lib. 7. *cap.* 66. *num.* 55. *Bertachin. Vot. dec.* 103.
numer. 4. *Januenſ. in Prax. Cur. Archiep. cap.* 20.
numer. 11. *Raynald. tom.* 2. *cap.* 22. §. 1. *verſ.* 6.
& 133. *&* §. 11. *verſ.* 123. *De Marinis var. re-*
ſolut. lib. 1. *reſolut.* 301. *numer.* 8. *Panimoll. de-*
ciſ. 62. *verſ.* 16. ubi de Raptu Mulieris exiſtentis
ſub cuſtodia Fratris, *Piring. in Jus Canon. lib.* 5.
tit. 27. *ſect.* 1. §. 2. *verſ. Infertur quinto.*

Et hanc ſententiam priſcis etiam temporibus
ſequuta fuit Sac. Congregatio Concilii; ut ex ſe-
quenti Decreto „ Felix de Gagliarda Laicus de- 70
„ cem, aut duodecim hominibus armatis aſſo-
„ ciatus, Orſettam filiam Clementis Thealdini in
„ domo Angeli Maſſini, & ſub ejus Tutela de-
„ gen. ad hoc tamen ea conſentiente, eduxit,
„ & Matrimonium cum ea contraxit. Modo
„ idem Angelus in conſtitutione, & aſſignatione
„ dotis prædictæ Orſettæ eam, ipſumque Feli-
„ cem pœnis in Decretis Sac. Concilii Tridenti-
„ ni ſeſſ. 24. cap. 6. in Raptores comminatis illa-
„ queari prætendit. Quæritur, an ſtante ipſius
„ Orſettæ conſenſu dictus Felix pœnis adſtrictus
„ exiſtat, dictumque Matrimonium ſubſiſtat, di-
„ ctaque dos ei aſſignari debeat? -- *Sacra Con-*
„ *gregatio Cardinalium Concilii Tridentini Inter-*
„ *pretum cenſuit, hujuſmodi Raptorem ſecundum*
„ *ea, quæ proponuntur, comprehendi, tam quo-*
„ *ad pœnas, quam matrimonii prohibitionem De-*
„ *creto d. cap.* 6. *ſeſſ.* 24. *de reform. matrim.* --
ut in *lib.* 75. Memorialium ejuſdem Sac. Con-
gregationis *pag.* 781. Et eod. *lib.* 75. ſubſequen-
ti *pag.* 782. tranſcriptum reperitur ſuper eodem
Dubio ſequens Votum una, cum altera ejuſdem
Sac. Congregationis Reſolutione.

An Raptores Mulierum, quæ raptui conſenſe- 71
„ *rint comprehendantur quoad pœnam, & matri-*
„ *monii prohibitionem Decreto Concil. Trid. cap.*
„ 6. *ſeſſ.* 24. *de reformat. matrim.*

„ Videtur reſpondendum, comprehendi, nam 72
„ Raptus committitur etiam cum muliere volen-
„ te *l. unica C. de rapt. Virgin.* §. *Si enim*, ubi
„ dicitur, *quod hoc ipſum velle mulierum ab inſi-*
„ *diis nequiſſimi hominis, qui meditatur rapinam,*
„ *inducitur:* Idque procedit etiam de jure Cano- 73
„ nico, ut probat *Text. in Cap. Placuit* 39. *quæſt.*
„ 2. -- ibi -- *Qui rapiunt fœminas, furantur, aut*
„ *ſeducunt*, Et *Cap. de Raptoribus* 36. *quæſt.* 1.
„ & ita expreſſim tenet *Abbas in Cap. cum cauſa*
„ *numer.* 4. *de Raptor.* & ibi *Anan. num.* 4. *verſ.*
„ *in Gloſ.* 2. *Sum. Tabien. in verb. Raptor. prope*
„ *finem Boſſ. in tit. de Raptu mulier. numer.* 16.
„ & de communi teſtatur *Alber. in L. Raptores*
„ *numer.* 7. *C. de Epiſ. & Clar. in* §. *Raptus verſ.*
„ *Adde, quod pœna.* Et ratio eſt, quam reddit
„ *Text. d. L. unica* his verbis: *Niſi enim Ra-*
„ *ptor eam ſollicitaverit, niſi odioſis artibus cir-*
„ *cumvenerit, non facit eam velle in tantum*

„ *dedecus*

„ *dedecus ſeſe prodere*; Ideoque mulier rapta ſem-
„ per præſumitur ſeducta, & decepta *Abb. d. n. 4.*
74 „ Præterea, de jure Civili inter Raptorem, &
„ Raptam, non poteſt contrahi Matrimonium
„ *d. l. unica C. de Rapt. Virgin.* At de jure Ca-
75 „ nonico, non licebat Raptori Raptam in uxo-
„ rem ducere, niſi purgato Raptu, peracta ſci-
„ licet pœnitentia, & Rapta in priſtinum ſtatum
„ reſtituta *Cap. Si autem, Cap. Placuit 26. quæſt.*
„ *2. junctis ibidem notatis per Gloſſ. & DD. &*
„ *præſertim Gloſſ. in d. Cap. Si autem in verb. ſol-*
„ *vit nunc, & in Cap. Placuit ſupra citat, in*
„ *verb. authoritate*, ubi dicunt *Gloſſæ* dictis *Ca-*
„ *pitibus* prohibentibus Matrimonium inter Rap-
„ torem, & Raptam eſſe derogatum authorita-
„ te Hieronymi relata *in Cap. tria eadem cauſa,*
„ *& quæſtione:* Et hoc ideo, quia corroboratur
„ authoritate veteris Teſtamenti, qua cauſa au-
„ thoritates Sanctorum Patrum præferuntur Con-
„ ciliis, & ſic de jure antiquorum Canonum
„ prohibitum erat cum Raptore Conjugium an-
„ te peractam publicam pœnitentiam, *ut ibi-*
76 „ *dem per Gloſſ.* Poſtea Conſtitutione *Lucii III.*
„ *& Innocentii III.* expreſſim comprobata ſunt
„ Matrimonia inter Raptorem, & Raptam, ut
„ habetur *in Cap. Cum cauſa, & Cap. fin. de*
„ *Raptor.* Nec amplius facta eſt mentio illius
„ diſtinctionis, an Raptor peregiſſet pœniten-
„ tiam nec ne? Sic igitur de jure Canonico va-
„ let Matrimonium inter Raptorem, & Raptam,
„ licet de jure Civili prohibeatur: Et ratio dif-
„ ferentiæ eſt, quia jus Civile conſideravit de-
77 „ lictum Raptoris; Jus Canonicum vero Matri-
„ monii libertatem; *Abb. in d. El. Cap. cum cau-*
„ *ſa, & ibi Anan. n. 4. ſup. Gloſſ. 2. Covar. in*
„ *Epitome de ſponſal. & Matr. in 2. par. cap. 35.*
„ *in princ.* Verum, quia etſi conveniret liber-
„ tati Matrimonii, ut Rapta, ſi vellet, poſſet
„ contrahere Matrimonium cum Raptore, tamen
„ ex alia parte proſpiciendum erat libertati Mu-
„ lieris, ne invita, dum in poteſtate Raptoris
„ maneret, ei Matrimonio per metum copula-
78 „ retur: Sacrum Concilium providentiſſime de-
„ crevit, ut poſſet quidem inter eos contrahi
„ matrimonium, ſed non alias, quam ſi Rapta
„ in loco tuto, & libero conſtituta, Raptorem
„ in virum habere conſenſerit: ita enim ex om-
„ ni parte recte providetur libertati matrimonii,
„ ut ſcilicet Raptor poſſit contrahere ſi velit, &
„ invita per metum non cogatur, ſi nolit; pa-
„ ria enim ſunt, ſi quis actum gerat compulſus,
„ vel ſciens poſſe compelli *l. ſi noviſſime, ff. quod*
79 „ *fal. tut. author*; propter quam rationem, etiam
„ ante Concilium aliqui Doctores ſenſerunt,
„ matrimonium inter Raptorem, & Raptam
„ nullum eſſe ſi contraheretur, donec perma-
„ neret in poteſtate Raptoris, quemadmodum
„ poſtea Concilium diſpoſuit eorum opiniones
„ approbando: Doctores autem qui hoc ſenſe-
„ runt referuntur a *Boſſ. d. tit. de Raptu n. 18.*
„ Cum ergo Concilium ita decreverit, propter
„ omnimodam libertatem, quæ in matrimonio
„ requiritur *Cap. Gemma, de Sponſal.* Patet,
„ hanc rationem militare, ſive mulier raptui con-
„ ſenſerit, ſive non, quia utroque ſubeſt pro-
„ babile dubium, ne propter metum, vel illa-
„ tum, vel qui ſibi poſſet inferri quoad cum
„ Rapiente moratur, Matrimonio conſentiat.
80 „ Denique hanc opinionem confirmat *Text. d.*
„ *Cap. Cum cauſa*, quo manifeſte probatur Rap-
„ tum committi etiam cum muliere volente,
„ dum requirit ad excludendum Raptum, ut ante
„ de Nuptiis actum ſit, & ita non ſufficit conſen-
„ ſus Puellæ, niſi præcedat tractatus de Matri-
„ monio, ut ibi ſentiunt communiter *Doctores,*
„ *ut per Abb. Anan. & Boſſ. ſupracitat.* Et quam-
„ vis *Gloſſ. ibi in verb. dicatur* ſcripſerit, non
„ committi Raptum, ubi Puella conſenſit, quod
„ etiam tradit *Archidiac. in Can. lex, illa eadem*
„ *cauſa, & quæſtione:* tamen, ut non diſſideat
„ cum Textu doctrina *Gloſſæ*, eſt intelligenda
„ de conſenſu Puellæ, quem præceſſit Matrimo-
„ nii tractatus, *ut ibid. per Abb. Anan. & Boſſ.*
„ *dict. n. 6.*

„ Quod ſi objiciatur, Sacr. Concilium reſpe-
„ xiſſe libertatem puellæ, ac Matrimonium nul-
„ lum decreviſſe, ſi contrahatur, donec eſt in
„ poteſtate Raptoris, hanc autem rationem ceſ-
„ ſare, ſi puella raptui conſenſerit.

„ Huic objectioni reſpondetur primo: quod 81
„ conſenſus puellæ ad Raptum præſumitur ex-
„ tortus a viro per dolum *juxta d. l. 1.* Reſpon-
„ detur ſecundo: eſſe conſiderandum, quod aliud
„ eſt Raptui conſentire, & aliud conſentire ma-
„ trimonio. Et propterea ex conſenſu ad rap-
„ tum, non inferri conſenſum ad matrimonium,
„ atque ita non ceſſare rationem Concilii in ea,
„ quæ aſſentitur raptui, cum poſſit poſtea diſſen-
„ tire matrimonio.

„ Itaque videtur reſpondendum, Raptorem 82
„ Mulieris volentis, includi decreto Concilii, ſic-
„ uti in ſpecie etiam ſenſit *Navar. conſ. 2. tit.*
„ *de Raptor. lib. 5.* in hanc ſententiam citans
„ *Sanctum Thomam*, quem ait eſſe receptum.
„ Et quod dictum eſt de Matrimonio, ut Con-
„ cilium comprehendat etiam Raptorem mulieris
„ volentis, dicendum eſt etiam de pœnis ob eaſ-
„ dem rationes.

„ Hæc autem omnia ita ſunt intelligenda, cum 83
„ vere Raptus intervenit, qui requirit aliquam
„ violentiam; adeo ut Raptus non tollatur, cum
„ abeſt violentia, & abductio per conſenſum mu-
„ lieris; ſecus ſi violentia non intercederet, &
„ Mulier eſſet ſui juris, ideſt neque in poteſtate
„ Parentum, neque Tutoris, neque ſimilium,
„ neque promiſſionibus, vel aliis artibus eſſet ſe-
„ ducta, ut bene per *Maſcard. de probat. vol. 3.*
„ *concl. 1253. in verb. Rapina n. 30.*

Hactenus Votum.

„ *Die 24. Januarii 1608. habita eſt Congregatio* 84
„ *Concilii Domi Illuſtriſſimi D. Cardinalis Ca-*
„ *merinen. cui interfuerunt Illuſtriſſimi Cardina-*
„ *les Camerinen. Montep. Paravic. Aquaviva,*
„ *Mantica, Pamphilius, Montis Regal. Maff.*
„ *qui omnes ſenſerunt, Concilium procedere etiam*
„ *in Muliere volente, dum tamen ſit raptus jux-*
„ *ta terminos juris Civilis. Unus Cardinalis*
„ *Montis Regalis exiſtimavit, Concilium proce-*
„ *dere, quoad nullitatem Matrimonii, non au-*
„ *tem quoad pœnas; ſed cæteri omnes putarunt*
„ *Concilium ſibi vindicare locum etiam quoad pœ-*
„ *nas &c.* Et fuit etiam ſenſus ejuſdem Sac.
Congregationis *in Ruben. Raptus, & Cenſurarum*
3. Martii 1714.

Ex dicto autem Sac. Congregationis Concilii 85
Decreto edito *anno* 1608. duo inferuntur, alte-
rum, quod in Muliere, etiam rapi volente, lo-
cum ſibi vindicet diſpoſitio Conciliaris, dummodo
ſit Raptus juxta terminos Juris Civilis, quia nem-
pe interceſſerit violentia, aut doloſis artibus fue-
rit Mulier circumventa, ſeu extiterit ſub cura
Parentum, Tutorum, Fratrum &c. Alterum ve-
ro, quod, ſi præcedat conſenſus Mulieris in Matri- 86
monium, ipſaque abduci conſentiat Raptus non

com-

committitur, etiam inſciis, & reclamantibus Pa-
rentibus *per Text. in cap. cum Cauſam de rapto-
rib.* -- ibi -- *Iſte, Raptor dici non debet, cum ha-
buerit Mulieris aſſenſum, & prius eam deſponſa-
verit quam cognoverit, licet Parentes reclamave-
rint a quibus eam dicitur rapuiſſe* -- Quæ tamen
Decretalis diſpoſitio, ut locum ſibi vindicet,
87 duo copulative requirit, nempe quod Mulier
Raptui conſentiat, & quod fuerit prius deſpon-
ſata, ſeu conſenſerit Matrimonio, nam rapiens
propriam Sponſam, ſeu eam, quæ Matrimonio
conſenſum præſtitit, cum accipiat id, ad quod
jus habet, non dicitur committere Raptum, ex
pleoe deductis in *deciſ.* 250. *num.* 9. *& ſeqq. &
n.* 24. *part.* 16. *recens.* & præter ibi relatos *Pi-
riug. in Jus Can. lib.* 5. *tit.* 27. *ſect.* 1. §. 4. *n.* 27.
Raynald. obſervat. Crimin. tom. 2. *Cap.* 22. §. 21.
num. 87. *Panimoll. deciſ.* 62. *num.* 17. *de Marin.
lib.* 1. *reſolut.* 301. *num.* 7. *Card. de Luc. d. diſc.*
5. *verſ.* 32. *& ad Concil. diſc.* 28. *num.* 13. *&
ſeqq. de Juſt. diſpenſ. Matrimon. lib.* 2. *cap.* 18.
num. 49. *& ſeqq. Pignatell. tom.* 5. *conſult.* 80. *n.*
3. & reſolutum fuit a Sac. Congregatione Con-
cilii *in Mediolanen. Matrimonii* 20. *Auguſti* 1661.
ut ex ſequenti Decreto.

„ Paulus Clemens a Porta, & Anna Maria a
„ Turre ſupplices huic Sac. Congregationi alias
„ narrabant, contracta inter ſe fuiſſe ſponſalia
„ per verba de futuro. Poſt vero factas tres De-
„ nunciationes in Parochia Viri, & duas in Pa-
„ rochia Mulieris, Gaſpar Annæ Pater, & Anna
„ ipſa, ejuſdem Patris impulſu, pro reſciſſione
„ Sponſalium coram Ordinario inſteterunt. Qua-
„ re, cum res in longum traheretur, Anna, miſ-
„ ſo Nuncio ad Clementem, obtulit ſe diſceſſu-
„ ram a Paterna Domo, ſi ipſe eam ſecum ad-
„ ducturus certo conſtituto tempore prope do-
„ mum ſuam præſtolatus eſſet; Quapropter ex
„ condicto Anna cum Clemente primam circa
„ Noctis horam aufugit, ſeſeque in ædes, quas
„ in Parochia S. Stephani ipſa Anna nonnullis
„ ante diebus ad annum conduxerat, ſe recepe-
„ runt. Poſtridie vero, accerſito Parocho ejus Pa-
„ rochiæ, quaſi Sacramentalis Confeſſio cujuſdam
„ Infirmi eſſet excipienda, coram eo per verba
„ de præſenti ſe invicem deſponſarunt, quibus
„ ille auditis, ſe ejus rei conſcium eſſe nolle, di-
„ xit, ac murmurans aufugit. Poſt hæc, & Ma-
„ trimonium conſumatum, & proles jam ſuſcepta
„ eſt. Et quoniam Vicarius Generalis D. Ar-
„ chiepiſcopi Mediolanen. hujuſmodi Matrimo-
„ nium, ut ſupra contractum, invalidum eſſe
„ contendit; Ideo ipſi Conjuges ſupplices petunt,
„ per hanc Sac. Congregationem declarari.

*I. An conſtet de Raptu ad effectum, de quo agi-
tur? & quatenus* Negative?

*II. An ſupradictum Matrimonium contractum
fuerit coram legitimo Parocho?*

Sac. Congregatio die 28. Auguſti 1661. reſpon-
dit -- Ad I. *Negative*, ad II. *Affirmative.*

Et, cum Epiſcopus *Melphienſis* tanquam Rap-
torem excommunicaſſet *Demetrium Prete*, ex
quo a Monaſterio abduxerat Puellam, cum qua
antecedenter per Procuratorem contraxerat Ma-
trimonium, Sac. Congregatio Epiſcoporum & Re-
gularium cenſuit, non fuiſſe commiſſum Raptum,
& 14. *Decembris* 1685. reſolvit *Cenſuras non ſub-
ſtineri.*

Atque ita intelligendi ſunt DD. qui firmant
præcedentem tractatum Matrimonii ſufficere ad
excludendum Raptum, quoſque recenſet *Rot. de-*
88 *ciſ.* 863. *n.* 10. *coram Cerra*; Non enim tractatus
præfatus ſumi debet pro quocumque tractatu,
ſed pro tractatu concluſo, aut per ſponſalia,
aut per mutuum conſenſum inter partes, itaut
non ſufficiat, quod unus loquatur de Matrimo-
nio, niſi alter etiam conſenſum inſtantiæ præſti-
terit; Id, quod deducitur ex laudata Decretali
in *Cap. cum Cauſam* -- ibi -- *iſte, Raptor dici non
debet, cum habuerit Mulieris aſſenſum* -- & adver-
tit, *Rot. deciſ.* 250. *num.* 14. *par.* 16. *recen. &
deciſ.* 75. *num.* 10. *& ſeqq. par.* 17. *Card. de Luc.
ad Concil. diſc.* 28. *num.* 15. *&* 16. *Panimoll.
deciſ.* 62. *n.* 18.

Dictuſque tractatus debet probari concluden- 89
ter, & neceſſe eſt, quod probationes ſint luce
Meridiana clariores, cum agatur de re gravi,
ut per *Text. in dicto cap. Cum Cauſam* -- ibi --
*Si præceſſiſſe Matrimonium, vel ex probationibus
Viri, vel ex Mulieris confeſſione claruerit* -- fir-
mat *Rot. deciſ.* 250. *num.* 22. *part.* 16. Nec So-
la Mulieris confeſſio, deſtituta adminiculis, ſuf- 90
ficere videtur, ne præbeatur aditus eludendi diſ-
poſitionem juris excludendi Raptum propria con-
feſſione. *Raynald. tom.* 2. *cap.* 22. §. 11. 12. *&*
13. *num.* 128. *&* 132. *Rot. dict. deciſ.* 250. *num.*
16. *part.* 16. *Recens.* præſertim, ſi confeſſio fue- 91
rit emiſſa tempore, quo adhuc in manu, & po-
teſtate Raptoris erat; *Rot. in deciſ.* 863. *n.* 13.
coram Cerro, & deciſ. 305. *num.* 2. *& ſeqq. part.*
15. *Recens.*

Cæterum ſemel ac ſequutus fuit Raptus, ta- 92
metſi cum Puellæ conſenſu, & quamvis fuerit
poſtea purgatus, nihilominus, ſi ad contrahen-
dum Matrimonium Raptor, Raptaque indigeant
Apoſtolica diſpenſatione ſuper aliquo Conſangui-
nitatis, vel Affinitatis impedimento, tenentur de
præcedenti Raptu mentionem facere, alias Diſ-
penſatio erit ſubreptitia. Quod probatur tum 93
ex verbis Regulæ ibi -- *Dummodo Rapta non fue-
rit* --, quod verbum -- *fuerit* -- indicat etiam,
quod Raptus de præterito intercesſerit; Tum
quia præfata clauſula non apponitur propter im-
pedimentum, quod adſit inter Raptorem, &
Raptam, cum etiam ante Concilium Tridenti- 94
num, quo de tempore nullum aderat impedi-
mentum quominus Raptor contrahere valuiſſet
cum Rapta, diſſenſu tranſeunte in conſenſum,
ut in Cap. ult. de Raptor. adhuc eadem clauſula
ex Regulis Cancellariæ Summorum Pontificum
in Diſpenſationibus Matrimonialibus apponeba-
tur; ſed quia, ut diximus ex *Rebuff.* diſpenſare
cum Raptoribus ſuper gradibus prohibitis, res 95
eſt mali exempli, unde difficilior redditur. Pon-
tifex ad Gratiam diſpenſationis illis indulgendam.
Et quamvis Raptus ſit purgatus, itaut de tem-
pore, quo petitur diſpenſatio in gradu probibi-
to, Raptor amplius talis non dicatur, nihilo-
minus, quia clauſula non ut directa in *rem*,
nempe in ipſum delictum Raptus, neque in
Perſonam Viri, qui Raptum commiſit, ut, ſi
diceret *dummodo Raptor non ſit*, ſed directa ſit
in Mulierem -- *Dummodo Rapta non fuerit* -- hinc,
quamvis Raptor, purgato Raptu, deſinat eſſe
talis, adhuc tamen ſemper verum remanet,
quod Mulier *Rapta fuerit*, quæ circumſtantia
de ſtylo exprimenda ad effectum, ut Pontifex
agnoſcat, an in re adeo mali exempli expediat
benigno proſequi favore eos, qui Crimen Rap-
tus commiſerunt, eo ipſo, quod reticetur, red-
dit Gratiam ſubreptitiam, etiam ſi agatur de
Gratia, quam Princeps denegare non ſoleat. Et
ita reſolvit Sac. Congregatio Concilij, ut ex ſe-
quenti Decreto.

Præ-

96 Præſuppoſito, quod inter Raptorem, & Rap-
„ tam adſit etiam Conſanguinitatis, ſeu alterius
„ Cognationis impedimentum, & quod Raptor,
„ & Rapta volentes inter ſe Matrimonium con-
„ trahere obtinuerint a Sede Apoſtolica diſpen-
„ ſationem ſuper impedimentis gradus Cogna-
„ tionis, nulla pœnitus facta de Raptu hujuſ-
„ modi mentione, quæritur -- *An ex clauſula*
„ *illa in quavis diſpenſatione Matrimoniali ap-*
„ *poni ſolita*, *videlicet* -- Dummodo propter hoc
„ rapta non fuerit -- *poſſit Ordinarius denegare*
„ *Executionem dicti Matrimonii, etiam quod Rap-*
„ *ta a Raptore ſeparata & in loco tuta, & li-*
„ *bero conſtituta, Raptorem in Virum habere*
„ *conſentiat*? S. Congregatio die 1. Decembris
„ 1583. cenſuit -- *Diſpenſationem eſſe ſub epti-*
„ *tiam, ideo Epiſcopum debere executionem*
„ *Matrimonii denegare.* Quam Reſolutionem
„ exſcripſi ab antiquo volumine Decretorum ejuſ-
„ dem S. Congreg. ad *cap. 6. ſeſſ. 24. de Reform.*
„ *pag. 453.*
97 Idemque reſolutum fuit die 6. April. 1606.
per hæc verba -- *Sac. Congregatio alias declaravit,*
diſpenſationem obtentam a Sede Apoſtolica ſuper
gradibus Affinitatis, vel Conſanguinitatis non ex-
preſſa Raptu Puellæ, quamvis ipſa conſenſum rap-
tui præbuerit, & Raptus ante obtentam diſpenſa-
tionem fuerit purgatus, eſſe ſubreptitium. Ut in
eod. volum ſeſſ. 24. cap. 1.
98 Sed illud ſcitu dignum eſt, quod ubi petitur
Apoſtolica Diſpenſatio ſuper ipſo Raptu, Papa
diſpenſat emiſſa clauſula -- *Rapta non fuerit* -- &
formulam hujuſmodi Diſpenſationis exſcribunt
Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib. 7. cap. 6. n. 58.
& de Juſtis Diſpenſat. Matrimon. lib. 2. cap. 18.
n. 38. cui formulæ non eſt diſſimilis ea, quam
99 ſervari vidi in his terminis concepta.
Innocentius &c. Officiali Archiepiſcopi Hiſ-
„ palen. ſalutem &c. Oblata nobis nuper pro
„ parte dilecti filii Andreæ Sedeno laici & Lu-
„ dovicæ de Guzman &c. petitio continebat,
„ quod ipſi alias ſcientes ſe tertio & quarto a
„ communi ſtipite provenien. Conſanguinitatis
„ gradibus invicem eſſe Conjunctos dictus An-
„ dreas non quidem peccandi data opera &c.
„ eamdem Ludovicam de Domo Parentum ra-
„ puit illam tamen carnaliter non cognovit. Diſ-
„ cretioni tuæ &c. cum ipſis &c. & poſtquam
„ d. Andreas præfatam Ludovicam arbitrio tuo
„ competenter dotaverit, & dummodo d. Lu-
„ dovica a præfato Andrea ſeparata & in loco
„ tuto, & libero conſtituta exiſtat & dictum
„ Andream in Virum habere conſentiat, ut præ-
„ fertur impedimento quarti &c. volumus &c.
„ quodque ſi dictus Andreas præfatæ Ludovicæ
„ ſupervixerit perpetuo abſque ſpe conjugii re-
„ maneat. Datum Romæ apud S. M. Majorat.
„ 1695. Nonis Januarii anno VI.
100 Ex hoc autem tenore Literarum Diſpenſatio-
nis Apoſtolicæ ſuper Raptu patet, quod inter
conditiones in iis adjectas, præcipua eſt, quod
Raptor tenetur competenter arbitrio Ordinarii
Raptam dotare, quod præſcribit etiam Conci-
lium Tridentinum *dict. ſeſſ. 24. cap. 6. de Ma-*
trim. itaut, donec, & quouſque hujuſmodi do-
tatio ſequatur, poſſit Exequutor Diſpenſationis
101 Literis exequutionem denegare. *Corrad. in Prax.*
Diſpenſat. lib. 7. cap. 6. num. 67. & ſeqq. & re-
ſolvit S. Congreg. Concilii *die* 10. *Decembris*
1583. Propoſito enim Dubio -- An in caſi-
„ bus in quibus inter Raptorem, & Raptam
„ conceditur Matrimonium, requiratur in pri-
„ mis, & ante omnia de neceſſitate, quod Rap-
„ tor Raptam dotet, & interim, antequam hoc
„ effectualiter fecerit vigore dicti *cap. 6. ſeſſ. 24.*
„ Ordinarius poſſit denegare exequutionem dictæ
„ Diſpenſationis - Reſponſum fuit -- *Epiſcopum*
exequutionem diſpenſationis legitime denegare poſſe,
donec Raptor effectualiter Raptam decenter dota-
verit, juxta Decretum Concilii ſeſſ. 24. cap. 6. de
Reformat.
Quod, ſi Mulier fuerit dives, itaut dote non 102
indigeat, & nolit per Raptorem dotari, adhuc
eo caſu, pro adimplendo Concilii Decreto,
quod, cum loquatur per verbum *teneatur* formam
inducens, omnino ſervandum eſt, curare debet
Ordinarius, ut aliquid quantumvis minimum,
nomine Dotis Mulieri per Raptorem aſſignetur.
Ita *Corrad. in Prax. Diſpenſat. Matrim. lib. 6. cap.*
7. n. 70. & ſeqq.
Adjicitur itidem in dictis Litteris Decretum, 103
quod *ſi Raptor Rapta ſupervixerit, perpetuo abſ-*
que ſpe Conjugii remanent, idque ad compeſcen-
dam improbam audaciam eorum, qui tam gra-
ve ſcelus, quale eſt Raptus, committere non eru-
buerunt. Conſimilemque clauſulam in aliis quo-
que Diſpenſationum Literis adjiciunt in certis 104
caſibus Pontifices, quando nempe impedimento
aliquo irretiti carnaliter ſe cognoſcunt eo fine,
ut Sedem Apoſtolicam ad indulgendam eis diſ-
penſationis gratiam reddere poſſint faciliorem,
vel quando ſcientes, Impedimentum aliquod in-
ter ipſos exiſtere, adhuc Matrimonium, Diſpen-
ſatione Apoſtolica non obtenta, de facto con-
trahunt, & in his caſibus ſic concipitur Decre-
tum -- *Volumus autem, quod contrahentium præfa-*
torum, alter alteri ſupervivens perpetuo abſque ſpe
Conjugii remaneat. Quod ſi alter tantum ex con-
trahentibus conſcius ſit impedimenti, aut con-
trahat ſub ſpe facilius habendæ Diſpenſationis,
tunc Decretum ſic concipitur, ut illum ſolum
afficiat.
Stante autem Decreto præfato, & altero ex 105
Conjugibus defuncto, permiſſum non eſt ſuper-
ſtiti ad ſecundas convolare nuptias, non obtenta
prius a Sede Apoſtolica ejuſdem Decreti relaxa-
tione, quæ hodie de facili conceditur facta ex-
preſſione, quod Conjux ipſe ſuperſtes *continenter* 106
vivere diffidat; Verum in Literis hujuſmodi rela-
xationis Decreti, denuo illud Conjugi præfato
adjicitur, ut notum eſt.
Sed oritur quæſtio, an ſecundum Matrimo- 107
nium a Conjuge ſuperſtite contractum, non ob-
tenta Decreti præfati relaxatione ſit nedum il-
licitum, verum & nullum, ac invalidum? Su-
per hoc Dubio alias pro veritate requiſitus reſpon-
di ſecundum Matrimonium eſſe validum. Licet
enim de poteſtate Pontificis inhabilitandi Per-
ſonas ad contrahendum Matrimonium ambigi 108
non poſſit, ut factum fuit in *cap. 1. ſeſſ. 24.*
de Reformat. Matrim. & antiquioribus relatis
Canoniſtis *Fagnan. in cap. Litera num. 8. &*
ſeqq. de Matrim. contract. contr. Interd. Eccleſ.
Dictaque poteſtate, etiam extra caſus Apoſto- 109
licarum Diſpenſationum ſuper Matrimoniis con-
trahendis inter impedimento aliquo irretitos,
nonnulli Pontifices uſi fuerunt, ut contra *Ber-*
nabonem Vice-Comitem ejuſque filios, ſervatum
fuiſſe teſtantur *Alexander de Nevo in Cap. Tuas*
num. 17. de Sponſal. Sanchez de Matrim. lib. 7.
cap. 1. num. 7. & cap. 2. num. 12. Aliumque
caſum interdicti facti a Pontifice ad evitanda ſcan-
dala ſuo tempore contigiſſe, refert *Addit. ad Na-*
var. conſ. 1. de Matrim. Contra Interdict. Eccleſ. Et

caſus iſte eſt forte, ille ſuper quo conſuluit *Burſat. conſ. 461. a n. 54.* Similequе ioterdictum factum fuiſſe ab *Alexandra VII.* in Cauſa Matrimonii, quod Duciſſa Ceri contrahere exoptabat cum *Sanctinella*, legitur apud *Card. Pallavicin. in Vit. ejuſdem Pontific. lib. 5. cap. 12.*

110 Nihilominus, alio non concurrente canonico impedimento, Matrimonium initum contra Pontificis interdictum mero jure tenet, niſi ulterius Pontifex illud, ſi contrahatur, *nullum*, *& irritum decernat.* Sola enim Pontificis inhibitio, qua vetat Matrimonium contrahi, non præſefert animum illud annullandi, cum de cætero ad hujuſmodi effectum neceſſe omnino ſit, quod de animo præfato expreſſe conſtet, ut patet in omnibus Impedimentis, quæ ex Inſtitutione Eccleſiæ impediunt Matrimonium contrahendum, ſed non dirimunt contractum, juxta *cap. 1. de Vot. in 6.* Et communiter firmant *Hoſtienſ. in Summ. Tit. de Matr. contract. contra Interdict. Eccleſ. & in cap. penul. in fin. de Diſpenſ. Impuber. ibique etiam Jo. Andr. in fin. Ancaran. num. 7. Felin. in cap., Ex parte num... verſic. Quartus caſus, Fagnan. in cap. Literæ num. 16. de Matrim. contract. contr. Interdict. Eccleſ. Gutierez. de Matrim. cap. 61. num. 56. Sanchez eod. Tract. lib. 7. cap. 1. num. 7. & cap. 2. num. 12. Pontius eod. Tract. lib. 6. cap. 3. num. 3. Averſ. eod. Tract. quæſt. 19. ſect. 3. in fine, Burſatt. conſ. 461. a num. 44. & ſeqq. Pignatell. Conſult. 167. tom. 4. de Juſt. Diſpenſat. Matrimon. lib. 3. cap. 1. num. 42. Filliuc. Quæſt. Moral. tom. 1. Tract. 10. part. 2. cap. 1. num. 11.* Et ſan. mem. Alexander VII. ad occurrendum ſcandalis, & graviſſimis malis, quæ oriri valuiſſent, ſi forte Matrimonium contraheretur inter *Duciſſam Ceri, & Sanctinellium*, poſtquam illud inhibuit, *ſeguenda gl' eſempj* (ſunt verba *Card. Pallavicini* in Vit. ejus *Alexandri* loco citat.) *d'altri Pontefici, & il parere di famoſi Dottori in ſimili caſi, non ſolo annullò, ſe per avventura vi foſſero proceduti li Sponſali, ma qualunque Matrimonio, che di fatto contraeſſero per inanzi.*

111 Hinc ſequitur, quod Pontifex etſi in nonnullis caſibus, dum Diſpenſationes Matrimoniales indulget, adjicere ſoleat in earum Literis clauſulam -- *quod alter ex contrahentibus alteri ſupervivens, perpetuo abſque ſpe Conjugii remaneat*, Conjugium tamen ipſum, ſi forte, Defuncto altero ex Conjugibus, a ſuperſtite adverſus ſuum Interdictum contrahatur, non irritat, proindeque deficiente voluntate Pontificis illud irritandi, quamvis Conjugium præfatum ſit illicitum, quia factum contra Pontificis Interdictum, nullitatis tamen vitio infectum non remanet juxta mox laudatas Auctoritates. Et ita reſolutum fuit anno 1705. a Congregatione particulari quatuor doctiſſimorum Virorum, nempe clar. mem. Cardinalium *Panciatici*, *& Sacripantes*, nec non *Zauli* Viceſgerentis, & *Corradini* tunc Subdatarii, nunc Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis Ampliſſimi; Cum enim nobilis quædam Matrona ad ſecundas convolaſſet Nuptias cum Viro longe diſparis conditionis, non obſtante quod in Literis Diſpenſationis pro contrahendo Matrimonio cum primo Viro adjectum fuiſſet Decretum, cujus tamen relaxationem non reportaverat, quod *illi ſupervivens abſque ſpe Conjugii perpetuo remaneret*, hinc viribus dicti ſecundi Matrimonii ad examen revocatis *die 7. Julii* 1705. unanimi Voto reſponſum fuit -- *Matrimonium fuiſſe, & eſſe validum, firma remanente ſeparatione pro tempore per Epiſcopum arbitrando, & impoſitis gravibus pœnitentiis ſalutaribus.* Et Sententiam hanc comprobat ſtylus, 112 quem ſervat Apoſtolica Sedes, dum indulget abſolutionem a Cenſuris Conjugi ſuperſtiti qui ſpreto ſupradicto Decreto, poſt obitum alterius Conjugis ad ſecundas Nuptias convolavit; Siquidem in Literis Apoſtolicis nulla ipſi injungitur obligatio Matrimonium *de novo ſervata forma Concilii Tridentini* contrahendi, quemadmodum injungi ſolet iis, qui nulliter Matrimonium contraxerunt, ſed mandatur Ordinario, *quod prohibitione præfata non obſtante, in ſic per eos contracto Matrimonio, nulla ſibi alias obſtante canonico impedimento, remanere, libere, & licite valeant, Apoſtolica auctoritate indulgeat, ac licentiam & liberam facultatem concedat.*

Verum, cum in caſu mihi propoſito, ſecundum Matrimonium contractum fuiſſet in Galliis, contendebatur ulterius, ex alio duplici motivo fuiſſe nullum, quia nempe non præceſſerant Canonicæ Denunciationes, & quia contractum fuerat a filio familias, reluctante, & non 113 conſentiente Patre, contra quamplures Galliarum Regum id genus Matrimonia irritantes, Conſtitutiones, nempe *Henrici III. Bleſis* edita anno 1579. *Ludovici XIII.* anno 1639. & *Ludovici XIV.* anno 1697. Et hiſce inhærentes Regiis Conſtitutionibus, pro nullitate eorumdem Matrimoniorum, reſponderunt *Dartis oper. Canon. Comment. in Decret. part. 2. Can. 30. quæſt. 5. pag mihi 319. Franc. Roye Inſtit. Jur. Canon. lib. 2. Tit. 9. §. Nec obſtat, Carond. lib. 1. Reſponſ. 12. Bellon. conſ. 124. n. 10.*

At reſpondi, Matrimonia in Galliis etiam invitis, & reluctantibus Parentibus, contracta eſſe valida, tum de jure civili, tum de jure Canonico antiquo, tum fortius ex jure noviſſimo Concilii Tridentini, tum denique ex Regiis Declarationibus, & unanimi Theologorum Gallicanorum opinione, & conſenſu.

Et quidem de jure civili; Quamvis enim ju- 114 re præfato inſpecto neceſſarius eſſet ad contrahendas Nuptias Patris conſenſus, ſine quo injuſtæ Nuptiæ, injuſta Uxor, injuſti Liberi, nulla Dos, nulla Uxor, non tamen Matrimonium de facto contractum, erat irritum, nec diſſolvebatur, ut probat clariſſime *Paulus J. C. lib. 2. Sententiar. tit. 19.* his verbis -- *Eorum, qui in poteſtate Patris ſunt, ſine voluntate ejus Matrimonia jure non contrahuntur, ſed contracta non ſolvuntur; Contemplatio enim publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur* -- Si enim leges noluerunt ultimam mortalium diſpoſitionem ab alieno pendere arbitrio, quanto magis ſtatus hominis a conſenſu Parentis pendere non debet? ut ex his, aliiſque rationibus, latiſſime, contrariis reſpondendo objectionibus, firmant, *Gonzal. in cap. Tua Nos num. 8. & ſeqq. de Diſpenſat. Impuber.* & poſt *Cujacium, & Gottifredum, Natal. Alexan. Theolog. Dogmat. de Sacram. Matrimon. art. 3. verſic. Legibus quidem Romanis.*

Conſtans quoque, & veriſſima eſt Sententia, 115 etiam de jure Canonico antiquo, Matrimonia ſolo conſenſu contrahentium celebrata, valida eſſe, nec umquam Parentum conſenſum fuiſſe neceſſarium ad eorum ſubſtantiam, & validitatem, ut per *Text. in C. ſufficiat 7. quæſt. 2. Cap. Tua 25. de Diſpenſat. Impuber. & cap. penul. de Raptor.* late probant *Gonzal. in Cap. Tua*

Nos

Digitized by Google

Nos a num. 10. de Diſpenſ. Impubet. & ibidem,
Fagnan. a n. 21. & ſeqq. Zaul. ad Statut. Faven-
tin. tom. 1. pag. 539. num. 1. & ſeqq. Galleſius de
Eccleſiaſt. in Matrim. Poteſt. adverſus Launon.
part. 1. num. 290. & ſequent. pag. 86. & poſt D.
Thom. & alios, Natal. Alexandr. Theolog. Dog-
mat. tom. 2. de Sacram. Matrim. dict. artic. 3.
Et quamvis non deſint Doctores, qui contrarium
exiſtiment, innixi Decreto Evariſti PP. de quo
in Can. Alter 30. quæſt. 5. nihilominus attendi non
merentur, dum laudati Decreti ſenſus non eſt,
quod Conjugia abſque ſolemnitatibus inibi præ-
ſcriptis inita, ſint nulla, ſed quod, tanquam
clandeſtina, illegitima reputentur in Foro exter-
no; Præſertim, quia Canon præfatus bona fide
non refertur a Pontio, aliiſque, nam in Decreto
Gratiani a Gregorio XIII. emendato, legitur non
particula etiamſi, ſed particula niſi voluntas pro-
pria ſuffragaverit, ut apud Fagnan. Zaul. & Gal-
leſium locis citatis.
116 Sed ceſſat quæcumque ambigendi ratio ex no-
viſſima Lege Concilii Tridentini. Quamvis enim
Galli Oratores in eo petiiſſent, ut declararentur
irrita tam clandeſtina, quam Matrimonia filiorum
familias ſine conſenſu Parentum contracta, ut
teſtatur Card. Pallavic. in Hiſtor. ejuſdem Con-
cilii lib. 22. cap. 1. Redingius in ſimili Hiſtor.
tom. 4. pag. 282. num. 16. & 17. Capon. diſcept.
160. num. 33. tom. 3. & a principio fuiſſet jam
efformatum Decretum, quo irritabantur Matri-
monia contracta a filiis familias ſine Genitorum
conſenſu ante annum ſextum decimum comple-
tum, & poſtea pluries reformatum circa æta-
tem, modo eam ſtatuendo uſque ad annum vi-
geſimum, modo uſque ad annum decimum octa-
vum in Maſculis, ut ex laudato Card. Pallavic.
lib. 23. cap. 5. a num. 18. obſervat Redingius
dict. tom. 4. pag. 283. ſub num. 5. & pag. 297.
num. 7.
117 Nihilominus, poſt auditas PP. Sententias,
quas lato calamo enarrant, Pallavicin. & Re-
dingius, ſtatutum fuit in ſeſſ. 24. cap. 1. quod
Anathemate damnarentur ii, qui falſo affirmant,
Matrimonia a filiis familias ſine conſenſu Paren-
tum contracta, eſſe irrita, & Parentes ea rata,
vel irrita facere poſſe. Per quam declarationem
exploſa eſt Sententia Lutheranorum, & Calvini-
ſtarum, qui pertinaciter aſſerebant, Matrimonia
filiorum familias ſolo Parentum diſſenſu, aut
conſenſu irrita, vel legitima eſſe jure naturali,
& Divino, nullo habito reſpectu ad Leges Ec-
cleſiæ, ut advertit Natal. Alexand. Theol. Dog-
matic. tom. 2. de Sacram. Matrim. art. 3. de Con-
ſenſu Parentum propoſit. Unic. verſic. Anathema il-
lud. Et hujus Conciliaris Decreti quinque potiſſi-
mæ fuerunt rationes, quas enumerat Capon. diſ-
cept. 170. n. 33. & ſeqq. tom. 3.
Non obſtat, quod Decreta Concilii non ſint
in omnibus apud Gallos recepta, præſertim in
hac materia, in qua adſunt Ordinationes Hen-
rici II. & III. ac Ludovici XIII. & XIV.
118 præſcribentes neceſſitatem conſenſus Paterni in
Matrimoniis filiorum familias. Franciſcus Roye
Inſtit. Jur. Canon. lib. 1. tit. 9. de Matrim. §.
Nec obſtat. Etenim non ſolum Clerus Gallica-
nus generaliter anno 1615. acceptavit Concilium
119 Tridentinum, ſed etiam eſt illud ibidem re-
ceptum quoad omnia, & ſingula Decreta fi-
dei, Canoneſque ſuper controverſis Doctrinæ
capitibus conditos, ut teſtatur Natal. Alexand.
Hiſtor. Eccleſ. ſæcul. 15. & 16. Diſſert. 12. pag.
mihi 362. & ſeqq. & pag. 367. verſic. Non
mirum. Porro Decretum Concilii Tridentini cir- 120
ca Matrimonia filiorum familias non reſpicit mo-
res, cum Conciliorum Decreta circa validita-
tem, vel invaliditatem Sacramentorum non mo-
res, ſed ad Doctrinam referuntur, ac propterea
omnes obligant, neque obligatio pendet ab ac- 121
ceptatione Populorum: Et in hoc error Calvini,
& aliorum Hæreticorum conſiſtebat, ut in ter-
minis animadvertit Galleſius de Poteſt. Eccleſiaſt.
contra Launojum part. 1. num. 296. & ſeqq. pag.
mihi 88. bene Fermoſin. de Legibus ad Cap. Ec-
cleſia S. Mariæ n. 60. de Conſtit. pag. 354.
Præterea, etiam ſi per poſſibile Concilium Tri-
dentinum non haberet locum in Gallia, adhuc
ibidem attendi debet Juris Canonici antiqui diſ- 122
poſitio, contra quam non potuit ulla introduci
conſuetudo ſine prævia individuali ſcientia S. Se-
dis, ut obſervat Zaul. ad Statut. Favent. tom. 1.
pag. 541. n. 20. & ſequent.
Ordinationes vero Regias non reſiſtere, du-
plex ratio ſuadet. Prima, quia hujuſmodi le- 123
ges ſunt nullæ, ſive vinculum Sacramenti tan-
gant, ſive ſolas pœnas comminentur contra fi-
lios familias ſine Patris conſenſu Matrimonia con-
trahentes, ut latiſſime de his legibus loquens
Fermoſin. tit. de Legibus ad Capit. Eccleſ. S. Ma-
riæ num. 51. & ſeqq. de Conſtitut. pag. mihi 354.
Galleſius de Auctor. Eccleſ. contra Launojum part.
1. a num. 279. & ſignanter num. 286. pag. 84.
Nihil enim diſponere laici poſſunt, quod mi-
nuat libertatem in Matrimoniis, multoque mi-
nus circa ea, quæ vinculum Matrimonii, &
eſſentiam ipſam Sacramenti tangunt Joann. An-
dr. in cap. Statutum num. 2. de Hæretic. in 6.
Felin. in cap. 1. num. 13. de Sponſal. Mart. de
Juriſdict. part. 4. caſ. 70. & 71. Fontanell. de
Pact. Nupt. clauſ. 4. Gloſſ. 2. num. 1. & ſeqq.
Maſtrill. deciſ. 163. num. 17. & ſeqq. Gizzarell.
deciſ. 62. num. 6. Oliva de For. Eccleſ. part. 1.
quæſt. 29. cum aliis plene relatis a Zaul. ad Sta-
tut. Favent. dict. tom. 1. pag. 542. num. 25. &
ſeqq. & n. 44.
Eoque magis attendi non merentur Regiæ 124
Ordinationes, quia anno 1629. occaſione, qua
emanavit Edictum Ludovici XIII. Clerus Galli-
canus nonnullas Regi expoſuit difficultates, in-
ter quas aderat ſecunda his verbis concepta —
Secunda, ut non adſtringantur Eccleſiaſtici ad ju-
dicandum ſecundum hujus Edicti, ſimulque Ble-
ſenſis articulos, ſed juxta Sacros Canones, & Ec-
cleſiaſtica Decreta, quæ ſunt unica regula, & nor-
ma Judicii Eccleſiaſticorum; Hi enim non poſſunt,
aut debent juriſdictionem, quam a ſolo Deo col-
latam habent, circa res ſpirituales ab ipſis laicis
mutuari — Et ex parte Regis reſponſum fuit —
Altera pariter difficultas juſta, & rationi congrua
viſa fuit — ut refert Cabaſut. in Theor. & Prax.
Jur. Canon. lib. 3. cap. 26. num. 6. pag. 401. Si
enim neque Judices Eccleſiaſtici in Galliis te-
neotur has Regias Ordinationes ſequi, ſed Ca-
nones, & Decreta Eccleſiæ ſervare debent, mul-
to minus tenentur Romanæ Curiæ Judices ad
normam earumdem laicalium Ordinationum ju-
dicare, ſed unice ad formam Sacrorum Cano-
num, & præcipue Concilii Tridentini Decreto-
rum, Sententiam proferre debent.
Altera ratio petitur ex unanimi conſenſu Theo- 125
logorum Gallicanorum, qui duo in Matrimonio
diſtinguunt, nempe eſſe Sacramenti, & contra-
ctum civilem, & exinde concludunt, quod Regiæ
Ordinationes nec diſponunt, nec diſponere poſſunt
de vinculo Sacramenti, ſed ſolum quoad contractum

civilem reſpectu Dotis, exhæredationis, ſucceſ-
ſionis filiorum &c. remanente ſemper intacto
vinculo Sacramenti; Hinc egregie, *Joannes Ha-
bertus Epiſcopus Vabreaſis in Tract. de Conſenſu
Hierarch. & Monarch. lib. 6. pag. mihi* 52. ait —
*Nullo umquam Edicto Matrimonia filiorum fami-
lias invalida, ac nulla eſſe abſque conſenſu Pa-
rentum, Tutorumve conſtitutum eſt, & ſi hic er-
ror multis impoſuerit. Prohibita quidem ſunt, ſed
invalida, & nulla eſſe, haudquaquam definitum.
Unde etiam Deceſſorum veſtigiis inhærens Rex Chri-
ſtianiſſimus Ludovicus ea iterum prohibuit, ac
auſterius interdixit, invalida tamen, ac nulla
eſſe contra Tridentinæ Synodi Decretum, ac Theo-
logorum unanimem, etiam in Regno ſuo, ſenten-
tiam minime ſanxit.* Idemque tradunt *Natal.
Alexand. Theolog. Dogmatic. tom. 2. de Sacram.
Matrim. lib. 2. Regul. XX. pag.* 88. *juxta im-
preſſionem Venetam*, latiſſime *Cabaſut. in Theor.
& Prax. Jur. Canon. lib. 3. cap. 26. num. 4. pag.*
400. *& ſeq.*

126 Et ita etiam ſimilia Edicta *Caroli V.* Impera-
toris & *Philippi IV.* Hiſpaniarum Regis, pro Bel-
gio edita, interpretatur *Van Eſpen in Jus Eccleſ.
univerſ. part. 2. tit. 12. de Sponſalib. cap. 4. n. 25.
in fine pag.* 431. juxta ſecundam editionem *Colo-
nienſem*, ſcilicet Matrimonia hæc a filiis familias
contracta, diſſentientibus Parentibus, non eſſe ir-
rita, & invalida in ratione Sacramenti, ſed eſſe
quodammodo nulla quoad effectus civiles.

127 Atque revera Ordinationes *Henrici II.* & *III.*
nihil diſponunt de vinculo Sacramenti, ejuſque
validitate, ſed ſolum reſpiciunt exhæredationes,
& pœnas Parochis imponunt, ut ex particulis
earumdem Ordinationum, quæ habentur apud
Van Eſpen. ubi proxime pag. 430. *n.* 22. *& ſeqq.*
Atque in iiſdem quoque terminis conceptum le-
gitur Edictum *Ludovici XIV.* anno 1695. pu-
blicatum, quod vinculum, & Sacramentum Ma-
trimonii non tangit.

128 Sola difficultas oriri poterat in terminis Edicti
Ludovici XIII. publicati anno 1529. in quo di-
cebatur, quod talia Matrimonia judicari deberent
non valablement contractés &c. ſed petente Clero
Gallicano, ut dilucidarentur hæ voces, *quod nem-
pe non aliter intelligantur, quam per relationem
ad contractum civilem, & nullatenus ad contra-
ctum Spiritualem Sacramenti;* Rex per Commiſſa-
rios ſuos reſpondit, *verba iſta, valide, aut in-
valide contracta Matrimonia* non eſſe aliter ex-
plicanda, quam per ſolam relationem ad Con-
tractum civilem per laicos Judices, ut late ex-
ponit *Cabaſut. in Theor. & Prax. Jur. Canon. lib.
3. cap. 26. n. 6. Natal. Alex. Theolog. Dogmatic.
de Sacram. Matrim. art. 3. Feuret. de Abuſ. in
Obſervat. impreſſ. poſt tom. 2. Obſervat.* 14.

129 Et quamvis a Galliarum Parlamentis quando-
que hujuſmodi Matrimonia declarata fuerint in-
valida, etiam quoad vinculum, quod & firmare
videntur *Tondut. tom. 1. cap. 71. n. 8. Brodeus in
addit. ad Lovetum litt. M. tit.* 6. (cujus imperi-
tiam acriter redarguit *Cabaſut. dict. cap. 26. n. 7.*)
ut præcipue contingit in caſu Mareſcalli *de Mon-
morency*, qui poſt obtentam a Parlamento Pari-
ſienſi declarationem nullitatis Matrimonii ab ip-
ſo contracti cum N. *de Piennes*, novas nuptias
contraxit cum filia naturali Regis *Henrici II.* Vi-
dua *Horatii Farneſii*, qui caſus cauſam dedit Edi-
cto præfati Regis, ut ait *Mezeray Abrégé de l'Hi-
ſtoire de France tom. 4. pag.* 710.

130 Attamen, res eſt valde intolerabilis, quod Sa-
cramenti validitas, vel invaliditas pendere debeat
a placito Judicum laicorum; ſequeretur enim
quod Deus, cujus eſt uniformis, & perpetuo
conſtans operatio, nullam ſibi in Sacramento im-
primendo præfigeret Regulam, ſed ad arbitrium,
& inconſtantiam humanorum Judicum ſuum ſuſ-
penderet actum, & pro eorum varietate nunc
Sacramenti ſui ſigillum imprimeret, nunc vero
Sacramenti gratiam cohiberet ſecundum humano-
rum judiciorum inæquales, nec ſibi conſtantes
ſucceſſus, ut bene inquit *Cabaſut. in Theor. &
Prax. Jur. Canon. lib. 3. cap. 26. n.* 5. Hinc me-
rito S. Congreg. Concilii *in Romana, ſeu Maſſi-* 131
lien. in Gallus Matrimonii die 17. Novembris 1708.
unanimi EE. PP. judicio pro validitate Matrimo-
nii a Muliere ſine Patris conſenſu in Gallia con-
tracti, reſpondit, ſpreto penitus Arreſto edito ſu-
per ejuſdem Matrimonii nullitate.

Tertium denique fundamentum cui innitebatur
nullitas Matrimonii in caſu mihi propoſito, quod
nempe omiſſæ fuerint Canonicæ Denunciationes
pro illius validitate requiſitæ ex Regia Conſtitu-
tione Bleſis edita *anno* 1579. *art.* 4. cæteris de-
bilius erat. Conſtans enim eſt tum Sac. Congre- 132
gationis Concilii, tum DD. ſententia, quod
Denunciationes peragendæ ad tramites Concilii
Tridentini *cap. 1. ſeſſ. 24. de Refor.* ante Matri-
monium per verba de præſenti contrahendum,
neceſſariæ non ſunt neceſſitate Sacramenti, ſed
ſolum neceſſitate præcepti, proindeque earum
omiſſio Matrimonii validitati non officit, ut reſ-
pondit eadem Sac. Congregatio *in Tullen. 9. Ju-
lii 1618. de qua infra num. 158. & in Mediola-
nen. 12. Septembris* 1629. ut infra num. 156. &
firmant communiter *Fagnan. in Cap. Cum ac-
ceſſiſſent n. 29. de Conſtit. & in Cap. Qui Praesby-
terum num. 94. de Pœnit. & Remiſſ. Barboſ. ad
Concil. Cap. 1. ſeſſ. 24. n. 29. Corrad. in Prax. Diſ-
penſ. lib. 7. Cap. 6. n. 14. De Juſtis Diſpenſat. Ma-
trimonial. lib. 1. cap. 6. n. 147. Natal. Alexandr.
Theolog. Dogmat. moral. tom. 2. Regul. 20. juxta
impreſſ. Venet. anni 1705. Sanchez de Matrimon.
lib. 3. diſput. 5. n. 6. Clericat. eod. Tract. deciſ. 34.
num.* 3.

Quod vero Regia Conſtitutio *Bleſis* edita *art.* 133
4. decernat, Matrimonia ſine Denunciationibus
valide contrahi non poſſe a Subditis Regiis cu-
juſcumque ſtatus & conditionis ſint; intelligen-
dum eſt, Matrimonia præfata valida non eſſe
quoad effectus civiles, quamvis ratione contra-
ctus, & Sacramenti rata ſint. Hanc Regiæ Con-
ſtitutionis formam ſic explicant *Fevret. lib. 5. de
Abuſ. cap. 2. & Compilator Probationum Liberta-
tum Eccleſ. Gallican. tom. 2. pag.* 967. Sic ex-
plicuerunt Regiorum Sigillorum Cuſtos, & Con-
ſiſtoriani Comites a Rege *Ludovico XIII.* trium-
phantis memoriæ deputati, cum Gallicani Cleri
querimoniis, & ſupplicationi occaſione *articuli*
29. Conſtitutionis a Juſto Rege editæ anno 1629.
quo Matrimonia inita contra tenorem *Bleſenſis*
Conſtitutionis invalide contracta cenſeri, ac de-
clarari decernebat, Regis nomine reſponderunt,
anno 1630. Verba ſunt *Natal. Alexand. Theol.
Dogmat. tom. 2. lib. 2. de Sacrament. Matrim. Re-
gul. 20. verſic. Quod ergo.*

Hæc latiori calamo ſcribebam in ſupradicta
Cauſa *NN. Matrimonii.* At quoniam mentio
incidit de Canonicis denunciationibus ex præſcrip-
to Concilii Tridentini *cap. 1. ſeſſ. 24. de Refor,*
ante Matrimonium peragendis, haud erit inju-
cundum ſcire, quod cum in Urbe frequens irrep-
ſiſſet abuſus contrahendi Matrimonia ſine Denun-
ciationibus coram Parochis clandeſtine, & per frau-
dem

Digitized by Google

dem acceſſitis, quod injuriam Sacramento, &
præjudicium inferebat decori familiarum, dum
non ſarò Sponſi poſt expletam amoris vehemen-
tiam, Conjuges ſuas vel male tractarent, vel
134 deſererent. Cumque nulla adhuc pœna ſpiritua-
lis, vel temporalis reperiretur impoſita per Edi-
cta, vel Leges particulares adverſus Parochos,
ipſoſque Contrahentes, & Teſtes Matrimonio in-
tervenientes, ſed punirentur pœna pecuniaria, vel
Carceris arbitrio D. Cardin. Urbis Vicarii: Hinc
Sac. mem. *Clemens XI.* juſſit, per Eminentiſſ. PP.
Concilii Tridentini Interpretes ponderanda eſſe
hujuſmodi inconvenientia, ad eaque ſubmovenda,
135 decernere; *An expediat, ut Eminentiſſ. Vicarius
imponat aliquam pœnam temporalem, vel ſpiritua-
lem contra ſupradictos reſpective tranſgreſſores, &
quam?* Super hoc Dubio pro inſtructione ani-
mi, cl. mem. Cardin. *Panciatici* ejuſdem Sac.
Congregationis Præfecti, hæc vernaculo ſermone
adnotavi.

„ La pena, che dal Concilio Lateranenſe ce-
„ lebrato ſotto *Innocenzo III.* s'impone al Paro-
„ co che aſſiſte alli Matrimonii ſenza aver pre-
„ meſſo le Canoniche Denunciazioni, ſi è, che
136 „ *per triennium ab Officio ſuſpendatur, gravius
„ puniendus ſi culpæ qualitas poſtulaverit* -- come
„ ſi legge nel *Cap. Cum inhibitio, de Clandeſtin.
„ Diſpenſat.* Queſta pena non vien tolta dal Con-
137 „ cilio di Trento nella *Seſſ. 24. cap. 1. de Refor-
„ mat. Matrim.* poichè ſi riporta al Concilio La-
„ teranenſe, come nel *verſic. Idcirco Sacri La-
„ teranenſis*, e bene oſſervano il *Rainald. ſupplem.
„ tom. 4. cap. 22. ſupplet. 3. n. 18. Pignatell. tom.
„ 4. Conſult. 147. n. 14. 19. & ſeqq. De Juſtis de
„ Diſpenſ. Matrimon. lib. 2. cap. 19. n. 341.* E
„ non eſſendo in Roma originati li diſſordini de'
„ Matrimonj clandeſtini da' Parochi, non ſtime-
„ rei opportuno far novità alcuna riſpetto alli
„ medemi, potendoſi punire con altre pene più
„ gravi dal Sig. Card. Vicario, quando le circo-
„ ſtanze del caſo così richiedeſſero.

138 „ Riſpetto poi alli Contraenti, il medemo Con-
„ cilio Lateranenſe diſpoſe -- *ſed iis, qui taliter
„ præſumpſerint etiam in gradu conceſſo copulari
„ condigna pœnitentia injungatur* -- Nè dal Con-
„ cilio di Trento fu aggiunta alcuna pena, anzi
139 „ riſpetto al Matrimonio clandeſtino della ſecon-
„ da ſpecie, cioè, quando ſi contrae il Matri-
„ monio ſenza il Paroco, o ſenza il ſufficiente
„ numero de' Teſtimonj, diſpoſe, che il Paro-
140 „ co, Teſtimonj, e Contraenti *graviter arbitrio
„ Ordinarii puniri præcipit*, come ſi legge nella
„ detta *Seſſ. 24. Cap. 1. verſ. Inſuper.* E ſimil-
„ mente nel *Cap. 5.* della ſteſſa *Seſſione* riſpetto
„ a coloro, che contraggono in grado proibito
141 „ ſenza le Denunzie, non dà altra pena, che
„ *Separentur, & ſpe diſpenſationis conſequendæ
„ careant*; Onde atteſe queſte diſpoſitioni Con-
„ ciliari, la pena di quelli, che contraggono
142 „ ſenza le Denunzie è arbitraria, *Raynald. ubi
„ ſupra num. 5. Pignatell. dict. Conſult. 147. n. 17.
143 „ tom. 4.* E doppo la ſeparatione d'un meſe, ſi
„ multano con pene pecuniarie da applicarſi a
„ Luoghi pii, e con penitenze ſalutari, *Ciarlin.
„ lib. 2. Controverſ. 131. §. final. Raynald. d. ſup-
„ plem. 22. §. 3. n. 6. Chartar. deciſ. Crimin. 23.
„ n. 16. Clericat. Erotemat. Eccleſ. cap. 144. ſub
„ num. 17.*

„ Ma come che queſto delitto è frequentiſſi-
„ mo non ſolo in Roma, ma in tutte le parti,
„ perciò li Veſcovi, e li Dottori han deſiderato
„ un rimedio più efficace per ovviare a gli in-
„ convenienti che naſcono, tanto ... i Parenti,
„ quanto riſpetto alli Conjugi, e ...
„ *Rainaldo* nel citato *§. 3. n. 7. &* ... altri il
„ rere, che ſopra di ciò ſi formaſſe ... di pa- 144
„ tuzione Pontificia, nella quale s'im... Conſti-
„ pene più gravi, e particolarmente que... ſſero
„ ſcomunica, qual pena poterſi ancora ...
„ re da' Veſcovi, fermano l'iſteſſo *Rainald.*
„ detto *§. 3. n. 8. & 10. & §. 4. ſub n. 19. Sa-* 145
„ *chez. de Matrimon. lib. 3. diſput. 46. n. 9. Boſſ.
„ eod. Tract. cap. 8. §. 7. n. 18. Pignatell. dict. Con-
„ ſult. 147. n. 16.*

„ Così li Sinodi di Siviglia, di Salamanca, e 146
„ di Toledo, contro quei, che clandeſtinamente
„ ſenza le Denunzie contraggono il Matrimonio,
„ han poſto la pena di ſcomunica. *Salzed. ad
„ Diaz. Cap. 83. §. Sexta, cum ſequenti pag. mi-
„ hi 281. Pignatell. d. tom. 4. Conſult. 147. n. 16.
„ Quintanaduenas ſingular. Theolog. Moral. ſin-
„ gular. V. num. 4.* E nel Sinodo fatto dal Car-
„ dinal *Portocarrero* Arciveſcovo di Toledo nell' 147
„ anno 1682. *Conſtitut. 54. §. 2. pag. mihi 365.*
„ doppo eſſerſi eſagerate le varie frodi, che in
„ queſta materia ſi commettono, ſi diſpone, che
„ i Contraenti, i Procuratori, & i Teſtimonj
„ *incurran por el miſmo trecho excomunicacion
„ mayor cuya abſolucion en Nos reſervamos, y en
„ otras penas a arbitrio de nueſtros Juezes*, Co-
„ mandando alli Parochi di quella vaſta Dio-
„ ceſi, che publicaſſero l'accennata Coſtituzione
„ entro il termine di un Meſe, acciò poteſſe
„ giungere alla notizia di tutti; citandoſi nel
„ margine molt'altri Sinodi *Toletani*, che diſ-
„ pongono l'iſteſſo.

„ Parimente in Francia, molti Sinodi hanno 148
„ comminata l'iſteſſa pena di ſcomunica, come
„ atteſta il *Feuret de Abuſu tom. 2. lib. 5. cap. 2.
„ num. 20. & 21. pag. mihi 43.* Anzi in qual
„ Regno vi è la pena della nullità del Matrimo- 149
„ nio di coloro, che lo contraggono ſenza le De-
„ nuncie, ſecondo l'Editto *di Bles* emanato ſotto
„ *Enrico III.* l'anno 1579. lo che però dee in-
„ tenderſi riſpetto agl' effetti civili, non già per
„ ragione di Sacramento, come fermano gli ſteſſi
„ Autori Franceſi, e ſpecialmente il celebre *Pa-
„ dre Natal. Alexandr. nella ſua Teolog. Dogma-
„ tic. tom. 2. lib. 2. art. 3. Regula 20. pag. 88. Cha-
„ rond. lib. 1. Reſponſ. cap. 12. Ludovic. Bell. con-
„ ſil. 224. n. 10. Tondut. reſolut. Canon. 71.* cum
„ aliis *apud Capon. diſcept. 23. n. 9.*

„ Nel Sinodo di *Napoli* celebrato l'anno 1619. 150
„ fu impoſta la medema pena di ſcomunica. *Pi-
„ gnatell. Conſ. 147. tom. 4.* E nel Sinodo Pro-
„ vinciale dell' anno 1699. ſotto la ch. me. del
„ *Card. Cantelmi*, s'impone l'iſteſſa pena *ipſo facto
„ incurrenda*, citandoſi nel margine il Concilio
„ *Remenſe* dell' anno 1583. Ne Sinodi parimente
„ di *Tropea* dell' anno 1668. *Decret. 9. pag. mihi* 151
„ 61. e di *Bitonto pag. mihi* 122. ſi puniſcono i
„ traſgreſſori con la pena della ſcomunica.

„ E ben vero, che non piacque queſta pena al
„ *Soto*, il quale inveendo contro le Coſtituzio-
„ ni della Spagna dice -- *quod melius eſſet, quod* 152
„ *juris communis pœna tantum imponerentur, nam
„ ſi Summi Pontifices, Sacraque Concilia dictas
„ Cenſuras neceſſarias judicaſſent, eas infligerent* --
„ ſono parole dell' accennato Autore *in 4. ſentent.
„ diſtinct. 28. quæſt. 1. art. 2.* che vien riferito dal
„ *Salzed. ad Diaz. cap. 73. pag. mihi 282. §. Non
„ tamen:* Nè in tutto queſta pena della ſcomu-
„ nica piacque alla Sac. Congregazione del Con-
„ cilio, come in appreſſo ſi dirà.

Google

[illegible]terono più volte i Veſcovi alla
,, Rappr Congregazione i diſordini, che na-
153 ,, ſcevano dall' ometterſi le Publicazioni, richie-
,, ſcev il rimedio. Ma il Cardinal *Lancellotti*
,, & al Cardinal *Bellarmino*, che queſti rime-
,, ancora non s'erano trovati, *quoniam Pa-*
tres, qui Congregationi interſunt, valde timent,
ne ex propoſitis remediis impediatur libertas Ma-
,, *trimonii, quæ libertas ſemper neceſſaria judi-*
,, *cata eſt* -- ſono parole del lodato Cardinal *Lan-*
,, *cellotti*, e dandone il Cardinal Bellarmino di
,, ciò notizia all' Arciveſcovo di *Malines* ſog-
,, giunge, che, ſe la Sac. Congregazione ritro-
,, vaſſe qualche rimedio *ad incomoda illa tollen-*
,, *da*, glie l'avrebbe communicato, come ſi può
,, vedere nelle ſue Lettere ſtampate *Letter.* 136.
,, ſcritta il dì 20. *Settembre* 1616. che vien al-
,, tresì riferita dal *Pignatell. d. Conſult.* 147. *n.*
,, 12. *tom.* 4. e dal *Rainald. dict. ſupplem.* 22. §.
,, 3. *n.* 9.
154 ,, Perlochè in una *Taurinen. ſeu Nullius* 22.
,, *Maii* 1610. eſſendo ſtati nella Sac. Congre-
,, gazione del Concilio propoſti molti dubbj in
,, queſta materia, e tra gl'altri. II. *An Con-*
,, *trahentes debeant puniri aliqua Pœna, & qua?*
,, III. *An teſtes qui interfuerunt cum præſentia*
,, *Parochi poſſint, & debeant puniri?* V. *Si pœ-*
,, *næ prædictæ eſſent arbitrariæ, quomodo debeat*
,, *ipſe Ordinarius ferre ſuum arbitrium, an ſci-*
,, *licet debeat imponere pœnam pecuniariam, vel*
,, *ſalutarem?* La Sacra Congregazione non volle
,, dare a' medemi alcuna preciſa riſpoſta, ma
,, reſcriſſe -- *Nihil opus eſſe Congregationis reſpon-*
,, *ſo, ſed adeundum eſſe loci Ordinarium.* Co-
,, me ſi legge *nel Tomo terzo* delle Riſoluzioni
,, di detta Sac. Congregazione raccolte dalla ch.
,, mem. del Card. *Paolucci ſen. ad ſeſſ.* 24. *de*
,, *Matrimon. pag. mihi* 170. *& ſeqq.*
155 ,, Et in una *Tullen.* truovo regiſtrato il ſe-
,, guente Decreto -- Epiſcopus narrabat in ſua
,, Diœceſi abuſum introductum fuiſſe, ut Matri-
,, monia contrahere volentes, ne per denuncia-
,, tiones aliquod oriretur impedimentum, vocato
,, Parocho per dolum & eo invito in Domo pri-
,, vata per verba de præſenti, nullis præcedenti-
,, bus denunciationibus, Matrimonium contrahe-
,, bant, unde Epiſcopus de hoc Sacram Congre-
,, gationem conſulebat. Die 9. Junii 1618. Sacra
,, &c. *cenſuit reſpondendum Epiſcopo, hujuſmodi*
,, *Matrimonia coram Parocho invito contracta,*
,, *non eſſe quidem irrita, ſed Epiſcopum debere*
,, *in eos qui ſic contraxerint, eaque in re miniſte-*
,, *rium aliquid præbuerint, graviter animadverte-*
,, *re:* come nel detto *tomo* 3. *pag.* 178.
156 ,, Et in una *Calceaten.* ſempliceme nte reſcriſ-
,, ſe -- *Pœnas contra omittentes Denunciationes*
,, *poſſe per Epiſcopi Conſtitutionem augeri* -- come
,, nel detto *Tomo terzo pagina* 278. Siccome in
,, una *Mediolanen.* 15. *Septembris* 1629. riſpoſe --
,, *Ipſos Contrahentes, qui non factis denuncia-*
,, *tionibus, & Parocho alio prætextu vocato, &*
,, *renuente, contraxerunt, & ii, qui ea in re*
,, *miniſterium aliquod præbuerunt, arbitrio Il-*
,, *luſtriſſimi Ordinarii eſſe puniendos, ideoque*
,, *ejuſdem Illuſtriſſ. partes eſſe dictam Franciſ-*
,, *cam deponere in loco tuto, & neutri Conjugi*
,, *ſuſpecto* -- come nel detto *terzo Tomo pag.* 279.
,, *& ſeqq.*
157 ,, Da queſte Riſoluzioni appariſce, che la Sa-
,, cra Congregazione ne' tempi antichi non ha
,, voluto determinare coſa alcuna circa le pene
,, particolari di coloro, che ſenza le Denunzie
,, contraggono il Matrimonio, rimettendo tutto
,, all' arbitrio dell' Ordinario; Ma continuando
,, tuttavia i clamori de' Veſcovi fu fatta la ſe-
,, guente Riſoluzione.
,, *Petitur ab Ordinario adverſus Contrahentes* 158
,, *Matrimonia abſque Denunciationibus, & hoc*
,, *modo illudunt Puellas, cum quibus prius con-*
,, *traxerant Sponſalia, ut conſtituatur pœna Ex-*
,, *communicationis latæ ſententiæ, reſervata ab-*
,, *ſolutione Sedi Apoſtolicæ, necnon invaliditatis*
,, *Matrimonii* -- *Sacra &c. ſatius eſſe cenſuit,*
,, *ut ſtatuatur pœna Interdicti ab ingreſſu Eccle-*
,, *ſiæ, a qua non poſſint abſolvi, niſi peracta*
,, *prius publica pœnitentia,* come ſi legge nell'
,, accenn. in *Tom.* 3. *del Card. Paolucci*, e di
,, queſta Riſoluzione fanno ancora menzione *Pi-*
,, *gnatell. dict. Conſult.* 147. *num.* 17. *Raynal. in*
,, *ſupplement. Cap.* 22. §. 3. *num.* 5. *in fine*, an-
,, corchè ſi riferiſcano al *Barboſa*, appreſſo del
,, quale non m'è riuſcito di ritrovarla. E que- 159
,, ſta pena è uniforme a quella, che s'impone
,, nel *Cap. Omnis utriuſque ſexus, de Pœnitent.*
,, *& Remiſſ.* & in un Canone del Concilio di
,, Londra riportato dal *Gonzalez nel Cap. final. ſub*
,, *n.* 5. *de Clandeſtin. Deſponſat.*
,, Fu ſucceſſivamente riaſſunta queſta materia
,, nell' anno 1648. con l'occaſione, che l'Arci-
,, veſcovo Turritano fece iſtanza alla Sac. Con-
,, greg. che ſi confirmaſſe un ſuo Editto col quale
,, toglieva a' Parochi la facoltà di aſſiſtere alli
,, Matrimonj ſenza le precedenti Denunzie, con 160
,, dichiararli nulli, ed invalidi; Il Card. *Pao-*
,, *lucci* fece un lungo & elaborato Voto, con il
,, quale, doppo aver riprovato la detta pena di
,, Nulità, diſcende alle regole tenute dalla Sac.
,, Congregazione, e dice eſſere le ſeguenti.
,, Che alle volte ha riſpoſto, che s'imponga 161
,, la pena dell' Interdetto *ab Eccleſia ingreſſu*,
,, con la penitenza pubblica: Altre volte ha re-
,, ſcritto, che ſe ne tratti nel Sinodo Dioceſano 162
,, con avviſare i rimedj ſtimati opportuni. Et
,, altre volte ha ordinato che li Contraenti, & 163
,, i Cooperanti ſi puniſcano *graviter, & publice*,
,, ancorchè foſſero aſſenti, e contumaci. E con-
,, clude -- *Ab his autem reſponſionibus Sac. Con-*
,, *gregationis non videtur recedendum, ne contra*
,, *diſpoſitionem Sac. Concilii aperiatur via arctan-*
,, *di, & irritandi Matrimonia* -- Et in confor-
,, mità di queſto Voto la Sac. Congregazione
,, nella detta *Turritana* reſcriſſe -- *Die* 12. *Sep-*
,, *tembris* 1648. *Sacra &c. cenſuit, Decretum con-* 164
,, *tinens annullationem Matrimonii eſſe nullum, &*
,, *abolendum, & providendum remediis per D.*
,, *Secretarium deductis, qui oretenus dare poterit*
,, *formulam.* Come dal Voto, e Decreto che ſi
,, leggono traſcritti nel detto *Tomo terzo ad ſeſſ.*
,, 24. *pag.* 219.
,, In eſecuzione di queſto Reſcritto compoſe il
,, Cardinal *Paolucci* in nuovo Editto, che riviſto,
,, ed approvato dal Card. Prefetto della Sac. Con-
,, gregazione, fu conſegnato all' Agente dell' Ar-
,, civeſcovo nel quale tanto a' *Parochi* quanto alli 165
,, Contraenti s'impone *la pena d'Interdetto ab in-*
,, *greſſu Eccleſiæ, dalla quale non poſſino eſſere aſſo-*
,, *luti, ſe prima non habbiano fatta publica peni-*
,, *tenza da preſeriverſi da Noi, & in oltre ſotto*
,, *altre pene ad arbitrio &c.* Come dalla Minuta
,, inſerita nel detto *Tomo* 3. *pag.* 329.
,, Havendo dunque la ſtrada gia fatta, & al-
,, tre volte abbracciata dalla Sac. Congregazione,
,, ſtimerei, che anche in Roma ſi poteſſe publi-
,, care un ſimile Editto con l'iſteſſa pena dell' Inter-

,, detto,

» detto, e con far forza nella penitenza pubbli-
» ca da eſeguirſi con la maggior publicità, che
» ſia poſſibile.
» Si poſſono però riformare alcune circoſtan-
» ze eſpreſſe nell' accennata formola del Card.
» *Paolucci*. In eſſa s'impone primieramente an-
166 » che alli Parochi la pena dell' Interdetto dall'
» ingreſſo della Chieſa. Ma ſtimerei più pro-
» prio il rimetterſi alle pene del *Cap. final. de*
» *Clandeſtin. Deſponſat.* del quale s'è parlato di
» ſopra.
» Secondo, in detta Minuta generalmente ſi
» dice -- *Et inoltre ſotto le pene ad arbitrio* --
» Ma crederei opportuno ſpiegar le pene tempo-
» rali più diffuſamente; e direi -- *Et in oltre ſotto*
» *altre pene arbitrarie, e tanto pecuniarie da ap-*
» *plicarſi a luoghi pii, quanto corporali da po-*
» *terſi ſtendere anco all' eſilio, e relegazione ſecon-*
» *do le circoſtanze de' caſi a noſtro arbitrio* - Nè
» ſi può mettere in dubbio, eſſer permeſſo a'
167 » Veſcovi imporre la pena pecuniaria da appli-
» carſi a' luoghi Pii contro di coloro, che clan-
» deſtinamente ſenza le Denunzie contraggono il
» Matrimonio, come ſin dall' anno 1629. *il di*
» 10. *Gennaro* fu riſoluto dalla Sac. Congregazio-
» ne del Concilio, ove propoſtiſi i ſeguenti Dub-
» bj: I. *An Epiſcopus poſſit punire contrahentes*
» *Matrimonium contra ejus prohibitionem contra-*
168 » *ctum ?* II. *An eos, qui contrahunt coram Pa-*
169 » *rocho ex cauſa juſta diſſentiente ?* III. *An*
» *eos, qui contrahunt omiſſis Denunciationibus ?*
170 » IV. *An poſſit punire teſtes intervenientes in*
171 » *ſupradictis caſibus ?* V. *An poſſit in eiſdem*
» *caſibus punire pœnis pecuniariis, locis tamen*
» *piis applicandis ?* Riſpoſe a' medemi. Ad I.
» II. & III. *Epiſcopum poſſe*. Ad IV. *poſſe,*
» *quatenus Teſtes ſint in dolo.* Ad V. *poſſe*. E
172 » la pena della Relegazione è quella che deſi-
» derava il *Ranaldo* nell' accennato *Cap.* 22.
173 » *ſuppl.* 3. *n.* 8. E nelle leggi di Spagna (in
» queſta parte nulle) vi è la pena dell' Eſere-
» dazione, e della Confiſcazione de' Beni, ed
» eſilio *Caſtropal. de Sponſal. Tract.* 28. *Diſput.*
» 11. §. *Altera, Urſaya de Matrim.* §. 8. *n.* 2.
» Terzo, aggiungerei, che più rigoroſamen-
» te ſi puniranno quelli, che avranno anco con-
» ſumato il Matrimonio in conformità di quanto
174 » diſpone il Concilio di Trento *ſeſſion.* 24. *cap.* 5.
» *de Reformat. Matrim.* ibi -- *Idque in eo multo ma-*
» *gis locum habeat, qui non tantum Matrimonium*
» *contrahere, ſed etiam conſumare auſus fuerit.*

» Quarto, che l'iſteſſe pene s'impongano con- 175
» tro li Teſtimonj, che ſi troveranno colpevoli,
» dovendoſi anco queſti punire, poichè peccano
» mortalmente *præſtando auctoritatem Matrimonio*
» *interdicto ab Eccleſia*, come ben conſiderano 176
» *Boſſ. de Matrimon. cap.* 8. *cap.* 6. §. 20. *num.*
» 71. *& cap.* 8. §. 7. *n.* 17. *Sanchez. eod. Tract.*
» *lib.* 3. *Diſput.* 46. *n.* 8. *Guttierez. eod. Tract.*
» *cap.* 75. *n.* 9. *Pignatell tom.* 4. *Conſult.* 147.
» *num.* 18. *de Juſtis Diſpenſat. Matrimon. lib.* 2.
» *cap.* 19. *num.* 37. E ne' termini della pena pe- 177
» cuniaria contro i Teſtimonj colpevoli, è ſtato
» riſoluto dalla S. Congregazione *l'anno* 1629.
» come s'è detto, e della Pena della Relegazione 178
» contro de medemi, *Raynald. dict. ſupplem.* 3.
» *n.* 16. *& ſeqq.*
» Quinto, per l'iſteſſa ragione, quando ſi con-
» traeſſe il Matrimonio ſenza le Denuncie *per* 179
» *Procuratorem*, il Procuratore deve eſſer com-
» preſo ſotto l'iſteſſe pene, come nominatamente
» ve lo compreſe il Cardinal *Portocarrero* Arci- 180
» veſcovo di Toledo nel ſuo Sinodo di ſopra ci-
» tato nel *num.* 147.
» Seſto, ſpecificarei altresì tutti quei, che pre-
» ſteranno *conſilium, auxilium, vel favorem*, co- 181
» me furon ſpecificati nel Sinodo Provinciale di
» Napoli ſopra allegato nel *n.* 150. e nelle Ri-
» ſoluzioni della Sac. Congregazione *in Tullen.*
» *& Mediolanen.* parimenti addotte di ſopra ne'
» *n.* 155. & 156.
» E finalmente ſtimerei eſpediente comprende-
» re ſolamente li caſi futuri, alli quali ſogliono
» le leggi provedere, *Leg. Leges C. de Legib.*
» *Cap. Cognoſcentes, Cap. ultim. de Conſtit.* e non 182
» far menzione alcuna de' caſi paſſati, e penden-
» ti, alli quali può il Sig. Cardinal Vicario pro-
» vedere ſecondo il ſuo arbitrio, e con quelle
» pene che le pareranno proporzionate. » *Hacte-*
» *nus Diſcurſus.*

Verum Dubio, de quo ſupra *n.* 135. mature 183
examinato in Congregatione habita die 5. Martii
1712. convenerunt Eminentiſſ. PP. in reſponſo --
Nihil innovandum.

Epiſcopo itidem *Bracharenſi* remedium poſtu-
lanti ad tollendas perturbationes, quæ in ſua Diœ-
ceſi oriebantur ex Matrimoniis clandeſtinis, iis
ſcilicet, quæ abſque Canonicis Denunciationibus
celebrantur, eadem Sacra Congregatio in *Braca-*
ren. Dubiorum propoſita *die* 2. *Januarii* 1712. &
reſoluta die 26. ejuſdem menſis, reſpondit -- Ad 184
IV. *ſatis proviſum per Concilium.*

REGULA L.

Super defectu Natalium.

VOluit, quod in Diſpenſationibus ſuper defectu Natalium, quod poſſint ſuccedere in Bonis temporalibus ponatur clauſula: *Quod non præjudicetur illis*, ad quos ſucceſſio bonorum ab inteſtato pertinere debeat.

ARGU-

ARGUMENTUM.

IN Diſpenſationibus ſuper defectu Natalium ad effectum ſuccedendi in Bonis temporalibus, mandat Regula apponi clauſulam, qua præſerventur jura ſuccedentium ab inteſtato; Cumque Regula loquatur de Diſpenſationibus, quæ odioſæ ſunt, non comprehendit Legitimationes, quæ favorabiles reputantur. Diſpenſatio in quo differat a Legitimatione, & quando in iſta ſubintelligatur clauſula, etſi non expreſſa, -- *Sine præjudicio venientium ab inteſtato*? Clauſula præfata in Diſpenſatione, aut Legitimatione adjecta, jus præſervat, non ſolum favore Deſcendentium, verum & Aſcendentium, ac Tranſverſalium uſque ad quartum gradum, tametſi agatur de ſucceſſione illius, qui Diſpenſationi, aut Legitimationi conſenſum præſtitit, nec non Fœminarum, quæ non a Teſtatore, ſed a Statuto ſint excluſæ propter maſculos. Non favet vero venientibus ab inteſtato, ſi Pater hæredem inſtituat filium legitimatum, qui tamen plus petere nequit, quam ſibi fuerit a Patre relictum, dummodo præjudicium non inferatur legitimæ aliis filiis legitimis, & naturalibus, aut aſcendentibus debitæ; quemadmodum nec vigore Paternæ Inſtitutionis poteſt filius legitimatus aſpirare ad Majorum ſucceſſiones, ſive ex fideicommiſſo, ſive ex pacto & próvidentia, ſive quocumque alio modo aperiendas; Defuncto vero Patre cum Teſtamento, in quo filius legitimatus cum dicta clauſula *ſine præjudicio &c.*. ſit præteritus, aut minus legitima ei relictum, an poſſit ille Teſtamentum paternum contratabulare, & petere legitimam, ſive ejus ſupplementum? plurium caſuum diſtinctione, quæſtio dirimitur; & quid ſi filius legitimatus fuerit hæres inſtitutus, & gravatus hæreditatem reſtituere, an valeat in hæreditatis reſtitutione legitimam detrahere? Diſpenſatio ſuper defectu Natalium non ſuffragatur ad effectum ſucceſſionis, niſi exprimat, quod diſpenſatus poſſit *ſuccedere in Bonis temporalibus*, quorum tamen appellatione non comprehenduntur bona feudalia, & emphyteutica Eccleſiarum, quæ etiam in Legitimatione, quamvis ampliſſime expleta a Pontifice (non enim Principes Seculares ad ſucceſſionem in præfatis bonis diſpenſare, aut legitimare poſſunt) expreſſe nominari ſolent. Requirit vero Diſpenſatio, ſeu Legitimatio pro earum validitate expreſſionem qualitatum omnium, quæ alterant naturam Concubitus, illiuſque ſpeciem mutare faciunt, ſed non earum, quæ ſolum aggravant vitium, ſeu delictum parentum, & referuntur exempla; An vero requiratur mentio tum filiorum legitimorum, & naturalium primi gradus, aut iis non extantibus Nepotum, ex illis, tum filiarum, quæ ſint dotatæ, & a Statuto excluſæ, tum agnatorum tranſverſalium, præſertim ſi jus habeant vel quæſitum, vel in ſpe probabili ad ſucceſſionem, & an ſufficiat, quod Princeps diſpenſando, vel legitimando de perſonis præfatis in genere cogitare potuerit? plene examinatur. Romanus Pontifex per totum orbem diſpenſat cum illegitimis ad omnes ſpirituales effectus, eoſdemque in Terris ſuæ Juriſdictioni temporali ſubjectis, efficere etiam *directe* poteſt legitimos quoad ſucceſſiones, & alios effectus civiles, ſed, cum diſpenſat in radice Matrimonii nulliter contracti ob impedimentum aliquod a Jure Eccleſiaſtico promanans, illos *indirecte* reddit capaces ſucceſſionum, cæterorumque civilium effectuum, etiam in Terris alienæ Juriſdictioni ſubditis; Diſpenſatio tamen hæc, quam indulgere Pontifices conſueverunt, nedum utroque Conjuge vivente, ſed etiam eorum altero defuncto, regulariter ſine gravi, & urgenti cauſa non impertitur. Poſtremo oſtenditur, nec abuſivas, nec nullas, & irritas eſſe clauſulas ſuper Legitimatione prolis ſuſceptæ, vel ſuſcipiendæ, adjici ſolitas in Literis Apoſtolicis ſuper Diſpenſationibus Matrimonialibus, minuſque eas eſſe de illis clauſulis inutilibus, quæ vitiantur, & non vitiant Reſcriptum, ut Arreſto edito in Galliis minus recte definitum fuit anno 1664. ac diſtinctione plurium caſuum, in quibus clauſulæ præfatæ adjici ſolent, demonſtratur quam juſte, ac neceſſario adjiciantur.

SUMMARIUM.

1 *In Diſpenſatione ſuper defectu Natalium ad effectum ſuccedendi in Bonis temporalibus adjici debet vigore Regulæ clauſula -- dummo-*

dummodo non præjudicetur illis &c.

2 *Nec clauſula præfata ponitur ad cautelam.*

3 *Et cum ea expleta intelliguntur Legitimationes omnes, quæ fiunt in Statu Eccleſiaſtico.*

4 *Regula derogat Privilegio Comitum Palatinorum, aliorumque facultate gaudentium legitimandi in tertii præjudicium.*

5 *Loquitur de Diſpenſationibus ſuper defectu natalium, non de legitimatione.* & n. 13.

Proindeque in illa, & non in iſta adjicienda eſt vigore Regulæ clauſula præfata. d. n. 5.

6 *Diſpenſatio differt a legitimatione, & hæc eſt favorabilis, illa odioſa.*

7 *Ex facultate legitimandi alicui impertita, non infertur ad facultatem diſpenſandi.*

8 *Clauſula* ſine præjudicio *non ſubintelligitur, ſed exprimi debet in Inſtrumento legitimationis.*

9 *Intellige, quando legitimatio fit ab eo, qui plena gaudet legitimandi facultate, etiam ſine dicta clauſula, ſecus ſi legitimare non poſſit niſi cum eadem clauſula.*

10 *Comites de Campeggis poſſunt legitimare etiam ſine clauſula præfata.*

11 *Secus Collegium Archivii Urbis* & n. 12.

14 *Legitimatio quæ proprie dicatur?*

15 *Et quæ diſpenſatio ſuper defectu Natalium?*

16 *Legitimatio, dicitur plene facta, quamvis limitata ſit cauſa ſucceſſionis, & contineat clauſulam* ſine præjudicio &c.

17 *Plena itidem dicitur, ſi Papa utatur verbo:* legitimamus.

18 *Verbum* Diſpenſamus *a Papa uſurpatum, legitimationem importare poteſt.*

19 *Diſpenſatus, & non legitimatus dicitur ſpurius natus ex iis, inter quos conſiſtere non poterat Matrimonium.*

20 *Clauſula* ſine præjudicio &c. *quæ vigore Regulæ appoſiti debet in Diſpenſationibus præſervat in aliquorum ſententia jus ſuccedendi ab inteſtato tantummodo favore Deſcendentium, non autem tranſverſalium.*

Contrarium, & redditur Ratio. num. 21.

22 *Et in ſententia aliorum, præſervat jus ſuccedendi ab inteſtato omnibus tranſverſalibus uſque ad decimum gradum excluſo Fiſco, & Uxore.*

23 *Sed, & ſententia hæc rejicitur.*

24 *Clauſula* ſine præjudicio &c. *præſervat jus ſuccedendi ab inteſtato, nedum favore Deſcendentium, ſed etiam Aſcendentium.*

25 *Necnon Tranſverſalium uſque ad quartum gradum.*

26 *Amplia, etiam ſi agatur de ſucceſſione illius, qui legitimationi conſenſum præſtitit.*

Reprobatur Menochius *contrarium exiſtimans, & redditur ratio.* n. 27. & 28.

29 *Clauſula* ſine præjudicio &c. *non favet fœminis excluſis a Teſtatore.*

31 *Juvat tamen fœminas excluſas à Statuto propter maſculos, & reſpondetur rationi in contrarium.* n. 32.

33 *Clauſula præfata jus non præſervat favore venientium ab inteſtato, ſi Pater Teſtamentum condat, & hæredem inſtituat legitimatum.*

Etiamſi legitimatus fuerit ſpurius. n. 34.

35 *Filius tamen plus petere non poteſt, quam ſibi a Patre relictum fuerit.*

36 *Nec vigore paternæ inſtitutionis adſpirare valet ad ſucceſſiones Majorum provenientes ex fideicommiſſo, aut ex pacto, & providentia, ſive ex quacumque alia anteceſſorum diſpoſitione,* & n. 39.

37 *Filii legitimati deficere faciunt conditionem* ſi ſine filiis, *& ſubſtitutum excludunt.*

38 *Limita, ſi legitimatio concepta ſit cum clauſula* ſine præjudicio venientium ab inteſtato.

40 *Legitimatus cum clauſula præfata non prohibetur petere ex teſtamento paterno totum id, quod ſibi relinquitur, dummodo præjudicium inferatur non legitimæ vel aliorum filiorum legitimorum, & naturalium, vel Aſcendentium.*

41 *Legitimatus cum clauſula* ſine præjudicio &c. *poteſt contratabulare Teſtamentum paternum ex cauſa præteritionis, & petere legitimam, ſive illius ſupplementum, ſi minus relictum fuerit.*

42 *Contrarium & redditur ratio.*

Amplia poſteriorem hanc ſententiam, etiamſi fuerint inſtituti hæredes tranſverſales, dummodo exiſtant intra quartum gradum. n. 49.

Nec neceſſe eſt, quod inſtituti fuerint Tranſverſales proximiores, qui ab inteſtato erant ſucceſſuri, ſed ſufficit inſtitutio etiam remotiorum, dummodo intra gradum præfatum. num. 50.

Tranſverſalibus non exiſtentibus, & extraneis hæredibus inſtitutis, an poſſit legitimatus præteritus in Teſtamento paterno, illud contratabulare & legitimam, aut illius ſupplementum petere? n. 51. & 52.

Extraneis hæredibus inſtitutis, & Tranſverſalibus honoratis, Legitimatus legitimam petere non poteſt. n. 53.

Contrarium, redditur ratio, & reſpondetur Deciſioni 135. & 201. coram Gregorio. n. 54. & 56.

44 *Filii cum clauſula* ſine præjudicio &c. *legitimati, concurrere non poſſunt ad diminuendam legitimam aliis filiis legitimis, & naturalibus de jure debitam.* & n. 47.

Etiam ſi fuerint hæredes a Patre inſtituti dict. num. 44.

Nec concurrere poſſunt ad minuendam legitimam, quæ Matri illius, qui legitimationi conſenſit, debetur. n. 46. & 47.

Numerantur tamen ad effectum augendi legitimam filiorum legitimorum, & naturalium de triente ad ſemiſſem. n. 48.

45 *Filiis legitimatis, legitima ſuper bonis Paternis non debetur.*

Quemadmodum nec Patri ſuper Bonis filii legitimati. num. 43.

55 *Fœminis propter maſculos excluſis, ſi alii, quam Agnati ſint hæredes a Patre inſtituti, rumpitur Teſtamentum, & earum favore aperitur ſucceſſio.*

57 *Extraneo hærede inſtituto, exiſtentibus filiis legitimis & naturalibus, non prohibetur filius legitimatus, poſt detractam illorum legitimam, ex reſiduo hæreditatis legitimam petere.*

58 *Filius legitimatus hæres inſtitutus, & gravatus hæreditatem reſtituere, an poſſit in illius reſtitutione legitimam detrahere?* & n. 59. & 60.

61 *Clauſula* ſine præjudicio venientium ab inteſtato *comprehendit alteram clauſulam* ſine præjudicio vocatorum ex fideicommiſſo.

62 *Et clauſula hæc* ſine præjudicio vocatorum ex fideicommiſſo *nil operatur, ſi legitimati ſint a Teſtatore ad fideicommiſſum vocati.*

63 *Et quid, ſi voluntas fideicommittentis non aſ-*

ſiſtat,

ſiſtat, ſed potius reſiſtat? Remiſſive.

64 *Filio naturali non ſufficit vigore Regulæ ad effectum ſucceſſionis diſpenſatio ſuper defectu Natalium, niſi contineat illa expreſſionem,* quod poſſit ſuccedere in bonis temporalibus, *& quare?*

65 *Sed Diſpenſatio præfata non reddit diſpenſatum capacem ſuccedendi in Bonis feudalibus & Emphyteuticis Eccleſiarum, niſi expreſſam de illis faciat mentionem, aut concepta ſit verbis aptis eadem bona comprehendere.*

66 *In hujuſmodi diſpenſationibus, ſicut & in legitimationibus, apponi conſuevit clauſula* citra bona Emphyteutica & feudalia Eccleſiarum.

67 *Pontifices facilius legitimatos habilitant ad feuda Eccleſiæ Romanæ, quam Eccleſiarum inferiorum. Et de ratione.*

68 *Ad bona Emphyteutica, ſeu feudalia Eccleſiarum, nec Princeps Secularis, nec Imperator legitimare, aut Illegitimum diſpenſare poſſunt.*

69 *Ad hæc tamen bona legitimare poſſunt DD. de Campeggis.*

70 *Diſpenſatio, & legitimatio requirunt pro eorum validitate expreſſionem omnium qualitatum, quæ alterant naturam Concubitus, ſeu illegitimitatis.*

71 *Hinc, ſi quis ſit dupliciter ſpurius, de utraque ſpurietate facienda eſt mentio.*

72 *Quemadmodum natus ex duplici Adulterio id exprimere debet.*

73 *Et quid ſi Pater reticeat, Illegitimum fuiſſe ex Serva conceptum, an valida ſit legitimatio?* Remiſſive.

74 *Sufficit tamen expreſſio, quod ſit* naturalis, *cum illa comprehendat omnem qualitatem, & maculam Natalium.*

Maxime, ſi Papa a legitimato, vel diſpenſato abſtergere voluerit defectum omnem, & quamcumque inhabilitatem abolere. ibid.

75 *Dicitur etiam facta mentio de omnibus Impedimentis, ſi Legitimatio, ſeu Diſpenſatio contineat clauſulam, ex qua dignoſci poſſit Principem de illis cogitaſſe.*

76 *Qualitates quæ ſpeciem concubitus mutare non faciunt, ſed aggravant ſolum vitium, ſeu delictum Parentum, Diſpenſationem, aut Legitimationem non irritant, ſi reticeantur; Et referuntur exempla.* num. 77.

78 *Subſtinetur legitimatio, quamvis Principi expreſſa non fuerit qualitas ſtupri cum ea, ex qua filius natus eſt.*

79 *Reticentia Uxoricidii a Viro commiſſi, ut liberius cum Amaſia, ex qua filium procreavit, libidinem explere poſſet, non autem animo Matrimonium cum ea contrahendi, legitimationis, aut Diſpenſationis gratiam nullo modo vitiat.*

81 *Legitimatio expleta non facta mentione filiorum, aut aliorum deſcendentium legitimorum ipſius legitimantis, irrita eſt in eorum præjudicium, licet valida ſit quoad cæteros effectus.*

Et nullitas hæc ab ipſis ſolum filiis, aut deſcendentibus legitimis, non autem ab aliis, quamvis tranſverſalibus, opponi poteſt. num. 98. & 99.

82 *Facienda eſt itidem mentio de filiis legitimis eorum, ad quorum bona ſucceſſio prætenditur, nempe, Aviæ, Patrui &c. ſi ad jus illis ſuccedendi, fuerit quis legitimatus.*

83 *Quemadmodum & de filiabus.*

84 *Necnon de Statuto illas excludente.*

85 *Non requiritur tamen mentio filiæ dotatæ, & a Statuto excluſæ.*

Quamvis legitimatio ſequuta fuerit cum clauſula -- ſine præjudicio venientium ab inteſtato. ibid.

86 *Limita, ſi legitimatione non ſequuta, filia a Statuto excluſa ſuccederet.*

87 *Concluſio, quod pro validitate legitimationis neceſſaria ſit mentio filiorum legitimorum, locum ſibi non vindicat, ſi Princeps de illis in genere cogitare potuit?* num. 88. 89. 90. 91. & 104.

92 *Inſuper ſufficit, quod fiat mentio de filiis legitimis primi gradus, non vero de Nepotibus ex illis.*

93 *Et quid, ſi defunctis tempore legitimationis filiis primi gradus adſint Nepotes ex iis, an de illis facienda ſit mentio?* & n. 94. & 95.

96 *Mentio filiorum, qui in vita Patris illius ſucceſſioni renunciarunt, neceſſaria non eſt pro validitate legitimationis.*

97 *Quemadmodum nec aliorum filiorum illegitimorum.*

100 *Minuſque Tranſverſalium.*

Et ſive agatur de legitimatione, ſive de Diſpenſatione. num. 101.

102 *Limita, ſi agatur de Agnatis jus habentibus, vel quæſitum, vel in ſpe probabili ad ſucceſſionem; tunc enim de illis facienda eſt mentio.*

103 *Sufficit tamen, quod in legitimatione adſit clauſula apta comprehendere Agnatos, & exſcribitur formula clauſulæ præfatæ.*

105 *Pontifex per totum Orbem diſpenſat cum illegitimis ad effectus ſpirituales, recipiendi nempe Sac. Ordines, & obtinendi Beneficia Eccleſiaſtica.*

Et in terris ſuæ Juriſdictioni temporali ſubjectis, poteſt Illegitimos reddere directe *capaces ſucceſſionum, omniumque civilium effectuum.* ibid.

106 *Pontifex, diſpenſando in radice Matrimonii nulli, jure Eccleſiaſtico, non autem Divino, vel naturali, efficit, ut filii ex eo procreati capaces ubique terrarum exiſtant ſucceſſionum, aliorumque civilium effectuum.*

Contrarium. n. 112.

107 *Diſpenſationem in radice Matrimonii primus omnium conceſſit* Bonifacius VIII.

108 *Et indulgeri conſuevit a Succeſſoribus Pontificibus, nedum utroque Conjuge vivente, ſed etiam altero eorum mortuo.*

109 *Non conceditur tamen Diſpenſatio præfata, niſi ex magna, & urgenti cauſa.*

110 *Refertur exemplum denegatæ hujuſmodi Diſpenſationis.*

111 *Et alterum conceſſæ.*

112 *In ſententia Pragmaticorum Galliæ nequit Pontifex in eo Regno legitimare prolem quoad Bona temporalia, officia, & honores.*

113 *Exiſtimantque Pragmatici præfati Clauſulas ſuper legitimatione prolis apponi conſuetas in Literis Apoſtolicarum diſpenſationum, vel abuſivas eſſe, & irritas.*

Vel eſſe de genere illarum clauſularum, quæ vitiantur, ſed non vitiant Reſcriptum. & numer. 114.

115 *Refellitur hæc ſententia.* & num. 124.

116 *Ac diſtinguuntur plures caſus, in quibus clauſula præfata adjici conſueverunt.* & n. 118. & ſeqq.

117 *Re-*

117 *Reges ipſi Galliarum Apoſtolicas diſpenſationes ad contrahendum Matrimonium cum eorum Conſanguineis, vel Affinibus cum iiſdem clauſulis obtinuerunt.* & num. 119.

120 *Declaratio legitimationis prolis jam ſuſceptæ a Conſanguineis, nullo inter eos præcedente Matrimonio, ſi Papa facta in Literis Diſpenſationis eis conceſſæ, non intelligitur niſi quoad effectus tantummodo ſpirituales.*

121 *Contrarium, quod Proles ſic ſuſcepta efficiatur legitima etiam quoad effectus Civiles. Et redditur ratio.* & n. 123.

122 *Et diſpenſatio hujuſmodi, licet vere & proprie dici non poſſit diſpenſatio in radice Matrimonii, quia iſtud non præceſſit, dicitur tamen talis largo modo, & quare?*

1 QUando diſpenſatur ſuper defectu Natalium,
ad effectum ut quis poſſit ſuccedere in bonis temporalibus, mandat hæc Regula, quod in
Literis Diſpenſationis apponatur clauſula - *Dummodo non præjudicetur illis, ad quos ſucceſſio bonorum ab inteſtato pertinere deberet* -- De qua
Regula, quæ eſt de antiquis Regulis Curiæ,
meminit *Felin. in Cap. Cum olim num. 13. de
Sent. & Re judicat. Alciat. Conſ. 5. num. 23.
lib. 4. alias conſ. 201. num. 98.* juxta impreſſionem Lugdunen. *Decian. conſil. 28. num. 31. lib.
3. Michalor. de Fratrib. par. 3. cap. 26. num. 23.
Urceol. conſ. 92. num. 2. Facchin. lib. 3. Controv.
Cap. 62. Gabriel. Conſ. 22. num. 6. in fine lib. 2.*
ubi, quod de hac clauſula maximam rationem
2 habere ſolent Pontifices, nec ponitur ſolum ad
cauthelam.
Ex hujus Regulæ diſpoſitione nonnulli DD.
inferunt, quod Legitimationes, quæ hodie fiunt
in Statu Eccleſiaſtico, intelliguntur factæ cum di-
3 cta clauſula -- *ſine præjudicio venientium ab inteſtato* -- itaut Legitimatus non ſuccedat, niſi in eo,
quod ſibi a Patre relictum fuerit; quodque ejuſdem Regulæ vigore derogatum cenſeatur privilegiis Comitum *Palatinorum*, aliorumque facultate
4 gaudentium legitimandi in Tertii præjudicium;
Ita *Alciat. Decian. Michalor. in locis allegat. &
Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib. 3. cap. 5. n. 4.*
Sed advertendum, quod Regula loquitur de
5 Diſpenſationibus ſuper defectu Natalium, non
autem de Legitimatione, unde in illis, non in
iſta ponenda eſt clauſula -- *ſine præjudicio &c.* Et
ratio eſt, quia Diſpenſatio eſt odioſa, Legitima-
6 tio vero favorabilis, ut declarat *Rot. Bononien.
penes Gypſ. deciſ. 30. num. 61 Giovagnon. lib. 2.
Perp. 16. num. 61. Rot. penes eundem dec. 109.* quæ
eſt apud *Camitul. deciſ. 74. num. 34. Urceol. dict.
conſult. 93. num. 5.* & diximus *in Comment. in
Regul. XIV. num. 19.* Et generaliter, quod Diſpenſatio differat a Legitimatione, hæcque ſit favorabilis, illa vero odioſa, tradunt *Pariſ. conſ. 2.
7 num. 23 & 29.* ubi firmatur, quod ille, cui ſolum impertita fuit facultas legitimandi, gaudere
nequit altera diſpenſandi, *Oliva de For. Eccleſ.
par. 2. quæſt. 33. num. 14. & 17. Paſqualig. quæſt.
moral. Juridic. 213. in princip. Rot. deciſ. 11.
num. 25. part. 16. Recentior.* unde dictam clauſu-
8 lam *ſine præjudicio &c.* non ſubintelligi, ſed debere eſſe expreſſam in Inſtrumento Legitimationis, ait *Merlin. de Legit. lib. 1. n. 2. par. 8. verſ.
27. ſub. §. Tertium.*
Rurſus, tunc clauſula præfata Legitimationis
9 Inſtrumento non adjecta, ſubintelligitur, quando ille, qui legitimat non gaudet legitimandi facultate, niſi cum eadem clauſula, hoc enim caſu,
nil refert, an apponatur in literis Legitimationis,
vel potius adſit in facultatibus legitimandi; At
quando legitimans ampla potitur legitimandi poteſtate, etiam ſine dicta clauſula, tunc ſi adjecta
non ſit, cenſetur conſulto omiſſa, nec ſubintelligi
poteſt, ut firmant *Gratian. Diſcept. Forenſ. cap.
496. num. 61. Michalor. de Frat. par. 3. cap. 26.
num. 23. in fine, Urceol. Conſult. 93. num. 8. Merlin. de Legitim. dict. quæſt. 8. num. 27. verſ. Tertium, & num. 31. & quæſt. 9. in fine, Gregor.
deciſ. 135. num. 1. & ſeqq.* Hinc Comites de 10
Campeggis poſſunt legitimare, etiam ſine dicta
clauſula, quia plena gaudent legitimandi facultate
Rot. deciſ. 11. num. 20. part. 16. Recent. E contra
vero Collegium Archivii Urbis, ita tenuem, &
debilem habet legitimandi facultatem, ut non 11
poſſit legitimare abſque eadem clauſula *ſine præjudicio venientium ab inteſtato*, quæ proinde in
Legitimationibus per ipſum factis, ſemper ſubintelligitur *Tondut. par. 2. reſolut. civil. 124. n. 11.
& 12.* ubi monet, recurrendum ad Summum
Pontificem, & non ad Collegium Archivii *Rot.
d. dec. 12. num. 20. par. 16. Recent.* Et quod Col- 12
legium præfatum non poſſit legitimare in præjudicium tertii, tradit *Gratian. Diſcept. 496. n. 2.*
cum aliis penes *Rot. in Viterbien. Fideicommiſſi 8.
Maii 1702. §. Eoque coram bon. mem. Anſaldo.*
Loquitur itaque Regula de Diſpenſationibus, 13
non autem de Legitimatione, Tunc vero dicitur
Legitimatio, quando quis reſtituitur ad primæva 14
jura naturæ, itaut habeatur tanquam de legitimo
matrimonio natus, & procreatus. Quando vero
redditur legitimus *ſecundum quid*, nempe ad ali- 15
quem tantummodo effectum, aut cum certis legibus, & reſtrictionibus, tunc dicitur Diſpenſatus *Menoch. Conſil. 306. num. 23. & ſeqq. Oliva
de For. Eccleſ. d. part. 2. quæſt. 33. num. 14. &
27. cum ſeqq.* & diceretur plena legitimatio, 16
quamvis limitata eſſet ſucceſſionis cauſa, & adeſſet clauſula *ſine præjudicio venientium ab inteſtato*, ut firmant *Card. de Luc. de ſucceſſ. diſt. 10.
num. 8. Adden. ad Gregor. deciſ. 201. num. 11.
Gratian. diſcept. 496. num. 26. & ſeqq.* ubi diſtinguit inter Diſpenſationem collativam, & reſtrictivam, *Giovagn. lib. 2. Reſponſ. 16. num.
62 & 63. Paſchal. de Virib. Patriæ poteſt. par.
2. Cap. 4. num. 213. Rot. deciſ. 115. num. 6. &
ſeq. poſt Merlin. de Legitim. & deciſ. 38. n.
part. 8. Recent.*
Sic, quando Papa utitur verbo *Legitimamus*, 17
illud per ſe ſolum importat veram, atque plenariam Legitimationem *Paſchal. d. Cap. 4. n. 212.
Rot. deciſ. 62. num. 1. poſt Merlin. de Legitim. &
deciſ. 35. num. 1. & 2. part. 8. Rec.* ubi, quod
locum id ſibi vindicat, etiamſi Papa uſus fuerit
verbo *Diſpenſamus*, quia & ipſum poteſt impor- 18
tare Legitimationem.
E contra vero, ubi agitur de filio Sacerdotis,
ſeu Uxorati, cum quibus nullo pacto poterat 19
conſiſtere Matrimonium, potius dici debet habilitatio, & Diſpenſatio, quam Legitimatio, *Pariſ. conſ. 2. num. 22. lib. 2. Covarr. in Epitom. de
ſponſal. Cap. 8. part. 2. §. 8. num. 4. Mantic. de
Conject. lib. 11. tit. 10. num. 31. Menoch. de Præſumpt. lib. 4. præſumpt. 79. n. 41. & 42.* cum aliis
apud *Ciroch, diſcept. 1. n. 27.*
Sed, quod attinet ad Clauſulam -- *ſine præjudicio venientium ab inteſtato*, -- quæ vigore Regulæ apponi debet in Diſpenſationibus; & adjici
etiam conſuevit in Literis Legitimationis, quamplures a DD. ei adaptantur effectus. Alii enim
exiſtimant, quod per eam intelligatur præſer-

20 vatum jus ſuccedendi ab inteſtato ſolis Deſcen-
dentibus, itaut Tranſverſales per Legitimatum
excludantur in caſu ſucceſſionis inteſtatæ, *Felin.
in cap. Cum olim ſub num. 17. de Sent. Rejudic.
Menoch. conſ. 306. per tot. lib. 4.* cum aliis quos
refert *Merlin. de legitim. lib. 1. tom. 2. quæſt.
9. n. 1. & n. 2 in fine.* Sed hæc opinio reproba-
21 tur nedum rationibus relatis à *Peregrin. de Fi-
deicomm. art. 23. n. 84. & ſeqq.* ſed etiam per
hanc Regulam, quæ generaliter loquitur *de ve-
nientibus ab inteſtato*, nec ad ſolos Deſcendentes
reſtringitur, *Facchin. lib. 3. Contr. cap. 62. circ.
med. Gabriel. conſ. 22. ſub n. 10. lib. 2. Kochier in
hanc Regul. ſub n. 9.*

22 Alii cenſuerunt, ejuſdem clauſulæ vigore præ-
ſervati Jus omnibus Tranſverſalibus uſque ad de-
cimum gradum, excluſo Fiſco, & Uxore. Ita
*Gabriel. conſ. 22. num. 4. lib. 2. Giovagn. Reſponſ.
96. n. 2. lib. 1. Facchin. Contr. Jur. dict. cap. 62.
in princ. Peregrin. de Fideicom. d. art. 23. n. 83.*
cum aliis relatis per *Merlin. de legitim. lib. 1. tit.
2. quæſt. 9. n. 5. verſic. Tertia.* Verum nec Opi-
23 nio iſta arridet, quia nimis reſtringit Legitima-
tionem, & tamen Principis intentio eſt velle Le-
gitimato favere.

Media itaque via ſequenda eſt, quod ſcilicet
24 clauſula *ſine præjudicio &c.* faveat non ſolum
Deſcendentibus, ſed etiam Aſcendentibus ex re-
latis per *Merlin. dict. lib. 1. tit. 2. qu. 8. num. 16.
verſic. Cum in vim*, ac præſervet Tranſverſali-
25 bus Jus ſuccedendi, ſed uſque ad *quartum gra-
dum*, ut firmant *Socin. Senior. conſ. 95. n. 41.
& ſeqq. lib. 4. Cephal. conſil. 442. n. 38. Merlin.
de Legitim. lib. 1. tit. 2. quæſt. 9. n. 3. Peregrin.
de Fideicomm. art. 23. num. 83. Urceol. d. Conſult.
93. n. 27. Cirocch. Diſcept. 1. n. 30. & Diſcept. 32.
n. 8. in fine.*

26 Et præſervat Jus Tranſverſalibus præfatis,
etiam ſi agatur de ſucceſſione illius, de cujus
conſenſu Legitimatio ſequuta fuit. Quamvis
enim *Menoch. Conſ. 306. n. 306. & Rot. deciſ.
600. n. 10. part. 3.* circa finem exiſtiment, hoc
27 caſu præjudicari Tranſverſalibus, quia præſumi-
tur, quod ille qui Legitimationi conſenſit, vo-
luerit Legitimatum habilitare ad ſucceſſionem,
Tranſverſalibus ipſis excluſis; Nihilominus con-
traria opinio eſt magis communiter recepta prop-
28 ter generalitatem ejuſdem clauſulæ, per quam ex
mente Principis legitimantis cenſetur præſerva-
tum quibuſcunque Jus quæſitum, ſive in re, ſi-
ve in ſpe, & quodcumque illud ſit, *Peregr. de
Fideicom. art. 23. n. 85. & 87. Houden. conſ. 71.
n. 29. lib. 2.* & aliis relatis, bene *Merlin. d. lib.
1. tit. 2. qu. 9. n. 16. & ſeqq.*

An autem per eamdem clauſulam *ſine præjudi-
29 cio &c.* præſervatum remaneat jus fœminis exclu-
ſis? Dic, quod aut ſunt excluſæ a Teſtatore, &
clauſula præfata earum favore nihil operatur,
nam ſicuti proficua non eſt ſtante Teſtamento,
ut infra dicemus, ex quo venientes ab inteſtato
30 remanent ex voluntate Teſtatoris excluſi, ita nec
juvat, quando fœminæ ſunt excluſæ a Teſtato-
re, cum nullum ipſis tali caſu inferatur præju-
dicium *Rot. coram Panfil. deciſ. 406. num. 12. &
31 deciſ. 443. n. 10.* Aut agitur de fœminis excluſis
a Statuto propter maſculos, & tunc clauſula *ſi-
ne præjudicio &c.* ſuum operatur effectum, etiam
favore fœminarum, earumque Jura præſervat,
quia Statuta fœminarum excluſiva non favent
Legitimatis, & conſequenter dicta clauſula non
nocet fœminis, quæ alias, non interveniente Le-
gitimatione, ſuccederent, ut late probat *Cirocc.
Diſcept. 32. per tot.* Nec obſtat, quod ſtante
Statuto præfato, fœminæ dicantur extraneæ, nec
veniant appellatione venientium ab inteſtato; Si- 32
quidem maſculis legitimis non extantibus, ipſæ
nec extraneæ ſunt, nec excluſæ, & remanent,
prout ante legitimationem erant, hæredes ab in-
teſtato ſucceſſuræ. Unde, cum Legitimatio clau-
ſulam contineat -- *abſque præjudicio venientium ab
inteſtato*, cenſeri utique debet facta etiam abſque
præjudicio fœminarum, quibus ante Legitimatio-
nem jus ab inteſtato ſuccedendi competebat. Ita
reprobato *Merlino* firmat *Michaler. de Fratr.
part. 3. cap. 26. n. 25. & ſeqq.*

Conveniunt tamen omnes, quod non faveat
ſæpedicta clauſula venientibus ab inteſtato, quan- 33
do Pater condidit Teſtamentum, & inſtituit hæ-
redem filium legitimatum: Illa namque aliud
non operatur, niſi, quod Legitimatus non ſuc-
cedat ab inteſtato, quamdiu extant, qui ab in-
teſtato ſint ſucceſſuri. Cumque ponatur ad præ-
ſervanda jura venientium ab inteſtato, & ad
excludendum jus Legitimati in concurſu ipſorum,
ſequitur, quod ſicuti Teſtator poteſt quemcum-
que, etiam extraneum ſibi hæredem inſtituere,
ita poſſit Legitimatum: Neque ex Legitimati
inſtitutione reſultat præjudicium venientibus ab
inteſtato, quia non excluduntur a ſucceſſione
ratione Legitimationis, ſed ex facto Teſtatoris,
in cujus facultate eſt eligere quem ſibi velit hæ-
redem. *Felin. in cap. Cum olim ſub n. 17. de Sen-
tent. & Re Judicat.* late *Paſqualig. quæſt. moral.
Juridic. 132. per tot. Gratian. Diſcept. 496. n. 20.
& Diſcept. 958. num. 15. Merlin. de Legitim. d.
lib. 1. tit. 2. quæſt. 9. num. 7. Peregrin. de fideicom.
art. 23. num. 68. Cirocc. Diſcept. 1. num. 31. Ton-
dut. quæſt. civil. part. 2. cap. 124. n. 12. & ſeqq.*
ubi ampliat, etiam ſi agatur de filio ſpurio *Rot. 34
in Recent. deciſ. 667. num. 4. part. 1. deciſ. 600.
num. 10 part. 3. & deciſ. 443. n. 11. coram Pam-
phil. & deciſ. 406. num 12. coram eodem deciſ.
135. num. 13. coram Gregor. deciſ. 405. n. 1. cor.
Ubald.*

Recipit tamen communis hæc Sententia plures
declarationes. Prima eſt, quod, licet clauſula
ſine præjudicio &c. non auferat filio legitimato jus
ex teſtamento Patris, operatur tamen, quod ipſe
plus petere non poſſit, quam ſibi a Patre reli-
ctum fuerit, *Merlin. de Legit. d. tit. 2. quæſt. 9. 35
num. 7. in fine, Michalor. de Fratrib. quæſt. 3.
cap. 26. ſub n. 3. Gratian. diſcept. 496. n. 48. Rot.
deciſ. 64. n. 8. & ſeqq. part. 1. Recent. repetit. co-
ram Gregor. deciſ. 135.* & conferunt quæ infra di-
cemus occaſione Legitimæ.

Secundo, ut cenſeatur filio legitimato præſer-
vatum Jus ex ſolo Teſtamento Patris, qui illius 36
legitimationi conſenſum præſtitit, ſecus quoad
Succeſſiones Majorum provenientes ex fideicom-
miſſo, aut ex pacto, & providentia, ſive ex qua-
cunque alia illorum diſpoſitione; Earum enim
reſpectu, tam venientibus ab inteſtato, quam ſub-
ſtitutis nullum cenſetur, quod jura ipſis compe-
tentia, irrogatum præjudicium, itaut licet alias
filii legitimati faciant deficere conditionem *ſi ſine* 37
filiis, & ſubſtitutum excludant, *Rot. deciſ. 119.
n. 15. cor. Cerro*, tamen ſecus eſt ſtante clauſu- 38
la -- *ſine præjudicio venientium ab inteſtato* --, ut
poſt *Angelum, Ruin.* & alios antiquiores firmant
*Peregrin. de Fideicom. art. 23. num. 60. & ſeqq.
& num. 75. Tondut. part. 2. Reſolut. civil. 124.
num. 13. Cirocc. diſcept. 1. num. 29. & 30. Rot.
deciſ. 667. num. 3. part. 1. & deciſ. 28. num. 35.
& ſeqq. part. 8. Recent. & deciſ. 119. num. 21.*

cor.

cor. Cerro. Et quamvis ſubſtituti etiam veniant
ex Teſtamento fideicommittentis, tamen ſicuti
non præjudicatur venientibus ab inteſtato; ita
nec tollitur Jus in ſpe, quod ex cauſa *de præ-
ſerito*, nempe ex fideicommiſſo, iiſdem ſubſtitu-
39 tis competit, ut reſpondendo *Doctoribus* contra-
rium ſentientibus proſequitur *Rot. d. deciſ.* 667.
num. 5. *part.* 1. *Recent. Cirocc. Diſcept.* I. *num.*
30. & 31.

Tertia declaratio eſt, quod poſſit Legitimatus
40 cum dicta clauſula petere ex Teſtamento Pater-
no totum id, quod ſibi relinquitur, dummodo
tamen nullum inferatur præjudicium legitimæ de-
bitæ aliis filiis legitimis, & naturalibus, quorum
jura, Paterna inſtitutio lædere nequit *Gabriel. conſ.*
24. *num.* 33. *lib.* 2. *Merlin. de Legitim. lib.* 1. *tit.*
2. *quæſt.* 8. *num.* 17. & 18. & *num.* 20. *Rot. deciſ.*
405. *n.* 10. & *per tot. cor. Ubald.* Idque locum
etiam ſibi vindicat reſpectu legitimæ Aſcenden-
tium, ut in terminis Matris reſpondit, *Rot. de-
ciſ.* 572. *part.* 5. *tom.* 2. *Recent.*

Sed an mortuo Patre cum Teſtamento, in quo
41 filius Legitimatus cum clauſula *ſine præjudicio
&c.* ſit præteritus, aut minus legitima ei reli-
ctum, poſſit ipſe Teſtamentum Paternum contra-
tabulare, & petere legitimam, ſeu illius ſupple-
mentum? Affirmant nonnulli Doctores quos re-
fert, & ſequitur *Paſqualig. quæſt. moral. Juriſd.*
213. *n.* 4. & *per tot.* qui ea præcipue ratione mo-
vetur, quod, filio Legitimato ſimpliciter, & ſine
clauſula præſervativa jurium venientium ab inte-
ſtato, competit jure naturali legitima, quodque
in Legitimatione, tanquam in radice, includatur
jus ad legitimam, itaut inter ipſam Legitimatio-
nem, & legitimam, adſit ex natura rei connexio,
per quam Legitimatio exigat legitimam, & legi-
tima ſit debita Legitimato. Cum ergo Princeps
non poſſit venire contra ea, quæ ſunt de jure na-
turæ, eſto quod in ejus facultate ſit legitimare,
vel non legitimare, in ejus tamen poteſtate non
eſt excludere legitimatum a legitima, & quid-
quam diſponere adverſus connexionem illam de
jure naturali militantem inter eſſe legitimum, &
legitimam; & quamvis Princeps legitimet cum
limitatione in ordine ad ſucceſſionem, accipi ta-
men debet hæc limitatio in terminis habilibus,
ut ſcilicet locum habeat quoad ſucceſſionem le-
galem, non vero quoad naturalem, illa enim eſt
ſub Principis diſpoſitione, iſta autem non. Qua
ratione concludit *Paſqualigus*, filium legitimatum
limitate, ſuccedere ab inteſtato jure naturali quoad
legitimam, licet non ſuccedat jure civili quoad
reſiduum hæreditatis.

Verum, ſubtili hoc ratiocinio non obſtante re-
42 ceptior Sententia eſt, quod Legitimatus cum
Clauſula *ſine præjudicio &c.* non poſſit teſtamen-
tum Paternum impugnare, nec petere legitimam,
aut ſupplementum, nam licet verum ſit, quod
legitimatus habeatur uti filius legitimus, clauſula
tamen *ſine præjudicio &c.* non limitat Legitima-
tionem, ſed ſucceſſionem, cum dari poſſit ve-
ra Legitimatio, quæ effectum ſucceſſionis ha-
beat reſtrictum & limitatum, ut communiter
firmant *Oliva de For. Eccleſ. lib.* 2. *quæſt.* 33.
num. 29. *Corrad. in Prax. diſpenſ. lib.* 3. *cap.* 3.
num. 5. & 6. *Cirroce. Diſcept.* 32. *num.* 8. *Mer-
lin. de Legit. lib.* 1. *tit* 2. *quæſt.* 8. *num.* 15. &
ſeqq. Michalor. de Fratrib. part. 3. *cap.* 26. *num.*
34. *Gratian. Diſcept.* 497. *a num.* 37. *uſque ad*
60. *Urceol. Reſolut.* 93. *num.* 1. & *ſeq Rot. co-
ram Gregor. deciſ.* 135. & 201. *per tot. cor. Ubald.
deciſ.* 405. & *in Recent. deciſ.* 572. *part.* 5. *tom.* 2.

& *deciſ.* 35. *part.* 8. & *in Romana Cenſus* 17.
Maii 1667. §. *Verum tamen coram Card. Carpi-
neo*, ubi ex eadem ratione, & ad æqualitatem 43
ſervandam, dicitur, nec etiam Patri deberi legi-
timam in bonis filii legitimati cum præfata clau-
ſula *ſine præjudicio &c.*

Ex qua Theorica ſequitur, quod, ſi extent
filii legitimi, & quæratur de portione, & li- 44
quidatione eorum legitimæ, filii cum clauſula *ſi-
ne præjudicio &c.* legitimati, etiam ſi ſint inſti-
tuti in Paterno Teſtamento, non poſſunt concur-
rere ad diminuendam legitimam iiſdem filiis le-
gitimis, de jure debitam, *Rota d. deciſ.* 405. *cor.* 45
Ubago, Gabriel Conſ. 24. *num.* 32. *lib.* 2. Quem-
admodum, ſi quis relicta Matre, inſtituat hæ-
redem filium cum dicta clauſula legitimatum, & 46
quæratur, quanta ſit Portio legitimæ maternæ,
filius legitimatus computari nequit pro minuenda
legitima Matris, quæ erit tertia totius, *Gabriel.
d. Conſ.* 24. *num.* 33. *lib.* 2. *Rot. deciſ.* 572. *part.* 5.
tom. 2. *Recent. per tot.*

Utque melius hæc materia enucleata remaneat
plures caſus ſunt diſtinguendi. Primus eſt, quan-
do extant filii legitimi, ſeu Mater, & tali ca- 47
ſu abſolutum eſt, non poſſe Legitimatum concur-
rere ad petendam legitimam, nec ab inteſtato,
nec ex teſtamento in præjudicium Matris, & Deſ-
cendentium, juxta auctoritates *n.* 42. laudatas,
niſi concurſus Legitimati tranſire faceret legiti- 48
mam filiorum legitimorum de Triente in Semiſ-
ſem, quia tunc talis concurſus erit potius favora-
bilis, quam damnoſus filiis legitimis *Urceol. dict.
Conſultat.* 94. *ſub n.* 32.

Secundus caſus eſt, quando exiſtunt Tranſ-
verſales uſque ad quartum gradum, iique fue- 49
rint inſtituti, & hoc pariter caſu Legitimati
cum clauſula *ſine præjudicio &c.* non poſſunt im-
pugnare Teſtamentum Paternum ob eorum præ-
teritionem, neque Legitimam petere, cum clau-
ſula præfata operetur etiam favore Tranſverſa-
lium, ſive ſint inſtituti, ſive ſubſtituti. *Giova-
gnon. conſil.* 96. *num.* 1. & *ſeq. lib.* 1. *Theſaur.
Quæſt. forenſ lib.* 3. *quæſt.* 75. *num* 4. *Merlin.
de Legitim. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 9. *num.* 16. & 18.
Peregr. de Fideicommiſſ. artic. 23. *num.* 80. *Ci-
rocc. diſceptat.* 1. *num.* 30. & *diſcept.* 32. *num.* 7.
cum aliis relatis per *Urceol. dict. conſult.* 93. *num.*
17. & *ſeqq.*

Nec in his terminis neceſſe eſt, quod ſint in-
ſtituti Tranſverſales proximiores, quique debuiſ- 50
ſent ab inteſtato primo loco ſuccedere, ſed ſuffi-
cit, quod facta ſit inſtitutio de Tranſverſalibus
intra quartum gradum, licet remotioribus. *Gio-
vagnon. Conſil.* 96. *num.* 8. & *per tot. lib.* 1. *Mer-
lin. de Legitima dict. lib.* 1. *tit.* 2. *quæſt.* 9. *n.* 26.
in fine.

Tertius caſus eſt, ſi Pater inſtituat hæredes ex-
traneos, nec adſint Tranſverſales, & hoc caſu, 51
licet *Rot. deciſ.* 35. *num.* 17. & *ſeqq.* & *ſub num.*
30. *part.* 8. *Recent.* firmaverit, non poſſe filium
legitimatum petere legitimam, quia per Legiti-
mationem cum clauſula *ſine præjudicio venientium
ab inteſtato* habilitatur ſolum ad ſuccedendum in
eo, quod ſibi a Patre ſit relictum, idque non
favore venientium ab inteſtato, ſed potius favore
ipſiuſmet Patris, ut liberas habeat diſponendi
habenas. Attamen verius videtur, quod, Con-
ſanguineis non extantibus, poſſit Legitimatus 52
cum dicta clauſula Teſtamentum Paternum con-
tratabulare, & petere legitimam, cum non
agatur de præjudicio Tranſverſalium, quorum
jus tantummodo per dictam Clauſulam, præ-

ſervatur, *Merlin. de Legitim. lib. 1. tit. 2. quæſt.*
9. num. 25. Gratian. diſceptat. 567. num. 3. Ga-
briel. conſil. 32. num. 12. lib. 2. Giovagnon. conſil.
96. num. 7. lib. 1. Coſta de Ratione ratæ quæſt. 156.
num. 8. Urceol. dict. conſult. 93. num. 20. Rot. co-
ram Peutinger. deciſ. 24. n. 11.

Quartus caſus eſt, quando extantibus Tranſ-
53 verſalibus, iiſque honoratis, Pater hæredem ex-
traneum inſtituat, & in his terminis, licet primo
intuitu videatur, quod filius legitimatus non poſ-
ſit legitimam petere, tum ex ratione quam pon-
derat *Rot. d. deciſ. 35. num. 17. & ſeqq. par. 8. Rec.*
quod nempe non conſideretur favor venientium
ab inteſtato, ſed principaliter ipſius Patris, qui
pro legitimatione inſtetit, tum etiam quia ſufficit
Conſanguineorum ſola exiſtentis, aptitudo, &
poſſibilitas ſuccedendi, licet ad actum non deve-
niatur, *Gratian. diſcept. 942. num. 23. & 24. Gio-*
vagnon. conſ. 96. num. 14. lib. 1. Peregrin. de Fi-
deicom. art. 23. num. 83. Theſaur. quæſt. forenſ.
quæſt. lib. 1. quæſt. 97. num. 4. Urceol. conſult. for.
num. 1. cap. 17. num. 53. d. conſult. 93. num. 21.
Rot. cor. Gregor. deciſ. 135. & 201. & facit, Rot.
poſt Merlin. de legit. deciſ. 3. num. 6. & deciſ. 405.
num. 5. & ſeqq. cor. Ubaldo.

Nihilominus contraria ſectanda eſt opinio, quod
ſcilicet filio legitimato competat dicto caſu legi-
54 tima; Siquidem Legitimatus remanet ſolum a
legitima excluſus intuitu venientium ab inteſtato,
unde quando iſti non fuerunt a Patre, qui legi-
timationi conſenſit, hæredes ſcripti in teſtamen-
to, reputantur, ut omnino extranei, exemplo
55 fœminæ excluſæ propter maſculos, nam ſi alii
quam agnati, ſint a Patre hæredes inſtituti, uti-
que rumpitur Taſtamentum, & fit eorum fa-
vore ſucceſſioni locus, juxta receptam Senten-
tiam, quam præ cæteris ſequuntur *Urceol. d.*
Conſult. 93. num. 29. & ſeqq. Lupus de illegitim.
§. 1. Comment. 3. num. 58. Paſchal. de verb. Pa-
tria Poteſt. part. 2. cap. 4. ſub num. 244. Berta-
chin. Vot. deciſ. 186. num. 3. & ſeqq. Adden. ad
Gregor. deciſ. 135. ſub num. 20. Merlin. de Legi-
tim. lib. 1. tit. 2. quæſt. 9. num. 25. Rot. poſt eun-
dem lib. 62. num. 35. & in Rec. deciſ. 441. num.
16. part. 13.

Nec obſtat *Rot. cor. Gregor. XV. deciſ. 135. &*
56 201. quia in earum themate fuerat hæres inſtitu-
tus Extraneus, quamvis extarent filii legitimi,
& naturales, unde, ſi admittebatur filius Legiti-
matus, illorum legitima diminuta remanſiſſet,
quod in præjudicium eorumdem filiorum legiti-
morum admitti utique non debet. Aſt, ubi per
filium legitimatum nullum infertur præjudicium
aut filiis legitimis, & naturalibus, aut aliis Con-
ſanguineis ab inteſtato venientibus, ſed agitur
in concurſu Extraneorum, tunc nulla juris,
æquitatiſque ratio patitur, quod filius legitima-
tus a legitima excluſus remaneat. *Bertachin. dict.*
Vot. 186. num. 5. Urceol. dict. conſult. 93. num.
32. ubi etiam in caſu exiſtentiæ filiorum legiti-
57 morum, & naturalium ait, quod filius Legiti-
matus poſſit detrahere legitimam ex reſiduo bo-
norum, quæ hæredi extraneo ſcripto reſtituenda
erunt, dempta prius portione filiis legitimis de
jure debita.

Quintus denique caſus eſt, quando Pater hæ-
redem inſtituit filium legitimatum cum clauſula
58 *ſine præjudicio venientium ab inteſtato*, illumque
gravat ad reſtituendam hæreditatem, & hoc
caſu poſſe in illius reſtitutione detrahere legiti-
mam, late firmant *Paſqualig. Quæſt. moral. Ju-*
ridic. 214. per tot. Revis. apud Paſchal. de Patr.
poteſtat. quæſt. 2. cap. 4. part. 234. & plurib. ſeqq.
& innuit *Rot. deciſ. 441. num. 16. part. 16. Re-*
cent. Contrariæ vero adhæſit Sententiæ *Marcel-* 59
lus Marcian. penes eumdem *Paſchal. dict. part. 2.*
cap. 4. a num. 31. & ſeqq. Sed diſtinguendum vi-
detur, quod, aut Legitimatus hæres inſtitutus
gravatur hæreditatem reſtituere favore extranei,
& tunc procedit prima opinio affirmativa; Aut 60
gravatur ad favorem venientium ab inteſtato in-
tra quartum gradum, & locum ſibi vindicat
Sententia, quod Legitimatus legitimam detra-
here non poſſit, & in his terminis eſt *Conſul-*
tatia Urceol. la 93. ubi in fine ita concludit.

Atque hæc de effectibus Clauſulæ - *ſine præ-*
judicio venientium ab inteſtato, quæ ſub ſe com- 61
prehendit alteram clauſulam *ſine præjudicio ve-*
nientium ex fideicommiſſo, ut dixit *Rot. deciſ. 145.*
in fine part. 1. Rec. ubi concordantes, quæ ta-
men clauſula citra *præjudicium vocatorum ex fi-* 62
deicommiſſa nihil operatur, quoties filius legiti-
matus ſuccedat ex voluntate Teſtatoris, qui poſt
obitum legitimorum vocet illegitimos, quia tunc
nullum adeſt præjudicium a legitimationa pro-
veniens, ſed eſt ſola voluntas Teſtatoris, qui
Legitimatos admittit *Rot. deciſ. 377. num. 27. &*
28. part. 19. Recent. & deciſ. 13. num. 18. coram
Ninot. Et, quando voluntas Fideicommittentis 63
non aſſiſtat, ſed potius reſiſtat, plene *Rot. in Vi-*
terbien. Fideicommiſſi 8. Maii 1702. coram bon.
mem. Anſaldo.

Redeundo nunc ad reliquas partes Regulæ,
notandum eſt, quod ad effectum ſucceſſionum
non ſufficit petere Diſpenſationem Natalium,
ſed requiritur ulterius, quod Diſpenſatio con- 64
cedatur cum expreſſione, quod Diſpenſatus *poſ-*
ſit ſuccedere in bonis temporalibus; Et merito,
quia ſucceſſio non eſt de eſſentia Diſpenſatio-
nis, nec ex iſta, ad jus ſuccedendi infertur,
unde opus eſt, quod Diſpenſatus reddatur in
ſpecie habilis ad Succeſſiones, ſi ad illas adſpi-
rare velit *Gratian. Diſcept. 496. num. 29. Rot.*
deciſ. 351. num. 13. coram Seraphin. deciſ. 200.
num. 3. part. 7. dec. 35. num. 9. part. 8. Recent.
deciſ. 115. num. 8. poſt Merlin. de Legitim. cum
aliis in *Romana Succeſſionis 27. Junii 1687. §. fi-*
nal. coram Rondinino.

Et dicitur in Regula *in bonis temporalibus* ad
differantiam Bonorum Eccleſiaſticorum; Quan-
doquidem ſub Diſpenſatione a Pontifice con-
ceſſa nunquam veniunt Bona Feudalia, ſeu Em- 65
phyteutica Eccleſiaſtica, niſi de illis fiat ex-
preſſa mentio, aut Diſpenſatio ſit concepta ver-
bis univerſalibus *omnia quæcumque &c.* aptis Feu-
da, & Bona præfata comprehendere, *Oliva de*
For. Eccleſ. part. 2. quæſt. 33. num. 32. & in ter-
minis Conſtitutionis S. Pii V. *Caren. reſolut. 35.*
num. 5. Rot. deciſ. 41. part. 1. Recent. quinimo, 66
non ſolum in Diſpenſationibus, quæ ſunt ſtricti
Juris, ſed etiam in Legitimationibus, licet am-
pliſſimis clauſulis conceptis, apponi conſuevit
etiam clauſula - *Citra bona emphyteutica, & feu-*
dalia Eccleſiaſtica, ac ex fructibus, aliiſque rebus
Eccleſiaſticis quoquomodo acquiſita, ut apud *Ko-*
chier ad hanc Regulam num. 9. Rot. in Romana,
ſeu Balneoregien. Fideicommiſſi 2. Decembr. 1699.
§. Nec viſum, & 8. Martii 1700. §. Non obſtan-
te coram Muto, in quarum Deciſionum themate,
cum in Supplicatione Papæ exhibita, petita fuiſ-
ſet habilitatio *etiam ad feuda a Romana, vel aliis*
Eccleſiis, & piis locis profecta, ea fuit per Revi-
ſores deleta, ut in *dicta Deciſione 8. Martii 1700.*
§. Minuſque.

Sed

Digitized by Google

Sed cum *Leonida Urſinus* de quo agunt dictæ
Deciſiones fuerit a *Gregorio XIII.* ampliſſime le-
gitimatus *ad Bona*, *Caſtra*, *Oppida*, *Marchiona-
tus*, *& Principatus in Diſtrictu Urbis*, *& Statu
Eccleſiaſtico exiſtentes*, & ſic ad Feuda tam pro-
pria, quam impropria, & poſtea in parte ex-
ceptuativa dictum fuiſſet -- *Citra Oppida*, *& Ca-
ſtra*, *ac aliis bona emphyteutica feudalia Eccle-
ſiaſtica*, *aut ab Eccleſiis dependentia* -- *Rota* cen-
ſuit, *Conceſſionem* intelligendam eſſe de Feudis
Cameræ Apoſtolicæ, *Exceptuationem* vero de Bo-
nis Emphyteuticis, & feudalibus Eccleſiarum in-
feriorum, ad evitandam contrarietatem, quæ alias
adeſſet inter partes *conceſſivam*, *& exceptuativam*,
67 & quia adeſt major ratio concedendi habilita-
tionem ad feuda Eccleſiæ Romanæ, quam alia-
rum inferiorum, nam Papa in primo caſu ſibi,
ſuiſque Succeſſoribus præjudicat, in ſecundo ve-
ro præjudicium infert tertio, nempe Eccleſiis in-
ferioribus, earumque Prælatis; Et quamvis in
ſupplicatione fuerit deleta expreſſio bonorum de-
pendentium a Romana, vel aliis Eccleſiis, id ta-
men intelligendum eſt de Eccleſiis inferioribus Ur-
bis, non autem de Feudis Cameræ in Urbe, &
Diſtrictu exiſtentibus, ut latius ratiocinatur *Rot.
in dicta Romana*, *ſeu Balneoregien. Fideicommiſſi*
8. *Maii* 1700. *coram Muto.*

Ad hæc bona Emphyteutica, ſeu feudalia Ec-
cleſiarum, nec Imperator, nec alius Princeps ſe-
cularis legitimare, aut diſpenſare poteſt *Bald. in*
68 *leg. generaliter §. Cum autem de Inſtit. & Subſtit.
Menoch. conſ.* 934. *num.* 1. *&* 10. *Cald. de No-
min. Emphyt. quæſt.* 21. *num.* 20. *&* 49. *Gamma
deciſ.* 72. *num.* 6. *Afflict. deciſ.* 386. *num.* 1. *Oli-
va de For. Eccleſ. par.* 2. *quæſt.* 33. *num.* 10. *&*
19. & reprobato *Burſat. Carena Reſolut.* 55. *num.*
4. *& ſeqq.* ubi de *Comite Palatino* ab Imperatore
69 creato. Poſſe tamen DD. de *Campeggis* etiam ad-
Bona præfata legitimare, non obſtante Conſti-
tutione S. Pii V. teſtantur *Giovagnon. conſ.* 16.
num. 47. *& ſeqq. lib.* 2. *Rot. deciſ.* 672. *in fin. Rot.
deciſ.* 13. *num.* 22. *coram Ninot.* cum aliis *in Mu-
tinen. Donationis* 5. *Maii* 1683. *§. Minus ſubſiſtit
coram Rondanino impreſſ. in Recen. deciſ.* 660. *part.*
19. *tom.* 2.

Cæterum, in hujuſmodi Diſpenſationibus, ſeu
70 Legitimationibus, fieri debet expreſſio omnium
qualitatum, quæ alterant naturam Concubitus,
ſeu illegitimitatis, illiuſque ſpeciem mutare fa-
ciunt. Unde narrari debet, an illegitimus ſit ge-
nitus ex Conjugato, an à Clerico, vel Presby-
tero, & an alia concurrant impedimenta, adeout
eorum pluribus concurrentibus, ſi fiat tantum
mentio de uno, Diſpenſatio, ſeu Legitimatio,
non ſubſtinetur. Quemadmodum, ſi quis ſit du-
71 pliciter Spurius, de utraque ſpurietate facienda
eſt mentio, juxta *Conſ. Oldrad.* 247. *Menoch. conſ.*
195. *lib.* 2. ubi de eo, qui natus fuerat ex du-
72 plici adulterio, probatque, non ſufficere mentio-
nem adulterii in genere, ſed opus eſſe, quod
de ſingulis defectibus fiat mentio, *Capon. Cont.* 6.
n. 46. *Lupus de Illegitim. Comment.* 2. *§.* 4. *n.* 6.
Fulgoſ. conſ. 23. *n.* 2. cum aliis relatis per *Rotam*,
Rot. deciſ. 316. *n.* 2. *part.* 5. *recent.* An vero ſubſi-
ſtat Legitimatio, ſi Pater reticeat, filium illegi-
73 timum fuiſſe ex Serva conceptum, examinat *Ro-
man. conſ.* 194. ubi pro validitate legitimationis
reſpondet, licet contrarium ſentiat *Mandoſ. in
Addit. ad conſ. præfatum.*

Satis tamen erit exprimere, filium eſſe *natu-
74 ralem*, quia expreſſio præfata apta eſt compre-
hendere omnem qualitatem, & maculam natalium;
Præſertim, ſi Papa diſpenſando cum illegitimo,
vel illum legitimando, omnem voluerit tollere
defectum, & quamcumque inhabilitatem abole-
re, *Ruin. conſ.* 82. *num.* 6. *lib.* 3. *Menoch. conſ.*
10. *num.* 51. *& conſ.* 217. *num.* 2. *Rota Bononien.
apud Gypſ. deciſ.* 30. *n.* 89. *&* 96. *& Rot. Rom.
apud Giovagnon. conſ.* 15. *n.* 77. *& deciſ.* 501. *n.*
29. *& ſeqq. part.* 5. *tom.* 2. *recent.* Inſuper cenſe-
retur facta mentio de omnibus impedimentis, ſi
poſt narrativam, quod illegitimus ortus eſt ex
Conjugato, & ſoluta, ſubdatur -- *ſive ut præmit-* 75
titur, *ſive alio quovis etiam ſupradicto forſan gra-
viori*, *& magis prohibito modo*, *etiam ſpeciem
narrati concubitus immutante illegitime genitus &c.*
Per hanc enim clauſulam generalem cenſetur,
Principem cogitaſſe de omnibus impedimentis, &
voluiſſe tollere duplicem ſpurietatem, & omnia
alia impedimenta, quæ ſpeciem narrati concubi-
tus apta eſſent immutare, ut firmant DD. relati
per *Rot. deciſ.* 100. *n.* 12. *§. Quæ tamen & n.* 13.
& ſeqq. & deciſ. 316. *part.* 5. *recent.*

Sed quamvis in Legitimatione, ſeu Diſpenſa- 76
tione ſuper defectu Natalium facienda ſit mentio
qualitatum, quæ alterant concubitum, & faciunt
mutare illius ſpeciem, neceſſaria tamen non eſt
expreſſio illarum, quæ ſolum aggravant vitium,
ſive delictum Parentum. Sic ſi reticeatur nobili-
tas Patris, aut quod Mater erat filia Parochiana 77
Presbyteri, ex quibus genitus eſt, ſive non ex-
primatur, quod illegitimus natus ſit ex Concubi-
na Domi retenta, non vitiatur Legitimatio, quia
ex dictis circumſtantiis non mutatur ſpecies con-
cubitus, ſed ſolum aggravatur delictum Paren-
tum, ex plene congeſtis per *Rot. deciſ.* 316. *n.* 28.
& ſeqq. part. 5. *recent.* ubi exſcribitur antiquum
notabile Cancellariæ.

Sic etiam valida eſt Legitimatio, quamvis 78
Principi patefacta non fuerit qualitas ſtupri cum
ea, ex qua filius natus eſt, commiſſi, *Capic. Latr.
deciſ.* 166. *num.* 102. *lib.* 2. *Capon. contr.* 6. *n.* 18.
Quemadmodum reticentia Uxoricidii a Viro per- 79
petrati non animo Matrimonium contrahendi cum
Muliere, ex qua filium genuit, ſed ad effectum
ut liberius cum ea libidinem explere poſſet, le- 80
gitimationis gratiam non vitiare, reſpondit *Rot.
d. dec.* 100. *& latius dec.* 316. *n.* 28. *& ſeqq. part.*
5. *rec.*

Eſt itidem pro validitate Legitimationis neceſ-
ſaria mentio filiorum, aut aliorum deſcendentium
legitimorum, illius qui Legitimationi conſenſum 81
præſtitit; Licet enim, eorum reticita exiſtentia,
legitimatio ſit in ſubſtantia valida quoad cæteros
juris effectus, eſt tamen nulla, ſubreptitia, &
invalida in præjudicium eorundem filiorum, aut
ulteriorum deſcendentium, *Peregrin. de Fidei-
comm. art.* 23. *n.* 53. *& ſeqq. Urceol. d. conſ.* 93. *n.*
11. *Gratian. diſcept.* 496. *n.* 62. *& ſeqq.* ubi in ter-
minis Legitimationis factæ à Collegio Archivii,
de qua etiam *Gabriel. conſ.* 23. *lib.* 2. *Pariſ. conſ.*
3. *num.* 16. *lib.* 2. *Rot. cor. Seraphin. deciſ.* 351. *n.*
18. *dec.* 83. *n.* 3. *poſt Merlin. de Legitim. dec.* 501.
n. 3. *part.* 5. *recent.*

Et non ſolum requiritur expreſſio filiorum le-
gitimorum illius qui Legitimationi conſenſit, ve-
rum & facienda eſt mentio de filiis eorum, ad
quorum bona ſucceſſio prætenditur, itaut ſi quis 82
fuerit legitimatus ad Jus ſuccedendi Aviæ, Pa-
truo &c. neceſſaria erit mentio filiorum legitimo-
rum Aviæ, & Patrui, nam quemadmodum ſi
Avia Nepotem illegitimum legitimare curaret,
obſtringeretur de filiis propriis facere mentio-
nem, ita multo magis mentio præfata requiritur,

ſi Legitimatio ſequatur ad inſtantiam alterius,
qui bonis alienis præjudicare non poteſt, ut ex
hac, aliiſque rationibus, reſpondit *Rota poſt
Merlin. de Legitim. deciſ.* 83. *per tot.*
83 De filia quoque illius qui legitimationi conſen-
ſit, faciendam eſſe mentionem, tradunt *Gratian.
diſcept.* 496. *num.* 63. *& diſcept.* 635. *n.* 1. *&* 2. *Cy-
rocc. diſcept.* 32. *num.* 8. *Gabriel. conſ.* 23. *lib.* 2. *Rot.
deciſ.* 147. *num.* 4. *poſt Merlin. de legitima. Pere-
grin. de fideicom. d. art.* 23. *n.* 58. ubi, quod ne-
84 ceſſaria itidem ſit mentio Statuti filias fœminas ex-
cludentis, de quo etiam *Pariſ. conſ.* 3. *n.* 17. *lib.*
85 2. Et licet non requiratur mentio filiæ dotatæ,
& excluſæ a Statuto, non obſtante clauſula *ſine
præjudicio venientium ab inteſtato*, ut ait *Gratian.
d. diſcept.* 635. *n.* 11. *&* 13. nihilominus, ut idem
n. 12. declarat, id non procedit, quando non fa-
86 cta legitimatione, filia à ſtatuto excluſa, ſucce-
deret; ſequitur *Cyroccus d. diſcept.* 32. *n.* 8. cum
aliis ſupra laudatis.

At quod diximus de mentione filiorum legiti-
morum, & naturalium pro validitate Legitima-
tionis neceſſario facienda, nonnullas recipit decla-
rationes, & illam in primis, quod ſufficiat Prin-
cipem, ſeu Inferiorem facultate legitimandi gau-
dentem, habuiſſe præſumptive notitiam de illo-
87 rum exiſtentia *Gratian. d. diſcept.* 635. *num.* 10.
Peregrin. d. art. 23. *num.* 58. *in fine*, atque de iis
in genere cogitaſſe, ex relatis per *Urceol. d. conſ.*
93. *num.* 12. *Rot. deciſ.* 100. *num.* 30. *part.* 5. *re-
cent. & dec.* 501. *num.* 28. *part.* 5. *tom.* 2. Idque
88 evenire poteſt, vel ſi fuerit narratum, filiam eſſe
nuptam, cum ex hoc Legitimans cogitare va-
leat, ipſam habere filios *Rot. d. deciſ.* 100. *num.*
29. *part.* 5. Vel ſi Legitimans mandaret in le-
89 gitimationis Inſtrumento inſeri clauſulam -- *ſine
præjudicio venientium ab inteſtato* -- juxta Deciſio-
nem *Seraphin.* 1331. *num.* 9. relatam *per Urceol.
d. conſult.* 93. *num.* 13. Verum, ut bene adver-
titur in eadem Deciſione *Seraphini* hæc opinio
non eſt tuta, nec ex clauſula præfata, quæ ad
alios effectus adjici conſuevit, argui poteſt, quod
Legitimans cogitaverit de filiis, *Gabriel. conſ.* 23.
90 *num.* 18. *uſque ad finem lib.* 2. Et ſolum admitti
poteſt fuiſſe in genere cogitatum de filiis, ſi
legeretur clauſula *ſine præjudicio deſcendentium,
vel legitimorum hæredum*, ut ait *Gabriel.* licet
dubius, *d. conſ.* 23. vel ſi dictum fuiſſet -- *ſine*
91 *præjudicio filiorum Henrici, & Franciſci*, nam
tunc cenſeretur, Legitimantem in genere dici
cogitaſſe etiam de filiis alterius filiæ, ut ratio-
cinatur *Rot. d. deciſ.* 100. *num.* 30. *&* 31. *par.* 5.
Recent.
92 Secundo declara, ut ſufficiat pro validitate Le-
gitimationis mentionem facere de filiis primi gra-
dus, nec neceſſe eſt, quod de Nepotibus ex iis,
ſi adſint, mentio fiat; *Rot. d. deciſ.* 100. *n.* 25.
par. 5. *Recent.* Sed difficultas inſurgit, an defun-
93 cto filio primi gradus, de Nepote ex eo ſit facien-
da mentio? Affirmat *Gabriel. dict. conſ.* 23. *n.* 16.
& ſeqq. lib. 2. cum tunc Nepos obtineat primum
locum, & gradum, & ſit loco Patris *Peregrin.
dict. art.* 23. *n.* 58. *ſub §. Oportet*, *Pariſ. conſ.* 3.
94 *n.* 15. *&* 16. *lib.* 2. At in contrariam abiere ſen-
tentiam *Mareſcott. var. lib.* 2. *cap.* 35. *n.* 5. *&
ſeqq. Gratian. diſcept.* 958. *n.* 18. *&* 20. *Urceol. d.
conſ.* 93. *n.* 13. ubi præſertim, ſi agatur de Ne-
95 pote ex fœmina excluſa a Statuto, *Rot. deciſ.* 100.
n. 25. *part.* 5. *Recent.*
96 Tertio, non eſt facienda mentio nec de filiis, qui
in vita Patris illius ſucceſſioni renunciarunt; Per
hanc enim renunciationem ceſſat quodcumque
præjudicium, quod ex Legitimatione eis obve- 97
nire poſſet, quodque eſt in cauſa, ut illorum men-
tio requiratur *Honded. conſ.* 89. *n.* 21. *&* 22. *lib.* 2.
cum concordantibus relatis *a Gratian. diſcept.* 496.
n. 70. Nec de aliis filiis illegitimis, cum Patri ab
inteſtato, ipſi non ſuccedant, juxta *Authent. Li-
cet Cod. de Natur. liber. Surd.* 177. *n.* 13. *lib.* 2.
Gratian. diſcept. 958. *n.* 16. *& ſeqq.*

Quarto declara, quod hæc nullitas non poteſt
ab aliis opponi, quam ab ipſimet filiis legitimis
& naturalibus, de quibus mentio facienda erat, 98
& quibus legitimatio ſic obtenta non nocet, ſe-
cus ab aliis, quorum reſpectu ſubſtinetur, *Pereg.
de Fideicom. art.* 23. *n.* 55. *Gratian. diſcept.* 49.
num. 71. *Gabriel. de legit. concluſ.* 7. *num.* 28. *li-
mit.* 5. *Rot. dec.* 82. *n.* 10. *cor. Gregor.* cum aliis in
d. deciſ. 100. *n.* 28. *part.* 5. *Recent.* ubi, quod non 99
poſſit opponi a Tranſverſalibus.

Illud poſtremo ſciendum, quod pro validitate
Legitimationis, nulla de Tranſverſalibus facien- 100
da eſt mentio *Eugen. conſil.* 52. *num.* 60. *Decian.
Reſponſ.* 9. *num.* 77. *lib.* 4. *Menoch. Conſ.* 134.
num. 12. *& ſeqq. Peregrin. dict. art.* 23. *num.* 58.
Rot. deciſ. 100. *num.* 27. *&* 28. *par.* 5. *Recent.*
Et licet *Pariſ. conſ.* 2. *num.* 29. *lib.* 2. & non- 101
nulli alii, quos refert *Peregrin. dict. art.* 23. *n.*
61. exiſtiment, quod in Diſpenſatiore ſint citan-
di Agnati, attamen ei hæc differentia non pla-
cet, quia per Diſpenſationem Agnati minus læ-
duntur, quam per Legitimationem, unde nulla
ratio ſuadet, ut in illa potius, quam in iſta ci-
tari debeant.

Quod ſi ageretur de Agnatis, qui jus habent
vel quæſitum, vel in ſpe probabili ad ſucceſſio- 102
nem, tunc de illis mentio facienda erit, veluti ſi
agatur de Agnatis, qui ad Emphyteuſim, vel ad
fideicommiſſum jus habent radicatum, & conſi-
derabile, cum in dubio non cenſeatur, Legiti-
mantem voluiſſe illis præjudicare, *Rot. deciſ* 501.
num. 4. *& ſeqq. par.* 5. *Recent.* ubi exponitur,
quando dicatur Jus conſiderabile quæſitum.

Cæterum quemadmodum, ut diximus ſufficit
Principem in genere cogitare potuiſſe de obſta- 103
culis, & impedimentis, quæ Legitimationem ir-
ritare poſſent, ad effectum ut iis diſpenſatum
cenſeatur, ita ſat etiam erit ad tollendam ſubrep-
tionem omnem, quæ reſultare poſſit ex omiſſa
mentione Agnatorum, clauſula -- *Etiam ex eo,
quod quicumque in præmiſſis intereſſe habentes, ſeu
habere prætendentes ad hoc citati non fuerint,
non obſtante Conſtitutione Pii IV. quæ præſervat
Jura fideicommiſſariorum & Conſtitutione Pii V.
circa bona Emphyteutica* -- ut firmat *Rot. deciſ.*
501. *n.* 22. *& ſeq. par.* 5. *rec.* & de Clauſulis
non *obſtantibus* aliiſque generalibus appoſitis in
Legitimatione facta per Collegium Archivii, quod 104
præjudicent filiis legitimis & naturalibus, etiamſi
de illis mentio facta non ſit, tradit *Gratian. diſ-
cept.* 496. *num.* 69. *& diſcept.* 635. *num.* 8. *& ſeqq.
diſcept.* 958. *& num.* 20.

Per totum Orbem Papa diſpenſat cum Illegiti-
mis ad omnes ſpirituales effectus, Sacrorum vide-
licet Ordinum, atque Beneficiorum Eccleſiaſtico-
rum, eoſdemque Illegitimos in Terris ſuæ tem- 105
porali Juriſdictioni ſubjectis *directe* facere poteſt
legitimos, atque capaces ſucceſſionum, omniumque
civilium effectuum juxta celebre reſponſum *In-
nocentii III. in Cap. Per Venerabilem*, *qui Filii
ſint legitimi*, ibique præcæteris *Gonzal. num.* 19.
Fragoſ. de Regim. Reipubl. Chriſtian. part. 1. *lib.*
2. *diſput.* 6. *Barboſ. de Poteſt. Epiſc. alleg.* 33.
num. 13. *& Vot.* 27. *per tot. Corrad. in Prax.*

diſpen-

diſpenſat. lib. 3. num 7. Amayden. de ſtylo Datar.
lib. 1. cap. 15. §. 2. quæſt. 8. n. 13.
Sed, ubi Papa diſpenſat *in radice* Matrimonii
106 nulliter contracti, ſive ob impedimentum Affini-
tatis aut conſanguinitatis, ſive ob aliam nullitatem,
quæ tamen non proveniat a jure Divino, vel na-
turali, ſed a lege Eccleſiaſtica, tunc valet hæc
Diſpenſatio, ubique locorum, & in Terris alie-
næ Juriſdictioni quoad tempòralia ſubjectis, etiam
ad effectum, ut filii ex eo nati legitimi judicen-
tur, & *indirecte* capaces efficiantur ſucceſſionum,
& quarumcumque rerum temporalium. Quemad-
modum enim poteſt Summus Pontifex legem Ec-
cleſiaſticam irritare, & revocare, nedum quoad
in poſterum ſequuturos effectus, ne incurrantur,
ſed etiam quoad effectus antea productos, juxta
Text. in Clement. Quoniam, de Immunit. Eccleſ.
Ita, diſpenſando in *radice* Matrimonii, & abro-
gando legem Eccleſiaſticam, quæ impedimentum
Matrimonium dirimens induxit, facit, quod Diſ-
penſatio retrotrahatur ad initium Matrimonii, &
ſic, quod Proles quoad omnes effectus, etiam ci-
viles, *indirecte* legitima ſit, & habeatur juxta con-
ſtantem Canoniſtarum ſententiam *in Cap. per Ve-
nerabilem Qui filii ſint legitimi, ubi Joannes Andr.
n. 26 Abb. n. 22. Alex. de Nevo n. 18. Bald. n.
11. Gonzal. n. 22. Piring. §. 6. n 42. & ſeqq. Ana
clet. §. 2 n. 51. Navar. conſ. 2. lib. 4. eod. tit.
Sanchez. de Matr. lib. 8. diſput. 7. n. 4. & ſeqq.
Pont. eod. tract. lib. 11. cap. 5. §. 1. num. 7. Lar-
rea decil. Granat. diſput. 8. à num. 10. & ſeqq.
Card. de Luc. de fideic. diſc. 223. Torr. de Ma-
jorat. part. 7. cap. 29. à num. 34. Barb ſ. Vot.
deciſ. 27. per tot lib. 2. Caſtill. tom. 5. controv.
cap. 105. num. 28. Dian. oper. Coordinat. tom. 3.
tract. 1. reſolut. 87. per tot. Corrad. in prax. diſ-
penſat. lib. 8. cap. 3. n. 46. & ſeqq. de Juſtis Diſ-
penſat. matrim lib. 1. cap. 7. num. 284. & ſeqq.
Piton. diſcept. 63. num. 2. & 22. Garc. de Beneſ.
part 2. cap. 2. num 41. & 42. Caſtropal. oper. mo-
ral. tract. 13. de Beneficiis diſput. 4. punct. 1. § 5.
num. 5. & ſeqq. D. Urſaya Diſcept. 11. n. 4. tom.
6. part. 1.* Fuitque conſtans opinio, *Rotæ ut in
deciſ. 455. per tot. part. 1. & deciſ. 687. part. 2.
recent. deciſ 462. n. 1. lib. 2. cor. Puteo & deciſ.
1121. n. 1. cor. Seraphin. & dec. 19. n. 1. & deciſ.
451. n. 8. cor Gregor.* Et ſimel ac Papa diſpen-
ſat in radice Matrimonii, nulla eſt neceſſaria con-
ſenſus renovatio, *Barboſ. d. Vot. deciſiv. 27. n. 14.
lib. 2. late Rot. dec. 455. n. 11. part. 1. recent.*
107 Et diſpenſationem hanc *in radice* Matrimonii,
quam primus omnium conceſſit *S. M. Bonifacius
VIII.* ut diximus *in Comm. ad Regul.* præceden-
tem, Pontifices indulgere aliquando conſueve-
108 runt, nedum utroque Conjuge vivente, ſed
etiam altero eorum mortuo; Viget enim & in
hoc poſteriori caſu eadem ratio, remotionis nem-
pe impedimenti à jure Canonico derivantis, &
approbationis Matrimonii *ex tunc*, perinde ac ſi
ab initio valide contractum fuiſſet *Navarr. libr.
4. conſ. 2. tit. qui filii ſint legitim. D. Urſaja diſ-
cept. 11. tom. 2. part. 1.* Regulariter tamen Sum-
109 mi Pontifices poteſtate hac diſpenſandi in *radice*
Matrimonii, ſive utroque Conjuge vivente,
ſive eorum altero defuncto, non utuntur, niſi
concurrant urgentiſſimæ cauſæ, *Navar. loco cit.
Suarez. de legib. lib. 6. cap. 18. num. 7. San-
chez. de Matrim. lib. 8. diſput. 7. num. 10. Pont.
eod. tract. lib. 11. cap. 5. § 1. num. 6.* Hinc ob
110 hujuſmodi cauſarum defectum, S. Congr. Con-
cilii in *Ulixbonen. Revalidationis, ſive Diſpenſa-
tionis, ac Legitimationis die 28. Aprilis* 1714.
cenſuit, Diſpenſationem hanc in *radice* Matri-
monii concedendam non eſſe; E contra vero 111
in *Pragen. Matrimonii die 16. Januarii* 1723.
reſpondit, præſtandum eſſe conſilium Pontifici
pro Diſpenſatione in radice Matrimonii nulliter
contracti inter Baronem de *Tman*, & *Lud-
millam* honeſtam Puellam, quia urgentes, &
rationabiles concurrebant Cauſæ, quas expoſuit
Piton. Diſcept. 63. Quam Diſpenſationem, de-
functo jam Viro, indulſit ſ. m. *Innocentius XIII.*
ut ex Brevi ab eodem *Pitonio* in fine laudatæ
Diſcept. exſcripto.
Cæterum, non deſunt Doctores, qui au- 112
tumant, filios per Diſpenſationem *in radice* Ma-
trimonii legitimatos, nec *indirecte* in Terris Ju-
riſdictioni temporali Summi Pontificis non ſub-
jectis, effici capaces ſucceſſionum, aliorumque
effectuum Civilium ex rationibus, quas refert
Larrea dec. Granat. diſput. 8. a num. 34. per tot.
Id, quod præceteris exiſtimant Doctores Galli
indiſtincte firmantes, non poſſe Papam legitima-
re prolem in eo Regno quoad bona temporalia,
officia, honores &c. quod & refert *Card Oſſat.
Epiſt. 362. pag. 843. §. Outre*, juxta in pr. ſſ. an-
ni 1643. Unde inferunt, *nullas abuſivas, & ir-
ritas* eſſe clauſulas, quæ circa prolis legitimatio- 113
nem in Literis Apoſtolicarum Diſpenſationum ſu-
per Impedimentis Matrimonium dirimentibus ad-
jici ſolent, fueruntque a Romana Curia adinven-
tæ ad effectum dilatandi fimbrias Pontificiæ Ju-
riſdictionis in Secularium Principum Dominiis.
Ajunt enim, quod legitimare prolem quoad ci-
viles effectus, Regii ſolum juris ſit, nec Pontifi-
ciam poteſtatem ultro ſe protendi, quam illegiti-
mos legitimos efficere reſpectu effectuum ſpiritua-
lium, & Eccleſiaſticorum, nempe ſuſcipiendi Or-
dines, obtinendi Beneficia &c. ac ſubdunt, quod
in omnem caſum, Clauſulæ præfatæ ſint omnino
inutiles, ac de genere illarum, quæ vitiantur, & 114
non vitiant, dum legitimatio provenit ex natura
rei, propter ſubſequens Matrimonium, *Cap. Tan-
ta, Qui filii ſint legitimi.* Atque ita ex celebri
Arreſto, quod communiter in iis Tribunalibus ap-
pellatur *de Barbier* anno 1664. judicatum refe-
runt, addita prohibitione Sollicitatoribus Litera-
rum Apoſtolicarum, ne hujuſmodi Clauſulas in
Literis ſuper Diſpenſationibus Matrimonialibus in-
ferant, ut ex Libro edito *Pariſiis anno* 1679. *cui
titulus - Les Définitions du Droit Canonique par
M. F. C D. M. pag. mihi 218. & in verb. Abus
ſub num. 10. pag. 34. & ibi Auctor Notar. Bou-
chel Bibliot. Canoniq. in Addit. pag. 513. verſ.
Diſpenſe.*
Sed nullus abuſus, nullum inconveniens con-
currit in his Clauſulis, quæ a tempore anti- 115
quiſſimo apponi conſueverunt in Literis Apo-
ſtolicarum Diſpenſationum ad inſtantiam Par-
tium; Non enim agitur de ſimplici prolis legi-
timatione, ſed de declaratione legitimitatis, quæ
fit a Papa ratione & reſpectu Matrimonii, un-
de plures caſus ſunt conſiderandi. Primus eſt,
quando duo Conſanguinei contrahere intendunt 116
nulla præcedente inter eos copula, & hoc ca-
ſu in Literis Apoſtolicæ Diſpenſationis appo-
nitur clauſula -- *prolem ſuſcipiendam exinde le-
gitimam nunciando* -- ut oſtendatur, quod,
cum ſit ſublatum impedimentum Canonicum pro-
hibens Matrimonium, & Matrimonium valide
contrahatur, Proles, quæ ex tali Matrimonio
naſcitur, ſit, intelligatur, & declaretur legitima;
Idque præſefert declarationem effectus, qui a ſua
Cauſa provenit, nempe ex Matrimonio valide, &

 legitimo

Digitized by Google

legitime contracto, *Oliva de For. Eccleſ. part. 2. quæſt. 33. num. 43.* Nec novum eſt, ut pro majori actus ſubſiſteotia exprimatur in Reſcriptis id, quod tacite ineſt de jure, & id quod ex gratia conceſſa, tanquam certus effectus ex ea Cauſa promanat.

117 Atque Reges ipſi Galliarum Diſpenſationes Apoſtolicas ad effectum contrahendi cum eorum Conſanguineis Matrimonium, cum hac expreſſione obtinuerunt, & obtinent. Sic *Clemens V.* diſpenſavit ut *Carolus IV.* filius *Philippi Pulchri*, *Blancam Burgundia* ſibi Conſanguineum duceret, addita clauſula -- *Prolem ſuſcipiendam a vobis ex hujuſmodi Matrimonio legitimam nunciantes* -- ut legitur in Literis Apoſtolicis ſub *Datum Pictavii Nono Kalen. Junii anno 2.* apud *Baluzium in Collect. actor. Veter. poſt Vit. Papar. Avenionenſium pag. mihi 449. & 450.* Sic etiam in Diſpenſationis Indulto, quod *Joannes XXII.* eidem *Carolo* Regi conceſſit pro Nuptiis contrahendis cum *Joanna* filia Comitis *Ebroicenſis* legitur eadem clauſula -- *prolem ſuſcipiendam ex Te, & eadem Joanna, legitimam nunciantes* -- ut ex Literis ſub *Datum Avenioni XI. Kalen. Julii Pontificatus anno VIII.*

118 Secundus caſus eſt, quando poſt initum jam de facto inter Conſanguineos Matrimonium nullum propter impedimentum Juris poſitivi, ipſi poſtea Apoſtolicam obtinent Diſpenſationem, vel juxta formulam antiquam, ut poſſent in eo *ſic contracto remanere*, vel juxta modernam praxim, ut Matrimonium de oovo contrahant in faciem Eccleſiæ, legitimam decernendo *prolem ſuſceptam, vel ſuſcipiendam.* Et in hoc caſu, cum Papa diſpenſet io *radice* Matrimonii, Diſpenſatio præfata retrotrahitur ad principium initi ejuſdem Matrimonii, perinde ac ſi fuiſſet ab initio validum, nullumque interceſſiſſet Impedimentum, & conſequenter Proles redditur legitima: Atque in his terminis Papa non legitimat, ſed declarat mentem ſuam, quod velit validum reddere matrimonium uſque ab initio, utiturque jure ſuo, removeodi illud idem impedimentum, quod ipſe induxit, ut ſupra diximus. Nec hoc eſt diſpenſare in lege civili, & ejus effectibus *directe*, ſed id provenit per neceſſariam conſequentiam, nam diſpoſitio juris civilis circa Illegitimos ſupponit Conſtitutionem Eccleſiæ irritantem Matrimonium ratione Impedimenti; Cum ergo Pontifex, diſpenſando in *radice* Matrimonii, tollat legem Eccleſiaſticam, conſequens eſt, ut corruat diſpoſitio juris civilis, quæ in Eccleſiaſtico fundatur, ut beoe ratiocinantur DD. ſupra laudati in §. *Per totum*, & præſertim, *Gonzal. in Cap. Qui Venerab. ſub n. 22. Qui filii ſint legitimi, Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib. 8. cap. 3. n. 46. & ſeqq. Oliva de For. Eccleſiaſt. part. 2. quæſt. 33. n. 34. Gulielm. de Benedict. in cap. Raynutius verſic. Uxorem nomine Adelaſiam n. 202. Valentin. Forſter de Succeſſ. ab inteſtato lib. 6. cap. 34. quæſt. 2. num. 18. de Juſt. Diſpenſat. Matrimon. lib. 1. cap. 7. num. 275.* Ideoque ceſſat querimonia, quod Pontifex excedat ſuæ Juriſdictionis limites, cum in effectu aliud non intendat, quam ſubmovere impedimentum Juris Canonici. Quod vero exinde aperiatur via ſucceſſionibus ubique locorum, hoc ſequitur ex miniſterio juris *Lotter. lib. 2. cap. 48. num. 105. & ſeqq. & num. 95. & ſeqq.*

119 Idque etiam ſervavit *Joannes XXII.* cum dicto Rege Franciæ *Carolo IV.* Cum enim, declarato nullo dicto primo Matrimonio per eum contracto cum *Blanca Burgundiæ*, ad tertias convolaſſet nuptias cum *Joanna Ebroicenſi*, ac dubitaretur, quod malignantium protervia poſſet ejuſdem Matrimonii validitatem, præſertim ex omiſſione Bannorum, impugnare, *ſeu ſtatum prolis ſuſceptæ, vel ſuſcipiendæ* in dubium revocare; Ideo Rex, ac Regina Papæ ſupplicarunt, ut eorum, *necnon prolis procreatæ, ſeu procreandæ ſecuritati, honorique, ac tranquillitati Regni, taliter providere dignaretur, quod nullus alius ſubeſſet locus malignandi, ſeu impugnandi dictum Matrimonium, aut Prolem inde ſuſceptam, vel ſuſcipiendam, licet ad plenum crederent, jam eſſe in hac parte proviſum:* & Pontifex, ſupplendo prioris Diſpenſationis defectus, ſi qui forſan (quod non credebat) exiſterent, indulget novam Diſpenſationem, prima in ſuo robore perdurante, *prolem* ex illis *ſuſceptam, & ſuſcipiendam legitimam* nunciando, & decernens, quod Bannorum omiſſio *nullum præjudicium afferat dicto Matrimonio, ſeu Proli exinde ſuſcepta, vel quæ ſuſcipietur in poſterum Domino annuente. Et, ſi quid forſan* (quod non credit) *attuliſſet, illud ex certa ſcientia tollit, decernens, quod perinde habeatur, ac ſi Banna edita fuiſſent, & ad majorem cautelam omnia, & quæcumque impedimenta humana tollit, & diſpenſat, perinde, ac ſi omnia expreſſa diſtincte fuiſſent*, ut latius ex Literis Apoſtolicis ſub *Datum Avenioni Nonis Aprilis Pontificatus anno X* hoc eſt *anno 1326. apud Baluz. d. tom. 2. a pag. 470. & pluribus ſeqq.*

120 Tertius caſus eſt, quando, nullo præcedente Matrimonio Conſanguinei ſe carnaliter cogooverunt, ortaque fuit Proles, & deinde Papa diſpenſat cum legitimatione Prolis ſuſceptæ. Et in hoc tertio caſu DD. minime ſunt concordes; Alii enim exiſtimant, Papam non poſſe, nec intelligere Legitimationem concedere, niſi quoad effectus ſpirituales tantummodo, nam, ubi nullum præceſſit Matrimonium, non eſt *radix*, in quo diſpenſetur, ſicque Prolem ipſam legitimando, ad temporalia *directe* diſpenſaret, quod ei in Terris alienæ temporali Juriſdictioni ſubjectis, permiſſum non eſt, ut ratiocinantur quamplures relati a *Gonzal. in dict. Cap. Per Venerabilem n. 22. qui filii ſint legitim. de Juſtis dict. lib. 1. cap. 7. a n. 269.* Et huic opinioni adhæſit Senatus *Pariſienſis* in dicta Cauſa *de Barbier.*

121 At *Sac. Rota Romana* eam ſequitur Sententiam, quod Proles ſuſcepta nullo præcedente Matrimonio, efficiatur per Diſpenſationem legitima quoad omnia, cum illius legitimatio a Papa expleatur ratione, & reſpectu Matrimonii, ac dependenter ab eo, extendendo, & ampliando diſpoſitionem, & favorem dicti *Cap. Tanta, Qui ſint filii legitimi* ad caſum Prolis ſuſceptæ nullo præcedente Matrimonio. Et quemadmodum permiſſum eſſet Papæ generalem legem edicere, quod Conjuncti io aliquo prohibito Conſanguinitatis, vel Affinitatis gradu poſſent in Matrimonium copulari, hæcque Sanctio comprehenderet etiam loca ſibi in temporalibus non ſubjecta, non eſt, cur idem in caſibus particularibus facere non poſſit de gratia ſpeciali, quia facilius eſt limitare legem in uno, vel pluribus caſibus, quam in totum abrogare, ut relatis *Rotæ* Deciſionibus, late firmant *Garc. de Benef. part. 7. cap. 1. a n. 140. Lotter. de Re Benef. lib. 2. dec. 48. n. 109.* ubi refert *deciſ. 166. n. 6. & 7. & deciſ. 191. part. 1. Recent. & apud Gregor. deciſ. 461. Bellon. de Jur. accreſcen. cap. 10. quæſt. 4. num. 91. & ſeqq. Corrad.*

in

in Prax. diſpenſ. lib. 8. *cap.* 2. *num.* 40. Et licet
in his terminis Diſpenſatio non poſſit dici vere,
122 & proprie in *radice* Matrimonii, cum iſlud
non præceſſerit, poteſt tamen dici talis largo
modo, quia Matrimonium ſubſequutum eſt radix ſundamentalis, & Cauſa ipſius legitimationis, *Garc. dict. part.* 7. *cap.* 2. *num.* 42. *circa finem.* Unde quemadmodum, ſi nullum adeſſet impedimentum, Proles eſſet legitima per ſubſequens Matrimonium, ita hoc idem jus vigere debet, ſi ſubſequatur Matrimonium, ſublato impedimento per Diſpenſationem Pontificis. Quamobrem hæc opinio æquior, & benignior eſt,
123 magiſque favorabilis, tum Proli ſuſceptæ, tum
Parentibus ipſis, qui id petunt, & in Supplicatione id exprimunt, ut dixit *Rot. apud Garc. dict. part.* 7. *cap.* 2. *num.* 40. §. *Et in hac ante finem.* Et filiis ſuſceptis non legitimatis, ſemper remanet cauſa ſcandali, ad quam evitandam faciliores ſunt Genitores ad contrahendum Matrimonium. Et ſtante voluntate Papæ id admittit *Oliva de For. Eccleſ. dict. part.* 2. *quæſt.* 33. *num.* 42. & *ſeqq.*

Addimus ad exuberantiam, quod, etiamſi non poſſet, aut nollet Summus Pontifex in Diſpenſationibus Matrimonialibus Prolem ſuſceptam, vel ſuſcipiendam declarare, & decernere legitimam
quoad effectus civiles, non tamen ſequitur, quod
clauſula circa Prolis legitimationem *ſit abuſiva*, 124
& *nulla*, & inhibendum Expeditoribus, ne illam in Supplicationibus inſerant, cum in omnem caſum ſatis ſit, quod operari poſſit effectum in iis, quæ ſunt ſpiritualia, aut ſpiritualibus annexa, ut ſcilicet taliter legitimus declaratus, poſſit promoveri ad Ordines, & effici capax obtinendi Beneficia abſque neceſſitate impetrandi pro his novam Diſpenſationem a Sede Apoſtolica; ergo etiam in ſenſu *Gallorum* Decretum Legitimationis dici nequit nullum, & abuſivum, nec a Pontificibus adinventum ad effectum extendendi eorum Juriſdictionem in Ditionibus temporalibus Principum, ſed ſolum contendi poſſet, quod ſit reſtrictum ad effectus Canonicos, & Eccleſiaſticos, non autem ad effectum ſucceſſionis, juxta Sententiam Authorum, quos ſupra in tertio caſu laudavimus. Quod dictum ſit, non quod probem hanc opinionem, ſed ad magis demonſtrandam irrationabilitatem *Arreſti Pariſienſis*, quod omni prorſus effectu caruit, cum adhuc hodie inſerantur, & inſeri debeant clauſulæ circa prolis legitimationem in Literis Apoſtolicis ſuper Diſpenſationibus Matrimonialibus, quæ in partibus Galliarum a Pontificibus indulgentur.

REGULA LI.

Super Diſpenſationibus.

ITem, per quamcumque Signaturam in quavis Gratia nullatenus diſpenſatio veniat, niſi ſpecialiter exprimatur, vel dicta Gratia totaliter effectum hujuſmodi diſpenſationis concernat, vel alias nihil conferat, aut operetur.

ARGUMENTUM

PATET EX SUMMARIO.

SUMMARIUM.

1 *Pontifex, aliuſve Supremus Princeps, dum aliquid ſcienter diſponit ad favorem inhabilis, cenſetur cum eo tacite diſpenſare, quamvis verbo* Diſpenſamus *non utatur.* & n. 3.
Referuntur nonnulla exempla. ibidem & num. 2. Remiſſive.
4 *Pontifex certo ſciens, Simoniaca pacta interceſſiſſe ſuper Beneficio, quod alicui confert, cenſetur cum eo ſuper crimine præfato diſpenſare.*
5 *Enumerantur quinque requiſita neceſſaria ad effectum, ut dicta tacita diſpenſatio locum ſibi vindicet.*
6 *Et reprobatur, uti ſuperfluum, ſextum requiſitum a nonnullis volitum, derogatio nempe Regulæ de jure quæſito non tollendo.*
7 *Concluſio, quod Supremi Principis diſpoſitio favore inhabilis ſcienter facta præſefert tacitam diſpenſationem, procedit ſolum de jure communi.*
8 *Sed vigore Regulæ, in Gratia a Pontifice inhabili, aut incapaci facta, non venit diſpenſatio, niſi hæc* ſpecialiter exprimatur. & n. 9.
10 *Dictaque verba ſub Alexandro VII. fuerunt primo Regulæ addita.*
11 *Et deprompta videntur ex quodam Decreto,* Motu proprio *edito anno* 1510. *a Leone X.*
12 *Non procedit itidem Regulæ diſpoſitio, quando Gratia* totaliter effectum Diſpenſationis concernit.
13 *Impetrans Beneficium, etſi cum narrativa, quod ob defectum ætatis ſit inhabilis ad illud obtinendum, non cenſetur ſuper defectu præfato diſpenſatus, niſi Diſpenſatio expreſſe indulta fuerit, & redditur ratio.* n. 14.
15 *Duorum quoque Beneficiorum incompatibilium poſſeſſor, nec diſpenſatus cenſetur, ex quo in impetratione tertii, Beneficia antea obtenta Pontifici expreſſit.*
16 *Operatur tamen expreſſio præfata, quod Gratia poſterioris Beneficii dici nequeat ſubreptitia ob non expreſſionem Beneficiorum obtentorum.*
17 *Indulta Vicario Capitulari intra annum vacationis Sedis Epiſcopalis facultate concedendi Dimiſſoriae, non cenſetur eidem impertita altera diſpenſandi ſuper Interſtitiis.*
18 *Sed interdicta Vicario Capitulari facultate concedendi Dimiſſorias, etiam poſt annum vacationis*

Google

vacationis Sedis Epiſcopalis, ſi poſtea in aliqua caſu particulari facultas præſata eidem impertiatur, poteſt illius vigore diſpenſare etiam ſuper Interſtitiis.

19 *Ceſſat Regulæ diſpoſitio, ſi Diſpenſatione ſecluſa, Gratia,* nil conferret, aut operaretur.

20 *Et ſic intelligendus eſt* Text. in leg. quidam conſulebant ff. de Re Judicat.

21 *Regula non procedit in Commendis, ex quarum conceſſione emergit tacita Diſpenſatio.*

22 *Cenſetur quoque cum Equite Hieroſolymitano tacite diſpenſatum, ſi Pontifex ejus favore Penſionem reſervet.*

23 *Quemadmodum cum Epiſcopo, ſi in reſervatione Penſionis ejus favore expleta, Pontifici conſtiterit, illum eſſe talem.*

24 *Petente Monacho unius Monaſterii de Beneficio alterius provideri, ſi ex petitione conſtet, quod non ſit dicti Monaſterii Profeſſus, cenſetur cum eo tacite diſpenſatum, ut ad illud tranſire poſſit, juxta* Regul. LX. Cancellariæ.

1 PОntifex, Imperator, aliuſve Princeps Su-
premus, ſcienter aliquid diſponendo ad fa-
vorem inhabilis, aut incapacis, cenſetur cum
eo tacite diſpenſare, *etiamſi* verbo *Diſpenſamus*
non utatur; Hinc Pontifex promovendo ad S.
Ordines incapacem; Beneficium Illegitimo, Ir-
regulari, aut alias inhabili conferendo, ſeu cum
Perſonis inhabilibus contrahendo, tacite cum ip-
ſis diſpenſare cenſetur, *ad Text. in leg. Barba-
rius in fine ff de offic. Prætor. leg. Quidam con-
ſulebant ff. de Re judicat. Rebuff. de Pacif. Poſ
ſeſſ. num. 17. Maſcard. de Probat. Concluſ.* 1246.
*num. 1. & ſeqq. Menoch. de Præſumt. lib. 2. Præ-
ſumt. 20. num. 7. Corrad. in Prax. Diſpenſat.
lib. 1. cap. 3. num. 5. & 6.* late, *Fraſſ. de Reg.
Patron. Indiar. tom. 1. cap. 13. num. 49. & ſeqq.
Barboſ. Vot. deciſ. lib. 1. vot. 6. num. 3. & ſeqq.*
2 ubi plura refert exempla, *Donat. in Prax. Regul.
tom. 1. de Legib. tract. 1. quæſt. 8. num. 8. & Tract.
5. quæſt. 30. num. 5. Sperel. deciſ. 115. num. 1. &*
3 *fere per tot.* ubi diſtinguit inter Principem Su-
premum, & inferiorem *Rot. deciſ. 625. num. 8.
cor. Seraphin. & deciſ. 709. num. 25. cor. cl. mem.
Card. Caprara.*

Infertur etiam ex eodem principio, quod ſi
4 Papa certo ſciat, ſuper Beneficio, quod alicui
confert, pacta Simoniaca interceſſiſſe, ſcientia hu-
juſmodi tacitam præſefert favore Simoniaci diſ-
penſationem, *Felin. in Cap. De cætero Columm. ul-
tim. de Re Judicat. Didac. in Cap. Peccatum in 2.
parte §. 8. verſic. Hinc etiam de Regul. Jur. in 6.
Menoch. de Præſumpt. lib. 2. præſumpt. 20. num.
14. Vermigliol. conſ. 262. num. 3. Manſ. Conſult.
213. num. 18. Sperell. deciſ. 115. num. 2. Rot. de-
ciſ. 978. num. 4. & 5. cor. Dunoz. Jun.*

5 Quinque tamen concurrere debent requiſita
ad effectum, ut tacita hæc Diſpenſatio locum ha-
beat. *Primum*, quod Princeps, qui Gratiam in-
habili, aut incapaci elargitur, ſciat factum, &
ex illo juris diſpoſitionem. *Secundum*, quod pa-
riter ſciat, in illo facto opus eſſe diſpenſatione.
Tertium, quod ex certa ſcientia affirmativum fa-
ctum faciat, illudque exprimat. *Quartum*, quod
de cauſa, qua ad tacite diſpenſandum movetur,
cognoſcat. *Quintum* denique, quod ex illius diſ-
penſatione Tertius non lædatur. Ita *Gomez. ad
Regul. de Jur. quæſit. non tollen. quæſt. 18. verſic.
Tamen iſtis, Gonzal. ad Regul. 8. Gloſſ. 15. num.
35. Sperell. dict. deciſ. 115. num. 46. Rubeus in
Addit. ad deciſ. 90. num. 114. & ſeqq. part. 9.
Recent.* qui licet ſuperaddat *ſextum* requiſitum, 6
derogationem nempe Regulæ *de jure quæſito non
tollendo*, illud tamen ſuperfluum videtur, ſi jux-
ta *quintum* non debet tacita diſpenſatio tertium
lædere.

Hæc, & ſi de jure communi procedant, ho- 7
die tamen non amplius locum ſibi vindicant reſ-
pectu Summi Pontificis, propter cenſuram hujus
Regulæ demandantis, quod *in quavis Gratia nul-* 8
latenus diſpenſatio veniat, tribus exceptis caſibus
ab eadem Regula præſcriptis, & quorum primus
eſt, niſi Diſpenſatio ipſa *ſpecialiter exprimatur*, 9
quæ verba primum ſub *Alexandro VII.* Regulæ 10
addita, deprompta videntur ex Decreto *Motu
proprio* edito a *Leone X. die 3. Januarii* 1520. 11
quo ſtatuitur, ut quæcumque Supplicationes,
etiam *Motu proprio*, ſub quibuſvis Datis in po-
ſterum ſignandæ Diſpenſationum, Retentionum
quorumcumque Monaſteriorum, & Beneficio-
rum Secularium, & Regularium, & quarum-
cunque Penſionum translatarum per Promotio-
nes, & Commendas Conſiſtoriales, nullius ſint
roboris, nec in aliquo iiſdem Perſonis proviſis
ſuffragentur, ſed hujuſmodi Monaſteria, & Be-
neficia impetrari poſſint, ac Penſiones caſſatæ,
& extinctæ intelligantur, niſi in Literis Proviſio-
nis *expreſſa fuerit Diſpenſatio.* Meminit de hoc
Decreto, *Natal. Alexand. Hiſtor. Eccleſ. ſæcul.
15. & 16. part. 1. cap. 1. art. 3.*

Secundus caſus eſt, quando *gratia totaliter ef-* 12
fectum hujuſmodi Diſpenſationis concernat. Hinc,
ſi quis in impetratione Beneficii Pontifici expri- 13
mat, ſe eſſe per ætatem inhabilem ad illud ob-
tinendum, ac de eo provideatur, non exinde
cenſetur diſpenſatus ſuper ætate, quia Gratia ſic 14
petita non concernit totaliter effectum hujuſmodi
Diſpenſationis, ſed reſpicit principaliter impetra-
tionem Beneficii, quod eatenus conceſſum cen-
ſetur, quatenus ab ipſo impetrante poſſet cano-
nice obtineri, ad *Text. in Cap. Dudum verſic.
Nec intentionis noſtræ, de Elect. Calderin. conſ. 8.
de Reſcript.* ubi *num.* 4. teſtatur, quod de ſtylo
Curiæ ſemper exprimitur clauſula - *tecum diſpen-
ſamus* - *Quæſad. in hanc Regul. Sperell. deciſ.* 115.
num. 18. *Rot. deciſ.* 205. *num.* 17. *&* 18. *part.* 10.
Recent.

Rurſus, qui dum obtinet Beneficia incompati- 15
bilia, non cenſetur ſuper iis diſpenſatus ex quo
in proviſione tertii a Pontifice impetrati, de illis
mentionem fecerit, cum hoc ſolum præſata ope-
retur expreſſio, quod Gratia tertii Beneficii ne- 16
queat ſubreptitia judicari ob factam mentionem
obtentorum, & ſic non concernit totaliter effe-
ctum Diſpenſationis pro retinendis pluribus Be-
neficiis incompatibilibus juxta *Text. in Cap. non
poteſt 21. §. final. de Præbend. in 6.* & firmant
communiter *Paſſerin. dict. Cap. Non poteſt num.
25 & ſeqq. Kobier. in hanc Regul. in fin. ver-
ſic. Non autem expreſſio, Gonzal. ad Regul. 8.
gloſſ. 15. num. 27. & ſeqq. Garc. de Benefic. part.
11. cap. 5. a num. 325. Hojed. de Incompatibil.
Benefic. part 2. cap. ultim. a num. 72. de Sanctis
in Examin. Conſiſtor. cap. 7. num. 62. & ſeqq. &
num. 72. & 86.* late *Rubeus in Addit. ad deciſ.
90. num. 76. & ſeqq. part. 9. Recent. Rot. deciſ. 89.
num. 21. & 22. coram Ubago.*

Pari ratione, ſi intra annum vacationis Sedis 17
Epiſcopalis Papa per organum Sacræ Congre-
gationis impertiatur Vicario Capitulari faculta-
tem concedendi ſuis Subditis Literas Dimiſſoria-
les ad Ordines, non exinde cenſetur ei quoque in-
dulſiſſe

Digitized by Google

dulſiſſe facultatem diſpenſandi ſuper Interſtitiis, ut poſt *Marchett. de Vicar. Capitular. tit.* 14. *n.* 20. diximus in *Commentar. in Regul. XXIV. n.*
18 244. Ad differentiam, quando interdicta Vicario Capitulari facultate concedendi Dimiſſorias, etiam poſt annum vacationis Sedis Epiſcopalis, poſtea in caſibus particularibus eadem illi indulgeatur facultas, tunc enim cenſeri quoque conceſſam facultatem diſpenſandi ſuper Interſtitiis, reſolutum fuit a celebri Congregatione compoſita ex Eminentiſſ. Patribus utriuſque Sacræ Congregationis Epiſcoporum, nempe, & Regularium, ac Sacri Concilii Tridentini *in Papien.* 10. *Maii* 1711. de qua meminimus in *Commentar. in Regul. XXIV. num.* 224. *& ſeqq.*
19 Tertius caſus in Regula expreſſus eſt, ſi Gratia *nihil conferat, aut operetur*; In his enim terminis, ne ſuperflua prorſus, & inanis remaneat, jure ſancitum fuit, quod tacitam diſpenſationem præſeferat. Et ſic intelligendus eſt *Text.*
20 *in leg. Quidam conſulebant ff. de Re judicat.* decernens, quod per Gratiam a Principe inhabili ſcienter factam, cenſeatur cum eo diſpenſatum, ut ſcilicet locum ſibi vindicet, quando Gratia ſic ſcienter inhabili elargita alias ſubſiſtere nequeat, ſine eo quod Diſpenſatio inducatur, ſecus vero, quando ſuum ſortiri valeat effectum, ut explicat *Rubeus in Addit. ad dict. decis.* 90. *n.* 84. *& ſeqq. part.* 9. *Recent.*
Hinc ſilet Regulæ diſpoſitio in proviſione Be- 21
neficiorum, quæ ſacta fuit in Commendam; iſtius enim reſpectu reſultat tacita diſpenſatio, abſque eo quod Summus Pontifex utatur verbo *Diſpenſamus*, quia alias, diſpenſatione præfata ſecluſa, Gratia nihil conferret, aut operaretur. *Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 4. *& ſeqq.*
Ex eadem ratione, ſi Papa reſervet Penſionem 22
favore Militis Hieroſolymitani, quem certo ſcit eſſe talem, cenſetur cum eo tacite diſpenſare, *Corrad. in Addit. ad cap.* 4. *lib.* 1. *n.* 2. *pag. mihi* 3. *Rot. decis.* 888. *cor. Coccino.* Quemadmodum, licet Epiſcopus ſit incapax Penſionis, ut 23
alias diximus, nihilominus, ſi in illius reſervatione Papæ innoteſcat, illum eſſe Epiſcopum, inducitur ex hac ſcientia tacita diſpenſatio *Tondut. de Penſ. cap.* 74. *n.* 25.
Poſtremo locum ſibi non vindicat diſpoſitio Re- 24
gulæ in caſu, quo Profeſſus in uno Monaſterio petat, & obtineat provideri de Beneficio ab altero Monaſterio dependente, nam ſi ex petitione appareat, quod non ſit iſtius Monaſterii Religioſus, cenſetur cum eo diſpenſatum, ut ad illud tranſire poſſit, quemadmodum diſponit *Regula LX* per quam præſentem Regula limitari, dixit *Quaſad. ad dict. Regul. LX.*

REGULA LII.

Nulli ſuffragetur diſpenſatio, niſi Literis confectis.

ITem, cum conceſſiones ſuper Gratiis Diſpenſationum quarumcumque quibuſvis per ipſum D. N. conceſſarum, vel concedendarum per Regulas Cancellariæ Apoſtolicæ ſint provide limitatæ, licet aliquando in petitionibus ſuper hujuſmodi conceſſionibus oblatis, multa ſint petita, ne quis talium conceſſionum prætextu id diſpenſative tenere, aut facere præſumat, ad quod conceſſiones hujuſmodi ſe non extendant, voluit idem D. N. quod nulli talis diſpenſatio cuiquam in judicio, vel extra ſuffragetur, antequam ſuper ea Literæ Apoſtolicæ ſint confectæ.

ARGUMENTUM.

TRes emanarunt Cancellariæ Regulæ, quarum ratio explicatur, præſcribentes neceſſitatem expediendi Literas Apoſtolicas ſuper gratiis à Papa conceſſis, inter quas Regula LII. quæ mandat, nulli ſuffragari Apoſtolicas diſpenſationes, etſi rationi conſonas, niſi literis expeditis, & quando illæ dicantur perfecte expeditæ? Regulæ præfatæ diſpoſitio, quamvis odioſa, nec proinde amplianda, juri tamen, ac ſtylo conſona eſt, locumque ſibi vindicat quoad probationem, & uſum gratiæ, quæ cæteroquin perfecta eſt per ſolum verbum *fiat*, nec per Regulam ullum præſcribitur tempus ad Literas expediendas, ſed quandocumque expediuntur, ſuffragantur à die ſignatæ ſupplicationis, etiam ſi tempore expeditionis, res non eſſet amplius integra, & dantur exempla. Procedit itidem Regula in diſpenſationibus, quæ principaliter, & per ſe petuntur; ſecus in iis, quæ petuntur acceſſorie, & una ſimul cum proviſione Beneficii, aliave Apoſtolica conceſſione, ſuper qua literæ fuerunt expeditæ, tunc enim ſufficit, quod de diſpenſatione conſtet per ſupplicationem. Quemadmodum non amplectitur Regula diſpenſationes, quarum ſupplicationes ſignatæ ſint cum clauſula, *quod ſola ſigna-*

ſignatura ſufficiat, nec illas per quas diſpenſatur quis ad retinendum factum; An vero Regula procedat in foro conſcientiæ, itaut qui gratia Papæ utatur literis non expeditis, tutus ſit in foro præfato, plene examinatur. Gratia per illius uſum ante expeditionem literarum, haud irrita redditur, ſed ſolum vigore Regulæ non ſuffragatur; Extinguitur Penſio, ſi literis non expeditis ſuper illius reſervatione, exigatur, nec reconvaleſcit ſequuta earundem literarum expeditione. Poſtremò examinatur quæſtio, an diſpenſatus ab Irregularitate vigore mandati Apoſtolici Exequutori directi, cenſeatur diſpenſatus à puncto conceſſionis gratiæ, ſeu potius a tempore exequutionis ejuſdem Mandati; & hac occaſione oſtenditur, quibus in terminis Gratiæ in forma Commiſſaria expeditæ, dici poſſint ab initio puræ, & perfectæ, non autem conditionales.

SUMMARIUM.

1 *De tribus Cancellariæ Regulis nempe XXVII. XXXI. & LII. quæ emanarunt ſuper neceſſitate expediendi Literas Apoſtolicas, dictarumque Regularum ratione*, & n. 3. 28. 34 36. & 71.
2 *Regula LII mandat, nulli Apoſtolicas Diſpenſationes ſuffragari in judicio, vel extra, antequam ſuper iis Literæ Apoſtolicæ ſint confectæ.*
4 *Eſt odioſa, proindeque reſtringenda.*
5 *Concordat tamen cum jure communi, ad cujus terminos gratia non probatur, niſi per literas.*
6 *Nec non communi ſtylo.*
7 *Literæ Apoſtolicæ dicuntur perfecte expeditæ, quando ſunt plumbatæ.*
8 *Intellige de illis, quæ tranſeunt per Cancellariam, ſecus per Cameram, & de ratione.*
9 *Contrarium, quod etiam Literæ, quæ tranſeunt per Cameram, dicuntur perfecte expeditæ, dum ſunt plumbatæ.*
10 *Regulæ diſpoſitio omnes, & quaſcumque comprehendit diſpenſationes, etiam rationi conſonas.*
11 *Procedit quoad probationem, & uſum Gratiæ, ſed iſtam per ſolum Verbum* fiat *jam perfectum, non irritat*, & n. 12. 27. & 35.
13 *Pro Literis Apoſtolicis expediendis nullum eſt tempus præfixum.*
Et quandocumque expediuntur, ſuffragantur à puncto Gratiæ conceſſæ, & ſignatæ ſupplicationis. ibid.
14 *Geſtaque medio tempore valida ſunt, etiam ſi tempore expeditionis literarum res non eſſet amplius integra.*
15 *Si quis poſt ſignatam ſupplicationem ſuper facultate teſtandi, & ante Literas expeditas, Teſtamentum condat, & moriatur, Teſtamentum condat, & moriatur, Teſtamentum erit validum.*
16 *Signata gratia ſuper deputatione Coadjutoris, ſi Coadjutus ante Literarum expeditionem decedat, adhuc locus eſt ſucceſſioni favore Coadjutoris.*
17 *Diſpenſatus ab Irregularitate non prohibetur Beneficium impetrare, & literas diſpenſationis poſtea expedire.*
18 *Diſpenſatus ad retinendam Penſionem, etiam poſt emiſſam Regularem Profeſſionem, poteſt, ſupplicatione ſignata, profiteri, & poſtea literas expedire*, & n. 23.
19 *Regulæ diſpoſitio procedit in gratia diſpenſationis, quæ principaliter, & de per ſe petitur, ſecus in ea, quæ conceditur acceſſorie cum proviſione, vel alia Apoſtolica Conceſſione, ſuper qua fuerunt Literæ expeditæ, tunc enim ſufficit, quod de Diſpenſatione conſtet per ſupplicationem.*
De pluribus declarationibus ad hanc Concluſionem, Remiſſive num. 20.
21 *Quemadmodum locum ſibi non vindicat, quando ſupplicatio ſignata ſuit cum clauſula* -- quod ſola Signatura ſufficiat.
22 *Regula non procedit, ubi quis diſpenſatur ad retinendum factum.*
Hinc ſi diſpenſatus ad retinendum plura Beneficia incompatibilia, ea retineat Literis non expeditis, non incidit in Pœnas. Extrav. Execrabilis. ibid.
24 *Locum tamen habet, ubi quis diſpenſatur ad aliquid faciendum, tunc enim facere nequit illud, ad quod diſpenſatur ante Literarum expeditionem.*
25 *Regulæ diſpoſitio, an procedat in foro Poli, itaut ſi quis utatur gratia Papæ literis non expeditis, ſit tutus in Conſcientià*, & n. 26. uſque ad 39.
Et quid, ſi diſpenſatio non fuerit expedita in forma Gratioſa, ſed in forma Commiſſaria? num. 40.
29 *Lex ubi fundatur in præſumptione, hæc pro foro interno non attenditur, ſed ſtatur veritati.*
30 *Forus conſcientiæ non alligatur apicibus juris.*
32 *Lex obligat etiam in foro Conſcientiæ.* & n. 39.
Et graviter peccat qui aliquid molitur contra mentem Principis Gratiam concedentis, certumque ordinem, & formam præſcribentis. ibid.
33 *Verba* -- in judicio, vel extra -- *addita fuerunt Regulæ tempore* S. Pii V.
37 *Eaque operantur etiam in foro conſcientiæ.*
38 *Nullum verbum in Regulis Cancellariæ ſtat ſine miſterio.*
41 *Penſio non poteſt tuta conſcientia ante Literas ſuper illius reſervatione expeditas exigi.*
42 *Gratia ob illius uſum ante expeditionem Literarum tunc nulla eſt, ſi contineat Decretum irritans, ſecus ſi illo ſit deſtituta.*
43 *Regula LII. quamvis Decreto irritanti munita non irritat Gratiam Diſpenſationis, ſi quis ea utatur ante Literarum expeditionem, ſed ſolum operatur, quod interim, donec Literæ expediantur, Diſpenſatio ſuffragari nequeat.*
44 *Extincta remanet Penſio, ſi ante Literarum expeditionem exigatur, nec iis expeditis, reviviſcit.*
45 *Expeditis Literis ſuper reſervatione Penſionis, ſi Penſionarius obtineat Diſpenſationem pro illa retinenda etiam in ſtatu Conjugali, Regulari &c. eamque exigat ante expeditionem Literarum ſuper hujuſmodi diſpenſatione, Penſio non remanet extincta; & quare?*
47 *Sed extinguitur Penſio, ſi Penſionarius ad Epiſcopatum promotus cum diſpenſatione ſuper retentione Penſionis, illam exigat ante* expedi-

Digitized by Google

expeditas Literas ſuper retentione præfata.

48 Diſpenſatus cum Literis in forma Commiſſaria Exequutori directis, & exequutioni demandatis, an cenſeatur diſpenſatus ex tunc, a puncto nempe conceſſionis Gratiæ, vel potius ex nunc, a tempore nempe factæ exequutionis?

Proponitur ſententia, quod cenſetur diſpenſatus a puncto conceſſionis Gratiæ. Et redduntur rationes a num. 50. & ſeqq.

Hinc Rota cenſuit, vocatum a Fundatore, qui ante vacationem Beneficii reportaverat Mandatum de Diſpenſando ab Irregularitate Exequutori præſentatum elapſo quadrimeſtri, & ab eo exequutioni demandatum, præferendum eſſe Extraneo intra quadrimeſtre præſentato, ſed tempore exequutionis ejuſdem Mandati, non adhuc inſtituto. num. 49. 60. 61.

50 Vocatus a Fundatore ad Beneficium, habetur pro nominato, & præſentato abſque facto aliquo Patronorum.

51 Mandatum de diſpenſando ſuper Irregularitate, ſtatim poſt ſignatam ſupplicationem, Gratiam continet puram, non conditionatam, redditque Diſpenſatum capacem obtinendi Beneficia. & num. 58.

Intellige, ut in num. 58. & ſeqq.

52 Maxime, ſi præceſſerit Votum Sac. Congregationis Concilii pro Gratia diſpenſationis.

53 Et ſi fuerit Mandati exequutio demandata Exequutori non per viam conceſſionis facultativæ, ſed præcepti, & neceſſitatis, quo caſu Exequutor eſt neceſſarius. & num. 76.

54 Clauſula adjecta in Mandato de diſpenſando -- quatenus legitime ſibi conſtaret de narratis -- non operatur, quod Gratia ab initio ſit conditionalis, quando erat juſtificabilis, & de facto fuit juſtificata.

55 Gratia Proviſionis Beneficii in forma Dignum conceſſa, etſi contineat Mandatum de providendo, exigatque verificationem narratorum coram Exequutore, adhuc eſt ab initio pura, & non conditionalis. & n. 87.

Intellige ut in n. 87.

56 Quemadmodum & Gratia conceſſionis ſi in evidentem, quamvis Ordinario in forma Commiſſaria directa.

57 Sed in Diſpenſationibus Matrimonialibus, quæ diriguntur Ordinariis, Gratia non dicitur perfecta, niſi verificatis expoſitis, fuerit exequutioni demandata.

59 Donatio inter vivos exarata, etſi cum clauſula ut effectum ſortiatur poſt mortem Donantis, adhuc eſt ab initio pura, perfecta, & irrevocabilis.

62 In quæſtione, de qua ſupra n. 48. proponitur ſententia, quod Diſpenſatio ſuum ſortitur effectum a die exequuti Mandati de diſpenſando.

63 Mandatum de diſpenſando, abſolvendo &c. & Gratiæ in forma Commiſſaria expedita, ſuum non operantur effectum, niſi poſtquam exhibita fuerint Judici Commiſſario, & ab eodem exequutioni demandata. & n. 65.

Redditur ratio, quia aliud eſt Diſpenſatio, aliud Mandatum de diſpenſando. dict. n. 63.

64 Maxime, ſi agatur de Mandato de diſpenſando ab Irregularitate, & de ratione. & num. 73.

66 Diſpenſationes in forma gratioſa expeditæ, nec ſuum ſortiuntur effectum, niſi, prius ab Exequutore dignoſcatur, an preces veritati nitantur.

67 Gratia in forma Commiſſaria eſt ſolum a principio perfecta in ſtatu ſuo, nimirum in genere Commiſſionis, & Mandati de providendo. & num. 74.

Et tribuit impetranti tantummodo jus ad rem, ideſt ad Diſpenſationem obtinendam, non jus in re.

68 In Gratia duplex conſideratur perfectio, altera ex parte Concedentis, altera reſpiciens uſum, & commodum ex parte Impetrantis.

Et exercitium, & commodum Gratiæ eſt quid diverſum a perfectione Gratiæ. n. 70. & ſeqq.

69 Gratia in forma Commiſſaria eſt perfecta quoad Concedentem, nec per ejus obitum expirat.

70 Sed ante exequutionem eſt quoad illius uſum, & commodum incompleta, & imperfecta, & n. 71. & 80. 82.

Et interim ſtat in ſuſpenſo, donec qualitates expreſſæ verificentur. n. 81.

72 Gratia in forma Commiſſaria dici poteſt ab initio perfecta, & non conditionalis, ſi contineat qualitates, quæ inſunt de Jure, & ſunt certæ in rerum natura, quæ ne expoſcunt ſolum extrajudicialem informationem pro inſtructione animi Exequutoris, & exemplificatur.

73 Secus, ſi contineat qualitates extrinſecas, & circumſtantias, quæ non inſunt de jure, & debent judicialiter verificari vigore clauſulæ — conſtito ſibi legitime de narratis.

76 Gratia, etiam in forma Commiſſaria, dicitur ab initio pura, quando Exequutor eſt neceſſarius non voluntarius. & n. 53.

78 Intellige, quando Exequutor eſt neceſſarius neceſſitate poſitiva, & abſoluta, ſecus ſi Exequutor fuerit mixtus, & cum exercitio Juriſdictionis, facultate nempe exequendi, ſi vera ſint expoſita. Et redditur ratio.

79 Gratia ſemper dicitur conditionalis, quoad ſubſtantiam, quando illius exequutio non pendet a libera voluntate Exequutoris, ſed a judiciali verificatione expoſitorum.

83 Vocatus ad Beneficium, ſi tempore quadrimeſtris ſit incapax illud obtinendi, poſſunt Patroni præſentare extraneum, cui jus acquiritur ad obtinendam Inſtitutionem.

84 Nec capacitas ſuperveniens Vocato poſt Quadrimeſtre, etiam ante ſequutam extranei Inſtitutionem, juri ab illo vigore præſentationis quæſito, præjudicat.

85 Retrotractio non admittitur in præjudicium tertii, cui jus medio tempore quæſitum fuit.

86 Maxime, ſi deficiat ſubjectum, in quo radicetur.

87 In Literis Gratiæ in forma Dignum continentis qualitates aliquas coram Ordinario verificandas, expreſſe ponitur clauſula retrotractiva, perinde, ac ſi a die Datæ Literarum repertus fuiſſet idoneus.

88 Vocatus a Fundatore, qui tempore quadrimeſtris ſit inhabilis, ſi poſt illud habilis efficiatur, & re integra, ante nempe inſtitutionem obtentam ab extraneo præſentato inſtet per aſſequutionem Beneficii, debet illi præferri. & n. 60.

89 Intellige, ſi adſit ſolum Juſpatr. paſſivum, ſecus, ſi iſtud conjunctum ſit cum activo, tunc enim per ſupervenientem in vocato capacitatem extra quadrimeſtre, non tollitur jus quæſitum extraneo intra tempus legitimum

præſentato, licet non adhuc inſtituto.
90 *Patroni Clericum de linea, qui ſit Beneficii incapax toto quadrimeſtri, præſentare non tenentur ſub conditione obtinendi a Sede Apoſtolica prorogationes.*
91 *Poſſunt tamen illum tali modo præſentare, ſi velint.*

NEceſſitas expediendi Literas Apoſtolicas ſu-
1 per Gratiis, quæ a Pontifice conceduntur, a tribus promanat diſtinctis Cancellariæ Regulis pro diverſis effectibus editis, altera nempe la XXVII. quoad Judices de non judicando juxta formam ſupplicationis, ſed Literarum expeditarum. Altera in ordine la XXXI. quæ reſpicit Judices Commiſſarios in non procedendo, niſi Literis expeditis. Et poſtrema in ordine la LII. de qua modo agimus, reſpectu Par-
2 tis impetrantis, quoad uſum, & exercitium Gratiæ, ut alias diximus *in Commentar. in Regulam XXVII.* Dictarumque Regularum ratio non con-
3 ſiſtit in ſolo intereſſe burſali Officialium Cancellariæ, ut ſuper hac Regula notarunt *Rebuff. in princip.* & alii relati *in dict. Comment. ad Regul. XXVII.* ſed in eo, quod ante confectionem Literarum, Gratia ſit informis, quodque Apoſtolicæ diſpenſationes ſuas habent formulas, & limitationes, ex quibus ſolent reſtringi ea, quæ in ſupplicatione petuntur. Quouſque igitur dictæ formulæ, & clauſulæ non ſunt per Literas extenſæ, Gratia neque in judicio, neque extra illud, ſuffragari poteſt, ut clare diſponit hæc Regula longo Proœmio utens, & perpendunt *Lotter. de Re Beneficiar. lib. 3. quæſt. 2. n. 59. de Juſtis in Prax. Diſpenſat. lib. 1. cap. 3. n. 33. & ſeqq. Bellamer. conſ. 34. n. 15. Mandoſ. conſ. 4. n. 8. in fine & n. 9.* conferuntque ea, quæ diximus *in Comm. ad Reg. XXVII.*
4 Regulam hanc, etſi odioſam proindeque reſtringendam, exiſtiment *Corrad. in Prax. diſpenſat. lib. 1. Cap. 6. ſub n. 13. Rot. dec. 465. n. 24. coram Peutinger.* Concordat nihilominus cum jure com-
5 muni, quo inſpecto Gratia Principis non probatur, niſi per Literas *leg. unic. C. de Mand. Princ. leg. Probatorias C. de diverſ. offic. lib. 12. Bellamer. conſ. 34. num. 15. Gomez. ad Regul. de non judican. juxta formul. ſupplicat. quæſt. 1. §. Et iſta omnia, Corrad. in Prax. Diſp. d. Cap. 6. n. 2.* Et
6 innititur communi ſtylo, ad cujus tramites Gratia non poteſt, niſi cum Literis probari, *Rot. dec. 611. n. 6. coram Pamphil.*
Requirit Regula *Literarum confectionem*, ideſt *expeditionem.* Tunc autem Literæ dicuntur per-
7 fecte expeditæ, cum ſunt plumbatæ, itaut non ſufficiat, quod ſint cœptæ expediri, ex relatis per *Roſ. de Execut. lib. 1. cap. 2. n. 17. Rot. deciſ. 674. n. 1. part. 1. diverſ. deciſ. 68. num. 4. part. 3. Recent. & deciſ. 20. num. 6. coram Millino.* Et quamvis *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 30. ſub num. 30. & Roſ. d. n. 17. in fine* cenſeant, Li-
8 teras plumbatas ita demum dici perfecte expeditas, ſi proceſſerint per viam ordinariam Cancellariæ, ſecus ſi per Cameram, cum in iſtis plumbum apponatur ante ſolutionem Componendæ, & ante reviſionem *Summatoris*, adeout totalis expeditio Literarum, hoc eſt perfecta, & completa, pendeat ab earum Regiſtro, quod eſt in tota expeditione extremum. Nihilominus diſtinctio
9 hæc non arridet *Corrad. in Prax. Benefic. lib. 5. cap. 7. n. 31.* & rejecta fuit a *Rot. d. deciſ. 68. n. 5. part. 3. Recent.*
10 Comprehendit Regulæ diſpoſitio omnem, & quamcumque Diſpenſationem, etiam quæ rationi conſona ſit; Utitur enim verbis univerſalibus -- ibi -- *Diſpenſationum quarumcumque* & tradit *Mandoſ. conſ. 4. num. 8. verſ. Sed quod diſpenſationes*, cum aliis relatis *a Rot. in Cremonen. Jurispatronatus 7. Maii 1688. §. Ex iis igitur, coram Urſino, & 2. Decembris ejuſdem anni §. Similiter. coram Eodem.*
Plures tamen Regula recipit intellectus. Et
primo procedit quoad probationem, & uſum 11
Gratiæ, quæ cæteroquin quoad ſubſtantiam eſt completa per ſolum verbum *fiat*, ex quo perficitur, & ſcriptura ſolum requiritur pro illius probatione, & uſu *Garc. de Benefic. par. 4. cap. 2. num. 28.* late *Sanchez. de Matrim. lib. 8. diſp. 29. n. 2. Molin. de Juſtit. & Jur. tract. 2. diſput. 599. num. 1. Guttier. Practic. quæſt. lib. 4. quæſt. 9. n. 4. Monet. de Commut. ultim. vol. cap. 6. num. 114. Corrad. in Prax. Diſpenſ. Matrim. lib. 1. cap. 3. n. 42.* & plene diximus *in Commentar. in Regulam XXVII.* Quodque hæc Regula non irritet
Gratiam, ſed diſponat, quod non ſuffragetur an- 12
te Litteras expeditas, obſervant *Clericat. de Penſion. Diſcord. 7. ſub num. 20. Rot. deciſ. 20. n. 5. & ſeqq. coram Millino.*
Secundo, intellige, quod nullum eſt præfixum 13
certum tempus ad Literas expediendas, ut alias plene diximus, ſed quandocumque expediantur, ſuffragantur non ſolum a puncto earum expeditionis, ſed etiam a momento Gratiæ conceſſæ,
& ſignatæ ſupplicationis, itaut geſta medio tem- 14
pore valida ſint, etiamſi tempore expeditionis, res non eſſet integra, quia expeditio Literarum non operatur per viam retrotractionis, ſed id, quod agitur, tribuitur Gratiæ conceſſæ per Signaturam ſupplicationis, & ſequuta Literarum expeditione, Gratia conſideratur ſecundum tempus, quo ſupplicatio fuit ſignata, & a qua ſuum eſſe recipit; *De Juſt. Diſpenſ. Matrim. lib. 1. cap. 3. n. 41. Sanchez de Matrimon. lib. 8. diſput. 29. n. 9. Molin. d. diſput. 599. num. 1. & ſeqq. Gutierez. practic. quæſt. lib. 4. quæſt. 9. num. 4. & 5. Tondut. de Penſ. cap. 37. num. 19. & ſeqq. Monet. d. cap. 7. num. 118. Garc. de Benefic. par. 4. cap. 2. n. 29. Rebuff. in Prax. tit. de Diſpenſat. ad plura num. 62.* Hinc, ſi quis poſt ſignatam ſupplicatio-
nem ſuper ei indulta facultate teſtandi, & ante 15
literas expeditas teſtamentum conderet, & decederet, Teſtamentum eſſet validum. Pariter, ſi
quis a Sede Apoſtolica obtineat, aliquem ſibi de- 16
putari Coadjutorem cum futura ſucceſſione ſuper Beneficio, quod poſſidet, & Literis adhuc non expeditis moriatur, locus erit ſucceſſioni vigore Coadjutoriæ, dummodo tamen perſoluta fuerit *Componenda*, ut alias diximus; Ac diſpenſatus ab
Irregularitate poteſt impetrare Beneficium, & 17
poſtea Literas diſpenſationis expedire; Et demum
diſpenſatus ad retinendam penſionem in ſtatu re- 18
gulari non prohibetur, ſupplicatione ſignata, Profeſſionem emittere, & poſtea expedire Litteras, quia, quandocumque Literæ expediantur, indiſtincte Diſpenſatio ſuffragatur, ut late hæc omnia exempla adducendo, dictum fuit *in d. deciſ. 658. coram Bichio*, repetit *in recen. deciſ. 121. a n. 29. uſque ad 47. & dec. 465. n. 1. & ſeqq. & n. 10. cum trib. ſeqq. coram Peutinger. Roſ. de Exequut. Apoſtol. in addit. ad part. 1. cap. 2. n. 17.* & Nos diximus *in Comment. ad Regul. X.*
Tertio, procedit Regulæ diſpoſitio in diſpen-
ſatione, quæ principaliter, & de per ſe petitur, 19
ſecus in ea, quæ conceſſa fuit acceſſorie, ſimul cum Proviſione, ſeu quavis alia Apoſtolica conceſſione,

ceſſione,

ceſſione, ſuper qua literæ jam fuerunt expeditæ,
nam tunc ſufficit, quod de diſpenſatione præfa-
ta conſtet per ſupplicationem, juxta *deciſ. Caſſa-*
dor. 35. ſuper Regul. Cancellar. & firmant com-
muniter, *Rebuff. in addit. ad hanc Regul. verſ.*
Item non procedit, *Quaſada ibidem verſ. ſolum*
nota, *Kochier. ad eamdem Regul. in fine*, *Corrad.*
in Prax. diſpenſat. lib. 1. cap. 6. num. 13. Roſ. de
Executor. in addit. ad part. 1. cap. 2. n. 8. Garz.
de Beneſic. part. 4. cap. 2. n. 343. Mandoſ. conſ. 4.
20 ubi late deciſionem *Caſſadori* explicat *Rot. deciſ.*
360. n. 16. cor. Bichio.

Quarto, locum Regula ſibi non vindicat, quan-
do ſupplicatio ſuper Gratia Diſpenſationis ſigna-
21 ta fuit cum clauſula, quod *ſola ſignatura ſufficiat*
Regula in contrarium non obſtante, ut in praxi
ſervatur, & obſervans *de Juſt Diſpenſat. Matri-*
mon. lib. 1. cap. 3. n. 50. in fine, *Corrad. in Prax.*
diſpenſat. d. lib. 1. cap. 6. n. 13. verſ. limitatur ſe-
cundo, cum aliis, quos laudavimus in *Comment.*
in Regul. XXVII. An vero debeat hoc caſu dari
ſpecifica derogatio Regulæ, dicemus infra in *Com-*
mentar. ad Regul. LXXI.

Quinto, ceſſat Regulæ diſpoſitio, ubi quis diſ-
penſatus ad retinendum ſuctum; Hinc diſpenſa-
22 tus ad retinendum plura Beneficia incompatibi-
lia, ſi ea retineat, literis non expeditis, non in-
cidit in pœnas *Extravag Execrabil.* juxta *deciſ.*
36. cor. Caſſador. Sot. hic n. 5. Rebuff. in add. ad
hanc Regul. § 2. Amayden. de ſtylo Datar. lib. 1.
cap. 32. n. 39. & ſeqq Lotter. de re Beneſic. d. lib.
3. quæſt 2. n. 70. & 71. ubi declarat *Rot. coram*
Bichio deciſ. 658. repetit. deciſ. 121. n. 31. & ſeq.
part. 12. recent. ubi, quod in caſu, de quo age-
batur, diſpenſatus tutus erat vigore ſolius ſup-
plicationis à Papa ſignatæ, quia non fuerat diſ-
penſatus ad aliquod faciendum, ſed ad retinen-
23 dam Penſionem, Profeſſione non obſtante, &
proinde in ea continuando, nihil de novo ad-
verſus Regulæ cenſuram moliebatur. E contra
vero, ſi quis diſpenſetur ad aliquid faciendum,
24 tunc facere non poterit illud, ad quod diſpenſa-
tur, ante ipſarum literarum expeditionem, quam-
vis a principio Gratia ſit pura, *Bald. in leg. fa-*
ſin n. 21. C. de furt. Molin. de Primogen. Hiſpan.
lib. 2. cap. 7. n. 57. & ſeqq. Gutierez pract. quæſt.
lib. 4. quæſt. 9. n. 8. & 9.

Sexto, locum non habere Regulam in foro
25 Poli, itaut qui gratia Papæ utatur literis non
expeditis, ſit tutus in conſcientia, firmant quam-
plures DD. & ſignanter *Abbas in Clement du-*
dum in fine de ſepultur. quem ſequuntur *Gomez.*
ad Regul. de non judican. juxta form. ſupplicat.
quæſt. 14. per tot. Maſcard. de Probat. tom. 2.
concluſ. 845. n. 30. Gigaſ. conſ. 151. n. 8. Pariſ. de
Confident. qu. 43. n 15. Navarr. conſ. 32. n. 3. de
Temp. ordinat. Garc. de Beneſic. part. 4. cap. 2. n.
35. & ſeqq. Sanchez de Matrimon. lib. 8. diſput.
29. n. 29. & ſeqq. Monet. de Commut. ultim. vo-
lunt. cap. 6. n. 116. & ſeqq. Molin. de Juſtit. & Jur.
tract. 2. diſput. 599. n. 1. Fermoſin. in Rubric. de
Reſcript. quæſt. 2. n. 16. Guttierez pract. quæſt. lib.
4. quæſt. 10. n. 4 neque ad finem, *Rot. deciſ. 658.*
n. 29. & ſeq. cor. Bichio repetit. dec. 121. part. 12.
recent.

Pluribus hæc ſententia innititur rationibus;
Primo, quia gratia per ſolam ſignaturam eſt in
26 ſui ſubſtantia perfecta, & ſolum quoad proba-
tionem in foro exteriori requirit ſcripturam. Se-
cundo, quia Regula gratiam non irritat, nec di-
27 cit, gratiam non valere literis non expeditis,
ſed eam non ſuffragari, quod in foro contentioſo,
& externo intelligi debet. Tertio, quia Regula
in ſpiritu tantummodo fundatur ſuper præſumptio- 28
ne quadam, quod diſpenſatus nolit diſpenſationis
literas expedire ad fraudandum Officiales emo-
lumentis, quæ eis obventura eſſent ex earum-
dem literarum expeditione; ſed, ubi lex funda- 29
tur in præſumptione, hæc in foro interno non
attenditur, ſed ſtatur veritati. Quarto demum,
quia forus conſcientiæ non alligatur apicibus ju- 30
ris; quas rationes præcæteris ponderat *Gutierez*
d. lib. 4. quæſt. 10. n. 4. & ſeqq.

Sed rationibus hiſce non obſtantibus placet
contraria ſententia, quod neque in foro interno 31
poſſit quis uti gratia Principis ante literas expe-
ditas. Ratio eſt, quia lex obligat etiam in foro 32
conſcientiæ, & qui aliquid molitur contra men-
tem, & intentionem Principis gratiam conceden-
tis, ac certum ordinem, & formam præſcriben-
tis, graviter peccat. Et licet gratia ſit in ſui ſub-
ſtantia perfecta tam reſpectu fori interioris, quam
exterioris, attamen aliud eſt habere gratiam per-
fectam, & longe aliud poſſe uti gratia, nam reſ-
pectu iſtius uſus, non eſt diſpenſatus niſi literas
expediat; Ergo ſi diſpenſatus non poteſt uti
gratia reſiſtente *Regula*, etiam quod in foro ex-
teriori ea dicatur a ſui initio per verbum *fiat*
perfecta, ſemel ac illa uti velit, jam reluctatur
contra mentem Papæ diſpenſantis, & ſic gravi-
ter peccat. Accedit hoc amplius, quod a tem- 33
poribus uſque *S. Pii V.* adjecta fuit Regulæ Clau-
ſula *in judicio, vel extra nulli ſuffragetur*, per
quam ſane clauſulam ſatis perſpicue datur intelli-
gi, quod, literis Apoſtolicis non expeditis, Diſ-
penſatio, etiam extra judicium, ideſt in foro in-
terno, ſuffragari nequeat. Ac demum hanc ro-
borat ſententiam ipſamet ratio Regulæ, quod ſci-
licet Gratiæ Apoſtolicæ ſint per literas provide
limitatæ, quodque multa petuntur in ſupplica- 34
tionibus, quæ in literis poſtea reſtringuntur, &
non conceduntur; Unde, ſi ex ſola ſupplicatio-
ne ſignata, poſſet quis in foro conſcientiæ uti
Gratia diſpenſationis, quæ per literas eſſet refor-
manda, & limitanda, jam diſpenſative teneret
id, ad quod conceſſio Principis ſe non extendit,
& uteretur Gratia in amplioribus terminis, quam
Princeps concedere intendit, quod utique ſalva
conſcientia non poſſet in praxim deduci. Et hanc
ſententiam ſequuti ſunt *Hieronymus Paulus Bar-*
chinonenſis in Prax. Cancellar. tit. Declaratoria
ſuper proponen. ver. Ubi Papa concedit, *Lotter. de*
Re Beneſic. lib. 3. quæſt. 2. a num. 59. ubi late
contraria reſpondet *Kochier. ad hanc Regulam ſub*
num. 11. Garc. de Beneſ part. 4. cap. 2. num. 31.
Corrad. in Prax. diſpenſat. Matrimon. lib. 1. cap.
3. num. 48. Roſ. de Exequutor. Litter. Apoſtolic. in
addit. par. 1. cap. 2. n. 15.

Nec relevant argumenta in contrarium expoſi-
ta; Non illud, quod Gratia per ſolam Pontifi- 35
cis Signaturam ſit perfecta, quodque Regula eam
non annullet, ſed dicat *Non ſuffragari*; Quia,
ut bene ponderat *Lotter.* vis non ſtat in perfec-
tione, ſed in uſu Gratiæ, & diſpenſationis,
quæ, cum habeat ſuas certas formulas, ante-
quam iſtæ appoſitæ non ſunt, permiſſum eſſe non
debet Diſpenſato uti Gratia, licet in ſuo eſſe
jam perfecta. Minuſque officit, quod in foro Poli 36
non attendantur apices Juris, neque præſumptio-
nes, aut fictiones; quia, ut dictum eſt, ratio
finalis Regulæ non innititur præſumptioni, quod
quis velit, non expediendo Literas, fraudare Of-
ficiales emolumentis, quæ illis debentur, ſed alteri
expreſſæ in verbis Regulæ, quod ſola ſupplicatio

ſuper Gratia diſpenſationis a Papa ſignata eſt
informis, & expectat limitationes, & modifi-
cationes, quæ in Literis ſolent ex mente Prin-
cipis extendi.

Poſtremo non ſubſiſtit, quod verba Regulæ
in judicio, *vel extra* intelligi poſſint in contro-
37 verſiis extrajudicialibus, juxta interpretationem
Sanch. Fermoſini, *& aliorum*, non autem, quod
operentur in foro Conſcientiæ; pro quo Papa uti
debuerat in Regula clarioribus verbis. Quia ver-
ba illa, tanquam univerſalia, & illimitata diſ-
ponentia, quod Diſpenſatio, antequam Lite-
ræ Apoſtolicæ ſint confectæ, ſuffragari non poſ-
ſit neque *in Judicio*, neque *extra Judicium*, ap-
ta ſunt comprehendere etiam forum Conſcientiæ,
quod eſt extrajudiciale, alias ſuperflue clauſula
præfata Regulæ adjecta fuiſſet, cum ſatis provi-
ſum eſſet in antiquis Regulis, etiam pro Contro-
verſiis extrajudicialibus, dicendo, quod *Literis
non confectis diſpenſatio non ſuffragetur*; Unde,
cum nullum verbum in Regulis Cancellariæ ſtet
38 ſine miſterio, ut diximus *in Proœm. Regularum*,
aſſerendum venit, Clauſulam illam, *in Judicio
vel extra &c.* ſuperadditam fuiſſe ad evitandam
hanc controverſiam inter DD. jam tunc vigen-
tem, ut præcæteris advertit *Kochier hic num.* 6.
Nec excuſat, quod Papa verbis clarioribus uti
potuerit, tum quia dicta verba *in Judicio*, *vel
extra* de per ſe clara eſſe videntur: tum quia
39 eſt de ratione ipſius Legis, ut obliget tam in
foro interno, quam externo, unde ſecluſis etiam
verbis præfatis, ineſt ſubditis obligatio in foro
conſcientiæ ſervandi Principis diſpoſitionem,
donec verbis expreſſis per eundem ſit relaxata,
ut egregie proſequitur *Lotter. d. quæſt.* 2. *num.*
74. *& ſeqq.*

Hæc opinio ſine difficultate procedit, ubi non
40 agitur de Diſpenſatione in forma Gratioſa ex-
pedita, ſed in forma Commiſſaria, in qua Pa-
pa committit Exequutori, ut, verificatis prius
narratis, *& ſi ita eſt*, uti expoſitum fuit, diſ-
penſet; In priori namque caſu, nihil aliud,
quam expeditio Literarum, ad Gratiæ probatio-
nem deſideratur; At in ſecundo aliud ſupereſt
agendum, & verificandum per Exequutorem, ut
contingit in Diſpenſationibus Matrimonialibus,
ſuper Irregularitate &c. Proindeque in his ter-
minis non ſuffragari Gratiam diſpenſationis ante
Literas expeditas, neque in foro Conſcientiæ,
probat ipſemet *Guttierez dict. lib.* 4. *practic. quæſt.*
10. §. *final. Kochier hic litt. C.*

Atque ex his ſoluta remanet quæſtio per ſu-
41 pradictos DD. mota, an poſſit tuta conſcientia
ante Literas expeditas exigi Penſio? Cum enim
in Supplicatione ſuper reſervatione Penſionis ap-
ponatur Clauſula, quod, ſi Literis non expedi-
tis Penſio exigatur, nulla ſit illius reſervatio,
palam fit, quod exigi nequeat etiam in foro con-
ſcientiæ, & valde ſuſpecta eſſet talis Penſionis
exactio, cum perinde ſit, ac ſi propria authori-
tate fieret, quod in re annexa ſpirituali dici non
poteſt ſine vitio Simoniæ. Sic antiqua *apoſtilla*
marginalis manuſcripta, quam habeo ad *Pariſ.
de Confident. quæſt.* 43. *ad n.* 13. *Garc. de Benef.
part.* 4. *cap.* 2. *n.* 45.

42 Septimo, Gratia ob illius uſum ante expedi-
tionem Literarum non annullatur, ſed adhuc po-
teſt quis ea uti, ubi non adſit Decretum irritans,
quod eam inficiat Literis non expeditis. Regu-
la enim ſolum dicit, quod *nulli ſuffragetur Diſ-
penſatio Literis non expeditis*, ſed pœnam nulli-
tatis, & privationis, ſi Diſpenſatus ea utatur,
non apponit. Et licet etiam iſta Regula habeat
Decretum irritans, *Sot. hic num.* 3. nihilominus, 43
cum Gratiam non infringat ante expeditionem
Literarum, Decretum irritans, quod eſt acceſ-
ſorium, operari nequit effectum ejuſdem Gra-
tiæ deſtructivum, ſed ſolum efficit, quod in-
terim, donec Literæ expediantur, Diſpenſatio-
nis Gratia non poſſit ſuffragari, ut diſtinguit
Rot. coram Millin. deciſ. 20. *num.* 5. *& ſeqq. &
deciſ.* 127. *num.* 22. & late *coram Peutinger. deciſ.*
645. *n.* 17. *uſque ad fin.* ubi *ſub n.* 22. ita expli-
cat *Lotter.* & in confirmatoria, quæ eſt *coram Bi-
chio* la 658. *& in Recent. deciſ.* 121. *n.* 58. *part.* 12.

Hinc ad præfatæ diſtinctionis tramites, ſi quis
ante expeditionem Literarum ſuper Reſervatio- 44
ne Penſionis, eam exigeret, utique, ut diximus,
nulla eſſet reſervatio, nec Penſio amplius exigi
poſſet, etiam poſt expeditionem Literarum prop-
ter Decretum ejuſdem Penſionis annullativum in
Supplicatione appoſitum, juxta laudatas *deciſ.*
120. *&* 127. *coram Millino.* Sed ſi, Literis præ- 45
fatis jam expeditis, obtineret Penſionarius Diſ-
penſationem retinendi eamdem Penſionem in
ſtatu Conjugali, aut Regulari, eamque exige-
ret, non expeditis hujuſmodi Diſpenſationis Li-
teris, Penſio non remaneret extincta, quia De-
cretum ſuper nullitate Penſionis, ſolum appo-
nitur in illius Reſervatione, non autem in re-
tentione, eoque proinde ceſſante, nullitatis pœ-
na, ex vi hujus Regulæ non inducitur, juxta
Deciſiones *Peutingerii*, & *Bichii* mox allegatas.
Et quod in his terminis Gratia irrita non red-
datur, ſed tantum ejus uſus retardetur, tradunt 46
etiam *Borgaſ. de Irregularit. part.* 6. *tit. de Cler.
non Reſiden. num.* 14. *Corrad. in Prax. Diſpen-
ſat. libr.* 1. *cap.* 6. *num.* 14. *De Juſtis Diſpenſat.
Matrim. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 42.

Sed in terminis Penſionarii promoti ad Epiſ- 47
copatum cum diſpenſatione retinendi Penſionem
ei in Cedula Conſiſtoriali indulta, quod ſi eam
exigat ante expeditas Literas ſuper retentione
præfata, Penſio extincta remaneat, articulo ad
partes diſcuſſo, firmat *Clericat. de Penſion. Diſ-
cord.* 7. *per tot.*. & diximus in *Comment. ad Re-
gul. I.* §. 7. *num.* 63.

Demum pro coronide quæro, an diſpenſatus 48
a Pontifice cum Literis in forma Commiſſaria
Exequutori directis, & ab eo exequutioni poſt-
ea demandatis, cenſeatur *ex tunc*, ideſt a prin-
cipio, & puncto conceſſionis Gratiæ diſpenſa-
tus, ſeu potius *ex nunc*, ideſt a tempore factæ
exequutionis? Quæſtio hæc ad examen revoca-
ta fuit in ſequenti facti ſerie. Vacaverat in Ca-
thedrali Eccleſia *Melphicten.* Cappellania S. Ca-
therinæ de Jurepatronatus Nobilis Familiæ *de
Schinoſis*, de qua meminit *Card. de Luc. Diſc.*
16. *de Jurepatr.* ad quam unus de linea Funda-
toris a Patronis præſentari debebat. Sed, cum uni-
cus Clericus de linea, qui tunc aderat, propter 49
patratum homicidium eſſet irregularis, Patroni in-
tra quadrimeſtre Clericum extraneum præſenta-
runt. Verum eo elapſo, ſed nondum ſequuta in-
ſtitutione Clerici extranei, Clericus ille de linea
produxit coram Ordinario Mandatum de diſpen-
ſando ab Irregularitate, quod a Pontifice repor-
taverat ante ſequutam Beneficii vacationem, &
obtinuit illius exequutionem, qua obtenta, inſtetit
extraneo præferri in aſſequutione Cappellaniæ, eo
ſub fundamento, quod licet non eſſet præſenta-
tus, nihilominus, tanquam vocatus a Fundatore, 50
habebatur pro nominato, atque præſentato, abſ-
que alio facto Patronorum, juxta *Theor. Abbat.*
in

in Cap. Cum in Cunctis §. Inferior num. 10. *& ſeqq. de Elect. Lambertin. de Jurepatron. part.* 1. *quæſt.* 8. *artic.* 4. *num.* 11. *Rocc. diſputat. Jur. cap.* 190. *num.* 22. *& ſeqq.* cum aliis, quos plene refert *Rot. deciſ.* 99. *num.* 3. *coram Pamphil. & deciſ.* 1352. *num.* 3. *coram Emerix Jun.*

Nec, uti contendebat, obſtare ſibi poterat Irregularitas, quia jam longe ante Beneficii vacationem obtinuerat Mandatum de diſpenſando,
51 quod ſtatim effectum ſuum producere incœpit poſt ſignatam Supplicationem, cum Gratia fuerit ab initio perfecta, & *ex tunc* effectus ipſe fuerat capax obtinendi Beneficium, juxta reſoluta per *Rotam in Vicen. Præpoſituræ apud Garciam de Benefic. part.* 4. *cap.* 2. *ſub num.* 29. *& in Recent. deciſ.* 121. *n.* 47. *part.* 12.

Gratiam vero fuiſſe ab initio puram, & perfectam dicebatur, non ſolum ex eo quod præceſ-
52 ſerat Votum Sac. Congreg. Concilii, quæ reſponderat *pro Gratia*; verum etiam, quia illius exequutio commiſſa fuerat Ordinario non per viam conceſſionis facultativæ, & dependenter ab ipſa
53 exequutione, ſed per viam præcepti, & neceſſitatis, quo caſu, cum Exequutor in Literis deputatus ſit neceſſarius, utpote quia ei præcipitur Mandatum exequi, ſi preces veritati nitantur, Gratia dicitur a principio facta. Et quamvis fuiſ-
54 ſet demandata Ordinario diſpenſatio, *quatenus legitime ſibi conſtaret de narratis*, attamen, quando Gratia erat juſtificabilis, prout in caſu juſtificata fuerat, non deſinit eſſe pura, & perfecta ab initio, ſequenſque juſtificatio ſolum declarat, id quod jam inerat, & per illam ſola exequutio, non autem ſubſtantia Gratiæ conditionalis efficitur; exemplo Gratiæ conceſſæ in *forma Dignum*, quæ
55 continet Mandatum de providendo, & exigit verificationem narratorum faciendam coram Exequutore, & nihilominus ea ab initio eſt pura, non autem conditionalis, & proviſio Exequutoris non requiritur pro ſubſtantia Gratiæ, ſed dum-
56 taxat pro illius exequutione. Pariterque Conceſſio Bonorum Eccleſiæ in emphyteuſim cum ſolita clauſula -- *ſi in evidentem* -- licet directa Ordinario in forma Commiſſaria, dicitur a principio continere Gratiam perfectam, quamvis nequeat ante exequutionem obtineri eorumdem Bonorum poſſeſſio.

Quidquid igitur dicendum eſſet in Diſpenſatio-
57 nibus Matrimonialibus, quarum reſpectu militat diverſa ratio, & praxis, dum Literæ deſuper expediuntur abſque voto alicujus Congregationis, & Pontifex Diſpenſationem, uti faciendam committit arbitrio, & conſcientiæ Ordinarii cum clauſulis omnino ſuſpenſivis, & conditionalibus; Profecto in terminis Irregularitatis, de qua agitur, ſubſequuta exequutione, id quod prius con-
58 tinebatur in mero Mandato de diſpenſando, inducit eſſentiam, & realitatem effectivæ Diſpenſationis, & res remanet in ſua perfectione, & puritate uſque a principio, nec ſtat in ſuſpenſo, niſi ad finem ſimplicis conſumationis exequutionis retrotrahibilis ex hac ipſa ſua intrinſeca puritate ad idem principium, ſtatim ac exequutio ſuperveniat; eo prorſus modo, quo pura, perfecta, & irrevocabilis eſt ab initio Donatio, quæ fiſt inter vivos cum clauſula, ut
59 *effectum ſortiatur poſt mortem Donantis*; Et licet ante impetratam exequutionem non potuiſſet Clericus ipſe celebrare Miſſam, & actu frui dicta Cappellania, prout Donatarius cum clauſula præfata ante mortem Donantis, frui nequit rebus donatis; attamen, cum abſolutus, & diſpenſatus fuiſſet ante inſtitutionem datam 60
Clerico extraneo, & ante eandem inſtitutionem comparuiſſet, nil aderat tunc temporis; quod illum impediret, ne conſequi poſſet Cappellaniam ei debitam vigore Gratiæ jam puræ, & perfectæ ab initio. Non obſtante, quod exequutio remanſerit expleta poſt quadrimeſtre, tum quia re integra, & ante Inſtitutionem alterius Perſonæ comparuit; tum quia imputandum erat culpæ Patronum, qui Clericum ipſum, uti Conſanguineum præſentare omiſerunt, prout tenebantur, adhibendo omnem diligentiam per Edicta, an adeſſent Conſanguinei præferendi. Et in omnem caſum illum præſentare debebant, ſub conditione, ad effectum ut obtinere valuiſſet prorogationem, donec Sedes Epiſcopalis tunc vacans impleretur, quæ prorogatio ſan per a Sede Apoſtolica, ſtante juſta Cauſa, impertiri ſolet; Ex 61
quibus rationibus, *Rota in Melphicten. Cappellaniæ* 17. *Junii* 1699. *coram Muto*, & ſtatius 7. *Junii* 1700. *cor. bon. mem. Anſalda*, inſtitutionem dicto Clerico de linea conceſſit, reſolvendo, Mandatum Diſpenſandi ab Irregularitate Exequutori directum, fuiſſe ab initio purum, ac perfectum, aptumque *ex tunc* ſuum ſortiri effectum.

Verum Reſolutio iſthæc difficultate non caret, 62
qualem agnovere ipſimet DD. de *Rota*, qui a principio concordes non fuerunt, unde bis dilata fuit Cauſæ reſolutio, & additum, quod viderent *Quintus*, & *Sextus*; ac etiam ante Deciſionem *bon. mem. Anſaldi* agnovit *Signatura*, quæ non obſtan. tribus Sententiis conformibus, Cauſam de novo commiſit, ut refertur in eadem *Deciſione* in principio. Et profecto recepta eſt Sen- 63
tentia, quod, ubi agitur de Mandato de diſpenſando, abſolvendo &c. & de Gratiis in forma Commiſſaria expeditis, tales Gratiæ, talia Mandata, ſuum non producant effectum, niſi poſtquam exhibita fuerint Judici Commiſſario, & ab eodem exequutioni demandentur, quia aliud eſt Diſpenſatio, & aliud Mandatum de diſpenſando, *Navarr Conſ.* 3 *præcipue num.* 2. *de Filiis Presbyter. Monet. de Commutat. ultim. voluntat. cap.* 6. *n.* 123. *& cap.* 7. *num* 140. *Leo. in Prax. Pœnitent. tit. An Confeſſores Deleg pag. mihi* 18. *Gutierrez pract quæſt. lib.* 4 *quæſt.* 10. *num.* 12. *Rot. deciſ* 1576. *num.* 4. *coram Coccin. & deciſ.* 113. *coram Peutinger. & deciſ.* 468. *num.* 8. *& deciſ.* 611. *n.* 3. *& ſeqq. coram Pamphil. deciſ.* 273. *part.* 1. *Recent. deciſ.* 721. *n.* 1. *part.* 3 *deciſ.* 131. *n.* 7. *part.* 7. *deciſ* 41. *&* 363. *part.* 10. *& deciſ.* 73. *per tot part.* 18. *Recent.*

Quod fortius procedit in Diſpenſationibus ab Irregularitate, circa quas Concilium Tridenti- 64
num *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *de Reformat.* diſponit, quod committantur Ordinario, qui cauſa cognita, ac probatis precibus, & narratis, nec aliter diſpenſare poſſit *Amayd. de ſtylo Datar. lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 60. ubi reddit rationem motivam hujus Decreti, *Corrad. in Prax. diſpenſat. lib.* 5. *cap.* 1. *num.* 10. *& ſeqq. Majol. de Irregul. lib.* 5. *cap.* 49. *num.* 11. *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 2. *cap.* 12. *num.* 235. *in fine*, *& num.* 59. Cum igitur 65
Ordinarius, Cauſa prius cognita, debeat diſpenſare, ſequitur, quod, dum in præſenti caſu intra quadrimeſtre Ordinarius non diſpenſavit, dici non poterat, quod Mandatum, ſuum produxerit effectum, nec quod macula Irregularitatis ſublata fuerit, nam ad id præciſe requiritur factum Exequutoris, juxta praxim, quam ponit *Fermoſinus in Cap. final. part.* 4. *num.* 15. *de Libell. oblat. Roſ. de Exequutor. in fine tractat. pag.*

66 *mbi* 490. Imo, etiam Diſpenſationes in forma
gratioſa expeditæ, ſuum non ſortiuntur effe-
ctum, niſi prius ab Ordinariis cognoſcatur, an
preces veritati nitantur, juxta diſpoſitionem
ejuſdem Concilii Tridentini *ſeſſ. 22. cap. 5. de Re-
format.*

Non obſtat, Gratiam, etiam in forma Com-
67 miſſaria elargitam, eſſe a principio perfectam.
Primo, quia poteſt intelligi perfecta in genere
ſuo, nimirum in genere Commiſſionis, & Man-
dati de diſpenſando, apta ſolum tribuere favere
impetrantis jus ad rem, hoc eſt ad diſpenſatio-
nem obtinendam, ſed non jus in re, *Monet. de
commut. ult. volunt. cap. 6. n.* 113.

68 Secundo reſpondetur, quod in Gratia duplex
poteſt conſiderari perfectio, altera ex parte Con-
cedentis, altera, quæ reſpicit illius uſum & com-
modum ex parte Impetrantis; In primo caſu pro-
cedit opinio illorum, qui autumant, Gratiam in
69 forma Commiſſaria conceſſam eſſe ab initio fa-
ctam, & non faciendam; Loquuntur enim ad
effectum, ut per obitum Concedentis Gratia præ-
fata non expiret, *Rot. in Hydruntina Erectionis
Collegiatæ 1. Junii 1696. §. Verum coram Pio.*
70 Sed, ubi agitur de commodo, & uſu Gratiæ ex
parte Impetrantis, tunc Gratia ante exequutio-
nem eſt incompleta, & imperfecta, *Geminian.
in cap. Si ſuper 9. verſ. Nota quod Executio, &
ibidem, Franc. de Offic. Judic. Delegat. in 6.
Paſqualig. Quæſt. moral. Juridic. 41. num. 10.
Rot. deciſ. 244. num. 6. coram Pænia, & deciſ.
611. num. 6. coram Pamphil.* Quodque exerci-
tium, & commodum Gratiæ ſit quid diverſum
a perfectione Gratiæ, ex eo etiam elicitur, quod,
71 licet iſta per ſolam Signaturam perficiatur, ad-
huc commodum dari non poteſt ſine Literis, di-
citurque perfecta ea perfectione, qua ſe habet
potentia ad actum *Kochier ad Regul. de non ju-
dican. juxta form. ſupplicat. ſub lit. C. Lotter.
de Re Beneſic. lib. 3. quæſt. 2. num. 8. & 9. &
12. Roſ. de Exequutor. cap. 2. num. 12. & ſeqq.
Corrad in Prax. diſpenſat. lib. 1. cap. 6. num. 10.
& 14. Rot. apud Garc. de Re Beneſic. part. 3.
cap. 2. n. 29.*

Tertio reſpondetur, quod contraria opinio poſ-
72 ſet habere locum, quando agitur de Gratia in
forma Commiſſaria continente qualitates, quæ in-
ſunt de jure, & ſunt certæ in rerum natura, quæ-
que ſonant in monitionem, nec faciunt ſubſtan-
tiam Gratiæ conditionalem, nempe, *ſi idoneum
repereris, ſi nullum obeſſet Canonicum impedi-
mentum &c.* quæ expoſcunt ſolummodo extraju-
dicialem informationem pro inſtructione animi
Exequutoris; At, quando Gratia continet qua-
73 litates extrinſecas, & circumſtantias, quæ non
inſunt de jure, ut in caſu præſenti, in quo nar-
ratum fuerat, homicidium fuiſſe caſuale, quod
jam ſexdecim anni tranſacti erant, quodque
tempore homicidii ipſe Clericus erat minor, &
provocatus illud perpetraverat; hoc inquam ca-
ſu, cum Papa mandaverit, has omnes circum-
ſtantias judicialiter verificari cum clauſula, *con-
ſtito ſibi legitime de narratis*, utique Gratia erat
conditionalis, & non poterat dici perfecta, niſi
poſtquam acceſſerit narratorum verificatio, & fa-
ctum Exequutoris cum cauſæ cognitione, ut di-
ſtinguendo probant *Alexand. conſ. 218. num. 3.
& 4. lib. 2. Gozadin. conſil. 2. ſub num. 16. & 17.
& ſeqq. Vitalin. in Clement. unic. num. 21. & 23.
de Conceſſ. Præbend. Lap. allegat. 90.* præcipue
*num. 2. verſic. Secus ſi appoſita, Sanchez de Ma-
trim. lib. 8. diſputat. 30. num. 12. Tondut. part. 1.
reſolut. Beneſic. 94. num. 3. & part. 2. cap. 4. §. 2.
num. 19.*

Cum igitur nulla in præſenti hypotheſi adeſſet 74
controverſia ſuper perfectione Gratiæ conſideratæ
in ſtatu ſuo, nempe in genere Mandati de diſ-
penſando, ſed ſolum ageretur de commodo, &
illius uſu, qui dependebat ab Exequutione Gra-
tiæ, & purificatione extrinſecarum qualitatum in
ea contentarum, quouſque iſta purificatio ſequu-
ta non eſſet, & Gratia exequutionem non habe- 75
ret, nullum ex ea poterat reportari commodum,
nec relaxatio inhabilitatis antecedenter contractæ
dici poterat inducta.

Nec relevat, quod ubi Exequutor eſt neceſ-
ſarius, & non voluntarius, Gratia a principio di- 76
citur pura; Vel quia concluſio procedit ad effe-
ctum, ut non dicatur expiraſſe per obitum Con- 77
cedentis; Vel quia in caſu, de quo agebatur,
commiſſa fuerat Diſpenſatio arbitrio, & conſcien-
tiæ Ordinarii, *ſi de veritate qualitatum narrata-
rum ſibi legitime conſtaret*, proindeque dici non
poterat Exequutor neceſſarius neceſſitate poſitiva, 78
& abſoluta, ſed Exequutor mixtus, conditiona-
lis, & cum exercitio Juriſdictionis, nempe cum
facultate exequendi, ſi vera eſſent expoſita,
quo caſu ipſe exequitur auctoritate ſibi tributa,
ſeu excitata, itaut potius ſit Auctor Gratiæ,
quam Exequutor, & præceptum, ſeu neceſſitas
non cadit ſuper facto exequendo, ſed ſuper ju-
riſdictione exercenda *Roſ. de Exequutor. part. 1.
cap. 23. num. 23. & ſeqq.* Et ſemper dicitur Gra- 79
tia conditionalis quoad ſubſtantiam illa, quæ non
dependet a libera voluntate, & arbitrio Exe-
quutoris, ſed a judiciali verificatione narrato-
rum coram eo facienda mediante Proceſſu. *Ton-
dut. Reſol. Beneſ. lib. 2. cap. 4. §. 2. num. 9.* Non
enim dependet ab illius arbitrio, & voluntate,
facere, vel non facere Gratiam, ſed a judicio
ferendo poſt judicialem Proceſſum, quo caſu Gra-
tia ipſa dicitur conditionalis, non autem Exequu-
tio. Interim vero pendente judiciali verificatio-
ne, Gratia quoad commodum non dicitur com- 80
pleta, nullumque Jus certum, & validum Im-
petranti tribuit *Rot. deciſ. 1446. num. 3. cor. Se-
raphin. & deciſ. 352. num. 21. & deciſ. 367. n. 22.
& ſeqq. coram Dunozet. & in Recent. deciſ. 498.
n. 2. part. 2.* ſed ſtat in ſuſpenſo, donec qualita- 81
tes expreſſæ verificentur, ad *Text. in Clement. 1.
de Cenſibus, Rot. in Hydruntina Erectionis Colle-
giatæ ſuper Negocio principali 1. Junii 1696. §.
Primo cor. Pio.*

Suppoſito itaque, quod Gratia, de qua age- 82
batur, erat conditionalis, aut quatenus eſſet per-
fecta, nullum tribueret commodum, ſed ſtaret in
ſuſpenſo, donec exequuta fuiſſet prævia verifica-
tione narratorum, momenti non erat, quod poſt-
modum per Ordinarium fuerit exequuta, qua
ſtante exequutione retrotrahebatur ad ſui princi-
pium. Etenim, cum ob incapacitatem dicti Cle- 83
rici de linea tempore quadrimeſtris a jure con-
ceſſi ad præſentandum, Patroni extraneum præ-
ſentaſſent, & tunc temporis tam Patronis quæſi-
tum eſſet jus ad præſentandum alium extraneum,
quam præſentato ad obtinendam Inſtitutionem ex
neceſſitate, & juſtitia *Card. de Luc. de Jurepatron.
diſc. 31. num. 8. & diſc. 64. num. 1.* utique exe-
quutio Mandati de diſpenſando ſuperveniens poſt
quadrimeſtre non poterat præjudicare juri a ter- 84
tiis interim quæſito, ut in his terminis Man-
dati in forma Commiſſaria expediti, reſpondit
*Rot. deciſ. 41. num. 2. & duobus ſeqq. & deciſ. 363.
part. 10. confirmat. coram Peutinger. deciſ. 113.
num. 6.*

num. 6. Et regulare eſt, quod retrotractio non
85 admittitur in præjudicium tertii, cui medio tem-
pore jus quæſitum fuit. *Alexand. in Leg. Quod*
nemo num. 5. *ff. de acquiren. poſſeſſ. Menoch. conſ.*
858. *num.* 2. *Honded. conſ.* 25. *num.* 25. *& ſeqq.*
lib. 2. *Rot. cor. Cerro deciſ.* 34. *n.* 6. *& deciſ.* 78. *n.*
4. Maxime propter deficientiam ſubjecti, in quo
86 radicari poſſet, ſcilicet ſupradictarum qualitatum
implementi, *Rot.* penes *Garc. part.* 5 *cap.* 1. *n.*
257. *verſ. Et licet & in Melevitana Juriſpatr.* 4.
Julii 1696. §. *Quoniam coram Molines inter im-*
preſſ. deciſ. 464.

Nec obſtabat ſimile de Gratia in forma Dig-
87 num, quæ, data idoneitate Impetrantis, & fa-
cta exequutione, operatur a principio, omnia-
que ad expeditionem Literarum retrotrahuntur.
Quia in Literis præfatæ Gratiæ, quando adſunt
qualitates aliquæ verificandæ coram Ordinario,
expreſſe adjicitur clauſula retrotractiva, perinde
ac, ſi a die datæ earundem Literarum Impe-
trans repertus fuiſſet idoneus *Vualin. in Clement.*
I. de Conceſſ. Præbend. num. 43. *& ſub num.*
13. *verſ. Conclude, & in* §. *Serus num.* 3. *Za-*
barell. ibidem num. 22. *Addend. ad deciſ.* 2. *in*
fin. de Prabend. in novis, & Rot. deciſ. 12. *eod.*
Tit.

88 Prout nec relevare poterat, quod ante inſti-
tutionem Clericus ille de linea obtinuerit ſui
Mandati de diſpenſando exequutionem, & illico
ſe oppoſuerit, re quidem integra, & nondum jure
quæſito ad favorem ejuſdem Extranei præſentati.
Quia hæc forſan procedere poſſent, ubi adeſſet
ſolum Juſpatronatus paſſivum; ſed quando agi- 89
tur de paſſivo mixto cum activo, tunc non exi-
ſtente Perſona capaci intra quadrimeſtre, jus
quæritur Patronis præſentandi etiam extraneum,
& facta præſentatione, per ſupervenientem
capacitatem illius de linea, non derogatur
juri præſentandi per Patronos quæſito, & præ-
ſentationi ab ipſis factæ de extraneo *Perez de*
Lara de Anniverſ. & Cappellan. lib. 2. *cap.* 3.
num. 59. *Card. de Luc. de Jurepatr. diſc.* 20.
& 45. *utrobique num.* 6. *& diſcurſ.* 8. *num.* 5.
Nec tenebantur Patroni Clericum de linea præ- 90
ſentare ſub conditione, ad hoc, ut valuiſſet ob-
tinere a Sancta Sede prorogationes; nam Præ-
ſentationis judicium ferendum eſt juxta circum-
ſtantias exiſtentes tempore quadrimeſtris, nec
ſuſpenſionem ullam admittere valet. Unde, li-
cet Patronus poſſit præſentare incapacem ſub 91
conditione impetrandi Diſpenſationem, aut pro-
rogationem, tamen nullo jure ad id cogi poteſt.
Proindeque, cum intra quadrimeſtre habilitas,
& capacitas dicti Diſpenſati non eſſet detecta,
nec adhuc humanæ imbecillitati notum eſſet, an
Mandatum de diſpenſando eſſet nec ne exequen-
dum, utique Patroni de futuro eventu omnino
incerti, & alias a jure adſtricti ad præſentandum
idoneum intra quadrimeſtre, non poterant præve-
nire partes Exequutoris, ac pro noto, & certo
habere id, quod pendebat ab eventu, & huma-
næ imbecillitati erat ignotum.

REGULA LIII.

De Clauſulis ponendis in Literis Indulgentiarum.

ITem voluit, quod in Literis Indulgentiarum ponatur, quod ſi Eccleſiæ, vel Cappellæ, aut alias aliqua Indulgentia fuerit conceſſa, de qua inibi ſpecialis mentio facta non ſit, hujuſmodi Literæ ſint nullæ.

ARGUMENTUM.

EXſcribitur Decretum a Sac. Congregatione Indulgentiis Sacriſque Reliquiis præpoſita editum anno 1676. ſuper intelligentia clauſulæ, quam Regula mandat inſeri in Literis Indulgentiarum, ejuſdemque clauſulæ vigore annullantur quæcumque aliæ Indulgentiæ alicui Eccleſiæ, aut Cappellæ ſive eodem, ſive diverſo die conceſſæ, & ſive primæ ſimiles, ſive non, & quamvis priores Indulgentiæ ab eodem, qui poſteriores conceſſit, ſive ab Anteceſſoribus Pontificibus elargitæ fuerint. Examinatur, quomodo ſint computandi dies pro Indulgentiis conſequendis, & an viſitatio quatuor Eccleſiarum pro conſequutione Jubilei Anni Sancti fieri debeat una tantum die, vel fieri poſſit interpolate in pluribus; quemadmodum, an dies præfata computanda ſit de media nocte ad aliam mediam noctem, vel a primis Veſperis unius diei uſque ad occaſum Solis diei ſequentis, aut potius a Crepuſculis Matutinis ad ſerotina ejuſdem diei?

SUMMARIUM.

1 *Nulla ſunt Literæ Indulgentiarum, quæ alicui Eccleſiæ, vel Cappellæ conceduntur, ſi in illis mentio non fiat de Indulgentiis antea iiſdem Eccleſiæ, vel Cappellæ conceſſis, juxta Clauſulam in Literis præfatis adjici ſolitam.*
Eamque primus Regulæ adjecit Martinus V. ibid.

2 *Sed ſub dicta clauſula, non continentur vigore Decreti anno* 1676. *editi a Sac. Congregatione ſuper Indulgentiis &c. Altaria Privilegiata pro Defunctis.*

3 Neque Indulgentiæ certo Perſonarum generi, ut Confraternitati, Regularibus, & Capitulo conceſſis.

4 Sive iis, qui certum pium opus in ipſa Eccleſia peragunt.

5 Aut Chriſtiana Doctrina erudiuntur.

6 Vel Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti expoſitioni cum oratione quadraginta horarum interſunt.

7 Iidemque non irritantur per clauſulam præfatam Indulgentiæ Viſitantibus Stationes Urbis, & ſeptem Altaria ad inſtar ſeptem Altarium Baſilicæ Vaticanæ conceſſæ.

8 Neque illæ, quæ pro unica vice conceduntur.

10 Clauſula præfata non intelligitur de quacumque poſteriori Indulgentia, ſed de alia primæ omnino ſimili, conceſſa nempe pro eodem die, eodem facto, eodem Altari, pro iiſdem Perſonis, & iiſdem requiſitis.

11 Contrarium, quod intelligatur de quacumque Indulgentia, etiam omnino diverſa ab alia, quæ antea conceſſa reperitur.

Et ita reſolutum anno 1676. a ſupradicta Congregatione. num. 9. & 13.

13 Dictio aliqua eſt præciſa, & omnia intelligit.

14 Clauſulæ præfatæ vigore, conceſſio novæ Indulgentiæ eſt nulla, ſi antiqua ab eodem Pontifice conceſſa fuerit, ſecus ſi a Prædeceſſoribus.

Redditur ratio, quia in antiquis Regulis Cancellariæ legebatur per ipſum &c. n. 15.

Dictio per ipſum eſt perſonaliſſima, & denotat immediatam Perſonam Concedentis. ibid.

16 Contrarium, tum vigore Regulæ, a qua tempore Alexandri VIII. expuncta fuit dictio per ipſum, tum vigore ſupradicti Decreti S. Congregationis ſuper Indulgentiis. & n. 9.

Et de ſtylo Secretariæ Brevium non apponitur in Literis Indulgentiarum dictio per ipſum. dict. n. 16.

17 In Literis Indulgentiarum, quæ expediuntur per Cameram, ſervatur adhuc ſtylus antiquus, & in extenſione dictæ Clauſulæ apponitur, ut prius, dictio per ipſum.

18 Sed bonum eſſet demandare illius Officialibus, ut ſe conforment Regulæ, Decreto anni 1676. & ſtylo Secretariæ Brevium.

22 Viſitatio quatuor Eccleſiarum pro conſequutione Jubilæi tempore Anni Sancti in illius Bulla demandata, fieri poteſt interpolatis diebus.

23 Contrarium, quod explenda ſit unica die, tum vigore Bullæ, tum declarationis Gregorii XII. tum praxis.

Et ita reſolutum a Congregatione particulari de anno 1700. n. 44.

24 Prior tamen Sententia in jure probabilis eſt.

25 Dies præfata computatur a media nocte, ad mediam noctem.

Et hanc ſententiam probavit Anno 1700. Jan. mem. Innocentius X I I. publicatumque fuit Edictum pro ſervanda Pontificis determinatione. n. 44.

27 Contrarium, quod computari debeat a primis Veſperis unius diei uſque ad occaſum Solis diei ſequentis. Et redduntur rationes. & num. 32.

Et huic Sententiæ adhæſit major pars Votantium, qui Congregationi præfatæ interfuerunt. num. 43.

28 Dies, diverſis modis in jure accipitur, nempe pro artificiali, civili, legali, conventionali, & Eccleſiaſtico.

29 Ubi agitur de Indulgentiis, Divinis Officiis, & aliis Eccleſiaſticis Ritibus, Dies accipitur ſecundum diſpoſitionem Eccleſiæ, in cæteris vero more Romano.

30 Dies Eccleſiaſticus non eſt uniformis, ſed quinque modis reſpectu diverſorum effectuum conſideratur, nempe reſpectu eſus Carnium, operum ſervilium, SS. Ordinationum, Divinorum Officiorum, & reſpectu Indulgentiarum.

Et pro eo quod attinet ad effectum conſequendi Indulgentias, dies computatur a Veſperis Vigiliæ uſque ad Veſperas diei ſequentis.

33 Expreſſio, quæ fit in conceſſione Indulgentiarum, quod durare debeant a primis Veſperis uſque ad occaſum Solis diei ſequentis, non inducit aliquid de novo, ſed declarat id, quod de jure ineſt.

34 Hinc etiam ſine tali expreſſione, inciperent Indulgentiæ a primis Veſperis, & durarent uſque ad Veſperas diei ſequentis, juxta computationem diei Eccleſiaſtici.

35 Portæ Sanctæ Urbis aperiuntur in Vigilia Nativitatis D. N. Jeſu Chriſti ante Veſperas, & clauduntur in ſubſequenti pervigilio Nativitatis poſt Veſperas.

36 Et ex puncto earum aperitionis incipiunt Indulgentiæ.

37 Septem Urbis Eccleſiæ a Viris doctis, & piis viſitari ſolent eodem die Eccleſiaſtico, viſitando de ſero Baſilicam S. Petri, & de mane uſque ad Veſperas alias Eccleſias.

38 Pro Viſitatione ſeptem Eccleſiarum Urbis, an ſint aliquæ Indulgentiæ præſcriptæ? & n. 39.

41 Stare debet, quod fieri non prohibetur.

IN Indulgentiarum Literis, juxta præſentis Regulæ tenorem, apponi debet hæc Clauſula -- Quod ſi Eccleſiæ, vel Cappellæ, aut alias aliqua 1
Indulgentia fuerit conceſſa, de qua inibi ſpecialis mentio facta non fuerit, hujuſmodi Literæ ſint nullæ -- Et hanc Clauſulam, quam Martinus V. in ſuis Regulis primo adjecit, Sacra Congregatio Indulgentiis, Sacriſque Reliquiis præpoſita in hunc, qui ſequitur modum explicavit.

DECRETUM.

Cum a Sacra Congregatione Indulgentiis Sacriſque Reliquiis præpoſita. Cameracenſis Archiepiſcopus quæſiviſſet, quæ vis, & ſententia Clauſulæ, quæ hodie Brevibus Indulgentiarum apponi ſolet -- Volumus autem, ut ſi alias Chriſtifidelibus dictam Eccleſiam qualibet anni die viſitantibus, aliqua alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapſum, duratura, conceſſa fuerit, præſentes Literæ nullæ ſint -- Sac. Congregatio, re diligentius examinata, Clauſulam ſic explicandam cenſuit, ſi videbitur Sanctiſſimo D.
N. Ea minime contineri Altaria Privilegiata 2
pro Defunctis, neque Indulgentias, aut certo Perſonarum generi conceſſas, ut Confra- 3
ternitati, Regularibus, & Capitulo, aut certum pium opus in ipſa Eccleſia peragentibus, 4
ut Litanias, aliaſve hujuſmodi preces recitantibus, ac iis, qui Chriſtiana doctrina erudiun- 5
tur, & qui Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti
expoſitioni cum oratione quadraginta horarum 6
interſunt, neque Stationum Urbis, & ſeptem
Altarium Indulgentias inſtar ſeptem Altarium 7
Baſilicæ Vaticanæ conceſſas, neque demum, quæ
pro unica vice conceduntur. Cæterum, ſi alia 8
Indul-

9 *Indulgentia, ſive plenaria, ſive non plenaria in
perpetuum, vel ad tempus, tum ab eadem, tum
ab alio Romano Pontifice generatim Chriſtifideli-
bus Eccleſiam, vel aliquod ejus Altare, ſeu Cap-
pellam viſitantibus eodem anni die, vel diverſo,
conceſſa fuerit, de qua non fiat in Literis Apo-
ſtolicis mentio, has literas ob adjectam clauſulam,
eſſe prorſus irritas, & nullas. Datum die 23. Ju-
nii 1676.*

*De his autem facta relatione ad Sanctiſſimum
D. N. Die 18. Martii 1677. Sententiam Congre-
gationis approbavit,* quod Decretum refertur a
Joſepho Bertachin. Vot. Deciſ. 195. *n.* 5. & a *Mo-
nacell. in Appendic. ad tom.* 1. *pag.* 326.

Vigore igitur clauſulæ in Regula adjectæ, &
per Summum Pontificem ſic declaratæ, ceſſant
duæ quæſtiones inter Scribentes olim agitatæ,
10 altera nempe, an clauſula illa *Volumus &c.* in-
telligi debeat de quacumque Indulgentia, vel
potius de alia ſimili conceſſa pro eodem die,
pro eodem facto, eodem Altari, pro iiſdem Per-
ſonis, & cum iiſdem requiſitis. Et non intelli-
gi pro diverſa Indulgentia, ſed pro eadem in
omnibus ſimili, exiſtimarunt *Quintanaduenas
Theolog. moral. in Appendic. tract.* 2. *ſingular.* 4.
*Gavant. in Manual. Epiſcop. verb. Indulgentia
num.* 7. *Lezana tom.* 2. *verb. Clauſula num.* 25.
ubi, quod ita vidit in praxi ſervari, *Pax Jor-
dan. libr.* 5. *titul.* 16. *num.* 71. *tom.* 1. Atta-
men hodie ceſſat difficultas, tum ex verbis Re-
11 gulæ, in qua non legitur dictio *alia*, ſuper qua
laudati Doctores præcipuum eorum Sententiæ
12 conſtituunt fundamentum, ſed *aliqua Indulgen-
tia*, quæ dictio *aliqua* eſt præciſa, & omnia
intelligit; itaut ſenſus ſit, quod ſi alias quæ-
cumque Indulgentia conceſſa fuerit ab eodem
Pontifice eidem Eccleſiæ, vel Altari, poſterior
conceſſio, non facta prioris mentione, ſit nul-
la, ut advertit *Paſſerin. de Indulgent. quæſt.* 95.
num. 719. Tum etiam ex recenſito Decreto Sa-
cræ Congregationis *Indulgentiis, Sacriſque Reli-
13 quiis* præpoſitæ, in quo alia Indulgentia, ſive
pro eodem, ſive diverſo die, conceſſa, annulla-
tur, præter eas, quæ conceduntur, aut iis, qui
peragunt certum opus pium, aut certo generi
Perſonarum, veluti Confraternitati, ac etiam
præter Indulgentiam elargitam viſitantibus ſep-
tem Altaria, prout in his terminis etiam firma-
vit *Pax Jordan.* ubi ſupra, eas non eſſe revo-
catas.

14 Secunda quæſtio verſabatur ſuper eo, an eſ-
ſet nulla conceſſio novæ Indulgentiæ, ſi non ab
eodem, ſed ab anteceſſore Pontifice elargitæ fuiſ-
ſent aliæ Indulgentiæ; Et communis invaluerat
opinio, quod ſecunda conceſſio eſſet valida, quia
ex hac Regula annullantur aliæ Indulgentiæ *per
ipſum* conceſſæ, hoc eſt per ipſummet Pontifi-
cem concedentem. Dictio enim *per ipſum* eſt
15 perſonaliſſima; & denotat immediatam Perſo-
nam concedentis, *Quæſad. ad hanc Regulam
verb. Per ipſum, Paſſerin. de Indulgent. quæſt.*
95. *num.* 721. *Pax Jordan. dict. tom.* 1. *lib.* 5.
tit. 16. *num.* 72. *& ſeqq. Garc. de Benefic. part.*
5. *cap.* 1. *num.* 650. ubi ita intelligit *Sot. ad hanc
Regul.* & poſt eum *Kochier, ibidem Jorius de
Indulgent. tit. de Jubileo Extraordin. num.* 16.
juxta primam impreſſ. anni 1691. Verum, cum
16 initio Pontificatus ſan. mem. *Alexandri VIII.* ex-
puncta fuerit a Regula dictio *per ipſum*, hinc
hodie, tam ejuſdem Regulæ vigore, quam ſu-
pralaudati Decreti Sacræ Congregationis *Indul-
gentiis, Sacriſque Reliquiis* præpoſitæ, conceſſio
novæ Indulgentiæ eſt irrita, ſive ab eodem, ſi-
ve ab anteceſſoribus Pontificibus conceſſæ fuerint
aliæ Indulgentiæ. Quod, & a me de his om-
nibus certioratus, obſervavit *Jorius loco citat.* in
ſecunda Impreſſione. Et ita ſervatur in Secreta-
ria Brevium, quamvis in expeditionibus Indul- 17
gentiarum, quæ fiunt per Cameram, adhuc ſer-
vetur ſtylus antiquus in extenſione hujus clauſu-
læ, & apponitur, ut prius dictio *per ipſum*; ſed
bonum eſſet demandare illius Officialibus, ut ſe
conforment huic Regulæ, Decreto a Summo Pon- 18
tifice approbato, & ſtylo Secretariæ Brevium.

Quæro extra Regulam, an, & quomodo ſint
computandi dies pro Indulgentiis conſequendis? 19
In Congregat. particulari ſuper celebratione An-
ni Sancti 1700. in qua interfuere *Card. Carpineus,
Spada, S. Clementis, & Panciaticus,* nec non *R.
P. D. de Bellis Epiſcopus Melphicten. Vicegerens,
Præfectus Palatio Apoſtolico, Bertus, D. Sacri-
ſta, & Magiſter S. Palatii* propoſita fuerunt duo
ſequentia Dubia -- I. *An viſitatio quatuor Eccle- 20
ſiarum pro conſequutione Jubilei fieri debeat in
uno tantum die, vel poſſit fieri interpolate in plu-
ribus, ſcilicet una, vel duæ in una tantum die,
& altera in ſequenti, dummodo per triginta, vel
reſpective quindecim dies, ſingulæ quatuor Baſili- 21
cæ viſitentur.* Et II. *An dies in Bulla expreſſus
intelligatur de media nocte ad aliam mediam no-
ctem, ſeu a primis Veſperis unius diei uſque ad
occaſum Solis diei ſequentis, vel a crepuſculis
matutinis ad ſerotina ejuſdem diei?* Super qui-
bus pro ſcibiliori ſtudio cl. mem. *Card. Panciatici*
hæc adnotavi.

„ Duæ diverſæ Quæſtiones diſcutiendæ pro-
„ ponuntur. Prior, an Viſitatio quatuor Eccle-
„ ſiarum fieri debeat in una tantum die, vel poſ-
„ ſit fieri interpolate in pluribus. Et altera, an,
„ & quomodo computanda ſit iſta Dies, an de
„ Veſpere ad Veſperam, ſeu de media nocte
„ ad mediam noctem, ſeu a Crepuſculis &c.

„ Quoad primam; Etſi *Jo. Monachus ſuper
„ Extravag. Antiquorum, de Pænit. & Remiſſ.* 22
„ *verb. Et ſaltem ſemel in die* affirmet, poſſe Vi-
„ ſitationem fieri interpolatis temporibus, ibi --
„ *Poſſet etiam eſſe interpolatio, ut ſemel in die
„ vadam ad S. Petrum dumtaxat, & alia die
„ continue, ſeu interpolate ad S. Paulum dumta-
„ xat, & tunc iſta duæ itinerationes erunt pro
„ una Die,* referens ita fuiſſe in Conſiſtorio ea
„ verba interpretata per ſan. mem. *Bonifacium
„ VIII.* Nihilominus hodie apud omnes fere
„ Authores contraria invaluit opinio, quod 23
„ nempe Viſitatio unica Die explenda veniat,
„ & moventur; tum ex verbis Bullæ Jubilei,
„ ibi -- *Qui quatuor Eccleſias ſemel in die viſi-
„ taverint* -- tum a praxi, quæ ſervatur ab Om-
„ nibus, tum demum ex declaratione, quam
„ emiſit ſan. mem. *Gregorius XIII.* petente *Ru-
„ tilio Benzono,* tunc temporis Canonico Theo-
„ logo Baſilicæ Vaticanæ, ut teſtatur ipſemet
„ *Benzonius in Oper. de Anno Jubilei cap.* 15. *dub.
„* 5. *Olimp. Riccius de Jubileo univerſal. cap* 117.
„ & poſt *Navarr.* referentem eamdem Decla-
„ rationem, *Boſſius de Jubileo ſect.* 4. *caſ.* 8.
„ *num.* 11. *& ſeqq. pagin.* 349. *Lavor. eod. Tract.
„ part.* 3. *cap.* 17. *num.* 5. *Paſſerin. de Indul-
„ gent. quæſt.* 49. *num.* 363. *Barboſ. in Extra-
„ vag. Unigenitus num.* 8. *de Pænit. & Remiſſ.
„ Paſqualig. de Jubil. quæſt.* 85. *per tot.* ubi
„ plures alios laudat Doctores, & huic ad-
„ hæret Sententiæ propter praxim ab ipſis Pon-
„ tificibus ſervatam, licet contrariam in jure
proba-

Google

24 „ probabilem exiſtiment *Pignatell. de Anno*
„ *Sancto cap. 8. dub. 8. circa finem pagina mi-*
„ *hi* 189.
25 „ Quoad ſecundam Quæſtionem diſcuſſam
„ etiam tempore ſan. mem. *Clementis X.* anno
„ 1675. in duas dividuntur Claſſes moderni Au-
„ thores. Etenim *Olimpius Ricci dict. cap.* 117.
„ *& Pignatell. dict. cap. 8. num. 46. pag. mihi*
„ 215. a media nocte ad mediam noctem Diem
„ computandum eſſe, cenſuerunt, & ita pro ma-
„ jori Votorum parte reſolutum fuit in Con-
„ gregatione, tunc habita coram Eminentiſſimo
„ Urbis Vicario; & conferunt ea, quæ in ter-
26 „ minis Jubilei Communionis Generalis pro ſin-
„ gulis menſibus conceſſi, advertit *Quintanad-*
„ *veñas in Theolog. moral. in Appendic. tract.* 1.
27 „ *dub.* 3. Contra vero, poſſe Diem computari
„ a primis Veſperis uſque ad veſperas Diei ſe-
„ quentis, exiſtimarunt *Card. de Luc. in Miſcel-*
„ *lan. Diſcurſ. 42. in ſupplem. Phœbeus de anno*
„ *Jubilei part. 3. cap. 15. pag.* 241. ubi, quod
„ propter Opinionum varietatem, placuit ſan.
„ mem. *Clementi X.* rem a nova declaratione im-
„ munem, prudentiali arbitrio, ut hactenus, di-
„ mittendam fore, *Jorius de Indulgent. part. 4.*
„ *quæſt. 17. de Jubileo Romano n. 24. pag. mihi*
„ 196. *juxta ſecundam impreſſionem.*
„ Poſterioris hujus Sententiæ, cui magis ad-
„ hæreo, quatuor ſunt præcipua fundamenta.
28 „ Primum, quod cum Dies diverſis modis acci-
„ piatur, nempe pro artificiali, civili, legali,
„ conventionali, & Eccleſiaſtico, dicendum vi-
„ detur, quod in Bulla Jubilei, non alio ſenſu
„ ſumatur, quam pro die Eccleſiaſtico nam ubi
„ agimus de Indulgentiis, Officiis, & aliis Ec-
29 „ cleſiaſticis Ritibus, diem ſervamus ſecundum
„ diſpoſitionem Eccleſiæ, in cæteris vero at-
„ tendimus morem Romanum, ut poſt *Bartol.*
„ *in Leg. More Romano in princip. ff. de Feriis,*
„ ait *Surd. conſil. 518. num.* 8. Iſte autem dies
30 „ Eccleſiaſticus non eſt uniformis, ſed quinque
„ modis reſpectu diverſorum effectuum conſide-
„ ratur, nempe reſpectu eſus Carnium, reſpe-
„ ctu operum ſervilium, reſpectu SS. Ordina-
„ tionum, reſpectu divinorum Officiorum, &
„ reſpectu Indulgentiarum. Quidquid autem ſit
„ quoad alios effectus, quantum attinet ad In-
31 „ dulgentias, conveniunt omnes, Diem compu-
„ tari a veſperis Vigiliæ, uſque ad Veſperas Diei
„ ſequentis, per *Text. in Clem. 1. in fin. verſic.*
„ *In primis, de Reliqu. & Vener. Sanct. Gloſſ. in*
„ *Cap. Alma Mater §. Adjicimus verb. Aſſump-*
„ *tionis, de Sentent. Excomm. in 6. Caſtrenſ. in*
„ *Leg. More Romano num. 2. verſic. Eſt, & quin-*
„ *ta dies Eccleſiaſtica, & ibidem, Jaſon. num.*
„ *5. verſic. Quinta eſt dies ff. de Feriis, Scacc.*
„ *de Judic. lib. 2. cap. 3. num. 307. Tiraquell. de*
„ *utroque Retract. §. 1. Gloſſ. 11. num. 3. La-*
„ *vor. var. lucubrat. tit. 1. cap. 6. num. 74. Fer-*
„ *moſin. ad titul. de Feriis cap. 2. quæſtion. 1.*
„ *num. 9. Antonell. de Tempor. legal. lib. 1. cap.*
„ *3. num. 37. & ſeqq. Rot. deciſ. 98. num. 9. &*
„ *13. part. 19. Recent.* Et generaliter eſt *Text.*
„ *in Cap. 1. Extrav. de Fer. & ibidem Piring.*
32 „ *num. 5. & 6.* unde cum habemus caſum præ-
„ ciſum, quomodo intelligatur Dies in Indul-
„ gentiis, nulla ſubeſſe videtur ratio, cur idem
„ non ſit in Indulgentiis Anni Sancti obſervan-
„ dum.
„ Nec ſubſiſtit reſponſio *Pignatelli, & Riccii,*
33 „ quod in conceſſione aliarum Indulgentiarum,
„ expreſſe diſponatur, Diem durare a primis
„ Veſperis uſque ad Occaſum Solis diei ſe-
„ quentis. Quia expreſſio illa non inducit ali-
„ quid novi, ſed tantum id, quod ineſt de ju-
„ re, magis aperte continet, cum etiam ſine
„ tali declaratione inciperent Indulgentiæ a pri- 34
„ mis Veſperis, & durarent uſque ad Veſperas
„ Diei ſequentis, juxta computationem Diei Ec-
„ cleſiaſtici, quam faciunt mox laudati Doctores,
„ tam in conceſſione Indulgentiarum, quam in
„ recitatione Officii Divini.
„ Secunda ratio deſumitur ex eo, quod Por- 35
„ tæ Sanctæ aperiuntur in Vigilia Nativitatis
„ Domini Noſtri Jeſu Chriſti ante Veſperas, &
„ clauduntur in ſubſequenti pervigilio ejuſdem
„ Nativitatis poſt Veſperas, nempe circa Solis
„ occaſum, ergo Diei initium ad hunc effectum
„ a primis Veſperis regulatur, ut bene perpen-
„ dunt *Card. de Luc. d. diſc. 42. num. 9. ver-*
„ *ſic. Tertio magis ad rem, Phœbeus dict. cap. 16.*
„ *pag. 242. Jorius loco ſupra laudato,* & ex 36
„ puncto aperitionis Portarum Sanctarum inci-
„ piunt Indulgentiæ, *Quintanadueñas in Appen-*
„ *dic. Tract. 8. dub. 5. a num. 2. & ſeqq.* Alias
„ ſequeretur, quod Jubileum non inciperet ab
„ inſtanti aperitionis Portarum Sanctarum, hoc
„ eſt ante Veſperas, ſed poſt mediam noctem
„ ejuſdem Diei, & protrahi deberet uſque ad
„ mediam noctem pervigilii anni ſubſequentis.
„ Tertio, quia paſſim Viri docti, & pii ſic 37
„ ſervare ſolent in viſitatione ſeptem Eccleſia-
„ rum Urbis, viſitando ſero antecedenti Eccle-
„ ſiam S. Petri, & ſequenti die cæteras Eccle-
„ ſias, ut omnibus notum eſt, & teſtantur *Card.*
„ *de Luc. dict. diſcurſ. 42. num. 2. verſic. 20. Jo-*
„ *rius d. cap. 17. ſub num.* 24. Et licet pro vi-
„ ſitatione ſeptem Eccleſiarum, certæ Indulgen- 38
„ tiæ ſcriptæ non reperiantur, tamen pia tradi-
„ tio eſt, quod plurimas lucrantur Indulgentias
„ ii, qui hoc pium iter peragunt. Et adeſſe In-
„ dulgentiam plenariam, affirmat *Petrus Fulvius,* 39
„ quem refert *Abbas Piazza de ſeptem Urbis Ec-*
„ *cleſiis pag. mihi* 17.
„ Et quartu demum, quia nulla lex prohi- 40
„ bet, quin dies pro lucrando Jubileo Romano
„ computari poſſit a Veſperis diei præcedentis,
„ unde locum ſibi vindicat vulgata juris Regula,
„ *quare ſtare non debet, quod fieri non prohibe-*
„ *tur?* Nullum ex hac praxi reſultat abſurdum, 41
„ aut inconveniens, immo ob intermediam no-
„ ctis quietem, major commoditas pro Peregri-
„ nis, Senibus, Mulieribus, & iis, qui pedi-
„ bus ſe portant ſuis, creſcitque devotio, quia
„ incipit a die antecedenti, *Card. de Luc. dict.*
„ *Diſcurſ. 42. n. 7. & 8.* & in proximis terminis,
„ *Paſqualig. de Jubil. quæſt. 85. num. 7.* „ Hacte-
nus Diſcurſus.

His diſcuſſis in præfata Congregatione parti-
culari ſub *die 25. Februarii* 1700. nulla adfuit
difficultas circa primum punctum, & dictum, 42
non poſſe fieri interpolate unicam viſitationem in
pluribus Diebus. Sed quoad ſecundum Dubium,
quatuor ex DD. qui Congregationi interfuerunt, 43
dixere, computandum eſſe diem a media nocte
ad mediam noctem, *nempe Card. Carpineus, Spa-*
da, & S. Clementis, ac Abbas Bonaventura.
Sex a primis Veſperis, ad alias Veſperas, nem-
pe *Card. Panſiaticus, de Bellis, Bertus, Magiſter*
Sac. Palatii, Sacriſta, & Præfectus Palatio Apoſto-
lico; Duo alii mediam quandam amplexi ſunt
ſententiam. Scripſere poſtea quinque Theologi,
& excepto *P. Careno* e Societate Jeſu, reliqui om-
nes cenſuerunt, ſumendam eſſe Diem a media nocte
ad

ad mediam noctem. Unde re ad ſa. me. Innocentium XII. relata per clar. mem. Card. Carpi-
44 neum Vicarium, Sanctitas Sua approbavit quinque Theologorum opinionem, ac illorum quatuor e Congregatione deputata, qui in eodem ſenſu fuerunt. Et ſub *die 6. Martii* 1700. prodiit Edictum, in quo hæc Pontificia determinatio publicata fuit his verbis — *Che l'intiera Viſita delle quattro Baſiliche debba farſi in un giorno contenuto nello ſpazio di 24. ore, ed incominciare, e finire da una mezza notte all' altra.*

REGULA LIV.

De Indulgentiis conceſſis ad inſtar.

ITem voluit idem D. N. quod Literæ ſuper Indulgentiis non expediantur ad inſtar, niſi ſpecificentur.

ARGUMENTUM.

INdulgentias ad inſtar aliarum, quibus nonnullæ gaudent Eccleſiæ, aliquando per Pontifices alteri Eccleſiæ, vel Loco Pio conceſſas, priſcis etiam temporibus Succeſſores revocare conſueverunt, & refertur Conſtitutio generalis ſimilium Indulgentiarum revocatoria, a *Boniſacio IX.* promulgata. Sed *Martinus V.* Regulam edidit Cancellariæ a Succeſſoribus deinde eorum Regulis magis laconice inſertam, qua mandavit, Literas ſuper Indulgentiis non expediri *ad inſtar*, niſi ſpecificentur. Vix tamen Regula hæc in praxi ſervatur, cum paſſim ei Pontifices derogare ſoleant. Agitur de Jubileo, quo Eccleſia S. Jacobi Compoſtellarum ex Indulto quodam *Alexandri III.* gaudere contendebatur *ad inſtar* Jubilei Romani annis illis, quibus Feſtivitas ejuſdem Sancti eveniret die Dominico, quod Indultum tanquam de illegalitate ſuſpectum, confirmare noluit ſan. mem. *Clemens XI.* a quo tamen Eccleſiæ præfatæ conceſſa fuit Indulgentia Plenaria perpetua cum facultate Confeſſariis in ea exiſtentibus abſolvendi a caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, præter quam in Bulla Cœnæ, necnon commutandi Vota, exceptis Votis utriuſque Peregrinationis, ac Caſtitatis, & Religionis; & hac occaſione oſtenditur, qua circumſpectione primis Eccleſiæ Seculis Indulgentiæ a Romanis Pontificibus concedebantur; quis fuerit Jubilei anni Sancti primus Inſtitutor, & ex quibus argumentis dignoſcatur, Pontificiam aliquam Conſtitutionem Apocrypham eſſe.

SUMMARIUM.

1 *Indulgentias a Romanis Pontificibus alicui Eccleſiæ conceſſas* ad inſtar *aliarum, quæ alteri Eccleſiæ conceſſæ reperiuntur, Succeſſores regulariter revocare conſueverunt.*

Et refertur Generalis Conſtitutio hujuſmodi Indulgentiarum revocatoria a Boniſacio IX. edita. ibid.

2 *Regula LIV. Cancellariæ edita primo fuit a* Martino V. *deinde magis laconice a Succeſſoribus eorum Regulis inſerta.* & n. 3.

4 *Ac ſuper ea plene ſcripſit* Paſſerin. de Indulgent.

5 *Diſpoſitioni Regulæ paſſim a Pontificibus derogatur.*

6 *Requiritur tamen, quod derogatio ſit expreſſa.*

7 *Eccleſiæ Compoſtellanæ indulſit* Alexander III. *ut anno, quo Feſtum S. Jacobi eveniret die Dominico, Chriſtifideles eam viſitantes, fruerentur Jubileo* iiſdem modo & forma, qua Eccleſia Romana habet.

Refertur inſtantia a Capitulo Compoſtellano ſan. mem. Clementi XI. *facta pro confirmatione Indulti præfati, ac declaratione, quod ſub eo comprehendatur facultas commutandi Vota, aut pro gratia conceſſionis ejuſdem facultatis ex integro* ibid.

Et quid reſolutum a Sac. Congregatione Sanctiſſ. Inquiſitionis, ad quam inſtantia remiſſa fuit. num. 68.

Ponderantur plures circumſtantiæ ſuadentes, Bullam Alexandri III. *eſſe legalem, & non apocrypham.* n. 11. & ſeq.

Et exponuntur itidem argumenta, ex quibus evincitur, Bullam præfatam eſſe Apocrypham, nec non contrariis argumentis reſpondetur. nu. 33. & ſeq.

8 *Valida eſt Votorum commutatio reportata ab iis Confeſſariis, qui neceſſaria facultate præditi communiter exiſtimabantur.*

Quemadmodum ſtante communi reputatione, valida eſt abſolutio Sacramentalis impertita a Sacerdotibus non approbatis, vel Confeſſariis deſtitutis facultate abſolvendi a reſervatis. n. 9.

9 *Diſpoſitio* Text. in leg. Barbarius ff. de Offic. Præt. *procedit etiam in materia ſpirituali.*

10 *Pontifices confirmare non dedignantur Conſtitutiones, & Privilegia ab Anteceſſoribus conceſſa, quoties abſit ſuſpicio falſitatis, & maxime, ſi de eorum obſervantia conſtet.*

12 *Verificata legalitate Bullæ, aut Privilegii in partibus ſubſtantialibus, & in reliquis verificata præſumitur.*

13 *De Indulgentiis anno* 1093. *ab Urbano II. conceſſis viſitantibus nonnullis anni diebus Eccleſiam S. Mariæ Bantini Monaſterii Ordinis S. Benedicti ad Cavam Matellianam.*

Hujuſmodi tamen Indulgentiarum Diploma falſum

falſum exiſtimat Morinus. num. 54.

14 *Veriſimilitudini in materia probationum multum defertur.*

15 *Quemadmodum & Hiſtoricorum teſtimonio.*

16 *Jubileum Compoſtellanum non comprehendi ſub generali Indulgentiarum ſuſpenſione indici ſolita a Pontificibus tempore Jubilei Romani, declaravit Sixtus V.*

Sed declarationem hanc non præſeferre approbationem Jubilei Compoſtellani, oſtenditur. n. 62.

17 *Enunciativa circa Privilegium aliquod emiſſa a Principe facultatem habente illud de novo concedendi, ejuſdem Privilegii legalitatem evincit.*

18 *Ex centenaria alicujus Privilegii obſervantia depromitur argumentum illius legalitatis.*

Centenaria obſervantia apta eſt meliorem titulum de Mundo producere. ibid.

20 *Jubilei Anni Sancti Urbis, quis primus fuerit Inſtitutor?*

21 *Primis Eccleſiæ Seculis Indulgentias plenarias non adeo frequenter, ut in poſterioribus, Pontifices elargiri conſueverunt,* & n. 19. 40. & 56.

22 *Sed referuntur nonnulla exempla hujuſmodi Conceſſionis.* & n. 24.

23 Stationes *Romanæ, Indulgentias plenarias continent, & quis primo illas inſtituit?*

25 *Jubilei Compoſtellani vigore, an competeret Confeſſariis facultas commutandi Vota?* & n. 26.

26 *Indulgentia plenaria in quo differat a Jubileo?*

27 *Jubileum Anni Sancti Urbis implicitam olim, ut modo expreſſam, continebat facultatem commutandi Vota.*

29 *Constitutiones Apoſtolicæ ita ſunt interpretandæ, ut earum diſpoſitio eluſoria non remaneat.*

30 *Et pro illarum interpretatione plurimum obſervantia defertur.*

31 *Obſervantia itidem bene declarat, quæ facultates ſint vigore Jubilei Confeſſariis conceſſæ.*

32 *De Indulto a ſan. mem.* Innocentio XII. *conceſſo Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ S. Michaelis Arcangeli de Monte Gargano deputandi certis anni temporibus Confeſſarios ab Ordinario approbandos, cum facultate abſolvendi a reſervatis, & commutandi Vota, ejuſdemque Indulti amplatione facta a ſan. mem.* Clemente XI.

33 *Seculo etiam XII. Pontificum mos erat eorum Bullis prius Nomen proprium inſcribere, & poſtea clauſulam addere* Ad perpetuam rei memoriam.

Et ex prælatione ejuſdem Clauſulæ proprio Nomini redditur Bulla de falſitate ſuſpecta. ibid.

34 *Jubileum quoad nomen ignotum erat ante ſeculum XIV.*

35 *Primuſque ex Pontificibus, qui Jubilei nomen uſurpavit fuit* Clemens VI. *electus an.* 1304.

36 *Et ex Scriptoribus, Cardinalis Stephaneſius* Bonifacii VIII. *Nepos.*

37 *Incertum quoque ante Seculum præfatum erat Jubileum quoad ſubſtantiam, reſpectu nempe quantitatis Indulgentiarum, ac temporis earum durationis.* & n. 38.

40 *Seculo XII. non conſuevere Pontifices Indulgentias locales, adnexas nempe Eccleſiis, de facili concedere, & illæ, quas elargiebantur, vix unius anni terminum excedebant.* & n. 36.

Dictaſque Indulgentias Eccleſiæ a ſe conſtructæ concedere noluit ſan. memor. Gregorius VIII. ibid.

41 *Liberales tamen erant in concedendis Indulgentiis perſonalibus, iis nempe, qui pro expeditione Terræ S. arma ſumebant.* & n. 55.

42 *Sed* Alexander III. *qui eodem ſeculo vixit, Indulgentiam tantummodo duorum annorum ſumentibus Arma contra Hæreticos, elargitus fuit.*

43 *Clauſulæ in Litteris Indulgentiarum apponi ſolitæ vigore Regulæ LIII Cancellariæ* - quod ſi Eccleſiæ, vel Cappellæ &c. -- *Auctor fuit* Martinus V. & n. 44.

45 *De falſitate ſuſpecta eſt Conſtitutio Pontificis, ſi contineat ſigillum, aut Signum diverſum ab iis, quibus in aliis Conſtitutionibus uti conſueverat.*

47 *Eademque ſuſpicione laborat Conſtitutio edita Seculo XII. quæ* Datam *habeat numeris Abacalibus, ſeu Ziffris Arabicis ſcriptam.* & num. 48.

Redditur ratio, quia numeri præfati non adhuc dicto Seculo noti erant in Europa. dict. num. 47.

49 *Error in* Indictione *argumentum eſt falſitatis Pontificiæ Conſtitutionis, quemadmodum, & cujuſcumque ſcripturæ.* & n. 51.

50 *Enumerantur ſingulæ Indictiones, quæ currebant ab anno 1170. uſque ad annum 1180.*

52 *Reddit pariter de falſitate ſuſpectam Pontificiam Conſtitutionem error circa annos Pontificatus.*

53 *Concurſus Peregrinorum ad Compoſtellanam Eccleſiam etiam Seculo XII. potius quam pro lucrando Jubileo, ſequebatur pro redimendis Pœnitentiis Canonicis, quæ tunc temporis erant in uſu, & referuntur exempla.*

57 *Indulgentias a Sancto Sylveſtro Papa Eccleſiæ Lateranenſi conceſſas, & deſcriptas in Tabula quæ vocatur* Magna, *Apocryphas declararunt Sacræ Congregationes Sanctiſſimæ Inquiſitionis, & Indulgentiarum.*

58 *Quemadmodum & Apocrypha a nonnullis exiſtimatur Indulgentia perpetua conceſſa ab* Alexandro III. *Eccleſiæ S. Marci Venetiarum.*

61 *Argumentum Apocryphæ qualitatis alicujus antiqui Privilegii eſt, ſi de illo veteres Scriptores non meminerunt.*

63 *Indulgentiæ, qua circumſpectione ad præſcriptum Concilii Tridentini ſunt concedendæ?*

64 *De Indulgentiis Abatiæ Caſemarii conceſſis, & a Julio II. confirmatis.*

65 *Indulgentiæ, ſuper quibus probabile emergit dubium, quod apocryphæ ſint, non expedit, quod a Sede Apoſtolica confirmentur, nec cum clauſula* Supplentes &c.

66 *Monachis Monaſterii S. Petri de Roden. ſupplicantibus pro obſervantia cujuſdam Privilegii Urbani II. eorum Eccleſiæ conceſſi, quo elargiebatur Jubileum, quando Feſtum Inventionis SS. Crucis eveniebat die Veneris, quid a Sac. Congregatione Concilii reſponſum fuit?*

PRiſcis etiam temporibus revocare conſueverunt Romani Pontifices Indulgentias a Præ- 1
deceſſoribus alicui Eccleſiæ, vel loco pio conceſſas *ad inſtar* Indulgentiarum, quæ alteri Eccleſiæ, vel loco pio elargitæ fuerant. Id præ aliis explevit *Bonifacius IX.* qui in generali Conſtitutione hujuſmodi Indulgentiam revocatoria ſub *Datum 11. Kalendas Januarii* Pontificatus ſui *anno XV.* anno nempe 1403. edita, hæc ait -- *Item revocamus, & annullamus omnes, & ſingulas Indulgentias, in quibus continetur a pœna, & a culpa; vel a plenaria Indulgentia omnium peccatorum ſuorum, & alias, quæ conceſſæ ſunt ſub formis Indulgentiarum Eccleſiarum Urbis anni Jubilæi,*

Digitized by Google

*Jubilæi, vel Sancti Sepulchri Dominici, S. Mi-
chaelis Archangeli de Monte Gargano, S. Jacobi
in Compoſtella, & S. Marci de Venetiis, S. Ma-
riæ de Angelis, alias in Portiuncula, ac omnes
alias, quæ factæ ſunt ad inſtar Indulgentiarum
quibuſvis aliis Eccleſiis conceſſarum; & volumus,
quod nullius ſint roboris, vel momenti, etiamſi
in Literis Apoſtolicis ſuper dictis Indulgentiis con-
fectis, contineretur talis clauſula, videlicet* -- Etſi
contingeret revocari per Nos Indulgentias in ge-
nere, vel in ſpecie, quod Indulgentiæ ipſæ per
eaſdem Literas conceſſæ, non intelligantur revo-
catæ -- ut apud *Ughell. Ital. Sacr. tom. 7. in Ar-
chiepiſcop. Sypontin. pag.* 1159.

2 Sed *Martinus V.* primus omnium Regulam
Cancellariæ edidit, in qua ita diſpoſuit - *Item
voluit, & ordinavit, quod ſi aliquæ Indulgentiæ
pro Eccleſiis, Hoſpitalibus, aut piis locis ad in-
ſtar Indulgentiarum aliis Eccleſiis, vel aliis lo-
cis conceſſarum, petantur, ſi non plene ſpecifica-
tæ fuerint, literæ non expediantur ſuper illis* --
ut legitur in Regulis ejuſdem Pontificis impreſ-
ſis inter Acta Concilii Conſtantienſis edita ab
Hermanno Wonderhart. tom. 1. pag. 980. Eam-
3 demque Regulam, licet magis laconice concep-
tam, uſque ad hæc noſtra tempora Pontificea
edere conſueverunt.

4 De hac Regula plene agit *Paſſerin. de Indul-
gent. quæſt.* 96. *a n.* 729. ad quem remiſſive me
habeo, cum in Foro non ſit materia uſitata,
5 eoque magis, quia paſſim per Summos Pontifi-
ces illi derogatur, quemadmodum præter exem-
pla a *Paſſerino* congeſta loco mox laudato *num.*
753. ſervatum fuit a ſan. mem. *Innocentio XII.*
qui ſub *die* 11. *Auguſti* 1691. conceſſit Congre-
gationi Benedictinæ Bavaricæ omnes gratias ſpi-
rituales, quibus gaudet Congregatio Caſſinenſis,
addita clauſula -- *Non obſtante noſtra, & Cancel-
lariæ Apoſtolicæ Regula de non concedendis Indul-*
6 *gentiis ad inſtar* -- Derogatio tamen eſſe debet
expreſſa, juxta alteram Cancellariæ Regulam in
ordine *la LXXI.*

Loco tamen Commentarii referre lubet quid
actum fuerit ſuper inſtantia a Capitulo Eccleſiæ
S. Jacobi Compoſtellarum Sedi Apoſtolicæ exhibi-
7 ta anno 1707. pro obtinenda confirmatione cujuſ-
dam Indulti a ſan. mem. *Alexandro III.* ut aſſe-
rebatur, eidem Eccleſiæ conceſſi, ut quoties Fe-
ſtum S. Jacobi eveniret in die Dominico, Chriſti-
fideles eam, quocumque ejuſdem anni tempore vi-
ſitantes, Jubileo *iiſdem modo & forma, quo Roma-
na Eccleſia habet*, frui poſſent. Cum enim orta
fuiſſet dubitatio, an Confeſſarii ab Archiepiſcopo
Compoſtellano dicto anno deputati, facultate gau-
derent vigore præfati Jubilei commutandi Vota,
illis exceptis, quorum commutatio ſoli Papæ in
Bulla publicationis Jubilei Romani reſervatur,
Capitulum præfatum *ſan. mem. Clementi XI.*
ſupplicavit, ut, declaratis validis Votorum Com-
mutationibus uſque tunc factis, dignaretur Apo-
ſtolicæ Confirmationis robur dicto Indulto ad-
jicere cum declaratione, quod ſub Jubileo Com-
poſtellano virtualiter contineretur facultas com-
mutandi Vota, vel ſaltem facultas hæc ex in-
tegro indulgeretur; Remiſſiſque precibus ad
Sac. Congregationem Sanctiſſ. Inquiſitionis, ſe-
quentia ex parte Capituli expoſita fuerunt ratio-
num momenta.

Et primo, quoad declarationem validitatis Com-
mutationum Votorum jam factarum, diceba-
tur, quod validitas præfata, etiamſi ambigi poſ-
ſet de legalitate Indulti *Alexandrini*, vix in du-
bium revocari merebatur, cum Votorum com-
mutationes bona fide expletæ fuerint ab iis Con- 8
feſſariis, quos innumeræ Gentis communis repu-
tatio exiſtimabat neceſſariis facultatibus munitos
vigore laudati Indulti, *ad Text. in leg. Barbarius.
ff. de Offic. Prætor.* cujus legis diſpoſitio locum
ſibi vindicat etiam in materia ſpirituali; ut, lo- 9
quendo de Abſolutionibus Sacramentalibus im-
pertitis a Sacerdote per Ordinarium ad audien-
das Confeſſiones non approbato, vel a Confeſſa-
rio deſtituto facultate abſolvendi a caſibus reſer-
vatis, quique communiter & approbati, & dicta
facultate muniti exiſtimabantur, tradunt *Sanchez
de Matrimon. lib. 3. diſput.* 12. *num.* 4. *& Diſput.*
22. *num.* 65. *Paſſerin. de Indulgent. quæſt.* 72. *n.*
498. *Alter. de Cenſur. tom.* 1. *Diſput.* 5. *lib.* 4. *cap.*
4. *litt. A. Barboſ. de Offic. & Poteſt. Paroch. part.*
2. *cap.* 17. *n.* 25. 27. *& ſeqq. Leſſ. de Juſtit. & Jur.
lib.* 2. *cap.* 29. *Dub.* 6. *n.* 67. *De Angel. de Con-
feſſion. quæſt.* 42. *a n.* 15. *& ſeqq. Sperell. dec.* 30. *n.*
25. *& ſeqq.*

Quo vero ad confirmationem Indulti *Alexan-
drini* inhærebat Capitulum laudabili ſtylo Sedis
Apoſtolicæ, quæ non dedignatur Prædeceſſorum 10
Pontificum Conſtitutionibus, & Privilegiis con-
firmationis robur adjicere, quoties de illorum
legalitate conſtet, præſertim, ſi in viridi ſint ob-
ſervantia. Hinc ad ſuadendam ejuſdem Bullæ le-
galitatem, illo in primis utebatur argumento, 11
uti aiebat ab intrinſeco, quod nempe ſcripta le-
gebatur in pergameno, & conſiſtorialiter ſubſcrip-
ta ab ipſomet *Alexandro III.* necnon a Cardina-
libus tunc Viterbii ſecum degentibus, ſolitiſque
ſigillis juxta Romanæ Curiæ ſtylum munita con-
ſpiciebatur. Concordabat in anno Pontificatus
ejuſdem *Alexandri*, qui ad Petri Cathedram
evectus, *Quinto Nonas Septembris* 1159. ut in
Bullar. Nov. tom. 1. *pag.* 67. patebat, quod juxta
Datam Bullæ *Septimo Kalendas Julii* 1179. De-
cimum nonum ſui Pontificatus annum numerabat;
Concordabat itidem in ſubſcriptione plurium Car-
dinalium cum nominibus eorum, qui tunc in hu-
manis degebant, ut ex combinatione ejuſdem Bul-
læ cum Conſtitutionibus V. & VII. ejuſdem Pon-
tificis impreſſis *Bull. Nov. tom.* 1. Et demum ve-
rificabatur quoad ſpeciales Indulgentias jam pri-
dem viſitantibus Eccleſiam Compoſtellanam con-
ceſſas per *Calixtum II.* alioſque Pontifices, de
quibus teſtimonium perhibet Cardinalis *Baronius
ad annum* 1121. Unde verificata legalitate Bullæ 12
Alexandrinæ in partibus adeo ſubſtantialibus, &
in reliquis cenſeri debebat juſtificata.

Addebantur & extrinſeca argumenta, quorum
primum, quod longe ante tempora *Alexandri III.*
celebre erat Sanctuarium Compoſtellanum prop-
ter eximium Peregrinorum numerum ex toto Or-
be terrarum illuc confluentium pro lucrandis ple-
nariis Indulgentiis a Pontificibus conceſſis; Hinc
factum eſt, quod *Urbanus II.* poſtquam anno
1093. Eccleſiam *S. Mariæ Bandini Monaſterii Or-
dinis S. Benedicti ad Cavam Matellianam* haud
longe ab *Acheruntia*, conſecravit, cupiens illam
Eccleſiæ Theſauro ditare, voluit, quod Chri-
ſtifideles dictum Monaſterium certis anni tem- 13
poribus viſitantes, *omnibus gauderent Indulgen-
tiis plenariis perpetuis, & temporalibus, Gratiis,
& remiſſionibus, quibus gaudet perſonaliter Civi-
tas, & Eccleſia S. Jacobi de Compoſtella*, ut ex
veteri monumento apud *Ughell. Ital. Sacr. in
Archiepiſcop. Acheruntin. pagin.* 40. *&* 41. *Ba-
ron. ad annum* 1692. *num.* 11. *pag.* 637. *litt. C. &
D., Phæbeus de Anno Jubil. part.* 1. *cap.* 2. *pag.* 12.

Unde nil veroſimilius, quod poſtea *Alexander*
III. qui Eccleſiam Compoſtellanam, jam plena-
riis Indulgentiis ditatam, majoribus exoptavit
ſpiritualibus gratiis ornare, indulſerit, quod Chri-
ſtifideles eam viſitantes annis illis, in quibus Fe-
ſtivitas S. Jacobi eveniret in die Dominico, con-
ſequi poſſent Jubileum *eiſdem modo, & forma,*
quibus Eccleſia Romana habet; Veriſimilitudo enim
14 non leve præſefert argumentum legalitatis Privi-
legii, eique multum in materia probationum de-
fertur, *ad Text. in leg. Stipulationibus ff. de Regul.*
Jur. Mantic. de Conject. lib. 3. tit. 19. n. 2. Rot. de-
ciſ. 34. n. 42. cor. Cerro.

Secundum, quia Bullæ *Alexandrinæ* tenorem
exſcripſit *Caſtropal. Oper. Moral. Tractat. 24. diſ-*
put. unic. punct. 12. §. 2. *num.* 1. Et de ea meminе-
re *Mondez. de Jubil. Compoſtell. Gloſſ.* 12. *& ſeqq.*
per tot. Jorius de Suffrag. & Indulgent. part. 5.
quæſt. 18. *num.* 1. *verſ. Poſtmodum, Gobat. Oper.*
moral. tom. 2. tract. 3. cap. 2. num. 1. Porro Scrip-
15 torum aſſertionem circa Privilegii exiſtentiam,
ſi illius veritas in dubium ab iis non revocetur,
valde conducere ad ejuſdem Privilegii legalita-
tem, loquendo de altero Privilegio ab eodem
Alexandro III. conceſſo, dixit *Rot. dec. 396. n.*
12. part. 5. Recent.

Tertium depromebatur argumentum ex decla-
16 ratione per ſpeciale Breve emiſſa a ſan. mem. *Six-*
to V. quod Jubileum Eccleſiæ Compoſtellanæ con-
ceſſum, non cenſetur comprehenſum ſub generali
Indulgentiarum ſuſpenſione indici ſolita a Ponti-
ficibus tempore Jubilæi Romani, de quo Brevi
teſtimonium perhibent *Caſtropal. dict. punct.* 12. §.
1. *n.* 8. *Gobat. Oper. Moral. tom. 2. Tract. 3. cap. 9.*
pag. mihi 71. litt. K L. Jorius de Suffrag. & Indul-
gent. d. quæſt. 18. num. 9. Si enim *Sixtus V.* qui
certo poterat Eccleſiæ Compoſtellanæ Jubileum
ad inſtar Jubilei Anni Sancti Urbis ex integro
concedere, ſtatuit, illud generali ſuſpenſioni In-
dulgentiarum obnoxium non eſſe, per neceſſarium
antecedens præſuppoſuit ejuſdem Jubilei Compo-
ſtellani veritatem, quemadmodum in debilioribus
17 terminis, ſemel ac Pontifex in ſuis Literis Privi-
legium aliquod enunciat, enunciativa hæc ſatis
evincit ejuſdem Privilegii legalitatem, dum ad
Pontificem ipſum principaliter ſpectat Privilegia
elargiri, ad tradita per *Rot. deciſ. 911. num. 4. co-*
ram Dunoz. Jun. & deciſ. 250. num. 8. & ſeqq. co-
ram Cerro, cum aliis *in Marſeen. ſeu Nullius Ju-*
riſdictionis ſuper bona jure 3. Junii 1700. §. Non
obſtante, coram Muto.

18 Poſtremo innitebatur Capitulum obſervantiæ
plurium Seculorum, in quibus anno quolibet,
quo Feſtum S. Jacobi in die Dominico celebrari
contigit, Jubileum ad formam Anni Sancti Ur-
bis publicatum fuit, eoque innumeræ Gentes in
Domino gaviſi ſunt. Porro, ſi, ut ajebat, ſola
centenaria obſervantia quamcumque meliorem ti-
tulum de mundo producit, longe potiori jure ob-
ſervantia eadem per plura Secula vigens apta eſſe
deberet ad abſtergendam quamcumque ſuppoſi-
tionis maculam ab Indulto *Alexandrino*, per ea,
quæ firmant *Gratian. diſcept. 951. n. 8. & 9. Pe-*
regrin. conſ. 64. n. 19. lib. 1. Rot. deciſ. 122. n. 4.
coram Arguelles, & in Hydruntina Fideicommiſſi
4. Junii 1700. §. Tertio denique, coram clar. mem.
Card. Caprara.

Nec ad impingendam illegalitatis notam Bul-
19 læ *Alexandri III.* exiſtimabat Capitulum Com-
poſtellanum momenti eſſe, quod tempore lau-
dati Pontificis non adhuc inſtitutum erat Jubileum
Romanum, cujus primum Auctorem fuiſſe per-
hibetur *Bonifacium VIII.* qui longe poſt Pontifi-
catum obtinuit. Quodque tunc temporis Indul-
gentias adeo ſpeciales Sedes Apoſtolica elargiri
non conſueverat.

Siquidem reſpectu primi Inſtitutoris Jubilei
Romani, etſi Doctores in diverſas abierint ſen- 20
tentias, dum alii *D. Sylveſtrum*, alii *S. Grego-*
rium M. alii *Bonifacium VIII.* agnoſcant. Recep-
tior tamen opinio eſt, quod Jubileum antiquiſſi-
mum ſit in Eccleſia Dei, ſolumque *Bonifacius*
VIII. illud confirmaverit, & in ſcriptis redege-
rit, ut oſtendit *Extravag. Antiquorum, de Pæ-*
nit. & Remiſſ. ab ipſo *Bonifacio* edita; & *Joan-*
nes Monachus Cardinalis in eadem *Extravag.* te-
ſtatur, ex ipſius Bonifacii ore audiviſſe, ſe ad
hujuſmodi Conſtitutionem edendam impulſum,
quia vulgatum erat, quod talis Indulgentia in
annis centeſimis a Nativitate Chriſti *olim concedi*
ſolebat, magiſque communiter tradunt *Navar. in*
Comm. de Jubil. & Indulgent. Notabil. 1. n. 11. &
Notab. 7. num. 4. Rutil. Benzon. lib. 3. de Jubil.
n. 4. ubi, quod Jubileum aderat tempore *Leonis*
II. qui Seculo VII. Pontificatum gerebat, *Gobat.*
Oper. Moral. tom. 2. tract. 3. cap. 2 n. 8. Caſtro-
pal. Oper. Moral. Tract. 24. Diſput. unic. punct.
12. §. 1. n. 2. alii relati *a Phœbeo de Anno Jubi-*
lei part. 1. Cap. 4.

Inveriſimilitudini vero, quod tempore *Ale-* 21
xandri III. Sedes Apoſtolica Indulgentias adeo
ſpeciales elargiri non conſueverat, reſpondebatur,
quod, etiam primis Redemptionis noſtræ Secu-
lis, quandoque inexhauſtus Catholicæ Eccleſiæ 22
Theſaurus per conſimilium æque Indulgentiarum
conceſſionem aperiebatur, dum plenariæ Indul-
gentiæ conceſſio ab ipſomet Apoſtolorum tempo-
re inolevit, ut pandit exemplum relatum *a Lau-*
rentio Beyrlinck. in Theat. vit. Human. tom. 4. litt.
I. pag. 190. poſt Lit. D. Eademque poteſtate de-
inde Romani Pontifices uſi fuerunt. Divus enim
Sylveſter ſub annum 335. viſitantibus Eccleſiam
Lateranenſem, omnium peccatorum remiſſionem
conceſſit, *Roderic. in Bull. Cruciat. §. 8. num. 4.*
& ſeqq. Mend. in eamd. Bull. Diſput. 20. cap. 3.
Phœbeus de Anno Jubilei cap. 2. pag. 11. verſ.
Joannes. Sanctus *Gregorius M.* cum miſiſſet ad
Necaredum Viſigothorum Regem parvam clavem
ſecum habentem portiunculam ferri de Catenis
Divi Petri, illam cum abſolutione ab omnibus
peccatis ſociavit, *Beyrlink d. tom. 4. litt. H. Gon-*
zal. in Cap. 15. de Pœnit. & Remiſſ. Et Stationes
Romanas, quas plenariam quoque continere In-
dulgentiam, inquiunt *Roderic. in Bull. Cruciat.* 23
§. 8. num. 2. & ſeqq. Trullench. in expoſit. Bul-
lar. lib. 1. §. 6. Dub. 1. num. 7. ſolemni ritu idem
S. Gregorius M. inſtituit, ut teſtantur *D. Thom.*
in 4. Sentent. diſt. 20. quæſt. 1. art. 3. Gobat.
Oper. Moral. tom. 2. Tract. 4. cap. 10. num. 113.
pag. 150. Beyrlink. dict. pag. 190. ſub litt. H.
Barthol. a S. Fauſto de Indulgent. & Jubil. lib. 2.
quæſt. 17. verſ. Tum quia Phœb. de Ann. Jubil.
dict. cap. 2. pag. 13. in princip. Inſuper *Ale-*
xander II. occaſione Dedicationis Baſilicæ in
honorem S. Benedicti in Caſſinenſi Monte anno 24
1071. peractæ, plenariam Indulgentiam omni-
bus præſentibus elargitus fuit, *Antic. tom. 8. Diſ-*
put. 20. de Indulgent. ſect. 1. num. 19. Et *Urba-*
nus II. de anno 1095. Indulgentiam quoque ple-
nariam conceſſit Cruce ſignatis, qui ſponte pro
Hieroſolymitana expeditione adverſus Infideles
Orientales arma ſumebant, *Beyrlink dict. tom. 4.*
pag. 191. litt. B. Phœbeus dict. Cap. 2. verſ. Urba-
nus, Similеſque conceſſere Indulgentias *Gelaſius II.*
de

de anno 1118. teſte *Card. Baron. ad dict. Ann. n.* 18. & 19. necnon *Eugenius III. Beyrlink. dict. tom.* 4. *pag.* 191. *ſub litt. B. Gobat. dict. Cap.* 3. *num.* 112. Quemadmodum *Calixtus II.* anno 1119. in Concilio Lateranenſi II. Chriſtifidelibus Imperio Romaniæ opem ferentibus, omnium peccatorum veniam indulſit, *Phœbeus dict. cap.* 2. *pag.* 14. *in fine*; Et demum, aliis omiſſis, ipſemet *Alexander III.* ſub eundem annum 1179. Peccatorum omnium Indulgentiam impertitus fuit illis, qui contra Hæreticos tunc ingruentes arma ſuſciperent, ut teſtantur *Card. Barôn. ad Ann.* 1179. *tom.* 12. *pag.* 740. *litt. E. Mend. in Bull. Cruciat. Diſput.* 1. *Cap.* 4. *ſub n.* 20.

Supplicabat poſtremo Capitulum Compoſtellanum pro declaratione, quod vigore Indulti *Alexandri III.* Confeſſarii facultate gauderent commutandi Vota; Quamvis enim poteſtas hæc non
legatur expreſſe elargita in Bulla ejuſdem Ponti-
25 ficis, qua ratione, eam Confeſſariis non competere, cenſuit *Caſtropal. Oper. Moral. Tract.* 24. *Diſput. unic. punct.* 12. §. 2. *n.* 11. *verſ. Sed prius*, quem ſequuti ſunt *Jorius de Suffrag. & Indulg. part.* 5. *cap.* 18. *ſub n.* 8. *Gobat. Oper. Moral. tom.* 2. *par.* 3. *Cap.* 1. *n.* 2. *verſ. Excipe pag.* 50. Nihi-
26 lominus exhuberabat conceſſio ipſa Jubilei ad effectum, ut quamvis non expreſſa, conceſſa quoque cenſeatur facultas commutandi Vota, nam juxta *Canoniſtarum* ſententiam, Indulgentia plenaria in eo præſertim diſtinguitur a Jubileo, quod per illam deletur reatus pœnæ, quam pro ſatisfactione peccatorum pati deberent Animæ fidelium; per Jubileum vero, ultra remiſſionem prædictam, conceditur etiam Confeſſariis facultas commutandi Vota, ut communiter firmant *Koninck. de Sacram. Diſput.* 12. *num.* 25. *Gobat. Oper. Moral: tom.* 2. *Tract.* 3. *Cap.* 1. *num.* 4. *pag.* 50. *& cap.* 50. *num.* 443. *pag.* 131. *Pax Jordan. Var. Elucubr. part.* 1. *Cap.* 5. *num.* 30. *Jorius de Suffrag. & Indulg. par.* 4. *quæſt.* 17. *num.* 2. *Barthol. a S. Fauſto de Indulg. & Jubil. lib.* 3. *quæſt.* 5. *per tot. Bonacin. de Indulgent. Diſput.* 6. *quæſt.* 1. *punct.* 2. *num.* 5. *Paſqualig. de Jubil. quæſt.* 178. *num.* 7. *Laver. de Indulgent. part.* 2. *cap.* 10. *n.* 76. *Caſtropal. Oper. Moral. Tract.* 24. *diſput. unic. punct.* 12. §. 1. *n.* 3. *Reginald. lib.* 7. *cap.* 13. *ſect.* 2. *num.* 146. *Suarez tom.* 4. *in* 3. *part. Diſput.* 50. *ſect.* 4. *n.* 49.

Potiſſimum quia Eccleſiæ Compoſtellanæ con-
27 ceſſum fuit Jubileum iiſdem modo, & forma, *quo Romana Eccleſia habet.* Jubileum porro Anni Sancti Urbis, implicitam olim, prout modo continere ſolet expreſſam, continuiſſe facultatem commutandi Vota, declaravit idem *Bonifacius VIII.* ſub annum 1300. teſte *Gloſſ.* in laudata *Extravag. Antiquorum de Pœnit. & Remiſſ.* poſt medium ibi -- *Et Papa declaravit, quod Pœnitentiæ antea injunctæ etiam tolluntur per commutationem operis ſatisfactorii hic poſita: dixit etiam, quod Vota, excepto Hieroſolymitano, & ingreſſu Religionis, tolluntur per hanc Indulgentiam* -- Quam *Gloſſam* magni faciendam eſſe, utpote compilatam a *Joanne Monacho Cardinali* vivente tempore ejuſdem *Bonifacii*, monet *Navar.* relatus *ab Amico Diſput.* 2. *de Jubileo ſect.* 6. *dub.* 19. *num.* 158.

28 Quin immo, ſi plenaria Indulgentia cum facultate abſolvendi a Peccatis, etiam in caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, jam longe antea conceſſa reperiebatur per *Calixtum II* Eccleſiæ Compoſtellanæ, ut in Bulla *Alexandrina* legitur: Si *Alexander III* nedum Apoſtolicas gratias jam a Prædeceſſoribus Pontificibus Eccleſiæ Compoſtellanæ conceſſas confirmavit, ſed novas indulgere profitens, Jubileum *iiſdem modo, & forma, quo Romana Eccleſia habet*, eidem Eccleſiæ elargitus fuit, pronum erat intelligere, quod nova hæc conceſſio ſiſtere haud poterat in ſola plenaria Indulgentia cum facultate abſolvendi a reſervatis,
quæ jam elargita reperiebatur, ſed ulterius com- 29
prehendere debet illam commutandi Vota; alias inanis prorſus, & ſuperflua præfata nova conceſſio remaneret, quod utique dicendum non eſt, ad firmata per *Spad. conſ.* 25. *n.* 6. *lib.* 1. *Rot. in Colonien. Canonicatus primæ Gratiæ* 15. *Junii* 1699. §. *Et vere cor. clar. mem. Card. Scotta, &* 2. *Maii* 1701. §. *Quin iterum, cor. Olmo.*

Confovente hanc Bullæ *Alexandrinæ* interpretationem plurium Seculorum obſervantia, ad cujus tramitem, quoties in hac diuturni temporis intercapedine publicatum fuit Compoſtellanum Jubileum, Confeſſarii per Archiepiſcopos deputati, Vota omnia, exceptis Apoſtolicæ Sedi reſervatis, commutarunt; Obſervantia autem hæc fida
eſt Pontificiarum Conſtitutionum interpres, & 30
talis præſumitur illarum intelligentia, qualem diuturnus uſus comprobavit, *ad Text. in Cap. Cum dilectus, de Conſuetudine* ibique communiter *Canoniſtæ*: & in terminis, quod obſervantia, plu-
rimum deſerviat pro interpretando Jubileo, etiam 31
ad effectum in eo includendi facultatem commutandi Vota, tradit *Suarez de Relig. tom.* 2. *lib.* 6. *Cap.* 16. *ſub n.* 17.

Cæterum, tametſi vigore Jubilei Compoſtellani non competeret Confeſſariis facultas commutandi Vota, ſupplicabat adhuc Capitulum pro conceſſione ejuſdem facultatis *ex integro*, quam Gratiam promereri videbatur ingens multitudo Fidelium, qui ad viſitandam Eccleſiam Compoſtellanam annis illis, quibus Jubileum celebrari conſuevit, ex omnibus Mundi partibus confluunt, eorumque plurimi firma ſpe ducti, obtinendi commutationem Votorum; Unde, ne ſpe præfata fruſtrati remanerent, neve ſucceſſivis temporibus minueretur Fidelium concurſus quoties publice innoteſceret, facultatem prædictam, cæteroquin per tot Secula nunquam in dubium revocatam, in Confeſſariis deficere, abbrevianda non erat Pontificia manus in ejuſdem facultatis conceſſione, & ſequenda in hujuſmodi ampliatione veſtigia ſan. mem. *Innocentii XII* qui Canonicis
& Capitulo Collegiatæ Eccleſiæ S. Michaelis Ar- 32
changeli de Monte Gargano indulſit, ut perpetuis futuris temporibus eligere poſſent quatuor Canonicos Sacerdotes ejuſdem Collegiatæ in Pœnitentiarios, cum ampla facultate temporibus dumtaxat Quadrageſimæ, & Octavæ Paſchatis Reſurrectionis, necnon ſingulis annis ejuſdem S. Michaelis Archangeli feſtivitatibus, cum ſuis Octavis incluſive, Sacramentales Confeſſiones audiendi, & abſolvendi a caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, exceptis tamen contentis in Bulla Cœnæ, & cum poteſtate quoque commutandi Vota in alia pietatis opera, exceptis Votis Ultramarino, Viſitationis Sacrorum Liminum, S. Jacobi de Compoſtella, Caſtitatis, & Religionis, ut ex Brevi ſub *Datum apud S. M. Majorem ſub Annulo Piſcatoris die* 8. *Septembris Pontificatus ejuſdem ſan. mem. Innocentii XII. anno ſexto.* Quod Indultum, per alias Literas Apoſtolicas ſimiliter in forma Brevis, prævio Voto Sac. Congregationis Concilii edito *die* 19. *Aprilis* 1704. ſan. mem. *Clemens XI.* extendit ab Octava Paſchatis Reſurrectionis Dominicæ, uſque ad totam Octavam Pentecoſtes, &

permiſit continuationem unius ex quatuor Con-
feſſariis Pœniteotiarus per totum annum , cum
facultate ſubrogandi alios in locum abſentium ,
vel impeditorum , accedente tamen conſenſu Or-
dinarii , & in caſu tantum , quo impedimentum ,
& abſentia ſit duratura ultra quindecim dies.

Hæc ſunt , quæ latiori calamo ex parte Capituli
Compoſtellani deducta fuerunt io Sac. Congrega-
tione Sanctiſſ. Inquiſitionis; Sed placet hic inferere
quæ in Cauſa præfata pro faciliori ſtudio cl. mem.
Card. *Panciatici* vernaculo ſermone adnotavi.

„ Tralaſciando l'iſpezzione , ſe il Giubileo con-
„ ceduto dalla ſa. me. d'*Aleſſand III. ad inſtar* del
„ Giubileo dell' Anno Santo di Roma , alla Chie-
„ ſa di Compoſtella io quei anni , ne' quali cade
„ la Feſtivita del glorioſo Apoſtolo S. Giacomo
„ Zebedeo in giorno di Domenica , ſia rimaſto
„ rivocato dalla Coſtituzione generale rivocatoria
„ di ſimili Indulgenze publicata l'anno 1403. da
„ Bonifacio IX. riferita dall' *Ughellio nell' Italia*
„ *Sacra tom. 7. in Archiepiſcop. Sypontin. pag.*
„ 1159. Crederei , che non ſi poſſa procedere
„ alla conferma del ſuddetto Giubileo , mentre
„ la Bolla d'*Aleſſandra III.* è ſoggetta a tante
„ difficultà , che l'Indulgenza ſi rende apocriſa ,
„ o molto dubbia.

„ Comincia la Bolla -- *Ad perpetuam rei memo-*
„ *riam. Alexander Epiſcopus &c.* E pure ſecondo
„ lo ſtile anco in quei tempi praticato , prima ſi
33 „ ponea il Nome del Papa , e poi la clauſola *in*
„ *perpetuum* o *in perpetuam rei memoriam* ; ſicco-
„ me ſi può riconoſcere da dieci Bolle del Secolo
„ XII. nel nuovo Bollario , ed io ſpecie dalla Bol-
„ la io ordine la 5. dell' iſteſſo *Aleſſandra III.*

„ Inerendo alle conceſſioni di *Caliſto* , *Eugenio*,
„ *ed Anaſtaſio* confermaſi *da Aleſſandro III.* l'In-
„ dulgenza *etiam plenaria dell' anno del Giubileo*
„ di Roma , ogni qual volta la Feſtività di S. Gia-
„ como cade in Domenica : E pure in quei tem-
„ pi era incognita la voce , e ſoſtanza di *Giubi-*
34 „ *leo:* L'iſteſſo Bonifacio VIII. nell' *Eſtravag.*
„ *Antiquorum de Pœnit. & Remiſſ.* non ſi ſerve di
35 „ queſta parola : Tra i Pontefici fu il primo *Cle-*
„ *mente VI.* creato Papa nell' anno 1342. che
„ l'adoprò nell' *Extravag. Unigenitus , de Pœnit.*
36 „ *& Remiſſ.* e tra gli Scrittori il Card. *Stefaneſia*
„ *Nipote di Bonifacio VIII. Phæbeus de Jubil.*
„ *par. 1. cap. 4. in princ.* Era anco incerto il Giu-
„ bileo quanto alla ſoſtanza , atteſtando il detto
37 „ Cardinal *Stefaneſia* , che nell' anno 1300. non
„ fu trovata memoria alcuna di queſta Indul-
„ genza negl' Archivj di Roma , e ſolo dall' aſ-
„ ſerzione de' teſtimonj vecchj , e dal concorſo
„ de' Pellegrini ſi ricavò , che nell' anno centeſi-
„ mo ſi guadagnavano grand' Indulgenze in Ro-
„ ma : *Phæbeus par. 1. cap. 4. §. Verum* , & era
„ anco incerto , quanta foſſe l'Indulgenza del *cen-*
„ *teſimo* , ſe plenaria , o pure di 100. anni , ſe
„ duraſſe uno , o due meſi , e quante volte biſo-
38 „ gnava viſitare le Chieſe ; *Phæbeus par. 1. cap.*
„ *9. Pignatell. de Jubilea fol. mihi* 15. e pure ,
„ ſe *Aleſſandra III.* aveſſe conceduto un tal Pri-
„ vilegio alla Chieſa di Compoſtella , ſe ne ſa-
„ rebbe trovata qualche memoria negl' Archivj
„ di Roma dopo 130. anni , che ſcorſero dal
„ tempo del medeſimo Pontefice fin a *Bonifazio*
„ *VIII.* Oltre di che ſi rende molto inveriſi-
„ mile , che l'accennato Pontefice *Aleſſandro III.*
„ aveſſe voluto concedere maggior Privilegio
39 „ alla Chieſa di Compoſtella , che alle Baſiliche
„ degli Apoſtoli di Roma : poichè in Roma ſi
„ guadagnava il Giubileo ogni cent' anni , in
„ Compoſtella ſi ſarebbe guadagnato ogni ſette.

„ Si concede io oltre l'*Indulgenza Plenaria* non
„ ſolo nell' anno , che la Feſta di S. Giacomo ca-
„ de in Domenica , ma anco in tutti gl' anni per
„ la Feſta del Santo , per la traslazione , e per la
„ Dedicazione della Chieſa : e pure nel Secolo 40
„ XII. i Pontefici , o non accordavano ſimili ſorti
„ d'Indulgenze locali , cioè anneſſe alle Chieſe ,
„ come quantunque pregato da' Beneventaoi ſuoi
„ Concittadini , non volle *Gregoria VIII.* eletto
„ Pontefice l'anno 1187. concederle alla Chieſa
„ del Monaſtero di S. Andrea della Piazza nella
„ Città di Benevento , da lui ſteſſo mentr' era Car-
„ dinale , fondato , ed aſſegnato a Canonici Late-
„ ranenſi , riſpondendo loro -- *Tutius eſt ut agatis*
„ *pœnitentiam , quam vel tertiam partem , vel ali-*
„ *quotam vobis remittam* -- come riferiſce *Natal.*
„ *Alexandr. Theolog. Dogmat. tom. 1. Tract. de*
„ *Indulgent. cap. 3. Regul.* 12. o erano così par-
„ chi nel concederle , che di rado paſſavano i ter-
„ mini di un' anno : ſiccome parlando *d'Aleſſandra*
„ *III.* ferma il *Baronio ad annum* 1177. ibi -- *qui-*
„ *bus videas uſum ejus temporis concedendi per Ro-*
„ *manos Pontifices Indulgentias* , . *quæ unius anni*
„ *terminum non excederent , præterquam in expedi-*
„ *tione Terra Sanctæ , ut conſtat ex aliis aliorum*
„ *etiam Pontificum Diplomatibus :* e lo ſteſſo aſſe-
„ riſcono *Morin. de Pœnit. lib. 10. cap. 23. num.*
„ *3. per tot. Papebroch. in Reſp. ad P. Sebaſtian.*
„ *artic. 14. n. 46. & per tot. Rondanin. de S. Cle-*
„ *ment. lib. 1. cap. 15. pag. 187. Thomaſſin. de Be-*
„ *nef. num. 1. lib. 2. cap. 15.* E ſoggiunge il dotto
„ *Morino* , che il Baronio *ex profuſa largitione* ,
„ *tanquam ex lapide Lydio colligi vult Indulgen-*
„ *tiarum Pontificiarum impoſturam.* E ſe bene
„ foſſero liberaliſſimi i Pontefici in concedere l'In- 41
„ dulgenze perſonali a quelli , che andavano alla
„ Guerra Santa , contuttociò l'iſteſſo *Aleſſandro*
„ *III.* nel Coocilio Lateranenſe conceſſe due an-
„ ni ſolamente d'Indulgenza a quelli , che piglia- 42
„ vano l'armi contro gl' Eretici. *Morin. d. lib. 10.*
„ *cap. 23. n. 5.*

„ Si termina la Bolla con la clauſola -- *Volu-* 43
„ *mus autem , quod ſi viſitantibus Eccleſiam præ-*
„ *dictam aliqua alia Indulgentia in perpetuum , vel*
„ *ad certum tempus nondum elapſum duratura per*
„ *Nos conceſſa fuerit , præſentes Literæ nullius ſint*
„ *roboris , vel momenti.* Appreſſo di me queſta
„ clauſola è moderna , come che proviene dalla
„ Regola LIII. di Cancellaria , & in tempo *d'A-*
„ *leſſandro III.* le Regole della Cancellaria non
„ erano ancora in uſo , e trovo , che *Martino V.*
„ nelle Regole da lui pubblicate in *Coſtanza* foſſe 44
„ il primo , che habbia fatto menzione di queſta
„ clauſola , non parlandoſi di eſſa nelle Regole ,
„ che *Giovanni XXIII.* publicò in Bologna : co-
„ me ſi riconoſce dalle Regole di detti Pontefi-
„ ci ultimamente fatte imprimere dall' Eretico
„ *Vonder Hardt. in Actis Concil. Conſtant. tom. 8.*
„ *part. 21.*

„ S'aggiunge la difficultà del Sigillo , e del 45
„ Motto tra queſta , e l'altre Bolle di *Aleſſandro*
„ *III.* In queſta il ſegno è quadrato , appreſſo il
„ *Ciacconio* è rotondo : in queſta , il Motto di-
„ ce -- *Cuſtodi me Domine , ut pupillam oculi* -- ma
„ nell' altre ſi nota -- *Vias tuas Domine demonſtra*
„ *mihi* -- come s'oſſerva nella Bolla V. d'eſſo *Aleſ-*
„ *ſandra III. Bullar. Nov. & in Bullar. Caſſinenſ.*
„ *tom. 1. pag. 21. & tom. 2. pag. 187. & apud*
„ *Ciaccon. in Alexand. III.*

„ Fra le ſottoſcrizioni de' Cardinali ſi legge 46
„ *Ego Paulus Praneſtinus Epiſcopus* ; ma nell'
„ anno

„ anno 1179. non era Veſcovo di Paleſtrina
„ *Paolo*, ma *Beneredo*, che in quel medeſimo an-
„ no fu fatto Cardinal Veſcovo di Paleſtrina, e
„ vi fu ſino all' anno 1181. nel qual tempo ſuc-
„ ceſſe *Paolo*, come prova *l'Ughellio nella ſua Ita-
„ lia Sacra tom. 1. pag.* 228. ove fa menzione de'
„ Diplomi, alli quali ſottoſcriſſe *Beneredo*, come
„ Veſcovo di Paleſtrina negli anni 1179. e 1180.
„ Nella *Data* ancora della Bolla vi ſono altre
„ difficoltà: L'anno 1179. ſi trova ſcritto con
47 „ numeri abacali, i quali in tempo di *Aleſſandro
„ III.* non eran cogniti in Europa; Onde danno
48 „ per Regola i Critici, che non vi è contraſegno
„ migliore per giudicare apocriſe le ſcritture del
„ Secolo XII. che il vedere notati in eſſe gli an-
„ ni per via di numeri, o Citre Arabiche, *Pa-
„ pebroch. in Reſp. ad P. Sebaſtian. art.* 17. *n.* 113.
„ 115. *& n.* 160. *& artic.* 24 *n.* 37.
„ Si pone nell' iſteſſa Bolla l'*Indizione XIV.*
49 „ quando dal calcolo dell' Indizioni fatto per dieci
„ anni, e confrontato con le Bolle dello ſteſſo
„ Pontefice *Aleſſandro*, dall' anno 1170. fin al
„ 1189. ſi ſcorge che nell' anno 1179. correa l'*In-
„ dizione XII.* come nota anco *il Card. Baronio
„ tom.* 12. *ad ann.* 1179.
„ E per dare un ſaggio degl' anni più proſſi-
50 „ mi; nell' anno 1177. correa l'*Indizione X.* co-
„ me dalli Diplomi appreſſo *l'Ughell. Ital. Sacr.
„ tom.* 1. *pag.* 377. *& pag.* 427. *Contilor. in Con-
„ cord. Alexandri III pag.* 120. *&* 232. *& apud
„ Barôn. ad dictum ann.* 1177.
„ Nell' anno 1178. ſi nota l'*Indizione XI.* co-
„ me ſi vede ne' Diplomi riſeriti dall' iſteſſo *Ughell.
„ tom.* 1. *part.* 2. *pag.* 113. *& tom.* 4. *pag.* 168.
„ *Contilor. loco cit. pag.* 120. *&* 237.
„ Nell' anno 1179 correa l'*Indizione XII.* co-
„ me da altri Diplomi del lodato *Aleſſandro III.*
„ riferiti parimenti dall' *Ughell. tom.* 1. *pag.* 913. *&
„ tom.* 4. *pag.* 168. E nella Catella di S. Bartolo-
„ meo all' Iſola (giudicata per altro Apocriſa dall'
„ Eminentiſſimo Sig. Cardinal Orſini) ſi legge—
„ *Anno* 1179. *Indictione XII.*
„ Et il ſuſſeguente anno 1180. ſi nota coll' *In-
„ dizione XIII. Ughell. tom.* 1. *pag.* 1046. *& tom.* 2.
„ *pag.* 1072.
„ Sicchè chiaramente appariſce, che l'*Indizio-
„ ne XIV.* che ſi legge nella Bolla d'*Aleſſandro
„ III* emanata l'anno 1179. è affatto erronea, e
„ queſto sbaglio nell' Indizione, rende ſoſpetta di
51 „ falſità la Scrittura, poichè *ubi temporum ratio
„ non cohaeret, ibi, nec hiſtoria vera eſſe poteſt*,
„ come diſſe *Taziano in Orat. adverſ. Graecos*, &
„ oſſervano *Bald. conſ.* 66. *ſub n.* 4 *lib.* 3. *Rot. de-
„ ciſ.* 430. *n.* 89. *& ſeqq. part.* 5. *Recent. & deciſ.*
„ 101. *n.* 12. *coram Coccin. & in Cremonen Bene-
„ ficii* 11. *Martii* 1705. §. *Eoque Fortius, coram
„ Kaunitz.*
52 „ Finalmente in detta Bolla ſi nota *Anno* 1179.
„ *Pontificatus anno* 19. e pure correa allora l'anno
„ vigeſimo del Pontificato di *Aleſſandro III.* co-
„ me appariſce da' Diplomi preſſo *l'Ughell. tom.
„ 1. pag.* 913. *& tom.* 4. *pag.* 168. & oſſerva *il
„ Cardinal Baronio ad dictum Annum* 1179. De-
„ ducendoſi anco ciò dall' iſteſſo calcolo, e com-
„ puto degli anni. *Aleſſandro III.* fu eletto nel
„ Meſe di Settembre dell' anno 1159. come fra
„ gl' altri oſſerva il *P. Pagi in Breviar. Geſt. Ro-
„ man. Pontiſ. in Vit. ejuſd. Pontif. n.* 1. dunque
„ nel Meſe di Giugno dell' anno 1179. correa
„ l'anno XX. del di lui Pontificato.
„ A quanto s'è detto fin' ora non ripugnano le
„ congietture, che ſi adducono per provare la

„ verità di detta Bolla: E primieramente non
„ oſta, che il Santuario di Compoſtella ſia ſtato
„ ſempre frequentato da infiniti Pellegrini, anco 53
„ in quei tempi antichi, perchè non può da que-
„ ſto pellegrinaggio inferirſi, che ſiano vere l'In-
„ dulgenze ſudette, giacchè i Pellegrini concor-
„ revano in detta Chieſa, o per propria divo-
„ zione, o per redimere le Penitenze canoni-
„ che, che allora erano in uſo; nè ſi truova,
„ che vi andaſſero per guadagnare il Giubileo
„ di Roma: Così l'Arciveſcovo di Milano con-
„ vinto di Simonìa promiſe a *S. Pier. Damiano*
„ d'andare al Sepolcro di S. Giacomo, come ri-
„ feriſce il *Morin. de Poenit. pag. mihi* 462. *P. Lar-
„ derchius tom.* 1. *pag.* 383. & in tempo dell' iſteſſo
„ *Aleſſandro III. Enrico II* Re d'Inghilterra in
„ occaſione della Morte di *S. Tomaſo* Cantua-
„ rienſe, offerì alli Legati della S. Sede di an-
„ dare per penitenza, o a Roma, o a Geruſa-
„ lemme, o a S. Giacomo di Compoſtella, come
„ ſi legge nel libro intitolato *Gallia, vindicat.
„ pag. mihi* 80.
„ Il Diploma di *Urbano II* nel quale ſi con-
„ cede alla Chieſa del Moniſtero della Cava l'i- 54
„ ſteſſa Indulgenza conceduta a S. Giacomo, è
„ reputato evidentemente falſo dal *Morin. de Poe-
„ nit. lib.* 10. *cap.* 19. *lit. C. pag* 767. — ibi — *Re-
„ fert idem Baronius Diploma Privilegii ab Ur-
„ bano II. Monachis Cavenſibus dati anno Chriſti
„* 1092. *ſed evidenter ſuppoſititium eſt, & a Mo-
„ nachis in commoda ſua confictum. Ut autem ce-
„ tera, quae multa ſunt praetercam, nihil eorum,
„ quae de illa remiſſione enunciantur temporis il-
„ lius morem ſapiunt neque res, neque verba:
„ annis pluſquam centum poſteriora ſunt ea tem-
„ pore, quod illis aſſigitur, nec in his opus im-
„ morari.*
„ Il dir poi, che in quei tempi foſſero in uſo 55
„ l'Indulgenze plenarie, procede, riſpetto a quelle
„ Indulgenze perſonali, che ſi davano a coloro,
„ che andavano alla guerra Sagra: ma riſpetto
„ alle locali, *il Cardinal Baronio*, il *Morino* ed 56
„ altri affermano, che non eccedevano il termi-
„ ne *d'un anno.* Ed il *Morino* riſponde ſodamen-
„ te a gli eſempj contrarj; Et in ſpecie l'Indul-
„ genze conceſſe *da S. Silveſtro* alla Chieſa La-
„ teranenſe, deſcritte nella Tavola, quale ſi chia- 57
„ ma *Magna*, ſono ſtate dichiarate Apocriſe negl'
„ anni 1657. a 1678. dalla Sac. Congregazione
„ del S. Offizio, e da quella dell' Indulgenze,
„ come da Decreti preſſo il *Gobat. Oper. Moral.
„ tom.* 2. *pag.* 218. *&* 219. Siccome l'Indulgenza
„ perpetua conceſſa da *Aleſſandro III* alla Chie- 58
„ ſa di S. Marco di Venezia, vien ſtimata apo-
„ criſa dal *Contelori de Concor. Alex. III. pag.*
„ 28. 65. *&* 68.
„ L'oſſervanza non ſi prova particolarmente ne'
„ tempi proſſimi ad *Aleſſandro III.* e ſi eſclude 59
„ dal conſiderare, che in tempo di *Bonifazio
„ VIII.* non s'ebbe alcun rincontro di queſto Giu-
„ bileo, nè da' Teſtimonj, nè da gl' Archivj.
„ Gl' Autori poi, che fanno menzione di que-
„ ſto Giubileo, come *Caſtropalao, Jorio, Gobat* 60
„ *&c.* ſono tutti moderni, e promovono varie
„ queſtioni morali ſopra di eſſo, ma non eſami-
„ nano ſecondo le Regole della Iſtoria critica la
„ legalità della Bolla; Et il non addurſi alcun
„ Autore antico, che faccia menzione di un Pri- 61
„ vilegio così inſigne, è un altro indizio di ſup-
„ poſizione; applicandoſi la regola de Critici —
„ *dicturi ſi ſcriviſſent, & ſcriturì ſi fuiſſet.*
„ Il Breve di *Siſto V.* ſi ritorce contro il Ca-

62 „ pitolo; In eſſo non ſi fa menzione alcuna di
„ *Giubileo*, ma doppo la narrativa, che *Caliſto*,
„ ed altri Pontefici haveano concedute grand'
„ Indulgenze alla Chieſa di Compoſtella, parti-
„ colarmenta quando cadea la Feſtività di S.
„ Giacomo in giorno di Domenica, ſi viene al-
„ la diſpoſitiva, nella quale ſi dice, che la ſoſ-
„ penſione delle Indulgenze fatte da *Gregorio XIII.*
„ nell' Anno Santo *Aliquod Indulgentiis veſtræ*
„ *Eccleſiæ, juxta tamen formam Concilii Tri-*
„ *dentini conceſſis, non generaſſe impedimentum*,
„ come ſi legge in detto Breve appreſſo il *Ca-*
„ *ſtropal. tract. 24. diſp. unic. punct. 12. §. 1. n.*
„ 8. *Gobat. tom. 2. pag. 71. litt. K. & L.* e così
„ non ſi approva il Giubileo; ma s'approvano
„ ſolamente l'Indulgenze in genere, purche ſia-
„ no ſecondo la forma del Concilio, che tra l'al-
63 „ tre conditioni vuole, che ſiano Indulgenze
„ moderate.
„ E ſe bene in oggi ſi contenti il Capitolo di
„ Compoſtella, che ſi confermi detto Giubileo,
„ ed Indulgenza con la clauſula -- *ſupplentes om-*
„ *nes, & ſingulos defectus, ſi qui forſan intervene-*
„ *rint*, o con una nuova conceſſione pro *potiori*
„ *cautela*, ſecondo l'eſempio pratticato da *Giulio*
64 „ *II.* con l'Abbazia di *Caſamare*, che vien riferito
„ dal *Rondan. de Abbat. Caſemarii pag. mihi* 131.
„ *& ſeqq.* Contuttociò l'eſempio non ſi adatta,
„ perche l'Indulgenze di *Caſamare* erano molto
„ veriſimili, e provate con Bolle de' Pontefici
„ anteceſſori, ibi -- *prout in eorum literis deſu-*
„ *per confectis, quas perpetuo durare voluerunt,*
„ *plenius continetur.* Non ſi trattava di comu-
„ nicare ogni ſettennio il Giubileo Romano, e
„ non pativano quelle tante eccezzioni, che
„ concorrono nel preſente caſo; anzi l'iſteſſo
„ *Giulio II.* concedendo per la Feſta di S. Mi-
„ chele l'Indulgenza Plenaria, vuole, che *poſt*
„ *annum* non vaglia più. Nè pare, che con la
65 „ Clauſula *ſupplentes*, ſi poſſino confermare quelle
„ Indulgenze, nelle quali concorre un dubbio
„ aſſai probabile, che non ſiano ſtate dalla S.
„ Sede concedute.
„ Per ſalvare dunque la buona fede, con la
„ quale s'è viſſuto per alcuni ſecoli, e per non
„ ſcemare la devozione de' Fedeli verſo un sì ce-
„ lebre Santuario direi -- *ex hactenus deductis ni-*
66 „ *hil de confirmationa, & coadjuventur probatio-*
„ *nes. Interim vera concedendam eſſe Indulgen-*
„ *tiam Plenariam in forma conſueta pro eo an-*
„ *no, in quo feſtivitas S. Jacobi evenerit in die*
„ *Dominica, & etiam ſingulis annis in die Feſti-*
„ *vitatis, in Tranſlatione, & in Dedicationa Ec-*
„ *cleſiæ:* Tralaſciando l'eſpreſſione dell' anno San-
„ to di Roma, e non concedendo il Giubileo,
„ ma Indulgenza in forma conſueta, mentre *Siſto*
„ *V.* nell' addotto Breve non fa menzione alcuna
„ di Giubileo.
„ Un caſo ſimile fu diſputato nella Sac. Con-
67 „ gregazione del Concilio in una *Gerunden. Jubi-*
„ *lei 26. Septembris* 1699. Pretendeva il Mona-
„ ſtero di S. Pietro di Roden in vigore di un Pri-
„ vilegio di *Urbano II.* di godere il Giubileo,
„ quando la Feſtività dell' Invenzione della San-
„ tiſſima Croce cade in giorno di Venerdì, e ne
„ faceano la Funzione con aprire una Porta *ad*
„ *inſtar* della Porta Santa, e propoſtoſi il Dub-
„ bio -- *An Privilegium ſan. mem. Urbani II. fue-*
„ *rit revocatum, vel potius ſit obſervandum, &*
„ *quomoda?* -- Fu reſcritto -- *Suſpenſis quibuſcum-*
„ *que aſſertis Indultis & privilegiis, quatenus ad-*
„ *ſint, coadjuventur probationes, & interim ſuppli-*
„ *candum Sanctiſſima pro confirmatione Indulgen-*
„ *tiæ Plenariæ in forma conſueta, prohibita qua-*
„ *cumque ſolemnitate aperitionis Portæ, ac deno-*
„ *minatione Jubilei.* Del qual Reſcritto fa men-
„ zione il moderno *Urſaja Inſtit. crimin. lib. 1.*
„ *tit. 8. num. 54. juxta impreſſionem in fol.* Onde
„ inerendo a queſto ſentimento, e *mutatis mu-*
„ *tandis* reſcriverei nella forma di ſopra accen-
„ nata, di concedere una Indulgenza plenaria *in*
„ *forma conſueta.*
„ Eſprimerei ancora (per togliere ogni con-
„ troverſia) la facoltà d'iſtituire i Penitenzieri ad
„ effetto di aſſolvere da caſi riſervati; e di com-
„ mutare i Voti, eccettuati quelli della Peregri-
„ nazione Geroſolimitana, e delli Limini de
„ gl'Apoſtoli, nella forma, e con le clauſole che
„ ſi leggono inſerite nell' Indulto accordato dalla
„ ſan. mem. d'*Innocenza XII.* alla Chieſa di San
„ Michele Arcangelo nel Monte Gargano, &
„ ampliato dalla Santità di Noſtro Signore. „ *Hac-*
tenus Diſcurſus.

Re igitur in Sacra Congregatione Sanctiſſimæ 68
Inquiſitionis mature examinata, prodiit Reſolu-
tio, de qua in ſequenti Decreto.

Feria V. Die VI. Septembris 1708.

„ In Congregatione S. Officii habita in Pala-
„ tio Apoſtolico Montis Quirinalis coram San-
„ ctiſſimo D. N. Papa Clemente XI. propoſitum
„ fuit Memoriale exhibitum pro parte Archiepiſ-
„ copi, Decani, & Capituli Metropolitanæ Com-
„ poſtellan. pro confirmatione Bullæ Alexandri
„ III. qui conceſſit Indulgentiam plenariam in
„ forma Jubilei Anni Sancti omnibus Chriſtifi-
„ delibus, qui Sacra Confeſſione, & Commu-
„ nione refecti viſitaverint ſupradictam Eccleſiam
„ in illo anno, in quo Feſtivitas S. Jacobi Zebe-
„ dei Apoſtoli caderet in die Dominico, cum fa-
„ cultate Confeſſariis deputandis, commutandi
„ Vota, prout practicatur Romæ pro Anno San-
„ cto, Sanctiſſ. auditis Votis Eminentiſſimorum
„ &c. dixit -- *Nihil de Confirmatione*; Conceſſit
„ tamen ſupradictæ Eccleſiæ S. Jacobi Compo-
„ ſtellarum Indulgentiam plenariam perpetuam
„ cum facultate Confeſſariis ibi exiſtentibus ab-
„ ſolvendi a caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis,
„ præterquam in Bulla Cœnæ, necnon commu-
„ tandi Vota, exceptis Votis utriuſque Peregri-
„ nationis, Caſtitatis, ac Religionis, ac manda-
„ vit ſcribi Nuncio Apoſtolico Hiſpaniarum, quod
„ curet ſcire, an Confeſſarii in dicta Eccleſia S.
„ Jacobi Compoſtellarum recipiant a ſuis Pœni-
„ tentibus in Confeſſione Sacramentali, prout
„ aſſeritur, Eleemoſynas, & de reſultantibus Sa-
„ cram Congregationem certiores.

REGULA LV.

De exprimendo valore Beneficiorum in Impetrationibus.

ITem, voluit, quod in Gratiis, quas quibuſvis Perſonis, de Beneficiis vacantibus, ſeu certo modo vacaturis fieri contigerit, illorum, & quorumcumque Beneficiorum, quæ dictæ Perſonæ tunc obtinuerint, ſeu de quibus eis fuerit proviſum, vel conceſſum, aut mandatum provideri, verus annuus valor per Marchas argenti, aut Sterlingorum, vel libras Turonen. parvorum, ſeu Florenos auri, aut Ducatos, vel uncias auri, ſeu aliam monetam ſecundum communem æſtimationem exprimatur, niſi Perſonæ prædictæ Beneficia, quæ tunc obtinuerint, aut in quibus, vel ad quæ jus eis competit, juxta ipſarum oblationes, aut alias dimittere teneantur, alioquin gratiæ prædictæ ſint nullæ; Et idem ſervetur in gratiis, quas a Sanctitate Sua Motu proprio emanare contigerit, quoad Beneficia tamen, de quibus per Sanctitatem Suam pro tempore providetur, ſeu provideri mandatur, aut alias diſponitur, ac literis per quas pro tempore ad Eccleſiarum Patriarchalium, Cathedralium, ac Monaſteriorum regimina promotis conceditur, ut Monaſteria, & alia Beneficia Eccleſiaſtica Secularia, & Regularia per eos obtenta, & in quibus, & ad quæ jus eis competit, retinere poſſint.

ARGUMENTUM.

MAndat Regula, cujus rationes aſſignantur, quod in Beneficii impetratione, nedum illius valor, quamvis tenuis, ſed, & Beneficiorum, quæ Impetrans obtinet exprimi debeat, qua expreſſione non facta, etſi citra dolum & malitiam, Gratia ipſo jure nulla eſt, Beneficium tamen non remanet ex dicto capite reſervatum. Valor Beneficii, quod impetratur, exprimendus eſt, quamvis Gratia *Motu proprio* a Papa concedatur, aut, ſi valore etiam non expreſſo, adhuc eſſet illam conceſſurus, nec non in Proviſionibus expletis a Legatis, ac in Coadjutoriis, & quid ſi valor fuerit expreſſus in majori quantitate, quam reverà ſit, an Gratia corruat? Non afficit tamen Regula Proviſiones Beneficiorum factas ab Ordinariis, & Nunciis Apoſtolicis, nec ei ſubjacent Cappellaniæ, & Legata pia, quæ non ſint Beneficia Eccleſiaſtica, aut Beneficia Conſiſtorialia taxata in libris Cameræ, quorum reſpectu, niſi ſuper illis imponenda ſit penſio, valor ſolum exprimitur juxta taxam. Similiter in Beneficiis, quorum fructus conſiſtunt in Diſtributionibus quotidianis, valor ſolum exprimitur in ducatis viginti quatuor, etſi longe excedat, & in eadem ſumma fit etiam expreſſio valoris Beneficiorum Germaniæ, & Poloniæ, nec non Galliæ, quamvis iſtorum reſpectu, verum valorem exprimendum eſſe mandet Concordatum Gallicanum, & cur contrarium ſervetur? Expreſſio vero valoris in Ducatis viginti quatuor quoad dictarum Regionum Beneficia, ſolum procedit in eorum proviſionibus per obitum, & quando obtinetur Indultum Apoſtolicum retinendi duo incompatibilia, ſed, ubi agitur de reſervanda ſuper eorum fructibus Penſione, aut de eorundem Beneficiorum Unionibus, Diſmembrationibus, Applicationibus, &c. verus valor pro validitate Gratiæ eſt exprimendus, & an ſit attendenda Conſuetudo, ſi in aliis Regionibus vigeat, exprimendi valorem Beneficiorum in ducatis 24.? Verus Beneficii valor nedum exprimi, ſed juſtificari etiam debet, & quidem non in confuſo, ſed diſtincte, ac de tempore Gratiæ, aut ei pro-

proximo; lateque oſtenditur, quomodo probatio hæc expleri debeat, ſive ad effectum exequendi Gratiam principalem Proviſionis Beneficii, ſive ad finem annullandi Gratiam ab altero obtentam ſub falſi valoris expreſſione, & an utroque caſu a valore Beneficii detrahenda ſint onera neceſſaria, & conſueta. Impetrans Beneficium tenetur alia prius obtenta exprimere ſub pœna nullitatis Gratiæ, non autem eorundem obtentorum vacationis. Beneficii tamen obtenti, ſuper quo aliqua adeſt controverſia, neceſſaria non eſt expreſſio, quæ nec requiritur de Beneficio, quod fuerit abſenti, & ignoranti collatum, minuſque de Beneficio manuali, & amovibili, aut quando Pontifex in Literis Proviſionis poſtremi Beneficii, alia prius obtenta, pro expreſſis habeat, & hac occaſione exponitur, quæ ſint Obſtantiæ Beneficiales, & qui illis gaudeant? An vero in ſupplicatione ſuper impetratione novi beneficii, etiamſi illud non libere a Pontifice, ſed ad alterius nominationem, ſeu præſentationem provideri debeat, neceſſaria ſit mentio de altero incompatibili antea obtento, quod dimitti debeat, plene examinatur. Irrita non eſt impetratio tertii Beneficii facta ſub narrativa, quod alia duo ex diſpenſatione Apoſtolica obtinentur, ſi diſpenſatio non interceſſerit; minuſque nullæ ſunt Applicationes, Diſmembrationes, & Uniones Beneficiorum, ſi aliæ, favore ejuſdem Loci Pii præceſſerint, & de illis mentio facta non fuerit. At in impetratione novi Beneficii, nedum alia antea obtenta, ſed eorum quoque valor, etſi tenuis, exprimi debet vigore Regulæ, qui tamen ſufficit, quod per ſemiplenas probationes juſtificetur; Idque ſervari debet etiam in Gratia Coadjutoriæ, alias nulla eſt, &c. Beneficium remanet Sedi Apoſtolicæ affectum. Non requiritur vero expreſſio valoris obtentorum in Proviſione Beneficii *Motu proprio* a Papa facta, nec quando Beneficia obtenta dimittuntur, minuſque in iis Diſpenſationibus, in quibus Beneficiorum, quæ obtinentur, mentio requiritur. In Beneficii impetratione, nec Penſiones quas impetrans percipit, nec earum valor exprimi debent; Minuſque pro validitate Reſervationis Penſionis alicujus favore factæ, neceſſaria eſt mentio, aut Beneficiorum, quæ ipſe obtinet, aut aliarum Penſionum, quas percipit, niſi Penſio illa reſervetur ſuper fructibus Beneficii, antiquis Penſionibus adhuc vigentibus, gravati, quo caſu pro validitate reſervationis novæ, neceſſaria protſus eſt mentio antiquarum Penſionum, & Concluſio hæc pluribus modis ampliatur, quemadmodum nonnulli exponuntur caſus, in quibus omiſſa mentio antiquarum Penſionum, Gratiam reſervationis novæ non irritat. Data vero nullitate novæ Penſionis ob reticitam expreſſionem antiquarum ſuper ejuſdem Beneficii fructibus adhuc vigentium, Penſionarius terminos exactos, a die reſervatæ Penſionis, & non motæ litis, reſtituere tenetur.

SUMMARIUM.

1 *Regulæ Auctorem, alii* Urbanum IV. *alii* Urbanum VI. *fuiſſe exiſtimant.*

2 *De Conſtitutione* Clementis IV. *qua Urbani Regula confirmatur, & extenditur.*

3 *Sub* Pio IV. *nonnulla verba addita Regulæ, aliaque ab ea delata fuerunt.*

4 *In impetratione cujuslibet Beneficii exprimi debet juxta primam Regulæ partem verus illius annuus valor.* & n. 183.

5 *Et falſa valoris expreſſio ejuſdem Impetrationis Gratiam reddit ipſo jure nullam.* & n. 9.

Non efficit tamen, quod Beneficium ſit Sedi Apoſtolicæ reſervatum. n. 10.

6 *Redduntur rationes Regulæ, ne ſcilicet præjudicium inferatur Annatiſtis, utque Pontifex, juxta merita Perſonarum reditus Eccleſiæ diſtribuere poſſit.* & n. 151.

7 *Et ad poſteriorem rationem reſpexit Concordatum Franciæ in eo capite, in quo demandat veri valoris expreſſionem in impetratione Beneficiorum illius Regni.*

8 *San. mem.* Benedictus XII. *libellos ſibi oblatos pro impetratione Beneficiorum rejecit, ſcire ante volens aliquid certi de annuo Beneficiorum proventu.*

9 *Regula eſt præter juris diſpoſitionem, qua inſpecta, nulla in Beneficii impetratione facienda eſt illius valoris expreſſio.* & n. 163.

12 *Verus annuus Beneficii valor, in qua moneta exprimi debet?* & n. 18.

13 *Libra Turonenſis, Florenus, & Ducatus, quid importent?*

14 *Et quid Sterlingus?*

15 *Nec non Marca argenti.* & n. 17.

Et de Marca argenti mentio habetur in Cap. Cum pridem 4. de Pactis. n. 16.

19 *Expreſſio veri annui Beneficii valoris neceſſaria eſt, etiam in impetratione Beneficiorum non excedentium ſummam* 24. *ducatorum auri de Camera.*

20 *Si Beneficium nullos fructus habeat, exprimitur in Supplicatione* -- cujus nulli fructus ſunt.

21 *Requiritur valoris expreſſio etiam in Gratia proviſionis Beneficii* Motu proprio a Papa, *vel ab altero de ejus mandato expleta.*

Neceſſa-

Neceſſaria tamen hoc caſu non eſt illius juſtificatio, quemadmodum requiritur in proviſione Beneficii ad partis ſupplicationem obtenta. num. 23.

22 *Reprobantur* Kochier *exiſtimans verba, quæ leguntur in Regula* item ſervetur &c. *addita fuiſſe a* Pio IV. *& Cardinalis de Luca, qui in illarum auctorem agnoſcit* Gregorium XIII.

Verba præfata leguntur etiam in Regula edita a Clemente VII. ibid.

Valoris expreſſio, & juſtificatio, neceſſaria eſt, etiam in proviſionibus Beneficiorum expletis a Legatis.

25 *Ac in illis, quas Papa alias eſſet conceſſurus.* & n. 35.

26 *Si Beneficii valor ſit expreſſus in majori quantitate, an Gratia illius proviſionis ſit nulla?*

34 *Regulæ diſpoſitio locum habet, etiam in Coadjutoriis.*

Earumque reſpectu, valore expreſſo non juſtificato, Beneficium remanet affectum ob appoſitionem manus Papæ. ibid.

35 *Gratia proviſionis Beneficii ob omiſſam veri valoris expreſſionem eſt nulla, etiam ſi abſit dolus, & malitia in Impetrante.*

36 *Explicatur* Rot. in Melevitona Penſionis, *quæ excuſavit Penſionarium, qui verum Beneficii valorem non expreſſit, ex quo dolo malo id non peregit.*

37 *Regulæ diſpoſitio locum ſibi non vindicat in proviſionibus Beneficiorum, quæ fiunt ab Ordinariis.*

38 *Nec in iis, quæ explentur a Nunciis Apoſtolicis.*

Et quare procedat in Proviſionibus Legatorum? Remiſſive. ibid. n. 39.

40 *Quemadmodum non comprehendit impetrationes Cappellaniarum, Legatorum piorum, aliorumque id genus, quæ non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica.*

41 *Obtentis duabus diſtinctis Gratiis, etiam in iiſdem Literis contentis, nullitas unius ob falſam expreſſionem valoris, non influit in alterius nullitatem.*

42 *Regula non procedit in Beneficiis Conſiſtorialibus, & taxatis in libris Cameræ, quorum fructus ſolent exprimi in tot florenis, quot taxata reperiuntur?* & n. 91.

43 *Sed ubi ſuper Beneficiis præfatis imponenda eſt Penſio, tunc in Supplicatione verus illorum valor exprimi debet.*

44 *Diſpoſitioni Regulæ non ſubjacent proviſiones Beneficiorum, quorum fructus conſiſtunt in Diſtributionibus quotidianis, aliiſque incertis, quos ſufficit exprimere in ducatis viginti quatuor.*

45 *Exprimi tamen debet valor fructuum Maſſæ Groſſæ, qui a Beneficiato, etiam in abſentia percipiuntur.*

46 *Regula non comprehendit Dignitates, Canonicatus, & Beneficia Germaniæ, quorum valor ſemper exprimitur in ducatis viginti quatuor, & ſi longe excedat.*

47 *Quemadmodum, nec Beneficia Poloniæ, cum eorum reſpectu, valor in ducatis viginti quatuor pariter exprimi conſuevit.*

48 *Et hujuſmodi expreſſio fit, etiam dum obtinetur Apoſtolicum Indultum retinendi plura Beneficia incompatibilia earumdem Regionum.*

49 *Sicque reſolutum fuit a Sacra Congregatione Concilii.*

50 *Expreſſio valoris in ducatis viginti quatuor reſpectu Beneficiorum Germaniæ, ſolum admittitur ad terminos Concordatorum, in illorum nempe Proviſionibus per obitum, ſecus in iis, quæ fiunt ex cauſa Reſignationis cum reſervatione Penſimis, aut in Unionibus, Diſmembrationibus &c.*

51 *Univerſitas Lovanienſis, quæ Indulto gaudet Apoſtolico nominandi ad certi a ſe reditus Beneficia, nominare nequit ad ea, quæ illum excedunt prætextu, quod valor Beneficiorum omnium Germaniæ exprimatur in ducatis viginti quatuor.*

52 *Regula de exprimendo vero Beneficiorum valore recepta non eſt in Gallia.*

53 *Et Concordatum Gallicanum in ea parte, qua hujuſmodi expreſſionem demandat, ſemper controverſum, numquam ſervatum fuit.* & n. 54.

55 *In Regno præfato, exceptis Beneficiis Conſiſtorialibus, praxis eſt, quod in Proviſione aliorum fiat expreſſio valoris in ducatis viginti quatuor.*

56 *Et unde Praxis hæc originem habuit?*

57 *Expreſſio valoris Beneficiorum Belgii, fit etiam in ducatis viginti quatuor.*

Contrarium num. 58.

Et an in cæteris Regionibus præter Germaniam, Galliam, & Poloniam attendi debeat conſuetudo exprimendi Beneficiorum valorem in ducatis viginti quatuor, quamvis revera illum excederent? & n. 60.

59 *Adverſus Regulas tancellariæ Decreto irritanti munitas, nulla contraria conſuetudo admittitur, niſi ſit immemorabilis, aut ſaltem canonizata in contradictorio Judicio.*

61 *Conſuetudo contra jus, unico actu contrario eliditur.*

62 *Valor Beneficii expreſſus juſtificari debet, etiam ſi nullus adſit Contradictor, aut extrajudicialiter procedatur.*

63 *In juſtificando valore præfato, plurimum Judicis arbitrio defertur.*

64 *Ubi agitur de juſtificando valore ad effectum exequendi Gratiam principalem proviſionis Beneficii per obitum vacantis, leviores probationes ſufficiunt.*

65 *Etiam contra Proviſum a Nuncio de eodem Beneficio.*

66 *Obſtringitur tamen iſte valorem Beneficii, tanquam fundamentum ſuæ Gratiæ, concludenter probare.*

67 *Sed licet in caſu, de quo ſupra* num. 64. *ſufficiant leviores probationes, debent tamen eſſe in ſuo genere perfectæ, & concludentes.*

68 *Hinc non ſufficiunt Teſtes non deponentes de certa ſcientia, ſed de auditu.*

Seu Teſtes, qui non ſint informati. ibid.

Vel extrajudicialiter, & ſine Juramento deponentes. ibid.

69 *Et an ſufficiat ſola probatio deducta ex ſimili valoris expreſſione facta ab anteceſſoribus Beneficiatis.* & n. 71. 72. & 73.

Aut a notulis, & Inventariis exaratis ab iiſdem Beneficiatis? n. 70.

74 *Locationes non probant verum Beneficii valorem.*

75 *Limita, ſi plures ſint, & factæ diverſis temporibus, ac diverſis Perſonis.*

76 *Vel ſi cum Locationibus alia concurrant adminicula.*

77 *Valor Beneficii probatur ex confeſſione alterius partis venientis ex eadem vacatione.*

Intellige,

Google

Intellige, dummodo confeſſio præfata non ſit antiqua, ſed emiſſa eodem anno, & de tempore Proviſionis. n. 80. & 81.

78 *Hinc expreſſio facta a Proviſo per Nuncium in ducatis vigintiquatuor per non exceſſum, ſatis probat valorem Beneficii ſub eadem narrativa expreſſum a Proviſo Apoſtolico in ſuis Literis.*

79 *Probatur itidem valor ab obligatione, quam Collitigans emiſit ſolvendi Annatam, juxta eundem valorem expreſſum.*

80 *Valor eſt diſtincte probandus, & non in confuſo.*

81 *Hinc proviſus de duobus Beneficiis, qui unius valorem centum ducatorum, alterius viginti quatuor non excedere, expreſſit, non ſufficit, quod in confuſo probet, quod ambo non excedant annuum redditum ducatorum* 140.

82 *Et quomodo tali caſu fieri debeat expreſſio valoris utriuſque Beneficii.* ibid.

83 *Valor Beneficii probandus eſt de tempore præciſo Gratiæ.*

Intellige moraliter, quod ſcilicet probatio non percutiat tempus remotum, ſed eundem annum proviſionis, vel paulo ante. & num. 84. & 87.

88 *Nec ſufficit probare, quod anno Proviſionis fructus tanti, & non pluris venditi fuerint, ſed requiritur probatio valoris per aliquot annos uniformes, & ſaltem per triennium.*

89 *Et quomodo probari debeat valor frumenti, cæterorumque fructuum? & an cum Cambio, quod ſolvitur pro tranſportanda pecunia?*

90 *Valor expreſſus in impetratione Beneficii, juſtificari debet ſecundum communem æſtimationem.*

92 *Pro Beneficiis in libris Cameræ non taxatis, non ſufficit juſtificatio valoris ſecundum taxam.*

93 *Sed excuſatur a pœna nullitatis Gratia impetrans Beneficium cum expreſſione valoris juxta taxam.*

94 *Valutatio fructuum an fieri debeat, juxta pretium conſuetum in loco Beneficii, ſeu potius ſecundum perpetuam, & invariabilem taxam Diœceſis?*

95 *Ubi agitur de juſtificando valore pro ſubſtinenda Gratia, toleratur augumentum in ſexta parte.*

96 *Augumentum tamen præfatum non toleratur in Proviſionibus Beneficiorum expletis a Nunciis.*

97 *Impetrans Beneficium ab altero obtentum ob non expreſſionem veri valoris, tenetur valorem ipſum plene, & concludenter probare, nec admittitur conjunctio ſemiplenæ cum alia ſemiplena probatione.*

98 *Et non attenditur valor expreſſus in Supplicatione, ſed valor, qui fuit in Literis enarratus, & quare?*

99 *Impetrans Beneficium ob falſam narrativam valoris ab altero factam, tenetur verum illius valorem exprimere per aſcenſum.*

100 *Illumque verificare uſque ad obulum.*

101 *Nec dicti Impetrantis favore toleratur augumentum in ſexta parte.* & n. 116.

102 *Quemadmodum augumentum præfatum non admittitur pro ſubſtinenda Penſione reſervata ſub narrativa certi valoris Beneficii.* & num. 116.

103 *Valor Beneficii probari debet ab Impetrante per decem annos antecedentes illius proviſionem, computato anno ſterili cum fertili.*

104 *Contrarium, quod probatio hujuſmodi fieri debeat per quinque annos ante, & quinque poſt proviſionem.*

105 *Intellige, ſi poſt obtentam Proviſionem effluxerint quinque anni, illis vero non elapſis, recurritur ad decennium antecedens proximum Gratiæ.*

Et in his terminis interpretari debet Rota, *dum ſimpliciter firmat, quod probatio valoris facienda ſit per integrum decennium.* num. 106.

107 *Sed aliquando in terminis Penſionis admiſſa fuit probatio octo annorum, & in quibus circumſtantiis?*

108 *Probatio per decennium eſt ſolum neceſſaria, quando valor fructuum eſt variabilis, ſecus ſi reditus Beneficii conſiſtant in fructu certo, fixo, & invariabili, nempe Cenſu, Canone &c.*

109 *Poſſeſſor Beneficii, quod ſibi fuerit ab alio impetratum, ſi novam illius proviſionem a Sede Apoſtolica obtineat ob falſam expreſſionem valoris factam ab Impetrante, valorem ab ipſo narratum rigoroſe probare non tenetur.*

110 *In Impetrationibus objectivis Beneficiorum ob falſam valoris narrativam, valor non dicitur juſtificatus, niſi ab eo deducantur onera fixa, & perpetua.*

Et enumerantur nonnulla onera, quæ detrahi non debent a valore Beneficii. n. 111.

112 *Sed, ubi agitur de Gratia, quæ non ſit objectiva, tunc ad probandum valorem, etiam per aſcenſum enarratum, non requiritur neceſſario, quod onera detrahantur.*

Et ponitur exemplum. n. 113.

Præſertim, ſi Proviſus de Beneficio ſit in bona fide, quia nempe agatur de oneribus, circa quæ variant Doctores, an ſint detrahenda, vel agatur de valore in parva ſumma. n. 115.

114 *De ſtylo Datariæ in conſtituendo valore Beneficii, nunquam fit detractio onerum.*

117 *Ad efformandum valorem Beneficii, computari debent omnia emolumenta certa exigi conſueta.*

118 *Quamvis Anteceſſor Titularis ea non exegerit, dummodo exigere potuerit.*

119 *Emolumenta incerta provenientia ex Eleemoſynis, Mortuariis &c. ſi ad certitudinem reduci non poſſint, in valore Beneficii non ſunt computanda.*

120 *Quemadmodum, nec Eleemoſynæ pro Miſſis Cantatis, quæ dantur Rectori a Confraternitate, vel pro Miſſis, & Veſperis, quando Rector ipſe accedit ad alias Eccleſias.*

121 *Si ex mente Fundatoris Parochus pro tempore obtinere debeat Cappellaniam, illius fructus calculari non debent in conſtituendo valore Eccleſiæ Parochialis.*

122 *Limita, ſi Cappellania ſit inſeparabiliter eidem Eccleſiæ adnexa.*

123 *Debent dictæ Cappellaniæ fructus computari in congruam Vicarii.*

124 *In valore Canonicatus non imputantur Penſiones Domorum, quæ non ſunt adnexæ Canonicatibus, nec juri Canoniæ, ſed juxta Canonicorum antianitatem jure Optionis poſſidentur.*

125 *Cera,*

125 *Cera, quæ Beneficiato dari conſuevit in die Purificationis Beatæ Virginis, & in Anniverſariis, Beneficii fructus auget.*

Sed eos minuit Cera, quam Beneficiatus eadem die Parochianis diſtribuere tenetur. ibid.

126 *Impetrans Beneficium, tenetur de aliis antea obtentis mentionem facere, alias Gratia eſt ſubreptitia.*

127 *Dictaque expreſſione non facta, vacat tantum Beneficium, quod de novo impetratur, ſed non vacant obtenta.*

128 *Et hac ratione, denegavit Dataria proviſionem Beneficii antea obtenti, de quo mentio facta non fuerat ab eo, qui alterum impetraverat.*

129 *Subreptio ob non factam mentionem alterius Beneficii obtenti, evitatur, ſi illud habitum fuerit pro derelicto.*

130 *Regula, quod Poſſeſſio ſemel adepta continuata præſumitur, procedit quando allegatur ab ipſomet Poſſeſſore, ſeu illius Succeſſore, ſecus ſi à tertio.*

131 *Gratia proviſionis Beneficii non vitiatur ex omiſſa mentione alterius, ſi Impetrans probabilem illius ignorantiam haberet, quia nempe ſibi abſenti, & ignoranti, collatum fuiſſet.*

132 *Abſens, & ignorans Beneficium ſibi collatum, ante acceptationem, non acquirit ſuper eo jus in re, ſed ad rem.*

133 *In Literis Apoſtolicis facienda non eſt mentio, niſi de jure in re quæſito ſuper Beneficio.*

134 *Gratia Obreptionis vitio non ſubjacet, quando taciturnitas veritatis non procedit ex malitia, ſed ex juſta ignorantia.*

135 *Reticentia obtentorum, Gratiam proviſionis Beneficii non vitiat, ſi Papa in Literis Apoſtolicis, ea pro expreſſis habere declaret.*

136 *Obſtantia Beneficiales, quæ ſint, & qui iis gaudeant.* & n. 137. 138. & 140.

139 *Referuntur Doctores, qui de Obſtantiis præfatis loquuntur.*

141 *Beneficia manualia, & amovibilia exprimenda non ſunt in Impetratione Beneficii perpetui.*

142 *In Beneficii impetratione non eſt neceſſaria expreſſio aliorum Beneficiorum, quæ ipſo jure ſunt vacatura.* & n. 144. & 145.

146 *Contrarium, redduntur rationes, & reſpondetur rationibus contrariis.* & n. 147. 148. 150. & 151.

149 *Amplia, ſive Beneficium, quod impetratur ſit liberæ collationis, ſive pertineat ad alterius nominationem, ſeu præſentationem.*

Et an facienda ſit mentio de illis, quæ licet non ſint incompatibilia cum Beneficio noviter impetrato, paratus tamen eſt Impetrans ea dimittere? n. 143.

152 *Excuſandus eſt tamen a pœna nullitatis Gratiæ, qui non expreſſit Beneficium incompatibile obtentum, ob juris ignorantiam.*

153 *Sed juris hæc ignorantia, non aliter excuſat, quam ſi mixta ſit cum ignorantia facti.*

154 *Gratia tertii Beneficii non vitiatur, ſi quis in illius impetratione exprimat, alia duo incompatibilia obtinere ex Diſpenſatione Apoſtolica, quæ tamen nunquam interceſſit.*

155 *Mentio obtentorum, neceſſaria eſt ad tramites Regulæ ſolum in Beneficiorum impetrationibus, ſecus in aliis conceſſionibus, puta Applicationibus, Unionibus, Diſmembrationibus &c.*

156 *In Beneficiorum impetrationibus, nedum Beneficia obtenta, ſed illorum quoque valor vigore Regulæ exprimi debet.*

157 *Sed expreſſio valoris obtentorum a Regula demandata non requiritur in Diſpenſationibus, in quibus neceſſaria eſt mentio Beneficiorum.*

158 *Valor obtentorum exprimi debet, quamvis in modica, ac tenui quantitate conſiſtat. Et redduntur rationes.*

159 *Sufficit tamen, quod illorum valor juſtificetur per ſemiplenas probationes.*

160 *Expreſſio valoris obtentorum, neceſſaria non eſt in Gratia proviſionis alterius Beneficii* Motu proprio *a Papa expleta.*

161 *Et explicantur verba Regulæ expreſſionem, valoris requirentis etiam in Gratiis a Papa factis* Motu proprio.

162 *Limitata diſpoſitio limitatum producit effectum.*

164 *Valor obtentorum, neque exprimendus eſt, neque expreſſus juſtificatione indiget, quoties Impetrans novum Beneficium ſe offert illa dimittere, aut ratione incompatibilitatis dimittere tenetur.*

165 *Et reprobatur* Barboſa, *qui exiſtimat, dicto caſu neceſſariam eſſe valoris expreſſionem, ſed non illius juſtificationem.* n. 163.

166 *Oblatio tamen dimittendi obtenta, fieri debet in Supplicatione, nam ſi fiat eſt poſt, non validat Gratiam nullam ab initio ob non expreſſum valorem obtentorum.* & n. 167.

168 *Numerus Beneficiorum obtentorum, eorumque valor exprimendus eſt etiam in Gratia Coadjutoria pro illius validitate.*

169 *Hujuſmodi expreſſio de ſtylo fit in corpore ſupplicationis, licet omittatur in Summariolo, quod Papæ legitur.*

170 *Et dicta expreſſione non facta, Beneficium, remanet affectum ob appoſitionem manus Papæ.*

171 *In Permutatione Beneficiorum, an fieri debeat obtentorum, eorumque valoris expreſſio?*

172 *De ſtylo neceſſaria eſt mentio præfata.*

173 *Stylus Curiæ facit jus.*

174 *De jure in Beneficiorum impetrationibus fieri non debet mentio de Penſionibus, earumque valore.*

Redditur ratio, quia Penſio non eſt Beneficium, ſed ab eo differt. ibid.

175 *Sed de ſtylo Datariæ exprimi ſolent Penſiones, præſertim ſi percipiantur ex fructibus Beneficii exiſtentis ſub eodem tecto alterius Beneficii impetrati.*

176 *Intellige, vel in Penſione aſſignata in titulum Beneficii, & quando dicatur in hujuſmodi titulum aſſignata?*

177 *Vel quod expreſſio Penſionum fiat ad cauthelam dumtaxat, non ex aliqua neceſſitate.*

178 *Nunquam auditum, quod in Dataria dentur Beneficiorum Impetrationes, ob non factam a Proviſis Penſionum expreſſionem.*

179 *In Penſionis reſervatione, non eſt neceſſaria mentio Beneficiorum, aliarumque Penſionum obtentarum.*

181 *Specifica mentio antiquæ Penſionis neceſſaria eſt, ſive nova ſuper ejuſdem Beneficii fructibus reſervetur ad favorem illius, cui antiqua reſervata reperitur.*

182 *Sive ad favorem alterius.*

183 *Et hujuſmodi non facta ſpecifica mentione, Gratia reſervationis novæ Penſionis eſt ipſo*

Google

jure nulla, nec reviviſcit, quamvis antiqua Penſio ceſſaret.

184 *Quemadmodum, nec Conſenſus Beneficiati ejuſdem validitatem operari poteſt.*

185 *Amplia, quod nulla ſit Gratia reſervationis novæ Penſionis, quamvis mentio antiqua omiſſa fuerit non ex dolo, & malitia, ſed ex probabili ignorantia.*

Ignorantia, & juſta credulitas non excuſant, quoties reticetur id, quod de Jure exprimendum eſt. n. 186.

187 *Amplia ſecundo, quamvis Beneficium ſit capax utriuſque Penſionis.*

188 *Amplia tertio, ut omiſſa mentione antiqua Penſionis, nova ſit nulla in totum, nec locus eſt illius reductioni.*

Admittitur tamen reductio, ſi nova Penſio fuerit impoſita cum expreſſione antiquæ in minori ſumma.

Aut ſi expreſſa fuerint nonnulla ex antiquis Penſionibus, aliis abſque dolo reticitis. n. 189.

190 *Amplia quarto, tametſi Litera reſervationis ſecundæ penſionis ſint munita vel clauſula* -- Dummodo remaneant centum pro Rectore -- *ac revera remaneant. Et de ratione*

Quod alicujus favore ſancitum eſt, non debet in illius odium retorqueri. n. 191.

192 *Vel altera clauſula* - Non obſtan. Conſtitutionibus, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia, per quam præſentibus non expreſſam &c.

193 *Amplia quinto Concluſionem, de qua ſupra* num. 183. *quamvis ſecunda Penſio ſuper fructibus ejuſdem Beneficii ſit reſervata* Motu Proprio *Pontificis.*

194 *Motus proprius tollit defectum ſubreptionis Gratiæ, ſed non intentionis Pontificis.*

195 *Valida eſt nova Penſionis reſervatio facta abſque mentione antiqua ſuper ejuſdem Beneficii fructibus impoſitæ, ſi hæc nulla fuerit, aut ineffectuata remanſerit.*

196 *Et an ad Titularem, ſeu potius ad Penſionarium ſpectet probare, antiquam Penſionem nulliter impoſitam, ſeu ineffectuatam remanſiſſe?*

199 *De antiqua Penſione perpetua favore Seminarii, aut alterius loci pii impoſita ex cauſa a jure, & a Concilio Tridentino approbatis, an facienda ſit mentio in reſervatione novæ ſuper eodem Beneficio imponenda?* & n. 200.

201 *Reticentia antiquæ Penſionis irritam non reddit Gratiam reſervationis novæ, ſi Pontifex de illa in genere cogitare potuit.*

202 *Et hac ratione ſubſtinetur reſervatio novæ Penſionis, antiqua reticita, ſi in illius Literis adſit clauſula* -- Etiamſi ſuper illis aliæ Penſiones annuæ aliis aſſignatæ exiſterent &c.

203 *Semel, ac nova Penſio nulla eſt ob omiſſam ſpecificam mentionem antiquæ ſuper eodem Beneficio adhuc vigentis, Penſionarius tenetur reſtituere omnes terminos ab initio reſervationis indebite exactos.*

204 *Fructus percepti vigore Tituli invalidi, & reſoluti, reſtitui debent a die actus nulliter celebrati.*

205 *Fructus non debentur niſi a die mota litis, a quo tempore poſſeſſor conſtituitur in mala fide.*

Intellige, quando petuntur acceſſorie ad rem petitam; ſecus, ſi jure Dominii, & tanquam ſors principalis, tunc enim debentur etiam ante motam litem. n. 208.

Annuum Legatum ſolvendum eſt a die obitus Teſtatoris, & non motæ litis, quia debetur tanquam ſors, & non tanquam fructus acceſſorie ad fundum. n. 209.

206 *Poſſeſſor bonæ fidei fructus perceptos, & conſumptos reſtituere non tenetur, niſi probetur, ex illis factum fuiſſe locupletiorem.* & num. 207.

210 *Intellige, ſi fructus petantur acceſſorie, ſecus ſi jure Dominii & tanquam ſors principalis, nam hoc caſu reſtitui debent, etiamſi bona fide fuerint conſumpti, nec poſſeſſor locupletior ex illis evaſerit.*

IN Auctorem præſentis Regulæ quidam ag-
noſcunt *Urbanum IV.* qui ad Petri Cathe- 1
dram aſcendit *die* 29. *Auguſti* 1261. Alii vero
Urbani VI. qui Pontifex renunciatus fuit anno
1378. ut videre eſt apud *Sot. ad hanc Regulam*,
quæ eſt inter ſuas in ordine *la* 61. *num.* 2. &
ibidem *Kochier num.* 12. *Peleus Commentar. Analyt. ad Reg. Cancell. Cap.* 41. *pag.* 113. *a tergo* §.
Urbanus IV. Rebuff. in Tract. de Nominat. quæſt.
8. *num.* 31. *Gomez. in Proœm. ad hanc Regulam*,
Corrad. in Prax. Benefic. lib. 3. *cap.* 7. *ſub n.* 23.
qui duo referunt Conſtitutionem *Clementis IV.* 2
per quam illa *Urbani* confirmatur, & ampliatur
Roſ. de Executor. cap. 6. *n.* 242. *Scopp. ad Cod.*
Fabr. lib. 1. *tit.* 3. *Explanat. X. num.* 1. *in fine.*
Notat vero *Kochier* mox laudatus, quod in ea-
dem Regula ſub Pontificatu *Pii IV.* addita, & 3
deleta fuerunt nonnulla verba, & *Pii* factum
cæteri Pontifices ſunt poſtea ſequuti.

Duo continet Regula. Primum, quod in im- 4
petratione cujuslibet Beneficii exprimi debeat ve-
rus annuus illius valor: Et alterum, quod ex-
primatur etiam valor Beneficiorum per eundem 5
Impetrantem antea obtentorum, addita, in ca-
ſu non factæ, & fructuum, & Beneficiorum
veræ expreſſionis, pœna nullitatis Gratiæ *ipſo Ju-*
re, ut in illis verbis -- *alioquin Gratia præd. ſit*
nulla -- & plene tradunt DD. relati per *Roſ. de*
Exequutor. Liter. Apoſtol. Cap. 7. *num.* 124. *Gut-*
tierez Canon. quæſt. lib. 2. *cap.* 15. *num.* 76. *Lot-*
ter. de Re Benefic. lib. 3. *quæſt.* 5. *n.* 45. *Rot. in*
Romana Beneficii 18. *Martii* 1695. §. *Regulæ au-*
tem diſpoſitio, coram Muto, & 23. *Januarii* 1699.
§. *Additur, coram clar. mem. Card. de la Tre-*
moille.

Fundatur Regulæ diſpoſitio, nedum ſuper 6
intereſſe burſali *Annatiſtarum*, ne ſcilicet ex
diminutione fructuum Beneficii, debitis frau-
dentur emolumentis, quam rationem reſpicien-
tem tantummodo obligationem exprimendi va-
lorem Beneficii de novo impetrati, non aliorum
antea obtentorum, perpendit *Lotter. de Re Be-*
neficiar. quæſt. 20. *n.* 47. *Rot. deciſ.* 212. *num.* 7.
part. 5. *Recent.* Verum, & ſuper altero motivo,
quod utramque expreſſionem reſpicit, ut ſcilicet
Papa, tanquam fidelis diſpenſator, & prudens,
Eccleſiæ reditus diſtribuat ſecundum Perſona-
rum merita, & qualitates, unde neceſſe eſt,
quod ei Beneficiorum valor innoteſcat, ne unus,
illum reticendo, valeat plurimorum ſtipendia
capere, *Gomez in Proœm. hujus Regulæ, & rur-*
ſus quæſt. 13. *Kochier ibid. num.* 20. *& ſeqq. Scopp.*
ad Fabr. Cod. lib. 1. *tit.* 3. *Explanat.* 10. *num.* 2.
Peleus in Comm. Analyt. ad Regul. Cancell. Cap.
41. *pag. mihi* 153. §. *Cauſa, Card. de Luc. de Be-*
nefic. Diſc. 90. *num.* 8. *Corrad. in Prax. Benefic.*
dict. Cap. 7. *num.* 24. *Guttierez Can. Quæſt. lib.* 2.
cap. 15. *num.* 76. *Rot. deciſ.* 75. *num.* 16. *part.* 12.
Recent.

Recent. deciſ. 568. *num.* 6. *coram Coccino.*
Idque ipſum adnotavit Cancellarius *du Prat* in
reſponſionibus ad oppoſitiones per Curiam Parla-
menti Pariſienſis Concordatis Galliæ factas. Cum
7 enim in iſtis decerneretur, quód impetrantes Be-
neficia exprimere tenerentur, verum eorum va-
lorem, & opponeretur a Parlamento, quod id
tenderat ad extrahendas pecunias a Regno propter
Annatas, reſpondit Cancellarius, *que l'intention*
a été pour voir ſi ceux à qui l'on conferoit, le mé-
ritoient, & la fin du Concordas n'a pas été pour
l'Annate, Urbain VI. & Boniface VIII. avoient
ordonné l'expreſſion de la vraie valeur, & depuis
tous les Papes, tous les Docteurs, tiennent que
ſi la vraie valeur n'eſt exprimée, il y a nullité --
& paulo poſt — *Cette expreſſion de la vraie va-*
leur empêche beaucoup de perſonnes d'aller à Ro-
me, qui y alloient, loy que l'on pouvoit tromper
impunément, & à bon marché -- ut legitur apud
Pithou in Hiſtor. Pragmat. & Concordat. impreſſ.
poſt ſuum Volum. de Libert. Eccleſ. Gallic. pagina
mihi 137.
8 Et ſan. mem. *Benedictus XII.* quo nemo alius
magis accuratus, & Religioſus in conferendis Be-
neficiis, ſupplices libellos ad ea impetranda ſibi
oblatos primo Conſecrationis die, rejecit, ſcire
antea volens aliquid certi de annuo Beneficiorum
proventu, de meritis Supplicantium, & an alio
jam gauderent Beneficio, ut ex *Raynald. ad ann.*
1334. *n.* 2. & 1335. *n.* 67. refert *Thomaſin. tom.*
2. *lib.* 1. *cap.* 40. *n.* 11.
Quantum igitur attinet ad primam Regulæ
partem, quæ in Beneficii impetratione neceſſita-
tem imponit exprimendi, ac juſtificandi, verum
annuum illius valorem, ea eſt præter juris com-
9 munis diſpoſitionem, ad cujus tramites nulla fie-
ri debet in Beneficiorum impetrationibus valoris
expreſſio, *Sotus in hanc Regul. num.* 1. *Roſ. de*
Exequutor. dict. lib. 3. *cap.* 7. *num.* 23. ubi, quod
valor Beneficii exprimendus eſt de ſtylo antiquiſ-
ſimo Curiæ, non de jure, *Guttierez Queſt. mo-*
ral. lib. 2. *cap.* 15. *num.* 73. *Rot. deciſ.* 568. *num.*
3. *coram Coccin.* & *in Corduben. Beneficii* 8. *Mar-*
tii 1683. §. *Talis autem coram Rondinino.* Sed
10 licet falſa valoris expreſſio nullam ipſo jure red-
dat gratiam proviſionis Beneficii, ut diximus,
11 non inducit tamen illius reſervationem *Kochier*
in hanc Regul. num. 25. *Pariſ. de Reſignat. lib.*
10. *quæſt.* 2. *num.* 24. *Peleus in Comment. Ana-*
lyt. ad Regul. Cancellar. cap. 41. *pag.* 154. §.
12 *Regula.*
Verus autem annuus Beneficii valor exprimi
debet per *Marchas* argenti, aut *Sterlingos*, vel
Libras Turonenſes, ſeu *Florenos* auri, aut *Duca-*
tos, vel *Unciis* auri, ut in Regula dicitur. Quid
13 vero importent *Libra Turonenſis*, *Florenus*, & *Du-*
catus alibi diximus. Et de *Sterlingo*, agit *Gob. de*
Monet. quæſt. 1. *n.* 47. Sed *Marca* argenti importat
14 ſex Ducatos de Camera *Nicolarts. ad Concord.*
Germ. tit. 1. *de Reſer.* §. 20. *pag.* 64. *Gomez. ad*
hanc Regul. 9. *quæſt.* 9. ubi late de materia Mone-
15 tarum juxta terminos hujus Regulæ, *Wameſ. Conſ.*
Canonic. tom. 1. *conſ.* 207. *n.* 20. *Kochier ad Præ-*
16 *ces Primar. ſeſſ.* 4. *litt. R.* Et de *Marchis* Ar-
genti mentio habetur in *Cap. Cum pridem* 4. *de*
Pact. ibique *Gonzal. num.* 3. notat, illas non
ejuſdem eſſe valoris apud omnes Nationes, & in
17 *Conſtitut. Ægid. lib.* 4. *cap.* 96. legitur -- *qua-*
libet Marca Argenti quatuor florenos auri — ut
refert *Saracen. in Hiſtor. Anconit. part.* 2. *lib.* 4.
pag. 100. ubi ad marginem laudat *Cujacium de*
Feud. lib. 9. Sed *Ludovic. de Laberint. Moneta-*
rum pag. 17. pluribus relatis Auctoribus, ait,
Marcam conſtaſſe octo unciis, licet non deſint,
qui afferant conſtare ſex unciis. At quidquid de
hujuſmodi Monetarum valore diſſeri poſſet, quod
attinet ad modernum ſtylum, omnis moneta in 18
Gratiis Apoſtolicis, in quibus de illa facienda eſt
mentio, reducitur ad Ducatos auri de Camera,
& ſic exprimitur tam in Supplicatione, quam in
Literis Apoſtolicis *Corrad. in Prax. Beneficiar. lib.*
3. *cap.* 7. *num.* 32. An autem valutari debeat
cum Cambio, diximus ſupra in *Comment. ad Re-*
gulam XXV. de Monet.
Pluribus veró modis ampliatur Regulæ diſpo-
ſitio. Primo, quod expreſſio veri valoris fieri
debet etiam in impetratione Beneficiorum non 19
excedentium ſummam ducatorum viginti quatuor
auri de Camera, pro quibus non ſolvitur Annata
Card. de Luc. de Beneſic. dict. diſc. 90. *num.* 8.
Scopp. ad Codic. Fabrian. lib. 1. *tit.* 3. *Explanat.*
X. num. 4. *Mandoſ. in Tract. de Signat. Grat. pag.*
mihi 49. *in princ. Column.* 8. *Clauſula in corpo-*
re Supplicationis. Imo etiam ſi Beneficii valor
non excedat unum Ducatum; Quod ſi Benefi-
cium nullos penitus fructus habeat, exprimi de- 20
bet in ſupplicatione -- *cujus nulli fructus ſunt* --
ut obſervat *Corrad. dict. cap.* 7. *numer.* 28. *in*
fine, & *Amayden. de ſtylo Datar. lib.* 1. *cap.* 18.
§. 2. *num.* 8.
Secundo ampliatur, ut procedat etiam in Gra-
tia proviſionis Beneficii a Pontifice *Motu pro-* 21
prio facta, vel ſi ab alteo de ejus mandato ex-
pleatur, ut clare legitur in Regul. *verſic. Et idem*
ſervetur &c. eique inhærendo, tradunt *Kochier*
ad hanc Regul. num. 17. *Lotter. lib.* 3. *quæſt.* 20.
num. 51. & *ſeqq. Rot. deciſ.* 167. *n.* 2. *cor. Duran.*
Car. de Luc. de Beneſ. diſc. 20. *n.* 9. Et quam-
vis *Kochier* loco mox laudato in principio, exi- 22
ſtimet, verba præfata — & *idem ſervetur &c.* ad-
dita fuiſſe Regulæ a *Pio IV.* eaque ad *Grego-*
rium XIII. referat *Card. de Luc. dict. diſc.* 90.
uterque tamen fallitur, dum leguntur etiam ex-
preſſa in Regulis *Clementis VII.* qui ante lau-
datos Pontifices in Petri Cathedra ſedit. Diffe- 23
rentia vero, quæ militat inter proviſionem Be-
neficii a Papa *Motu proprio* factam, & alteram
expletam ad Patris ſupplicationem, ea eſt, quod
in primo caſu ſufficit ſola valoris expreſſio abſque
neceſſitate illum juſtificandi *Cap. Si motu proprio*
de Præben. in 6. *Rot. in Recent. part.* 5. *deciſ.* 212.
num. 1. & 4. ubi bona redditur ratio. In ſecun-
do vero caſu neceſſaria ſit etiam expreſſi valoris
juſtificatio *Roſ. de Exequutor. Cap.* 7. *num.* 125.
Card. de Luc. dict. diſc. 90. *num.* 10. *Rot. deciſ.*
212. *num.* 1. *part.* 5. & *deciſ.* 911. *cor. Seraphin.*
& *deciſ.* 167. *n.* 2. & *ſeqq. cor. Durano.*
Tertio, neceſſaria eſt ad tramites Regulæ veri
valoris expreſſio, etiam in Proviſionibus Benefi- 24
ciorum, quæ explentur a Legatis Apoſtolicis,
cum & illis adaptabilis ſit poſterior ratio, quam
ſupra *num.* 6. militare diximus in Proviſionibus
Apoſtolicis, ut, quidquid in contrarium exiſti-
met *Roſ. dict. cap.* 6. *n.* 242. communiter tradunt
Gomeſ. ad hanc Regul. part. 2. ubi ait ita reſolu-
tum, *Peleus in Comm. Analytic. ad Regul. Can-*
cellar. cap. 41. *pag.* 154. *a tergo* §. *Regula locum*,
Tondut. quæſt. Beneſic. part. 2. *cap.* 3. §. 6. & *ſeqq.*
Kochier ad hanc Regul. num. 15. *Corrad. in Prax.*
Beneſic. dict. cap. 7. *n.* 24. *Card. de Luc. de Bene-*
ſic. dict. diſc. 90. *n.* 11. *Rot. deciſ.* 162. *n.* 9. &
390. *cor. Buratt.* & *deciſ.* 568. *n.* 15. & 12. *cum*
ſeqq. coram Coccin.
Quarto ampliatur, ut verus valor Beneficii ſit 25

narrandus, quamvis Pontifex Gratiam illius proviſionis eſſet alias valore præfato, etiam non expreſſo, conceſſurus, ut late poſt *Ancaranum*, & *Covarr.* firmant *Guttier. Canon. quæſt. lib. 2. cap. 15. n. 74. & ſeqq. Kochier ad hanc Regul. n. 22. & ſeq. Rot. deciſ. 306. n. 24. part. 10. Recent. & in Mediolanen. Juriſpatr. 3. Julii 1684. §. finali cor. Paulutio.*

Quinto ampliant Regulæ diſpoſitionem non-
26 nulli Doctores, etiam ad caſum, quo Beneficii valor ſit expreſſus in majori quantitate, quam re vera ſit, argumento *Text. in Cap. Cui de non Sacerdotali, de Præben. in 6. Kochier in hanc Regul. n. 22. & ſeqq Guttierez d. cap. 15. ſub n. 79.* Verum dura nimis eſt opinio hæc, nedum ex illo juris principio, *quod pluris eſt, tanti eſt*, de quo *Jabolenus in leg. Cum Furti ff. de in Lit. Jur. leg. in eo quod plus ff. de Reg. Juris* quod in terminis præſentis Quæſtionis perpendit *Rebuff. Tract. de Nominat. quæſt. 9. n. 30.* & *n. 42.* explicat *Text. in dict. Cap. Cui de non Sacerdotali*; Verum, quia per expreſſionem valoris Beneficii in majori ſumma, ceſſant geminæ rationes, quibus Regula innititur, & quas ſupra expoſuimus. Caſus tamen iſte eſt *Corvo rarior albo*, cum Impetrantes Beneficia, in minori potius, quam in majori quantitate illorum fructus exprimere ſoleant pro minuendis expenſis in expeditione Bullarum, & ad evitandam, vel ſaltem minuendam Annatæ ſolutionem, ut ait *Rot. dec. 75. num. 1. par. 12. Rec.* & confert eadem *Rot. in Ferrarien. Cappellania 13. Februarii 1696. §. Ex quibus, cor. Priolo.*

Sed licet in Beneficiorum per obitum vacantium impetrationibus adeo ſegnes non ſint Impetrantes, ut verum eorum valorem adaugeant, in Beneficiorum tamen reſignationibus ad favorem cum reſervatione Penſionis ſæpe accidit, quod fraudulenter, augeantur fructus ad effectum, ut ſuper illis major Penſio imponi poſſit, quod in grave damnum vergit tum Succeſſorum in Beneficio, tum eorumdem Beneficiorum, quorum onera congrue poſtea ſufferri nequeant; quinimo obicem præſtat, ne Pontifex congruam aliam Penſionem ſuper eodem Beneficio, dum vacat,
27 favore pauperum Clericorum, aut benemeritæ Perſonæ imponere valeat. Hinc ad hujuſmodi malo occurrendum Eminentiſſ. Card. *Corradinus*, ſan. mem. *Innocentii XIII.* Pro-Datarius, per ſpeciale mandatum ejuſdem Pontificis vivæ vocis oraculo habitum, hujuſmodi Reſignationes nullas, & irritas declaravit per Edictum editum die 25. Septembris 1721. in quo inter cætera provido conſilio demandata, legitur -- *Ad hæc, eadem auctoritate mandamus, ut qui Beneficia etiam ſimplicia reſignare voluerint, poſt terminum ſex menſium a die præſentis Edicti computandorum, teneantur exprimere in ſuis ſupplicibus libellis, a quo tempore poſſideant Beneficia quæ reſignare intendunt, nec non verum annuum valorem eorumdem, præſertim quando Reſignationes fieri debent cum reſervatione Penſionis, in quibus plerumque, ut reſervari poſſit major Penſio, valor fructuum ſolet augeri; quod ſi in iiſdem ſupplicibus libellis &c. expreſſum non fuerit &c. Decernimus &c. Reſignationes vero eſſe nullas, & irritas.*

28 Sed in terminis hujus Edicti dubitari poteſt, an facta in Reſignatione Beneficii cum reſervatione Penſionis, majori veri annui valoris expreſſione, nedum irrita ſit Reſignatio, ut mandat Edictum, verum, & inducta cenſeatur ejuſdem Beneficii vacatio. Et videtur affirmative reſpondendum. Voluit enim Edictum proſpicere fraudibus, quæ in reſignationibus Beneficiorum cum reſervatione Penſionis favore Reſignantis, ut plurimum occurrunt in præjudicium, ut diximus, tum Pontificis, tum Succeſſorum, tum ipſiuſmet Beneficii; Cumque fraudis hujuſmodi, nedum Reſignatarius, ſed potiori jure particeps ſit Reſignans, qui de vero Beneficii valore inſtructus præſumitur, hinc, ſi ob hujuſmodi fraudem plectitur Reſignatarius pœna nullitatis Reſignationis, pœnam quoque amiſſionis Beneficii luere debet Reſignans, cum æqualiter delinquentes, æquum non eſt, quod ad inæqualia judicentur, ad *Text. in Leg. finali Cod. de Procur. Leg. Non debet ff. de Regul. Jur. Cap. Non licet eadem tit. in 6.*

Et ratio ulterior eſt, quod, ubi Reſignatio eſt nulla ex culpa Reſignantis, nequit ipſe ad Bene- 29 ficium reſignatum amplius habere regreſſum, ſed vacat favore illius, ad quem de jure ſpectat collatio, etiamſi in Literis Reſignationis adſit Clauſula -- *non alias, nec alio modo* -- cum hæc nil operetur, quando adeſt culpa Reſignantis *Rebuff. Conſil. 192. n. 5. Garc. de Benefic. part. 17. cap. 3. n. 36. Adden. ad Buratt. deciſ. 236. n. 37. Rot. deciſ. 190. num. 5. Recent. & deciſ. 214. num. 5. part. 1. diverſ.* Et in præciſis terminis Reſignantis, qui pro obtinenda pinguiori Penſione, fructus Beneficii in majori quantitate expreſſit *Garcias de Benefic. loco mox laudato n. 49.*

Verum his non obſtantibus cenſeo, Beneficium non vacare, quia Edictum ſolum irritat Reſigna- 30 tionem, ſed non inducit vacationem, quæ cæteroquin, uti redolens graviſſimam pœnam reſpectu Reſignantis, expreſſa fuiſſet, ſi Principi eam decernere placuiſſet, unde locum ſibi vindicat recepta Juris Theorica, quod, ubi Reſignatio ex aliquo defectu nulla, & irrita redditur, non abdicatur a Reſignante jus, quod ſuper Beneficio habebat, ſed adhuc penes ipſum remanet, perinde ac, ſi Reſignatio ſequuta non fuiſſet. *Lotter. de Re Benefic. lib. 2. quæſt. 14. n. 8. & ſeqq. Rot. deciſ. 358. n. 10. coram Bichio deciſ. 388. n. 7. & 8. cor. Pœnia, & in Carpentoraten. Parochialis del Mazan 28. Junii 1700. §. final. cor. Muto, & in Mediolanen. Beneficii 5. Martii 1703. §. Sed aggredientes cor. Caffarello.*

Idque procedit, etiam ſi Reſignatio fuerit nulla ex culpa, & dolo Reſignantis, quia nem- 31 pe, aut verum Beneficii valorem non expreſſit, aut illum adauxit, nam, niſi adſit ſpecialis aliqua inhibitio, quæ præter nullitatem Reſignationis, decernat etiam Beneficii vacationem, hæc nunquam inducta cenſetur, & ſatis plectitur malitia Reſignantis per irritationem actus a ſe voliti, ipſius nempe Reſignationis, ut pluries reſpondit *Rota*, præſertim *in deciſ. 417. 418. & 419. part. 1. diverſ. & deciſ. 120. num. 12. cor. clar. mem. Card. Caprara* ubi reprobatur *Garcias*, *& dec. 172. num. 5. cor. Celſo*, & bene *in Neapolitana Beneficiorum 26. Novembris 1683. §. Ubi autem cor. Albergato* ibi -- *Ubi autem Reſignatio ex parte Reſignantis eſſet doloſa, & inexcuſabilis ratione falſæ expreſſionis valoris, adhuc in præſenti inducere quidem valuis nullitatem Reſignationis, non autem vacationem Beneficii, ad quem effectum neceſſarium eſt, quod adſit aliqua ſpecialis diſpoſitio, quæ ultra nullitatem ultro progrediatur ad inducendam vacationem, alias enim Beneficium adhuc dicitur vacare per obitum Reſignantis.*

Atque ex hoc principio, quod, etſi Reſignatio 32 ſit nulla ob expreſſionem majoris valoris, adhuc non

non cenſetur à Reſignante abdicatum jus, quod ante Reſignationem ſuper Beneficio ei competebat, ſequitur; quod ſi contingat, Reſignantem ipſum decedere in *Menſe* Ordinarii, & Beneficium non ſit alicui Reſervationi perſonali, aut reali obnoxium, illius collatio non ad Pontificem, ſed ad Ordinarium ipſum ſpectat, ut præter auctoritates ſupra *n.* 30. laudatas, dixit *Rot. in d. Neapolitana Beneficiorum* 59. *Januarii* §. *Minus obeſſe*, & 26. *Novembris* 1683. §. *Ubi autem coram Albergato.* Nec ob appoſitionem manus
33 Papæ in Reſignatione dici poteſt, quod Beneficium remanſerit affectum, quia cum Reſignatio nulla, & irrita per Edictum declaretur, nulla ex ea oriri poteſt affectio, quæ ſolum cenſetur per appoſitionem manus Papæ inducta, ad hoc, ut Reſignatio ſuum validum ſortiatur effectum *Rot. deciſ.* 1433. *a n.* 5. *ad finem coram Coccino*, & *deciſ.* 358. *n.* 11. *coram Bichio deciſ.* 348. *n.* 12. *coram Rembold. deciſ.* 383. *n.* 20. *coram Carilla*, & *in dicta Neapolitana* 29. *Januarii*, & 26. *Novembris* §. §. *citat.* Et diximus in *Comment. in Rubr. Regul. I.* §. 1. *n.* 102.

34 Sed ad ſemitam, unde digreſſi ſumus, revertentes; Sexto, locum ſibi vindicat Regulæ diſpoſitio, etiam in Gratia Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione, quæ requirit expreſſionem valoris Beneficii, illiuſque verificationem, Quod, ſi valor narratus juſtificari non poſſit Gratia redditur nulla, & Beneficium remanet affectum ob appoſitionem manus Papæ, quæ impedit, ne Ordinarius ullo unquam tempore de illo diſponere poſſit *Barboſ. Vot. deciſ.* 100. *num.* 37. *lib.* 3. *Wameſ. conſil. Canon.* 33. *n.* 5. *tom.* 1. *Rot. deciſ.* 255. *n.* 8. & *ſeqq.* & *deciſ.* 313. *n.* 2. *part.* 7. *Recent.* & late *cor. Molines deciſ.* 768. *n.* 10. & *ſeqq.* & alibi dictum eſt.

35 Septimo, nulla eſt Gratia Impetrationis Beneficii ob non factam veri illius valoris expreſſionem, etiamſi abſit dolus, & malitia in Impetrante. Cum enim falſitas valoris expreſſi Gratiam reddat ipſo jure nullam, ut diximus ſupra *num.* 5. hinc eſt, quod bona, vel mala fides Impetrantis nil operatur, quemadmodum non attenditur, an Princeps, non expreſſo vero valore, eſſet, nec ne Gratiam conceſſurus, ut pariter ſupra *n.* 25. dictum eſt. Et confert in ſimilibus terminis exemplum novæ Penſionis impoſitæ ſuper fructibus Beneficii jam altera Penſione gravatis, quæ a nullitatis vitio ſalvari nequit, quamvis Penſionarius bona fide antiquam Penſionem Pontifici non expreſſerit, ut dicemus infra *n.* 185. & *ſeqq.*

36 Et quamvis *Rota in Melevitana Penſionis* 28. *Junii* 1697. *confirmat.* 22. *Januarii* 1699. *coram la Tremoille* excuſaverit Penſionarium non juſtificantem verum valorem Beneficii, ex quo expreſſio dolo malo non proceſſerat; Caſus tamen illius Cauſæ eſt valde ſingularis, nam ibi Penſionarius expreſſerat verum valorem Beneficii in ducatis 150. qui in *Summariolo*, quod legitur Papæ, aderat pariter expreſſus. Cumque poſtmodum Officialis pro augenda taxa Componendæ valorem alteraſſet in corpore Supplicationis, illum exprimendo in ducatis 200. recte reſolutum fuit, reſervationem Penſionis ſubſtinari, quia nihil poterat imputari Penſionario, qui verum Beneficii valorem expreſſerat, & concurrebat veroſimilis mens Papæ, cui innotuerat valor ab eodem Penſionario expreſſus. Factum enim Officialis, inſcio, & forſan invito impetranti præjudicium inferre non poteſt, *Rot. in dicta Melevitana Penſionis* 28. *Junii* 1697. & 23. *Januarii* 1699.

coram clar. mem. Card. de la Tremoille. Cæterum, quando expreſſio falſi valoris facta eſt ab eodem Impetrante, qui juxta credulitate ductus illam emiſit, hoc caſu ſibimet imputare debet, ſi meliorem diligentiam non adhibuerit in perquirendo verum Beneficii valorem pro obtinenda Gratia, quam ſcire tenebatur eſſe ipſo jure nullam concurrente falſa ejuſdem valoris expreſſione.

At vero pluribus itidem modis limitatur Regulæ diſpoſitio; Et primo non procedit in Pro- 37
viſionibus Beneficiorum, quæ fiunt ab Ordinariis. Has enim irritas non eſſe ob falſam valoris expreſſionem, tradunt *Kochier ad hanc Regulam n.* 16. *Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 26. *Card. de Luc. de Benefic. dict. diſcurſ.* 89. *num.* 12. *Rot. in Hoſtunen. Beneficii* 10. *Maii* 1694. *coram Urſina.*

Inſuper nec locum ſibi vindicat in proviſionibus Beneficiorum expletis a Nunciis Apoſtolicis, 38
quippe ceſſat earum reſpectu mens, & ratio Regulæ, cum neque Proviſi a Nunciis ſolvant Annatam, neque Nuncii facultate polleant indefinita conferendi Beneficia, ſed tantum reſtricta ad ea, quæ viginti quatuor Ducatorum auri de Camera valorem, computatis etiam fructibus incertis, non excedunt *Rot. coram Coccin. deciſ.* 568. *per tot.* ubi de differentia inter Legatum, cujus proviſio ſub- 39
jacet, ut diximus, cenſuræ Regulæ, & Nuncium Apoſtolicum.

Præterea, Regulæ diſpoſitio non comprehendit Cappellanias, ſeu Legata pia, Hoſpitalia, & alia 40
id genus, quæ non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica, & pro quibus non ſolvitur Annata, *Pelem Comm. Analyt. in Regul. Cancel. cap.* 42. *pag.* 154. *Rot. deciſ.* 18. *per tot. part.* 1. *diverſ. repetit. deciſ.* 267. *part.* 2. *diverſ.* & *in dicta Hoſtunen. Beneficii* 10. *Maii* 1694. §. *Accedit coram Urſina.*

Similiter, ſi quis impetret duo Beneficia, & unius reſpectu verum valorem, alterius vero, falſum exprimat, nullitas Gratiæ quoad unum, 41
non influit in nullitatem Gratiæ alterius, quamvis utraque Beneficiorum proviſio in iiſdem Literis contineatur *Rot. deciſ.* 623. *n.* 1. & *ſeqq. coram Dunoz.*

Item, in Beneficiis Conſiſtorialibus, & taxatis in libris Cameræ, Regulæ diſpoſitio non pro- 42
cedit, quia in illorum impetrationibus valor juxta notoriam praxim, exprimi conſuevit in tot *Florenis*, quot Beneficia ipſa in iiſdem libris taxata reperiuntur, & animadvertunt *Gomez in hanc Regul. quæſt.* 3. *cap.* 73. *in fin. Corrad. dict. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 32. *Roſ. de Executor. d. cap.* 5. *n.* 249. & *cap.* 7. *n.* 163. *Amayd. de ſtyl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. §. 2. *n.* 17. *Rot. in Nullius, ſeu Senonen. Abbatiæ* 12. *Januarii* 1725. §. *Sed immo coram Reverendiſſimo Corio.*

Quod, ſi contingat ſuper Beneficio aliquo in 43
libris Cameræ taxato Penſionem imponi, tunc in Supplicatione non ſolum fructus juxta taxam, ſed etiam ſecundum verum eorum annuum valorem exprimuntur, quod ſervari cœpit ſub Pontificatu *Clementis X.* quo tempore Prodatarii munus magna cum nominis ſuæ laude exercebat clar. mem. Cardinalis *Gaſpar de Carpineo.*

Pariterque Regula locum ſibi vindicat in ex- 44
preſſione, & juſtificatione fructuum certorum Beneficii, non autem Diſtributionum quotidianarum, aliorumque incertorum; Unde, ubi fructus Dignitatis, Canonicatus, alteriuſve Beneficii conſiſtunt in Diſtributionibus quotidianis, valor exprimi conſuevit in Ducatis viginti quatuor *Kochier in hanc Regul. n.* 27. *Card. de Luc.*

de Benef. dict. diſc. 90. *num.* 13 cum aliis penes
Rot. in Barcn. Canonicatus 20. *Februarii* 1699. *§.*
Cum autem, & 1. Julii ejuſdem anni §. Siquidem
45 *cor. Pio.* Neceſſariam tamen eſſe expreſſionem
fructuum Maſſæ Groſſæ, qui in abſentia a Be-
neficiato percipiuntur, tradunt *Kochier ibid. n.*
26. *Rot. deciſ.* 75. *n.* 10. *part.* 12. *& deciſ.* 296. *n.*
15. *part.* 16.
Hinc Regulæ diſpoſitio non afficit Impetran-
46 tes Dignitates, Canonicatus, aliaque Beneficia
inſeriora Germaniæ, quorum reſpectu, valor
juxta praxim innixam Concordatis cum Germa-
nica Natione a Sede Apoſtolica initis, exprimi-
tur ſolum in Ducatis viginti quatuor *Kochièr. in*
hanc Regul. num. 21. *Nicolarts ad Concordat. Ger-*
man. pag. mihi 169. *Card. de Luc. de Benefic. diſc.*
90. *n.* 15. *Roſ. de Exequutor. cap.* 5. *n.* 247. *&*
cap. 6. *n.* 169. Ac in eadem ſumma ducatorum
viginti quatuor, exprimitur etiam valor Benefi-
47 ciorum Poloniæ, quorum proinde Proviſiones,
nec cenſuræ Regulæ ſubjacent, *Rot. deciſ.* 605.
num. 4. *part.* 18. *Recentior. & deciſ.* 492. *num.* 15.
cor. Molines.
Hæcque praxis exprimendi valorem Beneficio-
48 rum Germaniæ, & Poloniæ in ducatis viginti
quatuor locum ſibi vindicat illorum etiam reſ-
pectu, qui Indultum obtinent Apoſtolicum re-
tinendi plura Beneficia incompatibilia; Sufficit
enim, quod eorum fructus in ſumma præfata
exprimant, nec obſtringuntur verum annuum va-
lorem Pontifici narrare, quid in contrarium
obiter loquendo, dixerit *Zypeus conſ. Canon. lib.*
1. *tit. de Reſervat. conſult.* 6. Non enim juſta
aliqua perpendi valet diſcriminis ratio, cur ad-
mitti debeat expreſſio valoris in ducatis viginti
quatuor, quando quis de Beneficiis præfatarum
Regionum providetur, & non quando ſupplicat
pro Indulto ea retinendi; Retentio ſiquidem aliud
non eſt, quam continuatio illius met juris, quod
antea competebat. Sicque pluries ſervatum fuit,
& præcæteris in Apoſtolico Indulto, quod Co-
mes *de Arach* deputatus Coadjutor cum futura
ſucceſſione Archiepiſcopo *Viennenſi* in Auſtria,
obtinuit, retinendi Canonicatum Eccleſiæ Cathe-
dralis *Salisburgen.* nec non alterum Canonicatum,
& Præpoſituram in Eccleſia *Paſſavien.* In In-
dulto enim præfato facta fuit expreſſin fructuum
in ducatis viginti quatuor pro quolibet Canoni-
catu, totidemque pro Præpoſitura, ut ex Li-
teris Apoſtolicis ſub Datum *apud S. Mariam Ma-*
jorem 1701. *decimo Kalendas Decembris.* Simi-
liſque expreſſio legitur in altero Apoſtolico In-
dulto ſub Datum *apud S. Petrum* 1708. *Quarto*
Nonas Maii, quod Comiti *Sigiſmundo de Kiem-*
burg promovendo ad Eccleſiam *Chiemenſem*, elar-
gitus fuit ſan. mem. *Clemens XI.* pro retentio-
ne Canonicatus in Eccleſia *Salisburgen.* & alte-
rius Canonicatus in Eccleſia *Paſſavien.* Et ſic
etiam reſolutum fuit a Sac. Congregatione Con-
cilii *in Leodien. ſeu Namurcen. Reſidentiæ.* Cum
enim a Capitulo Cathedralis Leodienſis conten-
deretur, Epiſcopum *Namurcenſem* ſubreptitie ob-
tinuiſſe a Sede Apoſtolica Indultum retinendi
una cum Epiſcopatu Canonicatum, & Archi-
diaconatum in Eccleſia *Leodienſi*, ex quo verum
etiam valorem non expreſſerat, ſed ſolum in
ducatis *viginti quatuor* pro quolibet, S. Congre-
gatio *die* 5. *Septembris, &* 26. *Auguſti* 1612. nec-
non *die* 13. *Maii* 1713. cenſuit, *Indultum non*
fuiſſe ſubreptitium.
Illud tamen omittendum non eſt, quod ex-
49 preſſio fructuum Beneficiorum Germaniæ in du-
catis viginti quatuor, locum tantummodo ſibi
vindicat, quando de illis fit proviſio per obitum 50
ultimorum Poſſeſſorum, juxta terminos Concor-
dati. Aſt in aliis caſibus, in quibus Pontifex de
Beneficiis præfatis diſponit, veluti in caſu Re-
ſignationis ad favorem cum reſervatione Penſio-
nis favore Reſignantis, aut in eorumdem Bene-
ficiorum Unionibus, applicationibus, ſeu diſmem-
brationibus &c. neceſſaria eſt pro validitate Gra-
tiæ expreſſio veri valoris, ut diximus in *Commen-*
tar. in Regulam XXII. Quemadmodum Univer-
ſitas Studiorum Lovanii, quæ ex Indulto Apo-
ſtolico jure potitur nominandi ad Beneficia Pa- 51
triæ, & Diœceſis Leodienſis, certum annuum
valorem non excedentia, nominare nequit ad Be-
neficia majoris reditus ſub prætextu, quod pro-
viſiones Beneficiorum illarum partium explentur
ſub narrativa valoris per non exceſſum in duca-
tis viginti quatuor, quia expreſſio prædicta ſo-
lum fit in Proviſionibus Apoſtolicis ad effectum
eximendi Proviſos a ſolutione Annatarum, unde
extranea redditur a nominationibus reſtrictis ad
Beneficia certi annui reditus, cujus cæteroquin
expreſſio neceſſaria omnino eſt ad effectum dignoſ-
cendi, an rite ad tramites Indulti expleta ſit no-
minatio, ut diximus in *Commentar. in Regul. XXII.*
n. 17. *&* 18.
Quod attinet ad Gallos, iſti antiquiſſimum Cu-
riæ ſtylum, cui Regula innititur, exprimendi in 52
Beneficiorum impetrationibus verum annuum eo-
rum valorem, non receperunt, exiſtimantes, hanc
Regulam eſſe Burſalem, *Rebuff. in Tractat. de*
Nominat. quæſt. 9. *num.* 32. & diximus ſupra *n.* 7.
Et quamvis in Concordatis poſtea initis inter *Leo-*
nem X. & *Franciſcum I.* Galliarum Regem *Tit.*
de Mandatis §. Statuimus conventum fuerit, quod 53
in impetrationibus Beneficiorum illius Regni ex-
primi deberet verus eorum valor, nihilominus
articulus iſte ab ipſo primordio, quo publicata
fuerunt Concordata, cœpit in controverſiam re-
vocari, adeout in irritum ceſſerint, & declama- 54
tio Cancellarii *du Prat*, quam exſcripſimus ſupra
n. 7. & conatus omnes, quos pro Concordati ob-
ſervantia adhibuit *Leo X.* qui non deſiit de vio-
lato Concordato alte conqueri.
Hinc in dicto Regno praxis invaluit, quod ex-
ceptis Beneficiis Conſiſtorialibus, in impetratio- 55
ne aliorum Beneficiorum, fiat valoris expreſſio
in ducatis viginti quatuor, ut tradit *Rebuff. ubi*
ſupra, & in dicto §. Statuimus litt. A. Unde
Petrus Pithou in Hiſtor. Pragmatic. & Concordat.
poſt ſuum Librum *de Libert. Eccleſ. Gallic. pag.*
mihi 169. hæc ait -- *L'on void par ce qui eſt*
touché ci-deſſus, que le Pape & ceux de la Cour
de Rome ont longtemps conteſté pour faire obſer-
ver l'article du Concordat de l'expreſſion de la
vraie valeur des Bénéfices à peine de nullité, &
neantmoins la France ne s'y eſt jamais pû accom-
moder. Il avoit été introduit en faveur du Pape
pour avoir l'annate au juſte de toutes ſortes de
Bénéfices, mais depuis que l'annate fut reſtreint
aux Bénéfices Conſiſtoriaux, qui ſont à la nomina-
tion du Roi, il fut convenu pour les autres Bé-
néfices, ſatisfaiſant en apparence à ceux de Rome
qui veulent en toutes proviſions que l'expreſſion de
la vraie valeur y ſoit, que cette clauſe y ſeroit
miſe -- cujus fructus, & reditus annui non ex-
cedunt 24. ducatos auri de Camera ſecundum
communem æſtimationem -- *& auſſi pour éviter*
le payement de l'annate qui ſeroit deu ſi l'on
exprimoit la valeur annuelle du Bénéfice plus de
30. *ducats.*

Sed

Digitized by Google

56 Sed hanc praxim non exprimendi verum va-
lorem Beneficiorum in Galliis provenire exiſti-
mo ex. Declaratione, quam poſt Concordata
emiſit *Leo X. Kalendis Octobris* 1517. impreſſa
poſt ſuam Conſtitutionem XX. *tom.* 1. & cujus
initium — *Romanus Pontifex* — in qua præmitti-
tur, quod, licet vigore Concordatorum verus
annuus valor in proviſione Beneficiorum inferio-
rum eſſet exprimendus, attamen ſæpe evenire
ſolebat, ut vacatione Beneficiorum ab Impetran-
tibus intellecta, veraque valoris notitia non ha-
bita, celerem Nuncium mittebant ad Sedem
Apoſtolicam, & Literas expediebant cum mi-
nus vera expreſſione valoris, & ideo abſque
eorum culpa effectu Gratiæ fruſtrabantur. Pro-
indeque declarat Pontifex, quod de cætero,
impetrantes Beneficia Eccleſiaſtica in *Regno*, *Del-
phinatu*, & *Comitatu Dien.* & *Valentinen.* per
obitum dumtaxat vacantia, ſi verum annuum va-
lorem non expreſſerint, poſſint infra annum a
die datæ literarum computandum, valoris ma-
le expreſſi correctionem petere ab Officialibus,
ad quos pertinet; ipſique Proviſi pro augmen-
to valoris expreſſo dumtaxat, Annatam Came-
ræ Apoſtolicæ ſolvere debeant, & teneantur,
annullando Impetrationes ratione non expreſſi
veri valoris Beneficii infra dictum annum factas;
Et præfatæ Conſtitutionis vigore, ait *Fagnan. in
Cap. Præterea num.* 72. *Ne Præl. vic. ſuas* indul-
tum eſſe Gallis a Sede Apoſtolica, ut pro Be-
neficiis inferioribus non ſolvant Annatam, & li-
ceat eis impune eorumdem Beneficiorum fructus
exprimere ſub valore viginti quatuor ducatorum
auri de Camera.

57 Etiam in impetrationibus Beneficiorum Belgii
valorem exprimi in ducatis viginti quatuor,
quamvis eorumdem fructus illum longe excedant,
teſtatur *Zypeus Conſultat. Canon. lib.* 1. *tit. de va-
lor. Belg. Benefic. conſult.* 6. *pag. mihi* 11. Con-
trarium tamen occaſione Canonicatus Eccleſiæ
58 *Trajecten.* firmavit *Wameſ. conſil.* 226. & *ſeqq.
lib.* 3. ubi oſtendit, nullo jure cautum reperiri,
quod in Beneficiis illarum Partium fiat enuncia-
ta expreſſio, & conſuetudo, quæ adeſſe con-
tendebatur, nec probata fuerat, nec admitti
poterat in præjudicium Romanæ Sedis, & ad-
59 verſus Cancellariæ Regulas Decreto irritanti mu-
nitas, ac in Belgio etiam receptas, ut diximus
in *Comment. Proœm. Regul.* Et quod in aliis lo-
60 cis, quam Germania, Gallia, & Polonia, at-
tendi non mereatur conſuetudo exprimendi Be-
neficiorum valorem in ducatis viginti quatuor,
quando valor ipſe revera excedit, niſi Conſue-
tudo ſit immemorabilis, aut ſaltem canonizata
in contradictorio judicio, dixit *Rota in Piſana
Parochialis* 15. *Januarii* 1700. §. *Abſque eo quod*,
coram Lancetta, inter impreſſ. *deciſ.* 121. Vel
in omnem caſum conſuetudo præfata eſſe debe-
ret ſine ulla interruptione, nam, ſi quandoque
in proviſione alicujus Beneficii ejuſdem Diœceſis
valor fuiſſet expreſſus ultra ducatos 24. tunc con-
ſuetudo nihil ſuffragaretur, cum ad proſternen-
61 dam conſuetudinem contra jus, ſufficiat unicus
actus, ut proſequitur *Rot. in dicta Piſana Paro-
chialis* §. *Ceſſat.*

Cæterum, cum verus Beneficii valor, nedum
ſit exprimendus, ſed etiam juſtificandus, etiamſi
62 nullus adſit Contradictor, aut extrajudicialiter
procedatur *Lotter. de Re Benef. lib.* 3. *quæſt.* 20.
n. 53. & 54. *Roſ. de Exequutor. d. cap.* 7. *n.* 172.
Hinc videndum quomodo talis juſtificatio fieri
63 debeat. Et in hac materia, in qua plurimum
Judicis arbitrio defertur, *Roſ. de Exequutor. dict.
cap.* 7. *num.* 166. *Adden. ad Burat. deciſ.* 538.
ſub num. 22. *Rot. deciſ.* 378. *num.* 1. & *deciſ.*
645. *num.* 15. *coram Bichio*, *deciſ.* 578. *num.* 5.
coram clar. memor. Card. Caprara, & *in Bar-
chinonen. Beneficii* 20. *Februarii* 1699. §. *Sequi-
tur*, & 1. *Julii ejuſdem anni* §. *Sane*, *coram
Pio.* duo veniunt conſtituendi caſus. Primus eſt,
quando agitur de juſtificando valore ad effectum 64
exequendi Gratiam principalem proviſionis Bene-
ficii per obitum vacantis; Secundus, quando agi-
tur de probando valore ad finem annullandi Gra-
tiam ab altero obtentam ob non factam veram
illius expreſſionem. In primo caſu, in quo valor
de ſtylo exprimitur *per non exceſſum*, ſufficiunt
leviores probationes, ex rationibus quas ponde-
rat *Card. Luca de Benefic. diſc.* 90. *n.* 18. *Roſ. de
Exequutor. d. cap.* 7. *n.* 138. *Lotter. d. quæſt.* 20. *n.*
74. & *ſeqq. Rot. in Corduben. Benef.* 13. *Martii*
1683. §. *Talis autem*, *cor. Rondinino*, & *in Mu-
tinen. Parochialis* 1. *Decemb.* 1687. §. *E contra cor.
eod.* & *in Terulen. Parochialis* 7. *Julii* 1703. §.
Reſpectu, *coram Muto.* Quod locum ſibi vindicat
etiam contra proviſum de eodem Beneficio a Nun-
cio Apoſtolico; licet è contra Proviſus a Nuncio 65
teneatur valorem, tanquam fundamentum ſuæ
gratiæ concludenter probare *Roſ. in addit. ad Cap.* 66
7. *n.* 336. *Rot. deciſ.* 296. *n.* 8. & *ſeqq. part.* 16. *Re-
cent.* & *in Pampilonen. Beneficii* 21. *Aprilis* 1698.
§. *Proviſio*, *coram Urſino*, & *in Corduben. Præſti-
monii* 20. *Martii* 1699. §. *Quandoquidem cor. cl.
mem. Card. de la Tremoille.*

Verum, licet in terminis juſtificandi valorem 67
pro exequutione Gratiæ proviſionis Beneficii ſuf-
ficiant leviores probationes, hæ tamen eſſe de-
bent in ſuo genere perfectæ, & concludentes,
itaut de valore Beneficii Pontifici narrato reddant
certum animum Judicis, a cujus arbitrio, ut di-
ximus, probationis relevantia, ut plurimum de-
pendet, *Roſ. de Exequutor. cap.* 7. *n.* 147. *Lotter.
de Re benef. dict. quæſt.* 20. *n.* 79. *Rot. dec.* 13. *n.* 6.
coram Gregor. dec. 768. *n.* 7. *ibique Adden. coram
Burat. deciſ.* 123. *n.* 4. *coram clar. mem. Card. Ca-
praræ*, & *in d. Pampilonen. Beneficii* §. *Accedit.*

Hinc ad effectum præfatum, minus idoneos 68
eſſe Teſtes, qui non deponant de certa ſcientia,
ſed de auditu, aut Teſtes, qui non ſint informa-
ti, aut extrajudicialiter, & ſine juramento depo-
nant, tradunt *Lotter. dict. quæſt.* 20. *n.* 79. *Roſ. de
Exequut. cap.* 7. *n.* 151. & *ſeqq. Rota deciſ.* 359.
n. 4. & *ſeqq. coram Gregor. dec.* 880. *num.* 4. *co-
ram Dunoz. dec.* 360. *n.* 29. *cor. Bichio*, cum aliis
relatis *in dec.* 123. *num.* 2. & 3. *coram clar. mem.
Card. Caprara.*

Sic etiam imperfecta eſt de per ſe ſola proba- 69
tio, quæ deducitur ex ſimilibus valoris expreſſio-
nibus priſcis temporibus factis per antiquos ejuſ-
dem Beneficii poſſeſſores, cum valor attendi de-
beat de tempore Gratiæ, aut de tempore illi pro-
ximo, ut infra dicemus, & tradunt *Lotter. de Re
Benef. lib.* 3. *quæſt.* 20. *n.* 56. & 57. *Card. de Luc.
de Benef. diſc.* 90. *n.* 19. *Rot. dec.* 300. *n.* 9. *coram
Benincaſ.* & *dec.* 13. *num.* 1. & *ſeq. coram Gregor.*
Quemadmodum, non probari valorem per notu- 70
las, & Inventaria exarata a Beneficiatis anteceſ-
ſoribus, dixit *Rot. deciſ.* 186. *part.* 1. *rec. deciſ.*
406. *n.* 6. *coram Celſo.*

Eoque magis ſuffragari nequit ſimilis expreſſio 71
valoris per Anteceſſores Beneficiatos facta, ſi
probetur rerum ſtatus immutatus, quodque ta-
lis mutatio ſit publica, ipſique Impetranti inno-
tuerit, *Rot. deciſ.* 325. *n.* 31. & *deciſ.* 378. *coram*

Bichio, deciſ. 101. n. 8. coram Ubago, deciſ. 300.
num. 12. coram Benincaſ. & in Mediolanen. Bene-
ficii 15. Febr. 1696. §. Accedit coram Urſino. Et
72 quamvis non deſint DD. exiſtimantes, probari
valorem Beneficii ex narrativa facta in antece-
dentibus proviſionibus, Roſ. d. cap. 7. num. 159.
cum aliis in Mediolanen. Juſpatron. 3. Julii 1684.
§. Demum cor. Paulutio. Eorum tamen ſententia
locum ſibi vindicare poteſt, ubi alia concurrant
adminicula, quo caſu valoris expreſſio per Ante-
73 ceſſores facta, multum coadjuvat probationem
valoris, Roſ. dict. cap. 7. n. 159. Adden. ad Gre-
gor. deciſ. 420. n. 10. Rot. deciſ. 62. n. 19. & deciſ.
210. part. 10. recent.

Sic etiam Locationes non probare verum Be-
neficii valorem ob affectionem, quam forte ha-
bere poſſunt Conductores erga Bona, & Prædia
74 Beneficii, communiter tradunt Roſ. de Exequutor.
cap. 7. num. 162. Rot. deciſ. 535. num. 7. coram
Bichio deciſ. 172. n. 2. coram Gregorio deciſ. 1628.
num. 2. coram Coccin. & in Oveten. Beneficii 23.
Junii 1687. §. Pari modo, coram cl. mem. Card.
Caccia, & in Corduben. Praſtimonii 9. Februarii
1697. §. His accedit confirmata 12. Junii ejuſ-
dem anni §. Ponderabant Domini, coram Muto.
75 Niſi plures ſint, & factæ diverſis temporibus,
ac diverſis Perſonis, tunc enim ex iis rite valo-
ris Beneficii probatio eruitur, quia Locationum
multiplicitas tollit præſumptionem affectionis er-
ga illius Bona, quæ poteſt conſiderari in uno,
aut altero Conductore, & innuit, quod fatui
præſumi non debent Conductores omnes in con-
ducendis Bonis pro majori pretio, quam quod
ex illorum fructibus retrahi poſſet. Adden. ad
Gregor. deciſ. 101. ſub num. 4. Rot. dec. 62. num.
22. par. 10. deciſ. 288. num. 13. par. 11. rec. dec.
300. num. 3. coram Benincaſ. deciſ. 169. n. 4. co-
ram Royas, & in Gerunden. Beneficii 20. Februa-
rii 1682. § Probatio vero confirmata 1. Julii §. Si-
militer, coram Matthæio. Prout etiam, ſi con-
76 currant cum Locationibus, alia adminicula, Be-
neficii valorem rite probari autumant Roſ. de Exe-
quutor. dict. cap. 7. n. 162. Rot. deciſ. 62. num. 22.
& deciſ. 210. n. 11. part. 10. recen. deciſ. 45. num.
12. coram Celſo, & in Tarraconen. Beneficii 26.
Junii 1684. §. Demonſtrata, coram cl. mem. Card.
Caccia.

77 Probatur tamen Beneficii valor ex confeſſione
alterius partis, venientis ex eadem vocatione,
quæque in ejus impetratione ſimilem valorem ex-
preſſerit, Roſ. de Exequutor. dict. cap. 7. n. 161.
Garc. de Beneſ. part. 5. cap. 3. num. 208. Rot. de-
ciſ. 344. num. 7. deciſ. 575. num. 17. coram Du-
noz. deciſ. 155. num. 7. cor. Celſo, & deciſ. 236.
num. 2. coram bon. mem. Herrera, deciſ. 72. n.
7. part. 12. rec. ubi quod non poteſt dari major
78 probatio, & loquitur de proviſo a Nuntio, cu-
jus expreſſio in Ducatis 24. per 000 exceſſum,
ſatis probat valorem ſub eadem narrativa ex-
preſſum a Proviſo Apoſtolico in ſuis Literis, &
reſpondetur rationibus contrariis, confirmat. dec.
116. cor. Zarat. & in Ferrarien. Cappellaniæ 10.
Maii 1690. §. Mirifice coram Urſino, ubi etiam,
79 quod probatur valor ab obligatione, quam Col-
litigans emiſit ſolvendi Annatam juxta eumdem
valorem expreſſum.

80 Inſuper valor eſt diſtincte probandus, & non
in confuſo; Hinc, ſi Proviſus in iiſdem Literis de
duobus Beneficiis expreſſerit, unius Beneficii fruc-
tus non excedere annuos Ducatos centum, alte-
rius vero Ducatos viginti quatuor, ſat non erit
81 probare in confuſo, quod amborum valor non
excedat Ducatos 124. ſed uniuſcujuſque Benefi-
cii valor expreſſus diſtincte probari debet Krebier.
ad hanc Regul. num. 16. Garc. de Benefic. par. 6.
cap. 2. num. 555. Roſ. de Exequutor. d. cap. 5. num.
246. Corrad. in prax. Benefic. lib. 3. cap. 7. n. 35.
ubi, quod propterea Curiales practici debent in 82
unum redigere valorem ipſum dicendo — quorum
inſimul, & illis annexis fructus, tot ducatos non
excedunt.

Rurſus, probatio valoris debet percutere tem- 83
pus præciſum Gratiæ, ex plene relatis per Lot-
ter. dict. quæſt. 20. num. 56. Roſ. de Exequut. d.
cap. 5. num. 245. Card. de Luc. d. diſc. 90. n. 19.
Rot. deciſ. 13. num. 1. coram Gregorio, & in Fer-
rarien. Cappellaniæ 10. Maii 1694. §. Verum, co-
ram Urſino. Quod tamen moraliter eſt intelli- 84
gendum, ut ſcilicet non percutiat tempus remo-
tum, Card. de Luc. d. diſc. 90. num. 19. Lotter.
ubi ſupra num. 57. & ſeqq. Rot. in Tarraconen.
Beneficii 26. Junii 1684 §. Valor autem, coram
clar. mem. Card. Caccia; Hinc, licet in caſu
de quo agimus, probandi ſcilicet valorem ad 85
effectum exequendi Gratiam principalem Pro-
viſionis Beneficii, neceſſaria non ſit probatio
per Decennium, prout opus eſt, ubi agitur de
juſtificando valore in materia objectiva, vel ad 86
effectum annullandi Penſionem, ut mox dice-
mus, requiritur tamen probatio, quæ ſit con- 87
temporanea, ideſt intra eumdem annum provi-
ſionis Beneficii, vel paulo ante, Card. de Luc.
dict. diſc. 90. num. 58. & ſeqq. Roſ. de Exequut.
cap. 7. num. 133. ſubdens, quod non ſufficeret
probare in ipſo anno Proviſionis, fructus tanti, 88
& non pluris venditos fuiſſe, cum id provenire
poſſet ex illius anni ubertate, vel penuria, ideo-
que probari debet valor per aliquot annos unifor-
mes, & ſaltem per Triennium, & in addit. ad 89
dict. cap. 7. n. 133. ubi late oſtendit, quomodo
debeat probari valor frumenti, cæterorumque
fructuum, & an cum Cambio, quod ſolvitur pro
tranſportanda pecunia.

Et fieri debet juſtificatio valoris ſecundum com-
munem æſtimationem, ut in Regula præſcribitur; 90
Unde oritur dubitatio, an ſufficiat probatio va-
loris juxta Taxam in libris Cameræ deſcriptam.
Et dicendum eſt, quod ubi agitur de Beneficiis 91
Conſiſtorialibus, expreſſio valoris non aliter fieri
conſuevit, quam ad tramites præfatæ Taxæ, ut
ſupra dictum eſt. Si vero agatur de Beneficiis
non Conſiſtorialibus, expreſſio valoris ſecun-
dum taxam non admittitur, quia taxa verum 92
Beneficii valorem non evincit, ut firmant Cor-
rad. in Prax. Beneſ. d. cap. 7. num. 32. Card.
de Luc. dict. diſc. 90. num. 28. Roſ. de Exequut.
cap. 7. num. 163. Lotter. d. lib. 2. quæſt. 20. num.
101. Rot. deciſ. 13. num. 4. & deciſ. 450. num. 5.
cor. Gregor. & deciſ. 1613. num. 66. coram Coc-
cin. & in Taxa decimali admittit Amayden. de
ſtylo Datar. d. cap. 18. §. 2. num. 19. ubi ita de-
clarat Deciſionem Gregorii. Excuſari tamen a
pœna nullitatis Gratiæ impetrantem Beneficium 93
cum expreſſione valoris juxta Taxam Cameræ,
tradunt Amayden. ubi ſupra n. 17. Roſ. dict. cap.
7. n. 164. Lotter. de Re Beneſ. dict. quæſt. 20. num.
101. & reſpondit Rot. apud Gomeſ. ad hanc Re-
gul. quæſt. 10. num. 2. & in Corduben. Beneficii
13. Martii 1683. §. Animadvertebant, in fine, co-
ram Rondinin.

Fuit quoque in terminis valutationis fructuum
alias revocatum in dubium, an valutatio præ-
fata, expleta non juxta pretium conſuetum in lo- 94
co Beneficii, ſed ſecundum perpetuam, & invaria-
bilem

Digitized by Google

bilem taxam Diœceſis, rite ſubſiſtat? & affir-
mative reſpondit *Rot. in d. Corduben. Beneficii* 6.
Martii 1683. *cor. Rondinino.* Nec obſtare cen-
ſuit verba Regulæ — ibi — *ſecundum communem
æſtimationem.* Tum quia illa veluti adjecta im-
mediate poſt ſpeciem monetæ, ibi — *verus an-
nuus valet per Marchas Argenti, ſeu aliam mo-
netam ſecundum communem æſtimationem expri-
matur* - potius referri debent ad valutationem,
& reductionem ejuſdem monetæ, juxta ſpecies
ibidem enumeratas, quam ad excludendam fruc-
tuum æſtimationem ſecundum juridicos modos,
& legales conſuetudines, ut innuit *Corrad. d. cap.*
7. *n.* 21. Tum quia, Regula nullum præſcribit
modum ad effectum probandi hujuſmodi commu-
nem æſtimationem fructuum, unde impetrans ju-
ſte credere potuit ſatisfeciſſe Regulæ per expreſ-
ſionem illius valoris, quæ ſecundum communem
conſuetudinem Civitatis, & Diœceſis, etiam in aliis
Beneficii Proviſionibus facta fuerat, quod ſufficit
ad evitandam pœnam nullitatis Gratiæ, ut proſe-
quitur *Rot. in dicta Corduben.* §. *Animadvertebant.*
95 Demum notandum, quod, ubi agitur de ſub-
ſtinenda Gratia Apoſtolicæ proviſionis Beneficii,
laudabilis penes Urbis Tribunalia invaluit ſtylus
tolerandi exceſſum valoris in ſexta parte, de quo
ſtylo, cæteroquin notorio, teſtimonium perhibent
Lotter. lib. 3. *quæſt.* 20 *num.* 65. *&* *n.* 104. *Card.
de Luc. d. diſc.* 90. *num.* 17. *Tondut. de Penſ. cap.*
61. *num.* 7. *Roſ. de Exequutor. cap.* 7. *num.* 165. *&
in Addit. ad cap.* 5 *num.* 238. *pag. mihi* 82. *Rot.
coram Burat. deciſ.* 826. *num.* 4. *& coram Cavaler.
deciſ.* 363. *num.* 3. *& in Recent. deciſ.* 158. *num.* 2.
part. 19. *& in d. Corduben.* §. *final. in Pampilo-
nen. Beneficii* 16 *Maii* 1727. §. *Deſtruere, coram
R. P. D. Nuñez, & in Savonen. Præpoſitura* 4.
Februarii 1732. §. *Ac libentius coram R. P. D.
Rovault de Gamaches.* Quæ tamen indulgentia
96 non admittitur in Proviſionibus Beneficiorum,
quæ explentur a Nunciis Apoſtolicis, qui tenen-
tur antea diligentem capere informationem de
valore, ne facultate conferendi reſtricta ad certi
redditus Beneficia abutantur *Card. de Luc. de Be-
nef. diſc.* 26. *ſub num.* 10. *Rota in Palentina Bene-
ficii* 16. *Januarii* 1704. §. *Eadem, coram bon.
mem. Anſald.*
97 Secundus caſus, de quo ſupra meminimus,
eſt, ubi agitur de valore juſtificando in materia
objectiva, quia nempe facta fuerit impetratio Be-
neficii ob altero ſub falſa valoris expreſſione, ob-
tenti; Et in hoc caſu, cum agatur de materia
odioſa, & quæ pœnam involvit, requiritur ple-
na, & concludens ejuſdem valoris probatio, nec
admittitur conjunctio ſemiplenæ, cum alia ſemi-
plena probatione *Lotter. dict. lib.* 3. *quæſt.* 20. *n.*
89. *& ſeqq. Card. de Luc. de Benef. diſc.* 90. *n.*
23. *&* 26. *Gonzal. in Regul.* 8. *Gloſſ.* 15. *n.* 124.
Adden. ad Burat. deciſ. 528. *num.* 22. *in fine,
& dec.* 138. *num.* 1. *coram Mantic. & deciſ.* 172.
num. 11. *& ſeq. coram clar. mem. Card. Caprara,
& deciſ.* 639. *num.* 1. *coram Molines, & in Mu-
tinen. Parochialis* 1. *Decembris* 1678. §. *Prout pa-
riter coram Rondinino.* Et quando fit impetratio
98 Beneficii ob non expreſſionem veri valoris, non
eſt inſpiciendus valor narratus in ſupplicatione,
ſed valor expreſſus in Literis Apoſtolicis; Cum
enim in ſupplicatione adſit Clauſula *augendi, &
minuendi*, vacatio ob falſam valoris narrativam,
incipit a die, qua Literæ fuerunt male expedi-
tæ, ut dicemus infra in *Comment. in Regul. LXV.*
& cum hoc ſenſu proceſſit *Rot. d. dec.* 639. *cor.
Molines.*

Inſuper, cum impetrans Beneficium ob falſam 99
narrativam valoris ab altero factam, teneatur va-
lorem ipſum exprimere per *aſcenſum*, narrando
ſcilicet, quod licet Poſſeſſor Beneficii fructus ex-
preſſerit in Ducatis *viginti quatuor*, revera ta-
men adſcendant ad triginta, vel quadraginta Du-
catos *Lotter. de Re Benef. lib.* 3. *quæſt.* 20. *num.*
103. *Roſ. de Exequutor. Liter. Apoſtolic. cap.* 7.
num. 177. cum aliis penes *Rot. in Barchinonen.
Beneficii* 21. *Maii* 1688. §. *Valor coram clar. mem.
Card. Caccia.* Hinc eſt, quod hoc caſu, adeo
præciſa probatio narrati valoris requiritur, ut 100
indulgeri non ſoleat a Tribunalibus augumentum
in ſexta illius parte, quemadmodum indulgetur
pro ſubſtinenda Gratia proviſionis Beneficii ob-
tenti ſub narrativa ejuſdem valoris per *non ex-
ceſſum*, ſed valor *per aſcenſum* expreſſus juſtifi- 101
cari debet præciſe uſque ad obulum, ut commu-
niter firmant *Lotter. de Re Beneficiar. dict. quæſt.*
20. *num.* 104 *& ſeq. Rot. deciſ.* 578. *num.* 5. *cor.
Cerro, & deciſ.* 639. *num.* 1. *coram Molin. &
in Ferrarien. Cappellania* 10. *Maii* 1694. *in fine,
coram Urſino.* Eo prorſus modo, quo in caſu
Proviſionis reſervatæ ſub narrativa certi valoris 102
Beneficii, non toleratur illius augumentum in
ſexta parte, ſed valor expreſſus, adeo præciſe
probandus erit, ut ſi in obulo deficiat, Penſio
erit nulla in totum *Garc. de Benef. part.* 1. *cap.*
5. *num.* 407. *Roſ. de Exequutor. lib.* 1. *cap.* 7. *n.*
96. *Lotter. de Re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 38. *n.* 54.
Tondut. de Penſ. cap. 15. *n.* 6. cum aliis penes *Rot.
deciſ.* 375. *num.* 13. *part.* 19. *recent. & deciſ.* 183.
n. 13. *coram clar. mem. Card. Caprara, & in Lau-
den. Penſionis* 4. *Februar.* 1694. §. *Conjunctis, co-
ram Urſino.*

Sed, quod attinet ad modum juſtificandi valo-
lorem Beneficii per *aſcenſum* ab Impetrante nar- 103
ratum, licet non deſint qui exiſtiment, probatio-
nem hanc faciendam eſſe per decem annos imme-
diate præcedentes Gratiam illius proviſionis, com-
putato anno ſterili cum fertili, *Mandoſ. in Regul.*
22. *Cancell. quæſt.* 6. *Garc. de Beneſic. part.* 5. *cap.*
3. *num.* 223. *Maſcard. de probat. Concluſ.* 1396. *ſub
n.* 18. Nihilominus penes Urbis Tribunalia re-
cepta eſt praxis, quam tradit *Sarnenſis ad hanc
Regul. quæſt.* 12. quod Beneficii valor ſit quid in
probandus per decem annos, ſed decennii com-
putatio fieri debeat per quinque annos ante, & 104
quinque poſt Beneficii proviſionem, nam proba-
tis extremis duorum temporum, iiſque ſimul
conjunctis, declaratus remanet valor Beneficii de
tempore intermedio, ſeu præſenti, juxta regulam,
quod media ab extremis declarantur, quam *Sar-
nenſis* praxim laudant, & ſequuntur *Card. de Luc.
de Benef. diſc.* 90. *num.* 24. *Lotter dict. lib.* 3.
quæſt. 20. *num.* 189 *Roſ. in addit. ad cap.* 7. *n.*
351. late *Piton. Diſcept.* 152 *fere per tot.* eique
perpetuo adhæſit *Rot.* ut in *deciſ.* 145. *num.* 1. *&
ſeqq. part.* 18. *tom.* 1. *deciſ.* 745. *num.* 2. *&* 3.
ead. part. 18. *tom.* 2. *recent. deciſ.* 634. *coram
Emerix Jun. dec.* 574. *num.* 4. *coram Penia, de-
ciſ.* 54. *num.* 9. *coram Dunoz. dec.* 170. *num.* 12.
coram cl. mem. Card. Caprara, deciſ. 183. *num.* 9.
coram eod. & in Romana Penſionis 4. *Junii* 1685.
§. *Omiſſo, coram Fleret, &* 16. *Februarii* 1688.
§. *Nec facit, coram Rondinino, & in altera Ro-
mana Penſionis* 23. *Junii* 1687. §. *Verum, coram
eodem.*

Illud tamen animadvertendum eſt, quod pra-
xis hæc *Sarnenſis* circa modum probandi Benefi- 105
cii valorem non aliter locum ſibi vindicat, quam
præſuppoſitis terminis habilibus, quando nempe

ab obtenta Beneficii proviſione effluxerint quin-
que anni, ut illis non elapſis, recurritur ad de-
cennium antecedens proximum Gratiæ, ut, pra-
xim præfatam explicando, tradunt *Lotter. de Re
Benefic. dict. quæſt.* 20. *num.* 91. *Piton. diſcept.*
152. *num.* 4. *& num.* 7. §. *Et ſic reſpectu*, ait,
in hunc ſenſum intelligendas eſſe nonnullas Sac.
106 Rotæ Deciſiones ſimpliciter firmantes, quod pro-
batio valoris facienda ſit per integrum decen-
nium; *Rota penes Achill. de Graſſ. deciſ.* 24. *de
probat. deciſ.* 634. *num.* 7. *cor. Emerix*, *& dec.*
68. *num.* 4. *coram Molines*, *& deciſ.* 81. *num.* 6.
coram Reverendiſſ. Criſpo. Et licet aliquando *S.*
107 *Rota* in terminis Penſionis ſuper certis Beneficii
fructibus reſervata, admiſerit probationem valo-
ris per octo annos, id tamen evenit, quia proba-
tio per decennium reddebatur impoſſibilis, & cæ-
teroquin nulla concurrebat extrinſeca cauſa, Pe-
ſtis nempe, Belli, Tempeſtatis, alteriuſve infor-
tunii, ob quod diminutio fructuum contingere
potuiſſet, ut in *Viterbien. Penſionis* 16. *Junii* 1683.
§. *Siquidem*, *coram Urſino.*

Rurſus, tunc requiritur probatio valoris per
decennium, quando Beneficii fructus ſunt varia-
biles, in diverſis ſpeciebus conſiſtentes, & modo
108 unum, modo alterum valorem conſtituentes; ſed
quando reditus conſiſtunt in fructibus certis, fi-
xis, & invariabilibus, ut ſunt Canones, Cenſus
&c. tunc, cum certa ſit probatio valoris de fu-
turo, neceſſaria non eſt valoris probatio per quin-
que annos ante, ſed eum verificare ſufficit de
tempore Gratiæ, ut ad limitationem praxis tradi-
tæ a *Sernenſi*, poſt *Achill. de Graſſis derif.* 24. *de
Probat.* dixit *Rota in Ferrarien. Cappellaniæ* 10.
Maii 1694. §. *Verum*, *coram Urſino.*

Similiter rigoroſa probatio valoris Beneficii per
decennium non requiritur in caſu mixto, ubi ſci-
109 licet, neque agitur de juſtificatione valoris ad
effectum exequutionis propriæ Gratiæ, neque ad
privandum collitigantem Beneficio, quod impe-
travit ob falſam expreſſionem valoris, ſed de ca-
ſu, quo poſſeſſor ab alio moleſtatus, novam Gra-
tiam exquiſivit ob non expreſſum verum valorem
ab eodem Moleſtante; in quibus terminis, cum
ceſſet cauſa odibilitatis, non eſt neceſſe conclu-
dentiſſime verificare valorem per decennium, ſed
mitius agitur, ut diſtinguit *Rota in Ferrarien.
Cappellaniæ* 10. *Maii* 1694. §. *Fortior*, *coram Ur-
ſino*, *confirmata* 10. *Junii* 1695. §. *Hinc ſequi-
tur*, *coram Priolo*, *&* 13. *Februarii* 1696. *coram
eod.*

110 Illud etiam in genere impetrationis objectivæ
prætereundum non eſt, quod Beneficii valor
nunquam cenſetur juſtificatus, niſi ab eo detra-
hantur onera conſueta, & neceſſaria perpetuo
inhærentia fructibus ejuſdem Beneficii *Roſ. de
Exequut. cap.* 7. *num.* 191. *Lotter. de re Benef.
lib.* 3. *par.* 2. *num.* 92. *Card. de Luc. de Benef.
Tondut. diſc.* 90. *de Penſ. cap.* 14. *num.* 22. *deciſ.*
639. *num.* 7. *coram Molines*, *dec.* 98. *num.* 1. *co-
ram Pamphil.* & de quamplurimis onerum ſpe-
ciebus, quæ detrahi reſpective debent, vel non,
Rot. in Romana Penſionis 4. *Junii* 1685. *coram
Florez. confirmata* 6. *Julii* 1686. *& in Romana
Penſionis* 2. *Februarii* 1694. *coram Pio*, in qui-
111 bus Deciſionibus præcipue firmatur, detrahendas
non eſſe Decimas Papales, tanquam temporales,
& accidentales, minuſque impenſas pro Feſtivita-
te ex mera devotione a Beneficiato celebrari ſo-
lita, nec expenſas voluntariæ litis, minuſque Stre-
nas certis anni temporibus nonnullis Eccleſiæ Mi-
niſtris a Rectore dari conſuetas.

Ad differentiam Gratiæ, quæ non ſit objecti- 112
va; Tunc enim ad probandum valorem, etiam
per *aſcenſum* enarratum, non requiritur neceſſa-
rio, quod onera detrahantur, ut firmavit *Rota
in d. Ferrarien. Cappellaniæ* 13. *Februarii* 1696.
coram Priolo, Caſus erat, quod *Petrus Angelus*
Beneficii poſſeſſor narraverat, illius fructus aſcen-
dere ad ducatos 48. conſtituentes ſcuta 81. mo- 113
netæ, & juſtificabat, fructus præfatos non aſcen-
dere ad ſcuta 82. Adverſarius prætendebat, de-
trahenda eſſe onera in ſumma ſcutorum decem,
quibus detractis fructus non amplius aſcendebant
ad ſcuta 81. ſed ad ſcuta 71. & ſic Gratia ju-
ſtificata non remanebat; Sed contrarium reſolu-
tum fuit, ea ratione, quod regula de oneribus
deducendis a valore Beneficii reſpicit favorem
impetrantium pro ſubſtinenda Gratia, ſi forte
in minori quantitate Beneficii fructus exprime-
rent, proindeque, nec jus, nec æquitas ſuade-
bant, quod in illorum odium convertenda eſſet,
ſi integrum valorem, imo excedentem expreſſe-
runt, præcipue, ſi id non vergat in præjudicium
collitigantis; & licet tantum ſit computandum in
fructu, quantum ſupereſt detractis oneribus, ta-
men nemo dixit, quod Gratia ſit annullanda, ex
quo non fuerunt onera detracta. Cumque talis
detractio ſit facienda ad ſubſtinendam Gratiam,
magis proinde favorabilitèr interpretanda eſt pro
illo, qui onera præfata non detraxit, ut proſe-
quitur *Rot. in d. Ferrarien.* §. *Non obſtat*, quam
ſequitur eadem *Rot. in Hydrunt. Erectionis Colle-
giata* 29. *Aprilis* 1697. §. *Abſque eo quod*, *coram
Pio.* Et hæc opinio conformis eſt ſtylo Datariæ, 114
quæ in conſtituendo valore Beneficii, nunquam
admittit onerum detractionem.

Præſertim, ſi Impetrans fuerit in bona fide, 115
quia nempe agatur de illis oneribus, circa quæ
variant DD. an ſint necne deducenda; vel quia
agatur de valore in parva ſumma, nam rigor pro-
bandi valorem uſque *ad obulum*, procedit in
impetratione Beneficii objective facta, nempe ob
non expreſſum a poſſeſſore verum illius annuum 116
valorem, aut in Penſione reſervata intuitu certi
valoris Beneficii, ut ſupra dictum eſt, non au-
tem in materia Impetrationis Beneficii, quæ non
ſit objectiva, & per conſequens odioſa *Rot. in d.
Ferrarien.* §. *final.*

Supereſt, ut aliquid attingamus de emolumen-
tis, quæ computari debeat, vel non in valore
Beneficii. Et primo regula generalis ſit, quod
computari debent, omnia emolumenta certa ab 117
anteceſſoribus Beneficiatis exigi conſueta, quam-
vis anteceſſor immediatus illa non exegerit, dum-
modo exigere potuerit, *Rot. in Romana Penſio-* 118
nis 1. *Julii* 1686. *&* 6. *Julii* 1687. *coram Ron-
dinino*, *& in Romana Penſionis* 12. *Februarii*
1694. §. *Quamvis cor. Pio.* Emolumenta vero 119
incerta, quæ conſiſtunt in Eleemoſynis, Mor-
tuariis, Oblationibus, Miſſis, Anniverſariis, &
ſimilibus, non aliter computanda ſunt in conſti-
tuendo Beneficii valore, quam ſi ad certitudinem
aliquam reduci poſſint; *Palm. Nep. Allegat.* 35. *n.*
11. *& Allegat.* 36. *n.* 10. *Rot. deciſ.* 187. *n.* 27. *&
ſeqq. part.* 11. *deciſ.* 130. *n.* 8. *part.* 18. *deciſ.* 1. *n.*
17. *part.* 19. *Recent. & in Albanen. Penſionis* 26.
Aprilis 1683. §. *Creſcit coram Rondinino*, *& in
Majoricen. Penſionis* 26. *Aprilis* 1686. §. *Talis*,
coram eodem.

Similiter Eleemoſynæ, quæ Rectori Eccleſiæ 120
a Confraternitate dantur, vel pro Miſſis cantatis,
vel pro Miſſis, & Veſperis, quando accedit ad
alias Eccleſias, inter fructus Beneficii non nume-
rantur;

rantur; Rector enim Eleemoſynas præfatas re-
cipit, non uti emolumenta Beneficii, ſed intuitu
laboris, quem præſtat cantando Miſſas, & Veſ-
peras, *Palm. dict. Allegat. 35. num. 15. Rot. deciſ.
255. coram Bich.*

Quemadmodum, ſi ex mente Fundatoris Pa-
121 rochus pro tempore obtinere debeat Cappella-
niam, quæ adnexam habet onus celebrandi Miſ-
ſas, illius fructus, haud calculandi ſunt pro con-
ſtituendo valore Parochialis, quia Parochus du-
plicem tali caſui repræſentat Perſonam, & Paro-
chi, & Cappellani, nec fructus Cappellaniæ
percipit jure Parochiæ, ſed ex alio, & diverſo
titulo, nempe Cappellaniæ, nullam habente con-
nexionem cum jure Parochiali *Rot. deciſ. 18. fe-
re per tot. coram Cerro*, & noviſſime *in Savonen.
Præpoſituræ 4. Februarii 1732. §. Ut autem, co-
ram R. P. D. Rovault de Gamaches.*

Quod ſi Cappellania cum onere celebrandi
Miſſas ſit inſeparabiliter adnexa Eccleſiæ Paro-
122 chiali, illiuſque fructus percipiantur a Parocho,
uti Parocho, tunc fructus præfatos computan-
dos eſſe inter cætera Parochiæ emolumenta, di-
xit *Rot. deciſ. 15. num.* 15. & latius *deciſ. 76. n.*
123 *5. & ſeqq. part. 8. recent.* Et in terminis compu-
tandi eoſdem fructus, in congruam Vicarii, ex
Conſtit. XLVII. S. Pii V. firmat *Franciſcus
Zypeus Reſponſ. Canon. lib. 3. tit. de Paroch. Reſ-
ponſ. 2. de Congrua Paroch. & Vicar. Port. ſub
num. 11. verſ. Nec ullibi ſtatuitur pag. mihi 121.*
Et conferunt tradita per *Rot. in Pampilonen. Be-
neficii 11. Junii 1703. §. Haud refragante coram
bon. mem. Muto.*

In valore quoque Canonicatus non imputan-
124 tur Penſiones Domorum, quæ non ſiot adnexæ
Canonicatibus, nec juri Canoniæ, ſed poſſiden-
tur juxta Canonicorum antianitatem jure optio-
nis, cum ea tantum emolumenta in valore Ca-
nonicatus imputentur, quæ veniunt jure Cano-
niæ, non quæ veniunt ab extra, *Rota deciſ. 354.
n. 7. coram Burat. deciſ. 183. n. 21. coram Cerro,
& in Romana Penſionis 3. Januarii 1665. §. Nec
Domus, coram Albergato.*

E contra vero in valore Beneficii calculandus
venit valor Ceræ, quæ Beneficiato dari conſue-
125 vit in die Purificationis B. V. & in quibuſdam
Anniverſariis, ad differentiam Ceræ diſtribui ſo-
litæ per Beneficiatum Parochianis, aliiſque extra-
neis Perſonis, cujus valor minuit, non auget fruc-
tus Beneficii, *Rot. in Rossana Penſionis 4. Junii
1685. §. His igitur, coram Florez, confirmata 1.
Julii 1686. §. Tertia pariter, coram Rondinino.*

Hæc quoad *primam* partem Regulæ; Nunc
126 ſuccedit *altera*, quæ unum præſupponit, alterum
diſponit; Præſupponit, quod impetrans Benefi-
cium, teneatur de aliis Beneficiis, quæ tunc ob-
tinet, ſeu de quibus ei fuerit proviſum, mentio-
nem facere. Diſponit vero, quod eorumdem Be-
neficiorum valorem exprimere debeat. Quod at-
tinet ad præſuppoſitum; pluribus Canonicis De-
cretis ſancitum fuit, quod pro valida Beneficii
impetratione neceſſaria omnino ſit aliorum antea
obtentorum, etſi modici reditus, ſpecifica men-
tio, eorumque taciturnitas Gratiam nullam, &
ſubreptitiam ipſo jure reddat, ut *in Cap. Non
poteſt 21. & Cap. Si Motu proprio 23. de Præb.
in 6. Cap. Cum Poſtulaſti 27. Cap. Cum adeo, Cap.
Ad audientiam il 2. Cap. in Noſtram de Reſcript.*
quæ jura late exornant *Thomaſſin. de Benef. n. 2.
lib. 3. cap. 7. num. 2. Selvn eod. Tract. quæſt. 11.
a num. 41. Barboſ. Vot. deciſ. 107. n. 20. Garc.
de Beneſ. part. 1. cap. 2. num. 126. Pariſ. de Re-
ſignat. lib. 10. quæſt. 2. Roſ. de Exequutor. cap. 6.
num. 30. & 306. Rot. in Valentina Vicariæ 10. Ja-
nuarii 1695. coram Urſino, & in Barchinonen.
Beneficii 26. Junii 1705. §. Non obſtat, coram
cl. mem. Card. Scotto.* Reticentia vero Beneficii
jam obtenti, non operatur illius vacationem, ſed 127
irritam ſolum, nullamque reddit Gratiam provi-
ſionis alterius, ut præſcribunt laudatæ Decreta-
les *in Cap. Poſtulaſti 27. de Reſcript. & Cap. Si
cui de Præbend. in 6.* Hinc, cum quidam impe-
trare vellet uti vacans Beneficium a *Titio* antea 128
obtentum, eo quod de illo, in proviſione alte-
rius mentio facta non fuerat, Congregatio Da-
tariæ rejecit inſtantiam *die 23. Nov. 1699.*

Pluribus tamen modis evitatur ſubreptio Gra-
tiæ proviſionis ſecundi Beneficii ob non factam 129
expreſſionem alterius. Primo, ſi Impetrans ha-
buerit illud pro derelicto *Rot. deciſ. 157. num. 18.
part. 17. Recentior.* Qui enim objicit de ſubrep-
tione Proviſionis Beneficii, ex quo proviſus, al-
terum, quod obtinebat Pontifici non expreſſit,
prægravatur onere demonſtrandi, quod illud a
Reo poſſideretur, nec ſufficit evincere poſſeſſio- 130
nem de tempore antecedenti, & inniti præſump-
tioni, quod Poſſeſſio cenſetur continuata, niſi in-
terrupta probetur, quia præſumptio hæc locum
ſibi vindicat, quando allegatur ab ipſomet Poſ-
ſeſſore, vel ejus ſucceſſore, ſecus, quando oppo-
nitur a tertio, & in materia præſertim objectiva,
ut bene reſpondit *Rot. deciſ. 91. n. 4. & 5. poſt
Poſth. de Manut. & deciſ. 794. n. 5. & 6. coram
Burat. & deciſ. 117. n. 4. part. 17. Recent. & in Ca-
putaquen. Canonicatus 27. Januarii 1694. §. Poſſeſ-
ſionis vero, coram Priolo.*

Rurſus, Gratiam proviſionis ſecundi Beneficii
non vitiat reticentia alterius, de quo Impetrans 131
fuerat antea proviſus, ſi probabilem illius igno-
rantiam haberet, quia nempe ſibi abſenti, & in-
ſcio collatum fuerit, *Cap. Gratia, de Reſcript. in
6. Cap. ſuper Literis de Reſcript.* Et ratio eſt, quia
Beneficii collatio abſenti, & ignoranti facta non 132
tribuit ante acceptationem jus in re, ſed ad rem,
Cap. Si tibi abſenti, de Præben. in 6. Nec vero
in Literis Apoſtolicis de jure ad rem, ſeu quæren- 133
do, ſed tantummodo de jure quæſito facienda eſt
mentio, *Cap. Si Motu proprio, de Præbend. in 6.
Fagnan. in Cap. Super Literis num. 30. verſ. Doc-
tores de Reſcript. Gonzal. in Cap. Ad aures num.
4. eod. tit. Rota in Florentina Penſionis 24. Ja-
nuarii 1698. §. Indeque, coram Olmo.* Et regu-
la generalis eſt, quod Gratia obreptionis vitio 134
non ſubjacet, quando taciturnitas eorum quæ ex-
primi debent, non ex dolo & malitia, ſed a ju-
ſta ignorantia provenit, quam regulam commu-
niter amplectuntur Canooiſtæ ſcribentes ſuper *dict.
Cap. Super Literis*, & præcæteris *Fagnan. n. 52.
de Reſcript.* cum aliis relatis a *Rot. penes Marche-
ſan. de Commiſſ. part. 1. pag. 463. & in Romana
Exequutionis Brevis 10. Maii 1698. §. Satis au-
tem, coram Muto.*

Tertio, in Beneficiorum Impetratione facien- 135
da non eſt mentio aliorum tunc obtentorum, ſi
iſta Pootiſex in Literis Apoſtolicis pro expreſ-
ſis habere declaret *Rot. in Nullius, ſeu Piſcien.
Beneficii 5. Maii 1719. §. 5. coram R. P. D. Ga-
maches.* Hujuſmodi Pontificis declarationem an-
tiqui Beneficialiſtæ *Obſtantias Beneficiales* nun- 136
cuparunt, & olim in corpore Supplicationis
ſuper proviſione quorumcumque Beneficiorum
apponebatur clauſula — *Quod Obſtantiæ Benefi-
ciales Oratoris habeantur pro expreſſis* -- cujus
vigore eximebatur proviſus ab obligatione ex-
primendi

Google

primendi Beneficia antea obtenta. Nunc vero
clauſula præfata adjicitur ſolum in Supplicatio-
nibus ſuper proviſione Beneficiorum favore San-
ctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, nec non eo-
rum, qui ſunt veri Pontificia familiares. Et in
137 Literis Apoſtolicis, quæ poſtea expediuntur fa-
vore eorumdem Cardinalium, qui gaudent *Ob-
ſtantiis Beneficialibus majoribus*, uti vacant Pra-
ctici Datariæ, fit ſequens expreſſio -- *Nec non
omnia, & ſingula Eccleſias, Monaſteria, Prio-
ratus, Dignitates, Adminiſtrationes, & Officia,
cæteraque Beneficia Eccleſiaſtica cum cura, &
ſine cura, Secularia, ac etiam quorumvis Or-
dinum Militarium, & Hoſpitalium, etiam San-
cti Joannis Hieroſolymitani, ac Sancti Antonii
de Sancta Antonia Viennen. Regularia, qua ex
quibuſvis Conceſſionibus, & Diſpenſationibus Apo-
ſtolicis in titulum, Commendam, adminiſtratio-
nem, aut alias quomodolibet obtines, ac in qui-
bus, & ad qua jus Tibi quomodolibet competit
quacumque, quotcumque, & qualiacumque ſint,
eorumque fructuum, redituum, & proventuum
veros annuos valores, ac hujuſmodi conceſſionum,
& diſpenſationum tenores, ac quaſcumque Pen-
ſiones annuas Tibi ſuper quibuſvis fructibus,
reditibus, & proventibus Eccleſiaſticis, & ea-
rum loco fructus ipſos Apoſtolica Tibi auctori-
tate reſervatas, & aſſignatas, earumque, ſeu
eorum quantitates præſentibus pro expreſſis haben-
tes &c.*
138 Formula vero *Obſtantiarum Beneficialium mi-
norum* nuncupatarum, quæ legitur in Literis
Apoſtolicis proviſionis Beneficiorum favore fa-
miliarium Pontificis, non eſt adeo amplia, &
effrenatis verbis concepta, ſed ſequentibus -- *Ac
omnia, & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica cum cu-
ra, & ſine cura Secularia, & quorumvis Or-
dinum Regularia, qua ex quibuſvis Conceſſioni-
bus, & Diſpenſationibus Apoſtolicis in Titulum,
Commendam, Adminiſtrationem, & ad qua jus
Tibi quomodolibet competit, quæcumque, quot-
cumque, & qualiacumque ſint illorum fructuum,
redituum, & proventuum quantitates pro expreſ-
ſis habentes &c.*
139 De hujuſmodi *Obſtantiis Beneficialibus* agunt
Sot. in hanc Regulam, quæ apud ipſum eſt *la
61. Mandoſ. de Signat. Grat. tit. de Proviſ. pag.
mihi 49. column. 1. Rebuff. in Prax. tit. Forma
Signat. pag. 94. & in tertia part. Signat. pag.
107. num. 5. & pag. 138. & 145. num. 1. &
plur. ſeqq. Bouchel. in Biblioth. Canon. verb.
Proviſions pag 286. col. 2. verſic. Nec non om-
nia, & ſingula, Rot. in Ferrarien. Cappellania
21. Junii 1728. § Magiſque, & 26. Novembris
ejuſdem anni §. final. coram Reverendiſſimo Criſpo*,
140 ubi quod *Minutantes* Secretariæ Status ſunt ve-
ri familiares Papæ, & gaudent *Obſtantiis Bene-
ficialibus.*
Quarto, Beneficia manualia, & amovibilia ex-
141 primenda non ſunt Pontifici in proviſione Bene-
ficii perpetui, cum de illis tantum Beneficiis fa-
cienda ſit mentio, quæ perpetua ſunt, *Card. Tuſcb.
litt. S. Concluſ. 734. n. 20. & 40. Clericat. de Pen-
ſion. Diſcord. 15. n. 20.*
An vero in impetratione Beneficii exprimi de-
142 beat aliud incompatibile antea obtentum, quod
Impetrans dimittere tenetur, controverſa quæſtio
eſt; Et quidem ſunt, qui exiſtimant, quod Ca-
nonicæ Sanctiones decernentes nullitatem provi-
ſionis Beneficii, ob non factam expreſſionem al-
terius tunc obtenti, locum tantummodo ſibi vin-
143 dicent reſpectu Beneficiorum compatibilium, ſe-
cus incompatibilium; Cum enim per aſſequutio-
nem ſecundi Beneficii incompatibilis, ſequatur
legis miniſterio alterius jam obtenti vacatio, ſu-
perflua prorſus illius expreſſio videtur. Ita *Mo-
net. de Commut. ultim. volunt. cap. 7. num. 253.
& ſeqq. Mascard. de Probat. concl. 887. n. 25. &
26. Sot. ad hanc Regul. n. 9. Vivian. de Jurepatr.
lib. 14. cap. 3. num. 99. Barboſ. Vot. deciſ. 107.
num. 13. Rot. coram Mohedan. deciſ. 14. de Præ-
bend.*
Accedit & alia ratio, quod Beneficia obten- 144
ta, ſunt Pontifici in alterius impetratione expri-
menda, ad hoc, ut ille ſit inſtructus de plura-
litate, & qualitate Beneficiorum, cum exinde
moveri poſſit ad Gratiam denegandam, quæ ſa-
ne ratio ceſſat, quando ratione incompatibilita-
tis, Beneficium obtentum, de jure vacare de-
bet, quia tunc Papa ex illius mentione, nec dif-
ficilior redderetur ad alterius Beneficii Gratiam
concedendam. Et licet conſiderari poſſit, quod
facta expreſſione Beneficii incompatibilis Papa
nollet jam Beneficiatum beneficiare, ſed vellet,
quod maneat in prima vocatione, nihilominus,
quando Beneficium ipſo jure vacat, non poteſt
dici beneficiari Beneficiatum, & ratio, quod quis
maneat in prima vocatione, non militat in Bene-
ficiis ejuſdem ſpeciei, in quibus non cadit major
congruentia circa unum potius, quam circa aliud,
ſed procedit in Beneficiis diverſæ conditionis, ſi
quis nempe a Beneficio Regulari ad Seculare, vel
e contra tranſire vellet.
Idipſum ſuadet diſpoſitio noſtræ Regulæ, in 145
qua poſt impoſitam Impetranti Beneficium ali-
quod neceſſitatem exprimendi Beneficia antea ob-
tenta, ſuperadditur limitatio -- *niſi Perſonæ præ-
dicta Beneficia, quæ tunc obtinuerint, aut in qui-
bus, vel ad quæ jus eis competit, juxta ipſarum
oblationem, aut alias dimittere teneantur*, -- Ver-
ba autem, *aut alias dimittere teneantur*, nonniſi
de Beneficiis incompatibilibus, & ipſo jure va-
caturis intelligi poteſt.
His tamen non obſtantibus verior, & magis 146
recepta eſt opinio, quod etiam de Beneficio in-
compatibili, & ipſo jure vacaturo facienda ſit
mentio pro validitate Gratiæ proviſionis alterius
Beneficii. Siquidem Decretales *in Cap. Motu pro-
prio, de Præb. in 6. & in Cap. Poſtulaſti, de Re-
ſcrip.* aliaque jura ſupra laudata, nulla adhibita
diſtinctione inter Beneficia compatibilia, & in-
compatibilia generaliter decernunt, omiſſam ex-
preſſionem obtentorum, Gratiam proviſionis novi
Beneficii irritare, ideoque earum diſpoſitio, utri-
que Beneficiorum generi adaptabilis, reſpectu
omnium indefinite verificari debet, ut in termi-
nis præſentis quæſtionis firmant *Abb. in Cap. ad
Aures num. 9. de Reſcript. ibique Felin. ſub num.
3. Gonzalez num. 8. & 11. Butr. num. 6. & 8.
Barbat. in Cap. In noſtra in fine eodem tit. de Re-
ſcript. Barboſ. in Cap. Cum adeo num. 2. in fine,
& num. 3. Garc. de Benefic. part. 1. cap. 2. n. 28.
& ſeqq.* ubi teſtatur de ſtylo, & praxi *Gonzal.
in ſecund. impreſſ. ad Regul. Cancellar. gloſſ. 15. §.
2. num. 68. Tondut. Quæſt. Benefic. tom. 1. cap.
28. per tot. Rot. deciſ. 485. per tot. coram Seraphin.
& deciſ. 1639. per tot. & deciſ. 1662. coram Coc-
cin. & in Burgi Sancti Sepulchri Prioratus 25.
Junii 1688. §. Siquidem, & §. Neque a mentio-
ne, coram Caccia, & in Valentina Vicariæ 7.
Junii 1694. confirmat. 10. Januarii 1695. coram
Urſino.*
Accedit, quod expreſſio Beneficii incompa- 147
tibilis antea obtenti, poſſet Papam retrahere a
conceſſio-

conceſſione novæ Gratiæ, vel ad refrenandum
fucum ambitionis, & avaritiæ, qui regulariter
conſiderari ſolet in iis, qui ad pinguiora Sacer-
dotia aſpirant, vel quia agnoſcat, non expedi-
re abſolvere Proviſum a vinculo prioris Benefi-
cii, ſed potius congruere illum confirmare in
prima vocatione, in qua vocatus eſt, eo quod
aptior ſit Beneficio habito, quam ambito, ut be-
ne poſt *Rot. deciſ. 483. num. 7. coram Seraphin.*
ratiocinantur laudatæ *Deciſiones coram Urſino pri-*
ma diei 7. Junii §. Ratio, & poſtrema 10. Ja-
nuar. §. Rurſus. Quinimo cum Sac. Canones præ-
cipiant, in proviſione Beneficiorum pauperes
Clericos nullo Eccleſiaſtico ſubſidio proviſos præ-
148 ferri debere cæteris jam Beneficiatis, ut dixi-
mus in *Commentar. in Regul. XVII.* Difficile non
eſt, quod in proviſione Beneficii jam vacantis,
Papa, narrata alterius Beneficii impetratione, ex-
cludat jam Beneficiatum, & præferat non Bene-
ficiatum, quæ fuit ratio, ob quam ſan. memor.
Innocentius III. in Cap. Poſtulaſti, de Reſcript.
ſubreptitiam declaravit impetrationem Beneficii
obtentam a Vicario perpetuo, qui mentionem
non fecerat de Vicaria, ibi -- *Quod cum per for-*
mam prædictam neceſſitatibus pauperum Clerico-
rum (qui nullum ſunt Beneficium Eccleſiaſticum
aſſequuti) Sedes Apoſtolica duxerit ſuccurrendum,
perpetuus Vicarius, (niſi de Vicaria fecerit men-
tionem) commodum reportare non debet de hujuſ-
modi Literis, utpote veritate tacita, impetratis,
& ponderant *Abb. in Cap. Ad aures num. 9.*
& Felin. ibidem num. 3. de Reſcript. Rot. de-
ciſ. 483. num. 7. coram Seraphin. & in Valen-
tina Vicaria 7. Junii 1694. §. Ratio autem cor.
Urſino.

149 Et hæc Sententia, quod in impetratione novi
Beneficii neceſſaria ſit expreſſio alterius incom-
patibilis, tunc obtenti, locum ſibi vindicat, ſi-
ve iſtud pertineat ad liberam Papæ collationem,
ſive ad alterius nominationem, ſeu præſentatio-
nem. Cum enim reſpectu utriuſque ſpeciei Be-
neficiorum poſſit Papa conſiderare Beneficiatum
magis aptum Beneficio obtento, quam petito,
in utraque ſpecie cauſatur ſubreptio, ad quam
inducendam ſatis eſt, quod Pontifex potuiſſet
nominatum, ſeu præſentatum ex hoc capite re-
jicere, licet non rejeciſſet. Ubi enim expreſſio
a jure requiritur, taciturnitas vitiat Reſcriptum,
etiam ſi alias emanaſſet, cum ſatis ſit, potuiſſe
non emanare, vel non tam facile, juxta theori-
cam *Abbat.* communiter receptam *in Cap. Poſtu-*
laſti 27. n. 1. Litt. F. verſic. Ex qua colligitur,
de Reſcript. Fagnan. in Cap. Super Literis n. 52.
& 58. eod. Tit. Rot. in dicta Valentina Vica-
riæ 10. Januarii 1695. §. Firmata & ſeqq. coram
Urſino.

Atque hinc non obſtat, quod ſtante vacatio-
150 ne primi Beneficii obtenti, quæ ipſo jure reſul-
tat ob aſſequutionem ſecundi incompatibilis, ex-
cludatur Beneficiorum pluralitas, quæ eſt ratio
finalis, & motiva irritandi novam Beneficiorum
proviſionem ob reticitam expreſſionem obtento-
rum. Quandoquidem, etiamſi Beneficiorum
pluralitas perpendi poſſet pro una ex rationi-
bus, ob quas in proviſione novi Beneficii re-
quiratur mentio obtentorum, quæ profecto
nec a Doctoribus, nec a *Sacra Rota* fuit un-
quam perpenſa, ut advertit *Rot. in dicta Va-*
lentina Vicariæ 10. Januarii 1695. §. Motivum
cor. Urſino, ea tamen non eſt unica, ſed alias
habet comites, & quidem urgentiores mox ex-
plicatas, & ob quas, cum poſſet Pontifex pro-
viſo jam de Beneficio, juſtiſſime denegare Gra-
tiam proviſionis alterius incompatibilis, exurgit
inde neceſſitas expreſſionis primi Beneficii ob-
tenti, ut objectioni appoſite reſpondet *Rot. deciſ.*
483. n. 7. cor. Seraphin. & in dicta Valentina Vi-
cariæ 7. Junii 1694. §. Ratio autem, & 20. Maii
1695. §. Motivum coram Urſino.

Pari laborat irrelevantia argumentum elicitum 151
ex diſpoſitione noſtræ Regulæ. Siquidem in iſta
non agitur de exprimendis Beneficiis obtentis,
quia eorum expreſſio pluribus Canonicis Sanc-
tionibus, jam fuerat demandata, ut diximus,
ſed ſermo eſt de exprimendo illorum valore, ut
clare patet, tum ex Rubrica, ibi -- *De expri-*
menda valore Beneficiorum in impetrationibus --
tum ex verbis Regulæ, ibi -- *verus annuus va-*
lor &c. -- Dum igitur poſtea limitatur hæc diſ-
poſitio in iis Perſonis, quæ eadem Beneficia of-
ferunt dimittere, aut alias dimittere tenentur,
limitatio præfata intelligi debet retento eodem
themate, quod ſcilicet Perſonæ præfatæ non ob-
ſtringantur exprimere valorem Beneficiorum,
quæ obtinent, quæque aut dimittere offerunt,
aut dimittere tenentur; ſed, cum per eamdem
limitationem nihil decernatur circa Beneficia ob-
tenta, remanet hoc ſub ipſa juris communis diſ-
poſitione; & in his terminis de ſolo valore Be-
neficiorum obtentorum non expreſſo, loquuntur
Sat. ad hanc Regulam n. 9. Barboſ. Vot. deciſ. 107.
n. 13. & alii, de quibus infra §. *Sufficit tamen.*
Et longe diverſum eſt, proviſum de novo Bene-
ficio non obligari ad exprimendum alia Beneficia
obtenta, & non obligari ad exprimendum valo-
rem eorumdem Beneficiorum. Cum enim valoris
expreſſionem Papa exigat, ut ſecundum Perſona-
rum qualitatem reditus Eccleſiæ diſtribuat, ceſſat
hæc ratio, quando quis Beneficia obtenta offert
dimittere, aut alias dimittere tenetur. At, cum
Beneficiorum obtentorum mentio neceſſaria ſit,
ne Papa Beneficiatum oſcitanter à priori vinculo
abſolvat, vel eum præferat non Beneficiato, in-
diſpenſabilis redditur incompatibilis Beneficiis ex-
preſſio, quæ ex dictis motivis retrahere valuiſ-
ſet Pontificem a novæ Gratiæ conceſſione, ut
bene ponderat *Rot. in dicta Valentina Vicariæ*
7. Junii 1694. §. Minuſque coram Urſino, &
cooferunt, quæ tradit *Barboſ. dict. Vot. deciſ. 107.*
num. 14.

Quod vero *Sac. Rota* aliquando exiſtimaverit 152
poſſe ob juris ignorantiam a pœna nullitatis pro-
viſionis Beneficii excuſari illum, qui non ex-
preſſit alterum incompatibile jam obtentum, ut
coram Coccin. deciſ. 1639. ſub num. 11. & deciſ.
1662. num. 1. & ſeqq. non aliter intelligendum
eſt, quam ſi ignorantia juris comitem habeat 153
ignorantiam facti, præſertim, quia hodie opi-
nio requirens in proviſione novi Beneficii expreſ-
ſionem alterius incompatibilis obtenti, non eſt
amplius controverſa, ſicque ignorantia eſſet ni-
mis ſupina, & non apta ſufficientem bonam fi-
dem præſtare ad validandam Gratiam alias de
jure irritam, ut reſpondit *Rota in dicta Valentina*
Vicaria 7. Junii §. Nec relevabat, quam in ſimi-
libus terminis ſequuta eſt eadem *Rot. in Barchi-*
nonen. Beneficii 12. Decembris 1704. §. Non at-
tento, coram Omaña.

Cæterum, præter narrativam Beneficiorum
jam obtentorum, haud neceſſaria eſt pro validi- 154
tate Gratiæ Impetrationis alterius Beneficii, quod
ſubſiſtat titulus, ſi forſan expreſſus fuerit, quo
Beneficia ipſa obtinentur. Hinc, ſi quis duo poſ-
ſidens Beneficia incompatibilia, in impetratione

Tertii

Tertii exprimat ea retinere prævia Diſpenſatione Apoſtolica, quamvis hæc diſpenſatio nunquam interceſſerit, adhuc impetratio tertii Beneficii irrita non erit, cum ad validitatem Gratiæ ſufficiat, quod narrentur Beneficia obtenta; Falſitas vero narrativæ circa Diſpenſationem Apoſtolicam, operatur ſolum, quod non cenſeatur, Papam diſpenſare ſuper dictorum Beneficiorum incompatibilium retentione, minime tamen poſterioris Gratiæ ſubreptionem inducit, ut per *Text. in Cap. Non poteſt* 21. *§. final. de Præbend. in* 6. reſpondit *Rot. in Cracovien. Archidiaconatus* 12. *Februarii* 1700. *§. Nullum, coram Olivo.*

155 Quemadmodum mentio Beneficiorum obtentorum facienda eſt ſolum in materia Beneficiali; in aliis vero Apoſtolicis Conceſſionibus, uti ſunt applicationes, uniones, dimembrationes &c. nullo jure cavetur, quod neceſſaria ſit mentio primæ Conceſſionis, quando obtinetur ſecunda, ſed hæc valida erit ſine expreſſione prioris, *Innocent. in Cap. Veniens, de Reſcript. ibique Abbas num.* 13. *Felin. num.* 2. *Butr. num.* 10. *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloſſ.* 53. *num.* 46. *Turricell. de Union. cap.* 9. *num.* 94. *Piton. Diſcept.* 151. *n.* 9. *& ſeqq. Rot. cor. Creſcent. deciſ.* 13. *de Reb. Eccleſ. non alienan. & coram Puteo dec.* 249. *num.* 4. *lib.* 1. *in correctis.*

Suppoſita igitur ex dictis neceſſitate exprimendi ad juris tramites in impetratione novi Beneficii, alia prius obtenta, ſive cum illo compati-
156 bilia, ſive incompatibilia ſint, mandat Regula, quod eorumdem Beneficiorum obtentorum valor exprimi debeat; Cumque loquatur de Impetrationibus Beneficiorum, hinc illius diſpoſitio non
157 ſe protendit ad Diſpenſationes, in quibus neceſſaria ſit mentio Beneficiorum, quæ diſpenſandus obtinet; Sufficit enim, ne irritæ illæ ſint, quod exprimantur Beneficia abſque neceſſitate exprimendi eorum valorem ut ex Notabili Cancellariæ his verbis concepto -- *Nota, quod in Diſpenſationibus, licet neceſſe ſit facere mentionem de Beneficio, ſi quod obtinet, non tamen eſt neceſſe facere mentionem de fructibus Beneficii, vel habere clauſulam pro expreſſis &c. nam de jure communi non tenetur, juxta Gloſſ. Notabilem in Clement.* 1. *Item Regula de valore loquitur in Impetrationibus Beneficiorum, non in Diſpenſationibus. Ita dixerunt N de Cà F Par.* Et in alio Notabili legitur -- *Licet in Diſpenſationibus debeat fieri mentio de Beneficio quantumcumque modica per Cap. Non poteſt, de Præbend. in* 6. *Non tamen de valore Beneficiorum, quia expreſſio valoris non requiritur de jure, ſed debet fieri per Regulam, quæ non habet locum in Diſpenſationibus, ideo poterit exprimi Beneficium, nulla facta mentione de fructibus, nec illos habere pro expreſſis, quod nota.*

Vigore igitur Regulæ exprimi debet in im-
158 petratione Beneficii valor aliorum tunc obtentorum, etiam ſi modicus ille ſit, ac tenuis, tum quia Regula non diſtinguit, ſed indefinite loquitur per verba ſatis ampla, & generalia, ibi -- *Et aliorum quorumcumque Beneficiorum &c.* -- ſicque tam de Beneficiis obtentis, qui ſint modici, quam de aliis, qui magni ſint redditus, intelligi debet ad *Text. in Cap. Debemus circa fin. ibique Gloſſ. verbo Diſtinguimus, de Major. & Obedient. leg. Non diſtinguendum ff. de Recept. arbitr. Rot. in Barchinonen. Beneficii* 26. *Junii* 1705. *§. Nec obſtat. cor. clar. me. Card. Scotta,* tum quia unica ratione mandat exprimi valorem, tam Beneficii, quod de novo impetratur, quam aliorum tunc obtentorum: Unde, ſicuti exprimendus eſt valor Beneficii, quod impetratur, etſi tenuiſſimus, ita & valor, quamvis modicus Beneficiorum tunc obtentorum; tum demum, quia in dubio Regula, ad inſtar aliarum Cancellariæ Regularum interpretationem recipit a jure communi, ad cujus tramites pro validitate impetrationis Beneficii, neceſſaria eſt expreſſio aliorum antea obtentorum, quamvis tenuiſſimi redditus ex *Cap. Motu proprio* 23. *de Præb. in* 6. aliiſque juribus ſupra laudatis *n.* 126. & dixit *Rot. in d. Barchinonen. Beneficii §. cit.*

Sufficit tamen, quod valor Beneficiorum obtentorum aliquo modo juſtificetur, etiam per ſemiplenas probationes, imo per unicum Teſtem, 159
aut ſimplex adminiculum, quod ſit in genere ſuo perfectum, *Lotter. de Re Benefic. lib.* 3. *quæſt.* 20. *num.* 67. *Raſ. de Exequutor. Literar. Apoſtolicar. cap.* 7. *num.* 135. *& ſeqq. Card. de Luc. de Benefic. Diſc.* 90. *num.* 6. *Rot. deciſ.* 31. *num.* 11. *& deciſ.* 155. *num.* 8. *coram Celſo, & in Recent. deciſ.* 319. *num.* 15. *part.* 11. *deciſ.* 292. *n.* 11. *part.* 14. *& in Urgellen. Canonicatus* 28. *Aprilis* 1704. *§. final. coram Kaunitz*, & alibi paſſim, cum rari ſint caſus, in quibus defectus probationis valoris Beneficiorum, quæ obtinentur, impediat exequutionem Gratiæ novæ Beneficii proviſionis, aut illius nullitatem inducat, ut advertit *Card. de Luca ubi proxime.*

Sed nonnulli ſunt caſus, in quibus expreſſio valoris Beneficiorum obtentorum neceſſaria non
eſt. Et primo non requiritur in Gratia proviſio- 160
nis Beneficii *Motu proprio* a Pontifice expleta, tum quia tali modo a Papa proviſus non dicitur in culpa, dum ignarus prorſus eſt, quid Papa *Motu proprio* facere velit. Tum quia, dum Papa *Motu proprio* confert Beneficium, divinare non tenetur, an ille, cui confert, alia obtineat, nec ne Beneficia, *Card. de Luc. de Benef. diſc.* 90. *n.* 4. *Rota dec.* 911. *n.* 1. *cor. Seraphin. & dec.* 167. *n.* 1. *cor. Duran.*

Nec obſtat præſens Regula, in qua diſponi-
tur, quod fieri debeat expreſſio valoris tam Be- 161
neficii de novo impetrati, quam antea obtentorum, etiam quod Gratia ſit *Motu proprio* facta; Quia ſtatim ſubditur limitatio -- ibi -- *Quoad Beneficia tamen, de quibus per Sanctitatem Suam pro tempore providemus, ſeu provideri mandamur* -- unde ſolum exprimi debet valor Beneficiorum, quæ tunc *Motu proprio* conferuntur, non autem aliorum, quæ prius per Proviſos obtine-
bantur, cum limitata diſpoſitio limitatum pro- 162
ducat effectum, ut contra Impetrantem ex hoc capite fuit reſolutum *coram Seraphin. dict. deciſ.*
911. ubi etiam perpenditur alia ratio, quod ſci- 163
licet expreſſio valoris Beneficii in illius proviſione *Motu proprio* a Pontifice facta, eſt contra jus commune, & contra formam Regularum antiquorum Pontificum, unde additio in modernis Regulis facta, quod valor in ſimilibus Gratiis, etiam exprimatur, tanquam odioſa, reſtringenda venit ad expreſſionem valoris reſpectu Beneficii de novo impetrati, non aliorum antea obtentorum, quam rationem ſequitur eadem *Rot. dec.* 167. *n.* 3. *cor. Durano.*

Rurſus, valor Beneficiorum obtentorum, ne-
que exprimendus, neque expreſſus, juſtifican- 164
dus erit, quoties Proviſus *offert illa dimittere*, aut ratione incompatibilitatis dimittere tenetur vigore Decreti de dimittendo, aut alias, ut præſcribitur in Regula, eique inhærendo obſervant *Lotter. de Re Benefic. dict. quæſt.* 20. *num.* 71. *Card. de Luc. de Benefic. Diſcurſ.* 90. *n.* 3. *Rot.*

deciſ.

deciſ. 84. *num.* 4. *& ibi Adden. num.* 9. *& deciſ.*
490. *num.* 1. *cor. Gregor. & deciſ.* 168. *num.* 11.
part. 10. *Rec.* Et quamvis *Barboſ. Vot. deciſ.* 107.
libr. 3. probare conetur, quod etiam tali caſu
165 neceſſaria ſit expreſſio valoris, ſed non juſtifica-
tio, nihilominus recedendum non eſt a priori
Sententia, quæ magis conſona eſt literæ, & ra-
tioni Regulæ.

Sed illud animadvertendum, quod Impetrans
166 Beneficium, ſi paratum ſe offerat dimittere ea,
quæ obtinet, hujuſmodi oblatio non in ſolo ver-
bo, ſed in corpore Supplicationis fieri debet,
alias impetratio redditur nulla, nec convaleſcit,
ſi poſtea ſuperveniat dimiſſio, cum Gratia a prin-
cipio nullitatis vitio infecta remanſerit, ad *Text.
in Cap. Quod ſicut, de Elect. Cap. non firmatur*
18. *de Regul. Jur. in* 6. & tradunt *Sot. ad hanc
Regul. quæſt.* 7. *&* 8. late *Barboſ. dict. Vot. de-*
167 *ciſ.* 107. *num.* 9. *& ſeqq.* ubi, quod non ſuffi-
cit animus dimittendi ſtatim poſt Gratiam im-
petratam.

168 At vero, nedum in nova Beneficii proviſio-
ne, verum, & in Gratia Coadjutoriæ cum fu-
tura ſucceſſione exprimendus eſt & numerus, &
valor Beneficiorum per Coadjutorem obtentorum,
cum etiam in hoc caſu militent rationes ſupra
169 ponderatæ; & de ſtylo ſervatur, quod Bene-
ficia obtenta exprimantur in corpore Supplica-
tionis, licet in *Summariolo*, quod Papæ legitur
omittantur. Quod ſi Beneficia præfata, aut non
exprimantur, aut eorum valor non juſtificetur,
170 Gratia Coadjutoriæ nulla, & irrita redditur,
& Beneficium remanet Sedi Apoſtolicæ affec-
tum, ob appoſitionem manus Papæ, ut ſupra
dictum eſt.

171 Quid autem in Permutatione Beneficiorum,
an neceſſaria ſit expreſſio tum aliorum, quæ Per-
mutantes obtinent, tum eorum valoris? *Et Ko-
ebier de Permut. Benefic. part.* 2. *cap.* 5. poſt
relatas nonnullas rationes ſuadentes neceſſitatem
expreſſionum præfatarum pro validitate Permu-
tationis, in oppoſitam inclinat ſententiam inni-
xus auctoritati *Feder. de Senis. de Permut. num.*
27. *& Petri de Ubald. eod. Tract. num.* 48. *verſ.
Quarto quæritur*, qui ex eo moventur, quod Sac.
Canones demandant ſolum expreſſionem Benefi-
ciorum antea obtentorum in Impetratione Be-
neficii, & in Apoſtolicis Diſpenſationibus, ex
quo Beneficiorum Impetrationes ambitionem con-
tinere videantur, Diſpenſationes vero ſint odio-
ſæ. At in Permutatione Beneficiorum ceſſat om-
nis ambitionis ſuſpicio, cum Beneficium Benefi-
cio non addatur. Verum, ut bene advertit *Re-
buff. in Prax. tit. de Permutat. num.* 35. *& ad Re-
gul. Cancellar. Tit. de Infirm. Reſignan. Tit. de
Permut. n.* 35. tutius erit Beneficiorum omnium,
quæ Permutantes obtinent, mentionem facere,
172 maxime quia ita de ſtylo ſervatur, quo ſtante,
ipſemet *Kochier n.* 5. admittit in Permutationibus
quoque Beneficiorum neceſſariam eſſe aliorum an-
173 tea obtentorum mentionem, quia ſtylus Curiæ
facit jus *Cap. ex Literis, ubi Felin. n.* 4. *de Con-
ſtit. Gabriel. conſ.* 193. *num.* 1. *lib.* 2. *Mandoſ. de
Commiſſion. ſecund. Concurſ. verb. Sanctitati tuæ*,
Garc. de Benef. lib. 1. *cap.* 5. *num.* 87. *& ſeqq.
Rota coram Creſcent. deciſ.* 1. *num.* 4. *de reb. Ec-
cleſ. non alienan. & coram Caputaquen. deciſ.* 331.
n. 2. *part.* 3.

Sed, an ſicuti in Beneficiorum impetrationibus
exprimendus eſt valor aliorum tunc obtentos, ita
etiam exprimi debeant Penſiones? De jure in im-
petratione Beneficii non eſt facienda mentio, nec
de Penſionibus, quas impetrans percipit, nec de 174
illarum valore, quia Penſio non eſt Beneficium,
nec ullo modo venit appellatione Beneficii; imo
Penſiones a Beneficiis differre, habetur *in Cap.
Quamvis* 4. *ubi Gloſſ. de Præben & Dignitat. in*
6. & tanquam diverſa ſemper habuit *Concilium
Tridentinum Seſſ.* 21. *Cap.* 2. *& Cap.* 15. *Seſſ* 21.
ubi diſcretive loquitur de Beneficiis, & Penſio-
nibus, & firmant communiter *Fagnan. in cap.
Ad Audientiam num.* 33. *de Reſcript. Kochier ad
Regul. Cancell.* 61. *num.* 28. *cum ſeqq. Tondut. de
Benefic. part.* 2. *cap.* 1. §. 4. *num.* 93. *&* 94. *Fi-
liuc. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 42. *Cap.* 1. *in fin.
verſ. Tertio fit*, *Caſtropal. Oper. moral. tom.* 2.
Tract. 13. *diſput.* 1. *punct.* 11. §. 5. *ſub n.* 5. *verſ.
Et confirmatur*, *Azor. Inſtit. moral. part.* 2. *lib.* 8.
cap. 12. *quæſt.* 12. *Clericat. de Penſion. Diſcord.*
15. *n.* 13. 18. *& per tot. Rota in Romana Penſionis*
29. *Februarii* 1692. §. *Etſi*, *coram clar mem.
Card. Caprara*, & diximus *in Comment. in Regul.
I.* §. *VIII. n.* 121.

Et licet ſtylus Datariæ Penſionarium pro Be- 175
neficiato habeat, & ad illius tramites in Benefi-
ciorum Impetrationibus exprimi debeant etiam
Penſiones, earumque valor, præſertim, ſi ſint ſub
eodem tecto *Garc. de Benef. part.* 1. *cap.* 5. *n.* 85.
& part. 11. *cap.* 5. *n.* 317. *Sperell. deciſ.* 66. *n.* 36.
cum aliis quos laudavimus *in Comm. in Regul.* 1.
§. *VIII. num.* 117. Nihilominus id procedit vel
in Penſione aſſignata in titulum Beneficii, quan- 176
do ſcilicet ex antiquo pinguiori Beneficio nonnulli
reditus diſmembrantur, ut ex illis novum eriga-
tur Beneficium, quia tunc Penſio illa vere, &
proprie Beneficium eſſet, juxta *Text. in Cap.
Cum conſequente*, & ibi *Abb. num.* 5. *de Cleric.
non reſid. Gonzal. in Cap. Non ſi num.* 6. *de Præ-
ben. Gonzal. ad Regul* 8. *Cancel. Gloſſ.* 5. §. 5. *n.*
42. *Fagnan. in Cap. Ad audientiam num.* 44. *cum
ſeqq. de Reſcript. Tondut. quæſt. Benef. tom.* 1.
part. 2. *cap.* 1. §. 4. *& de Penſ cap* 64. *num.* 8.
Rot. dec. 314 *par.* 2. *coram Verall & dec.* 279. *n.*
1. *coram Millino.* Aut Penſionum expreſſio fit
ad cauthelam dumtaxat, non autem ex aliqua ne-
ceſſitate *Lotter. dict. quæſt.* 45. *n.* 11. *&* 12. vocans 177
formidoloſos eos, qui talem faciunt expreſſionem,
Clericat. dict. diſcord. 15. *num.* 15. *& num.* 27. *Paſ-
ſerin. in Cap. Conſuetudinem num.* 374. *de Conſue-
tud. Tondut Reſolut. Beneficial. par.* 2. *Cap.* 1. §. 4.
num. 45. *Kochier dict. n.* 28. *Rebuff. ad Concordat.
tit. de Pacif. Poſſeſſ. num.* 125. Et profecto nun-
quam auditum fuit in Dataria, quod dentur im- 178
petrationes Beneficiorum ex capite, quod in il-
lorum proviſione de Penſionibus, earumque va-
lore mentio facta non fuerit, ſicuti paſſim eas
dari videmus ob omiſſam Beneficiorum obtento-
rum mentionem.

Hinc ex rationis identitate deſcendit, ut quem-
admodum in Beneficii impetratione neceſſe de ju-
re non eſt, quod fiat mentio de Penſionibus, ea-
rumque valore, ita nec in ſupplicatione ſuper Gra-
tia reſervationis Penſionis, exprimenda ſunt Be- 179
neficia obtenta, vel aliæ Penſiones, quas Penſio-
narius percipit, ut obſervant DD. ſupra laudati
n. 174. & præſertim *Caſtrop. Oper. Moral. tom.* 2.
tract. 13. *Diſput.* 1. *Punct.* 11. §. 5. *ſub num.* 5. *Fil-
liuc. Oper. Moral. tom.* 2. *Tract.* 42. *cap.* 1. *in fin.
verſ. Quarta ſit*, plene *Clericat. de Penſ. dict. Diſ-
cord.* 15. *fer. per tot.* Quod tamen intelligendum
eſt, dummodo Penſio, quæ prius percipieba- 180
tur impoſita ſit ſuper fructibus alterius Beneficii,
quam illius quod nova Penſione gravetur, nam
ſi hæc ſuper eodem Beneficio imponatur, tunc

pro validitate illius reſervationis, neceſſaria prorſus eſt expreſſio antiquæ, ſive nova Penſio re-
181 ſervetur favore illiuſmet, cui antiqua reſervata
reperiebantur, juxta optimam *Deciſionem* 66. *coram Rembolda.* Sive favore alterius, alias Gra-
182 tia novæ Penſionis redditur ſubreptitia en defectu
veroſimilis intentionis Papæ, qui non cenſetur
voluiſſe duplici onere Eccleſiam gravare, ut communiter firmant *Fagnan. in Cap. Super literis num.*
67. *de Reſcrip. Mandoſ. in Regul.* 33. *Cancellar.*
quæſt. 6. *num.* 7. *Card. de Luc. de Beneſic. diſc.* 4.
5. & 80. *in omnibus num.* 2. *Lotter. de re Beneſic. lib.* 1. *quæſt.* 38. *num.* 56. *Garc. de Beneſic.*
part. 1. *cap.* 5. *num.* 561. *Capon. diſcept.* 243. *n.*
28. & *diſcept.* 253. *cap.* 2. *num.* 10. *Roſ. de Exequut. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 206. plene *Clericat. de*
Penſ. Diſcord. 12. à *num.* 12. *Rot. deciſ.* 207. *n.*
7. & *deciſ.* 250. *num.* 15. *cor. Cerra,* & *dec.* 266.
num. 14. & *deciſ.* 298. *num.* 1. *cor. Bichia,* & *deciſ.* 279. *n.* 2. & *ſeq. part.* 17. & *dec.* 123. *num.*
2. & *dec.* 294. *n.* 20. *part.* 19. *Rec.* cum aliis *in*
Florentina Penſionis cor. Molin. deciſ. 491. *n.* 1.
& *deciſ.* 508. *n.* 1. & 24. *Januarii* 1698. §. *Validitas* & 12. *Januarii* 1699. §. *Cum enim coram*
183 *Olmo.* Et hæc nullitas novæ Penſionis ob omiſſam mentionem antiquæ ſuper fructibus ejuſdem
Beneficii reſervatæ, inducitur ipſo jure, non autem ope exceptionis, adeout, nec ceſſata antiqua Penſione, reviviſcat, *Lotter. lib.* 1. *quæſt.* 38.
num. 59. *Rot. deciſ.* 3. *num.* 1. *penes Caſſador. deciſ.* 169. *num.* 2. *part.* 7. *rec.* & *in dicta Florentina Penſione cor. Molines dec.* 491. *n.* 2. *confirmata* 23. *Januarii* 1698. §. *Validitas,* & §. *Minuſque* & 12. *Januar.* 1699. *cor. Olmo* ubi *in* §. *fin.* fir-
184 matur etiam, quod nec conſenſus Beneficiati operari poſſit ejuſdem ſecundæ Penſionis validitatem.

Idque pluribus modis ampliatur. Et primo,
nulla eſt reſervatio novæ Penſionis ſuper fructibus ejuſdem Beneficii impoſitæ, quamvis men-
185 tio antiquæ omiſſa fuerit non ex dolo, & malitia, ſed ex probabili, & juſta illius ignorantiam.
Tum quia in hac materia non attenditur intentio
Partium, ſed Pontificis Penſionem reſervantis,
qui, ut diximus, non cenſetur novo onere voluiſſe gravare Beneficium, niſi de præcedenti,
expreſſa ei mentio facta fuerit, *Tondut. de Penſion. cap.* 44. *n.* 7. *Rot. deciſ.* 46. *n.* 6. & 7. *part.* 1.
& *dec.* 279. *n.* 4. *part.* 17. *rec.* & *in dicta Florentina Penſionis coram Molines deciſ.* 491. *n.* 7. &
8. & *deciſ.* 508. *n.* 4. & *coram Olmo* §. *Neque ad*
186 *declinandam,* & §. *Minuſque.* Tum quia, cum
jura mandent pro valida impoſitione novæ Penſionis neceſſariam eſſe mentionem antiquæ ſuper
ejuſdem Beneficii fructibus impoſitæ, locum ſibi vindicat recepta Theorica, quod ubi reticetur id, quod de jure eſt exprimendum, Gratia
corruit *Cap. Motu proprio de Præben. in* 6. &
proſequitur *Rot. in dicta Florentina cor. Olmo* §.
Minuſque circa med.

187 Ampliatur ſecundo, etiamſi Beneficii fructus
capaces ſint utriuſque Penſionis, nam reticita
antiqua penſione, ſemper urget defectus intentionis Papæ gravandi novo onere Eccleſiam,
ut reſpondit *Rot. deciſ.* 804. *num.* 3. *coram Merlin.* & *in dicta Florentina Penſionis cor. Olmo* §.
Nec valet.

188 Tertio ampliatur, quod, omiſſa mentione antiquæ Penſionis, nova eſt nulla in totum, nec
locus eſt illius reductioni, itaut, ſi antiqua Penſio ſit ducatorum quinquaginta, & nova ducatorum 100. non poteſt hæc ſubſtineri pro rata ducatorum quinquaginta, *Rot. deciſ.* 279. *num.* 5.
part. 17. *recent.* & in *dicta Florentina cor. Molines,* inter impreſſ. *deciſ.* 508. *num.* 22, & *coram*
Olmo §. *final.* Ad differentiam caſus, quando in
Literis reſervationis novæ Penſionis impoſitæ ſuper fructibus ejuſdem Beneficii, facta fuerit ex- 189
preſſio antiquæ in minori ſumma, vel non omnes Penſiones, ſed nonnullæ bona fide & abſque
dolo expreſſæ fuerint, concurratque veroſimilis
mens Pontificis, tunc enim fit proportionabilis
ejuſdem novæ Penſionis reductio pro illa rata,
quæ correſpondet vel majori ſummæ antiquæ Penſionis, vel Penſionibus non expreſſis *Card. de*
Luc. de Penſ. diſc. 4. *n.* 7. & *diſc.* 12. *n.* 5. & *in*
Tract. de Penſ. cap. 10. *n.* 13. *Rot. dec.* 536. *par.* 4.
tom. 3. *recen. deciſ.* 722. *n.* 5. *coram Merlino dict.*
deciſ. 508. *n.* 20. *coram Molines.*

Quarto, omiſſa mentio antiquæ Penſionis,
nullam, irritamque reddit reſervationem alterius, etſi in literis adſit clauſula (etſi poſtmo- 190
dum verificata) -- *dummodo remaneant centum*
pro Rectore -- quæ veroſimilem præſeferte videtur Pontificis voluntatem, ut adhuc habita ſcientia antiquæ Penſionis, reſervaſſet novam per
quam congrua pro Rectore diminuta non remaneret. Siquidem clauſula præfata non reſpicit favorem Penſionarii, ſed ipſius Titularis habentis
cæteroquin intentionem in jure fundatam pro nullitate novæ Penſionis, ob omiſſam mentionem
antiquæ, unde in illius odium retorqueri non 191
debet, & quia, etiam hoc caſu militat eadem
ratio, quod Papa non cenſetur voluiſſe gravare
Beneficium duplici onere, ut clauſulæ præfatæ
appoſite reſpondit *Rot. dec.* 279. *n.* 3. *coram Millin.*
& prius *deciſ.* 268. *num.* 3. & *in dict. Florentina*
Penſionis cor. Molines deciſ. 491. *n.* 11. *deciſ.* 508.
n. 10. & *cor. Olmo* §. *Multoque minus.* Quemad-
modum altera clauſula in iiſdem Literis adjici 192
ſolita; *Non obſtant. Conſtitutionibus,* & *qualibet*
alia dictæ Sedis Indulgentia &c. tanquam exequutiva, removet ſolum ea, quæ poſſunt obſtare expreſſis, non autem ampliat Gratiam reſervationis
novæ Penſionis, quæ nulla eſt ex defectu mentionis antiquæ, præſeferente itidem defectum intentionis Papæ, ut per *Text. in Clement.* 1. *in fine de Præben.* firmat *Rot. dec.* 739. *n.* 5. *part.* 2.
recent. & *in dict. Florent. Penſionis dec.* 491. *n.* 11.
& *dec.* 508. *num. pariter* 11. *cor. Molines,* & *coram Olmo* §. *Demum.*

Poſtremo, ob omiſſam ſpecificam mentionem
antiquæ, nulla eſt reſervatio novæ Penſionis,
quamvis *Motu proprio* a Papa expleta fuerit, quia 193
Motus proprius tollit ſolum defectum ſubreptionis
Gratiæ, non vero intentionis Papæ; *Tondut. de* 194
Penſ. cap. 31. *n.* 36. & 37. & *cap.* 44. *n.* 10. *Card.*
de Luc. de Penſ. diſc. 4. *n.* 2. *Garc. de Beneſic. part.*
1. *cap.* 5. *num.* 561. *Rot. dec.* 169. *n.* 4. *part.* 7. *recent. dec.* 491. *n.* 4. *cor. Molines, dec.* 66. *num*...
coram Remboldo.

At e contra nonnulli ſunt caſus, in quibus
reſervatio novæ Penſionis non expoſcit pro illius
validitate mentionem antiquarum. Primus eſt,
ſi iſtæ fuerint nulliter impoſitæ, aut ineffectuatæ
remanſerint; nullum enim, & nihil æquiparantur, nec de actu nullo, & inefficaci facienda 195
eſt Pontifici mentio; & ubi antiqua Penſio, vel
nulliter impoſita ſunt, vel ineffectuata remanſit,
ceſſat ratio, cui innititur neceſſitas eam exprimendi, dum nova reſervatur, veroſimilis nempe Papæ voluntas non gravandi duplici onere
Eccleſiam, *Tondut. de Penſ. cap.* 44. *num.* 1. &
ſeqq. Pariſ. de Reſignat. lib. 6. *tit.* 2. *n.* 50. *Card. de*
Luc. de Penſion. diſc. 4. *num.* 4. & *diſc.* 5. *num.* 8.
diſc. 80.

diſc. 80. *num.* 4. *diſc.* 89. *num.* 4. *& in Tract.*
de Penſ. cap. 10. *num.* 9. *Gloſ. Marginal. ad Creſ-*
cent. deciſ. 1. *de Rebus Eccleſ. non alien. verſ.*
Item limita, *Caputaquen. deciſ.* 303. *part.* 2. *Rot.*
deciſ. 739. *num.* 3. *part.* 2. *recent. & deciſ.* 266.
num. 15. *cor. Priolo.*

Et hoc caſu non ad Penſionarium, ſed ad
196 Titularem, qui contendit irritam eſſe novam
Penſionis reſervationem ob omiſſam expreſſio-
nem antiquarum, ſpectat onus oſtendendi, quod
illæ valide fuerint impoſitæ, ac effectuatæ re-
manſerint, *Card. de Luc. d. Deciſ.* 4. *num.* 4.
cum ibi citatis, *Rot. dec.* 666. *num.* 3. *part.* 2.
recent. dec. 266. *num.* 16. *cor. Priolo*, *deciſ.* 1136.
coram Penia, *& in Salamantina Penſionis penes*
Garc. de Benefic. part. 11. *cap.* 3. §. 1. *num.* 136.
197 Quod tamen locum ſibi vindicat, quando Pa-
pa ſimpliciter novam Penſionem reſervat, nulla
facta mentione antiquæ, nec diſpoſitive, nec ſup-
poſitive; Sed aliter dicendum, ſi Papa eam re-
198 ſervet cum expreſſa conditione, dummodo alia
antiqua Penſio ſuper ejuſdem Beneficii fructibus
reſervata non ſit, nam hæc clauſula reddit Gra-
tiam conditionalem conditione intrinſeca oriente
ex ipſiſmet Literis reſervationis novæ Penſionis,
proindeque Penſionarius Gratiam verificare te-
netur, oſtendendo, antiquam Penſionem nulliter
fuiſſe impoſitam, ut firmavit *Rot. in Ebredunen.*
Penſionis 28. *Junii* 1686. §. *Quia objectum coram*
Mathæio & in Melevitana Penſionis 26. *Junii*
1610. *coram Litta*, impreſſa penes *Marcheſ. de*
Commiſſ. part. 1. *pag.* 527.

Secundo, neceſſaria non eſt in reſervatione
novæ, mentio antiquarum Penſionum, quæ non
199 ſint temporales, & vitalitiæ, ſed perpetuæ, re-
ſervatæ nempe ex cauſis a jure, & a Conc. Tri-
dentino approbatis ad favorem Sacriſtiæ, Fabri-
cæ Eccleſiæ, Seminarii, ſive alterius loci pii;
Illæ namque, etſi juxta vulgarem loquendi uſum
Penſiones nuncupentur, vere tamen, & proprie,
tales non ſunt, ſed potius onera fixa, realia, &
perpetua, minuentia ſolum fructus Beneficii, eo
modo, quo ſunt Canones, vel Cenſus perpetui,
aliæque perpetuæ annuæ præſtationes, quarum
neceſſe non eſt, quod in reſervatione Penſionis
mentio fiat, *Card. de Luc. de Penſ. diſc.* 4. *n.* 3.
& diſc. 77. *num.* 13. *& in Tract. de Penſion. cap.*
10. *n.* 10. *Rot. dec.* 107. *num.* 18. *& ſeqq. part.* 10.
Rec. Sed Rota antiqua ſententiam hanc non pro-
200 bavit, dum pluries cenſuit, pro validitate Gra-
tiæ novæ Penſionis neceſſariam eſſe mentionem de
aliis, etſi perpetuis, quibus Beneficium gravatum
reperitur, cum ratio, quod non præſumitur, Pa-
pam velle duplici onere gravare Eccleſiam, mi-
litet etiam in caſu, quo Penſio prius impoſita ſit
perpetua, ut dixit *coram Verall. deciſ.* 304. *n.* 3.
& 4. & coram Caputaq. deciſ. 311. *n.* 2. *& coram*
Millin. deciſ. 168. *&* 179. utrobique *num.* 1. ubi
de nullitate novæ Penſionis ob omiſſam mentio-
nem alterius perpetuæ favore Seminarii ſuper iiſ-
dem Beneficii fructibus reſervatæ, ac advertit
Not. Marginal. ad dec. 1. *Creſcent. de Reb. Eccleſ.*
non alien. Et huic ſententiæ uniformis eſt ſtylus
Datariæ, qui expoſcit, ut de Penſionibus etiam
perpetuis favore locorum piorum impoſitis men-
tio fiat in Literis reſervationis Penſionis tempo-
ralis ſuper eodem Beneficio imponendæ, qui ſty-
lus, ut pluries diximus, facit jus.

Tertius demque caſus, in quo omiſſa expreſ-
201 ſio antiquarum Penſionum Gratiam reſervationis
novæ irritam non reddit, eſt, ſi Pontifex ſal-
tem in genere de illis cogitare potuit, *Not. Mar-*

ginal. ad deciſ. 1. *Creſcent. Tit. de reb. Eccleſ.*
alienand. vel non, *Caputaquen. deciſ.* 296. *lib.* 3.
Rot. deciſ. 269. *num.* 8. *coram Millin.* Et hac ra-
tione, clauſulam adjici ſolitam in Literis reſer-
vationis Penſionum favore S.R.E. Cardinalium, 202
& Papæ familiarium, & his verbis conceptam —
Etiamſi ſuper illis aliæ Penſiones annuæ aliis re-
ſervatæ exiſterent &c. præſervare a nullitate Gra-
tiam reſervationis novæ Penſionis ob non fac-
tam antiquarum expreſſionem, firmant *Card. de*
Luc. de Penſ. diſc. 4. *n.* 10. *& in Tract. de Penſ.*
ad ornat. Conſtit. ſan. mem. Innocentii X. cap. 10.
num. 11. *Tondut. eod. tract. cap* 44. *n.* 12. *Lot-*
ter. de re Benef. lib. 1. *quæſt.* 38. *num.* 62. *Pariſ.*
de Reſignat. lib. 6. *quæſt.* 2. *num.* 53 *& ſeqq. Rot.*
coram Verall. deciſ. 298. *num.* 1. *lib.* 2. *& in d.*
Florentina Penſionis 24. *Januarii* 1698. §. *Demum*
coram Olmo.

Cæterum, ſemel ac novæ Penſionis reſerva-
tio nulla eſt ob non factam mentionem antiquæ
ſuper ejuſdem Beneficii fructibus jam impoſitæ,
& adhuc vigentis; obſtringitur Penſionarius per 203
viam condictionis indebiti ad reſtitutionem om-
nium terminorum novæ Penſionis, quos ab illius
reſervationis initio exegit, cum percipiens fruc-
tus vigore Tituli invalidi, & reſoluti, tenetur
illos omnes reſtituere, quos a die actus nulliter 204
celebrati percepit, *ad Text in l. Si quis Presby-*
terum 6. *de reb Eccleſ. alien. vel non leg.* 2. *C.*
de fid. Inſtrum. & jur. haſt. Fiſcal lib 2. & fir-
mant *Lotter. de re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 238 *&*
ſeqq. Tarr. de Pact futur. ſucceſſ. lib. 3. *cap.* 8.
num. 59. *Rot. deciſ.* 658. *num.* 6. *deciſ.* 688. *n.* 1.
deciſ. 729. *num.* 10. *deciſ* 818. *num.* 2. *&* 3. *co-*
ram Dunozzet. Jun. deciſ. 15. *num.* 7. *& per tot.*
poſt Zacch. de obligat. Camer. & in Neapolitana
Penſionis 17. *Februarii* 1698. §. *Attamen*, *co-*
ram bon. mem. Anſaldo, *& in Florentina Penſio-*
nis 12. *Januarii* 1699. §. *Cum enim*, *& per tot.*
coram Olmo.

Et quamvis Regulæ juris ſint, quod ſecluſa 205
mala fide, fructus non debentur, niſi a die mo-
tæ litis, quia Poſſeſſor ab eo tempore duntaxat
conſtituitur in mala fide *Leg. ſed etſi l.* 25. §. *Si*
autem ff. de Petit. hered. L. In interdictis 3. *ff de*
Interdict. Quodque, bonæ fidei Poſſeſſor fructus
perceptos, & non extantes haud reſtituere tene- 206
tur, *Leg. Sed & loci* 4. §. *Poſt litem ff. Fin. re-*
gundor. leg. Qui erit, §. *Vult ff. de Uſur. leg. Quæ-*
ſitum 40. *leg. Bonæ fidei* 48. *ff De acquir. Rer.*
Domin leg. Certum C. de Rei vindicat. niſi ex
fructibus conſumptis probetur, factum fuiſſe lo- 207
cupletiorem *leg. Si me*, *& Titium ff. ſi cert. petat.*
leg. Item veniat 20. §. *Præter hæc ff. de petit. Hæ-*
redit. leg. 1. *C. de Petit. Hæredit.* Nihilominus,
prior ex Regulis præfatis ſolum procedit, quan- 208
do fructus petuntur acceſſorie ad rem petitam,
ſecus vero, quando ſtante nullitate reſervationis
Penſionis uſque ab initio, termini indebite exacti
petuntur principaliter jure Dominii, tanquam fora
principalis, nam hoc caſu debentur etiam ante
motam litem, juxta diſtinctionem, quam DD.
communiter ſequuntur, & præſertim *Fagnan. Cap.*
Gravis n. 125. *& ſeqq. de Reſtit. Spoliat. Spad.*
conſ. 103. *n.* 1. cum aliis relatis in magiſtralibus *Ro-*
tæ Deciſionib. 585. *&* 633. *coram Merlin. confir-*
mat. coram Bich. deciſ. 245. *&* 256. *& coram*
Priolo deciſ. 95. *& in Florentina Penſionis* 12.
Januarii 1699. §. *Utraque tamen*, *coram Olmo.*
Exemplo, præ cæteris, annui legati, quod de- 209
betur a die mortis Teſtatoris, tametſi decurſi
ante motam litem, quia non tanquam fructus ac-

ceſſorie ad fundum, ſed principaliter, tanquam ſors petitur, *ad Text. in leg. nec ſemel in princip. verſ. Item, Celſ. & verſic. ſeqq. ibique Gloſſ. verb. Omnium ff. Quomodo dies Legat. cedat.*

Atque ex his deſcendit reſponſio ad alteram
210 juris Regulam ſupra expoſitam; Semel enim ac termini Penſionis indebite exacti debentur tanquam ſors principalis, nil refert, quod jam fuerint conſumpti, quodque ex illis Penſionarius locupletior non evenerit; Quia & hæc omnia locum ſibi vindicant in caſu, quo aliquis petat fructus incidenter, & acceſſorie ad rem petitam, non item reſpectu Titularis, cui non debetur reſtitutio terminorum Penſionis, quos perſolvit, ratione malæ fidei Penſionarii, ſed jure Dominii, adeout non facta reſtitutione omnium terminorum Penſionis, etiam ante motam litem perſolutorum, dici non poſſit illi integre reſtituta res ipſa principalis, quæ ſolum conſiſtit in ipſis terminis decurſis indebite ſolutis, ut obſervant *Ridolphin. Prax. Judicial. part. 2. cap. 10. num. 61. & ſeqq. Rot. coram Merlin. deciſ. 585. n. 8. deciſ. 663. n. 7. & coram Bichio deciſ. 245. n. 5. & in Rec. deciſ. 286. n. 2. & ſeqq. part. 4. & in dicta Florentina Penſionis coram Olmo §. Atque ex his*, & in ſequentibus §§. explicantur contrarii DD.

R E G U L A LVI.

De Clauſulis in Beneficiis vacantibus ponendis.

VOluit, & ordinavit, quod quando providet, ſeu mandat provideri alicui de Beneficio Eccleſiaſtico vacante, tunc dari poterunt Clauſulæ, ſi petantur: etiamſi illud quovis modo &c. ſeu per Conſtitutionem *Execrabilis* vacet, & ſpecialiter reſervatum, inter aliquos litigioſum ſit, & ejus collatio devoluta fuerit, & ſi pro collitigante, vel ſubrogationem, aut *Si Neutri, vel ſi Nulli &c.* petente, ſi tunc lis ſpecifice exprimatur, nec detur aliqua generalis reſervatio diſpoſitive, niſi deſuper in conceſſione ſpecialis, & expreſſa, ac pure, & non ſub conditione mentio fiat, & tunc reliquæ reſervationes ibi contentæ veniant. Si vero tempore expeditionis inde literarum generalis reſervatio hujuſmodi probari non poſſit, aut in novis proviſionibus, ſeu pro collitigantibus, *Si Neutri, vel ſi Nulli &c.* ſit expreſſum, quod ab aliquibus aſſeritur illum, cujus Beneficium conceditur, Collectorem, vel unicum Subcollectorem, Abbreviatorem, vel Familiarem, Notarium, aut dictæ Sedis officialem fuiſſe, clauſula ponatur, etiamſi dictum Beneficium, ex eo, quod talis Collector, vel unicus Subcollector, Abbreviator, vel Familiaris, Notarius, aut dictæ Sedis Officialis fuit, diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſervatum exiſtat, dummodo non ſit in eo alicui ſpecialiter jus quæſitum. In reliquis vero nulla clauſula detur, unde reſervatio generalis elici poſſit, niſi deſuper ſignatura per duplex Fiat, ſignata ſit, aut reſervatio, vel alias ſpecialiter habeatur.

A R G U M E N T U M.

PRæſcribit Regula nonnullas Clauſulas, quæ, ſi petantur, inſeri poſſunt in Supplicarione ſuper Beneficiorum impetrationibus, clauſulam nempe, *quovis modo Beneficium vacet*, unde ortus eſt ſtylus, quod in imperrationibus præfaris apponatur ſemper Clauſula *ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo vacet &c.* nec non alteram -- *ſeu per Conſtitutionem Execrabilis* -- quæ dum petitur, dari debet etiam reſpectu Beneficiorum Animarum curam adnexam non habenrium. Peti inſuper poteſt vigore Regulæ Clauſula -- *Et ſpecialiter reſervatum, inter aliquos litigioſum exiſtat* -- quæ verba non conjunctive, ſed disjunctive legi debenr, apponendo Comam poſt verbum *reſervatum*, cum diverſa ſint *ſpecialiter reſervatum, & litigioſum*, & explicatur, cur in ſupplicatione adjici debeat Clauſula *litigioſum &c.* quibus in locis inſeri ſoleat, & an in quocumque Pontificis Reſcripto neceſſaria ſit mentio litis?

litis? In ſupplicatione iidem inſeri non prohibetur clauſula -- *& ejus collatio devoluta fuerit*, quæ exprimi poteſt & conditionaliter, & diſpoſitive, & de effectibus diverſis, qui ex utraque expreſſione promanant; quemadmodum explicantur obſcura verba illa Regulæ -- *& ſi pro Collitigante, vel ſubrogationem, aut ſi Neutri, vel ſi Nulli &c. petente ſi tunc lis ſpecifice exprimatur.* -- Subrogatio, & Gratia *ſi Neutri* concedi non debent, niſi Collitiganti, ſed Gratia *ſi Neutri* indulgetur quandoque tertio, ſed non contra Proviſum Apoſtolicum, & magis proprie tali caſu vocatur Gratia *ſi Nulli*. Requirit tamen Gratia *ſi Neutri* litem, & quidem ſuper titulo Beneficii, illiuſque præexiſtentiam de tempore Datæ, licet ſufficiat lis *de facto*, dummodo non adſit defectus Juriſdictionis in Judice, & commiſſio ſit præſentata Literis Apoſtolicis expeditis. Poſtremo, nequit vigore Regulæ dari in Literis Apoſtolicis generalis reſervatio *diſpoſitive*, ſeu Clauſula illam importans, niſi in conceſſione, corpore nempe ſupplicationis, præponatur aliqua reſervatio pure, & non conditionaliter, quamvis adſit clauſula -- *ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo*; -- toleratur tamen pro obtinenda in Literis generali reſervatione *diſpoſitive*, narrativa in ſupplicatione facta dubitative de reſervatione *perſonali*, ut præſcribit Regula, quæ ulterius mandat, nullam dari clauſulam, ex qua generalis reſervatio reſultet, & de qua duplici loco fit mentio in Supplicatione, niſi deſuper Pontificis Signatura *per duplex* Fiat, *ſignata ſit*, vel ſpecialiter exprimatur, & quare dicitur per *duplex Fiat*?

SUMMARIUM.

1 *De Auctoribus, qui ſuper Regula ſcripſerunt.*
2 *In Gratiarum ſupplicationibus dantur nonnullæ clauſulæ, ſi petantur, & non petitæ, non dantur.*
3 *Poteſt in ſupplicatione apponi vigore Regulæ clauſula, ſi petatur* -- quovis modo Beneficium vacet.
4 *Et ex hac Regula ortus eſt ſtylus apponendi in quibuſcumque Beneficiorum proviſionibus clauſulam* -- ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo &c.
De hujuſmodi clauſulæ effectibus. Remiſſive. num. 5.
6 *Sed in proviſione Beneficii de novo erecti admittitur clauſula præfata, & dicitur* -- a primæva erectione, ut præfertur vacans.

7 *Dari poteſt vigore Regulæ, ſi petatur, clauſula* -- ſeu per Conſtitutionem Execrabilis vacet.
8 *Clauſula præfata neceſſaria ſolum eſt, quando impetratur Beneficium, quod ſit Curatum. Et redditur ratio.*
9 *Contrarium, quod peti, & dari poteſt, etiam in impetrationibus Beneficiorum, quæ non ſint curata. Et quare?*
10 *Clauſula* -- & ſpecialiter reſervatum inter aliquos litigioſum ſit -- *dari itidem poteſt vigore Regulæ.*
11 *Et an clauſula præfata legenda ſit disjunctive, apponendo comam poſt verbum reſervatum, vel potius continuative?* & n. 12. & 15.
13 *Quomodo legebatur in Regulis antiquis?* & n. 16. & 18.
14 *Et quis ſit dicta clauſulæ ſenſus?* & n. 11.
17 *Cancellaria Apoſtolica de ſtylo non utitur in ſuis Literis punctis, & virgulis.*
19 *Beneficium litigioſum conferri prohibetur a Decretali*, in Cap. ſi hi, de Lit. pendent. in 6. *Sed per clauſulam* -- aut litigioſum &c. *in Literis proviſionis dicti Beneficii apponi ſolitam, cenſetur Decretali præfatæ derogatum.* num. 21.
20 *In cujuſcumque Gratiæ impetratione neceſſaria eſt mentio litis antea introducta.*
22 *Et præter litis ſtatum, exprimi etiam debent merita Cauſæ, necnon ſententiæ ſuper ea lata.*
23 *Sed hujuſmodi expreſſioni ſatisfactum remanet per clauſulam*, cujus litis ſtatum &c.
Dummodo ſententia tranſitum non fecerit in judicatum. ibid.
24 *Mentio litis in Gratiarum impetrationibus tunc facienda eſt, quando impetratio cedit in præjudicium juris Collitigantis, quod ſit in judicium deductum.*
25 *Secus, ſi tantummodo impetretur jus quoddam tertium, a jure ſuper quo lis adeſt, ſeparatum.*
26 *Non eſt facienda mentio litis, ſi Collitiganti nullum jus competat.*
27 *Aut ſi poſſeſſio Collitigantis ſit infecta, & a jure improbata.*
28 *In Beneficii impetratione poteſt vigore Regulæ apponi clauſula* -- & ejus collatio devoluta fuerit --
29 *Quomodo clauſula præfata extendi ſoleat in ſupplicatione, & in Literis Apoſtolicis?*
30 *Et quid operetur?*
31 *Devolutio Beneficii poteſt in ſupplicatione exprimi conditionaliter, aut diſpoſitive. Et exemplificatur.* n. 32. & 33.
32 *Si conditionaliter exprimatur in ſupplicatione, non poteſt diſpoſitive exprimi in Literis.*
33 *Et expreſſa diſpoſitive, non poſſunt expediri Literæ cum clauſula conditionali* -- etiamſi devolutum exiſtat -- *Et quare?*
Amplia, quamvis adſit in ſupplicatione altera clauſula -- ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo &c. n. 34.
35 *Devolutio diſpoſitive expreſſa, ita arctat Impetrantem ad illam præciſe probandam, ut Beneficium ex nullo alio vacationis modo capi poſſit.*
Nec ratione Menſis in eadem ſupplicatione expreſſi. n. 37.
36 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*
38 *Verba illa, quæ leguntur in Regula* -- Etſi pro collitigante, vel ſubrogationem, aut ſi Neutri, vel ſi Nulli &c. petente, ſi tunc lis ſpecifice exprimatur -- *an ſint mendoſa?*
40 *Quomodo verba præfata in Regulis Leonis. X.*

 Inno-

Innocentii VIII. & Sixti IV. conceptæ erant.

Et qualis eſt illorum ſenſus? & n. 43.

43 *Impetrans Beneficium uti de vacante, & reſervato, quamvis litigioſo, non tenetur litem ſpecifice exprimere, ſed ſufficit de illa inter clauſulas generales mentionem facere.*

44 *Sed in impetratione Gratiæ* Subrogationis, *vel* Si Neutri, *lis ſpecifice narranda erit, Et de ratione.*

45 *Gratia* Subrogationis, *vel* ſi Neutri *dari non deberet, niſi Collitiganti.*

46 *Sed quandoque Gratia* Si Neutri *datur tertio, & magis proprie vocatur tali caſu Gratia* Si Nulli.

47 *Concedenda tamen non eſt Gratia* Si Neutri *contra Proviſum Apoſtolicum.*

48 *Lis eſt anima Gratiæ* Si Neutri, *nec ſine lite Gratia præfata ſubſiſtit.*

49 *Et requirit litem præexiſtentem ſuper Titulo Beneficii.*

50 *Unde non ſufficit lis introducta ſuper illius unione.*

51 *Quamvis in Commiſſione adſit clauſula* -- Quam, & quas.

52 *Gratia* ſi Neutri *requirit præexiſtentiam litis tempore Datæ.*

53 *Nec ſufficit citatio exequuta ſolum tempore ejuſdem Datæ, quamvis poſt illam reproducta.*

54 *Sufficit tamen lis de facto, dummodo ſit ſuper titulo Beneficii.*

Et reprobatur Amayd. *contrarium exiſtimans.* num. 55.

56 *Limita, ſi adſit defectus Juriſdictionis in Judice, nam tunc non dicitur adeſſe lis neque de* facto *ad effectum Gratiæ* Si Neutri.

57 *Minuſque lis præfata adeſſe dicitur, ſi Commiſſio ſit præſentata Literis Apoſtolicis non expeditis juxta Regulam XXVII. Cancellariæ.*

58 *Generalis reſervatio, ſeu clauſula illam præſeferens, diſpoſitive dari non debet vigore Regulæ in Literis Apoſtolicis, niſi in corpore ſupplicationis ſpecialis, ac pura, non vero ſub conditione, mentio habeatur de tali reſervatione.* & n. 59. & 64.

60 *Et omiſſa hujuſmodi mentione, Clauſula* -- ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo &c. *generalis reſervationis conceſſionem non operatur. Et redditur ratio.*

Toleratur tamen vigore Regulæ narrativa dubitative facta de reſervatione perſonali ad effectum conſequendi clauſulam diſpoſitive conceptam, ut in iis verbis Regulæ -- Si vero tempore &c. n. 65.

Adjicienda eſt tamen dicto caſu clauſula -- Dummodo non ſit in eo (*ideſt Beneficia*) alicui ſpecialiter jus quæſitum, *num.* 66.

62 *Et vigore clauſulæ præfatæ capi poteſt reſervatio etiam non expreſſa.*

63 *Hinc narrata reſervatione ratione Menſis, ſi ea non ſubſiſtat, poterit capi Beneficium ex vera reſervatione ratione Protonotariatus.*

67 *Clauſulam, ex qua generalis reſervatio reſultet, dari prohibet Regula*, niſi deſuper Signatura per duplex Fiat, ſignata ſit, *vel niſi ſit ſpecialiter expreſſa.*

68 *Ex hac Regula prodiit ſtylus, quod de hujuſmodi generali reſervatione in duplici loco fiat mentio in ſupplicatione, in illius nempe corpore, & inter clauſulas generales.*

69 *Hujus juſſus Principis habetur pro* Motu proprio, vel certa ſcientia.

70 *Supplicationes ſignantur a Papa duplici loco, poſt petitionem nempe, ſeu corpus narrativæ, & in margine Clauſularum generalium & quomodo ſignando dicat?*

FUſe agit de hac Regula *Lotter. de Re Be-* 1
nefic. lib. 3. cap. 9. per tot. & Sot. hic n. 1. &
ſeq. Cumque reſpiciat praxim formandi Supplicationes,
quæ notoria eſt omnibus ſequentibus
Datariam, & Cancellariam, pauca Nos delibabimus,
ut noſtro ſatisfaciamus Inſtituto.

Plura per illam diſponuntur circa appoſitionem
Clauſularum, quæ in ſupplicationibus ſuper 2
proviſionibus Beneficiorum vacantium dari poterunt,
ſi petantur, nam ſi non peterentur a Parte,
non darentur *Rebuff. in Prax. tit. forma ſignatur.
ad Clauſulam ſive præmiſſa num. 3. pag.
mihi 99. juxta parvam impreſſ. Venet. & in addit.
ad hanc Regulam* ubi notat (verbis licet malignis)
quod Pontifex hic non ſe adſtringit ad
dandum has clauſulas, ſed, ſi velit, poterit.

In hujus igitur Regulæ ſequelam, primo, po- 3
terit, ſi petatur, apponi, in ſupplicatione clauſula
-- *quovis modo Beneficium vacet*; -- & ex hac
Regula ortum habuit notorius ſtylus apponendi in
quibuſcumque Beneficiorum Proviſionibus clau- 4
ſulam -- *ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo*, --
ut ait *Roſ. de Exequut. Liter. Apoſtolic. part. 1.
cap. 5. n. 26.* ubi late agit de vi, & efficacia dic- 5
tæ Clauſulæ, de qua Nos etiam plene diximus
in Commentar. ad Regulam XLVII. Sed non conſuevit
eadem clauſula apponi in proviſione Bene- 6
ficii de novo erecti, quia tunc dicitur *a primæva
erectione, ut præfertur vacans*, ut etiam obſervavit
Rebuff. loco citato n. 9.

Secundo dari poterit, ſi petatur, Clauſula --
ſeu per Conſtitut. Execrabilis vacet. Et de hac 7
Conſtitutione, quæ reſervat Beneficia per *Execrabilitatem*
vacantia, egimus *in Comment. ad
Regul. I. §. IX.* Cumque Conſtitutio præfata loquatur
de Parochialibus, hinc exiſtimant non- 8
nulli, ejuſdem Clauſulæ expreſſionem neceſſariam
non eſſe, quando impetratur Canonicatus, aut
aliud Beneficium ſimplex *Rebuff. in Prax. Beneficial.
tit. forma Signaturæ ad clauſul. aut per
Conſt. Execrabilis pag. mihi 101. juxta impreſſionem
Venetam anni 1584. Corrad. in Prax. Beneficial.
lib. 3. cap. 7. ſub num.* 36. ubi invehit contra
Curiales, qui hanc clauſulam ponunt in Impetrationibus
Beneficiorum ſimplicium, & Canonicatuum,
*Roſ. de Exequutor. part. 1. cap. 5.
n. 57.* Verum dicendum eſt, Clauſulam præfatam
peti etiam poſſe in impetrationibus Beneficiorum, 9
quæ Curata non ſint, quia diſpoſitio Conſtitutionis
Execrabilis fuit per Concilium Tridentinum
Seſſ. 7. cap. 4. de reformat. ampliata ad omnia, &
quæcumque Beneficia incompatibilia, quamvis Cura
deſtituta, ut diximus *in Comment. in dict. Regul.
I. §. IX. n. 5.*

Tertio apponi poterit Clauſula -- *Et ſpeciali-* 10
ter reſervatum, inter aliquos litigioſum ſit -- quam
Clauſulam nonnulli legunt disjunctive, apponen- 11
do *comam* poſt verbum *Reſervatum*, dicendo
etiam *ſi ſpecialiter reſervatum ſit, vel inter aliquos
litigioſum*, quaſi, cum Papa providet Beneficium
de vacanti cum clauſula *quovis modo*,
ſubſiſtat proviſio, etiam ſi illud ſpecialiter reſervatum
exiſtat, licet aliter dicendum, ſi reſervatum
ſit generaliter, ad tradita per *Garc. par. 11.
cap. 1. num. 31.* Ita cum hac interpunctione, ſeu
linea Regulam legunt *Sot. ad hanc Regul. in princip.*

Rebuff.

Digitized by Google

Rebuff. in prax. tit. forma Signatur. ad Clauſul. ſive præmiſſa n. 5. pag. mihi 99.

12 Hanc opinionem reprobat *Lotter.* Tum quia
difficilius ampliatur Gratia ad ſpecialiter, quam
ad generaliter reſervata. Tum quia Regula, ut
apparet tam ex antiquis, quam ex modernis exem-
13 plaribus, legitur continuative, & ſine ulla linea,
& interpunctione, prout habetur etiam apud ip-
ſum *Rebuff. in addit. ad hanc Regul.*, ibi -- *ac*
ſpecialiter reſervatum inter aliquos litigioſum ſit --
itaut ſenſus ſit, quod ubi Papa de Beneficio diſ-
14 ponit, detur proviſio uti de reſervato, ſub ea ta-
men conditione, ſi litigioſum ſit, ut acute ratio-
cinatur *d. lib. 3. quæſt. 9. n. 9. 17. 18. & ſeqq.*

Sed ex formula ſupplicationis, qua hodie uti-
15 mur, prima opinio verior videtur, nam ibi po-
nuntur tanquam duo diverſa *ſpecialiter reſerva-*
tum, & *litigioſum*. Nec verum eſt, quod Regu-
læ antiquæ careant *Coma*, ſeu *Virgula*, ut ait
Lotterius; nam licet in illis antiquiſſimis *Sixti IV.*
16 *Innocentii VIII.* & *Leonis X. coma* præſata non
obſervetur, tamen id evenit, quia omnes aliæ
Regulæ fuerunt impreſſæ ſine virgulis juxta ſty-
lum Cancellariæ, quæ punctis, & virgulis non
17 utitur, *Rota decis. 2035. n. 64. coram Caccino.*
18 At in Regulis *Pauli III. Julii III. Pauli IV.*
Clementis VIII. Leonis XI. Gregorii XV. Urbani
VIII & Innocentii X. appoſita legitur *coma*,
quam ex leviſſimo errore exiſtimatem omiſſam
fuiſſe in *Sixti V. Gregorii XIV.* aliorumque Pon-
tificum Regulis.

Cum itaque Beneficium litigioſum conferri pro-
19 hibeatur, ut ſancitur in *Cap. Si hi, Ut lit. pen-*
den. in 6. & regulariter in qua umque Gratia ſit
facienda mentio de lite, *ad Text. in Cap. final.*
20 *Ut lit. pendent. Cap. final. de Conſtit. Rot. dec. 665.*
n. 20. part. 4. tom. 2. recent. & dec. 776. n. 10. cor.
Buratt. & dec. 286. n. 11. & ſeqq. cor. Bichio,
21 hinc merito hujus Regulæ vigore apponitur in
ſupplicatione Clauſula -- *aut litigioſum* -- per quam
derogari diſpoſitioni laudati *Cap. Si a hi*, notant
Rebuff. in prax. Beneficial. tit. forma Signatur.
ad clauſulam aut litigioſum pag. mihi 104. & in
tertia parte Signatur. §. Aut litigioſum pag. mi-
hi 113. Pariſ. de Reſignat. lib. 6. quæſt. 7. num.
168. & 153. ubi etiam advertit, quod bis in
ſupplicatione Clauſula præſata apponitur, in cor-
pore ſcilicet, & inter Clauſulas generales. Cum-
que non ſolum litem, ſed ſtatum quoque litis,
22 & merita Cauſæ exprimere Pontifici oporteat,
ac etiam ſententias in ea latas, hinc, licet per
Clauſulas generales in ſecunda parte ſupplicatio-
nis adjectas, ſuppleta dici poſſit hujuſmodi ex-
preſſio, uberius tamen conſultum remanet Impe-
23 tranti per Clauſulam -- *cujus litis ſtatum &c.* quæ
præſervat Reſcriptum ab obreptione ob non fac-
tam expreſſionem litis, ſeu ſententiæ, quæ in ju-
dicatum non tranſierit *Lotter. de Re Benef. lib. 3.*
quæſt. 9. n. 37. & 42. Corrad. in Prax. Beneficiar.
lib. 5. cap. 1. n. 74. Adden. ad Burat. deciſ. 74. n.
8. Rot. dec. 213. n. 8. coram Mantic. & deciſ. 17.
ſub n. 5. coram Penia, & deciſ. 396. n. 5. & 6. co-
ram Coccin. & in Gerunden. Beneficii 26. Martii
1683. §. Non obſtat, coram clar. mem. Card. Cae-
cia; & in Hydruntina Canonicat. 13. Junii 1692.
§. Minus, coram Hervault. & in Navarien. Præ-
bendæ 15. Junii 1693. §. Minus relevans, coram
Manuel.

Sed quod diximus, in quocumque Reſcripto
faciendam eſſe mentionem litis antea introductæ,
cum diſtinctione intelligendum eſt, nam aut im-
24 petratur aliquid, quod cedat in præjudicium juris
Collitigantis, & quod ſit in judicium deductum,
ac adhuc permanens, & tunc omiſſa litis men-
tio Gratiam irritam reddit. Aut non impetratur
jus in præjudicium Collitigantis, nec quod ſit
deductum in judicium, ſed quoddam jus tertium,
a jure, ſuper quo lis adſit ſeparatum, & hoc ca- 25
ſu ſubſiſtit Impetratio, tametſi nulla mentio li-
tis facta ſit, juxta *Conſil. Oldrad. 299.* quod ſe-
quitur *Lotter. de Re Benefic. lib. 3. dict. quæſt. 9.*
num. 32. Card. de Luc. de Feud. diſc. 66. num. 9.
Rota deciſ. 301. num. 1. & ſeqq. coram Bichio,
& in Firmana Præceptoriæ 2. Junii 1690. §. Et-
enim coram Urſino, ubi, quod non ſit facienda
mentio litis, ubi Collitigans nullum jus habet; 26
quia nullum jus habenti, nullum infertur præ-
judicium; idemque ait procedere, ſi poſſeſſio Col- 27
litigantis ſit infecta, & a jure improbata; Et
conferunt, quæ plene diximus *in Comment. ad Re-*
gul. XLIV. de Reformat.

Quarto, in Beneficii impetratione apponi po- 28
terit vigore Regulæ Clauſula -- *Et ejus collatio*
devoluta fuerit -- quæ exprimi conſuevit in ſup-
plicatione -- *etiamſi devolutum* -- & magis ample 29
in Literis, ibi -- *etiamſi tanto tempore vacaverit,*
quod ejus collatio ad Sedem Apoſtolicam devoluta
ſit, operaturque clauſula præſata, quod, etiamſi
Beneficii collatio eſſet ad Papam devoluta, ad- 30
huc ipſe cenſeatur illud conferre, de qua Clau-
ſula agunt *Rebuff. in dict. titul. forma Signaturæ*
ad Clauſulam etiamſi devolutum pag. mihi 112.
Corrad. in Prax. Beneficiar. lib. 5. cap. 1. n. 60. &
ſeqq. Rot. in Barchinonen. Beneficii 5. Maii 1693.
§. Devolutio, & 8. Aprilis 1694. §. Similiter cor.
Urſino.

Duplici tamen modo exprimi poteſt in ſuppli- 31
catione Devolutio, *conditionaliter* nempe, & *diſ-*
poſitive; Si exprimitur primo modo, nempe --
etiamſi Beneficium ſit devolutum -- non poterit 32
poſtea *diſpoſitive* exprimi in Literis, alioquin eſ-
ſet addere Signaturæ Pontificis id, quod in ea
non erat expreſſum, ut de ſtylo Romanæ Cu-
riæ teſtimonium perhibet *Rebuff. in Prax. dict.*
titul. in forma Signaturæ ad Clauſulam etiamſi
devolutum num. 7. pag. mihi 102. E contra vero,
ubi exprimitur Devolutio *diſpoſitive*, quod tunc 33
contingit, quando petitur Beneficium principa-
liter, & pure ex eo, quod tanto tempore va-
cavit, ut illius collatio ſit ad Sedem Apoſtoli-
cam legitime devoluta, & tunc, quia per Re-
viſores Datariæ additur clauſula -- *& detur devo-*
lutio diſpoſitive -- non poſſunt expediri Literæ
cum conditionali clauſula, *etiamſi devolutum exi-*
ſtat &c. ſed præciſe debet Beneficii vacatio ex-
primi omnino *diſpoſitive*, cum Papa non inten-
dat Beneficium alio jure providere, niſi jure de-
voluto. Idque locum ſibi vindicat, quamvis adſit
Clauſula *ſive præmiſſo &c.* Nam clauſula -- *Et de-*
tur devolutio diſpoſitive adeo præciſe arctat Im- 34
petratorem ad probandam devolutionem, ut ea
non probata, ex nullo alio vacandi modo poſſit 35
proviſio Beneficii ſubſiſtere, quia limitata cauſa,
limitatum debet producere effectum *Corrad. in* 36
Prax. Beneficial. lib. 5. cap. 1. num. 64. & 65. Rot.
dec. 971. num. 12. cor. Dunoz. & in Colonien. Sco-
laſtriæ 9. Junii 1664. cor. Ottalora, ubi, quod
non poterit capi Beneficium ratione Menſis in 37
ſupplicatione expreſſi, & in *Leodien. Decanatus*
9. Junii 1692. §. Adducebant, cum ſeqq. cor. Frio-
lo, & diximus *in Comment. ad Regulas XLII. &*
XLVII.

Quinto, ſubditur in Regula -- *& ſi pro colli-* 38
tigante vel ſubrogatum, aut ſi Neutri, vel ſi

Nulli &c. petente, ſi tunc lis ſpecifice exprimatur --
quæ verba videntur obſcura, & mendoſa, præci-
pue attenta repetitione particulæ SI, non abſque
39 ſuperfluitatis nota, quæ a Regulis Cancellariæ ab-
eſſe debet, cum magna diligentia, & ſtudio con-
ditæ ſint, ut diximus *in Commentar. ad Proœm.
earumdem Regular.* In Regulia *Leonis X.* legitur --
40 *Et ſi pro collitigante, vel ſubrogationem &c. ſi tunc
lis ſpecifice exprimatur &c.* quaſi Pontifex dice-
re voluerit, & ſic obſervetur, ac dentur eæ-
dem clauſulæ, *quovis modo &c.* per *Conſtitutio-
nem Execrabilis &c.* etiam quando dantur Col-
litiganti Subrogatio, vel Gratia *ſi Neutri*, dum-
modo lis ſpecifice exprimatur, juxta exemplum,
quod in terminis Gratiæ *Si Neutri*, ponit *Amay-
den. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 23. ſub num. 7.*
41 Sed melius in Regulis *Innocentii VIII.* antiquo
caractere anno 1504. impreſſis una cum Com-
mentariis *Soti* legitur -- *Et Si pro Collitigante,
vel ſubrogationem, aut ſi Neutri, vel ſi Nulli &c.
petente ſit, tunc ſpecifice lis exprimatur.* Quibus
verbis concepta eſt itidem Regula *Sixti IV.* Vult
42 enim dicere Regula, quod ſi petatur ſubrogatio,
vel Gratia *ſi Neutri &c.* detur, ſi lis tunc ſpe-
cifice exprimitur; quod forte voluit intelligere
Sotus hic in principio, & magis ingenioſe *Lot-
ter.* ait, quod Regula in hoc loco procedit re-
tento themate, quod Beneficium ſit litigioſum,
quodque debeat provideri Collitiganti, vel per
viam ſubrogationis, vel per viam Gratiæ *ſi Neu-
tri*, & tunc debeat lis ſpecifice exprimi; & pro
clariori intelligentia duos diſtinguit caſus. Pri-
43 mus eſt, quando petitur Beneficii proviſio ſim-
pliciter, uti de vacante, etiam de reſervato ſtan-
te lite; Secundus, quando quis petat Gratiam
ſi Neutri, vel ſubrogationem, quorum Reſcrip-
torum Anima eſt lis; In primo caſu, ubi impe-
44 tratur Beneficium quod aſſeritur vacare, lis non
eſt ſpecifice exprimenda, ſecus vero, quando
Gratia radicatur in lite, prout eſt ſubrogatio, &
Gratia *ſi Neutri*, quia tunc conſideratur lis, tan-
quam objectum, a quo Papa movetur, & proin-
de eſt ſpecifice narranda, quemadmodum per
hanc Regulam diſponitur, ut late ratiocinatur *dict.
lib. 3. quæſt. 9. n. 29. & ſeqq. & n. 46.*
45 Infert ex hac Regula *Sot. num. 6.* quod ſi pe-
tatur *Subrogatio*, vel *Gratia ſi Neutri*, concedi
non debeat, niſi Collitiganti, eumque ſequitur
Amayden. de ſtylo Datar. lib. 1. cap. 23. num. 11.
Sed Tertio quandoque Gratia *ſi Neutri* indul-
geri ſolet, ut ait *Lotter. de re Benefic. lib. 2.
quæſt. 54. num. 128.* Verum tali caſu magis pro-
46 prie dicitur Gratia *ſi Nulli*, quam *ſi Neutri*, ut
ibidem advertit *Amayden.* Concedendam tamen
non eſſe Gratiam *ſi Neutri* contra Proviſum Apo-
47 ſtolicum, monet idem *Amayden. dict. cap. 23.
ſub num. 5. Roſ. de Exequutor. Lit. Apoſt. cap.
17. num. 5. Rot. coram Coccin. deciſ. 188. num.
4.* Et ita ſervatum vidi anno 1690. dum pro-
viſo a clar. mem. *Card. Cerro* de Prioratu *Fer-
rarien.* Dataria denegavit hanc Gratiam contra
Proviſum Apoſtolicum.
Cæterum, quemadmodum lis eſt anima ſub-
48 rogationis, ut plene diximus *in Comment. in
Regul. XXIX.* ita eſt etiam Gratiæ *ſi Neutri*,
quæ litem ita neceſſario exigit, ut quemadmo-
dum Piſcis ſine aqua vivere nequit, ita Gratia
præfata ſine lite ſtare non poteſt, *Lotter. de re
benefic. lib. 2. quæſt. 54. num. 90. Adden. ad Gre-
gor. deciſ. 94. ſub num. 10. Rot. deciſ. 242. num.
13. coram Duran. deciſ. 50. num. 1. coram Man-
tic. deciſ. 330. num. 2. coram Penia, & in Co-
lonien. Paſtoratus 28. Junii 1688. §. Demum co-
ram Molines inter impreſſ. deciſ. 65.* Et quidem
eo prorſus modo, quo *in Comment. ad dict. Re-
gul. XXIX.* dictum eſt de ſubrogatione, requi-
rit Gratia *ſi Neutri* litem præexiſtentem ſuper Ti-
tulo Beneficii, itaut ſi lis cadat tantum ſuper 49
Unione, exinde non poſſit dici introducta ſuper
titulo Beneficii, nec conſequenter ſufficit pro ju- 50
ſtificatione Gratiæ *ſi Neutri*, ut fuit reſolutum
per *Rot. in Barcbinonen. Parochialis, ſeu Vicariæ
Caſtrifidelium 22. Martii 1697. §. Qua vero ad ſe-
cundam, cor. Olmo*, ubi fuit etiam animadverſum,
non ſuffragari Clauſulam *quam, & quas*, quando 51
nullus præceſſit titulus, ſed ſola nominatio Aba-
tis vigore prætenſæ unionis expleta.
Et lis requiritur tempore Datæ, itaut ſi tunc 52
eſſet Citatio ſolum exequuta, ſed non reproduc-
ta, niſi poſt Datam, non ſufficeret pro ſubſiſten- 53
da Gratia *ſi Neutri*, cum reproductio ſit neceſſa-
ria ad inducendam litem reſpectu Rei *Adden. ad
Gregor. d. deciſ. 94. ſub n. 10. Rot. deciſ. 330. n. 7.
coram Penia & dec. 81. n. 1. part. 2. recent.*
Sufficeret tamen lis *de facto* juxta *deciſ. 99. co-* 54
ram Mantica, quam ſequitur *Lotter. d. lib. 2. quæſt.
54. n. 86.* ubi dummodo ſit ſuper Beneficii titu-
lo, *Adden. ad Gregor. deciſ. 184. n. 1. & 137. n.
6. Rot. dec. 137. n. 6. & deciſ. 298. n. 5. part. 17.
recent. & in Tranen. Præceptoriæ 2. Junii 1690.
§. Prout nec pariter, coram Urſino, & coram
Molines deciſ. 541. num. 3.* Et quamvis in hoc
diſſentiat *Amayden. lib. 1. cap. 23. num. 19.* quem 55
refert *Roſ. de executor. part. 1. cap. 18. num. 20.*
Nihilominus recedendum non videtur a priori
ſententia in Rota recepta, quæ tamen limitatur,
ſi adeſſet defectus Juriſdictionis in Judice, quia
tunc dici non poſſet, adeſſe litem *de facto* ad 56
effectum Gratiæ *ſi Neutri*, *Adden. ad Gregor. d.
deciſ. 93. litt. A. verſ. ſi tamen, Rot. deciſ. 330.
num. 8. coram Penia.* Quemadmodum nec adeſ-
ſet lis, quamvis *de facto*, quando Commiſſio fuiſ- 57
ſet præſentata, Literis non expeditis, juxta cen-
ſuram *Regulæ XXVII.* quæ Literis non expeditis,
Juriſdictionem Judici tollit *Lotter. de re Benefi-
ciar. dict. lib. 2. quæſt. 54. n. 91. Rot. deciſ. 330.
n. 6. & 9. cum ſeqq. coram Penia*, & diximus *in
Comm. in dict. Regul. XXVII.*
Sexto, diſponit Regula, quod non *detur ali-* 58
*qua generalis Reſervatio diſpoſitive, niſi deſuper in
conceſſione*, ideſt in corpore ſupplicationis *ſpecia-
lis, & expreſſa, ac pure, & non ſub conditione men-
tio fiat* (talis nempe reſervationis) *& tunc, re-
liquæ Reſervationes ibi contentæ veniant*; quæ ver-
ba explicat *Sot. hic in princip. & num. 7.* Et ſic,
aut in corpore ſupplicationis præponitur aliqua 59
Reſervatio expreſſa, pura, & non conditiona-
lis, & tunc in Literis Apoſtolicis dari poterit
generalis Reſervatio diſpoſitive, ſeu clauſula, quæ
illam præſeferat; Aut non præponitur aliqua ge-
neralis Reſervatio, & tunc Cancellaria non dat
clauſulam, quæ generalem Reſervationem im-
portet, etiam ſi adſit clauſula *ſive præmiſſo &c.* 60
cum hæc non ampliet Gratiam, niſi ubi præ-
ponatur vacatio, ex qua reſervatio reſultet, &
eadem Reſervatio diſpoſitive narretur, ut adno-
tavit eximius practicus *Hieron. Pauli in Prax.
Cancellar. Tit. Notabilia ſuper vacan. non reſervat.
pag. mihi 368. verſ. Quando non præſumitur, Lot-
ter. dict. lib. 3. quæſt. 9. num. 21. 27. & 48. Roſ.
de Exequutor. part. 1. cap. 5. n. 44. Garc. de Be-
nef. part. 11. cap. 1. num. 26. & ſeqq. & num. 31.*
ubi meminit de hac Regula, & facit *Rebuff. in
prax. tit. form. Signat. part. 3. verb. Et cum Clau-
ſula*

Digitized by Google

ſula Generalem Reſervationem pag. mihi 113. *&*
114. *num.* 10. Ideoque, ubi præcedit expreſſio
generalis Reſervationis, nempe, quod Beneficii
61 vacatio ſequuta eſt in Curia, aut per obitum
Familiaris, tunc conſuevit apponi clauſula -- *ſi-
ve præmiſſo, ſive alio quovis modo, etiamſi ex eo
generalis Reſervatio, etiam in corpore juris clauſa,
reſultet* -- & altera -- *etiamſi generaliter reſerva-
tum, vel affectum exiſtat* -- quæ clauſula genera-
lia in Literis poſtmodum juxta ſtylum extenſa
62 operatur, ut poſſit quis capere Reſervationem
etiam non expreſſam, prout de eo, cui expedie-
bat capere Reſervationem ratione Protonotaria-
63 tus, licet in ſupplicatione narraſſet tantum va-
cationem Beneficii per obitum illius poſſeſſoris
in menſe reſervato, reſolvit *Rot. dec.* 162. *n.* 11.
& 12. *part.* 17. *recent.* & conferunt quæ tradit ea-
dem *Rota in Hiſpalen. Beneficii* 22. *Junii* 1725. §.
Quoniam, coram Criſpolto.

64 Sed quamvis Regula decernat, non poſſe in
Literis Apoſtolicis dari aliquam generalem Reſer-
vationem *diſpoſitive*, niſi in corpore ſupplicatio-
nis, ſpecialis, ac pura, non vero ſub conditione
mentio habeatur de tali Reſervatione, nihilomi-
65 nus admittit, ob probabilem dubitationem, tole-
rari narrativam dubitative factam de Reſervatio-
ne perſonali, etiam ad effectum conſequendi clau-
ſulam diſpoſitive conceptam, ut in iis verbis *ſi
vero tempore &c.* & poterit hoc caſu apponi
clauſula -- *Etiamſi dictum Beneficium, ex eo, quod
talis Collector, vel unicus Subcollector, Abbrevia-
tor, vel familiaris, Notarius, aut dictæ Sedis
Officialis fuit, diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter
reſervatum exiſtat*, ut latius explicat *Lotter.
dict. lib.* 3. *quæſt.* 9. *a num.* 47. *uſque ad finem.*
66 Apponiturque clauſula -- *dummodo non ſit in ea*
(ideſt Beneficio) *alicui ſpecialiter jus quæſitum* --
de qua Clauſula diximus *in Comment. in Regu-
lam XVIII.*

Demum, Regula mandat, nullam dari clauſu- 67
lam, ex qua generalis reſervatio reſultet, & elici
poſſit, niſi deſuper Pontificis Signatura per du-
plex *Fiat* ſignata ſit, vel niſi ſit ſpecialiter expreſ-
ſa, ut diſpoſitioni Regulæ inhærendo, notat *Lot-
ter. d. quæſt.* 9. *n.* 48. *verſ. Extra hunc vero Rebuff.
in Prax. tit. forma Signatur. ad Clauſulam ſpeciali-
ter, vel generaliter reſervatum pag. mihi* 103. un-
de prodiit ſtylus, quod duplici loco fiat mentio
in ſupplicatione de hujuſmodi generali Reſerva-
tione, primo in illius corpore -- ibi -- *ſpecialiter,
vel alias ex quavis Cauſa in Literis etiam diſpoſi-
tive exprimen. generaliter reſervatum*: & rurſus in
Clauſulis generalibus -- ibi -- *& cum clauſula ge-
neralem Reſervationem importante ex quavis Cauſa
in Literis etiam diſpoſitive exprimenda* -- & adver-
tit *Rebuff. ubi ſupra n.* 3. *&* 4. *pag.* 113. *n.* 20. *Sot.
hic n.* 13. qui reddunt rationem, quod hujus juſ-
ſus Principis habetur pro *Motu proprio*, vel certa
ſcientia.

Dicitur autem per duplex *Fiat*, quia notum 68
eſt, ſupplicationes ſignari a Pontifice duplici lo-
co, primo poſt petitionem, ſeu corpus narrativæ
dicendo FIAT UT PETITUR L. & ſecundo
in margine clauſularum generalium dicendo FIAT
L. & obſervant *Sot. ad hanc Regulam ſub n.* 12.
& ſeqq. Rebuff. in dict. tit. forma Signatur. part. 2.
num. 20. *pag. mihi* 102. cum aliis apud *Ref. de
Exequutor. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 9. *& ſeqq.* ubi non-
nullas movet quæſtiones fruſtra hic tranſcriben-
das, & Nos plura adnotavimus *in Comment. in
Regulam XXXIV.*

REGULA LVII.

De expreſſione qualitatum Beneficiorum in Impetrationibus.

ITem voluit, quod ſuper Beneficiis Eccleſiaſticis de qualitatibus illo-
rum, videlicet, an Dignitates, Perſonatus, vel Officia ſint, eiſque
immineat cura Animarum, & ad illa conſueverint qui per electionem aſ-
ſumi, mentio fiat, alias Gratiæ deſuper factæ ſint nullæ. Etſi qualita-
tes hujuſmodi affirmative, vel conditionaliter non exprimantur, negati-
va expreſſe deſuper fiat in Beneficiis, quæ tales qualitates, vel ex eis
aliquas conſueverint habere.

ARGUMENTUM.

IN Beneficiorum impetrationibus, eo-
rum qualitates debent vigore Regulæ
ſub pœna nullitatis Gratiæ Pontifici
exprimi; Hinc neceſſaria eſt expreſ-
ſio, an Beneficium ſit Dignitas, Per-
ſonatus, vel Officium, & explican-
tur hujuſmodi qualitates; Inſuper an
ſit ſimplex, vel Curatum; nec omitti
debet mentio Curæ juriſdictionalis,
ſi Beneficio ex ſui natura, & de ju-
re non inſit; An vero de Cura ha-
bituali facienda ſit mentio, diſtinctio-
ne duorum caſuum quæſtio abſolvitur.
Expreſſio tamen Curæ aut fieri debet
clare, & non ſub involucro verbo-
rum, aut per æquipollens, quod ta-
men illam neceſſario præſeferat, &
an ſufficiat clauſula in Literis Apoſto-
licis aliquando apponi ſolita -- *quod
Animarum Cura, ſi qua imminet, nulla-
tenus*

tenus negligatur -- vel altera -- *eique Cura etiam juriſdictionalis immineat*? -- Enumerantur nonnulli caſus in quibus in Beneficii Curati impetratione neceſſaria non eſt mentio Curæ, & explicatur, in quibus terminis expreſſio majoris qualitatis Beneficii, qualitatis nempe curatæ, ſi Beneficium ſit ſimplex, aut Dignitatis, ſi ſit Officium, & ſimilium, Gratiam illius impetrationis irritet, nec ne? Exprimi itidem debet vigore Regulæ qualitas electiva Beneficii, ſi adſit, licet qualitas hæc per æquipollens quoque expreſſa ſufficiat; Quemadmodum exprimendæ ſunt de Jure & aliæ qualitates, quæ poſſent Pontificem a conceſſione Gratiæ retrahere, ſi nempe Beneficium ſit reſidentiale, dummodo reſidentia ſit præciſa non cauſativa, aut de Jurepatronatus, Sacerdotale, debitum certo generi Perſonarum, Regulare, manuale &c. Stante vero clauſula in ſupplicatione adjecta, -- *quod major ſpecificatio fieri poſſit in literis* -- una tantum Beneficii qualitas, non omnes exprimi poterunt. Demum exponitur, quid Regula præſcribat in verbis illis -- *Et ſi qualitates hujuſmodi &c.*

S U M M A R I U M.

1 *Qualitates omnes Beneficio inhærentes, debent vigore Regulæ in illius impetratione Pontifici enarrari, alias Gratia nulla eſt. Et redditur ratio.*

2 *Regula requirit expreſſionem qualitatum Beneficii, quod de novo impetratur, non aliorum antea obtentorum.*

3 *Principalis circumſtantia vigore Regulæ exprimenda eſt, an Beneficium ſit Dignitas, Perſonatus, vel Officium.*

4 *Primus gradus qui ineſt Beneficio eſt adminiſtratio cum Juriſdictione, & dicitur* Dignitas.

5 *Secundus, eſt gradus cum præeminentia, & dicitur* Perſonatus.

6 *Tertius, adminiſtratio cum ſimplici gradu, & dicitur* Officium.

7 *In impetratione Beneficii, cui adnexa ſit adminiſtratio cum juriſdictione, ſeu gradus, cum præeminentia, neceſſaria eſt ſpecifica expreſſio, quod ſit Dignitas.*

8 *Et ſi Dignitas ſit major poſt Pontificalem in Cathedrali, vel principalis in Collegiata, id etiam exprimi debet, & de ratione.*

10 *Dignitas major in Cathedrali, aut principalis in Collegiata Curam adnexam habens ſive pænitentialem, ſive Juriſdictionalem, requirit in impetrante ætatem annorum 25. inchoatorum.*

11 *Ætatem vero annorum 22. completorum expoſcit, ſi Cura ſit deſtituta.* & n. 12.

13 *Mentio itidem fieri debet ſub pœna nullitatis Gratiæ, quod Beneficium ſit Canonicatus in Cathedrali, vel Collegiata.*

14 *Neceſſaria vigore Regulæ eſt expreſſio, an Beneficium ſit ſimplex, vel curatum. Et redditur ratio.*

15 *Præſertim, ſi impetrans ſit deſtitutus ætate a jure requiſita pro obtinendis Beneficiis curatis.*

16 *Facienda eſt itidem mentio de Cura Juriſdictionali, quando illa Beneficio ex ſui natura, & de jure non ineſt; ſecus ſi de jure inſit.* & n. 17.

Et hujuſmodi Cura de jure ineſt Dignitati Archidiaconatus in Cathedrali. ibid.

18 *Omiſſa mentio qualitatum, quæ de jure inſunt Beneficio, Gratiam non reddit obreptitiam.*

19 *De cura habituali nulla facienda eſt mentio, quando Parochiani receſſerunt abſque ſpe redeundi.* & n. 20. 23. 25. 58. & 59.

Quod tamen non ſervatur reſpectu Beneficiorum Galliæ. n. 21.

22 *Secus, ſi Parochiani de facili redire poſſint, ſeu adſit probabilis ſpes quod revertantur.*

24 *Si Eccleſia ſit curata, quamvis Cura tantum habitualis penes Rectorem exiſtat, & actualis exerceatur per Vicarium, adhuc de Cura habituali facienda eſt mentio.*

26 *Amplia, quamvis in ultimo ſtatu nulla ejuſdem Curæ ſit facta expreſſio.*

27 *Ultimus ſtatus ſuffragatur ſolum quoad quaſi poſſeſſionem conferendi, non reſpectu qualitatis Beneficii, quoties hæc ex præcedentibus ſtatibus reſultet.*

28 *Expreſſio Curæ in Beneficii Curati impetratione fieri debet clare, & non ſub involucro verborum.* & n. 47.

29 *Et quidem in parte diſpoſitiva ſupplicationis, non vero conditionali.* & n. 48.

30 *Unde de jure non ſufficit clauſula* -- quod animarum Cura, ſi quæ immineat, nullatenus negligatur -- *Et redditur ratio* n. 32. & 38.

Clauſulæ exequutivæ non ampliant, nec alterant principalem diſpoſitionem. n. 31.

33 *Regula contenta eſſe videtur expreſſione conditionali Curæ, ut in illis verbis* -- Etſi qualitates hujuſmodi affirmative, vel conditionaliter non exprimantur --

34 *Sufficit etiam expreſſio Curæ dubitative facta per dictionem* forſan.

35 *Vel ſi adſit in ſupplicatione clauſula* -- cum Cura, & ſine Cura &c.

36 *Si in Proviſione Prioratus Curati facta abſque expreſſione Curæ, adſit Decretum vacationis alterius Beneficii, quatenus Prioratus eſſet Curatus, vel reſidentialis, Decretum præfatum operatur, quod ſufficienter dici poſſit expreſſa qualitas Curata Prioratus. Et redditur ratio* n. 37.

39 *In Impetratione Beneficii habentis Curam fori pænitentialis, an ſit Regulæ ſatisfactum per clauſulam in Literis Apoſtolicis adjectam* -- eique Cura etiam Juriſdictionalis immineat.

40 *Dictio* etiam *eſt ampliativa, ſed aliquando accipitur reſtrictive, idem importans ac Dictio* videlicet. n. 44. & 50.

41 *Jus Baptizandi conſuetudine acquiri poteſt contra proprios Infantium Parochos.*

Et hujuſmodi jure gaudet Parochus Baſilicæ Vaticanæ, qui Infantes Parochialium Urbis baptizare poteſt, propriis eorum Parochis irrequiſitis. ibid.

42 *Cura Juriſdictionalis in quo conſiſtat, & in quo in Cura Fori pænitentialis?*

43 *Gra-*

Digitized by Google

43 *Gratiæ Beneficiales ſunt ſtricte interpretandæ.*

45 *Appellatione Curæ, venit etiam cura habitualis.*

51 *Diſpoſitioni Regulæ ſatisfactum cenſetur, ſi Cura exprimatur per æquipollens.*

Redditur ratio, quia expreſſio per æquipollens facta æquivalet directæ. n. 52.

53 *Dummodo æquipollens ſit neceſſarium ad Curam, quia nempe dictum fuerit, Rectori Eccleſiæ onus incumbere audiendi Confeſſiones, adminiſtrandi Sacramenta &c.*

56 *De Cura, quæ inhæret Beneficio acceſſorie unito Titulo Beneficii principalis, quæque per Vicarium exerceri ſolet, facienda non eſt mentio.*

57 *Quemadmodum nec in impetratione Dignitatis, aut Canonicatus Cathedralis, ſeu Collegiatæ facienda eſt mentio Curæ reſidentis penes Capitulum, etſi per Dignitates, & Canonicos exerceatur.*

58 *Et in proviſione eorumdem Canonicatuum, & Dignitatum non requiritur Concurſus.*

59 *Minuſque Proviſorum examen, niſi adſit conſuetudo, vel Epiſcopi inhibitio, ne Cura abſque examine exerceatur.*

60 *Si major qualitas Beneficii expreſſa fuerit, nempe, quod ſit Curatum, aut reſidentiale, ſeu Dignitas, & revera exiſtat ſimplex, vel ſit Officium, his, ſimilibuſve caſibus, falſa qualitas expreſſa non vitiat Gratiam. Et de ratione.* n. 62. & 63.

Intellige, quando conſtat de certo corpore Beneficii, & apparet, expreſſionem majoris qualitatis bona fide factam fuiſſe, ſecus, ſi de certo corpore Beneficii non conſtet, & major qualitas expreſſa fuerit per dolum. n. 67. & 68.

Explicatur Rota in Urgellen. Canonicatus coram bon. mem. dell' Olmo. n. 70.

64 *Expreſſio majoris valoris Beneficii, Gratiam non irritat.*

65 *Derogatio Juriſpatronatus ſub expreſſione, quod ſit mixtum, rite ſubſiſtit, quamvis ſit in totum Eccleſiaſticum.*

66 *Argumentum a majori ad minus non admittitur in Beneficialibus, quando vertitur in tertii præjudicium.*

Sed intellige ut in n. 71.

69 *Proviſus de Beneficio ſimplici per errorem, & abſque dolo, tanquam de Curato, ſi errore agnito, idem Beneficium, tanquam ſimplex de novo impetraverit, poſterior hæc proviſio ſubſtinetur, etiam in præjudicium tertii, qui illud medio tempore ob falſam qualitatis expreſſionem impetraverat.*

70 *Erronea denominatio, demonſtrative potius, quam taxative facta, Gratiam non vitiat.*

72 *Impetrans una ſimul Canonicatuum, & Beneficium ſimplex, ſi non vacat Canonicatus, nec ſubſtinetur proviſio ſimplicis, & redditur ratio.*

73 *In Beneficii impetratione, exprimi debet vigore Regulæ qualitas electiva, ſi ei inſit.*

74 *Beneficia electiva ſunt ſpeciali nota digna.*

75 *Expreſſio qualitatis electivæ fieri poteſt per æquipollens, quod tamen neceſſario illam præſeferat.*

76 *Et ſat erit exprimere, quod ſit* Monaſterium, *cum tunc ſtatim intelligitur eſſe electivum.*

77 *Non ſufficit tamen expreſſio, quod Eccleſia habeat Collegium, ſeu Conventum, & de ratione.*

78 *Minuſque Clauſula* -- & ad eam conſuevit quis per electionem aſſumi. --

79 *Qualitas Conventualis Beneficii, eſt vigore Regulæ exprimenda.*

Et quid ſervatum in expeditione Prioratus, qui ignorabatur, an eſſet Conventualis? ibid.

80 *In Beneficii impetratione, earum quoque, præter expreſſas in Regula, neceſſaria eſt mentio qualitatum, quæ Papam a conceſſione Gratiæ retrahere poſſent.*

81 *Et multis modis exemplificatur.*

82 *Neceſſaria eſt expreſſio, quod Beneficium ſit reſidentiale.*

83 *Intellige, ſi reſidentia ſit præciſa, ſecus, ſi cauſativa, cujus reticentia Gratiam non reddit obreptitiam.*

84 *Reticentia qualitatis reſidentialis a Fundatore volita arbitrio Ordinarii, cui indulta ſit facultas ea diſpenſandi, gratiam Impetrationis Beneficii irritam non reddit.*

85 *Qualitates Beneficii non expreſſæ in ſupplicatione, an exprimi poſſint in Literis Apoſtolicis vigore clauſulæ in eadem ſupplicatione adjectæ* -- Quod major ſpecificatio fieri poſſit in Literis -- & n. 86.

86 *Impetrans Canonicatum cum diſpenſatione, ut Parochialem etiam obtinere, eamque cum Canonicatu ſimul retinere poſſet, non tenetur Pontifici exprimere diſtantiam unius ab altera Eccleſia, nec quod Parochialis ſit Populo referta.*

87 *Verba* -- Etſi qualitates hujuſmodi &c. -- *ad quem effectum Regulæ adjecta fuerint?* & num. 88.

IN Gratiis ſuper Beneficiis Eccleſiaſticis, ſub
pœna earum nullitatis qualitates omnes Be-
neficii Pontifici exprimi debent; & hoc diſpo- 1
nitur in præſenti Regula, quam late excitant
*Lotter. de re Benefic. lib. 3. quæſt. 7. num. 1. &
ſeqq. Amayden. de Stylo Datar. lib. 1. cap. 15.
§. 15. num. 12. Paſtor de Benefic. lib. 2. tit. 5.
num. 1. Tondut. tom. 1. cap. 9. num. 2. Raſ. de
Exequut. part. 1. cap. 6. n. 124. & in Addit. n.
27. Gonzal. ad Regul. 8. Gloſſ. 9. n. 30. Rot. deciſ.
325. n. 6. coram Bich. & deciſ. 329. n. 9. part.
16. recent.* Neceſſaria porro eſt qualitatum Be-
neficiis inhærentium expreſſio, ut Papa expen-
dat ſtatum Perſonæ, cui providere debet ſecun-
dum gradum ſibi expoſitum, & ne ſub involu-
cro verborum, aliquid contra ejus mentem ab
ipſo extorqueatur, ſed digna, dignis rependat
*Lotter. d. quæſt. 7. ſub n. 28. & ſeqq. & num. 43.
& quæſt. 4. ſub n. 38. Rot. d. deciſ. 325. n. 6. &
7. coram Bichio.* Loquitur vero Regula de qua-
litatibus Beneficiorum, quæ de novo impetran-
tur, non autem eorum, quæ jam obtinebantur 2
ab Impetrante, ut clare patet ex lectura Regu-
læ, & advertit *Rot. deciſ. 947. coram Seraphino.*

Tres principales circumſtantiæ in hac Regula
exprimi mandantur. Prima, an Beneficium, quod
impetratur, ſit Dignitas, Perſonatus, vel Offi-
cium, qui ſunt tres gradus diverſi, qui Benefi- 3
ciis inhærere poſſunt. Primus enim gradus eſt
adminiſtratio cum juriſdictione, & dicitur *Digni-* 4
tas. Secundus eſt gradus cum præeminentia, &
dicitur *Perſonatus*, tertius adminiſtratio cum 5
ſimplici gradu, & dicitur *Officium*, ut poſt
Gloſſ. in cap. 1. de Conſuetud. in 6. obſervant com- 6.
muniter *Cabaſut. in Theor. & Prax. Jur. Canon.
lib. 2. cap. 1. n. 9. Van Eſpen in Jus Eccleſ. univerſ. part. 2. tit. 18. cap. 2. n. 5. & ſeqq. Cujac.*

in

in Rubric. de Præb-n. column. 2. in princip. verſ.
Pariique ratione, Lotter. de Re Beneſ. lib. 3. quæſt.
7. n. 2. & ſeqq. Roſ. de Exequut. part. 1. cap. 6. n.
155. Gonzal. in Regul. 8. Gloſſ. 5. §. 11. n. 4. cum
aliis, quos laudavimus *in Comment. in Regul. IX.*
§. 2. n. 19.
7 Et reſpectu Beneficiorum, quibus adnexa eſt
adminiſtratio cum Juriſdictione, ſeu adnexus gra-
dus cum præeminentia, nedum neceſſaria eſt in-
dividua ſpecificatio, quod ſit Dignitas, verum
etiam, an ſit major poſt Pontificalem in Cathe-
drali, vel principalis in Collegiata, tum ob Lau-
8 ream Doctoralem, qua decorati eſſe debent ea-
rumdem Dignitatum Poſſeſſores, tum ratione æta-
9 tis neceſſariæ pro iis obtinendis, nam ſi polleant
Cura, etiam Juriſdictionali, requiritur in impe-
10 trante annus vigeſimus quintus inchoatus, ſi ve-
ro cura ſint deſtitutæ, ſufficit vigeſimus ſecun-
11 dus completus, ſive Dignitas ſit major in Cathe-
drali, ſive principalis in Collegiata, ut late, jux-
ta terminos Concilii Tridentini, advertit *Fagnan.*
in cap. cum in cunctis a n. 31. de Elect. Lotter. d.
12 *part. 7. n. 29. & 30.* Et quod etiam pro obtinen-
dis Dignitatibus principalibus in Collegiatis ætas
præfata requiritur, niſi contrarium fuerit in fun-
datione præſcriptum, dixit *Rot. in Alexmen. Ju-*
rispatr. 4. Decembris 1699. §. Quamvis, coram cl.
me. Card. de la Tremoille.
Cumque Canonicatus tam in Cathedralibus
13 Eccleſiis, quam in Collegiatis, quodammodo Di-
gnitatibus æquiparentur, hinc eſt, quod etiam
in ſupplicatione fieri debet mentio, quod Benefi-
cium ſit Canonicatus in Cathedrali, vel Colle-
giata, alias Gratia obreptitia cenſetur *Roſ. de Exe-*
quutor. d. cap. 6. n. 150. & ſeqq. licet aliis rationi-
bus neceſſariam eſſe hanc expreſſionem firmet
Lotter. d. lib. 3. quæſt. 5. per tot.
Secunda circumſtantia, quæ neceſſario expri-
14 mi debet, eſt, an Beneficium ſit ſimplex, vel
Curatum; Cum enim Cura ſit ars artium, &
longe major in regendis Beneficiis curatis, quam
ſimplicibus idoneitas requiratur, *Cap. cum in il-*
lis, de Præben. in 6. ſequitur exinde, neceſſarium
eſſe, quod Summus Pontifex certam de tali qua-
litate notitiam habeat, ut Beneficium Curatum
idoneo conferat. Qua expreſſione non facta, Gra-
tia nulla, ac irrita remanet, *Clement. I. de Præ-*
ben. Burſat. conſ. 352. num. 13. Kochier. ad hanc
Reg. ante num. 9. Gonzal. ad Regul. 8. Gloſſ. 6.
num. 3. & ſeqq. & num. 18. Lotter. de Re Benefi-
ciar. lib. 1 quæſt. 20. num. 163. & lib. 3. quæſt. 3.
num. 30. & quæſt. 4. num. 39. & quæſt. 7. num. 18.
Roſ. de Exequutor. cap. 6. num. 137. & ſeqq. Card.
de Luc. de Penſion. diſc. 38. num. 2. Rot. coram
Gregor. deciſ. 450. n. 2. ibique Adden. litt. A. co-
ram Bichio deciſ. 244. n. 9. deciſ. 605. n. 11. & in
recent. deciſ. 292. num. 23. part. 12. Præſertim, ſi
15 Impetrans ſit deſtitutus legitima ætate pro aſſe-
quendis Beneficiis curatis, ut de illo, qui in im-
petratione Beneficii Curati expreſſerat, ſe in æta-
te viginti quatuor annorum conſtitutum, cum age-
ret vigeſimum tertium, nam ita de facili Sum-
mus Pontifex non diſpenſaſſet ad Beneficium Cu-
ratum conſtitutum in ætate annorum viginti trium,
reſpondit *Rota in Monaſterien. Decanatus 18. Ju-*
nii 1706. §. Si enim coram Lancetta inter impreſſ.
deciſ. 426.
16 Idque procedit, etiamſi Cura ſit Juriſdictio-
nalis, nam adhuc ea Pontifici exprimenda eſt,
quando non ineſt ex natura Beneficii, & de jure,
licet neceſſaria non ſit illius expreſſio, ſi de jure
17 Beneficio inſit, prout ineſt Archidiaconatui in
Cathedrali; *Felin. in Cap. In noſtra n. 15. in 2. Co-*
rollar. verſic. de Cura Collegii de Reſcript. Lotter.
de Re Beneſic. d. lib. 3. quæſt. 7. n. 16. & 17. Kochier.
ad hanc Regulam n. 11. & ſeqq. Paſtor de Beneſ. lib.
2. tit. 5. n. 4. Roſ. de Exequutor. d. cap. 6. n. 199.
ubi explicat *Corradum.* Et eſt Regula generalis, 18
quod nulla ſit facienda mentio qualitatum, quæ
de jure inſunt Beneficio, nec omiſſa earum ex-
preſſio Gratiam reddit obreptitiam, ad *Text. in*
Cap. Sed hæc de Offic. Archidiac. Felin. in Cap. ſu-
per Literis n. 8. verſic. Secunda Regula, & in Cap.
in noſtra n. 14. de Reſcript. Rebuff. in Prax. Beneſic.
in tertia part. Signat. in rub. etiam ſituationis n. 4.
German. de Induli. Cardinal. §. Ac Beneficia n. 2.
& ſeqq.
Sed an de Cura habituali facienda ſit mentio?
Diſtingue duos caſus. Primus eſt, quando Be- 19
neficium eſt tantum habitu Curatum, ex quo Pa-
rochiani receſſerunt abſque ſpe, quod amplius re-
dire poſſint, & tunc verior, magiſque commu-
niter recepta ſententia eſt, quod de tali Cura nul-
la ſit facienda expreſſio. Siquidem, ut Curæ men-
tio fiat, conſtitutum eſt, non favore Eccleſiæ, ſed
pro ipſis Parochianis; Ob periculum enim Ani-
marum major requiritur habilitas ad Beneficium 20
curatum, quam ad alterum Cura deſtitutum, quæ
ſane ratio, cum locum ſibi non vindicet reſpectu
Beneficii habitu tantum curati, ſequitur exinde,
quod nulla de cura præfata facienda ſit mentio,
ut late conſuluit *Gabriel. conſ. 191. per tot.* ubi
etiam advertit, neque ex ſtylo, aut uſu, neque
ex jure ſcripto cautum eſſe, ut Curæ habitualis
tantum mentio fiat; *Lotter. de Re Beneſ. lib. 1.*
quæſt. 20. n. 155. Garc. de Beneſic. part. 5. cap. 3.
n. 99. & plur. ſeqq. Tondut. Reſolut. Beneſic. part.
1. cap. 27. n. 40. ubi ait, id certum eſſe in Bene-
ficiis Italiæ, licet ſecundum uſum Galliæ, quali- 21
tas Curæ habitualis ſit omnino exprimenda in im-
petratione Beneficiorum illius Regionis, & *part.*
2. cap. 2. §. 3. n. 10. cum aliis per *Rot. in Cracco-*
vien. Archidiaconatus 19. Aprilis 1693. §. Quo
ſtante, coram Molines inter impreſſ. deciſ. 492. n.
6. Deciſio tamen hæc in puncto, in quo loqui-
tur, plures patitur difficultates, & confundit Cu-
ram habitualem cum acceſſoria.
Et quamvis *Burſat. conſ. 252. per tot.* firmet,
etiam Curæ habitualis *tantum*, faciendam eſſe 22
mentionem; Nihilominus ejus opinio procedit in
caſu, quo Parochiani de facili redire poſſint, imo
de iis, qui ceſſante morbo, cujus ob cauſam re-
ceſſerunt, revertuntur, ut ſe explicat *num. 21.*
& §. Final. Et in his terminis, ubi adeſt proba-
bilis ſpes, quod Parochiani revertantur, concor-
dant omnes, quod Curæ habitualis facienda ſit
mentio. At quando per multos annos Eccleſia 23
Populo deſtituta remanſit, nempe per annos qua-
draginta, inibique adminiſtrata non fuerunt Sa-
cramenta, ac veroſimiliter nulla ſpes adeſt, quod
recuperet Oves, tunc reputatur, tanquam Bene-
ficium ſimplex, nec facienda eſt mentio de Cu-
ra, ut diſtinguendo firmarunt *Gabriel. d. conſ. 191.*
in fine, Garc. d. part. 5. cap. 3. n. 115. & 117. Roſ.
de Exequutor. d. cap. 6. n. 144. Adden. ad Gregor.
deciſ. 450. n. 11. ubi quod ipſemet *Burſat.* hanc
diſtinctionem ſequitur.
Secundus caſus eſt, quando Eccleſia eſt quidem
Curata, ſed Cura non exercetur per Rectorem,
ſed per Vicarium perpetuum. Et in his termi- 24
nis, licet penes Rectorem ſit Cura habitualis, &
penes Vicarium actualis, attamen de ea Cura ha-
bituali facienda eſt mentio, quia eſt actu in Eccle-
ſia, licet non ſit in Perſona; Et quod dicitur Curæ
habi-

habitualis non requiri mentionem, locum ſibi vindicat, quando nullo modo adeſt exercitium ex
25 defectu materiæ, quia nempe Parochiani omnes receſſerunt, ſecus, ſi per alium, quam per Rectorem Cura exerceatur *Gabriel. conſ.* 191. *num.* 10. & 11., *Lotter. de Re Benef. d. lib.* 1. *quæſt.* 20. *n.* 163. & *ſeqq.*, *Roſ. de Exequut. d. cap.* 6. *num.* 147, *Rot. deciſ.* 684. *num.* 4. *part.* 3. *dec.* 71. *num.* 18. *deciſ.* 292. *num.* 23. *part.* 12. *recent.*, *deciſ.* 58. *num.* 5. & *ſeqq. coram Ottobon.* Idque procedit,
26 tametſi in ultimo ſtatu proviſionis Beneficii de Cura habituali facta mentio non fuerit, nam ulti-
27 mus ſtatus ſuffragatur dumtaxat quoad quaſi poſſeſſionem conferendi, non autem reſpectu qualitatis Beneficii, quoties alter contrarius innoteſcat, ut recedendo a præcedenti Deciſione in *Djennen. Prioratus coram Veroſpio*, firmatum fuit in *deciſ.* 292. *n.* 24. *part.* 12. *recent.*, & antea dictum *deciſ.* 489. *num.* 4. & *deciſ.* 684. *num.* 5. *part.* 3. *recent.*
28 Curæ autem expreſſio fieri debet clare, & non ſub involucro verborum *Roſ. de Exequut. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 137., *Lotter. de Re Benef. lib.* 3. *quæſt.* 4. *n.* 39., *Tondut. quæſt. Benef. part.* 2. *cap.* 2. §. 3. *num.* 11., *Piton. diſcept.* 104. *num.* 11., *Rot. de-*
29 *ciſ.* 71. *num.* 17. *part.* 12. *recent.* Et quidem in parte diſpoſitiva ſupplicationis, non vero in conditionali, ſeu exequutiva; Unde non ſufficit clauſula, quæ in Literis Apoſtolicis inter alias in
30 parte exequutiva adjici ſolet -- *Quod animarum cura, ſi qua imminet, nullatenus negligatur* -- ut clare diſponitur in *Clement. I. de Præben.* -- ibi -- *Quamvis conſectus ſuper ea Literis ſit inſertum, quod animarum cura, ſi Dignitatibus ipſis, vel alteri earum immineat, nullatenus negligatur* -- & firmant *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 6. *num.* 3. & *ſeqq.*, *Piton. dict. diſcept.* 104. *num.* 12. Clau-
31 ſulæ enim exequutivæ non ampliant, nec alterant principalem diſpoſitionem, ut in eadem *Clement.* advertit *Barboſ. num.* 2. & 3., *Rot. coram Gregor. deciſ.* 450. *num.* 3. & 4., ubi ſubdit, clauſulam
32 præfatam ſonare in monitionem, & propterea non tollere obreptionem ex omiſſa clara expreſſione Curæ reſultantem, ex *Vitalin.* ibi allegato, & latius adnotavit *Gloſſ. in eadem Clement. Verb. Animarum cura.*
33 Sed hæc licet vera eſſe poſſint in terminis juris communis, hodie tamen difficultatem ingerit præſens Regula, quæ expreſſione conditionali Curæ in Beneficii impetratione videtur eſſe contenta -- ibi -- *Etſi qualitates hujuſmodi affirmati-*
34 *ve, vel conditionaliter non exprimantur.* Imo ſufficit expreſſio, etiam dubitativa per dictionem *forſan*, ſi nempe exprimatur, Curam actualem Beneficio *forſan* imminere; nam hæc dubitativa expreſſio operatur, ut non neceſſaria non ſit ulterior juſtificatio, ex relatis per *Rot. in dicta Cracovien. Archidiaconatus* 19. *Aprilis* 1697. §. *Ulterius*, *coram Molines inter impreſſ. deciſ.* 492. Item-
35 que dicendum, quando appoſita eſt alia clauſula -- *Cum Cura, & ſine Cura*, -- quæ pariter ſalvat Gratiam ab obreptione, quæ prætendi poſſet ob omiſſam ſpecificam Curæ mentionem, ut poſt *Staphil.*, tradit *Tondut. part.* 2. *cap.* 2. §. 3. *num* 19.
Hinc, cum in proviſione cujuſdam Prioratus adnexam habentis Curam Animarum abſque ejus
36 mentione expleta favore illius, qui aliud Beneficium Curatum obtinebat, Pontifex decretum appoſuiſſet, quod, quatenus Prioratui animarum Cura non immineret, poſſet impetrans primum Beneficium Curatum retinere, ſi vero fuiſſet Prioratus reſidentialis, aut Curatus, quod dictum Beneficium dimittere teneretur, & fuiſſet revocatum in dubium, an ſufficeret expreſſio hujuſmodi, ita conditionaliter concepta, *Tondutus* ſuper hoc caſu conſultus *dict. part.* 2. *cap.* 2. §. 3. *a num.* 17. affir- 37
mative reſpondit, ea ratione, quod ſufficienter dici poterat expreſſa qualitas Curata Prioratus ex denegata diſpenſatione illum, quatenus Curatus, vel reſidentialis extiterit, retinendi cum altero Beneficio Curato, non obſtante diſpoſitione ſupralaudata *Clementinæ I. de Præbend.*, quia clauſula inibi adjecta -- *quod animarum Cura &c. nullatenus negligatur* -- ſonat in monitionem, & 38
in ſupradicto caſu Pontifex non per viam monitionis, ſed Decreti diſpoſuit, quod Prioratus in caſu, quo curam haberet adnexam Animarum, retineri non poſſet cum altero Beneficio curato, unde habuit qualitatem Curatam pro ſufficienter expoſita.
An autem in impetratione Beneficii habentis 39
Curam fori Pœnitentialis, ſufficiat pro ejuſdem Curæ expreſſione clauſula -- *eique Cura etiam juriſdictionalis immineat?* Affirmative reſpondit *Rot. dec.* 226. *n.* 4. *part.* 1., & *dec.* 258. *num.* 2. *part.* 3.
recent. ea ratione, quod dictio *etiam* ampliativa 40
eſt, & utramque comprehendit Curam, Juriſdictionalem nempe, & Fori pœnitentialis. Et fuit ſenſus Sac. Congregationis Concilii *in Fulginaten.* 5. *Aprilis* 1705. dum cenſuit, Canonicos Eccleſiæ Cathedralis Fulginaten. miniſtrare non poſſe in eadem Eccleſia Sacramentum Baptiſmatis abſque licentia Prioris, cum pro comperto habuerit, Curam Fori Pœnitentialis reſidere penes Priorem ex illa præſertim circumſtantia, quod in quamplurimis Apoſtolicis Proviſionibus Prioratus, dictum fuerat, eidem *curam etiam Juriſdictionalem Animarum imminere*, ut mihi retulit *el. mem. Card. Panciaticus* ejuſdem Sac. Congregationis tunc temporis Præfectus; Et quamvis a dicta Reſolutione receſſum fuerit *die* 9. *Auguſti* ejuſdem
anni, nihilominus revocatum non fuit in du- 41
bium, quod Cura Animarum reſideret penes Priorem, ſed recedendi motivum innixum fuit antiquæ Conſuetudini faventi Canonicis pro adminiſtratione Sacramenti Baptiſmatis irrequiſito Parocho, quam conſuetudinem ſubſtineri, reſolutum antea fuit ab eadem Sac. Congreg. in *Oriolen.* penes *Franceſ. de Eccleſ. Cathedr. cap.* 31. *n.* 84. Et favore Parochi Baſilicæ Vaticanæ ex antiquiſſima conſuetudine Baptizantis parvulos aliarum Parochialium Urbis, Parochis ipſis irrequiſitis, ſolemniter reſpondit eadem Sac. Congregatio *in Romana* 15. *Maii* 1700.
Sed in contrarium urget, quod Clauſula præ- 42
fata eſt reſtricta ad Curam Juriſdictionalem, quæ conſiſtit in Viſitatione, Correctione, & ſimilibus, unde nequit extendi ad Curam Fori Pœnitentialis, quæ reſpicit adminiſtrationem Sacramentorum; Et quamvis expreſſio Curæ Juriſdictionalis
facta ſit cum intermedia dictione *etiam*, quæ eſt 43
ampliativa, nihilominus, cum verſemur in Gratia Beneficiali, quæ ſtrictam recipit interpretationem, *Cap. quamvis, de Præben. in* 6., dictio
præſata accipi debet reſtrictive, ac idem impor- 44
tat, quod dictio *videlicet*, ne alias ſequatur abſurdum, quod Pontifex plus conceſſerit, quam fuerit a ſupplicante petitum, ut bene ponderat
Piton. Diſcept. 104. *num.* 14. Maxime, quia ex- 45
preſſio Curæ, quæ ex dicta Clauſula elicitur, æquivoca eſt, dum intelligi poteſt de Cura habituali tantum, *Rot. deciſ.* 179. *num.* 3. *part.* 2. *recent.* unde per eam ſatisfactum non remanet cenſuræ Regulæ, quæ non æquivocam Curæ mentionem,

& ſub involucro verborum factam, ſed ſpecificam
requirit, aut per verba clara, & expreſſa, aut ſal-
tem per verba æquipollentia, quæ referri non poſ-
ſint, niſi ad Curam ipſam, ut mox dicemus.

Potiſſimum, quia non raro clauſula præfata ad-
46 jici ſolet fraudulenter, ut accidit anno 1698. in una
Albinganen. Præpoſitura. Cum enim quidam reſi-
gnaſſet Præpoſituram Curatam, facta expreſſione,
quod Reſignatarius eſſet in ætate annorum trigin-
ta, & ultra, & hæc ætas non poſſet in facto ju-
ſtificari, curavit Expeditor ſignari aliam ſupplica-
tionem, in qua reticuit Præpoſituram eſſe cura-
tam, & in ea appoſuit Clauſulam -- *Eique Cura
etiam juriſdictionalis immineat*; ſed detecta captio-
ſa expreſſione emiſſa ad decipiendum Pontificem,
ejuſque Officiales, Cardin. *Panciaticus* Pro-Data-
rius mandavit retineri ſupplicationem, & acriter
Expeditorem monuit, ut ab hiſce captioſis agen-
47 di modis in poſterum ſe abſtineret. Et in ſimili-
bus circumſtantiis cum omni rigore proceden-
dum eſſe, advertit *Tondut. d. part*. 2. *cap*. 2. §. 3.
num. 14.

Nec ſententiæ præfatæ refragatur ſenſus Sac.
Congregat. Concilii in laudata Cauſa *Forolivien.*
48 Siquidem cum anno 1721. exorta iterum fuiſſet
controverſia ſuper qualitate curata Prioratus, Sac.
Congregatio cenſuit, eidem non ineſſe Curam
Fori Pœnitentialis, mandavitque Priorem ſolum
examinari quoad Matrimonia, ut ex rationibus
late expoſitis a *Piton. Diſcept*. 104., ubi *num*. 12.
& ſeqq. reſpondetur argumento deſumpto ex clau-
49 ſula -- *eique cura etiam Juriſdictionalis immineat.*
Quemadmodum, *Deciſiones Sac. Rot. part*. 1. *dec.*
50 226., *& part*. 3. *Rec. dec*. 258. unice innitun-
tur indoli ampliativæ dictionis *etiam*, quæ, ut di-
ximus, in ſubjecta materia accipi debet reſtricti-
ve pro dictione *ſcilicet*, ex rationibus ſupra pon-
deratis.

51 Cæterum, ut diſpoſitioni Regulæ ſatisfactum
cenſeatur, ſufficit, quod Cura exprimatur per
æquipollens, nam expreſſio per æquipollens fa-
52 cta, valet ſicuti directa, & nominata, juxta *De-
ciſionem Caſſador*. 12. *de Præben*., quam ſequun-
tur *Tondut. d. part*, 2. *cap*. 2. §. 3. *num*. 17., *Lot-
ter. d. lib*. 3. *quæſt*. 3. *num*. 32. *& ſeqq*. *& quæſt*. 7.
num. 22., *Gonzal. ad Regul*. 8. *Gloſſ*. 6. *num*. 15.,
53 *Adden. ad Gregor. d. deciſ*. 450. *num*. 9. dummo-
do tamen æquipollens ſit neceſſarium ad Curam,
quemadmodum laudati DD. monent, quia nem-
pe quis exprimat, Eccleſiæ eſſe conjunctam po-
teſtatem excommunicandi, audiendi Confeſſio-
nes, adminiſtrandi Sacramenta &c. nam per hu-
juſmodi circumſtantias ſatis dicitur expreſſa qua-
litas, quod Eccleſia ſit Curata, ut præ cæteris
advertit *Lotter. de Re Beneſic., d. lib*. 3. *quæſt*. 3.
num. 30. *& ſeqq.*

At vero plures ſunt Caſus, in quibus expreſſio
Curæ in Beneficii impetratione non requiritur.
54 Primo, quando agitur de Cura habituali, ut ſu-
55 pra dictum eſt, aut de iis Beneficiis ruralibus,
quæ cura carent *Kochier. in hanc Regul. num*. 9.,
Roſ. de Exequutor. dict. cap. 6. *num*. 174., *Rot. de-
ciſ*. 947. *in fin. coram Seraphin*., *dec*. 325. *n*. 18. *&*
21. *coram Biebio.*

Secundus caſus eſt, quando Cura immediate
56 non ineſt Titulo Beneficii principalis, ſed ei ad-
hæreat ratione annexionis, quia nempe ei ſit ac-
ceſſorie, & non principaliter unita Parochialis,
cujus actualis Cura per Vicarium exercetur, tunc
enim de hujuſmodi Cura acceſſoria, non eſſe fa-
ciendam mentionem, poſt *Garc. & Menoch*.,
tradunt *Lotter. de Re Beneficiar. lib*. 3. *quæſt*. 7.
num. 18. *& ſeqq*., *Barboſ. de Paroch. part*. 1. *cap*. 1.
num. 49., *Card. de Luc. de Benef. diſc*. 55. *num*.17.
& 18., *Rot. deciſ*. 450. *num*.10. *coram Gregor*., cum
aliis *in Craccovien. Archidiaconatus* 19. *Aprilis*
1697. §. *Et ſane, cum ſeqq. coram Moliner inter
impreſſ. deciſ*. 492.

Tertio, in Proviſione Dignitatis, vel Canoni-
catus non requiritur expreſſio Curæ, quæ penes 57
Capitulum, vel Collegium exiſtat, eſto illius mi-
niſterium per Turnum a Dignitatibus ipſis, & Ca-
nonicis exerceatur; late *Piton. Diſcept. Eccleſia-
ſtic*. 114. *num*. 38., *Roſ. de Exequut. cap*. 6. *nu*. 147.
in fin., *Rot. deciſ*. 58. *num*. 8. *& ſeqq. cor. Ottbob*.,
& dec. 31. *num*. 34. *part*. 10., *& deciſ*. 71. *num*. 24.
part. 12. *Recent*. Quemadmodum in illorum Pro- 58
viſionibus, nec Concurſus requiritur, *Parıſ. de
Reſignat. lib*. 8. *quæſt*. 9. *num*. 39., *Caſtropal. Oper.
moral. part*. 2. *tract*. 13. *de Beneſic. diſputat*. 3.
punct. 2. §. 5. *num*. 7., *Barboſ. de Poteſt. Epiſc.
alleg*. 60. *num*. 30., *Piton. dict. Diſcept*. 104. *a
numer*. 35., *Proſper. de Auguſtin. in addit. ad
Quarant. verbo Beneficiorum collatio quæſt*. 3.,
Vallen. de Beneſic. lib. 2. *num*. 11., *Maſſobr. in
Prax. haben. Concurſum requiſit*. 1. *dub*. 7. *num*. 6.
Neque examen Dignitatum, aut Canonicorum, 59
niſi adſit Conſuetudo, vel Epiſcopus ſpeciali in-
hibitione mandaverit, ne abſque examine Curam
exercere valeant, *Garc. de Benef par*. 9. *cap*. 2.
n.181. *& num*. 187. *&* 188., *Vallen. eod. tract. lib*.2.
tit. 15. *n*. 11., *Piton. d. diſcept*. 104. *num*. 36., *Rota
in Sutrin. Præcedentia* 8. *Maii* 1716. §. *Et ex hu-
juſmodi, cor. Emo Althan.*

At quid dicendum, ſi major Beneficii qualitas 60
expreſſa fuerit, quia nempe impetravit quis Be-
neficium ſimplex, & expreſſit eſſe Curatum, aut
reſidentiale, vel impetravit Officium, & dixit
eſſe Dignitatem, an in his, & ſimilibus caſibus,
Gratia reddatur ſubreptitia? Actum fuit de hoc 61
articulo per *Rotam dec*. 244. *&* 325. *coram Bichio.*
Et, cum non omnes DD. fuiſſent concordes, ex
alio motivo capta fuit Reſolutio; Plures tamen
pro utraque ſententia adducuntur Auctoritates,
& rationes, ac præſertim pro validitate Gra-
tiæ ponderabatur, quod ſi Pontifex conceſſit 62
majus, potiori ſane jure dicendum eſt, quod
conceſſiſſet, & minus, ut etiam advertunt *Pa-
ſtor de Beneſic. lib*. 2. *tit*. 5. *num*. 3., *Roſ. de Exe-
quutor. in addit. ad cap*. 6. *num*. 93., *Rot. deciſ.*
161. *num*. 16. *part*. 18. *recent*., *& in Vicen. Bene-
ficii* 25. *Junii* 1725. *in fine*, *cor. Reverendiſſimo
Corio*, ubi, ſi Papa Gratiam Proviſionis Benefi- 63
cii conceſſit, uti de ſimplici, quod eſt plus, fa-
cilius eandem Gratiam fuiſſet conceſſurus, uti
de Reſidentiali, quod eſt minus; & conferunt 64
quæ diximus ſupra in *Commen. in Regul. LV*. ſu-
per neceſſitate exprimendi verum Beneficii valo-
rem, quod nempe expreſſio majoris valoris,
Gratiam non reddat ſubreptitiam; necnon tra-
dita per *Rot. in Barchinonen. Beneficii* 26. *No-
vembris* 1703. §. *Quam ob rem, coram Lancetta*,
ubi de eo, qui pro obtinenda derogatione Juri-
patronatus Pontifici expreſſerat, illud eſſe mix- 65
tum, quando erat Eccleſiaſticum, cui facilius
derogatur. E contra vero, quod argumen- 66
tum de majori ad minus non admittatur in Be-
neficialibus, quando vertitur in tertii præjudi-
cium dixit *Rot. in Urgellen. Canonicatus* 4.
Maii 1703. §. *Corruente, cum ſeqq., coram Kau-
nitz.*

Ad materiam hanc reaſſumendo *Tondut. Quæſt.
Beneſic. part*. 2. *cap*. 2. §. 3. *n*. 12., *& ſeqq*. diſtin-
guit, quod, aut conſtat de certo corpore Beneficii,
itaut

Digitized by Google

67 itaut appareat, narrativam majoris qualitatis Bene-
ficii, nempe Curati, aut reſidentialis, cum eſſet
ſimplex, abſque dolo fuiſſe factam, & tunc falſa
demonſtratio, ſeu narrativa illius qualitatis Benefi-
cio non inhærentis, haud nocet, nec apta eſt illius
impetrationem irritam reddere; aut non con-
68 ſtat de certo corpore Beneficii, & falſa illa nar-
rativa facta fuit per dolum, & tunc nocet Im-
petranti; hancque diſtinctionem, ait eſſe de
mente *Rotæ deciſ. 4. de Reſcript. in antiquis.*
69 Quinimo ſi quis per errorem, & ceſſante dolo
proviſus de Beneficio, tanquam Curato, poſtmo-
dum errore agnito, idem Beneficium de novo, tan-
quam ſimplex impetraverit, hæc ſecunda proviſio
valida erit, etiam in præjudicium tertii, qui me-
dio tempore proviſus fuerit de eodem Beneficio,
tanquam vacante ob falſam qualitatis expreſſio-
nem, ut proſequitur idem *Tondut. dict. cap.* 2. §.
70 2. *num.* 20. Erronea enim denominatio adjecta
potius gratia demonſtrationis, quam taxationis,
Reſcriptum non vitiat, ut ajunt *Lotter. de Re
Benef. lib. 3. quæſt. 4. num. 3. Rot. dec. 244. n. 40.
& ſeqq. Priolo.*
71 Atque io terminis doloſæ expreſſionis procede-
re videtur *Rot. in Urgellen. Canonicatus coram
Kaunitz*, in cujus themate obtinuerat *Joannes*
Prioratum, tanquam principalem Dignitatem
una cum Canonicatu, & ſtante ſubreptione quoad
Prioratum, reſolutum fuit, corruere Gratiam
etiam quoad Canonicatum, qui expreſſus fuerat
tanquam acceſſorius, non obſtante argumento de
majori ad minus, quod in Beneficialibus, non
72 procedit, ubi vertitur tertii præjudicium. Et
exinde infertur, quod ſi quis impetraret Canoni-
catum & Beneficium ſimplex, ſi non vacaret Ca-
nonicatus, non poſſet obtinere Beneficium ſim-
plex, decipiendo Papam ſub tali involucro verbo-
rum, & reportando gratiam ex proprio dolo,
quam ſine tali doloſa expreſſione, Papa non con-
ceſſiſſet. Unde ex qualitate expreſſionis, & doli,
videtur reſolutio hujus articuli regulanda.
73 Tertia circumſtantia, quæ a Regula exprimi
mandatur, eſt, an Beneficium ſit electivum; & ju-
re quidem, meritoque, ne circumveniatur Papa
in præjudicando iis, quibus competit electio *Lot-
ter. de Re Benef. lib. 2. quæſt. 7. num. 25. Corrad.
in Prax. diſpenſat. lib. 2. cap. 6. n. 24. Rot. in Ur-
gellen. Canonicatus 4. Maii 1703. §. Nec etiam,
74 coram Kaunitz.* Et quia Beneficia electiva ſunt
ſpeciali nota digna *Cap. Cum illis. §. In illis vero
de Præben. in 6. Germon. de Indult. Cardinal. §.
Ac Beneficia num. 1. & ſeqq. Caputaquen. deciſ. 41.
n. 2. part. 3.*
75 Poteſt tameo & hæc circumſtantia per æquipol-
lens exprimi, dummodo neceſſario, & infallibi-
liter qualitatem electivam præſeferat, unde ſat
erit dicere, quod ſit *Monaſterium*, nam eo ipſo,
76 quod dicitur *Monaſterium*, intelligitur, quod ſit
electivum *ad Text. in Cap. Officii tui 38. Cap.
Cum Magiſtrum 49. de Electio. Cap. Cum Dile-
ctus 8. de Conſuet.* cum aliis penes *Rot. dec. 626.
num. 2. cor. Molines, &* diximus in *Commentar.
77 ad Regul. II. §. II. num. 20.* E contra vero non
ſufficere expreſſionem, quod Eccleſia habeat
Collegium, ſeu Conventum, cenſuit *Menoch.
de Arbitr. lib. 2. cap. 201. num. 85.* Non enim
ex hac expreſſione neceſſario infertur, quod Bene-
ficium ſit electivum, cum dari poſſit caſus, quod
electio ad alios pertineat, *Lotter. de re Beneficiar.
lib. 3. quæſt. 3. num. 26. & ſeqq. Germon. de In-
dult. Cardinal. dict. §. Ac Beneficia num. 19. &
78 ſeqq.* Sufficeret tamen clauſula -- *& ad eam
conſueverit quis per electionem aſſumi.*
Sed hic obiter notandum, quod, cum anno
1697. Eminentiſſimus *Cardinalis Ottobonus* pro-
viſus fuiſſet de *Prioratu S. Columbani Mutinen.*
& ignoraretur, an Conventualis eſſet, vel
Conventu careret, orta fuit inter Officiales Da- 79
tariæ difficultas ſuper modo illum expediendi,
nam, ſi revera fuiſſet Conventualis, qualitas iſta
exprimenda erat vigore Regulæ; Sed expeditæ
fuerunt Literæ abſque expreſſione illius qualita-
tis, cum Decreto tamen in iis inſerto -- *quod
propter Commendam ipſam Divinus cultus, & ſo-
litus Monachorum numerus nullatenus minueren-
tur; ſed ejus, & Conventus præfatorum ſupporten-
tur onera conſueta.* Prout alias eundem Priora-
tum expeditum ſupponebatur pro Cardinali *De-
noff*, abſque ulla illius qualitatis expreſſione; Sed
poſtea relatum fuit, dictum Prioratum eſſe ſim-
plicem, & ſecularem, ex Conventu Auguſtinian.
ſuppreſſo a *ſan. mem. Clemente IX.* ſeu *X.* ac in ti-
tulum *Prioratus* erectum.
Sed ultra has circumſtantias, quæ in Beneficio- 80
rum impetrationibus debent vigore Regulæ enar-
rari, aliæ quoque ſunt exprimendæ qualitates,
quæ poſſunt Pontificem a conceſſione Gratiæ re-
trahere, ſi nempe Beneficium ſit de Jurepatrona-
tus, Sacerdotale, debitum certo generi Perſona- 81
rum, Regulare, manuale &c. de quibus circum-
ſtantiis agunt *Paſtor. de Benef. lib. 2. tit. 5. per tot.
Amayd. de Styl. Datar. lib. 1. cap. 15. §. 15. num.*
12. ubi, quod qualitates iſtæ ſunt exprimendæ
vigore hujus Regulæ, *Barry de Benef. Diſput.
7. quæſt. 3. Roſ. de Exequut. Cap. 6. num. 44. &
ſeqq. Rot. in Barchinonen. Beneficii 5. Maii* 1697.
§. *Similiter cor. Muto.* Et de neceſſitate expri- 82
mendi, quod Beneficium ſit reſidentiale *DD. in
Cap. Si Motu proprio, & Cap. non poteſt, de
Præb. Paſtor.* aliique mox laudati. Quod tamen 83
intelligendum eſt, dummodo reſidentia ſit
præciſa, nam reticentiam reſidentiæ cauſati-
væ, non eſſe aptam ad inducendam ſubreptio-
nem Gratiæ proviſionis Beneficii, reſpondit *Rot.
in deciſ. 489. num. 2. & ſeqq. part. 2. recent. &
in Craccovien. Archidiaconatus cor. Molines inter
impreſſ. deciſ. 516. num. 13. & ſeqq. & 13. Maii*
1698. §. *Præterea, & 12. Februarii* 1700. §. *De-
mum. cor. Olmo*, in quarum Deciſionum thema- 84
te, cum Fundator Beneficii reſidentialis in Or-
dinariorum arbitrio repoſuiſſet Beneficiatos a re-
ſidentia diſpenſare, *Rota* cenſuit, omiſſam ejuſdem
reſidentiæ mentionem, Gratiam impetrationis
Beneficii, non vitiaſſe.
Quid vero dicendum, ſi in ſupplicatione ſu- 85
per impetratione Beneficii adſit clauſula -- *quod
major ſpecificatio fieri poſſit in Literis* -- an qua-
litates Beneficii in eadem ſupplicatione non ex-
preſſæ, poſſint in Literis Apoſtolicis poſtea ex-
primi? *Et Sot.* in hanc Regulam *in fine*, ait, quod
una tantum qualitas exprimi valet, ſed non om-
nes ſimul, quodque ita ſtylus ſe habet. Verum 86
mihi videtur diſtinguendum, quod, aut qualitates
Beneficii non expreſſæ ſunt de illis, quas Regula
exprimi mandat, aut de aliis, quæ ſi expreſſæ fuiſ-
ſent vel retrahere, vel ſaltem difficiliorem reddere
valuiſſent Pontificem a concedenda Gratia provi-
ſionis Beneficii, & in his terminis, nec una tan-
tum qualitas Beneficii vigore clauſolæ præfatæ ex-
primi poſſet io Literis, quia id tenderet ad eluden-
dam Regulæ, ac Juris diſpoſitionem, quæ earumdem
qualitatum expreſſionem requirit, ad effectum, ut Pa-
pa expendat ſtatum Perſonæ, cui providere debet,
ut dictum eſt ſupra. Aut qualitates omiſſæ, hujuſ-

modi generis non ſunt, & hoc caſu nulla ſubeſt ratio, cur una tantum qualitas, & non aliæ Beneficio inſitæ, ope ejuſdem clauſulæ exprimi non poſſint in Litteris.

87 Cæterum, præter qualitates Beneficio, quod impetratur inhærentes, Impetrans ad alias expreſſiones vigore hujus *Regulæ LVII.* non tenetur. Hinc, ſi quis de Canonicatu a Sede Apoſtolica proviſus Diſpenſationem reportaverit, ut Parochialem obtinere, & una ſimul cum Canonicatu retinere poſſet, Diſpenſatio hæc ſubreptionis vitio non ſubjacet, ex quo Pontifici reticita fuit diſtantia unius ab altera Eccleſia, & quod Parochialis ſit Populo referta, ut reſpondit *Rα. in Friſingen. Canonicatus* 27. *Junii* 1712. §. *Sed quando*, *cor. Reverendiſſ. Criſpo inter impreſſ. deciſ.* 160.

Tandem diſponit Regula, quod *ſi qualitates hujuſmodi affirmative, vel conditionaliter non exprimantur, negativa expreſſe fiat in Beneficiis, quæ* 88
tales qualitates, vel ex eis aliquas conſueverint habere. Et hæc pars reſpicit Officiales Literarum expeditionibus præpoſitos, qui Gratiam reſtringere debent, apponendo in Literis negativam, quando in ſupplicatione neque affirmative, neque conditionaliter qualitates hujuſmodi, alias conſuetæ, expreſſæ fuerunt, *Lotter. dict. lib.* 3. *quæſt.* 7. *num.* 1. *in fin.* & concipi ſolet hæc negativa tali modo, videlicet -- *Archidiaconatum præfatum, qui in dicta Eccleſia Dignitas poſt Pontificalem major exiſtit, & ad quem non conſuevit quis per Electionem aſſumi, cuique cura non imminet animarum &c.*

REGULA LVIII.

De Beneficiis vacantibus per contractum Matrimonii.

ITem, ſi reſervetur Beneficium per contractum Matrimonii, non dentur alii modi vacationum de futuro, nec cenſeatur Beneficium reſervatum ſpecialiter, vel affectum, niſi ſequatur Matrimonium; Sed in Beneficiis per promotionem, aut ingreſſum Religionis, vel aſſecutionem vacaturis, ponatur clauſula, etiamſi non petatur, cum Beneficia hujuſmodi præmiſſo, vel alias quovis modo &c. præter quam per obitum obtinentis vacare contigerit, etiamſi vacent. Decernens irritum &c.

ARGUMENTUM.

VAcant per contractum Matrimonii Beneficia, & Penſiones, & quidem ipſo jure, nec requiritur Sententia privatoria, ſed ſolum declaratoria Facti. Ratione hujuſmodi vacationis non poſſunt Beneficia poſt contractum Matrimonii renunciari; quemadmodum nec admittitur a Pontificibus renunciatio Pileo Cardinalitio, poſtquam Cardinalatus Dignitas ob contractum Matrimonii per verba de præſenti initi, ipſo jure vacavit. Sequuto Beneficiati Matrimonio, quamvis illud conſumatum non fuerit, ac tametſi Uxor Monaſterium ingreſſa, Profeſſionem inibi emiſerit, poſſunt Beneficia uti vacantia impetrari, & quid ſi Matrimonium fuerit nulliter contractum, ſive ob defectum conſenſus, ſive ob impedimentum aliquod Canonicum, ſuper quo Apoſtolica Diſpenſatio obtenta non fuit? Sed ad effectum ut ipſo jure vacent Beneficia per contractum Matrimonii, requiritur, quod iſtud ſit per verba de præſenti initum, & ſufficit, quod Beneficiatus illud habeat pro tali modo contractum, ac quantum ex ſe eſt, habeat Beneficium pro derelicto, licet ſuper validitate Matrimonii lis pendeat; quemadmodum pro vacatione præfata neceſſe eſt, quod Beneficiatus ſit in minoribus tantum Ordinibus conſtitutus, nam ſi ordine Sacro inſignitus, Matrimonium temere contraxerit, Beneficia per ipſum obtenta non vacant, ſed ob delictum illis privari debet. At vero, licet per contractum Matrimonii vacent Beneficia, non expirant tamen Diſpenſationes ſuper Irregularitate, Illegitimitate, vel alio defectu, ante Matrimonium obtentæ, ſed diſſoluto Matrimonio per obitum Uxoris, poſſunt Diſpenſationes præfatæ Impetranti ſuffragari; ſed, an ille uti poſſit Acceſſu, & Regreſſu, alioque jure ad Beneficium, quod ante Matrimonium ſibi reſervaverat? Similiter per contractum Matrimonii non vacant Cappellaniæ mere laicales, ſeu

Legata

Legata pia nullam habentia adnexam ſpiritualitatem, niſi voluntas Teſtatoris reſiſtat, & ex quibus voluntas hæc eruatur? Lege fundationis, an caveri poſſit, quod per contractum Matrimonii non vacent Beneficia Eccleſiaſtica, ſed in ſtatu adhuc conjugali retineantur, & quomodo conditio hæc, quam cæteroquin Ordinarii auctorizare non poſſunt, a Sede Apoſtolica approbari ſoleat? Officia venalia Romanæ Curiæ, quæ nullam habent Eccleſiaſticam Dignitatem adnexam, non vacant per contractum Matrimonii, ſed an vacet Prothonotariatus de numero participantium, etiam ad effectum; quod Reſervatarius Decreti pro ejuſdem Officii pretio illud amittat, plene examinatur; & hac occaſione nonnulla adnotantur circa originem, & munus hujuſmodi Prothonotariorum. Regula prodiit ante Concilium Tridentinum, quo tempore erant in uſu expectativæ ad Beneficia, unde quoad primam illius partem hodie inutilis, & ſuperflua eſt, & quid in ſecunda ejuſdem Regulæ parte decernatur?

SUMMARIUM.

1 *Per contractum Matrimonii vacant Beneficia & Penſiones*, & num. 3.
Et de origine vacationis Beneficiorum ob contractum Matrimonii. Remiſſive n. 4.
2 *Clericus Conjugatus non gaudet, niſi ſolo Privilegio Canonis, & Fori.*
5 *Beneficia per contractum Matrimonii vacant* ipſo jure, *nec requiritur ſententia privatoria. Et redduntur rationes* num. 6. & 7. & num. 82.
6 *Contrarium, quod neceſſaria ſit Sententia præfata.*
7 *Sed fœdere diſtinctionis utraque opinio conciliatur.*
8 *Beneficiatus in poſſeſſione Beneficii, & Penſionarius in quaſi poſſeſſione exigendi Penſionem. manuteneri debent, ſi de Matrimoniis per ipſos contractis evidenter non conſtet.*
9 *Renunciatio, & permutatio Beneficii expleta poſt contractum Matrimonium, nulla eſt, & de ratione.*
10 *Amplia, quamvis ſequuta fuerit vigore Mandati Procura ad reſignandum exarati ante contractum Matrimonium.*
11 *Dignitas Cardinalatus per contractum Matrimonii ipſo jure vacat.*
Et ita declararunt Paulus V. & Urbanus VIII. num. 13. & 14.
12 *Nec proinde locus eſt amplius renunciationi Pileo Cardinalitio.*
13 *Hinc Paulus V. admittere noluit renunciationem illi factam à Cardinali Gonzaga poſt Matrimonium ab eo contractum.*
15 *Et quomodo ſimilem renunciationem factam à Cardinali à Lotaringia poſt contractum Matrimonium admiſit ſan. mem. Urbanus VIII.*
16 *Beneficia obtenta per eum, qui Matrimonium contraxit, ſtatim tanquam vacantia impetrari poſſunt.*
17 *Et a puncto contracti Matrimonii non facit ille amplius fructus ſuos.*
18 *Sed ex gratia mandavit Sac. Congr. Concilii, fructus reſtitui a die mota litis a Cappellano, qui bona fide retinuit poſt Matrimonium Cappellaniam, quam exiſtimabat incompatibilem non eſſe ex lege fundationis cum Matrimonio.*
19 *Beneficia vacant per contractum Matrimonii, etiamſi iſtud conſumatum non fuerit.*
Redditur ratio, quia conſenſus, & non carnalis commixtio Matrimonium facit.
20 *Et quamvis copula non ſequuta, Uxor Religionem ingreſſa fuerit.*
21 *Beneficia per contractum Matrimonii, quod eſt nullum ex defectu conſenſus, non vacant.*
22 *Amplia, etiamſi conſenſus deficiat ex parte Mulieris, quia nempe ſit impubes, amens, aut furioſa.*
Secus ſi vi, & metu cadente in conſtantem Virum inducta ſit ad contrahendum; & aſſignatur diſcriminis ratio. num. 23.
Et hoc caſu vacant Beneficia, ſive ſcienter, ſive ignoranter Beneficiatus Matrimonium contraxerit. num. 24.
Quemadmodum vacant Beneficia, ſi Fœmina ſit proxima pubertati. num. 25.
26 *Non vacant ipſo jure Beneficia per contractum Matrimonii, quod ſit nullum, non ex defectu conſenſus, ſed ex impedimento aliquo Conſanguinitatis, vel affinitatis, aut ob non ſervatam formam a Concilio præſcriptam, ſed requiritur ſententia privationis*, & num. 28.
Et ſive ſcienter, ſive ignoranter ſit contractum Matrimonium. num. 27.
29 *Contrarium, quod in ſupradictis caſibus vacent Beneficia ipſo Jure abſque ſententia privatoria.* & num. 31.
Sicque reſolutum a Sac. Congregatione Concilii. num. 30.
Nec dictis caſibus poterit Beneficium reſignari. ibid.
32 *Conciliatur utraque opinio, ut prima procedat, ſi Matrimonium ſit contractum a Conſanguineis in gradu moraliter non diſpenſabili, ſecunda, ſi gradus ſit moraliter diſpenſabilis.*
34 *Sed rejicitur diſtinctio hæc, & quare?*
35 *Conſtitutus in Sacris, neque etiam volens renunciare poſt Clericatui.*
37 *In caſibus, de quibus ſupra* num. 26. *licet non requiratur ſententia privatoria, requiritur tamen declaratoria facti.*
Redditur ratio, quia neceſſaria ſemper eſt declaratoria ad effectum, ut incurratur in pœnas etiam ipſo jure ſtatutas. num. 38.
Limita, ſi agatur de facto notorio, quod nulla tergiverſatione velari poſſit. num. 41.
39 *Et lata ſententia declaratoria, fit retrotractio ad tempus Matrimonii.*
41 *Hinc, ſi medio tempore poſt Matrimonium contractum, & ante ſententiam declaratoriam, ſit renunciatum Beneficio, renunciatio non ſubſiſtit.*
42 *Beneficia, ut vacent per Matrimonium, requiritur, quod illud ſit per verba de præſenti contractum, nec ſufficiunt Sponſalia.*
43 *Hinc per Matrimonium inter Impuberes contractum non vacant Beneficia, quia Matri*

monium illud reſolvitur in ſponſalia. num. 43.

41 *Et ſat eſt, quod Beneficiatus habeat Matrimonium pro contracto per verba de præſenti, quamvis ſuper illius validitate lis adhuc pendeat indeciſa.*

45 *Pendente lite ſuper validitate Matrimonii a Penſionario contracti, Penſio dici non poteſt extincta, quamvis Penſionarius ipſe pro validitate inſtet, ac ſententiam obtinuerit per appellationem ſuſpenſam.*

46 *Intellige, ſi lis pendeat ſuper Matrimonio, an vere ſit contractum vel ne, aut ſuper eo, an ſit nullum ex defectu conſenſus.* ibid.

47 *Sed his caſibus ſecluſis, ſive Matrimonium ſit validum, ſive irritum, Penſio ſemper extinguitur.*

48 *Beneficia non vacant ipſo jure per Matrimonium contractum a Beneficiato in Sacris conſtituto; & de ratione.* & num. 33. & 36.

Sed illis privari debet per ſententiam. dict. num. 48.

49 *Nulla eſt Beneficiorum collatio expleta favore illius, qui poſt contractum Matrimonium Sacris Ordinibus initiatus fuit.*

50 *Amplia, etiamſi Matrimonium prætendatur nullum, niſi præceſſerit Judicis Eccleſiaſtici ſententia ſuper nullitate præfata.*

51 *Diſpenſatio, quæ expreſſe concedi non conſuevit, nec poteſt tacite præſumi.*

52 *Per contractum Matrimonii non expirant Gratiæ Diſpenſationum ſuper Irregularitate, Illegitimitate, aut ſuper retentione Beneficiorum incompatibilium antea obtenta.*

Sed Matrimonio diſſoluto, poteſt diſpenſatus iis uti, perinde ac ſi Matrimonium non contraxiſſet.

53 *Amittuntur tamen per contractum Matrimonii Acolitus, Regreſſus & ... ad Beneficium ante Matrimonium præcedentia. Et de ratione.*

54 *Per contractum Matrimonii non vacant Cappellaniæ mere laicales, ſeu Legata pia.*

Et poſſunt ea retineri, etiam ab Infantibus, & Mulieribus. ibidem.

55 *Limita, ſi concurrat mens fundatoris, ſive expreſſa ſive tacita, quod Cappellania laicalis, ſeu Legatum pium a Clerico tantummodo poſſideatur, quo caſu vacat per contractum Matrimonii, ſicut Beneficium.*

56 *Nulla adeſt repugnantia, quod Cappellania diverſis reſpectibus ſit laicalis, & Eccleſiaſtica.*

57 *Ex quo Teſtator in erectione Cappellaniæ mere laicalis mandavit* -- Che il Cappellano ſia tenuto celebrare, o far celebrare le Meſſe &c. -- *cenſetur noluiſſe, quod ab Uxorato retineri poſſet.*

58 *Et ex facultate celebrandi per alium, ſolum infertur, quod Cappellanus non debeat eſſe actu Sacerdos, vel ſi talis ſit, poſſit per alium celebrare, non quod illius capax ſit Laicus.*

59 *Laicos, Mulieres, & Pueros capaces non eſſe obtinendi Cappellaniam mere laicalem inſtitutam* -- Excluſo ſempre, & in omni caſu Superiori Eccleſiaſtico, ac injuncto onere Cappellano, quod teneatur celebrare, vel celebre facere &c. -- *cenſuit Sac. Congregatio Concilii.*

60 *Quemadmodum vacaſſe per contractum Matrimonii cenſuit eadem Sac. Congregatio Cappellaniam erectam ad nutum Communitatis amovibilem, ſed cum onere Cappellanis celebrandi Miſſas.*

61 *Nec non Cappellaniam erectam cum declaratione* -- Che la Cappellania debba reputarſi, & eſſere mero, e puro laicale, e non Beneficio Eccleſiaſtico.

62 *Lege fundationis caveri poteſt, quod Beneficium Eccleſiaſticum per contractum Matrimonii non vacet.*

63 *Sed lex iſta indiget approbatione Pontificia.*

64 *Nec ſuffi it, quod ab Ordinario approbetur.*

65 *Sacra Congregatio Concilii, nec in limine fundationis approbare ſolet legem, quod Beneficium Eccleſiaſticum retineri poſſit a Conjugato ſpirituali titulo Beneficii.*

66 *Indulget tamen, quod retineri poſſit titulo laicalis adminiſtrationis, cum facultate percipiendi fructus, & ſatisfaciendi per alium oneribus Miſſarum.*

Et referuntur exempla. num. 67.

68 *Itaque etiam aliquando indulgere ſolet, quamvis lege fundationis expreſſe non caveatur, ſed aliqualiter obſecundet mens Fundatoris, & non adſit inter vocatos Perſona capax obtinendi Beneficium in titulum.*

69 *Conſuevere aliquando Pontifices favere Perſonarum, quæ ſibi gratæ erant, & acceptæ, reſervare fructus omnes Beneficiorum cum Indulto eos percipiendi, etiam in ſtatu Laicali, remanente titulo penes Eccleſiaſticam Perſonam. Et referuntur exempla.*

70 *Officia venalia Romanæ Curiæ, quæ nullam habent Dignitatem Eccleſiaſticam adnexam, non vacant per contractum Matrimonii.*

71 *Prothonotariatus Apoſtolicus de numero participantium, vacat per contractum Matrimonii.* & num. 81.

Et ob hujuſmodi vacationem, Reſervatarius Decreti Prothonotariatus pretium amittit. num. 87. & ſeqq.

Contrarium, quod pretium Prothonotariatus, nec amittitur a Prothonotario, ſi Matrimonium contrahat. num. 95. & 96.

Nec a Reſervatario Decreti. ibid. & num. 97. & ſeqq.

At in facti contingentia pretium Prothonotariatus reſtitui Reſervatario præfato, ex gratia mandavit fan. memor. Clemens XI. num. 107.

72 *Prothonotariatum de numero participantium eſſe Dignitatem Eccleſiaſticam ex origine Prothonotariorum demonſtratur.* & num. 76. & 79

73 *Prothonotarii de numero participantium olim Scriniarii S. R. E. nuncupabantur, & quare?*

Acta Romanæ Eccleſiæ, & Literas Apoſtolicas ſcribebant. ibidem.

Hujuſmodi tamen munere non gaudebant Prothonotarii honoris. num. 97.

74 *Decanus Prothonotariorum olim Prothonotarius, vel Primicerius dicebatur.*

Et facultate datandi Bullas Apoſtolicas fruebatur.

76 *Prothonotarii de numero participantium ad ætatem uſque Pii II. præcedebant in Cappella Pontificia Epiſcopis.*

77 *Sed modo præcedunt Sacræ Rotæ Auditoribus, Sacriſtæ, & Abbatibus, etiam uſum Mitræ habentibus.*

78 *Prothonotariatus honorarius eſt etiam Dignitas Eccleſiaſtica.*

Et Prothonotariis honoris Cauſæ Eccleſiaſticæ, & Lites Beneficiales committi poſſunt. ibid.

80 Pro-

80 *Protbonotariatum de numero participantium ex Conſtitutione Pauli II. obtinere nequit, niſi conſtitutus in ætate ſaltem viginti annorum, quique poſt annum a die Promotionis Subdiaconatus Ordine ſe inſigniri promittat.*

83 *Per contractum Matrimonii vacant Dignitates Eccleſiaſticæ, quæcumque illæ ſint, quamvis Beneficiis adnexæ non exiſtant.*

84 *Quinimo, & vacant Magiſtratus Eccleſiaſtici.*

86 *Abbreviatoria de Parco majori, an vacet per contractum Matrimonii?*

89 *Officio vacabilia minora per ingreſſum Officialium in Religionem incapacem vacant quoad Officialitatem, non quoad pretium, ſi alter ſit Reſervatarius Decreti.* & num. 98.

91 *Nunquam a Sede Apoſtolica diſpenſatum fuit, quod Protbonotariatus de numero participantium retineri poſſit in ſtatu Conjugali.*

92 *Ante Conſtitutionem ſa. me. Innocentii XI. Officia venalia Romanæ Curiæ vacabant per promotionem ad Cardinalatum.*

93 *Et ante Conſtitutionem ſan. mem. Innocentii IX. etiam per aſſumptionem ad Eccleſias Cathedrales, & Abbatiales.*

94 *Pretiumque eorumdem Officiorum per hujuſmodi promotiones amittebatur a Reſervatariis Decreti.*

95 *Officia Romanæ Curiæ Prælaturam adnexam habentia, quot modis vacare cenſeantur?*

96 *Obtinens aliquod ex Officiis præfatis, ſi Religionem ingrediatur, Officii pretium non amittit, ſed cogi poteſt ad illud reſignandum Perſonæ capaci, vel a Pontifice committenda eſt illius adminiſtratio Subſtituto.*

100 *Officiali libere officium renuncianti, nullum Reſervatario Decreti infertur præjudicium quoad pretium.*

104 *Officia venalia Romanæ Curiæ non veniunt appellatione Beneficiorum, aut Officiorum Eccleſiaſticorum.*

108 *Regula in prima parte diſponit, quod facta per Pontificem Reſervatione Beneficii per contractum Matrimonii vacaturi, dari non debent alii modi vacationum de futuro, nec Beneficium reſervatum cenſetur, niſi ſequatur Matrimonium.*

109 *Prodiit ante Concilium Tridentinum tempore, quo vigebant Expectativæ ad Beneficia.*

110 *At hodie ſublatis Expectativis, Regula quoad primam partem ſuperflua videtur.*

111 *Beneficium, ubi providetur ex capite Matrimonii contracti in Menſe Apoſtolico, apponitur in illius proviſione clauſula* -- ſive præmiſſo &c. non tamen per obitum vacet.

112 *Clauſula præfata non comprehendit alios vacationis modos, ſi ille per Matrimonium ſit diſpoſitive datus in Beneficii impetratione.*

113 *Regula in ſecunda parte quid diſponat?*

1 PEr contractum Matrimonii Beneficia, ſicuti,
& Penſiones vacare, indubii juris eſt, vel
2 quia Clerico Conjugato nullum remanet Privilegium, niſi *Canonis*, & *Fori*; vel quia cenſetur
3 Eccleſiaſticam Militiam deſerere, & renunciare
omnibus Privilegiis ratione Clericatus ſibi conceſſis, *Cap. 1. & 2. de Cleric. Conjugat. Ricciul. de Jur. Perſon. lib. 7. cap. 1. num. 3. Caſtropal. Oper. moral. tom. 2. tractat. 13. diſputat. 6. punct. 2. §. 6. num. 1. Rot. deciſ. 166. num. 1. coram Cavaler. & dec. 468. num. 6. & deciſ. 522. num. 1. part. 19. tom. 2. Recent. & in Neapolitana Penſionis* 17. *Februarii* 1698. *§. Et licet, coram bon. mem. Anſaldo, inter impreſſ. deciſ.* 30. *& ibidem in Addit. num.* 40. Et de origine vacationis Beneficiorum per contractum Matrimonii, late, &
erudite pertractat *Thomaſſin. de Benefic. tom. 1. lib. 2.* 4
cap. 65. & 66.

Atque hæc Beneficiorum vacatio inducitur ipſo 5
jure; adeout non requiratur Sententia privatoria, ex plene collectis per *Ricciull. dicto lib. 7. cap. 1. Pirbing. in Jus Canon. lib. 3. tit. 3. num. 11.* & ibidem *Wagnerec. verb. Ad relinquenda Beneficia, & eodem lib. 3. tit. 5. de Præbend. & Regul. Cancellar. in Exegeſ. ad hanc Regul. Sanchez de Matrimon. lib. 7. quæſt. 43. & 44. per tot. Caſtropal. dict. diſputat. 6. punct. 2. §. 6. num. 2. de Marin. Reſolut. 60. num. 1. lib. 1. & ibi Rodoer. num. 11. Pax Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 23. num. 9. Lotter. de Re Beneficiar. lib. 3. quæſt. 76. numer. 61. & ſeqq. Murg. de Benefic. quæſt. 3. num. 828. Garc. de Benefic. part. 11. cap. 8. num.*
1. Rot. deciſ. 8. num. 2. poſt Conſil. Farinac. Et 6
ratio eſt, quia vacatio præfata non inducitur ob aliquod delictum, ſed ob ſtatum incompatibilem, quem Beneficiatus per Matrimonium aſſumpſit,
unde non eſt neceſſaria aliqua privatio. Præterea 7
contrahens Matrimonium ipſo facto Eccleſiam relinquit, & eam pro derelicta habet, ergo ipſo jure vacant Beneficia, ut perpendunt *Caſtropal. ubi ſupra num. 2. Ricciull. dict. cap. 1. num. 7. & ſeqq. Pax Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 23. num. 11.*

Et licet non deſint Doctores autumantes, etiam hoc caſu requiri Sententiam privatoriam, innixi diſpoſitioni laudatorum Canonum in *Cap. 1. & 3. de Clericis Conjugat.* in quorum primo *Innocentius III.* & in altero *Alexander III.* mandant, quod Clerici infra Subdiaconatum conſtituti, ſi Uxores acceperint, compelli debeant ad relinquenda Beneficia, & iis privandi ſint; Nihilominus diſtinctionis fœdere utraque Sententia conciliatur, quod ſcilicet, aut agitur reſpe-
ctu tituli, & juris, quod quis habet in Beneficio, 8
& hoc caſu per contractum Matrimonii vacatio inducitur abſque alia Sententia privatoria; Aut agitur reſpectu poſſeſſionis, & tunc niſi Clericus contrahens Matrimonium, ſponte illam dimittat, per Sententiam cogendus eſt dimittere, ex quo nullum amplius ei competit jus ſuper Beneficio; *Pirbing. in Jus Canon. dict. lib. 3. tit. 3. num. 12. Wagner. ibidem verb. Ad relinquenda Beneficia, Ricciull. dict. lib. 7. cap. 1. num. 6. & ſeqq. Caſtropal. dict. §. 6. num. 2. verſic. Neque obſtant, Pax Jordan. dict. tit. 25. num* 10. Atque in terminis manutentionis, ea *per Signaturam Gratiæ* recepta fuit diſtinctio, quod aut de Matrimonio conſtat evidenter, & tunc nedum Beneficiato, ſed Penſionario quoque denegatur manutentio. Aut de eo clare non conſtat, & tunc non ſolum datur iis manutentio, ſed nec eſt locus cumulationi petitorii, & poſſeſſorii, ut teſtatur bo: me: *Anſald. in Addit. ad dict. deciſ. 30. num. 40.*

Sequitur ex his, quod Renunciatio, & Per- 9
mutatio Beneficii a Beneficiato facta poſt contractum Matrimonium nullius ſit momenti, tanquam expleta ab eo, qui omne jus in Beneficio amiſerat *Pirbing in Jus Canon. dict. lib. 3. tit. 3. num. 15. Ricciull. dict. cap. 1. num. 10. Tondut. Reſolut. Beneficial. part. 2. cap. 5. Pax Jordan. dict. tit. 23. num. 17. Murg. dec. 468. & 522. part. 19. tom. 2.*
Recent. ubi firmatur, nec ſuſtineri renuncia- 10
tionem Beneficii vigore Mandati ad reſignandum exarati ante contractum Matrimonium, ſi ante Datam Supplicationis, Reſignans Matrimonium

contraxerit, cum per iſtud expiraverit Mandatum,
nec illius vigore poterat amplius Procurator præ-
ſtare conſenſum.
11 Et ita reſpectu renunciationis Dignitati Cardi-
nalatus poſt contractum Matrimonium, ſervatum
fuit cum Card. *Vincentio Gonzaga*, qui Procurato-
rem ad Urbem deſtinaverat ad renunciandum Pi-
leum Cardinalitium in manibus ſ. m. *Pauli V.* Sed
hic, prævio Congregat. Cardinalium Voto, decre-
vit, quod Dignitas Cardinalatus per Matrimonium
12 ab eo contractum *ipſo jure* vacaverat, quodque
Renunciationi locus non eſſet, fuitque ſignifica-
tum Procuratori, quod Curiam ſub hoc prætextu
nullo modo ingredi auderet, ut fuit exequutum.
In Decreto autem Conſiſtoriali ſub *die 5. Septem-
bris* 1616. & in Relatione, quam fecit Pontifex,
dicitur, quod omnes Cardinales unanimes in eam
abiere Sententiam, nimirum, præfatum *Vincen-
tium* Cardinalatu *privatum eo ipſo fuiſſe ex illo die,
quo Matrimonium contraxit.* Tenor autem Decreti
eſt, qui ſequitur.
13 „ Feria ſecunda, die 5. Septembris 1616. Ro-
„ mæ in Aula Palatii Quirinalis fuit Conſiſtorium
„ ſecretum, in quo &c. Cum Sanctitati Suæ con-
„ ſtiterit ex fide dignorum relatione pluribus Li-
„ teris, & ex aliis multis, Illuſtriſſimum D.
„ *Vincentium Gonzagam* in Terra Sancti Martini
„ Matrimonium contraxiſſe cum Illuſtriſſima D.
„ *Iſabella Gonzaga* de Novellaria relicta quon-
„ dam *Ferrantis Gonzaga* per verba de præſen-
„ ti, & coram Parocho, & Teſtibus, ſervata
„ forma Concilii Tridentini, illudque poſtea
„ conſumaſſe: de Voto omnium Cardinalium de-
„ claravit, D. *Vincentium* per contractum hu-
„ juſmodi Matrimonii fore, fuiſſe, & eſſe ex
„ die, quo illud contraxit, *ipſo jure* privatum Di-
„ gnitate Cardinalatus, ac omnibus, & quibuſ-
„ cumque Beneficiis, & Eccleſiaſticis Dignitati-
„ bus, Dignitateque Cardinalatus, quam obti-
„ nebat ipſo jure vacaſſe, & ceſſaſſe, & prop-
„ terea eundem D. *Vincentium* in numero Car-
„ dinalium non eſſe cenſendum, nec Cardinalitiis
„ Inſignibus uti, nec vocem activam, & paſſivam
„ habere poſſe, & hanc Declarationem Sancti-
„ tas Sua fecit omni meliori modo.
14 Eodemque pariter modo proceſſum fuit ſub ſan.
mem. *Urbano VIII.* cum *Nicolao Francisco* Car-
dinali a Lotharingia, qui Principiſſam *Claudiam*
duxerat in Uxorem. Pontifex enim inhærens iis,
quæ ſan. memor. *Paulus V.* geſſerat in perſonam
Vincentii Gonzaghæ, declaravit, eundem D. *Ni-
colaum Franciſcum* ob præfatum Matrimonium
cum eadem Principiſſa *Claudia* contractum, Car-
dinalatu, ejuſque Dignitate, Officio, Privilegiis,
Præheminentiis &c. *eo ipſo* privatum fuiſſe, &
eſſe &c. ut ex Decreto a Pontifice ſubſcripto *die
8. Martii* 1634. Cumque Abbas *Valleottus* Pro-
curator D. *Nicolai Franciſci* inſtaret, ut dimiſſio
Cardinalatus admitteretur, laudatus Pontifex, non
recedendo a Decreto ſuper declaratione incurſæ
15 privationis *ipſo facto*, dimiſſionem præfatam admi-
ſit ad abundantiorem cauthelam, cum clauſula, *ſi,
& quatenus de jure eſt admittenda, & ſine præju-
dicio ejuſdem Decreti*, ut ex Actis Conſiſtoriali-
bus dicti anni fuſius apparet.
16 Rurſus ſequitur, quod, ſtatim ac Beneficiatus
Matrimonium per verba de præſenti contraxit,
poſſunt impetrari tanquam vacantia Beneficia
17 per ipſum obtenta, & ab eo puncto deſinit fa-
cere fructus ſuos *Pirbing. in Jus Canon. lib. 3.
tit. 3. num. 15. Ricciull. dict. cap. 1. n. 11. & ſeqq.
Caſtropal. ubi ſupra num. 5. Rodoer. ad de Marin.
Reſol. 60. num. 11. & 12. Murg. dict. quæſt. 3. num.*
831. *verſic. Tertio, Pax Jordan. dict. tit. 23.
numer. 12. in fine, & num. 21. Rot. deciſ. 30.
num. 54. & in Florentina Penſionis 12. Januarii*
1699. *coram bon. memor. Olmo.* Sed in caſu 18
diſcuſſo in Sacra Congregatione Concilii in *Rea-
tina Cappellaniæ 22. Septembris 1714. & 9. Fe-
bruarii* 1715. de quo infra *num.* 60. attenta bo-
na fide Cappellani, qui exiſtimabat, poſſe Cap-
pellaniam ex lege fundationis, etiam in ſtatu Ma-
trimoniali retinere, eadem Sacra Congregatio
mandavit *ex gratia* fructus reſtitui a die motæ litis.
Vacant itidem per contractum Matrimonii, 19
Beneficia, quamvis non fuerit illud carnali copu-
la conſumatum, quia conſenſus, & non carnalis
commixtio Matrimonium facit *Cap. final. de Fri-
gid. & Malef. Cap. Per tuas, Qui filii ſint legitim.
Cap. 1. & 2. de Matr. Contr. Interdict. leg. Nuptias
ff. de Regul. Jur.* Quinimo, & vacant, tametſi 20.
poſt Matrimonium per verba de præſenti a Be-
neficiato contractum, & copula non ſequuta
Uxor Religionem ingrediatur, *Pirbing in Jus
Canon. dict. lib. 3. tit. 3. numer. 12. Wagnarec.
ibid. cap. 1. verſic. Nota quarto, Ricciull. d. cap.
1. num. 17. & ſeqq. Tondut. dict. part. 2. cap. 5.
§. 4. numer. 16. Caſtropal. dict. part. 6. numer. 3.
verſic. Non tamen, & num. 6. de Marin. lib. 1. re-
ſolut. 60. ſub num. 1. Lotter. de re Beneficiar. lib.
3. quæſt. 26. numer. 72. Murg. dict. quæſt. 3.
num. 831. Garc. de Benefic. part. 11. cap. 8. num.
3. Pax Jordan. dict. tit. 23. num. 20. Rot. deciſ. 8.
num. 3. poſt Conſil. Farinac. & deciſ. 166. num. 2.
coram Cavaler. & in Neapolitana Penſionis 17. Fe-
bruarii 1698. §. Idque cor. Anſaldo.*
Quid autem dicendum, ſi Matrimonium ſit
nullum, an tali caſu vacent Beneficia? Duo ſunt
diſtinguendi caſus. Primus, quando Matrimo- 21
nium eſt nullum ex defectu conſenſus ipſius Be-
neficiati, & hoc caſu conveniunt omnes, quod
Beneficia non vacant *Pirbing. in Jus Canon. lib. 3.
tit. 3. num. 17. Wagnarec. ibid. cap. 2. verſic.
Nota quarto, Ricciul. dict. lib. 7. cap. 2. num. 1.
& ſeqq. Tondut. dicta part. 2. cap. 5. §. 4. num.
18. & 21. Caſtropal. dict. §. 6. num. 12. Rodoer.
ad de Marin. lib. 1. reſolut. 60 num. 15. Lotter. de
Re Beneficiar. dict. lib. 3. quæſt. 26. num. 75.* late
*Fraſſ. de Regio Patronat. cap. 23. num. 15. & 16.
Garc. de Benefic. part. 11. cap. 10.* Unde Bene-
ficiatus amens, Impubes, aut qui per metum Ma-
trimonium contraxit, Beneficium non amittit, ut
firmant *Ricciull. Tondut. & Garc. locis mox alle-
gat. Pirbing. in Jus Canon. lib. 3. num. 17. Wagna-
rec. ibid. cap. 1. verſic. Nota quarto, Lotter. dict.
lib. 3. quæſt. 26. num. 75. Rot. dict. deciſ. 8. ſub
num. 3. poſt Conſil. Farinacc.*
Supereſt ſolum difficultas, ubi conſeoſus defi-
cit non ex parte Beneficiati contrahentis, ſed ex 22
parte Mulieris, & in his pariter terminis receptior
eſt Sententia non cenſeri receſſum a Clericatu,
neque eſſe inductam vacationem Beneficii, ſi
Mulier eſſet impuh-s, amens, aut furioſa; Se- 23
cus, ſi vi, & metu cadente in conſtantem vi-
rum, adacta eſſet ad contrahendum Matrimonium,
& ratio differentiæ eſt, quia Mulier impubes, vel
amens, eſt prorſus inhabilis ad præſtandum con-
ſenſum, ſine quo non poteſt eſſe Matrimonium.
At quando eſt per metum coacta, tunc eſt ad con-
ſentiendum idonea, ideoque, cum Beneficiatus
præſtat conſenſum, facit quod eſt in ſe pro receſſu a
ſtatu Clericali, & pro electione alterius ſtatus
cum illo incompatibilis, ut diſtinguunt *Ricciull.
dict. lib. 7. cap. 2. num. 7. & tribus ſeqq. Sanchez.*
de

Digitized by Google

de Matrimon. lib. 7. diſputat. 43. ſub num. 6. Azor. Inſtit. moral. lib. 13. cap. 13. quæſt. 8. Covarr. de Sponſal. part. 2. cap. 6. §. 3. ſub num. 4. verſic. Sed enim hic contractus, Garc. de Beneficiis part. 11. cap. 8. num. 11. & 12. ubi licet id intelligat, quando Beneficiatus ſcienter contraheret cum Mu-
24 liere coacta, tamen id nihil refert, nam, ſive ſcienter, ſive ignoranter contrahat, ſemper inducitur vacatio Beneficii, ut firmant Doctores, quos laudat, & ſequitur *Ricciull. dict. cap. 2. numer. 7.* Prout etiam, quod dicitur de Matrimo-
25 nio contracto à fœmina impubere, locum non habet, quando ea eſt proxima pubertati, tunc enim, quia conſenſus eſt aptus ad contrahendum, dicitur factus receſſus ab Ordine, & inducta vacatio Beneficiorum ipſo jure, *Ricciull. dict. cap. 2. num. 9. Staphil. de Lit. Grat. tit. de Modis vacan. §. Quintus vacationis modus.*

Secundus caſus eſt, quando Matrimonium a Beneficiato contractum, eſt nullum non ex defe-
26 ctu conſenſus, ſed ob impedimentum aliquod Conſanguinitatis, vel affinitatis, aut ob non ſervatam formam Concilii Tridentini circa præſentiam Parochi, & Teſtium. Et in his circumſtantiis, non deſunt Doctores, qui exiſtimant, requiri Sententiam privatoriam, nec induci vacationem Beneficiorum *ipſo jure*, ut præcæteris *Pirbing. dict. lib. 3. tit. 3. num. 16.* ubi pro hac Sententia plures ponderat rationes, *Sanchez de Matrimon.*
27 *lib. 7. diſput. 43. num. 3. Caſtrop. dict. tom. 2. tract. 13. diſput. 6. punct. 2. §. 6. num. 9. & ſeqq.* ubi, ſive ſcienter, ſive ignoranter Beneficiatus Matrimonium contraxerit, *& num. 13. de Marin. part. 1. reſol. 60. num. 5. Murg. de Benefic. quæſt. 3. num. 830. in fine, Tondut. part. 2. cap. 5. §. 4. num. 20. Pax Jordan. dict. lib. 10. tit. 23. num. 19. in fine*, ubi hanc Sententiam veriſſimam exiſtimat, & indubitanter ſequendam in Praxi. Idque confirmare videtur formula, cum qua Supplicatio
28 concipi ſolet, ubi petitur Beneficium vacans per contractum Matrimonii; Dicitur enim -- *Cum Muliere, nullo alias ſibi jure prohibita, vel ex Diſpenſatione Apoſtolica permiſſa, per verba de præſenti legitime contraxit* -- Quibus ex verbis oſtenditur, quod ad effectum vacationis Beneficiorum ipſo jure neceſſe ſit, quod Matrimonium ſit valide contractum. Et de Beneficiato qui contraxit non ſervata forma Concilii, *Garc. de Benef. par. 11. cap. 8. n. 14. & ſeqq.*

29 Sed his non obſtantibus verior, & in Curia recepta eſt Sententia; quod etiam his caſibus cenſeatur receſſum a Clericatu, & vacent ipſo jure Beneficia, ut in terminis illius, qui Matrimonium contraxit non adhibita præſentia Parochi, aut Teſtium, firmavit *Rot. deciſ. 8. poſt Conſil. Fariñacc. num. 4.* & tradunt *Lotter. de Re Beneficiar. lib. 3. quæſt. 26. a numer. 76.* ubi contrariis rationibus reſpondit *Ricciull. dict. cap. 2. num. 32. & 33. Tondut. dict. part. 2. cap. 5. §. 4. num. 23.* ubi non audet a Rotæ Sententia recedere, *& de Penſ. cap. 75. num. 29. Roder. ad Marin. dict. Reſolut. 60. num. 16. & ſeqq.* Et reſolvit Sacra
30 Congregatio Concilii *die 21. Julii 1674.* in Cauſa, cui titulus -- *Dubia Matrimonii* --, in qua, cum ad II. reſolutum fuiſſet, non interceſſiſſe Matrimonium inter *Cajum* Beneficiatum, & *Semproniam* ob deficientiam Teſtium, & in III. Dubio quæreretur -- *An Cajus reſignare poſſit Beneficium, quod obtinet?* -- reſponſum fuit -- *Ad III. Negative, & Beneficium vacaſſe* -- Et de Beneficiato,
31 qui ſive ſcienter, ſive ignoranter Matrimonium nulliter contrahat ob impedimentum Conſanguinitatis, quod cenſeatur ipſo jure privatus Beneficiis, firmant *Ricciull. dict. lib. 7. cap. 2. num. 20. & ſeqq. Tondut. dict. §. 4. n. 4. n. 18. & 25. Roder. ad de Marin. lib. 1. reſolut. 60. num. 16.* & reprobato *Sanchez* per plures rationes, *Lotter. dict. lib. 3. quæſt. 26. num. 76. & ſeqq. Gonzal. ad Regul. VIII. Cancellar. gloſſ. 15. num. 44. & gloſſ. 57. nu. 44. Tondut. de Penſion. cap. 75. num. 91. Sanfelic. deciſ. 15. num. 7. & ſeqq. Rot. deciſ. 8. num. 3. poſt Conſil. Farinac. & deciſ. 166. num. 3. coram Cavaler. & in Neapolitana Penſionis 17. Februarii 1698. §. Idque cor. Anſaldo.*

Pro utriuſque opinionis conciliatione novam 32
excogitavit Diſtinctionem *Muccius in addit. ad Sanfelic. dec. 15. num. 1.* Exiſtimat enim quod, aut Matrimonium eſt moraliter diſpenſabile, prout eſſe moraliter diſpenſabile ait, etiam in primo gradu affinitatis in linea tranſverſali, & tunc Beneficium vacat ipſo jure, quia conſenſus eſt efficax ſuper re moraliter diſpenſabili. Aut agitur de Matrimonio moraliter non diſpenſabili, &, cum interveniat conſenſus inefficax, non vacare cenſet Beneficium abſque Sententia ratione delicti. Idque firmat, ex eo quod Beneficiatus in
Sacris conſtitutus, ſi Matrimonium contrahat, 33
haud remanet ipſo jure privatus Beneficio, ut infra dicemus, & quidem ea ratione, quod conſenſus ſuper Matrimonio ab eo præſtitus eſt moraliter inefficax. Ergo pari modo, dum Beneficiatus conſentit Matrimonio, quod moraliter ſuum non poteſt ſortiri effectum, cum præſtet conſenſum inefficacem, non debet ipſo jure admittere Beneficium.

Sed hac rejecta diſtinctione, eam ſequi placet 34
Sententiam, quod per Matrimonium a Beneficiato contractum, ſive fuerit diſpenſabile, ſive non, vacent ipſo jure Beneficia, quia utroque caſu facit ipſe actum contrarium ſtatui Clericali, attentando diverſum ſtatum, per quem priori renunciare intendit. Et licet conſenſus ille ſit inefficax, tamen ex parte ſua facit Beneficiatus quantum ex ſe eſt, ad effectum patefaciendi voluntatem, quam habebat renunciandi ſtatui Clericali; Beneficii enim vacatio inducitur ex ſola voluntate Beneficiati, quæ ſatis elicitur, ſive ipſe contrahat Matrimonium diſpenſabile, ſive indiſpenſabile; exemplo Beneficiati, qui ſcienter contrahit Matrimonium nullum, ſicque præſtat conſenſum inefficacem, & nihilominus cum faciat quantum in ſe eſt, actum ſtatui Clericali contrarium, amittit Beneficium, ut dictum eſt; Illud vero, quod dicitur de Beneficiato conſtituto in Sacris, diverſam habet ratio-
nem, nam in Sacris conſtitutus, neque etiam vo- 35
lens expreſſe renunciare poteſt ſtatui Clericali, unde eo minus ex conſenſu in Matrimonium dici valet, quod voluerit illi tacite renunciare, proindeque, cum non obſtante conſenſu in Matrimo-
nium, remaneat adhuc Clericus, non privatur 36
ipſo jure Beneficiis, ſed pro qualitate delicti erit judiciali Sententia privandus, ut mox dicemus.

Sed licet in mox recenſitis caſibus ob Matri- 37
monium a Beneficiato contractum, neceſſaria non ſit Sententia Beneficiorum privatoria, ſed ea ipſo jure vacare cenſeantur, requiritur tamen Sententia declaratoria ſuper ipſa vacatione, cum juxta communiter receptam Theoricam, etiam in pœnis
ipſo jure ſtatutis, neceſſaria ſit declaratoria in- 38
curſus in illas, ut poſt *Gloſſ. in leg. Jubemus 2. §. Œconomus verb. Privetur Cod. de Sacroſ. Eccleſ. & in leg. Criminali verb. Habeatur Cod. de Juriſdict. omn. Judic.* tradunt *Bellet. Diſquiſit. Clerical. part. 1. §. 17. num. 8. Gonzal. in Regul. 8. gloſſ. 56. num. 127. Pignatell. Conſultat. 88.*

num.

Google

num. 120. Rot. deciſ. 355. part. 3. Recent. & de-
ciſ. 2285 num. 6. & ſeq. coram Coccin. & in Lau-
retana Manutentionis 25. Januarii 1700. §. Obje-
39 ctum, coram Olmo. Qua lata Sententia declara-
toria, fit retrotractio ad tempus Matrimonii
contracti, adeout, ſi medio tempore poſt Ma-
40 trimonium contractum, & ante Sententiam de-
claratoriam fuerit renunciatum Beneficio, Re-
nunciatio nulla prorſus, & irrita eſſet, Tondut.
dict. §. 4. num. 23. Sanfelicius deciſ. 15. num. 12.
41 & ibidem Mucci. Niſi eſſemus in facto notorio,
quod nulla tergiverſatione celari poſſet, nam tali
caſu opus opus non eſſe Sententia declaratoria,
firmat Sanſelic. dict. deciſ. 15. num. 17.

42 Cæterum, ut vacent Beneficia per Matrimo-
nium, requiritur, quod illud ſit per verba de
præſenti contractum, nec ſufficiunt Sponſalia de
futuro, ut probatur, tum ex verbis prælectis
Regulæ LVIII., ibi -- Niſi ſequatur Matrimo-
nium -- tum ex forma, qua concipi ſolet ſupplica-
tio ſuper illorum impetratione -- ibi -- Per verba
de præſenti legitime contraxit -- & eſt Sententia,
quæ Contradictores non habet, Pirhing. dict. lib.
3. tit. 3. num. 15. Caſtropal. Oper. moral. dict. tom. 2.
tract. 13. diſput. 6. punct. 2. §. 6. num. 3. Roder.
ad de Marin. reſolut. 60. num. 14. Lotter. dict. lib.
3. quæſt. 26. num. 73. & ſeqq. Murg. de Beneſic.
quæſt. 3. num. 382. Garc. de Beneſic. dict. part. 11.
cap. 8. num. 19. Gonzalez ad Regul. 8. gloſſ. 15.
num. 43. Ricciull. de Jur. Perſon. dict. lib. 7. cap. 4.
per tot. Pax Jordan. dict. libr. 10. tit. 23. num. 22.
Hinc, cum inter Impuberes illos, quorum reſpectu
43 malitia non ſuppleat ætatem, Matrimonium re-
ſolvatur in Sponſalia de futuro, per illius con-
tractum Beneficia non vacant, Caſtropal. dict. §. 6.
num. 15. de Marin. reſolut. 60. num. 5. lib. 1. Gar-
cias de Beneſic. dict. cap. 8. num. 20.

Satis autem eſt ad effectum vacationis Benefi-
cii, quod Beneficiatus Matrimonium habeat pro
44 contracto per verba de præſenti, & quantum ex
ſe eſt, habeat Beneficium pro derelicto, licet ſu-
per validitate Matrimonii, adhuc lis pendeat inde-
ciſa, Adden. ad Burat. dec. 791. nu. 10. Rot. dec.
166. n. 3. coram Cavaler. Et quavis ab hac Deci-
45 ſione receſſum fuerit, & reſolutum, quod, ubi lis
pendet ſuper validitate Matrimonii, non poſſit
dici Penſio extincta, quamvis Penſionarius ipſe
inſtet pro validitate Matrimonii, & Sententiam
favorabilem obtinuerit per appellationem ſuſpen-
ſam, ut ex Deciſ. 180. coram eodem Cavalerio.
46 Nihilominus Deciſio hæc revocatoria procedere
poteſt in caſu, quo lis pendeat ſuper Matrimo-
nio, an vere ſit contractum nec ne, nam donec
de Matrimonio indubitanter non conſtet, Penſio
non poteſt dici extincta, ut explicat Tondut. de
Penſion. cap. 75. num. 14. vel quando Judicium
pendet ſuper eo, an Matrimonium ſit nullum ex
defectu conſenſus, ut advertit Ventrigl. part. 2.
47 adnot. 11. §. 3. num. 16. Hiſce autem caſibus ſe-
cluſis, ſive Matrimonium ſit validum, ſive irri-
tum, ſemper Penſio remanet extincta, Tondut.
dict. cap. 75. num. 36. & 41. ubi de eo, qui du-
xerat in Uxorem Puellam alteri per verba de præ-
ſenti deſponſatam.

Inſuper, ut Beneficia per contractum Matri-
48 monii vacent, Beneficiatus debet eſſe in minori-
bus conſtitutus, nam ſi Ordinibus Sacris ſit inſi-
gnitus, Beneficia non vacant ipſo jure, quia cum
ipſi permiſſum non ſit, ut ſupra dictum eſt,
expreſſe alium ſtatum eligere, neque tacite præ-
ſumitur ſtatum mutaſſe, licet propter delictum
Beneficiis privari debeat per Sententiam, ut pon-
derando Text. in cap. 1. de Cleric. Conjugat. tra-
dunt Pirhing in Jus Canon. lib. 3. tit. 3. n. 18. & nu.
19. contrariis reſpondet rationibus Wagnarec.
ibid. cap. 1. verſic. Uxores Dimittere, & tit. 5. de
Præbend. & Regul. Cancellar. in Exegeſ. ad hanc
Regul. Pax Jordan. dict. lib. 19. tit. 23. num. 23.
Ricciull. dict. lib. 7. cap. 2. num. 12. & ſeqq. Ton-
dut. dict. part. 2. cap. 5. §. 4. num. 19. Caſtropal.
dict. §. 6. num. 14. Murga de Beneſic. dict. quæſt.
3. num. 833. Garc. de Beneſic. dict. part. 11. cap. 8.
num. 17.

At ſicuti per Matrimonium poſtea contractum
vacant Beneficia obtenta, ita, ſi quis prius con- 49
trahat Matrimonium, & poſtea ad Ordines pro-
moveatur, & Beneficia obtineat, collatio erit
evidenter nulla, quia Uxoratus non eſt capax
Beneficiorum, Id, quod procedit, etiam ſi præ- 50
tendatur nullum Matrimonium, nam poſito con-
tractu, non poterit eſſe capax Beneficii, niſi præ-
cedat Judicis Eccleſiaſtici Sententia ſuper illius
nullitate ut per Extrav. unic. Joannis XXII. de Vot.
& Vot. redempt. & ibi Gloſſ. fuit reſolutum a Rot.
in Leodien. Canonicatus 2. Julii 1710. coram bon.
mem. Anſaldo. Nec ex lapſu temporis poteſt præ-
ſumi, quod interceſſerit Apoſtolica Diſpenſatio, 51
quia, cum hæc concedi non ſoleat expreſſe, præ-
ſumi nequit ex lapſu temporis obtenta, ut in di-
cta Leodien. §. final.

Sed licet vacent Beneficia per contractum 52
Matrimonii, tamen non expirant Diſpenſatio-
nes ſuper Irregularitate, Illegitimitate, retentio-
ne Beneficiorum incompatibilium &c., vel ſuper
alio defectu impediente illorum conſequutionem
antea obtentæ, nam hujuſmodi Diſpenſationes
non tribuunt jus in re, vel ad rem, ſed tan-
tum removent impedimentum incapacitatis; Un-
de Matrimonio diſſoluto per obitum Uxoris, de-
ſerviunt pro impetratione aliorum Beneficiorum,
perinde ac ſi Matrimonium ſequutum non fuiſſet,
Pax Jordan. dict. tit. 23. num. 24. Ricciull. dict.
lib. 7. cap. 1. numer. 15. verſ. contrarium, cum
concordan. relatis per Murg. de Beneſic. dict.
quæſt. 3. num. 834. Sanchez de Matrim. lib. 7.
diſput. 42. num. 9. Pirhing. in Jus Canon. lib. 3.
tit. 3. num. 13. verſic. Addidit. Amittuntur tamen 53
per contractum Matrimonii Acceſſus, Regreſſus,
ac alia jura ad Beneficium, quæ antea Benefi-
ciatus ſibi reſervaverat, nec iis diſſoluto Matri-
monio per obitum Uxoris poteſt amplius uti,
cum per Matrimonium, nedum Beneficia, ſed
omnia jura ad illa competentia pro derelictis ha-
beantur, argumento Tex. in Clement. Gratiæ 4.
de Reſcript. Pirhing. loco citat. verſic. Extendi-
tur ſecundo, Wagnarec. eodem lib. 3. Decret. tit.
3. cap. 1. verſic. Nota tertio Ricciull. dict. cap. 1.
num. 14.

Quemadmodum, nec per Contractum Matri- 54
monii vacant Cappellaniæ mere laicales, ſeu
Legata pia, quæ nullam in ſe continent ſpiritua-
litatem, quæque retineri etiam poſſunt ab Infan-
tibus, & Mulieribus, ut communiter firmant
Navarr. Conſil. 5. num. 1. & conſil. 7. pariter
num. 1. de Præbend. Abbas in Cap. 2. num. 4. de
Inſtit. Gonzal. ad Regul. 8. gloſſ. 5. §. 5. num. 25.
Card. de Luc. de Beneſic. diſc. 80. num 17. & 18.
Rot. deciſ. 334. per tot. coram Manzaned. & latius
deciſ. 100. n. 1. & ſeqq. & deciſ. 120. per tot coram
Penia, juxta impreſſionem Venetam, & in Hy-
druntina Cappellania 9. Maii 1698. §. Quamvis
coram Pio, & in Urbevetana Cappellaniæ 17. Junii
1726. §. Maxime quia, cor. R. P. D. Ratto. Niſi
reſiſtat mens Fundatoris, ſive expreſſa, ſive tacita, 55
quod

Digitized by Google

quod Cappellania, aut Legatum pium a Clericis
tantummodo poſſideantur, quo caſu Legatum
pium, ſeu Cappellania laicalis per contractum Ma-
trimonii vacant, eo prorſus modo; quo Benefi-
cia Eccleſiaſtica, *Gutierrez Conſil. 1. & 2., Gon-
zalez ubi ſupra dict. gloſſ. 5. num. 26., Card. de
Luc. de Beneſic. diſcurſ. 61. num. 4., & diſcurſ. 69.
num. 5., Rot. coram Cæſar. de Graſſis deciſ. 114.,
alias 3., de Præbend. per tot. præſertim num. final.,*
56 ubi recte ponderat, quod non repugnat, Cap-
pellaniam diverſis reſpectibus eſſe laicalem, &
Eccleſiaſticam, itaut obtineri non poſſit, niſi a
Clericis, *& in dicta Hydruntina Capellaniæ §.
citato.*

57 Hinc, cum Teſtator erecta Cappellania mere
laicali, mandaſſet, *che il Cappellano ſia tenuto
celebrare, o far celebrare Meſſe dugente l'anno in
ſuffragio d'eſſo Teſtatore,* cenſuit *Rota in laudata
Hydruntina*, Cappellaniam præfatam non potuiſſe
retineri ab Uxorato, ſed conferendam eſſe Cle-
rico, qui tali potiatur aptitudine, ut poſſit,
quatenus velit, ad Sacerdotium promoveri; Et
58 licet pro ſuadenda capacitate Uxorati magna vis
fieret in facultate tributa Cappellano celebrandi
per alium, bene tamen reſponſum fuit, quod
ex ea ſolum infertur, quod Cappellanus non
debeat eſſe actu Sacerdos, quodque ulterius, ubi
etiam talis eſſet, poſſet injuncto oneri Miſſarum
per alium ſatisfacere, ſed non evincit, Funda-
torem adeo voluiſſe ſuam ampliare diſpoſitio-
nem, ut etiam Laicos efficeret capaces Cappella-
niæ, ut proſequitur *Rot. in d. Hydrunt. §. Neque
contrarium.*

59 In iiſdem quoque terminis demandatæ erectio-
nis trium Cappellaniarum *excluſo* (ſunt verba
fundationis) *ſemper, & in omni caſu ſuperiore Ec-
cleſiaſtico, cum onere injuncto Cappellanis quod te-
neantur, & debeant qualibet die celebrare, ſeu ce-
lebrari facere Miſſam unam per quamlibet Cappel-
laniam &c.* Cum propoſitum fuiſſet in S. Congre-
gat. Concilii Dubium -- *An dictæ Cappellaniæ re-
putari debeant ad inſtar hereditatis mere propha-
næ, ſintque ita laicales, ut ad illas nominari poſ-
ſint etiam Laici, Mulieres, & Pueri?* Sac. Con-
gregatio *in Auximana* 16. *Decembris* 1702. reſpon-
dit *Affirmative quoad primam partem, Negative
quoad ſecundam.*

60 Idemque extitit ejuſdem Sac. Congregationis
ſenſus in altera Cauſa *Reatina Cappellaniæ.* Man-
daverat Teſtator Communitati hæredi inſtitutæ,
erectionem *di tante Cappellanie amovibili ad nu-
tum di detta Comunità, quante ſaranno ſufficienti
li frutti di detta Eredità, quali Cappellani deb-
bano celebrar la Meſſa in giorni non impediti;*
Cumque Clericus *Virgilius de Virgiliis* ad unam
ex dictis Cappellanis nominatus, Matrimonium
contraxiſſet, quæſitum fuit -- *An Cappellania,
de qua agitur, vacaverit per ſubſequens Matri-
monium Virgilii de Virgiliis. -- Et die* 22.
Septembris 1714. prodiit reſponſum *Affirma-
tive*, quod fuit confirmatum die 9. *Februarii*
1715.

61 Et *in Romana Cappellania*, ubi agebatur de Cap-
pellania fundata cum hac declaratione -- *Qual
Cappellania debba riputarſi, & eſſere mera, e pure
laicale, e non Benefizio Eccleſiaſtico* propoſito Du-
bio: *An Cappellania, de qua agitur, retineri poſſit
in ſtatu Conjugali per Cappellanum a Teſtatore no-
minatum*, Sac. Congreg. præfata reſpondit *Nega-
tive*, ut *in lib. 77. Decretor. pag.* 577.

62 An vero lege fundationis mandari poſſit, quod
Beneficium Eccleſiaſticum non vacet per contra-
ctum Matrimonii, ſed a Clerico adhuc uxorato
retineatur? Reſpondeo affirmative, ſi lex illa ſit 63
approbata per Summum Pontificem, penes quem
ampliſſima reſidet poteſtas indulgendi, ut Benefi-
cium Eccleſiaſticum a Clerico Conjugato retineri
valeat *Cap. Joannes, de Conjugat. ibique Gloſſ. verb.
Eccleſiaſticum, Jo. Andreas Imol.* & communiter
ſcribentes, *Sanchez de Matrimon. lib. 7. diſput. 42.
n. 18., Hojed. de Incompatibilit. Beneſ. lib. 2. cap.*
22. *num.* 28.

At ſecluſa Pontificia approbatione, legem hanc, 64
quod Beneficium Eccleſiaſticum a Clerico Con-
jugato retineri poſſit, permiſſum non eſt Ordina-
riis authorizare. Quinimo Sac. Congregatio Con- 65
cilii, nec in limine fundationis Beneficii approba-
re ſolet legem a Teſtatore præſcriptam, quod Be-
neficium Eccleſiaſticum retineatur in ſtatu Conju-
gali, quaſi poſſidendo titulum Beneficii, ſed ſo-
lum indulget aliquando, quod Beneficium ea le-
ge fundetur, ut etiam laici, & Uxorati per ali- 66
quod temporis ſpatium illud obtinere poſſint, non
quidem ſpirituali titulo Beneficii, ſed titulo lai-
cali adminiſtrationis cum facultate percipiendi,
ſuoſque faciendi fructus, ac interim ſatisfacien-
di per idoneum Sacerdotem oneri celebrationis
Miſſarum, ut teſtantur *Corrad. in Prax. diſpenſ.
lib. 4. cap. 1. num. 27., Garc. de Beneſic. part. 1.
cap. 2. num. 30., Vaſquez. Oper. moral. tit. de Be-
neficiis cap. 4. art. 1. dub. 3. num. 11., Barboſ. de
Offic. Epiſcop. Allegat. 60. num. 77. Alphonſ. de
Leon. de Offic. Cappell. quæſt. 4. prax. 6. n. 3.* Sic in 67
una *Derthonen.* 19. *Auguſti* 1730. reſcripſit -- *Epiſ-
copo, ut ad erectionem Beneficii deveniat, omneſque
conditiones approbet, atque confirmet, modificata
tamen ea conditione* -- quod Primogenitus frui poſ-
ſit Beneficio, etiam in ſtatu laicali, & conjugali --
*in hunc modum, videlicet, quod Primogenitus frui
poſſit fructibus Beneficii vacantis quouſque superve-
niat alius capax de familia, ſatisfactis interim one-
ribus Miſſarum per Cappellanum ab eo eligendum* --
ut *in lib. 80. Decret. pag.* 224.

Quandoque etiam eadem S. Congreg. ſimilem 68
gratiam indulſit Uxoratis, quamvis lex Fundatio-
nis eis expreſſe non faveret, ſed aliqualiter ſolum
obſecundaret, nec aderat inter vocatos Clericus
capax obtinendi Beneficium. Hinc *in Segobien.
Cappellaniæ* propoſitis hiſce dubiis. *I. An Cappel-
lania Eccleſiaſtica, de qua agitur, poſſit a Franciſco
Alphonſe Perez retineri etiam in ſtatu Conjugali?*
& quatenus negative. *II. An ſit conſulendum San-
ctiſſimo pro diſpenſatione ad eumdem effectum reten-
tionis? III. An potius conſulendum ſit Sanctiſſimo
pro Gratia, ut dictus Franciſcus Alphonſus poſſit
Cappellaniam retinere non ex eodem priori titulo Be-
neficii, ſed ex novo titulo adminiſtrationis laicalis
cum facultate percipiendi fructus, & adimplendi
onera Miſſarum per alium, donec aliquis ex ejus
filiis poſſit eam obtinere in titulum.* Die 17.
Novembris 1731. prodiit Reſponſum. Ad I., &
II. *Negative, ad III. Affirmative, in caſu de quo
agitur.*

Conſuevere aliquando nonnulli Pontifices Per- 69
ſonis ſibi gratis, & acceptis reſervare fructus om-
nes Beneficiorum cum facultate eos percipiendi,
etiam in ſtatu laicali, ac de illis in proprium
commodum diſponendi, remanente Titulo pe-
nes Eccleſiaſticam Perſonam. Sic *Clemens VIII.*
commendavit *Franciſco Gonzaga* Epiſcopo Pa-
pien. Monaſterium Ciſtercien. Ord., Caſalen. Diœ-
ceſis de Jurepatr. Ducis Mantuæ per obitum Car-
dinalis *Gonzaga* vacans, gravatum Penſione anti-
qua decem millium ſcutorum auri ad favorem *Fer-
dinandi*

Google

dinandi Gomaga ſextum ſuæ ætatis annum agentis;
atque caſſando, & annullando dictam Penſio-
nem, reſervavit omnes & ſingulos fructus, Jura,
& obventiones, & emolumenta præfati Mona-
ſterii ad ejuſdem *Ferdinandi* favorem, per ipſum,
etiamſi Clericus non eſſet, ac in habitu, & Ton-
ſura non incederet, percipienda; ut ex libro pri-
mo *Secretor. dicti Pontificis anni* 1593. *pag.* 8. Sic
etiam *Rodericus Henriquez de Mendoſa* obtinuit
primo in ſeptimo ſuæ ætatis anno ſibi auctoritate
Apoſtolica reſervari omnes, & ſingulos fructus,
ac Diſtributiones &c. Archidiaconatus de *Ma-
drid* Toletan. Diæceſis ad 3200. ducatos aſcen-
dentes, eoſque etiam in ſtatu conjugali perci-
piendi; deindeque (raro quidem exemplo) ei-
dem, jam Clerico Conjugato, *ſan. mem. Paulus
V.* indulſit, ut quandocumque ſibi placuerit,
etiam in mortis articulo, poſſet reſervationem
præfatam caſſare, & ſic caſſatam, unam, ſeu
plures penſiones loco penſionis prioris caſſatæ ſi-
milem, vel ſimiles, uni, vel pluribus ejuſdem
Roderici filiis, aut aliis quibuſcumque ad ipſius
voluntatem diſtribuere, necnon fructus &c. præ-
fatos unica vice, vel ſucceſſive transferre, nullo
penitus dictum Archidiaconatum pro tempore quo-
modolibet obtinentis, requiſito conſenſu, imo illo re-
clamante, ut *ex Lib.* 12. *Secret. Pauli V. pag.* 46.

Supereſt videndum, an Officia venalia Roma-
næ Curiæ vacent per Contractum Matrimonii?
70 Et quidem, ſi agatur de Officiis illis, quæ nul-
lam habent Eccleſiaſticam Dignitatem adnexa,
prout ſunt Officia Militum S. Petri, S. Pauli,
Lauretanorum, aliaque id genus; ea per contra-
ctum Matrimonii non vacare, ſed in ſtatu Con-
jugali acquiri, & retineri poſſe, praxis docet,
& obſervat *Mandoſ. in Tract. de Signat. Grat. Tit.
Officii retentio non obſtan. Contractu Matrim.
pag. mihi* 92. *col.* 2. *verſic. Quantum ad rem no-
ſtram.* Quo vero ſpectat ad Officia, quibus adne-
xa eſt Dignitas Eccleſiaſtica, contigit anno 1705.
diſputari in terminis Prothonotariatus de nume-
ro participantium, an vacet per Matrimonium
contractum a Prothonotario? & an admiſſa va-
catione, Reſervatarius Decreti pro emolumen-
tis, & pretio ejuſdem Prothonotariatus, pretium
amittat?

71 Pro vacatione Officii ponderabatur, quod Pro-
thonotariatus Apoſtolicus de numero Participan-
tium eſt Dignitas Eccleſiaſtica. *Clemens* quippe I.
Pontifex ſeptem Urbis Regionibus præfecit ſep-
72 tem Notarios, qui geſta *Martyrum ſollicite, &
curioſe; unuſquiſque per Regionem ſuam perquire-
rent*, ut inquit *Damaſus Papa*, ſi ipſe eſt Au-
thor, in eo libro quem de *Romanis Pontificibus*
inſcripſit. Notarios præfatos *Anterus* Pontifex
73 Eccleſiæ additos eſſe voluit, & *Scriniarios* S.
R. E. appellari, quod Acta ab iis ſcripta, Scri-
niis Eccleſiæ Romanæ traderentur. Sed ceſſante
ſævitia Gentilium, & pace Eccleſiæ reſtituta,
Julius I. Notariis jam dictis, Acta Romanæ Ec-
cleſiæ conſcribere conceſſit, unde mos vetuſtus
Literis Apoſtolicis addendi Nomen unius ex di-
ctis Notariis, ut ex antiquis Literis *Servii PP.
IV.*, *Marini II.*, aliorumque Romanorum Pon-
tificum, in quibus legitur -- *ſcriptum per ma-
nus Benedicti Notarii, Regionarii, & Scriniarii
S. R. E.* aut *per manus Joannis Scriniarii, &
Notarii Sac. Palatii Apoſtolici*, ut teſtatur
Gregor. Tholoſan. Syntagm. Jur. part. 2. *lib.* 15.
cap. 42., *Macrus Hyerolex. verb. Scriniarius*,
Mabillon. de Re Diplomat. lib. 2. *cap.* 13. *num.*
5., *& Tab.* 51., *Gonzal. in Not. ad Cap.* 13.
num. 6. *de Præſcript.*, *Cobell. Notit. Cardinal.
cap.* 18., *Gomez, in Prohem. Regular. Cancellar.
Tit. de Orig. Prothonotar.* Dictorumque Nota-
riorum Senior, Decanus nuncupatus in Conſtitu-
tione XII. Sixti V., qui ad duodenarium nume-
rum illos adauxit, pluribuſque cumulavit Privi-
legiis, olim *Prothonotarius*, vel *Primicerius* dice-
batur, tantaque fuit *Primicerii* Dignitas, ut Pon- 74
tifices datandi Bullas Apoſtolicas facultatem illi
impertiti fuerint, quemadmodum ex Bullis *Mar-
tini II. & Stephani II.* conſtare aſſerunt *Tholoſ.
dict. cap.* 42. *num.* 12., *Gomez, in Proœhem. Regul.
Cancell.*, *Cobell. d. cap.* 14. *§. Officium igitur. &
§. Denique & cap.* 37. *§.* 1. *Du Cange in ſuo Gloſſ.
verb. Notarii.*

Itaque Prothonotarios magna Dignitate Eccle- 75
ſiaſtica decoratos, affirmant *Joan. de Platea in
leg. final. C. de Decur. lib.* 10. *Bellug. in Spec.
Princip. rubr.* 6. *num.* 10., *Vitalin. in Clem.* 1.
col. 2. *num.* 151. *& ſeqq. de Hæretic. Caſſan. in
Catalog. Glor. Mund. par.* 4. *Conſider.* 29., *Tolo-
ſan. loc. cit.* aliique plures, Adeout in Cappella 76
Pontificia præcederent, ipſis etiam Epiſcopis ad
ætatem uſque *Pii II.* teſte *Cobell. de Notit. Car-
din. cap.* 18. *§. Dignitas*, *Caſſan. in Catalog. Glor.
Mund. par.* 4. *Conſiderat.* 29. *verſic. Et iſtud
Officium*, *Card. Laur. in Epitom. Canon. verb.
Prothonotarius.* & nunc præcedant Sac. Rotæ Au-
ditoribus, Sacriſtæ, & Abbatibus, etiam uſum 77.
Mitræ habentibus, juxta reſolutiones S. Congreg.
Rituum apud *Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib.* 5.
cap. 6. *num.* 45. *in fin.*, *Cobell. Notit. Cardin. Cap.*
18. *&* 19., *Car. de Luc. diſ.* 44. *in Relat. Curiæ n.* 3.
Et quemadmodum in ipſa formula Privilegiorum,
quæ ab hoc Collegio Prothonotariorum de nu-
mero participantium communicantur Prothono-
tariis honorariis, ut apud *Corrad. ubi ſupra num.*
52. *pag.* 161. *§. Collegium* clare exprimitur, Pro- 78
thonotariatum honorarium eſſe Dignitatem Ec-
cleſiaſticam, cui cauſæ Eccleſiaſticæ, & Lites
Beneficiales a Sede Apoſtolica committi poſſint,
uti etiam affirmant *Maſſobr. de Synod. Diœceſan.
cap.* 4. *dub.* 12. *num.* 8. *& ſeqq.*, *& dub.* 13. *num.*
84., *& Sperell. dec.* 167. *num.* 24. *&* 25. ita, &
aſſerere juvat, potiori jure Protonotarios ipſos 79
participantes, quibus, & non honorariis Sedes
Apoſtolica mandavit geſta Romanæ Eccleſiæ
conſcribere, ex *Ubald. deciſ.* 300. *num.* 14. deco-
ratos Dignitate Eccleſiaſtica majori. Quapropter
ſan. mem. Paulum II. ſtatuiſſe nemini Protonotaria- 80
tum de numero participantium conferri poſſe, niſi
in vigeſimo anno conſtituto, & qui poſt annum
a die Promotionis, ad Ordinem Subdiaconatus
aſcendere promiſiſſet, narrant *Benedict. in Cap.
Raynutius verb. Adjecta impuber. num.* 11. *& ſeqq.
de Teſtam.*, *Caſſan. in Catalog. Glor. Mund. gl. ſ.*
14. *Conſid.* 29. *verſ. Et Extraordinarii*, *Corrad. dict.
cap.* 7. *num.* 52. *§. Cæterum.*

Ex his ſequitur, per contractum Matrimonii 81
Prothonotariatum vacare, nam quemadmodum
Beneficiatus, ſtatim ac Matrimonium contrahit,
privatur Beneficio ipſo jure, quaſi per electionem 82
ſtatus incompatibilis Beneficium ejuraverit, ut
dictum eſt ſupra *num.* 3. *&* 5., Ita & privatur
ipſo jure Dignitatibus Eccleſiaſticis, juxta Tex- 83
tum apertum in *Cap. Cum Decorem, de Cleric.
Conjugat.* Cujus Decretalis diſpoſitio non eſt re-
ſtricta ad Dignitates adnexas Beneficio, ſed lo-
quitur præciſe de Dignitatibus Eccleſiaſticis qui-
buſcumque, quin & extenditur ad Magiſtratus 84
Eccleſiaſticos, nam iſtos etiam ejurare dicitur,
qui Matrimonium contrahit, quod incompatibile
prorſus

prorſus eſt cum ſingulis hujuſmodi generis Digni-
tatibus, & Magiſtratibus, ut animadvertunt *Bar-
bat. conſ. 11. num. 19. verſic. præterea facit lib. 1.
Lotter. de Re Beneficiar. lib. 3. quæſt. 26. num. 65.
& pluribus ſeqq.*
Et quanquam *Rot. coram Coccin. dec.* 1790.
85 *num.* 41. in dubium revocaverit, Prothonotaria-
tus vacet per Matrimonium, quaſi Prothonotarii
poſſint eſſe Uxorari; Nihilominus ex prædictis
palam fit, *Rotam* obiter id dixiſſe, articulo non
diſcuſſo, & motam ex falſo ſuppoſito priſci Cyppi
in Eccleſia S. Mariæ ſuper Minervam poſiti, iu
quo aſſeritur *Honuphrium Camajano* Abbreviato-
86 rem *de Parco Majori* fuiſſe Uxoratum, quod po-
tuit contingere antequam, vel poſtquam Abbre-
viator ille fuerat.
Conſtito ex his, quod per Matrimonium con-
tractum a Prothonotario, vacet Prothonotariatus,
87 ex ipſomet tenore Decreti promanat, quod illius
Reſervatarius pretium tali caſu amittat. In eo ſi-
quidem, non aliter Reſervatario conceditur facul-
tas diſponendi de pretio Prothonotariatus, quam
ea ſub conditione, ſi nempe Officium non vacet
per obitum Titularis, vel per privationem ejuſ-
dem -- ibi -- *Dummodo Officium hujuſmodi per
obitum, ſeu per privationem dicti Oratoris non
vacet* -- Hinc, ſi ut dictum eſt, per contractum
Matrimonii, Prothonotarius Dignitate Prothono-
tariatus illico privatus remanet, palam fit, peri-
culum privationis ſubiturum etiam Reſervatarium
Decreti. Is enim hac lege contraxit, & ſemet-
ipſum periculo privationis Officii voluntarie ex-
poſuit, pretiumque huic aleæ ſubjecit, unde uti
nequit Decreto ſine ſua cauſa eidem per viam
conditionis formam inducentis, adjectæ, ut dixit
Rot. cor. Coccin. dec. IV. per tot.
88 Nec applicatur *Deciſ.* 143. *part.* 2. *recent.* Si-
quidem in ejus themate agebatur de vacatione
Officii ob Profeſſionem ab Officiali emiſſam in Re-
ligione incapaci, & ſic per mortem civilem, quæ
non comprehenditur ſub formula Decreti, lo-
quente de vacatione per obitum, & ſic per mor-
tem veram, & non fictam; Unde injuria fieret
Reſervatario Decreti, qui ita contraxit, ſeſeque
expoſuit periculo vitæ, & necis veræ, & non ci-
vilis Officialis, ſi Decretum ſe protenderet ad
mortem etiam civilem, ad quam Contrahentes
89 non reſpexerunt. At aliter ſe res habet, ubi
agitur de amiſſione pretii Prothonotariatus,
quam ſubire conſenſit Reſervatarius Decreti, ſi
contingeret Officium vacare per *Privationem*,
hæc enim veluti generice expreſſa, & ad nul-
lam privationis ſpeciem reſtricta, apta utique eſt
ex ſui indole comprehendere etiam privationem
illam, quæ juris miniſterio oritur ex Matrimonio
per Prothonotarium contracto. Nec habet de
quo juſte conqueri poſſit Reſervatarius Decreti,
ſi periculo privationis Officii, quocumque ex ca-
pite illa obvenire poſſet, Protonotariatus pretium
ſubjecit.
90 Quod ſi dicatur, laudatam Rotæ Deciſionem
applicari hypotheſi, quia ſicut per ingreſſum Offi-
cialis in Religionem, vacat Officium propter in-
compatibilitatem cum ſtatu Regulari, ita & va-
cat per contractum Matrimonii; Reſpondetur,
quod per ingreſſum in Religionem vacant Officia
non propter incompatibilitatem, ſed per mortem
civilem Officialis non comprehenſam in Decreto;
& per Matrimonium a Prothonotario contractum
vacat Prothonotariatus per privationem expreſſam
in jure, quamvis ratio privationis ſit incompatibili-
tas, cum indecorum prorſus ſit, Uxoratum retinere
Dignitatem Eccleſiaſticam, quod nunquam ex diſ- 91
penſatione Sedis Apoſt. permiſſum fuiſſe, teſtatur
*Mandoſ. de Signat. Gratiæ Tit. Officii retentio non
obſtan. Contract. Matrim. §. final.* Itaque ſatis eſt,
Officium vacare per privationem Officialis ex cau-
ſa Matrimonii per eum contracti, ad effectum, ut
hujuſmodi caſus ſit comprehenſus in Decreto, &
cedat periculo Reſervatarii.
Idque ex eo ulterius comprobatur, quod ante 92
Conſtitutionem ſan. mem. *Innocentii XII.* editam
die 1. *Februarii* 1693. *Pontificatus anno III.* Offi-
cia omnia Romanæ Curiæ vacabant per promo-
tionem ea obtinentium ad Cardinalatum, & qui-
dem ob incompatibilitatem, quam *Sixtus V.* de-
claravit adeſſe inter Officia præfata, & Cardi-
nalatum, uti clare exprimitur in Conſtitutione
Urbani VIII. 150. *Bullar. nov. tom.* 4. Et notat
Cardin. de Luc. de Regalib. diſc. 2. *num.* 12. Quin-
imo priſcis etiam temporibus ante *Conſtit. ſan.
mem. Innocentii IX.* Officia præfata vacabant per 93
promotionem ad Epiſcopatus, aut Abbatias ha-
bentes actualem adminiſtrationem. Et nihilomi-
nus Reſervatarii Decreti amittebant Officiorum
pretium, ea ratione, quod per Promotionem ad 94
Cardinalatum, vel ad Eccleſias Epiſcopales, aut
Abbatiales inducebatur Officiorum privatio de-
prompta ex eorum incompatibilitate cum ſtatu
Cardinalitio, ac Epiſcopali, vel Abbatiali, hæc-
que privatio ſemper priſcis temporibus habita fuit,
uti comprehenſa ſub illa privatione Officialis, de
qua fit mentio in Decreto. Hoc ipſum igitur di-
cendum eſt de incompatibilitate Prothonotariatus
cum ſtatu Conjugali, quæ ſicuti parit privationem
ejuſdem Officii, ita efficit, quod Reſervatarius
Decreti, qui huic incertæ aleæ pretium expoſuit,
ſequuto hujuſmodi legalis privationis caſu, illud
amittere debeat.
At e contra favore Reſervatarii Decreti pon- 95
derabatur auctoritas *Card. de Luc. in Tract. de
Regal. diſc.* 2. *num.* 17. ubi firmat, vacationem in
hujuſmodi Officiis Prælatitiis, quæ vocantur ſe-
cundæ claſſis ex triplici tantum capite oriri.
Primo per mortem naturalem; Secundo per de-
lictum in officio; Tertio, per promotionem ad
Cardinalatum. Cumque agatur de materia pœ-
nali ſecumferente amiſſionem pretii Officii, non
eſt admittenda aliqua extenſio nec multiplicandi
ſunt caſus vacationis in præjudicium, aut ipſius
Prothonotarii, aut reſervatorii Decreti. Idem- 96
que proprius ad rem noſtram, tradit idem Au-
ctor in *Tract. de Offic. vacabil. cap.* 13. *num.* 8.
ubi loquens de tranſitu Officialis aliquod ex di-
ctis Officiis Prælatitiis obtinentis, ad ſtatum Re-
gularem, qui cum dicto Officio ſit incompatibi-
lis, authumat, poſſe Officialem ipſum tantummo-
do cogi ad reſignandum Officium alteri Perſonæ
capaci per Papam eligendæ, vel ejuſdem Officii
adminiſtrationem committendam eſſe ſubſtituto pa-
riter per Papam deputando; quod prius dixit
etiam *Rot. deciſ.* 543. *n.* 3. *part.* 2. *Recent.*
Nec deficit ratio, ob quam Reſervatarius De- 97
creti amittere non debeat pretium Officii, ſi Pro-
thonotarius Matrimonium contrahat. Siquidem
ſan. mem. *Sixtus V.* Collegio Prothonotariorum
de numero participantium proprios, ac diſtin-
ctos reditus, certaque emolumenta aſſignavit,
pro quibus perſolvendis, ac pro pretio Offi-
ciorum Cameræ Apoſtolicæ a Prothonotariis jam
ſoluto, & in poſterum ſolvendo, ejuſdem
Cameræ bona, & jura obligavit, ut latius le-
gitur in ſua *Conſtitut.* 12. *Bullar. Nov.* Habet igitur
Prothonotariatus quid temporale, & diverſum

a Dignitate, nempe emolumenta, quæ ſunt in
Commercio, & pro quibus ſolum accidentaliter
adnexis Officio, perſolvitur pretium, non au-
tem pro ipſo Officio, quod alias indignum eſſet,
quaſi Dignitas Eccleſiaſtica pretio daretur. Pro-
indeque vacante Dignitate, quæ eſt penes unum,
non poteſt Reſervatarius Decreti privari pretio,
& emolumentis temporalibus ab ipſo emptis,
ipſique ſoli reſervatis ex quaſi contractu inito
cum Sede Apoſtolica *Card. de Luc. de Offic. va-*
98 *cabil. d. Cap.*13. Exemplo Officiorum minorum,
quæ licet per ingreſſum in Religionem incapa-
cem vacent, nihilominus vacant quoad *Officiali-*
tatem, non autem quoad pretium, quoties alter
eſt reſervatarius Decreti, ſolumque cogi poteſt
Officialis incapax effectus, ad vendendum Offi-
cium, ut firmat *Rot. decif.* 143. *part.* 2. *recen.*
99 quam Deciſionem applicari poſſe etiam aliis Offi-
ciis majoribus venalibus Prælaturam adnexam ha-
bentibus, tam in caſu ingreſſus Officialis in Reli-
gionem, quam in caſu Matrimonii, probat *Card.*
de Luca de Regal. dict. diſc. 2. *n.* 12. *& de Officiis*
vacabilib. cap. 13. *num.* 8.

Addebatur, quod ſicuti ſi Prothonotarius re-
nunciaret libere Prothonotariatui; vacaret quidem
100 Dignitas, ſed adhuc pretium Reſervatario De-
creti eſſet debitum, cum juxta Decreti literam
Reſervatarius privari nequeat pretio ex facto vo-
luntario Officialis; ita idem efformandum judicium,
ſi Prothonotarius Statum Conjugalem aſſumat,
quia tali caſu dicitur voluntarie renunciare Di-
gnitati, quemadmodum voluntarie renunciatum
cenſetur Beneficio per aſſumptionem ſtatus Con-
jugalis.

Quin Reſervatario Decreti officere poſſet Clau-
ſula in eodem adjecta -- *Dummodo Officium hu-*
101 *juſmodi per obitum, ſeu privationem dicti Oratoris*
non vacet -- quaſi ob contractum Matrimonii,
& ſic per electionem Status incompatibilis cum
Prothonotariatu, Officialis illo privatus remaneat,
eo prorſus modo, quo Beneficiorum, Officio-
rumque Eccleſiaſticorum privationem incurrit
Clericus, qui Matrimonium contrahit, & ſic ſta-
tum cum illis incompatibilem eligit ex juribus
ſupra laudatis; Quandoquidem verba -- *ſeu pri-*
102 *vationem*, quæ in Decreto præfato leguntur, ef-
fectum ſuum non recipiunt ex facto Prothonota-
rii, qui non poteſt ſe ipſum Officio privare,
ſed ſtant ad connotandam illam privationem,
quæ fit a Judice in pœnam delicti, & per viam
condemnationis, ut reſpondit *Spad. conſ.* 37. *ſub*
n. 1. *verſic. Nos autem* -- ibi -- *Nos autem verſa-*
mur in hoc ſecundo caſu, quia Decretum, de quo
agitur non dicit, quod Officium vacet per mortem,
vel per delictum, ſed per privationem & ſic non reſ-
picit delictum filii, ſed privationem, quæ fit a Ju-
dice, & idem eſt ac condemnatio &c. & dixit
etiam in terminis ſimilis Decreti *Rot. decif.* 4. *n.* 1.
cor. Caccin.

103 Nec jura, quæ decernunt privationem Benefi-
ciorum, Officiorumque Eccleſiaſticorum incur-
rendam a Clerico, qui Matrimonium contraxit,
applicari poſſunt Officiis venalibus Romanæ Cu-
riæ, quæ veluti de per ſe mixta, partim nempe
in temporalitate, partim in ſpiritualitate conſi-
ſtentia, venire nequeunt appellatione Beneficio-
104 rum, aut Officiorum Eccleſiaſticorum, ex relatis
per *Gonzal. in Regul.* 8. *Cancellar.* §. 11. *Gloſſ.* 5.
num. 1. & 27. Proindeque de una ad aliam ſpe-
ciem, nulla fieri poteſt illatio, ex nota juris Re-
gula, quod diſpoſitio loquens de ſimplicibus, non
comprehendit caſus qualificatos, & diverſæ na-
turæ *Mandoſ. in Regul. IX. Cancellar. quæſt.* 10.
num. 3. *& Regul.* 19. *quæſt.* 15. *num.* 5. cum aliis
apud *Barboſ. Axiom.* 39. *num.* 11.

Concurrente etiam alia diverſitatis ratione, 105
quod nempe Beneficia Eccleſiaſtica non ſunt in
commercio hominum, & ſicuti acquiruntur titulo
mere lucrativo, ita per contractum Matrimonii
vacant abſque ullo obtinentium præjudicio. At
alia eſt indoles Officiorum Romanæ Curiæ, quæ,
cum acquirantur ex cauſa oneroſa, ſolutionis,
nempe conſiderabilis ſummæ, vacare non poſſunt
ſine maximo præjudicio aut ipſius Prothonotarii,
aut Reſervatarii Decreti; & proinde omnis ratio
poſtulat, ut quocumque benigniori modo eorum
indemnitati ſuccurratur, ut bene ratiocinatur *Rot.*
dict. decif. 543. *n.* 4. *part.* 2. *recent.*

Hæc ex utraque parte ponderata fuerunt. Mi- 106
hi vero certo probatur, per Contractum Matri-
monii vacare Officia Romanæ Curiæ Eccleſiaſti-
cam Dignitatem adnexam habentia; Et licet ve-
riorem in puncto juris eam quoque exiſtimem
Sententiam, quod hoc caſu Reſervatarius De-
creti Officii pretium amittat, multum tamen
æquitatis contrariæ ineſt opinioni. Et æquita- 107
tem hanc ſequutus ſan. memor. Clemens XI.
cum anno 1705. per Matrimonium contractum a
Principe *Hieronymo Pamphilio* vacaſſet Prothono-
tariatus per ipſum obtentus, pro cujus pretio, &
emolumentis reſervatum erat Decretum favore
clar. mem. Principis *Jo. Baptiſtæ* Patris, mandavit
ex Gratia, Prothonotariatus pretium eidem Prin-
cipi Patri reſtitui.

His præſuppoſitis quod vacationem Beneficio- 108
rum per contractum Matrimonii, devenio ad
Regulam, quæ brevis eſt, & in duas dividitur
partes. In prima dicitur, *quod, ſi reſervetur Be-*
neficium per contractum Matrimonii, non dentur
alii modi vacationum de futuro, nec cenſeatur Be-
neficium reſervatum ſpecialiter, vel affectum, niſi
ſequatur Matrimonium. Quæ Regula emanavit
ante Concilium Tridentinum, quo tempore 109
erant in uſu Expectativæ, & decernit, quod ſi
Papa diſpoſitioni ſuæ reſervaret Beneficium ob
contractum Matrimonii vacaturum, non daren-
tur alii modi vacationum de futuro, nec Benefi-
cium eſſet reſervatum, niſi ſequeretur Matrimo-
nium, ne alias daretur occaſio, quod quilibet
falſa relatione Matrimonii non vere contrahendi,
faceret ſui favore Beneficium à Papa reſervari,
ut perpendit *Queſad. in hanc Regul.* & innuit
Sot. ibid. §. *Quoad primum in fine.* Sed, cum ho-
die provida ejuſdem Concilii ſanctione non den- 110
tur amplius Expectativæ, nec Beneficium reſer-
vetur, niſi de facto vacaverit per contractum
Matrimonii, videtur inutilis hujus Regulæ diſpo-
ſitio; & in praxi ſervatur, quod ubi Beneficium 111
providetur ex capite Matrimonii contracti in
Menſe Sedi Apoſtolicæ reſervato, apponitur clau-
ſula -- *ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo, non*
tamen per obitum vacet.

Advertit tamen *Garc. de Benef. par.* 11. *cap.* 1. 112
n. 39. quod ſi modus vacationis per contractum
Matrimonii ſit diſpoſitive datus in impetratione Be-
neficii, non poſſit impetrans vigore dictæ clauſulæ
ſive præmiſſo &c. aliis vacandi modis uti, quam
illo præciſo vacationis per contractum Matrimonii
ex Cæſare de Graſſis decif. 125. *n.* 7.

In ſecunda vero parte Regulæ diſponitur quod 113
de Beneficiis vacaturis per Promotionem, in-
greſſum Religionis (hoc eſt Profeſſionem emiſſam)
vel aſſequutionem aliorum incompatibilium pona-
tur clauſula -- *ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo,*
non

non tamen per obitum vacare contigerit -- De quibus Beneficiorum vacationibus, & Clauſula, cum alibi dictum fuerit in his Regulis, ſuperfluum eſt hic jam dicta repetere.

REGULA LIX.

De Clauſulis ponendis in Literis Religioſorum.

ITem voluit, quod ſi petatur aliquem in Religionem recipi, & ſibi de quovis Beneficio Eccleſiaſtico provideri per ſimplicem Signaturam *Fiat*, receptio hujuſmodi dumtaxat detur, adjecto, ſi petens idoneus ſit, aut aliud Canonicum non obſiſtat impedimentum, & exprimatur ſi certus numerus Regularium ſit ibidem, cui etiam non derogetur, niſi expreſſe concedatur, & ſi numerus iſte non exiſtat, ponatur: Dummodo receptionis locus hujuſmodi nimium propterea non gravetur. Poſſintque Executores proviſionis hujuſmodi ad receptionem emiſſionis Profeſſionis, non expectato probationis anno, procedere.

ARGUMENTUM.

IN Supplicatione ſuper proviſione Beneficii Regularis facta Seculari, qui habitum aſſumere, & Profeſſionem emittere intendit Regularem, adjici debet vigore primæ partis Regulæ Clauſula -- *Si idoneus ſit, eique nullum obſtet Canonicum impedimentum* --, quæ cæteroquin etiam non adjecta de jure intelligitur; ac inſuper, ſi Monacorum numerus ſit præfixus, ei expreſſe derogari debeat, quod ſimiliter juri conſonum eſt, & ſi præfixio hujuſmodi non adſit, apponenda eſt clauſula -- *dummodo Monaſterium ex receptione hujuſmodi nimium non gravetur.* Seculares, qui habitum aſſumere, & Profeſſionem emittere intendunt Regularem, ſunt de jure capaces Beneficiorum Regularium ſimplicium, non vero Abbatiarum, aliorumque Beneficiorum adnexam adminiſtrationem habentium, quæ nonniſi actu Profeſſis debentur; Idque procedit reſpectu etiam Præceptoriarum, & Commendarum Ordinum Militarium, quæ ſi adminiſtratione careant, obtineri poſſunt ab iis, qui habiles ſunt ad profitendum; & adminiſtrationem habentes, ſolum ab actu Profeſſis. Indulget tamen aliquando Sedes Apoſtolica, ut Beneficia Regularia, nec non Commendæ, & Præceptoriæ Ordinum Militarium adminiſtrationem habentes, etiam ab actu non Profeſſis obtineantur, & referuntur exempla. Beneficia Regularia ſimplicia conferri poſſunt profiteri volentibus etiam ab Ordinariis, ſed pure, & ſimpliciter, ac abſque Decreto in Proviſione Apoſtolica tantummodo adjici ſolito -- *ex nunc prout ex tunc, & poſtquam habitum ſuſceperit, Profeſſionemque emiſerit Regularem* -- Verum, Ordinariorum proviſio non aliter ſuſtinetur, quam ſi proviſus per annum integrum in Novitiatu permanſerit, ſed, dum Proviſio expletur a S. Sede Apoſtolica, reſidet in arbitrio Exequutoris, juxta alteram Regulæ partem, Profeſſionem, etiam anno non expectato, recipere, quod exorbitans non eſt, ſed potius Concilii Tridentini diſpoſitioni conforme; Non licet tamen eidem Exequutori Profeſſionis receptionem ultra annum differre, niſi Papa aliter decernat. Proviſus de Beneficio Regulari in Commendam, ſecluſo Pontificis præcepto, Profeſſionem emittere non tenetur, & examinatur, an Proviſus in Commendam de Præceptoria Ordinis Militaris cum Decreto, quod Profeſſionem in eo emitti ſolitam, emittere non teneatur uſque ad annum trigeſimum, ſi ante dictum annum ſtatum eligat cum Profeſſione præfata incompatibilem, quia nempe ad Subdiaconatum promoveatur, Commenda ceſſet a puncto ſuſcepti Subdiaconatus, vel potius poſt annum trige-

trigeſimum ad Profeſſionem emittendam præfixum? Et hac occaſione plura adnotantur circa clauſulas quæ adjici ſolent in Literis Diſpenſationum ſuper incapacitate Impetrantium Gratias Apoſtolicas, quando iſtas ab initio puras, vel conditionales reddant.

SUMMARIUM.

1 *In Proviſione Beneficii Regularis petita ab eo, qui Profeſſionem emittere intendit, adjici debet juxta primam Regulæ partem clauſula* -- ſi petens idoneus ſit, aut aliud Canonicum non obſiſtat impedimentum.

Quodque ſi adſit numerus præfixus Religioſorum, ei non derogetur niſi expreſſe. ibid.

Et ſi non adſit, apponi debet clauſula -- dummodo receptionis locus hujuſmodi nimium non gravetur -- ibid.

2 *Beneficia Regularia poſſunt de Jure communi conferri Secularibus, qui habitum ſuſcipere, & Profeſſionem emittere intendunt.*

3 *Intellige, dummodo ſint Beneficia ſimplicia, nam ad Abbatias, Prioratus, aliaque Beneficia regularia adminiſtrationem habentia, aſſumi non poſſunt niſi actu Profeſſi.*

4 *Refertur celebre exemplum Archidiaconi Eccleſiæ Capuanæ, qui Abbatiæ Caſſinenſi præfectus non fuit, niſi poſt emiſſam Profeſſionem.*

5 *Commendæ, & Præceptoria Ordinum Militarium regulantur jure Beneficiorum Eccleſiaſticorum.*

6 *Obtineri poſſunt etiam ab iis, qui habiles ſunt ad profitendum ſuſcepto habitu, ſi nullam habeant adminiſtrationem, & Juriſdictionem,* & num. 9.

8 *Sed habentes adminiſtrationem, & Juriſdictionem, nonniſi ab actu profeſſis.*

Dictaſque adminiſtrationem, & Juriſdictionem habent Commendæ Ord. S. Joannis Hieroſolymitani num. 7.

10 *Et ita reſolutum a Sac. Congreg. Concilii. Sed aliquando indultum, ut obtineri poſſent ab iis, qui actu profeſſi non erant.* num. 12.

11 *Ex diſpenſatione Sedis Apoſtolicæ aliquando etiam non Profeſſi ad Monaſteria, & Abbatias promoventur cum obligatione tamen emittendi Profeſſionem. Et referuntur exempla.*

13 *Ordinarii, Clericis Secularibus habitum ſuſcipere, & Profeſſionem emittere volentibus, ſolum conferre poſſunt Beneficia Regularia ſimplicia, ſecus adminiſtrationem habentia.*

Quemadmodum, & Beneficia Regularia præfata conferre poteſt Vicelegatus Avenionenſis. ibid.

14 *Amplia, quamvis adſit Apoſtolica Conſtitutio decernens, quod Beneficia ſimplicia Regularia conferri non poſſint, niſi Religioſis expreſſe profeſſis, quia intelligi debet de Profeſſis tam actu, quam habitu.*

15 *Proviſiones Beneficiorum ſimplicium Regularium fieri debent ab Ordinariis pure, & ſimpliciter, nec in iis apponi poteſt clauſula* ex nunc prout ex tunc, & poſtquam &c.

16 *Sed a Pontifice cum dicta clauſula expleri ſolent.*

17 *Proviſio Beneficii Regularis ab Ordinario facta, non ſubſiſtit, niſi Proviſus per annum integrum in Novitiatu permanſerit.*

18 *Sed ubi expletur a Pontifice, reſidet in arbitrio Exequutoris Profeſſionem recipere, etiam anno Probationis non elapſo* & num. 20.

Nec ad illam recipiendam certum aliquod tempus eſt præfixum, ſed juxta caſuum circumſtantias eſt determinandum. num. 26.

19 *Verba* -- poſſintque *&c. quæ in fine Regulæ leguntur, adjecta fuere tempore Clementis VIII.*

22 *Regulæ diſpoſitio, qua arbitrio Exequutoris remittitur Profeſſionem a Proviſo Apoſtolico de Beneficio regulari recipere, etiam anno non expectato, uniformis eſt Decretis Concilii Tridentini.* & num. 24.

23 *Proviſi in Commendam de Monaſteriis, quæ ſunt* Capita Ordinum, *ac Abbatiis, ſive Prioratibus, tenentur vigore Concilii, aut renunciare Commendæ, aut infra ſex Menſes Profeſſionem emittere.*

25 *Profeſſio emiſſa Novitiatus anno non expleto, de Jure communi irrita non eſt.*

26 *Et Conciliaris diſpoſitio, quæ eam irritam reddit, procedit in Profeſſione emiſſa in Clauſtro coram Superiore Regulari, ſed non comprehendit caſum Beneficiati a Papa proviſi, & profiteri debentis,* & num. 20.

27 *Verbum* poteſt *arbitrium, & facultatem importat.*

28 *Regulæ diſpoſitio procedit, quamvis Beneficium Regulare non detur in Titulum, ſed in Commendam, & Papa mandet, quod Profeſſio a Commendatario emitti debeat.*

29 *Proviſus de Beneficio Regulari in Commendam, Profeſſionem emittere non tenetur.*

30 *Limita, ſi Papam illam exquirat.*

31 *Profeſſio emittenda a Seculari proviſo per Papam de Beneficio Regulari, differri non poteſt ultra annum, niſi in Literis Proviſionis id expreſſe indulgeatur.*

32 *Proviſus de Commenda Ordinis Militaris cum Decreto, quod Profeſſionem differre poſſit uſque ad annum trigeſimum, ſi ante tempus præfatum ſtatum eligat cum eadem Profeſſione incompatibilem, quia nempe ad Sacros Ordines promoveatur, Commenda ceſſat a puncto ſuſcepti ſtatus incompatibilis, non poſt annum trigeſimum ad profitendum præfixum. Et ita reſolutum* num. 44.

33 *Redduntur rationes, & reſpondetur rationibus contrariis.*

34 *Ceſſat Commenda, ſi deveniat ad caſum, à quo incipere non poterat, quia nempe Commendatarius elegerit ſtatum incompatibilem cum Commenda,* & num. 38.

Præſertim, ſi caſus ille evenit culpa Commendatarii, num. 36.

35 *Diſpoſitio qualibet intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus.*

39 *Incompatibilitatis ratio æque militat in Beneficio collato in Titulum, quam in collato per Commendam.*

45 *Clauſula,* ſi petens idoneus ſit -- *aut* aliud Canonicum *non obſtet* impedimentum &c. *in Literis Receptionis in Religionem vigore Regulæ apponenda, adhuc ſi non apponantur, de jure ſubintelliguntur.*

46 *Proindeque nec Gratiam ſuſpendunt, nec eam conditionalem reddunt.*

47 *Gratia, ubi eſt exequibilis, dicitur ab initio pura,*

pura, & facta cenſetur in ipſo inſtanti Reſcripti Apoſtolici; non vero in illo Exequutionis.

Maxime, ſi contineat clauſulam -- dummodo tempore Datæ præſentium &c. num. 48.

Et contraria procedunt, ubi narrativa Gratiæ non eſt verificata, nec eſt verificabilis, num. 49.

50 *Conditionalis, & non pura eſt Gratia qua munita ſit clauſula* -- Si Tibi conſtiterit, illum eſſe idoneum, & num. 51.

52 *Maxime, ſi dictum fuerit* -- conſtito Tibi legitime &c. *Et de ratione.*

53 *Clauſula* -- ſi per ſolertem inquiſitionem idoneum eſſe repereris -- *Gratiam reddit conditionalem.*

54 *Gratia, quæ continet qualitates, quæ de jure inſunt, & ſunt certa in rerum natura, quæque ſonant in monitionem*, ut ſi idoneum eſſe repereris, -- ſi nullum obſtet Canonicum impedimentum &c. *eſt pura ab initio.*

Sive ſimpliciter dicatur -- ſi idoneum eſſe repereris -- *ſive* -- conſtito de idoneitate -- *ſive* -- per ſolertem inquiſitionem &c. ibid.

55 *Dicitur vero conditionalis, ſi continet qualitates extrinſecas, & circumſtantias, quæ tacite non inſunt, nec ſonant in monitionem, ſed Papa mandet, eas juſtificari coram Exequutore cum clauſula* -- Conſtito &c. de præmiſſis Te informes &c.

Et in his terminis intelligendi ſunt DD. qui aiunt, clauſulam Conſtito &c. *reddere Gratiam conditionalem* num. 57.

56 *Hinc, ſi quis impetraverit Mandatum de diſpenſando ab irregularitate ob perpatratum homicidium ſub narrativa circumſtantiarum facti delictum excuſantium, & Papa mandaret Ordinario*, quod conſtito ſibi legitime de præmiſſis diſpenſaret, *Gratia eſſet conditionalis, nihilque poneret in eſſe, niſi a die exequutionis Mandati.*

58 *Gratia in* forma Dignum *eſt pura ab initio, & non conditionalis, ſi continet qualitates, & clauſulas, quæ inſunt de jure.*

59 *Et quid ſi cum iis clauſulis involvatur aliquod factum extrinſecum, nempe* conſtito de jurepatr. -- verificato aliquo defectu &c.? num. 60.

61 *Regula in ea parte, qua decernit, exprimendum eſſe certum numerum Regularium, ſi in Monaſterio adſit, eique non derogetur, niſi expreſſe, concordat cum Jure Communi in* Cap. Conſtitutis de Reſcriptis.

1 Regula duas habet partes; in prima diſponit, quod ubi quis a Pontifice petit Beneficium Regulare, & vult profiteri, ponantur in ſupplicatione Clauſulæ -- *ſi petens idoneus ſit, aut aliud Canonicum non obſiſtat impedimentum* --; Quodque ſi in Monaſterio, in quo Profeſſio emitti debet, adſit numerus præfixus Religioſorum, illi non derogetur, niſi expreſſe; etſi numerus præfixus non adſit, ponatur clauſula -- *dummodo receptionis locus hujuſmodi nimium propterea non gravetur.* Et formulam pro receptione ad habitum, exſcribit *Rebuff. in Addit. ad hanc Regulam*, quæ eſt apud ipſum *la LXIX.*

2 Concordat Regula in hac parte cum jure communi, ad cujus tramites Beneficia Regularia poſſunt conferri Secularibus, qui habitum ſuſcipere, & profeſſionem emittere velint, dummodo tamen
3 Beneficia ſimplicia ſint, ut Præbendæ, Portiones Monacales, & ſimilia, ſecus ſi Abatiæ, Prioratus, aliaque Beneficia Regularia adminiſtrationem habentia, nam ad hujuſmodi Præfecturas aſſumi non poſſunt, niſi ii, qui ſint expreſſe profeſſi de tempore earum proviſionis, ut *per Text. in Cap. Cum Cauſ. de Elect. & Cap. Nullus eodem tit. in* 6. & Concil. Trident. *ſeſſ.* 14. *Cap.* 10. tradunt *Fagnan. in dict. Cap. Cum Cauſam num.* 34. *uſque ad fin. Kocbier. ad hanc Regul. num.* 10. *Tondut. Reſolut. Benef. part.* 3. *cap.* 196. *num.* 2. *& 7. Gonzal. ad Regul.* 8. *a num.* 77. *& ſeqq. Tomaſſin. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 20. *num.* 12. *Eminentiſſimus Petra ad Conſtit. Apoſtolicas tom.* 1. *pag.* 511. *num.* 72. *Barboſ. ad Concil. Trident. dict. Cap.* 10. *num.* 10. *&* 11. *Coccin. Adnotat.* 219. *num.* 1. *& ſeqq. Rot. dec.* 463. *num.* 1. *& ſeqq. coram Burat.*
Et celebre eſt exemplum Archidiaconi Eccleſiæ 4
Capuanæ, qui rogatus, ut in Abatiæ Caſſinenſis regimen, & adminiſtrationem ſuccederet, ceſſit precibus, Monaſticam veſtem induit, Profeſſionem ſubiit, & tunc a Monacis univerſis, juxta morem, canonice in Abatem electus eſt, & a Pontifice *Joanne X.* anno 914. honorifice conſecratus, ut refert *Thomaſſin. de Benef. tom.* 2. *lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 18.

Idque locum ſibi vindicat, etiam in Præceptoriis, & Commendis Ordinum Militarium, quæ
jure Beneficiorum regulantur *Gonzal. in Regul.* 8. 5
Cancellar. Gloſſ. 5. §. 8. *num.* 8. *Garc. de Benef. part.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. *&* 7. *Lotter. de Re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 17. *n.* 11. Præceptoriæ enim, & Commen-
dæ præfatæ, ſi adminiſtratione, & Juriſdictio- 6
ne ſint deſtitutæ, obtineri poſſunt etiam ab iis, qui habiles ſunt ad profitendum ſuſcepto habitu; Si vero adminiſtrationem, & Juriſdictio-
nem habeant, quibus potiuntur Commendæ Re- 7
ligionis Sancti Joannis Hieroſolymitani, ut inquit *Eſcaño in Propugnac. Relig. Hieroſol. Diſ-
cept.* 13. *cap.* 1. *num.* 25. tunc conferri non poſſunt, 8
niſi actu Profeſſis, *Card. de Luc. de Fideic. diſc.* 8. *nu.* 9. *&* 11. *& de Jur. patr. diſc.* 20. *num.* 2. *&* 4. *& de Penſ. diſc.* 42. *num.* 1. *Rot. cor. Emerix deciſ.* 34. *num.* 7. *&* 22. *deciſ.* 55. *num.* 9. *deciſ.* 120. *num.* 4. *&* 5. in quibus Deciſionibus agebatur de
Seculari præſentato ad Commendam Ordinis Mi- 9
litaris *S. Lazzari*, dictumque fuit, ſufficere pro validitate præſentationis, quod Regularitas ſupervenerit, etiam poteſt inſtitutionem, ex quo agebatur de Commenda ſimplici, deſtituta adminiſtratione, ac Juriſdictione. Et reſolutum fuit a
Sac. Congregatione Concilii in una *Florentina.* 10
Cum enim ad vacantem Præceptoriam Ordinis Militaris S. Joannis Hieroſolymitani juriſdictionem adnexam habentem, fuiſſet ad legitimo Patrono præſentatus Eques non profeſſus ſub ſpe futuræ diſpenſationis ſuper defectu *Regularis Profeſſionis*, quatenus tamen opus eſſet, & non aliter hinc propoſito Dubio -- *An requiratur Apoſtolica Diſpenſatio in caſu? Die* 2. *Septembris* 1714. reſponſum prodiit -- *Affirmative.*

Sed indulgere aliquando ſolet Apoſtolica beni-
gnitas, ut etiam actu non Profeſſi ad Monaſteria, 11
& Abbatias, nec non ad Commendas, & Præceptorias Ordinum Militarium adminiſtrationem ac Juriſdictionem habentes, aſſumantur, cum obligatione tamen emittendi Profeſſionem. Sic *ſan. mem. Leo X.* indulſit *Franciſco I.* Galliarum Regi reſpectu Monaſteriorum exiſtentium in Narbonenſi Provincia, & Brittania minori, quas Regiones Concordata non amplectuntur, *ut dum Monaſt. ipſa* (ſunt verba Indulti) *Monachis idoneis ad illorum regimina carebunt, Clericos*

Seculares, aut aliorum Monaſter. Monachos &c.
habitum juxta eorumdem Monaſteriorum conſue-
tudinem ſuſcipere, & Profeſſionem per illorum Mo-
nachos emitti ſolitam, emittere volentes, alios
idoneos nominare poſſet, ut refert *Thomaſin. de*
Beneſ. part. 2. lib. 3. cap. 20. num. 18. Ac in ter-
minis Proviſionis Conſiſtorialiter factæ de Abba-
tia favore non actu Profeſſi, adeſt *Deciſio Sac. Ro-*
ta 329. part. 2. rec. Et de conſimili exemplo *Coc-*
cin. Adnot. 219. Sic etiam ſan. me. *Clemens XI.*
provideri mandavit de Præceptoria S. Antonii
de S. Antonio Viennen. ſub Regula S. Auguſtini
Canonicorum Regularium Villæ Cervariæ *Cel-*
ſonen. Diæceſis *Raymundum Mira* Clericum Se-
cularem, cum Decreto, quod infra ſex Menſes
proximos habitum per Monachos, ſeu Canonicos
Regulares dicti Ordinis geſtari ſolitum, ſuſcipe-
re, & ſtatim anno probationis elapſo, Profeſſio-
nem Regularem expreſſe emittere teneretur, ut
ex Literis *apud S. Petrum* 1711. *Quintodecimo*
Kalendas Aprilis Pontificatus anno XII. Idem-
que Pontifex ad præſentationem Catholici Regis
Hiſpaniarum providit de Monaſterio, Abbatia
nuncupata S. Iſidori *Legionen.* Ord. S. Auguſti-
ni Canonicorum Regularium *Marcellum Sanctos*
de S. Petro Clericum ſecularem, cum eodem De-
creto ſuſcipiendi intra ſex menſes habitum per
Canonicos præfatos geſtari ſolitum, & elapſo pro-
bationis anno, emittendi profeſſionem ab ipſis
emitti conſuetam; Datis Literis *apud S. Mariam*
Majorem 1720. *Quinto Idus Januarii Pontificatus*
Anno XXI.

12 Et quoad Præceptoriam Ordinis Militaris San-
cti Joannis Hieroſolymitani, cum in Sacra Con-
gregatione Concilii in ſupradicta Cauſa *Florenti-*
na, de qua meminimus ſupra *num.* 9. quæſitum
itidem fuiſſet -- *An Equiti Aloyſio de Vettoris non-*
dum Profeſſo, & ad dictam Præceptoriam præſen-
tato concedenda eſſet Apoſtolica diſpenſatio? Reſ-
ponſum fuit *Affirmative.*

Poſſunt igitur Beneficia ſimplicia Regularia
conferri Clericis Secularibus, qui habitum ſuſcipe-
re, & Profeſſionem emittere intendant, & quidem
13 nedum a Sede Apoſtolica, verum & ab Ordinariis,
licet iſtis permiſſum non ſit conferre Beneficia
præfata, quæ adnexam habeant adminiſtrationem,
ut reſolvit Sac. Congregatio Concilii apud *Fa-*
gnan. in dict. Cap. Cum cauſam num. 38. & ſeqq.
de Elect. & tradunt *Barboſ. ad Concil. cap. 10.*
num. 10. Tondut. Reſolut. Beneficial. part. 3. cap.
196. *num.* 7. & in terminis Vice-Legati Ave-
nionenſis, dixit *Rot. deciſ. 390. & 463. fere*
per tot. cor. Burat. in quibus Deciſionibus fir-
matur etiam, quod Beneficia ſimplicia Regula-
ria conferri poſſunt ab Ordinariis Clericis ſe-
cularibus habitum ſuſcipere, & Profeſſionem emit-
14 tere volentibus; quamvis adſit Conſtitutio Pon-
tificia, qua caveatur, quod conferri non poſ-
ſint, *niſi Religioſis expreſſe Profeſſis pro tempore*
exiſtentibus, quia intelligi debet de Religioſis
Profeſſis tam *actu*, quam *habitu*, illis videlicet,
qui habitum ſuſcipere, & Profeſſionem emittere
ſunt parati, ad tramites Concilii Tridentini *ſeſſ.*
14. *cap. 10. de Reformat.*

15 Differentiæ autem, quæ vigent inter Proviſio-
nes Beneficiorum Regularium, quæ explentur à
Papa, & alias, quæ ab Ordinariis fiunt, duæ ſunt.
Prima, quod in Proviſionibus Ordinariorum adjici
nequit Decretum -- *ex nunc prout ex tunc, &*
poſtquam proviſus habitum ſuſceperit, & profeſſio-
nem emiſerit Regularem --, quod in ſolis Provi-
16 ſionibus Apoſtolicis apponi conſuevit, ſed pro-
viſiones ipſæ inferiorum Collatorum pure faciendæ
ſunt, & ſimpliciter, ad formam laudatæ diſpoſi-
tionis Conciliaris *dict. cap. 10. ſeſſ.* 14. adeout Pro-
viſi habitum ſuſcipere, & Profeſſionem emittere
omnino teneantur *Fagnan. in dict. Cap. cum Cau-*
ſam num. 39. & ſeqq. de Elect.

Altera differentia eſt, quod proviſio Ordinarii 17
non ſubſiſtit, niſi Proviſus per annum integrum
in Novitiatu perſeveraverit *Tondut. Reſolut. Beneſ.*
part. 3. cap. 196. *num.* 5. At ubi agitur de Pro-
viſione Apoſtolica, reſidet in arbitrio Exequu- 18
toris Profeſſionem recipere etiam anno præfato
non elapſo, ut clare diſponitur in ſecunda parte
hujus Regulæ circa finem *verſ. poſſintque*, quæ
clauſula initio Pontificatus *ſan. mem. Clementis*
VIII. Regulæ primum adjecta fuit, teſte *Rot. de-* 19
ciſ. 329. nu. 6. part. 2. recent. Quod enim dicitur
Profeſſionem ante annum Novitiatus completum
eſſe nullam, ex Concilio Tridentino *cap. 15. ſeſſ.* 20
25. *de Regular.* procedit in Profeſſione emiſſa in
Clauſtro coram Superiore Regulari, non autem
quando agitur de collatione Beneficii Regularis
ab Exequutore facienda prævia d. clauſula *poſ-*
ſintque &c. ut ſequendo hanc Regulam firmant
Tondut. d. cap. 196. num. 5 & ſeqq. Lotter. de Re
Beneſic. lib. 3. quæſt. 26. num. 37. Bordon. de Pro-
feſſ. Regular. cap. 6. quæſt. 17. Eſcaño in Propu-
gnacul. Hieroſolymit. diſcept. 3. cap. 9. num. 11.
ubi de Profeſſione in eo Ordine facta vigore ſpe-
cialis Bullæ Pontificiæ anno non expectato, *Gon-* 21
zalez ad Regul. 8. Gloſſ. 8. num. 87. & ſeqq. Coc-
cin. Adnot. 219. poſt primum Volum. deciſ. Rot. d.
deciſ. 329. n. 2. & per tot. part. 2. recent. repetita
poſt Bordon. de Profeſſ. deciſ. 2.

Neque hæc diſpoſitio Regulæ videtur exorbi- 22
tans ſed potius conformis ſanctioni Concilii *ſeſſ.* 25.
cap. 21. de Regul. ubi decernitur, quod habentes in
Commendam Monaſteria, quæ ſunt *Capita Ordi-*
num, ac Abbatias, ſive Prioratus, teneantur aut 23
Commendæ renunciare, aut infra ſex menſes Re-
ligionem profiteri, & cohærenter ad Sanctionem
Concilii *Bordon. de Profeſſ. Reg. cap. 6. num.* 41.
Unde ſi Concilium præcipit, non expectari annum
ad profitendum, quando dicta Beneficia habentur
in Commendam, ex identitate rationis videtur di- 24
cendum, quod nec debeat expectari, quando
dantur in Titulum, ut ponderat *Coccin. d. ad-*
not. 219. n. 6. & 7. Gonzal. d. Gloſſ. 8. n. 88. Quin-
imo ex alio capite nequit Regulæ diſpoſitio dici
exorbitans, quia nempe de Jure communi nulla, 25
& irrita non erat Profeſſio ante probationis an-
num emiſſa *Cap. ad Apoſtolicam, Cap. Statuimus,*
de Regular. Cap. non ſolum, eodem tit. in 6. &
nova Concilii Tridentini Sanctio, quæ contra-
rium decernit, non comprehendit caſum Clerici 26
Secularis, qui a Pontifice provideri obtinuit de
Beneficio Regulari, ut firmavit *Rot. d. deciſ. 329.*
num. 6. part. 2. recent.

Certum vero tempus, intra quod Secularis de
Beneficio Regulari a Papa proviſus Profeſſionem
emittere debeat, non eſt præfixum, ſed reſidet,
juxta caſuum circumſtantias, in arbitrio Exequuto-
ris tempus ſibi beneviſum determinare, cum
Regula utatur verbo *poſſit*, quod arbitrium, &
facultatem importat, *Gloſſ. in leg. ſæpe audivi* 27
Cæſarem ff. de Offic. Præſid. & Gloſſ. in Cap.
1. *verb. Poteſt. de Regul. Jur. in* 6. & inhæren-
do verbis Regulæ animadvertunt *Tondut dict.*
cap. 196. num. 5. & ſeq. Gonzal. ad Regul. 8.
Gloſſ. 8. num. 90. Kochier. ad hanc Regul. num.
10. *Coccin. d. adnot. 219. in principio*, ubi de
eo, qui ſtatim Literis præſentatis, Profeſſionem
emiſit,

emiſit, & bene *Rot. dict. deciſ.* 329. *n.* 2. *& ſeqq.*
ubi de Profeſſione, non expectato anno probationis emiſſa a Clerico ſeculari, qui Conſiſtorialiter
proviſus fuerat de Abatia, quique proinde a Pontifice recognitus fuerat habilis, & idoneus ut præ-
28 eſſe poſſet Monaſterio & Monachis. Et ſicuti eſt in
facultate Executoris a Seculari proviſo in titulum de Beneficio Regulari, Profeſſionem recipere
anno probationis non elapſo, ita, & eidem idipſum permiſſum eſt reſpectu proviſi de Beneficio
præfato in Commendam, ſi in Literis proviſio-
29 nis adſit Decretum profitendi. Et quamvis obtinens Beneficium Regulare in Commendam pro-
fiteri non teneatur, ut paſſim ſervari videmus,
30 nihilominus id non procedit, quando Papa expreſſe requirit Profeſſionem *Garc. de Benef. part.*
4. *cap.* 4. *num.* 28. cum aliis apud *Tamburin. de Jur. Abat. diſput.* 4. *quæſt.* 4. *tom.* 1.

31 Illud tamen in dubium non revocatur, quod ultra annum Profeſſio differri minime poteſt, niſi in
caſu, quo Pontifici placeat in Literis Proviſionis Beneficii Regularis ad longius tempus illam pro-
trahere. Et in his terminis nova quæſtio alias emer-
32 ſit. Commendavit ſan. mem. *Urbanus VIII. Nicolao Barberino* Pronepoti ſuo Præceptoriam *Fanen.*
Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani cum Decreto, quod *Profeſſionem emittere non teneretur uſque ad trigeſimum ſuæ ætatis annum.* Cumque
poſtmodum ſuſcepiſſet ille Subdiaconatus Ordinem incompatibilem cum Profeſſione in Militia dicti Ordinis emitti ſolita, quæ obligat ad
arma geſtandum contra Infideles, quæſitum fuit, an dicta Commenda ceſſaſſet ex puncto ſuſcepti Subdiaconatus, per quem ſtatus mutatus fuit,
an vero expectandus eſſet annus trigeſimus ad Profeſſionem emittendam præfixus. Et *Armindus Riccius* tunc temporis Subdatarius, & Beneficialiſta inſignis, cenſuit Commendam ceſſaſſe a puncto ſuſcepti Subdiaconatus, quia *ex tunc* ceſſavit
habilitas Commendatarii ad profitendum in Re-
33 ligione militari, & impoſſibilis reddita fuit Profeſſio a Pontifice collatore deſiderata in anno
ætatis trigeſimo *ad Text. in Cap. Beneficium, de Regul. Jur. in* 6. *ibique Gloſſ. Franch. Barboſ.* &
34 communiter *Canoniſtæ.* Semper enim Commenda ceſſare dicitur, quoties devenit ad caſum,
a quo ratione impoſſibilitatis incipere non pote-
35 rat; & regulariter unaquæque diſpoſitio intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus ad *Text.
in Leg. Quod Servius ff. de Condit. ob Cauſ. Leg. Continuus, §. Cum quis ff. de verb. obligat. Leg. Quaro §. Locatorem ff. Locat. Barboſ. Clauſ.* 129.
num. 2. *Ciriac. contr.* 103. *num.* 34. *& ſeqq.* om-
36 neque jus poſtulat, ut qui vult merere ſtipendia Religionis, vitam etiam ab ejuſdem Statutis præſcriptam, agere teneatur, quemadmodum ratiocinatur *Paulus Comitulus Reſponſ. moral. lib.* 1. *quæſt.* 79. *verſ. Et ſane.*

37 Et licet dicta Præceptoria aſſignata fuerit in Commendam pro eo tempore, quo differebatur Profeſſio, cujus Commendæ, Seculares, ſive Clerici,
ſive laici capaces exiſtunt; Nihilominus Pontifex illam commendavit *Nicolao* Pronepoti, tunc laico Seculari, uti habenti in militari Ordine S.
Joannis Hieroſolymitani profitendi aptitudinem, quam non habent Seculares, qui Sac. Ordinibus ſint inſigniti; eaque propter, dum Commen-
38 datarius devenit ad Statum omnimodæ inhabilitatis ad profitendum, bene locum ſibi vindicat diſpoſitio laudati *Textus in Cap. Beneficium de
Regulis Juris in* 6. qui innititur in incompatibilitate novi ſtatus, *Geminian. ibid. num.* 4. *verſ.*
Nota. Cumque ratio hujuſmodi incompatibilitatis 39
æque militet in Beneficio collato in titulum, ac in Beneficio collato in Commendam cum onere profitendi, idem quoque utriuſque reſpectu jus militare
debet, *Leg. his ſolis, verſ. Satis etiam C. de Revoc. donat. L. Illud C. de Sacroſ. Eccleſ. Leg. Item veniunt §. Ait Senatus ff. de petit. Heredit.*

Potiſſimum, quia Pontifex cum præfato *Nico-* 40
lao non diſpenſavit perpetuo ſuper emiſſione Profeſſionis requiſitæ pro aſſequutione Præceptoriæ,
ſed tantummodo indulſit, Profeſſionem differri uſque ad annum trigeſimum ſuæ ætatis; dum
enim Profeſſionem eo tempore deſideravit, per neceſſarium antecedens exoptaſſe quoque cenſendum erit durationem habilitatis ad illam emittendam, cum novum non ſit, quod etiam dum
commendatur Beneficium, apponatur quandoque Decretum profitendi, ut diximus ſupra *num.* 41
30. Unde, cum impoſſibilitas emittendi Profeſſionem evenerit ex facto proprio ipſius *Nicolai*,
excuſari non poterat a Præceptoriæ præfatæ amiſſione, *Gloſſ. in Cap. Licet, Canon. de Elect.
in* 6. *Verb. Prioratus verſ. Si autem incidit, Caſtropal. Oper. moral. tom.* 5. *tract.* 13. *diſput.* 6. *punct.*
6. *n.* 16. *fol.* 452.

Nec refragatur, quod vacatio Præceptoriæ in- 42
duci non poterat, niſi superveniente anno trigeſimo, etiamſi certum eſſet, quod ex impedimento Subdiaconatus Profeſſio in Religione Hieroſolymitana emitti non valuiſſet, ut in terminis Beneficiati obſtricti Sacris Ordinibus inſigniri intra
annum, eſt *Text. in Cap. Cum commiſſa, de Elect. in* 6. -- ibi -- *niſi tunc demum cum ex toto fuerit ipſe annus elapſus* -- & ibidem *Gloſſ. verb.
Elapſus, & infra verſ. Additio*, ubi pro ratione adducit, quod ultima die poterit obtineri Papalis diſpenſatio, & ibidem *Ancaran. verſ. Die
quod, & Franc. num.* 3. *Rebuff. in Prax. tit. de non promot. inter annum num.* 48. Quia hæc præ-
cedunt in terminis impedimenti reſultantis ex ſola 43
culpoſa coarctatione, ſeu abbreviatione temporis, ſuper quo diſpenſatio eſt conceſſibilis, & paſſim
conceditur per ejuſdem terminis protogationem; ſecus, ubi impedimentum reſultat a perpetua inhabilitate ſuperveniente, ſuper qua non conſuevit
diſpenſari. Nunquam enim Subdiaconus diſpenſatus fuit ad emittendam Profeſſionem in Ordine militari, cujus inſtitutum propter tractationem Armorum eſt cum vita & Profeſſione Sacerdotali
prorſus incompatibile; Proindeque fruſtra ſperari poterat diſpenſatio, quæ nunquam concedi ſolita, impoſſibilis judicatur *Gonzal. ad Regul.* 8.
Gloſſ. 12. *nu.* 89. *Capmaq. dec.* 89. *nu.* 3. *part.* 3.
Atque ex his rationibus pro ceſſatione Com- 44
mendæ a puncto ſuſcepti per *Nicolaum* Subdiaconatus fuit de facto reſolutum, dum ſan. mem.
Alexander VII. Præceptoriam præfatam habuit uti vacantem, & ex ea erexit tres Commendas, quas tribus Equitibus Hieroſolymit. jam profeſſis contulit.

Cœterum, quatenus Regula diſponit, quod in 45
caſu receptionis in Religionem, Secularis de Beneficio Regulari proviſi, apponantur in Literis clauſulæ *ſi petens idoneus ſit, aut aliud Canonicum ſibi
non obſiſtat impedimentum*, advertendum eſt, quod clauſulæ præfatæ, etiamſi non eſſent appoſitæ, adhuc de jure ſubintelligerentur, proindeque non ſuſpendunt Gratiam, nec reddunt eam
conditionalem, ſed ſonant in monitionem, & ad 46
quandam Executoria inſtructionem apponuntur, cum qualitas idoneitatis ſit pura, & certa in rerum natura, licet a Nobis ignorata, antequam detegatur, *Lap. Allegat.* 60. & ibidem

Mandoſ. litt. E, Card. de Luc. de Beneſic. diſc. 25.
num. 13. *Tondut. reſol. benef. part.* 2. *cap.* 4. §. 2.
num. 26. *uſque ad finem*, *Rota in Burgen. Canoni-
catus penes Marcheſ. par.* 1. *cap.* 1. *pag.* 359. *nu.* 4.
& ſeqq. ubi late examinatur materia, & reſpon-
detur contrariis *& dec.* 283. *n.* 4. *cor. Carill. & de-
ciſ.* 256. *num.* 3. *& ſeqq. part.* 12. *& deciſ.* 141.
num. 33. *& deciſ.* 332. *n.* 12. *part.* 16. *& deciſ.* 136.
num. 2. *part.* 17. *recent.* & diximus in *Comment.
in Regul. LII.*
47 Ex quo principio ſequitur, quod, ubi Gratia
proviſionis Beneficii Regularis eſt exequibilis; dici-
tur a principio pura, & collatio facta cenſetur in
ipſo inſtanti Reſcripti Apoſtolici, non vero in illo, in
quo Exequutor decernit, Literas exequutioni man-
dari, nec tali caſu fit ulla retrotractio, cum idoneitas
eſſet certa, & per inquiſitionem Exequutoris ſo-
lum reveletur, & manifeſtetur *Rot. in dicta Bur-
gen. Canonicatus penes Marcheſ. num.* 5. *& deciſ.*
122. *nu.* 19. *& ſeqq. part.* 10. *& dec.* 332. *part.*
16. *rec. & in Melphicten. Cappellaniæ* 17. *Junii*
1699. §. *Quidquam coram Muto*, *&* 17. *Junii*
1700. §. *Diſtribuendo*, *coram Anſaldo*, *& in
Tuden. Parochialis* 20. *Novembris* 1705. §. *Ne-
que*, *coram clar. mem. Card. Scotto*, *& in Piſa-
na Cappellania* 15. *Januarii* 1706. §. *Quæ diſpen-
ſatio*, *cor. Lancetta inter impreſſ. deciſ.* 394. ubi in
§. *Maxime* dicitur fortius id procedere ſi adſit
48 clauſula *dummodo tempore Datæ præſentium*. Et con-
traria procedunt, ubi narrativa Gratiæ non eſt ve-
rificata, neque verificabilis juxta caſum, de quo
49 *Rota coram Dunozz. deciſ.* 367. *nu.* 22. & adver-
tit eadem *Rota deciſ.* 176. *part.* 17. *Recent. & dec.*
283. *num.* 3. *coram Carillo.*
Limitant tamen nonnulli DD. Concluſionem
50 hanc, ſi in Literis proviſionis Beneficii adſit Clau-
ſula -- *Si tibi conſtiterit, illum eſſe idoneum*, quam
reddere ajunt Gratiam conditionalem, dum neceſ-
ſario expoſcit Cauſæ cognitionem, ut diſtinguit
Lap. allegat. 60. *ſub num.* 2. *verſ. Secus*, *Tondut.
dict. part.* 2. *cap.* 4. §. 2. *num.* 9. & generaliter,
51 quod Clauſula -- *conſtito* -- reddat Commiſſionem,
& Delegationem conditionalem, tradunt, *Ad-
den. ad Alexan. conſ.* 218. *litt. C. lib.* 2. *Marta
de Clauſ. par.* 19. *nu.* 5, *Marcheſ. de Commiſſ. par.*
1. *pag.* 320. *n.* 57. *Ricc. Collect.* 1675. *in princip.
Garc. de Beneſ. part.* 6. *cap.* 3. *num.* 36. *Coſta de
Retrotract. cap.* 8. *caſ.* 19. *num.* 14. *&* 15. *Rot.
in Rec. deciſ.* 40. *num.* 1. *par.* 1. *deciſ.* 343. *nu.* 14.
par. 6. *deciſ.* 283. *num.* 2. *part.* 10. *& coram Otto-
bon. deciſ.* 153. *nu.* 3. Potiſſimum, ſi dictum fuerit --
conſtita tibi legitime -- quod verbum *legitime* magis
52 aggravat Exequutorem ad effectum aſſumendi
partes Judicis, & ſervatis ſervandis per legitimas
probationes verificandi narrata, *Gratian. Diſcept.*
961. *num.* 9. *Rot. poſt Cenc. de Cenſib. deciſ.* 8. *nu.*
8. *& deciſ.* 36. *num.* 3. *& ſeqq. & coram Ottho-
bon. deciſ.* 153. *n.* 3. *& in Uladiſlavien. Emphy-
teuſis* 23. *Jun.* 1659. §. *Neque urgere*, *coram*
53 *Veroſpio*. Eodemque modo, Clauſulam *ſi per ſoler-
tem inquiſitionem idoneum eſſe repereris* -- opera-
ri, quod Gratia ſit conditionalis, tradit *Bellamer.
deciſ.* 667. quia actus ipſe inquiſitionis reddit ac-
tum conditionalem, *Vitalin. in Clement. unic. nu.*
21. *&* 23. *de Conceſſ. Præben.* Et de clauſula -- *de
præmiſſis diligenter informes* -- *Alexand. conſil.*
218. *num.* 3. *&* 4. *lib.* 2. *Gozadin. conſ.* 2. *nu.* 16.
17. *&* 18.
54 Verum in hac materia unice attendenda eſt qua-
litas narratorum; Si enim Gratia contineat tantum
qualitates, & clauſulas, quæ inſunt de jure, &
ſunt certæ in rerum natura, quæque ſonant in
monitionem, nempe -- *ſi idoneum eſſe repereris* --
ſi nullum obſtet Canonicum impedimentum &c. pro-
fecto in his terminis Gratia eſt pura a principio,
ſive ſimpliciter -- dicatur -- *ſi idoneum eſſe repere-
ris* -- ſive -- *Conſtito de idoneitate* -- ſive -- *per ſo-
lertem informationem &c.* cum Clauſulæ præfa-
tæ tantummodo concernant exequutionem Gra-
tiæ, ſed illius ſubſtantiam non ſuſpendant, ut
declarando *deciſionem Bellamer.* firmatur in di-
cta Deciſione *Burgen. Canonicatus* apud *Mar-
cheſ. pag.* 359. *num.* 6. At ubi Gratia continet
qualitates extrinſecas, & circumſtantias, quæ ta- 55
cite de jure non inſunt, nec ſonant in monitionem,
& Princeps mandat, eas juſtificari coram Exequu-
tore cum clauſulis *Conſtita &c. de præmiſſis te infor-
mes &c.* tunc Gratia eſt conditionalis, requirens pu-
rificationem earundem conditionum cum plena
Cauſæ cognitione, ut bene diſtinguunt *Alexand.
& Gozadin.* in locis mox laudatis. Ex quorum
DD. auctoritate, dixi in *Comm. ad Regul. LII.*
quod, cum *Titius* Clericus impetraſſet a Pontifice
mandatum de diſpenſando ab Irregularitate ſub 56
narrativa, quod cum in minori eſſet ætate con-
ſtitutus, caſualiter homicidium commiſiſſet, ac
ſexdecim anni jam erant elapſi a die perpetrati
delicti, & Papa mandaſſet Ordinario, *ut conſtito
ſibi legitime de præmiſſis*, *diſpenſaret &c.* Dixi, in-
quam, Gratiam eſſe conditionalem, & ante ju-
ſtificationem narratorum nihil ponere in eſſe,
nec operari a tempore illius *Datæ*, ſed a die Exe-
quutionis, cum qualitates per ipſum narratæ eſſent
circumſtantiæ extrinſecæ, nec de jure inerant; & in
his vere terminis procedunt DD. ſupra laudati in
terminis clauſulæ *Conſtita &c.* quod faciat Gratiam 57
conditionalem, ut ſcilicet intelligi debeant, quan-
do narratæ qualitates ſunt extrinſecæ, & de jure
non inſunt.
Nec obſtat exemplum Gratiæ *in forma dignum*, 58
quæ operatur ab initio, nec eſt conditionalis. Si-
quidem id verum eſt, ſi tantummodo contineat
qualitates, & clauſulas, quæ inſunt de jure; At
quando cum iis clauſulis involvitur aliquod fa-
ctum extrinſecum, ut *conſtito de Jurepatron.* -- 59
verificato tali defectu &c. tunc, aut in ventre Li-
terarum adeſt clauſula retrotractiva, *perinde ac
ſi a die Data Pontifex contuliſſet Canonicatum
&c.* & Gratia præfata ſuum operatur effectum
a momento, quo conceſſa fuit, *Vitalin. in Cle-
ment.* 1. *de Conceſſ. Præben. num.* 43. *&* 53. *Za-
barell. ibidem num.* 22. *Adden. ad deciſ.* 2. *in
fine*, *de Conceſſ. Præben. in novis*, *Rot. dec.* 10.
& 12. *per tot. eodem tit. in novis.* Aut deficit
d. clauſula retrotractiva, & hoc caſu Gratia ſem- 60
per remanet conditionalis, nec illius exequutio
poteſt retrotrahi in præjudicium ejus, cui medio
tempore jus quæſitum fuit, ut perpendit *Zabarella*
loco mox laudato.
Demum, Regula in eo, quod decernit, ut ex- 61
primatur, *ſi certus numerus Religioſorum ſit ibidem*,
cui etiam non derogetur, *niſi expreſſe concedatur*,
concordat cum Decretali *in Cap. Conſtitutus*, *de
Reſcript.* ubi cavetur, quod certi numeri Canoni-
corum fieri debeat mentio, quia in dubio non præ-
ſumitur Pontificem derogare velle certo, & ſtatuto
Regularium numero.

REGU-

REGULA LX.

De Tranſlatione Religioſorum.

ITem, ſi Regularis petat ſibi de Beneficio ab aliquo Monaſterio, vel alio Regulari loco dependente, provideri, & appareat ex petitione hujuſmodi, quod alterius Monaſterii, vel loci Religioſi ſit, licet ibi Tranſlatio non petatur, nihilominus illa veniat.

ARGUMENTUM

PATET EX SUMMARIO.

SUMMARIUM.

1 *Religioſi unius Ordinis ſunt de jure incapaces Beneficiorum alterius Ordinis. Et de ratione.*

2 *Et raro Pontifices ſuper hac incapacitate diſpenſare ſolent.*

3 *Quamvis Beneficium alterius Ordinis petatur in Commendam. Et exſcribitur exemplum denegatæ hujuſmodi Diſpenſationis.*

4 *Beneficia unius Ordinis obtinere non poſſunt Religioſi alterius, quamvis eamdem Regulam profiteantur.*

Et ita reſolutum a Sac. Congregatione Rebus Conſiſtorialibus præpoſita. num. 5.

6 *Beneficia Regularia in Galliis poſſunt vigore Indulti a Clemente IX. Senatui Pariſienſi conceſſi commendari Secularibus a Senatu nominatis, ſed non alterius Ordinis Regularibus.*

7 *Monaci unius Monaſterii abſque Apoſtolica diſpenſatione obtinere nequeunt alterius Monaſterii Beneficia, ex Decretali* in Cap. Cum ſingula, de Preb.

8 *Nec Abbas unius Monaſterii capax eſt Beneficiorum inferiorum alterius Monaſterii*, & num. 12.

9 *Ejuſque reſpectu, licet non militet una ex rationibus Decretalis* Cum ſingula, *militant tamen aliæ quinque ejuſdem Decretalis rationes, quæ recenſentur*, & num. 10.

11 *Et ita reſolutum a Sac. Congregatione Concilii, quæ nec diſpenſare voluit cum electo Abbate unius Monaſterii, ut alterius Monaſterii Prioratum retinere poſſet*, & num. 12.

13 *Monachus unius Monaſterii capax eſt Abbatiæ principalis alterius Monaſterii, ſi ad illam eligatur.*

14 *Sed obreptitia eſt Gratia proviſionis Abbatiæ Monaſterii reportata a Sede Apoſtolica per Monachum Monaſterii diverſæ Congregationis, circumſtantia hac reticita*, & num. 16.

Et ita reſolutum a Congregatione particulari, num. 15.

17 *Monachus unius Monaſterii non aliter incapax eſt Beneficiorum alterius, quam ſi in eo adſit conſuetudo, quod illius Officia, & Beneficia adminiſtrari non poſſint, niſi a propriis Monacis.*

18 *Et ob defectum hujuſmodi conſuetudinis, Religioſi Ordinis S. Antonii Viennen. in uno Monaſterio adſcripti, ſunt capaces Beneficiorum alterius Monaſterii.*

19 *Similiter Monachus capax eſt Beneficiorum alterius Monaſterii a ſuo Monaſterio dependentis.*

20 *Vel ſi adſit canonica illius tranſlatio ad Monaſterium, in quo ſitum eſt Beneficium.*

21 *Nec neceſſe eſt, quod Tranſlatio præfata ſit expreſſa, ſed licet non petita veniat, ſemel ac Monacus, qui ſupplicat provideri de Beneficio alicujus Monaſterii, exprimit eſſe diverſo Monaſterio adſcriptum, vel quod ex petitione appareat, quod ſit alterius Monaſterii Religioſus.*

22 *Intellige, quando Impetrans eſt ejuſdem Ordinis, & petit Beneficium alterius Monaſterii, ſecus ſi alterius ſit habitus, vel Profeſſionis, quo caſu Tranſlatio debet eſſe expreſſa*, & num. 24.

23 *Reprobatur aſſertio* Rebuffi *exiſtimantis, quod diſpenſatio conceſſa Regulari obtinendi, & retinendi duo Beneficia Regularia cujuſcumque Ordinis, vim habeat Tranſlationis, eumque capacem reddat obtinendi diverſi Ordinis Beneficia.*

25 *Duo Beneficia Regularia ſine Apoſtolica diſpenſatione retineri non poſſunt.*

26 *Ubi plura concurrunt obſtacula, omnia removeri debent, nec diſpenſatus ab uno, cenſetur ab altero diſpenſatus.*

DE Jure communi Religioſi unius Ordinis in- 1
capaces ſunt Beneficiorum alterius Ordinis,
cum indecorum ſit, & rationi diſſonum, homines
diſparis Profeſſionis, & habitus in eadem Eccleſia ſociari. Hinc *Deuteronom. Cap.* 22. prohibetur, *arare in Bove, & Aſino*, ideſt homines diverſæ Profeſſionis in uno Officio aſſociare *Cap. in nova* 16. *quæſt.* 7. *Clement.* I. *de Elect. Concil. Trident. ſeſſ.* 14. *cap.* 10. *ubi*, *Barboſ. num.* 8. *Rebuff. in Prax. Benef. tit. de Diſpenſ. cum Regular. num.* 2. *& ſeqq. Rodriquez. tom.* 1. *quæſt. Regul. quæſt.* 34. *artic.* 7. *Murg. de Benef. quæſt* 3. *numer.* 901. *Gonzal. in Regul. VIII. Cancellar. Gloſſ.* 8. *num.* 96. *Pax Jordan. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 27. *numer.* 2. *Solier. ad Paſtor. de Benef. lib.* 3. *tit.* 45. *litt. C. Sanchez. ad Præcept. Decalog cap.*
20. *num.* 30. ubi ſubdit, nec Pontificem ſolitum 2
eſſe diſpenſare, ut Religioſi unius Ordinis alterius Ordinis Beneficia aſſequantur; addimus
Nos, *nec etiam in Commendam*; Hinc Epiſcopo 3
ex Ordine Fratrum Prædicatorum aſſumpto, ſupplicanti

plicanti pro Indulto, ut poſſent ei commendari Beneficia Ordinis S. Benedicti, denegata fuit Gratia *die 5. Septembris* 1659. cum Reſcripto *Nihil.* Caſus erat quod Epiſcopus *Auraſicanus* ſpetabat ſibi concedendum in Commendam Prioratum *S. Petri de Virgan.* per Cardin. Mazzarinum Abbatem S. Victoris, a cujus Abbatia Prioratus præfatus dependebat, & commendatitias preces Cardinalium Antonii *Barberini*, & *Eſtenſis* fruſtra adhibuit: *Ex Bibliothec. Eminentiſſimi D. Card. Otthoboni tom 59. Mater. Diver. pag.* 245.

B neficia quoque unius Ordinis, & Inſtituti
4 de jure conferri non poſſunt Profeſſis alterius Inſtituti, quamvis eandem Regulam profitentibus, ut præter mox laudatos DD. tradunt, *Faber in Codic. lib.1. tit.2. Definit.* 77. *Scopp. ad eumdem Exempla at.* 77. Et reſolutum fuit a Sacra Congre-
5 gatione Rebus Conſiſtorialibus præpoſita *die 17. Martii* 1705. Cum enim Pater *Honoratus Lucas* in Abbatem Generalem Canonicorum Regularium Ordinis Præmonſtratenſis electus, cui in Congregationibus generali, & particulari denegata fuerat retentio Prioratus *de Vouton* Ordinis S. Auguſtini *Senonen.* Diœceſis, iterum ſupplicaſſet pro eadem retentione, ſed ad effectum erogandi reditus ejuſdem Prioratus favore Monaſt. *S. Joannis Baptiſta*, quod eſt Caput Ordinis Præmonſtratenſis, quamplurimo ære alieno gravati; in Congregatione habita die 4. Decembris 1704. reſponſum fuit, *doceat de Titulo, ſeu decennali*; Cumque hujuſmodi Decreto obtemperaſſet, prodiit reſponſum *Negative*, ex quo Titulus exhibitus erat infectus, cum proveniret à Commendatario Ordinis S. Auguſtini, qui non poterat Prioratum ejuſdem Ordinis commendare Canonico Præmonſtratenſi diverſi Ordinis, & Inſtitui, quamvis eandem Regulam S. Auguſtini profitenti. Nec *P. Honorato* ſuffragari poterat
6 Indultum a ſan. mem. *Clemente IX.* conceſſum ad favorem Senatus Pariſienſis a quo ad Prioratum præfatum nominatus fuerat, de quo Indulto *Doujat in ſpecim. Juris Gallic. pag. 24. & ſeqq.* Nam in eo conceditur quidem poteſtas commendandi Regularia Secularibus a Senatu nominandis, ſed non tribuitur facultas commendandi Beneficia unius Ordinis Religioſis alterius Ordinis. Ratio vero convertendi reditus Prioratus in utilitatem Monaſterii *S. Joannis Baptiſta* parvipenſa fuit, ex quo agebatur de Prioratu diverſi Ordinis.

Monaci itidem unius Monaſterii abſque Sedis
7 Apoſtolicæ diſpenſatione obtinere nequeunt alterius Monaſterii Beneficia, cum Monacho *non liceat habere locum in diverſis Monaſteriis*, ut inquit *Bonifacius VIII. in Cap. Cum ſingula* 32. §. *Prohibemus de Præbend. in* 6. eique inhærendo, firmant communiter *Novar. de Regular. Comment. 4. ſub num. 33. verſ. Ad quod reſpondeo column. 2. Rebuff. in Prax. Tit. de Diſpenſat. cum Regular. num. 2. & ſeqq. Barboſ. ad Concil. ſeſſ. 14. de Reformat. cap. 10. num. 8. Murga de Beneſ. quæſt. 3. ſub num. 901. Quæſad. in hanc Regul. in princip. Bengaus, & Piaſon. de Beneſic. Tit. de Canon. inſtit. §. 2. num. 23. pag. 350. Gonzal. in Regul. 8. Gloſſ. 8. num. 108. & ſeqq. Paſtor de Beneſ. lib. 3. tit. 45. num. 9. ibique Solier. litt. C.*

8 Locumque ſibi vindicat laudatæ Decretalis *in Cap. Cum ſingula* diſpoſitio, etiam in Abbate, qui nec capax eſt obtinendi Beneficia inferiora alterius Monaſterii. Quamvis enim nonnulli Do-
9 ctores exiſtiment laudatæ Decretalis rationem in eò eſſe repoſitam, quod non debeat idem Monachus duobus Superioribus ſubeſſe, & obedientiam præſtare, quæ ſane ratio congruere non videtur Abbati, qui Superiorem non agnoſcit, nec alteri obedientiam præſtat, ut præcæteris tradunt *Rebuff. in Prax. Tit. de diſpenſ. cum Regular. num. 10. Rodriq. quæſt. Regular. tom. 1. quæſt. 34. art. 9. circ. med. Solier. ad Paſtor. de Beneſic. lib. 3. quæſt. 45. litt. C.* Nihilominus *De-*
cretalis ipſa generaliter loquitur, illiuſque prohi- 10
bitionis quamplurimæ aliæ perpendi poſſunt rationes æque adaptabiles Abbati alterius Monaſterii; quia nempe eligens vitam in uno Monaſterio, ita eſt eidem alligatus, ut inde ſe moveri non poſſit, *Paſtor de Beneſic. dict. lib. 3. quæſt. 45. numer.* 9. Rurſus, ne detur occaſio evagationis, quæ præ cæteris eſt Religioſis auferenda, ut dicitur in principio ejuſdem *Decretalis*; & ibi *Gloſſ. verb. auferenda* ait, quod Monaſterium eſt eis tanquam Carcer; Tertio, quia refrenanda eſt ambitio Monachorum, qui cum habeant locum, & deſignationem in Monaſterio ſuo, cupiunt in aliis Dignitates obtinere *Joannes Menoch. in dict. cap. Cum ſingula num.* 1. ubi ait, quod hæc *Decretalis obviat ambitioni Monachorum, & eam multiplicibus pœnis conſtringit* -- ibique etiam *Ancaran. num. 1. & Butr. num.* 3. Quarto, quia Abbas unius Monaſterii obtinendo Beneficium in altero, haberet vocem in duobus Monaſteriis, quod non licet, *Franch. in dict. cap. Cum ſingula §. Prohibemus num. 1. in fine, & Geminian. num.* 2. Quinto demum, quia abſonum eſt, quod Abbas, qui in ſuo Monaſterio Caput eſt, & Superior, accedendo ad aliud figuram ſubditi induat.

Et hanc ſententiam amplexa fuit Sac. Congre- 11
gatio Concilii *in Bambergen. annis* 1713. 1714. & 1715. Caſus erat, quod *P. Chriſtophorus Erneſtus de Guttemberg* Monachus Profeſſus, & Capitularis Monaſterii *Falden.* Ordinis S Benedicti, in quo Præpoſituram *in Celle* nuncupatam, obtinebat, promotus fuit a Sede Apoſtolica ad Abbatiam Monaſterii S. Michaelis *Bambergen.* ejuſdem Ordinis cum retentione Præpoſituræ præfatæ. Verum, cum clar. mem. Cardinalis *Buſſius* Nuncius, & Viſitator Apoſtolicus ad Tractum Rheni, perluſtrando dictam Præpoſituram, illam reſidentialem, & dependentem a Monaſterio *Fuldenſi* agnoviſſet; ac mandaſſet Abbati *Fuldenſi*, ut alterum Monachum nominaret, Pater *Guttemberg* recurſum habuit ad Sac. Congregationem Concilii, in qua diſcuſſo dubio -- *An Chriſtophorus Erneſtus de Guttemberg Monachus Abbatiæ Fuldenſis ſimul retinere poſſit Præpoſituram in Celle una cum Abbatia Monaſterii S. Michaelis Bambergen. in caſu?* Die 31. *Decembris* 1713. reſponſum fuit *Negative*, ac in eodem ſenſu perſtitum *die 28. Aprilis* 1714. nec-
non 23. *Februarii* 1715. Et in hac poſtrema 12
Cauſæ propoſitione, nec placuit Sac. Congregationi indulgere laudato *P. Guttemberg.* Diſpenſationem pro retinenda dicta Præpoſitura una cum Abbatia *Bambergenſi.* Motivum vero principale Reſolutionis, nedum fuit qualitas reſidentialis Præpoſituræ *in Celle*, verum quia expreſſum Pontifici non fuerat, quod ipſa dependebat a Monaſterio diverſo ab illo, ad quod promovebatur in Abbatem.

Cæterum, etſi Monachus unius Monaſterii non ſit capax Beneficii alterius Monaſterii, capax ta-
men eſt Abbatiæ principalis, ſi ad illam eligatur; 13
Diſpoſitio namque Decretalis in laudato *Cap. Cum ſingula*, dum prohibet proviſionem, & retentionem Benefi-

Digitized by Google

Beneficiorum in diverſo Monaſterio, loquitur de
Prioratibus, & Beneficiis inferioribus, non autem
de Abbatia principali, ad quam extraneum Mo-
nachum promoveri Canonica jura non vetant,
Gloſſ. in Cap. Monaſterium de Elect. ibique Butr,
num. 1. Abbas num. 3. & in cap. Cum Dilectus
num. 2. in fin. de Conſuetud. ubi etiam *Gonzal.*
ſub num. 3. Turrecrem. in Can. Nullus ſub num. 2.
diſtinct. 61. ibique Præpoſit. num 4. Pirbing. in
Jus Canon. tom. 1. tit. 6. ſect. 8. §. 3. num. 372.
verſic. Notandum ſecundo, Eminentiſſimus Petra
ad Conſtit. Apoſtolic. tom. 1. ad Conſtit. 2. Euge-
nii III. num. 76. Paſſerin. de Elect. cap. 25. num.
661. Solier. ad Paſtor. de Benefic. lib. 3. tit. 35. litt.
C. pag. 462.

14 Quod ſi Monachus obtineat a Sede Apoſtolica
promoveri ad Abatiam Monaſterii unius Congre-
gationis, reticita circumſtantia, quod ſit Mona-
chus Monaſterii diverſæ Congregationis, Gratia
erit utique obreptionis vitio infecta, ut reſolutum
fuit a Congregatione particulari, *anno* 1674.
Obtinuerat *P. Onoratus Marliano* Placentinus
Monachus Profeſſus in Congregatione Caſſinenſi
a *fan. mem. Clemente X.* per organum Datariæ
provideri de Monaſterio; Abbatia *Oratorio Da-*
ciæ nuncupata *Aurifien.* Diœceſis in Dacia, Con-
gregationis *Buſfeldenſis*, quod una cum illius
fructibus ab Hæreticis occupabatur, & in præ-
rogativa Abbatis conſtitutus, exemptum ſe præ-
tendebat a Superioribus Congregationis *Caſſinen-*
ſis. Verum Superioribus præfatis id ægreferen-
tibus, ac Deputata ad eorum inſtantiam Con-
gregatione particulari, cui interfuerunt Cardina-
les *Carpinens, & S. Sixti*, ac ex Prælatis *Bran-*
catius, Pignatellus, Fagnanus, Sluſius, Caſalis,
& Pilaſtrus, Menſe *Decembris* 1674. reſolutum
15 fuit, *Literas Apoſtolicas Oratori non ſuffragari,*
eumque ſubeſſe Superioribus Congregationis Caſſi-
nenſis. Quæ Reſolutio, ut excerpſi ex notis Ms.
Fagnani in dicta Cauſa exaratis, innixa fuit ob-
reptioni Gratiæ, dum *P. Marliani* Pontifici reti-
16 cuit, ipſum eſſe Monachum Congregationis *Caſſi-*
nenſis, & Monaſterium *Daciæ* ſpectare ad Con-
gregationem *Buſfeldenſem.*

At vero quod diximus, prohibitum eſſe Mo-
nachis unius Monaſterii, Beneficia alterius obti-
nere, plures recipit declarationes ex eadem De-
17 cretali *in Cap. Cum ſingulæ* depromptas. Et pri-
mo locum ſibi vindicat in iis dumtaxat Monaſte-
riis, in quibus adeſt conſuetudo, quod eorum offi-
cia exerceri, & adminiſtrari non poſſint per Mo-
nachos alterius Monaſterii, ſecus vero, ſi Conſue-
tudo præfata non vigeat, ut ex litera laudatæ De-
cretalis ibi -- *conſueta per eoſdem Monachos guber-*
nari -- & tradunt, *Gonzal. in Regul.* 8 *Gloſſ.* 8.
num. 110. *Rot. in Tranen. Præceptoriæ* 13. *Martii*
1689. *§. Denique, & 2. Junii* 1696. *§. final. cor.*
Urſino, in quibus Deciſionibus firmatum fuit,
quod Religioſi Ordinis *S. Antonii de S. Antonio*
18 *Viennen.* in uno Monaſterio adſcripti, ſunt capa-
ces Beneficiorum alterius Monaſterii, quia in di-
cta Religione non adeſt conſuetudo, quod Benefi-
cia, & Officia unius Monaſterii, non poſſint admi-
niſtrari per alterius Monaſterii Religioſos.

19 Secundo declaratur, ut procedat in diverſis
Monaſteriis quorum unum ab altero non depen-
det, nam ſi hujuſmodi adſit Monaſteriorum de-
pendentia, non prohibetur Monachum unius Mo-
naſterii, Beneficia, & Officia in altero obtinere,
ut habetur in ſæpe laudata Decretali *Cum ſingula*,
& tradit *Rebuff. in Prax. Tit. de Tranſlat. Mo-*
nach. ſub num. 16. & 20.

Tertio, ceſſat prohibitio præfata, ſi adſit cano- 20
nica Tranſlatio Monaci de ſuo ad Monaſterium,
in quo ſitum eſt Beneficium, quemadmodum de-
promitur ex eadem Decretali *Cum ſingula, verſic.*
cum illis non liceat & tradit *Rebuff. in Prax. d. tit.*
de Tranſlat. Monach. num. 15. *& ſeqq.*; Nec ne- 21
ceſſe eſt, quod hujuſmodi Tranſlatio ſit expreſſa;
ſed ſufficit, quod ubi Regularis petat ſibi provi-
deri de Beneficio alicujus Monaſterii, vel expri-
mat, ſe diverſo Monaſterio adſcriptum eſſe, vel,
quod appareat ex petitione, quod ſit alterius
Monaſterii Religioſus; In unoquoque enim ex
dictis caſibus venit Tranſlatio, licet non peta-
tur, ut habetur in hac Regula; Et ratio eſt,
quia Papa providendo Monachum unius Mo-
naſterii, de Beneficio alterius, videtur eum
transferre, tanquam per neceſſarium conſequens
Gloſſ. & DD. in Cap. Quia in tantum, de Præben.
Can. ſi quis in Clero 7. quæſt. 1. Rebuff. dict. Tit. de
Tranſlat. Monach. num. 16. *&* 21. *Bouchel. in Biblior.*
Canon. Verb. Tranſlation. pag. mihi 648. *verſ.*
Item que ſi le Pape, & pag. 649. *verſic. Il n'y a point.*

Quod tamen locum ſibi vindicat, quando Im- 22
petrans eſt ejuſdem Ordinis, & petit Beneficium
alterius Monaſterii, ut patet ex Regula ibi -- *Al-*
terius Monaſterii, vel loci -- At ſi Regularis unius
Habitus, vel Profeſſionis, peteret Beneficium al-
terius Ordinis, tunc non veniret Tranſlatio, niſi
in ſupplicatione adeſſent clauſulæ illam expreſſe
præſeferentes; ut de Praxi Cancellariæ teſtatur
Sot. in hanc Reg quæ eſt inter ſuas in ordine la 66.
& ibidem, *Kochier. Rebuff. dict. Tit. de Tranſlat.*
Monach. num. 18.

Atque hinc dubia videtur aſſertio ejuſdem *Re-*
buff. qui *d. Tit. de Tranſlat. Monach. ſub n.* 21. exi- 23
ſtimat, quod ſi Religioſus ſit diſpenſatus ad duo
Beneficia Regularia cujuſcumque Ordinis, diſpen-
ſatio hæc vim habeat Tranſlationis, & redditur
ipſe vigore ejuſdem diſpenſationis capax Benefi-
ciorum alterius Ordinis, tum per hanc Regulam,
tum quia alias diſpenſatio parum prodeſſet. Si-
quidem, Regula, ut dictum eſt, procedit tan- 24
tummodo in Profeſſo unius Monaſterii, qui obti-
net a Papa provideri de Beneficio alterius quidem
Monaſterii, ſed ejuſdem Ordinis, non autem de
Profeſſo in uno Ordine, cui conferatur Benefi-
cium Monaſterii alterius Ordinis; Et quod attinet
ad Diſpenſationem, illa prodeſt in hoc, quod
Diſpenſatus retinere valet duo Beneficia Regula- 25
ria in eodem Ordine, quod de jure prohibitum
eſt, ſed operari nequit Tranſlationem ad Ordinem
diverſum, pro qua neceſſaria eſt alia particularis
Diſpenſatio, nam ubi plura ſunt obſtacula, om- 26
nia debent removeri, nec diſpenſatus ab uno,
cenſetur quoque ab alio diſpenſatus *Cap. Paſtora-*
lis de Privileg. Cap. In tantum de auth. & uſu
Pall. Cap. 2. de Filiis Presbit. in 6. Lotter de Re
Benef. lib. 1. quæſt 40. num. 192. *Gonzal. in Reg.*
8. *Gloſſ.* 12. *n.* 97. *Rot. decif.* 87. *num.* 8. *coram Gre-*
gor. dec. 360. *num.* 4. *cor. Bichio.*

REGULA

REGULA LXI.

De Clauſula, ſi eſt ita.

ITem, quod in Literis ſuper Beneficiis per Conſtitutionem *Execrabilis* vacantibus ponatur clauſula, *ſi eſt ita*, ſimiliter de quibuſcumque narratis informationem facti requirentibus.

ARGUMENTUM.

IN Literis ſuper Proviſionibus Beneficiorum vacantium per Conſtitutionem *Execrabilis*, ac aliis, in quibus narrata Pontifici informationem facti requirunt, mandat Regula apponi clauſulam, *ſi eſt ita*, quæ etſi æquipolleat clauſulæ -- *ſi præces veritati nitantur &c.* & alteri -- *veris exiſtentibus narratis* --, ſuperflua tamen non eſt, dictæque clauſulæ etiam non expreſſæ in quibuſcumque Gratiis de jure ſubintelliguntur. Requirit clauſula -- *ſi eſt ita* -- narratorum verificationem, & quidem non a Reo, & Poſſeſſore, ſed ab Actore faciendam, dummodo tamen ea exprimatur in Reſcripto, nam ubi de jure tantum intelligitur, prout contingit in Literis expeditis in forma gratioſa, narrata verificanda non ſunt, niſi legitimus adſit Contradictor; Et an clauſula præfata, ſive expreſſe appoſita, ſive tacite ſubintellecta, requirat Cauſæ cognitionem? Inter effectus quoque dictæ clauſulæ -- *ſi eſt ita* -- numerantur illi, quod requirat Partis, aut tertii citationem, ſi eorum adſit præjudicium, quodque faciat Gratiam conditionalem, & non puram ab initio, dummodo tamen narratæ fuerint qualitates extrinſecæ requirentes informationem facti, ſecus ſi narrativa verſetur circa qualitates intrinſecas, quæ de jure inſunt, nam hoc caſu, non obſtante clauſula, *ſi eſt ita*, Gratia erit pura, & perfecta a puncto illius conceſſionis; Clauſula itidem, quæ legitur in Literis Exequutori directis -- *ſi ita eſt Canonicatum &c. Conferre, & aſſignare auctoritate noſtra cureris* -- importat mandatum de providendo, non collationem, unde, mortuo Collitigante, non competit ſuperſtiti, qui Beneficii proviſionem cum dicta clauſula obtinuit, ſubrogatio in illius juribus, & quare?

SUMMARIUM.

1 *In Literis ſuper proviſione Beneficiorum vacantium* per Conſtit. Execrabilis, *ac in quibuſcumque aliis, in quibus Pontifici expoſita, facti informationem requirunt, ponenda eſt vigore Regulæ clauſula* -- ſi eſt ita --.

2 *Et dantur hujuſmodi Literarum exempla.* & num. 29.

3 *Adjicienda eſt etiam clauſula præfata in Literis Gratiarum omnium, quæ in forma Commiſſaria expediuntur.*

4 *Intellige ad tramites Regulæ, ſi nempe narrata informationem facti requirant.*

5 *Clauſula* -- ſi eſt ita -- *æquipollet clauſulis* — Si præces veritati niti reperiantur &c. veris exiſtentibus narratis &c.

6 *Clauſulæ præfata* -- Si præces &c. veris &c. *etiam non expreſſæ, in quibuſcumque Gratiis ſubintelliguntur.*

7 *Regulæ diſpoſitionem ſuperfluam eſſe exiſtimant nonnulli.*

8 *Contrarium, & de ratione.*

9 *Clauſula* -- ſi eſt ita, -- *requirit narratorum verificationem.*

10 *Narrativa omnis, tanquam pars Gratiæ, ante illius exequutionem verſificatione indiget.*

Quamvis nemo adſit, qui illam impugnet. num. 11.

12 *Intellige, ſi in Literis adſit clauſula* -- ſi eſt ita -- *ea vero deficiente, ſi nemo opponat, & legitimus non adſit Contradictor, narratorum verificatio neceſſaria non eſt,* & num. 13.

14 *Clauſula* — ſi eſt ita -- *non apponitur in Literis expeditis in forma gratioſa; tacite tamen ſubintelligitur.*

Hinc, deficientibus aut poſſeſſore, aut legitimo alio Contradictore, narrata juſtificatione non indigent. num. 15.

16 *Verificatio narratorum facienda vigore clauſulæ* -- ſi eſt ita -- *ad Actorem, non ad Reum, & Poſſeſſorem pertinet.*

17 *Clauſula præfata non operatur, quod Exequutor cauſæ cognitionem adhibere debeat, quemadmodum adhibenda eſt vigore clauſulæ* conſilito &c.

Præſertim, ſi remiſſa fuerit Gratia arbitrio Exequutoris cum clauſula -- ſi Tibi videbitur &c.

tur &c. Conſcientiam tuam onerando &c. num. 18.

19 *Contrarium, quod ſtante prædicta clauſula* -- ſi eſt ita -- *requiratur Cauſæ cognitio : Maxime ſi adſit tertii præjudicium.*

20 *Per clauſulam* -- ſi eſt ita -- *Exequutor ſit mixtus, & partes Judicis aſſumere tenetur.*

21 *Amplia, quamvis Gratia ſit remiſſa arbitrio, & conſcientiæ Exequutoris.*

22 *In Literis Diſpenſationum, quæ ſint gratioſæ, non apponitur expreſſe clauſula* -- ſi eſt ita --

23 *Literis tamen præfatis uti nequeunt Diſpenſati antequam ab Ordinariis tanquam Delegatis Apoſtolicis cognoſcatur ſuper veritate narratorum.*

24 *Cognitio tamen hæc fieri poteſt etiam extrajudicialiter, ſi deficiat Contradictor.*

25 *Et extrajudicialis hæc cognitio interceſſiſſe præſumitur, etiam ſtante clauſula* -- ſi eſt ita -- *ſi Gratia exequutioni demandata fuerit.*

26 *Clauſula* -- ſi eſt ita -- *requirit Partis citationem.*

27 *Contrarium.* num. 27.

28 *Sed prima Sententia procedit quando adeſt Partis, vel tertii præjudicium; ſecunda ſi præjudicium hujuſmodi ceſſet.*

29 *Hinc neceſſaria eſt Partis citatio, ſi Literæ proviſionis Beneficii expeditæ fuerint certo modo, ob non reſidentiam nempe, ob non publicationem reſignationis &c.*

30 *Clauſula* -- ſi eſt ita -- *Reſcripto adjecta Gratiam non reddit conditionalem.*
Quemadmodum nec eam talem reddunt clauſulæ -- conſtito Tibi de narratis -- *aut* -- veris exiſtentibus narratis -- num. 31.

32 *Contrarium, quod Gratia vigore clauſulæ* -- ſi eſt ita -- *ſit conditionalis.*
Sicuti conditionalis redditur ob clauſulam -- ut aſſeris -- *quæ æquipollet clauſulæ* -- ſi eſt ita -- num. 33.

34 *Fœdere tamen diſtinctionis conciliatur utraque opinio, dum prima procedit, quando narratæ fuerint qualitates intrinſecæ, quæ de jure inſunt; ſecunda, ubi narrativa reſpicit qualitates extrinſecas requirentes informationem facti.* & num. 35.

36 *Clauſula* -- Si ita eſt, Canonicatum, & Præbendam conferre, & aſſignare auctoritate noſtra curetis &c. *importat mandatum de providendo, non collationem.*

37 *Hinc, mortuo Collitigante, non competit ſuperſtiti, qui cum dicta clauſula proviſionem Beneficii reportavit, ſubrogatio gratioſa in illius juribus. Et de ratione.*

IN Literis Apoſtolicis ſuper proviſionibus Beneficiorum vacantium per Conſtitutionem *Exe-*
1 *crabilis*, & ſimiliter ubicumque narrata in-
formationem facti requirunt, poni debet clauſula -- *ſi ita eſt* --. Hoc dicit Regula, quæ a Soto *juſta, & bona* merito appellatur, quia in narrativa facti facile erratur. Hinc clauſula præfata
2 apponi conſuevit in Beneficiorum Impetrationi-
bus, quæ *certo modo* vocantur, & expediuntur ex capite delicti, non reſidentiæ, ob non publicationem literarum Reſignationis ad favorem, vel permutationis Beneficiorum, aut ex eo, quod de Beneficio proviſus non ſit qualificatus juxta formam Indulti, & ſimilibus, in quibus omnibus Literæ Apoſtolicæ in *forma commiſſaria* expediuntur cum hac clauſula -- *ſi eſt ita* --, ut in caſibus, de quibus *Rot. deciſ.* 121. *num.* 4. *coram Celſo, deciſ.* 9. *coram Ubag. dec.* 412. 420. 427. *part.* 18. *recent.* Et quamvis clauſulam præfatam
apponendam eſſe, quando Gratia eſt in forma com- 3
miſſaria, moneat *Rota* in Deciſionibus allegatis per
Rubeum Singular. Rot. par. 4. *clauſul.* 745. *nu.* 5.
Barboſ. de Clauſul. clauſ. 154. *ſub n.* 2. Id tamen in- 4
telligendum eſt ad tramites hujus Regulæ, quando nempe Pontifici expoſita informationem facti requirunt.

Sed, cum clauſula -- *ſi eſt ita* -- æquipolleat clau- 5
ſulis -- *ſi preces veritati nitantur* --, *veris exiſtentibus narratis &c.* quæ in quibuſcumque Gratiis
ſubintelliguntur, etiamſi expreſſæ non ſint, juxta 6
Text. in cap. 2. *de Reſcript. leg. univerſa Cod. de Precib. Imper. offer. Barboſ. clauſ.* 154. *num.* 2. *Rubeus clauſ.* 345. *num.* 10. & 11. *lib.* 4. *Singul. Rot. Lapus Allegat.* 60. *num.* 2. & ibi *Mandoſ. litt. B. Kockier in hanc Regul.* quæ eſt apud ipſum in 67. *Monet. de Commut. ultim. volunt. dict. cap.* 7. *num.* 127. *Gonzal. in Regul.* 8. *Adnot. contra Nullit. & Attent. in cauſa Benef. num.* 228. *& ſeqq. Fermoſin. ad cap.* 20. *ſuper literis quæſt.* 4. *num.* 3. *& ſeqq. de Reſcript. Rot. deciſ.* 306. *num.* 3. *part.* 10. *deciſ.* 535. *num.* 12. *coram Bichio, & in Melphicten. Cappellaniæ* 7. *Ju-*
nii 1700. §. *In ſubjecta coram Anſaldo.* Hinc de- 7
duci poſſe videtur, ſuperfluam eſſe hanc Regulæ diſpoſitionem. Verum prodiit Regula tum
propter ſimplices animos dubitantes, tum quia 8
ſæpe expreſſum, plùs tacito operatur, ut inquit *Sot. hic num.* 2. *Monet. de Commut. ultim. Volunt. dict. cap.* 7. *num.* 130.

Plures tamen ſunt effectus præfatæ clauſulæ -- *ſi eſt ita* -- Et primo requirit juſtificationem narrato-
rum; quælibet enim narrativa, veluti pars ipſius 9
Gratiæ ante omnia juſtificari debet, itaut, donec
narrativa ſit juſtificata, Gratia cenſetur ſubrepti- 10
tia, ſaltem ad effectum ut impetrans ea uti non poſſit *Gonzal.* ubi ſupra in *Adnot. contra Nullit.*
& attent. ubi ampliat, etiamſi ab aliquo narra- 11
tive non negetur, *Kochier. in hanc Regul. nu.* 6. *& 8. Corrad. in Prax. diſpenſ. lib.* 7. *cap.* 6. *num.* 30. *Rot. dec.* 155. *n.* 6. *part.* 4. *tom.* 1. *recent. deciſ.* 9. *num.* 1. *coram Ubag.* Quod tamen locum ſibi vindicat, ſi clauſula præfata expreſſe adjecta
ſit in Reſcripto; At ubi de illa, aliiſque ſimi- 12
libus clauſulis, nulla ſit mentio, & ſolum tacite ſubintelligantur, tunc ſi nemo opponat, & legitimus deficiat Contradictor, non ſunt neceſſario verificandæ, ut antiquioribus relatis probat *Monet. de Commut. ultim. volunt. d. cap.* 7. *num.* 129. *&*
ſeqq. ubi id confirmari ait ex verbis hujus Regulæ, 13
quæ ſemel, ac mandat clauſulam -- *ſi ita eſt* -- apponendam eſſe, ubi narrata informationem facti requirunt, dat intelligere, quod ſi non apponatur, neceſſaria non ſit informatio facti, ſeu narratorum verificatio.

Atque ex his reſultat, quod, cum in Literis,
quæ in forma gratioſa expediuntur, clauſula præ- 14
fata expreſſe adjici non ſoleat, ſed tantum de jure ſubintelligatur, neceſſaria proinde non ſit verifica-
tio narratorum, ubi non adeſt aliquis oppoſitor, 15
nec poſſeſſor *Kochier. in hanc Regul. num.* 7. *Roſ. de Exequut. Liter. Apoſtol. part.* 1. *cap.* 15. *nu.* 184. *Rot. dec.* 140. *n.* 14 *part.* 10. *rec. deciſ.* 141. *num.* 11. *cor. Merlin. deciſ.* 662. *num.* 6. *& 7. cor. Anſaldo.*

Rurſus intellige, ut quamvis clauſula -- *ſi eſt*
ita -- expoſcat narratorum verificationem, tamen 16
id non procedit, ubi quis eſt Reus, & poſſeſſor, nam

nam a Reo, & poſſeſſore nihil eſt juſtificandum,
ſed Actor, qui prætendit non fuiſſe verificata ex-
poſita, tenetur probare negativam in qua ſe fun-
dat, *ad Text. in leg. Extat. 25. ff. de Jur. Fiſc.
leg. ult. C. de Rei vindicat. Cap. cum Eccleſia, de
Cauſ. Poſſeſſ. & Proprietat. Ceſar. de Graſſ. decif.
1. num. 18. qui Filii ſint Legit. Rot. deciſ. 71. nu. 4.
part. 1. recent.*
Secundo quæritur, an vigore dictæ clauſulæ -
- *ſi eſt ita* - - neceſſaria ſit cauſæ cognitio? *Lapus*
17 *Allegat.* 60. diſtinguendo inter clauſulam præfa-
tam, & alteram - - *Conſtito &c.* autumat, in hac,
non vero in illa, cauſæ cognitionem requiri, præ-
ſertim, ſi remiſſa fuerit Gratia arbitrio Exequu-
18 toris cum clauſulis - - *ſi tibi videbitur &c. conſcien-
tiam tuam onerando* - - Nam his ſtantibus, multo
minus cauſæ cognitionem, ait, eſſe neceſſa-
riam, & *Lapum* ſequuntur alii, quos refert *Ru-
bens ſingular. Rotæ part. 4. clauſ.* 745. Sed verius
19 videtur, quod vigore Clauſulæ - - *ſi eſt ita* - - re-
quiratur cauſæ cognitio, præſertim, ſi ea ſit
expreſſe appoſita, & adſit Partis intereſſe, &
tertii præjudicium. Ita Doctores, quos laudant,
& ſequuntur *Rubens dict. Clauſ. 745. num.* 2.
*& 6. Barboſ. dict. clauſ. 154. num. 8. & 9. Mar-
cheſan. de Commiſſ. part. 1. cap. 1. pag. 322. num.
78. Monet. dict. cap. 7. num. 171. & ſeqq.* ubi
ponderat Decretalem *in Cap. Ab excommunicato
41. de Reſcript.* nec non præſentem Regulam, in
qua, ſi decernitur, clauſulam - - *ſi eſt ita* - - eſſe ap-
ponendam, etiam in Literis de quibuſcumque
narratis facti informationem requirentibus, ſatis
colligitur, per eam induci neceſſitatem verifican-
di narrata, ſeu, quod Executor deputatus de
narratis ſe informet *Rot. deciſ. 356. num. 1. part.*
20 *4. diverſ.* proptereaque ſtante clauſula - - *ſi eſt
ita* - - Exequutor fit mixtus, & partes Judicis aſ-
ſumere tenetur, ac narratorum veritatem agnoſ-
cere, & ab, illius Sententia datur Appellatio *Rot.
deciſ. 121. n. 4. deciſ. 412. nu. 5. & 14. deciſ. 420.
nu. 17. part. 18. recent. deciſ. 9. num. 9. & ſeqq.
coram Ubago.*
Idque pariter procedit, ſi Gratia fuerit remiſſa
21 *arbitrio, & conſcientiæ Ordinarii*, nam hanc quo-
que clauſulam requirere cauſæ cognitionem, tra-
dunt *Alex. conſ. 218. num. 6. lib. 2. Rot. cor. Peu-
tinger. deciſ. 367. n. 14. & in Compoſtellana Bene-
ficii 13. Maii 1689. §. Ex quibus confirmata 1. De-
cembris ejuſdem anni cor. Rondinino.* Et Nos alibi
diximus.
Quinimò, etiam in Diſpenſationibus gratioſis,
22 quamvis expreſſe clauſula - - *ſi eſt ita* - - non appo-
natur, nec adſit Partis præjudicium, adhuc quoad
effectum illis utendi neceſſarium eſt, quod ab
23 Ordinariis tanquam delegatis Apoſtolicis cognoſ-
catur, expreſſas præces ſubreptionis vitio non
ſubjacere, juxta diſpoſitionem Conc. Trident. *Seſſ.
22. cap. 5.* & tradunt *Cardinal. Pallavicin. in Hi-
ſtor. ejuſdem Concilii lib. 18. cap. 6. num. 5. Mar-
cheſan, de Commiſſ. part. 1. cap. 2. num. 335. pag.
80. Monet. de Commut. ultim. volunt. cap. 7. num.
29. & num. 36. cum ſeqq. Oliva de For. Eccleſ.
part. 2. quæſt. 39. num. 10. & ſeqq.* ubi nonnul-
las affert limitationes, *Pax Jordan. var. Elucu-
brat. tom. 2. lib. 9. tit. 1. de diſpenſ. num. 77. Rot.
dec. 406. & 434. utrobique num. 1. part. 1. deciſ.
687. num. 2. & ſeqq. part. 2. Et in Melphicten. Cap-
pellaniæ 7. Junii 1700. §. Penetrabilius; coram
Anſaldo*, ubi dicitur, quod Concilium non aufert
puritatem, & perfectionem Gratiarum, ſi tali-
ter a Sede Apoſtolica conceſſæ fuerunt, ſed tan-
24 tum vult Ordinarii cognitionem. Poteſt tamen
fieri hæc cauſæ cognitio, etiam extrajudicialiter,
ſi deficiat Contradictor, ut expreſſe habetur
in Concilio *dict. ſeſſ. 22. cap. 5.* Et in terminis
clauſulæ - - *ſi eſt ita* - - animadvertunt *Barboſ. dict.
Clauſul. 745. num. 9. Marcheſ. dict. pag. 322.
num. 78.* & admittit *Lapus Allegat. 60. num. 5.
verſ. Debet igitur, Rota deciſ. 27. num. 6. part.
4. tom. 1. recent.* ubi quod, licet ſtante clauſula
- - *ſi eſt ita* - - ſit neceſſaria cauſæ cognitio, tamen 25
non prohibetur Exequutor ſe extrajudicialiter in-
formare, prout præſumitur feciſſe ſemel ac exequu-
tus eſt Gratiam, etiamſi non enunciaverit dictam
Cauſæ cognitionem, & quamvis Reſcriptum exe-
quutioni demandaverit, ſtatim ac ei fuit exhibi-
tum, prout quotidie ſuſtineri videmus Decreta
Judicum, præſumendo Cauſæ cognitionem in ipſo
actu interpoſitionis Decreti, & in *deciſ. 226. num.
6. part. 8. recent.*
Tertius effectus clauſulæ - - *ſi eſt ita* - - in eo con- 26
ſiſtit, quod requirat Partis citationem. Licet enim
in hoc quandoque variaverint Doctores, quos
laudant *Rubens*, & *Barboſa* locis ſupra citatis;
Et non requiri Partis citationem exiſtiment *Lap.* 27
dict. Alleg. 61. num. 2. & ibi *Mandoſ. litt. C.*
Placet tamen diſtinctio *Marcheſani dict. pag.
322. num. 81.* quod, aut adeſt Partis, vel ter- 28
tii intereſſe, & tunc requiritur citatio, quia
tale intereſſe habens, poterit de jure ſuo oppone-
re, aut verſamur in caſu, quo nemini præjudi-
cium affertur, & tunc Partis citatio poterit o-
mitti; Et de hac diſtinctione meminit *Barboſ.
dict. clauſul. 154. num. 9. Rot. deciſ. 226. num.
6. part. 8.* Hinc, cum in proviſionibus Beneficiorum,
in quibus Literæ *certo modo* expediuntur, nempe 29
ob non Publicationem reſignationis, & ſimiles ob
cauſas objectivas, narretur Papæ jus tertii, & poſſeſ-
ſoris, & cum præfata clauſula - - *ſi eſt ita* - - ſemper
reſcribatur, ſemper quoque Partis citatio erit ne-
ceſſaria, ut proſequitur *Marcheſan. dict. pag. 322.
ſub num. 81.* quem laudat *Rot. deciſ. 412. num. 13.
& deciſ. 420. num. 17. par. 18. recen. & cor. Celſo
deciſ. 121. nu. 5. & ſeqq. coram Ubag. deciſ. 9. nu.
9. & in Regien. Juriſpatronatus 3. Junii 1641. §.
Nullitas coram Panzirolo.*
Controverſum itidem eſt inter DD. an clauſula
- - *ſi ita eſt* - - faciat Gratiam conditionalem. Ne-
gant *Lapus Allegat. 60. num. 2.* & ibi *Mandoſ.* 30
*litt. C. Rubens dict. clauſul. 745. num. 4. Rot. de-
ciſ. 775. n. 5. cor. Seraphin.* & in durioribus ter-
minis clauſulæ - - *conſtito tibi de narratis* - - aut al-
terius - - *veris exiſtentibus narratis* - -, quod, non 31
reddat gratiam alioquin perfectam in ſe, con-
ditionalem, dixit *Rot. in Melphicten. Cappella-
nia 17. Junii 1699. §. Quidquam coram Muto,
& 7. Junii 1700. §. In ſubjecta coram Anſaldo.*
E contra vero, clauſulam præfatam facere con- 32
ditionem, & oſtendere Papam, de narratis no-
titiam non habuiſſe, tradit *Rot. deciſ. 989. num.
1. coram Seraphin.* quam ſequuntur *Monet. de
Commut. ultim. volunt. dict. cap. 7. num. 129. &
ſub num. 134.* licet poſtmodum ſe involvat, &
materiam non bene declaret, *Barboſ. Clauſul. 154.
num. 3. & ſeqq.* cum aliis allegatis per *Rubeum
dict. Clauſ. 745. num. 1. Corrad. in Prax. Diſ-
penſat. libr. 7. cap. 6. num. 28. & ſeqq. Rot. deciſ.
356. num. 1. part. 4. diverſ. & deciſ. 412. nu. 14.
part. 18. recen.* & de clauſula - - *ut aſſeris* - -, quæ 33
æquiparatur clauſulæ - - *ſi eſt ita* - -, quod Gratiam
reddat conditionalem, dixit *Rot. deciſ. 287. num. 6.
& ſeqq. par. 5. recen. deciſ. 306. num. 3. par. 10.
deciſ. 27. num. 1. part. 15. recent.*
Verum, ut diximus ſupra in *Comment. in Regu-*

lam

34 *lam LIX.* de clauſula -- *Conſtito* -- diſtinguendum
videtur, quod aut Pontifici Narratæ fuerunt qua-
litates extrinſecæ requirentes informationem fa-
cti, & tunc clauſula -- *ſi eſt ita* -- aliæque ſimiles,
efficiunt gratiam conditionalem, quæ nihil ponit
in eſſe, donec fuerint illæ juſtificatæ; Aut narra-
tiva verſetur circa qualitates intrinſecas, quæ in-
ſunt de jure, & ſonant potius in inſtructionem,
& monitionem Exequutoris juxta dictum *Felini*,
& aliorum, quos allegat *Moneta dict. cap. 7.
ſub num.* 134. & in his terminis Gratia non red-
ditur conditionalis, ſed eſt a principio pura,
& ſolum ſuſpenſa quoad exequutionem. Cir-
35 cumſtantiæ enim, quæ non important conditio-
nem quoad ſubſtantiam Gratiæ, ſed tantummodo
quoad exequutionem, non efficiunt, ut illa ſtet in
ſuſpenſo, & ſolum hunc operantur effectum qua-
litates, & circumſtantiæ requirentes facti informa-
tionem, & conditionaliter expreſſæ per Ponti-
ficem cum clauſulis -- *conſtito &c. verificato &c. ſi
ita eſt &c.* --, quæ tali caſu non important mo-
nitionem, & inſtructionem tantum, ſed veram
cauſæ cognitionem expoſcunt, juxta auctoritates,
quas laudavimus in *Comment. ad Regul. LII. &
LIX.*

Poſtremo illud omittendum non eſt, quod Lite- 36
ræ Apoſtolicæ expeditæ cum clauſula -- *Si ita eſt
Canonicatum, & Præbendam conferre, & aſſigna-
re auctoritate noſtra curetis*, important mandatum
de providendo, non autem collationem; Unde,
mortuo Collitigante, non competit ſuperſtiti, qui 37
Canonicatus proviſionem cum dicta clauſula re-
portavit, ſubrogatio gratioſa in illius juribus, cum
tunc Beneficium non petatur tanquam ſuum, &
debitum, ſed uti conferendum *Rot. deciſ.* 427. *nu.
12. verſic. potiſſimum cum ſeqq. part.* 18. *recent.* cum
aliis quos adduximus *in Comment. ad Regul. XXIV.
de ſubrogandis.*

R E G U L A LXII.

Petenti provideri de vacaturo, dentur Literæ de vacanti.

Item, petenti ſibi provideri de Vacaturo, dentur Literæ de vacanti, prout expedierit Impetranti.

A R G U M E N T U M

P A T E T E X S U M M A R I O.

S U M M A R I U M.

1 *Priſcis temporibus Regula concepta erat his verbis* -- item petenti ſibi provideri de vacaturo dentur Literæ de vacanti, & e converſo --

Et quid verba e converſo denotabant? ibidem.

2 *Sed verba e converſo, tempore Gregorii XIV. a Regula expuncta fuerunt.*

3 *Literæ ad Beneficia vacatura poſt Concilium Tridentinum non amplius conceduntur.* & num. 24.

4 *Unde vix hodie Regula ad praxim deduci poteſt, dum ſolum ſignantur ſupplicationes ſuper Beneficiis actu vacantibus.*

Maxime, ſi vacatio ſequitur per mortem naturalem Poſſeſſorum. ibid.

5 *Limita, ubi agitur de vacatione Beneficiorum per mortem civilem, Profeſſionem nempe, aut Matrimonium &c. quo caſu Papa juxta Regulam LVIII. de illis diſponit, etiam uti de vacatur.*

Et in hi terminis procedere poteſt diſpoſitio Regulæ LXII. num. 6.

7 *Sed exploſa diſpoſitione Regulæ LVIII. Beneficia per Matrimonium, vel Profeſſionem vacatura, non amplius hodie a Pontifice providentur, niſi præceſſerint aut Matrimonium per verba de præſenti, aut Profeſſio.*

8 *Quemadmodum nec amplius Papa diſponit de Beneficiis vacaturis per Promotionem juxta Regulam XXVI.*

9 *Impetranti Beneficium ob Crimen, quod inducat vacationem ipſo jure, fit proviſio tanquam de vacanti, non vacaturo.*

Et Sententia declaratoria Criminis, non inducit Beneficii vacationem, ſed hunc jam ſequutam detegit num. 10.

11 *Favore tamen impetrantis Beneficium ob Crimen, pro quo Poſſeſſor privandus venit, dantur Literæ tanquam de vacaturo.*

Et hoc caſu quodammodo verificatur diſpoſitio Regulæ. num. 12.

13 *Sed in Literis præfatis adjici ſemper conſuevit clauſula* -- ſi, & poſtquam vacationi locus factus fuerit --

Dictaque clauſula, etiam non expreſſa, de jure ineſt, proindeque Gratiam non reddit conditionalem. num. 14.

15 *Gratia proviſionis Beneficii facta cum clauſula* -- ſi vacet -- vel -- quatenus vacet -- *non dicitur conditionalis, quia clauſula præfata de jure ſubintelligitur.*

16 *Appellatione Beneficii* vacaturi, *an veniat Beneficium* vacans? & num. 17. & 21.

18 *Sub indulto conferendi Beneficia vacatura Cardinali conceſſo, an comprehendantur Beneficia tunc vacantia?* Remiſſivè.

19 *Nominati ab Univerſitate Studiorum Lovanii acceptare poſſunt Beneficia, quæ nominationis tempore vacantia reperiuntur.*

20 *Contrarium, & de Rationibus.* Remiſſive.

Et ita declaravit ſan. mem. Clemens IX. anno 1673. ibid.

22 *Appellatione Beneficii* vacantis, *non venit*

Beneficium vacaturum.
23 *Et qui facultate gaudet conferendi Beneficia*
reſervata vacantia, *conferre nequit Benefi-*
cium, quod primo vacare contingeret.
25 *Clauſulæ generales* - - ſive præmiſſo &c. *alia-*
que ſimiles non capiunt futuras vacationes
Beneficiorum, ſed exigunt præexiſtentiam va-
cationis tempore Datæ.
26 *Epiſcopus, vel Capitulum erigere non poſſunt*
Canonicatum ſupranumerarium cum Præben-
da primo vacatura.
27 *Amplia, quamvis ab immemorabili tempore ſi-*
miles erectiones fieri conſueverint.
28 *Poſſunt tamen Epiſcopus, vel Capitulum Ca-*
nonicatum ſupranumerarium erigere abſque
Præbenda primo vacatura.
29 *Sed vacante Præbenda, jus competit Canoni-*
co ſupranumerario pro illa aſſequenda.
30 *Nec tali caſu locum habet diſpoſitio Concilii*
Tridentini, qua prohibentur Expectativæ; &
de ratione.

1 REgula antiquitus concepta erat his verbis - -
Item petenti ſibi provideri de vacaturo, den-
tur Literæ de vacanti, & e converſo - - quaſi di-
ceret *e converſo*, ideſt *petenti provideri de vacan-*
ti, dentur Literæ de vacaturo. Sed a temporibus
2 *Gregorii XIV.* deleta ſunt a Regula ea verba *e con-*
verſo cum poſt Conc. Trid. non amplius dentur
3 Literæ ad Beneficia vacatura.
Adhuc tamen in terminis, quibus hodie Regu-
4 la concepta legitur, vix illa poteſt ad praxim de-
duci, cum non admittantur petitiones ad Beneficia
vacatura, ſed in quacumque ſupplicatione ſuper
Beneficiorum proviſionibus, exprimitur, *vacave-*
rit, & vacet ad præſens juxta ſtylum notorium,
&, advertit *Lotter. de Re Beneſic. lib. 3. quæſt. 8.*
nu. 1. Idque ſine difficultate locum ſibi vindicat
ubi agitur de modo naturali vacandi, videlicet
per obitum ultimi Poſſeſſoris, nam hoc caſu
non fit proviſio Beneficii, niſi uti de vacante;
Et quamvis ubi agitur de vacatione Beneficii
5 per mortem civilem, nempe per Privationem,
per Matrimonium; per ingreſſum Religionis, jux-
ta Regulam LVIII. & alios modos, de quibus
Hieronymus Paulus Barchinonenſis in Prax. Can-
cellar. Apoſtolic. tit. Notabilia tit. de Vacantib.
ſpecial. Reſervat. pag. mihi 64. illius proviſio ex-
pleatur a Papa non ſolum de vacanti, ſed etiam
de vacaturo *Lotter. dict. lib. 3. quæſt. 9. num. 13.*
6 *& 14.* unde videtur, quod in his terminis proce-
re poſſit Regula, quæ loquitur de Impetratione
permiſſa a jure, vel ſecundum ſtylum, & non
prohibita per jus, ut hic ait *Sot.* laudatus per *Lot-*
ter. ubi ſupra; & *Auctor* libri, qui inſcribitur - -
De Exceſſibus Lovanienſium anno 1671. Romæ im-
preſſi qu. 1. num. 56. & 57. pag. mihi 8.
7 Nihilominus advertendum eſt, quod non ob-
ſtante *Regula LVIII.* hodie non providentur
amplius Beneficia per Matrimonium, & ingreſ-
ſum Religionis, vacatura, niſi præceſſerint Matri-
monium ipſum per Verba de præſenti contra-
ctum, & Profeſſio; Quemadmodum nec dantur
proviſiones Beneficiorum, quæ ſint vacatura per
8 Promotionem juxta *Regulam XXVI.* Unde in
his caſibus jam præcedit vacatio Beneficiorum,
& Papa illa confert uti vacantia. Ubi vero
9 agitur de privatione Beneficii, tunc, ſi Crimen
inducit vacationem ipſo jure, Beneficium pro-
videtur tanquam de vacanti, & non vacatu-
ro, nam quamvis expectetur Sententia declarato-
10 ria Criminis, tamen hæc non inducit vacationem,
ſed eam jam ſequutam tantummodo detegit *Rot.*
cor. Seraphin. dec. 348. n. 2. quam allegat *Lotter.*
ubi ſupra, & diximus *in Comment. in Regul. I.* Un-
de ſolum ubi agitur de Crimine, pro quo quis ve-
nit privandus, Impetrans ex tali capite videtur 11
petere Beneficium vacaturum, cum expectetur
Sententia, quæ privet Poſſeſſorem, & faciat
vacare Beneficium, & hoc caſu forſan locum ſi-
bi vindicare poteſt diſpoſitio hujus Regulæ, ita 12
ut petenti Beneficium taliter vacaturum, dentur
Literæ de vacanti, prout magis expediens, ac pro-
ficuum erit Impetranti.
Semper tamen, quando Papa Beneficium pro-
videt de vacaturo, ineſt Gratiæ clauſula, *ſi & poſt-* 13
quam vacationi locus factus fuerit, ne alias impetra-
tio fit de Beneficio viventis a jure improbata,
proindeque Clauſula præfata, etſi expreſſa, non
reddit gratiam conditionalem, quia ineſt de jure 14
Lotter. de Re Beneſ. lib. 3. quæſt. 8. n. 2. Rot. dec.
307. n. 20. cor. Gregor. Sicuti non dicitur Gratia
conditionalis ſtante clauſula - *ſi vacet* - - vel qua-
tenus *vacet*, cum de jure pariter ſubintelligatur 15
Rot. in Verdunen. Canonicatus penes Garz. part. 5.
cap. 3. num. 43.
Ex hac Regula inferri videtur, quod appellatio-
ne Beneficii vacaturi veniat Beneficium vacans
dum decernit, quod petenti provideri de Benefi- 16
cio vacaturo, dentur Literæ de vacanti: & in
hoc concordat *Gloſſ. in Cap. ſi poſtquam 12. Verb.*
poſtmodum, & Verb. vacatura de Præben. in 6.
cum aliis penes *Gonzal. in Regul. 8. §. 5. Proœm.*
num. 66. & ſeqq. & Gloſſ. 11. num. 48. & ſeqq.
& num. 52. Et ratio videtur eſſe, quia, ſi Pa- 17
pa voluit concedere Gratiam quoad Beneficia va-
catura, quæ eſt odioſa, a fortiori eam indul-
gere cenſetur quoad vacantia, quæ eſt gratia fa-
vorabilis, ſuumque citius ſortitur effectum, ex
adductis per *Gonzal. dict. Gloſſ. 11. num. 78. Paſ-*
ſerin. in Cap. Si poſtquam 12. num. 9. de Præ-
ben. in 6. Sed, ut obſervavimus *in Comment. ad*
Regulam II. ubi actum eſt, an ſub Indultis Car-
dinalium ad vacatura conceſſis, comprehendantur 18
Beneficia tunc vacantia, eſt imprimis, & ante
omnia conſideranda mens, & intentio Conceden-
tis, nam ſi convenit menti Papæ, quod Gratia
ſuper Beneficiis vacaturis ſe protendat etiam ad Be-
neficia vacantia, admitti debet extenſio, ſecus ſi
mens reſiſtat.
Eademque quæſtio, an appellatione Beneficii
vacaturi, veniat *vacans*, majori conatu revocata
fuit ad examen in Controverſiis olim habitis ſu-
per interpretatione Indultorum, quibus ex Apoſto-
licæ Sedis munificentia potitur Univerſitas Stu-
diorum Lovanii, ac de quibus egimus *in Com-*
mentariis in Regulam IX. Cum enim Univerſi-
tas præfata facultate gaudeat nominandi ad Be-
neficia, *quæ poſt nominationem vacare contige-* 19
rit, contendebant *Lovanienſes* acceptare poſſe
Beneficia, quæ tempore nominationis jam vaca-
bant, quæque nondum alteri collata erant, tum
ex *Wameſ. conſ. 253.* tum ex diſpoſitione hujus
Regulæ LXII. tum demum ex *Rebuff. de Nominat.*
quæſt. 15. ubi docet, Nominatos poſſe acceptare
Beneficia ante nominationem vacantia. Quibus ra-
tionibus cum aliæ opponerentur, quæ leguntur in d. 20
Libro qui inſcribitur - *De exceſſibus Lovanienſium*
quæſt. 1. per tot. & in addit. Hinc *ſan. mem. Cle-*
mens X. per Breve expeditum anno 1673. de
quo meminimus *in Comment. in dict. Regul. IX.*
ita declaravit, & ſtatuit - *Nec quiſquam ac-*
ceptare poſſit Beneficium, cujus vacatio contige-
rit antequam Nominationi fieret locus, uti nec

Beneficium non curatum, quod ante factam nominationem vacaverit, & quoad Beneficia curata, ut melius Animarum ſaluti proſpiciatur, illorum proviſionem a quibusvis eorum Ordinariis Collatoribus ad Menſem, a die eorum vacationis computandum, differri debere ſtatuimus, & ordinamus; Ac Privilegia Univerſitatis, & Facultatis præfatarum benigne ampliantes, concedimus, & indulgemus, ut menſe hujuſmodi durante, per eaſdem Univerſitatem, & Facultatem Artium Nominationes ad illas &c. fieri, ipſaque Beneficia a Nominatis acceptari poſſint, etiamſi ante nominationem, cui jam locus ſit, eorum vacatio evenisſet &c.

Verum regulariter appellatione Beneficii *vacatu-*
21 *ri* non venit *vacans;* & aliud eſt Beneficium *vacans*, aliud eſt *vacaturum*, & cum Papa, ſub nomine Beneficii *vacantis* comprehendere voluit Beneficium *vacaturum*, id expreſſit, ut colligitur ex *Regula LVIII.* necnon ex illa, de qua modo agimus, & advertit *Gonzal. dict. Gloſſ.* 11. *num.* 74. *in fin. & ſeqq.* cum aliis, quos laudavimus *in Commentar. in Regul. II.* Et eodem modo, quo appellatione Beneficii *vacaturi*, non venit
22 *vacans*, ita nec appellatione Beneficii *vacantis*, venit *vacaturum.* Unde, cum Papa indulſerit Archiepiſcopo *Senenſi* facultatem conferendi Beneficia reſervata *vacantia* per ceſſum, deceſſum, vel alio modo illa obtinentium, reſolutum fuit, non fuiſſe conceſſam facultatem, ut Archiepiſcopus conferre poſſet Beneficia *vacatura*, & conſequenter irrita, ac nulla declarata
23 fuit proviſio per ipſum expleta de Canonicatu, quem primo loco vacare contingeret, cum id eſſet providere de Beneficio non vacante, & Viventis, quæ proviſio eſt ipſo jure nulla, nec ex obitu ſuperveniente convalidatur *Rot. deciſ.* 520. *nu.* 10. *& ſeqq. part.* 4. *tom.* 3. *Recent.* Et diximus *in Comment. in Regul. XXI. de non Impetr. Beneſic. per obitum Viventis.*
24 Cæterum, cum, ut diximus, ſublatæ ſint hodie Gratiæ ad Beneficia vacatura ex diſpoſitione Concilii Tridentini *Seſſ.* 24. *cap.* 19. ſequitur, quod Clauſulæ generales -- *ſive præmiſſo &c.* & ſimiles,
25 quæ in Literis proviſionis Beneficiorum adjici conſueverunt, non capiant futuras Beneficiorum vacationes, ſed exigunt præexiſtentiam eorum vacationis tempore Datæ, *Rot. in Virdunen. Canonicatus penes Garz. de Beneſic. part.* 5. *cap.* 3. *nu.* 43. *circa finem verſ. Neque obſtant*, cum aliis relatis per eumdem *Garc. part.* 11. *cap.* 1. *num.* 25.

Sequitur itidem, quod neque Epiſcopo, neque Capitulo permiſſum ſit erigere Canonicatum su- 26
pranumerarium cum Præbendis primo vacaturis, quemadmodum reſolutum fuiſſe a Sac. Congregatione Concilii, teſtantur *Gonzal. dict.* §. 1. *Prohem. num.* 64. *& ſeqq. Barboſ. dict. cap.* 19. *num.* 2. *Corrad. in Prax. Beneſ. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 65. *& ſeqq. Fagnan. in cap. Dilecta num.* 25. *de Præben. Garc. de Beneſic. part.* 6. *cap.* 1. *num.* 5. *Caſtropal. Oper. Moral. tom.* 2. *tract.* 13. *diſput.* 2. *punct.* 1. *n.* 11. cum aliis per *Milaz. Aſſert.* 1. *n.*
26. Et quamvis Doctores præfati id limitent in 27
caſu, quo adeſſet conſuetudo immemorabilis in contrarium, pro hujuſmodi peragendis Canonicatuum erectionibus, juxta alteram ejuſdem Sac. Congregationis Reſolutionem in *Salamantina* per ipſos exſcriptam; Attamen Reſolutio hæc non loquitur de creatione Canonici ſupranumerarii cum expectativa ad Præbendam primo vacaturam, ſed de Canonicis jam inſtitutis ſine Præbenda, & eam expectantibus, quia tunc non eliguntur ſupra numerum, ut advertit *Corrad. dict. cap.* 3. *num.* 70. & 71.

E converſo tamen poſſunt Epiſcopus, & Ca- 28
pitulum erigere Canonicatum ſupranumerarium abſque futura Præbenda, nam, licet Canonicus ſupranumerarius haberet in conſequentiam ſuæ receptionis jus ad Præbendam primo vacaturam, & inſtare poſſet, ut illa ſibi conferretur, prop-
ter quam rationem *Caſtropal. dict. diſput.* 2. *punct.* 29
25. *num.* 13. ait, hodie non poſſe ex vi Concilii ab Epiſcopo, & Capitulo creari Canonicos ſupranumerarios, ſed facultatem hanc ad Summum Pontificem ſolum ſpectare, quod etiam aſſerunt *Corrad. in Prax. Beneſ. dict. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 81. *& Ceccoper. Lucubr. Canon. lib.* 1. *num.* 178. Nihilominus hoc jus ad Præbendam primo vacaturam provenit ex diſpoſitione juris, & non
vi alicujus proviſionis præcedentis, proindeque 30
non ſubjacet diſpoſitioni Concilii, quod prohibet *Expectativas* ex facto hominis provenientes, & a Collatoribus promiſſas, non autem tacitas, & ex miniſterio legis provenientes, ut contrariis reſpondendo, late probat idem *Milazzo dict. Aſſert.* 1. *num.* 33. *& ſeqq. uſque ad num.* 45. & ſub *num.* 35. monet *ex Fagnan.* Ordinarios, & Capitula, ne in recipiendis, & creandis Canonicis ſupranumerariis paciſcantur, ut Præbendam vacaturam habeant, cum utrumque pactum ſit illicitum, ſed id relinquant ſub diſpoſitione juris communis.

REGULA LXIII.

Revocatio Decimarum, & aliarum Impoſitionum.

ITem revocavit quaſcunque Decimarum, necnon Subſidiorum, Vigeſimæ, & aliorum Onerum impoſitiones ex quavis cauſa emanatas (non tamen Decimarum, Subſidiorum, & onerum impoſitorum ex quavis cauſa, & occaſione expeditionis contra Turcas, & Orthodoxæ Fidei Hoſtes,) & quaſcunque facultates ſuper Decimarum, Vigeſimæ, & onerum hujuſmodi exactione, quibuſvis fructuum, & proventuum

Cameræ Apoſtolicæ debitorum, Collectoribus, & Apoſtolicæ Sedis Nunciis ab eiſdem Prædeceſſoribus conceſſis. Suſpendit quoque ad Suæ Sanctitatis, & Sedis Apoſtolicæ beneplacitum, qualcumque plenarias Indulgentias ab eiſdem Prædeceſſoribus ex quavis cauſa, etiam expeditionis hujuſmodi, ſi quæ per Nuncios, vel Quæſtores deferebantur, conceſſas, necnon deputandi, & eligendi Confeſſores, qui plenarie abſolvant, & alia faciant ad earumdem Indulgentiarum ſuſpenſarum effectum, reliquaſque facultates, ipſas Indulgentias quomodolibet concernentes, præterquam quoad ea, in quibus Indulgentiæ, & facultates in aliqua ſui parte ſint ſortitæ effectum. Itaut illis, qui implentes injuncta eis in Literis Indulgentiarum hujuſmodi jam conſequuti ſunt facultatem eligendi Confeſſores, qui abſolvant eos plenarie in mortis articulo, per hujuſmodi ſuſpenſionem non præjudicetur, quin facultate ipſa uti poſſint in futurum. Decrevit quoque irritum, & inane quidquid facultatum revocatarum earumdem prætextu, impoſterum contigerit attentari.

ARGUMENTUM.

REgula, quæ ante tempora *Innocentii VIII.* prodiit, revocat in prima ex ſuis tribus partibus Decimarum, aliorumque Subſidiorum impoſitiones, ac facultates deſuper conceſſas Subcollectoribus, ac Nunciis; & priſcis temporibus revocabantur per eam Decimæ, aliaque ſubſidia tantummodo *a Prædeceſſore Pontifice impoſita* ex quavis cauſa, etiam in ſubſidium expeditionis contra Turcas, at ſub *Alexandro VII.* generaliter ſancitum fuit ſuper revocatione Decimarum impoſitarum, & facultatum *a Prædeceſſoribus Pontificibus* conceſſarum. Sed, quando Prædeceſſores Pontifices Decimas, aliaque ſubſidia contra Turcas, & Fidei Catholicæ Hoſtes ad certum tempus imponunt, mos eſt Succeſſorum Decimas, ac ſubſidia præfata, ſi adhuc illorum conceſſio duret, in ſuis Regulis præſervare, & referuntur exempla. Hinc *Subſidium*, *Excuſatum*, aliaque onera a Sede Apoſtolica ad certum tempus impoſita, poſteaque eo elapſo renovari ſolita in Regnis Hiſpaniarum favore Regis pro Catholica tuenda Religione contra Infideles, nec per antiquas, nec per modernas Regulas dici poſſunt revocata. Examinatur, an Penſionarii teneantur pro rata ſuarum Penſionum ad hujuſmodi Decimarum, & Subſidiorum ſolutionem, ſeu potius debeat Titularis in totum pro illis contribuere, & plurium caſuum diſtinctione quæſtio dirimitur. In ſecunda vero parte, Regula ſuſpendit plenarias Indulgentias, etiam ratione expeditioniscontra Infideles elargitas, nec non facultates omnes, præſertim eligendi Confeſſarios, in iiſdem conceſſas, & redditur ratio hujuſmodi ſuſpenſionis, cui tamen non ſubjacent Indulgentiæ, & facultates conceſſæ per Bullam Cruciatæ, quemadmodum nec Indulgentiæ illæ, & facultates, quæ tempore Concedentis jam ſuum ſortiri cœperunt effectum, & in parte ſunt ſortitæ, ut præſcribit Regula in tertia parte. Quod ſi Pontifex aliquando Indulgentias elargiatur pro expeditione contra Turcas, illas Succeſſor in ſuis Regulis præſervare ſolet.

SUMMARIUM.

1 *Prodiit Regula ante tempora Innocentii VIII.*

3 *Revocat in prima parte Decimas, ac alias impoſitiones, ac facultates deſuper conceſſas Subcollectoribus, & Nuntiis.*

6 *Et in hac parte, juxta varietatem temporum, aliquoties immutata fuit.*

7 *Priſcis temporibus revocabantur Decimæ &c. & aliorum onerum impoſitiones* a Prædeceſſore Pontifice *emanatæ.*

8 *Sed tempore Alexandri VII. deleta ſunt verba* a Prædeceſſore Pontifice, *& generaliter dictum* a Prædeceſſoribus Pontificibus &c.

9 *Et nonnulli Pontifices, qui recenſentur, a revocatione Regulæ præſervarunt particulares aliquas impoſitiones pro defenſione fidei Catholicæ, & contra Turcas, ab Anteceſſoribus demandatas.*

10 *Et quid diſpoſitum in Regulis Alexandri VIII. Innocentii XII. Clementis XI. Innocentii XIII. Benedicti XIII. & Regnantis Pontificis CLEMENTIS XII.* & num. 11. 12. 13. 14. & 20.

15 *Subſidium, Excuſatum, Milliones, aliaque onera, quæ ad certum tempus in Regnis Hiſpaniarum favore Regum a Sede Apoſtolica imponi ſolent, an ſubjaceant revocationi*

rationi Regulæ? & num. 16. & ſeq.

17 *Regula non comprehendit Cardinales Legatos.*

18 *Minuſque Reges, non facta de illis ſpeciali mentione.*

19 *Subſidia concedi ſolita Regibus Hiſpaniarum poſſunt a Pontificibus, ſi velint denegari, Idque explevit Sextus V. qui concedere noluit* Subſidium. ibid.

20 *Penſionarii, jure communi inſpecto, tenentur pro rata ſuarum Penſionum contribuere ad ſolutionem Decimarum, aliorumque ſubſidiorum, quæ a Papa imponuntur.* & n. 21.

22 *Limita, ſi penſio impoſita fuerit libera, immunis, & exempta, ab omni onere, etiam Decimæ, & tam Ordinario, & quam Extraordinario.*

23 *Exemptio Penſionarii ab omni onere tam Ordinario, quam Extraordinario, operatur, ut ipſe contribuere non teneatur pro Decima impoſita a Principe Seculari in caſu inſolito, quamvis in gradu ſuperlativo.* & n. 24.

25 *Ad hujuſmodi tamen contributionem tenentur, ſi fuerint tantummodo exempti ab oneribus ordinariis.*

26 *Penſionarii, quamvis exempti, contribuere tenentur pro rata ſuarum Penſionum ad ſolutionem Decimarum, ſi Pontifex in earum impoſitione Penſionariorum exemptioni deroget.*

27 Encuſatum *in Hiſpaniis, idem eſt ac Decima, & ſingulis quinquenniis illius conceſſio a Sede Apoſtolica cum derogatione quibuſcumque exemptionibus, & immunitatibus ab illius ſolutione, renovari ſolet.*

Et hac ratione, Penſionarii ſolum pro primo quinquennio ſunt exempti ab illius ſolutione, ſecus pro ſequentibus.

28 *Clauſulæ derogatoriæ adjici ſolitæ in Literis conceſſionis Decimarum, aliorumque ſubſidiorum non derogant Pacto antecedenter inito inter Penſionarium, & Titularem a Sede Apoſtolica approbato, quod Titularis de ſuo proprio, etiam titulo donationis inter vivos, reficere debeat Penſionario quidquid occaſione dictorum ſubſidiorum ſolvere teneretur.*

Redditur ratio num. 29.

Et refertur Decretum Camerale ſub Urbano VIII. editum, quo præſervantur Pacta inter Penſionarios, & Titulares inita. n. 30.

31 *Contrarium, quod per dictas clauſulas derogatorias cenſeatur derogatum Pacto præfato, & redduntur rationes.* & n. 32. & ſeqq.

Et poſteriorem hanc Sententiam ſervandam eſſe per ſuam Conſtitutionem motu proprio *editam declaravit ſan. mem. Alexander VII. etiamſi præfatæ ſuæ Conſtitutioni renuntiatum foret.* num. 38.

Eadem Conſtitutio, licet emanata in caſu particulari, vim tamen legis generalis habet, & de ratione. num. 39.

Idque etiam pro majori cauthela expreſſit ſan. mem. Innocentius VI. in impoſitione Decimarum pro Bello Ungarico contra Turcas demandata anno 1683. num. 40.

33 *Derogationes generales in fine Conſtitutionis adjectæ, mentem Pontificis declarant.*

34 *Dictio* quicumque *generalis eſt, & omnem Perſonam comprehendit.*

35 *Pars una Conſtitutionis alteram declarat.*

37 *Validum in jure eſt argumentum a majori ad minus.*

41 *Si poſt reſervatam Penſionem, Clerus cum Apoſtolico Beneplacito Regi ſe abſtringat ſolvere ſubſidium Papale,* non obſtantibus quibuſcumque exemptionibus, & contractibus, etiam juratis, initis ad favorem Penſionariorum, *tenentur iſti pro rata ſuarum Penſionum contribuere, & quare?*

Ad differentiam caſus, ſi Penſio fuerit reſervata poſt Concordiam, aut Tertius ſe abſtrinxerit per Cedulam Bancariam integram Penſionem ſolvere, nam tunc Penſionarius contribuere non tenetur. n. 42.

43 *Regula in ſecunda parte ſuſpendit Plenarias Indulgentias, etiam ratione expeditionis contra Turcas, & Infideles conceſſas, nec non facultates omnes in iiſdem Indulgentiis, illam præſertim eligendi Confeſſarios, impertitas.*

44 *Reſpicit hæc Regula pars tempus antiquum, ob ſcandala, quæ ex hujuſmodi Indulgentiarum conceſſione quandoque oriebantur.*

45 *Refertur dictum* Enriquez, *quod expediat aliquando exceſſivas Indulgentias revocari, quia nimia Indulgentia parit abuſum.*

46 *Sed dictum hoc reprehendit P.* Mendo *reſpectu Indulgentiarum, quæ conceduntur in Bulla Cruciatæ.*

47 *Indulgentiæ, & facultates vigore Bullæ præfatæ conceſſæ, non ſunt per hanc regulam ſuſpenſæ.*

48 *In Concilio Tridentino bis actum pro abroganda Cruciata, ſed nil reſolutum.*

49 *S. M. Innocentius XI. anno 1685. omnibus Chriſtifidelibus adjutrices manus præſtantibus in Bello Ungarico contra Turcas, Indulgentias Plenarias conceſſit.*

50 *Dictaſque Indulgentias, ex quo Bellum adhuc durabat, præſervarunt in eorum Regulis Alexander VIII. & Innocentius XII.*

51 *Deleta tamen fuit hæc præſervatio in Regulis Clementis XI. quia Bellum non amplius vigebat.*

52 *Sed iterum per errorem appoſita in Regulis Innocentii XIII.*

53 *Sed expuncta a Regulis Benedicti XIII. & Regnantis Pontificis* CLEMENTIS XII. & num. 54.

55 *Regula præſervat in tertia parte facultates illas, & Indulgentias, quæ jam ſuum ſortiri cœperunt, & in parte ſortitæ ſint, effectum.*

56 *Idque de jure procedit in quamplurimis aliis ſimilibus caſibus, de quibus remiſſive.* & num. 57. & 58.

EManavit hæc Regula ante tempora *Innocen-* 1
tii VIII. & Sixti IV. ut ibidem ait *Sotus*,
& dividitur in tres partes. In prima revocat
Decimas, & alias impoſitiones, ac facultates 2
deſuper conceſſas Subcollectoribus, & Nuntiis.
In ſecunda ſuſpendit Indulgentias, & facultates 3
eligendi Confeſſarios. In tertia præſervat facul-
tates, & Indulgentias, quæ in aliqua ſui par- 4
te ſint ſortitæ effectum. Rationem primæ Re-
gulæ partis reddit hic *Queſada* in principio,
quod nempe fiat per illam revocatio Decima-
rum, ac facultatum &c. ut denuo petantur a 5
novo Pontifice, nam ſic reiteratur obedientia
Sedi Apoſtolicæ debita. Addi poteſt, & alia
ratio, ut nempe Pontifices agnoſcere valeant,
an revera Decimæ, aliaque ſubſidia, ad laudabi-
lem finem, pro quo conceſſa ſunt, impenſa fuerint.

Sæpe enim priſcis temporibus accidit, Principes
Decimas ipſas, ad alios Chriſtianos Principes op-
pugnandos, vel in prophanos uſus convertiſſe.
Sic Decimas Galliarum Regibus a Sede Apoſto-
lica conceſſas, ut ſubſidio eſſent pro expeditione
Terræ Sanctæ, cum Bellum exarſiſſet inter Fran-
cos, & Anglos, jamqua Sacræ Militiæ ſpes
omnis eliſa eſſet, revocavit *Benedictus XII.* &
Philippo Regi urgenti, ut earumdem Decima-
rum protraheretur conceſſio reſpondit Pontifex;
uſque adeo illum ſibi charum eſſe, ut ſi gemina
ſibi Anima, & ſalus eſſet, alteram ipſius cauſa
lubens in diſcrimen conjecturos eſſet; at cum
una tantum eſſet, certum ſibi eſſe ei conſulere,
nec committere, ut de æterna ſalute periclitetur,
ut referunt *Raynald. ad ann.* 1337. *num.* 22. &
23. *Thomaſ. de Benefic. par.* 3. *lib.* 1. *cap.* 43. *nu.*
10. §. *Anno* 1332. *P. Pag. in Breviar. Geſt. Rom.
Pontif. in vita Benedicti XII.* Sic etiam *Sixtus IV.*
videns Caſtellæ Reges Belli Maurici, & Grana-
tenſis penitus oblitos, & Decimas eam ob cauſam
a *Martino V.* eis conceſſas in prophanos uſus diſ-
ſipari, conceſſionem præfatam retractavit, juſſit-
que, Decimas jam exactas Eccleſiis reddi, ita
tamen, ut earum ſemiſſis Cameræ Apoſtolicæ per-
mitteretur ad Turcici Belli expenſas *Rainald. ad
ann.* 1475. *num.* 19. & 20. *Thomaſ. par.* 3. *lib.* 1.
cap. 44. *num.* 5.

6 Regula quoad primam partem, aliquoties jux-
ta varietatem temporum immutata eſt, ut genera-
liter de Cancellariæ Regulis diximus in *Comment.
in Regul. XXVIII.* Per eam antiquitus revocaban-
7 tur Decimæ, Subſidia, Vigeſimæ, & aliorum
onerum impoſitiones a *Prædeceſſore Pontifice*
emanatæ ex quavis cauſa, etiam in Subſidium
expeditionis contra Turcas, & Orthodoxæ fi-
8 dei hoſtes. At uſque a tempore *Alexandri
VII.* deleta ſunt a Regula verba a *Prædeceſſo-
re Pontifice*, & generaliter ſancitum ſuper re-
vocatione Decimarum impoſitarum, ac faculta-
tum a *Prædeceſſoribus Pontificibus* conceſſarum.
9 Rurſus quandoque exceptæ fuerunt aliquæ parti-
culares impoſitiones pro defenſione Fidei Ca-
tholicæ, & contra Turcas. Sic *Gregorius XV.*
excepit ab hac generali revocatione Decimas pro
defenſione Fidei Catholicæ in Germania contra
Hæreticos, & Imperii Rebelles *a Paulo V.* Præ-
deceſſore ſuo impoſitas ſub *Datum Idibus Janua-
rii Pontificatus anno XV.* Id ipſum confirmavit in
ſuis Regulis *Urbanus VIII.* (ubi per errorem
illius, qui curam habebat eas imprimendi, lo-
co revocandi facultates conceſſas a *Gregorio
XV.* ejus Anteceſſore, revocantur illæ a *Pau-
lo V.* indultæ, qui error irrepſit etiam in Re-
gulis *Alexandri VII.* exſcriptis a *Corrad. in
fine Prax. Diſpenſat.* qui ponit Regulam *Grego-
rii XV.* per extenſum eum hiſce revocationi-
bus, & exceptionibus, & tamen *Alexander
VII.* nihil tale diſpoſuit). Similiter *Clemens IX.*
præſervavit Decimas ab *Alexandro VII.* Præ-
deceſſore ſuo impoſitas ſub *Datum IX. Kalendas
Martii* Pontificatus *anno VI.* Ab *Innocentio* quo-
que *XI.* præſervatæ fuerunt Decimæ in auxilium
Regni Poloniæ per *Clementem IX. Quarta Idus
Maii* 1673. *Pontificatus anno IV.* impoſitæ; Et
Alexander VIII. ac *Innocentius XII.* præſerva-
runt in eorum Regulis Decimas ab ipſo *Innocen-
tio XI.* impoſitas pro Bello Ungarico contra
Turcas ſub *Datum Quinto Kalendas Octobris
Pontificatus anno VII.* & per eundem poſtea ex-
tenſas ad aliud triennium *ſub die* 25. *Novem-
bris* 1688. Quinimo, licet a Prædeceſſoribus
Pontificibus uſque ad *Innocentium XI.* incluſive,
revocatæ fuerint Decimæ, Subſidia, & alia one-
ra impoſita ex quavis cauſa, etiam in ſubſidium
expeditionis contra Turcas, & Ortodoxæ Fidei
Hoſtes, nihilominus in Regulis *Alexandri VIII.* 10
& *Innocentii XII.* præſervatæ fuerunt non ſolum
particulares Decimæ ab *Innocentio XI.* ut ſupra
impoſitæ, ſed etiam *impoſitiones aliarum Deci-
marum, Subſidiorum, & onerum impoſitorum in
ſubſidium expeditionis contra Turcas, & Orthodo-
xæ Fidei Hoſtes.*

In Regula vero *Clementis XI.* quia jam expira- 11
verat Indultum Decimarum Imperatori contra Tur-
cas conceſſum, omiſſa fuit præſervatio tum illa-
rum, tum impoſitionis *aliarum Decimarum,
ſubſidiorum &c.* quæ legebatur, ut diximus, in
Regulis *Alexandri VIII.* & *Innocentii XII.* Ve-
rum, cum poſtea laudatus Pontifex *Clemens
XI.* Decimas, & Subſidia contra Turcas, &
Fidei Hoſtes, indulſiſſet Imperatori in Statu
Mediolani, Ducatu Mantuæ, & Regno Neapoli-
tano, nec non Regibus Hiſpaniarum, & Portu-
galliæ, Electori Palatino, aliiſque Principibus, ac
tempore illius obitus conceſſio præfata non ad-
huc expiraſſet; hinc ad Pontificatus apicem aſ-
ſumpto *Innocentio XIII.* in Congregatione habi- 12
ta pro novis Cancellariæ Regulis efformandis vi-
ſum eſt omnibus DD. qui eidem Congregationi
interfuerunt, neceſſarium eſſe, quod a revocatione
hujus Regulæ exciperentur ſubſidia præfata, non
obſtante quod in antecedenti Pontificatu deleta
fuiſſet tota Parentheſis, quæ legebatur in Regu-
lis laudatorum Pontificum *Alexandri VIII.* & *In-
nocentii XII.* At quia longum fuiſſet enumerare
tot Indulta cum ſuis *Datis*, cenſuerunt genera-
liter illa excipere juxta ultima verba dictæ Paren-
theſis ibi -- *Non tamen Decimarum, Subſidio-
rum, & onerum impoſitorum ex quavis cauſa,
& occaſione expeditionis contra Turcas, & Or-
thodoxæ Fidei Hoſtes*, quæ verba leguntur etiam
in Regulis *Benedicti XIII.* & adjecta fuerunt in 13
illa Sanctiſſimi D. N. *Clementis XII.* feliciter re- 14
gnantis.

Hinc in terminis Regularum modernorum Pon-
tificum ceſſat quæſtio, an *Subſidium, Excuſatum,* 15
Milliones, & alia onera à Sede Apoſtolica impo-
ſita ad certum tempus in Regnis Hiſpaniarum,
de quibus *Barboſ. part.* 3. *alleg.* 87. *a num.* 56.
& *ſeqq. Thomaſſin. tom.* 3. *lib.* 1. *cap.* 44. ſint re-
vocata; Cum enim ſint hujuſmodi Proventus
deſtinati contra Turcas, & Orthodoxæ fidei ho-
ſtes, utique revocati non cenſentur. Sed nec e-
tiam in terminis antiquarum Regularum revo- 16
cati dici poterant, ut obſervantia tunc tempo-
ris demonſtrat, ſive quia conceſſi fuerunt ex cau-
ſa correſpectiva, & onéroſa, manutentionis nem-
pe Triremium, & defenſionis Regnorum Catho-
licorum ab Hoſtibus Infidelibus; Sive quia ſunt
conceſſi Regibus; Quemadmodum enim hæc Regu- 17
la non comprehendit Cardinales Legatos, ut ait
Sotus hic, ita nec afficit Reges, de quibus opus 18
erat particularem facere mentionem; & conceſſio-
nes ſimilibus Perſonis tam excelſa, ac ſublimi
Dignitate præditis, indultæ, ſine magna, & ur-
gentiſſima cauſa publicum bonum reſpiciente, non
ſolent revocari durante tempore pro quo factæ fue- 19
runt, licet ſit in libertate Pontificum eas præſtituto
tempore elapſo denegare, prout fecit *Sixtus V.* qui
concedere noluit *Subſidium*; *Rot. coram Pænia dec.*
1582. *num.* 1.

Quæro in terminis harum Decimarum, & Sub-
ſidiorum, an Penſionarii teneantur pro rata ſua-
rum

rum Penſionum illis contribuere, vel potius in-
tegre perſolvenda ſint a Titularibus. Pro reſolutio-
20 ne plures caſus ſunt diſtinguendi. Primus eſt in
terminis juris communis, & certum eſt, quòd ad
illius tramites Penſionarii tenentur Decimas Papa-
les ſolvere pro rata ſuarum Penſionum, juxta
communem opinionem, de qua, *Gigas de Pen-
ſion. quæſt. 59. per tot. & qu. 62. num. 13. Dec.
conſ. 156. vol. 1. num. 4. Gambar. de Off. Legat.
lib. 6. quæſt. 5. num. 207. Ventrigl. in Prax. tom.
2. adnot. 11. §. 2. nu. 1. Zacch. de Salar. quæſt.
8. num. 1. & ſeqq. Afflict. deciſ. 252. num. 7. Vin-
cent. de Franch. dec. 107. num. 1. & ſeqq.* cum aliis
penes *Monet. de Decim. cap. 9. num. 87. Tondut.
de Penſ. cap. 6. num. 16. Ciarlin. lib. 2. contr. 20.
num. 24. & controv. 24. in fine*, ubi refert Decre-
21 tum Camerale circa ſolutionem, & ratam Deci-
mæ a Penſionariis faciendam *Rot. dec. 161. nu. 3.
part. 2. diverſ.*

Secundus caſus eſt, quando Penſio impoſita fuit
22 libera, immunis, & exempta ab omni onere, *e-
tiam Decimæ*, & tam *ordinario*, quam *extraordi-
nario*, prout fieri conſuevit in quibuſcumque Pen-
ſionum reſervationibus; & hoc caſu Penſionarii
ad contributionem non tenentur, cum Papa poſ-
ſit illos in hoc privilegiare argument. *Text. in
Cap. Inſtantia de Cenſib. & Cap. Accedentes de
Præſcript.* & communiter etiam tradunt, *Monet.
de Decimis dict. cap. 9. num. 89. Tondut. de Pen-
ſion. cap. 6. nu. 20. & 21. Ciarlin. lib. 2. cap. 200.
num. 35. Vanceſpen. in Jus Eccleſ. Univerſ. part.
2. tit. 28. cap. 8. num. 7. Ventrigl. in Prax. tom.
2. adnot. 11. §. 2. num. 1. Lotter. de Re Benef.
lib. 1. quæſt. 38. num. 23. Zacch. de Salar. quæſt.
8. num. 17. Garz. de Benef. part. 1. cap. 5. num.
172. Rot. deciſ. 782. num. 2. part. 2. recent.* cum
aliis plene collectis in *Romana Penſionis 12. Fe-
bruarii 1694. §. Sed utraque coram Pio*, Immo
23 ſtante præfata exemptione ab oneribus tam *ordi-
nariis*, quam *extraordinariis*, ſi Princeps Secula-
ris de facto imponat Decimam, etiam in caſu
inſolito, quamvis in gradu ſuperlativo, adhuc
Penſionarii contribuere non tenentur: Dicuntur
24 enim onera præfata *extraordinaria*, a quibus
Penſionarii fuerunt per Pontificem exempti, late
*Ciarlin. lib. 2. contr. 200. a num. 24. & contr.
201. per tot.* Licet aliter dicendum, ſi Penſiona-
rii ſint tantummodo exempti ab oneribus *or-
25 dinariis*, nam, cum hujuſmodi impoſitiones
a Principe laico de facto emanatæ ſint injuſtæ,
& nullæ, Papa, aſſignando Penſionem liberam
ab oneribus *ordinariis*, non cenſetur voluiſſe exi-
mere Penſionarium ab iſtis oneribus extraordina-
riis, & contra jus impoſitis *Ciarlin. dict. Con-
trov. 200. num. 26. Lotter. de Re Benef. lib. 1.
quæſt. 38. num. 37. & ſeqq. Tondut. de Penſion. dict.
cap. 6. num. 18. Rot. deciſ. 4. de Locat. & Conduct.
cor. Mohedan.*

Tertius caſus eſt quando Papa in impoſitione
hujuſmodi Subſidiorum derogat exemptioni Pen-
26 ſionariorum, prout fieri conſuevit in Decimarum
impoſitionibus, in quibus ſolet declarari, nulli
immunitates, & exemptiones ſuffragari ſub qui-
buſcumque expreſſionibus verborum conceptas;
& in hoc tertio caſu tenentur Penſionarii pro
rata ſuarum Penſionum, quæ ante Indultum
reſervatæ fuerunt, contribuere ad Decimarum
ſolutionem; ut firmarunt communiter *Moneta*,
*ubi ſupra num. 90. Lotter. de Re Beneficiar. lib.
1. quæſt. 38. num. 23. & ſeqq. Azor. Inſtit. Mo-
ral. part. 2. lib. 8. cap. 9. quæſt. 2. Leuren. in For.
Benef. quæſt. 541. num. 5. Ventrigl. in Prax. tom.
3. adnot. 11. n. 2. Clericat. tom. 3. diſcord. 1. a n. 1.
& ſeqq. & de Penſion. Diſcord. 5. a n. 11. & ſeqq. &
Diſcord. 6. nu. 51. Azor. Inſtit. moral. part. 2. lib. 8.
cap. 9. quæſt. 2. Rot. dec. 161. nu. 3. & ſeqq. part.
2. diverſ.* Idque etiam contingit reſpectu ſolutio-
nis *Excuſati*, quod in Hiſpania idem eſt ac De- 27
cima, & cujus conceſſio ſingulis quinquenniis a
Sede Apoſtolica renovari ſolet cum derogatione
quibuſcumque Immunitatibus, & exemptionibus
ab illius ſolutione, quibuſvis Perſonis indultis. A
ſolutione enim dicti *Excuſati*, licet exempti ſint
Penſionarii pro rata ſuarum Penſionum, quæ du-
rante quinquennio reſervatæ fuerunt cum exemp-
tione ab oneribus, tam *ordinariis*, quam *extraor-
dinariis*, quinquennio tamen elapſo, expirat jus ex-
emptionis, cui derogatum remanet per clauſulas
prægnantes in Indulto Conceſſionis *Excuſati* pro
altero quinquennio adjectas *Garc. de Benef. part. 1.
cap. 5. num. 173. Barboſ. in Prax. exig. Penſ. part.
1. quæſt. 7. num. 31. & ſeqq.*

Quartus caſus eſt, quando adeſt Pactum in-
ter Penſionarios, & Titulares a Pontifice appro- 28
batum, quod ſi contingeret occaſione Decima-
rum, alteriuſve ſubſidii, aliquid ex quantitate
Penſionis detrahi, vel minui, Titularis ratam, quæ
penſionem tangit, de ſuo proprio ſolvere tenere-
tur, & quidquid ſolveret, donatione inter vi-
vos, ex tunc donaret &c. An inquam hoc ca-
ſu ſuffragentur Titularibus ampliſſimæ derogatio-
nes apponi conſuetæ in Literis Apoſtolicis con-
ceſſionis Decimarum, aliorumque ſubſidiorum,
vel potius ipſi teneantur etiam pro Penſionariis
contribuere, euſque indemnes ſervare? Et plu-
ries in *Rota* articulo propoſito, ſemper prodiit
reſolutio favore Penſionariorum, ex vi, & effica-
cia Pacti, cui non cenſetur Pontificem derogare
voluiſſe; Derogationes enim, & clauſulæ, qui-
bus muniri ſolent Literæ Apoſtolicæ ſuper indi- 29
ctione decimarum, operantur, & cenſentur appo-
ſitæ favore Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Principis, ad
cujus commodum deſtinantur Decimæ, ita ut poſſit
Camera, aut Principes illas pro ſua rata a Penſio-
nariis exigere, non obſtante pacto per eos inito
cum Titularibus, non autem ad derogationem ejuſ-
dem Pacti a Pontifice approbati, quo Titulares
ipſi ſe obſtrinxerunt Penſionarios indemnes rele-
vare ab omni eo, quod perſolverent, ut videre
eſt *deciſ. 1384. coram Seraphin. deciſ. 1582. 1612.
1625.* ubi de Excuſato *coram Pania, deciſ. 48.
157. & 184. coram Durano, deciſ. 702. part. 2.
recent. & in Bergomen. Penſionis 10. Aprilis
1630. coram Pirovano apud Leon. de Offic. Cappel-
lan. pag. 750.* Et hanc ſententiam ſequuntur *Ru-
beus Singul. Rot. ad dec. Seraphin. pag. 121. &
ad deciſ. Panſæ pag. 496. Lotter. de re Benefic. lib.
1. quæſt. 38. num. 25. & quæſt. 45. a n. 21. Zacch.
de Salar. quæſt. 8. num. 18. Leuren. in For. Benef.
quæſt. 541. ſub num. 5. Gozadin. conſ. 19. num. 5.
Tondut. de Penſ. dict. cap. 6. num. 36. Gratian. diſ-
cept. 548. num. 20. 26. & ſeqq. Barboſ. de penſ.
lib. 1. cap. 7. num. 37. Ciarlin. lib. 1. Controverſ.
24. per tot.* ubi refertur Decretum Camerale edi- 30
tum tempore *Urbani VIII.* in quo præſervantur
Pacta inter Penſionarios, & Titulares inita, &
lib. 2. controverſ. 200. num. 57. & ſeqq. & poſt
hæc ſcripta late *Clericat. de Penſ. diſc. 6. per tot.*
ubi contrarios explicat Auctores, & oppoſitis reſ-
pondet rationibus.

Sed, cum hujuſmodi controverſia rurſus ad
trutinam revocata fuiſſet ſub *Alexandro VII.* occa- 31
ſione impoſitionis Decimarum ab eo factæ favore
Inclytæ Venetorum Reipub. ut in ejus *Conſtit.* 112.
in

in Bullar. edit. Lugdunenſ. dicebatur, diſtinctio-
nem inter Titularem, & Principem non carere diſ-
ficultate. Dum enim Pontifex in Literis ſupee
impoſitione Decimarum expreſſam mentionem facit
de Pacto inito inter Titularem, & Penſionarium,
neceſſario intellexiſſe videtur de Intereſſe ipſius
Titularis, cui ſolum pactum præfatum adapta-
tur, non autem Principis, qui de jure poteſt
Decimas exigere ex ſola impoſitione Pontificis,
non obſtante eodem Pacto, quemadmodum pon-
deravit *Rota deciſ.* 161. *part.* 2. *diverſ. num.* 13.
verſic. & ſecus, cui licet, *Duran. dicta deciſ.* 48.
ſub num. 28. reſpondere conetur, attamen ejus
reſponſiones alio tendentes, non ſatisfaciunt mo-
tivo, & rationi irrefragabili Pacti. Fortius, quia
32 laudatus Pontifex *Alexander VII.* in impoſitione
dictarum decimarum, nedum adhibuerat formu-
lam ordinariam aliarum impoſitionum, de qua
Rotter. lib. 1. *quæſt.* 45. *nu.* 20. *Tondut. dict. cap.*
6. *num.* 32. ſed formula magis lata, & amplio-
ribus verbis concepta uſus fuerat, nam poſtquam
diſpoſuit, nullas immunitates, etiam ex cauſa
conventionis, & onerosa, ſuffragari, ſub qui-
buſcumque verborum expreſſionibus conceptæ
fuerint, etiamſi dictum extiterit, ex cauſa defen-
ſionis contra Turcas, ſubditur; Titulares non
teneri, etiamſi juri, & actioni petendæ ratæ par-
tis Penſionarios tangentis, jure jurando renuncia-
verint atque in forma Cameræ caverint, modo ali-
quo obligari, neque conſtringi poſſe — *Sed Penſio-
narios, & fructuum hujuſmodi reſervatarios ad
Decimarum præfatarum onus ſubeundum omnino
teneri.* Hac autem additione attenta, eo fortius
dicendum erat ſpectare ad Penſionarios onus con-
tribuendi pro rata ſuarum Penſionum, quantum-
vis ipſi aliter convenerint cum Titularibus, de
quibus præcedenter, & immediate, atque in ea-
dem periodo mentio expreſſa facta fuerat, quia
alioquin additio præfata, quæ ſane aliquid operari
debet, nihil operaretur, ac inanis prorſus, & ſu-
perflua remaneret, ad tradita in ſimilibus terminis
per *Rot. coram Duran. deciſ.* 184. *num.* 3.

Inſpecta potiſſimum derogatione generali in fi-
33 ne Literarum ſuper conceſſione Decimarum adje-
cta; quæ etiam mentem Pontificis declarat *Rot.
dec.* 532. *num.* 7. *part.* 1. *diverſ. deciſ.* 75. *num.* 9.
part. 5. *recent. deciſ.* 1321. *num.* 5. *coram Sera-
phin. deciſ.* 44. *num.* 12. *coram Otthobon.* quæque
his verbis concepta erat — *Non obſtantibus pro-
miſſionibus, obligationibus, Juramentis, renuncia-
tionibus, vinculis, & cautelis in aſſignatione præ-
fatarum Penſionum factis, quibus per impoſitio-
nem Decimarum hujuſmodi neminem teneri, ne-
que eas quoad præmiſſa contra quemcumque lo-
cum habere ſimiliter declaramus.* Dictio enim ge-
34 neralis *quemcumque* omnem perſonam compre-
hendit, *Guttierez Canon. Reſolut. lib.* 1. *Cap.* 34.
num. 17. *Menoch. de Recup. Poſſ. Remed.* 15. *nu.*
83. *Barboſ. dict.* 317. *num.* 1. *& ſeqq.* & propterea
reſtringi non poterat ad Perſonam Principis, cu-
jus favore cadit impoſitio Decimarum. Acceden-
35 te inſuper, quod Summus Pontifex ſub ea im-
poſitione comprehendere profeſſus eſt etiam duo-
decim Congregationes Regularium, cum expreſ-
ſa derogatione exemptioni eis conceſſæ ex titu-
lo oneroſo, licet *Urbanus VIII.* & *Paulus V.*
illas excepiſſent ratione Concordiæ, quam ſub
S. Pio V. cum Camera Apoſtolica, prævia ſo-
lutione certæ ſummæ pecuniariæ, eædem Con-
gregationes iniverant. Unde eo facilius derogaſ-
ſe cenſetur exemptionibus Penſionariorum, qui
innituntur meræ gratiæ provenienti a Pontificis
liberalitate, & ſic mero titulo lucrativo; Una
enim pars aliam Conſtitutionis partem declarat 36
Cephal. conſ. 178. *num.* 16. *Gabriel. conſ.* 13. *n.* 9.
lib. 2. *Surd. conſ.* 431. *n.* 47. *Rot. deciſ.* 557. *nu.* 14.
part. 19. *tom.* 2. *recent. & in Romana Exequutio-
nis Brevis* 12. *Maii* 1687. *§. Magiſque, coram clar.
mem. Card. Caccia*, & arguere licet de majori ad 37
minus *Dec. conſ.* 76. *num.* 3. *Rot. deciſ.* 468. *nu.* 4.
part. 13. *recent. & coram Molines deciſ.* 607. *n.* 8.
deciſ. 672. *num.* 31. *deciſ.* 883. *num.* 27.

Cum itaque contra Penſionarios urgerent mox
expoſitæ rationes, ex quibus dubia reddebatur
opinio Rotæ, idem *Alexander VII.* mentem
ſuam declaravit cum *Motu proprio* ſub *Datum Ka-
lendis Aprilis Pontificatus anno IX.* in Bullar. im-
preſſion. Lugdunen. *Conſtit.* 141. ſtatuitque, Deci-
mas a Penſionariis ſolvendas eſſe, quocumque
Pacto non obſtante, neque eis competere jus ſe 38
revalendi ex quocumque capite (etiamſi renuncia-
tum fuerit dictæ Pontificiæ declarationi) con-
tra Titulares, & ab eis ſolutum repetendi, re-
vocando Sententias etiam publicatas, & exe-
quutas contra Titulares. Et quamvis Conſtitu-
tio præfata videatur particularis, cum edita fue- 39
rit pro illa dumtaxat Decima, tunc impoſita, atta-
men vim legis generalis habere videtur; quia
Papa reſpondendo, & definiendo ſuper particulari
caſu, *Canonem* condit, ut in terminis *Extravag.
Unicæ, de Decim.* adnotavit *Monet. eodem tract.
cap.* 9. *&* 29. & diximus *in Commentariis in Re-
gulam IX.* Et nihilominus ſan. mem. *Innocentius* 40
XI. pro majori cauthela in impoſitione Deci-
marum facta pro Bello Ungarico contra Tur-
cas *anno* 1683. *Quinto Kalendas Octobris §.
Decernentes* diſpoſuit, omnes Penſionarios teneri
pro rata ſuarum Penſionum ad Decimarum ſo-
lutionem, neque jus eis, etiam vigore cujuſ-
libet pacti, competere quidquam repetendi a Ti-
tularibus.

Quintus caſus eſt, ſi poſt reſervationem Pen-
ſionis, inita ſit Concordia a Pontifice approbata 41
inter Clerum, & Principem, cujus favore De-
cima, vel aliud Subſidium Apoſtolica auctoritate
conceſſum fuit, ac in ea Clerus ſe obliget eidem
Principi Decimam, aut Subſidium ſolvere, non
obſtantibus quibuſcumque exemptionibus, &
Contractibus, etiam juratis, & obligatione in
forma Cameræ ad favorem Penſionariorum mu-
nitis; Atque in hoc caſu Penſionarii pro rata
ſuarum Penſionum contribuere tenentur, quia
obligatio, quæ ex facto, & perſona illorum
originem trahit, ipſos quoque afficere debet,
& Titulares rite opponere poſſunt de Pacto, &
ſimultanea obligatione voluntaria cum ipſis ſuſ-
cepta a Penſionariis; & in his terminis procedit
Rot. d. deciſ. 161. *part.* 2. *diverſ.* ut advertit eadem
Rot. coram Duran. deciſ. 48. *num.* 28. *&* 29. *deciſ.*
157. *num.* 3. *& deciſ.* 184. *per tot.* ubi, quod hæc
Concordia ligat Clerum Romanum *& in Bergomen.
Penſionis impreſſ. poſt Leon. de Offic. Cappellan.
quæſt.* 5. *ſect.* 16. *num.* 271. *pag. mihi* 755. *Tondut.
cap.* 6. *nu.* 57. *Barboſ. de Penſ. part.* 1. *cap.* 7. *n.* 35.
& 36.

Sextus demum caſus eſt, quando poſt dictam
Concordiam fuit reſervata Penſio, aut Tertius poſt 42
eamdem, cum Cedula Bancaria ſe obligavit ſol-
vere integram Penſionem, & tunc ex vi noviſſimi
pacti Penſionarius ad nihil tenetur, ſed ille, qui
dedit Cedulam, Pactum, & propriam obliga-
tionem ſervare teneretur, nec tunc eſt controver-
ſia inter Titularem, & Penſionarium, ſed agitur
de obligatione Tertii *Tondut. de Penſ. dict. cap.* 6.
num. 36.

num. 36. *Rota deciſ.* 157. *uſque ad fin. coram*
Duran.
Hæc quoad primam partem Regulæ. In ſecun-
43 da ſuſpenduntur plenariæ Indulgentiæ, etiam ra-
tione expeditionis contra Turcas, & Infideles
conceſſæ, nec non facultates omnes in iiſdem In-
dulgentiis impertitæ, præſertim eligendi Confeſ-
ſarios. Et reſpicit hæc Regulæ pars tempus anti-
44 quum, in quo, ut plurimum, in expeditionibus
contra Infideles quamplures concedebantur Indul-
gentiæ, & facultates, ex quibus quandoque
ſcandala oriebantur, ut hic ait *Sotus*. Unde con-
gruum erat eas revocare, ſive ſuſpendere. Hinc
P. Enriquez ait, expedire Papam interdum revo-
45 care Privilegia, & indulgentias a ſe, vel a
Prædeceſſoribus conceſſas, quia nimia Indulgen-
tia parit abuſum, & longo tempore habita, repu-
tatur a Vulgo debita, cum tamen ſit Gratia; At ejus
46 dictum reſpectu Bullæ *Cruciata* reprehendit *P. Men-*
do ad eamdem *Bullam Diſput.* 2. *cap.* 6. *num.* 40.
& Indulgentias, ac Facultates in Bulla præfata
conceſſas non eſſe per hanc Regulam ſuſpenſas,
uſus, & praxis demonſtrat; Non enim poſtulatur
47 hæc Gratia in ſingulis novis Pontificatibus, ſed de
ſexennio in ſexennium, & quandocumque illud
completum ſit.
Bis in Concilio Tridentino actum ſuit de Cru-
48 ciata. *Scripſerat Paulus III.* (Verbis utor *Redingii*
in Hiſtor. Concilii Tridentin. tom. 3. *pag.* 134.
num. 6.) *Concilii Legatis animi propenſionem ad*
Hiſpanicam Cruciatam auferendam, ſed opta-
bat prudentem illorum operam, per quam ab
aliquibus illius Nationis Epiſcopis id Concilio
proponeretur. In hoc ſibi quidem Legati reſponde-
runt, probari conſilium, modo res perfici poſ-
ſet citra Hiſpani Regis indignationem, ſed ſimul
videri ſibi fieri non poſſe, ut ad hoc poſtulan-
dum Hiſpanienſes Antiſtites adducerentur: quam-
vis enim illi deſiderio in id ferrentur, & in
privatis colloquiis rem probarent, neminem ta-
men auſurum fuiſſe id petitione publica profite-
ri, & ad expeditionem claſſicum canere. Refert
itidem laudatus Vir clar. in *ead. Hiſtor. tom.* 5.
pag. 20. quod, cum a Concilii PP. extenſum
fuiſſet Decretum ſuper Indulgentiis, & in eo ve-
taretur, ne *certa taxarentur Eleemoſinæ ad Indul-*
gentias conſequendas, Epiſcopus *Salmanticenſis* pro-
poſuit Cardinali Lotharingio, per Decretum dam-
nari id, quod in Crucista a Rege Catholico
uſurpabatur. Quod ſi ejuſmodi conſuetudo pra-
va fuiſſet, eam poſtea cognitum, & ſublatum iri
a Pontifice, non tamen hoc dedecus, & detri-
mentum Regi a Synodo eſſe inferendum, cum-
que poſtulatio *Lunenſis* accederet, ea verba ſublata
ſunt.
Cœterum, cum. ſan. mem. *Innocentius XI.* ſub
die 3. *Decembris* 1685. Pontificatus anno X. oc-
caſione Belli Ungarici contra Turcas plenariam
Indulgentiam his verbis per Breve conceſſiſſet --
Omnibus, qui ad ſubveniendum huic Sacro Bel- 49
lo in Perſonis propriis, & ſuis expenſis ſe contule-
rint, nec non iis, qui non in Perſonis propriis
illuc acceſſerint, ſed ſuis tantum expenſis, juxta
facultatem, & qualitatem ſuam, Viros idoneos
deſtinaverint, donec Milites præfatorum Princi-
pum fœderatorum reſpective ibi fuerint, com-
moraturos, & illis ſimiliter, qui licet alienis
expenſis, propriis tamen Perſonis Belli laborem,
& pericula ſubſtinuerint; Et demum eis, qui de
Bonis ſibi a Deo collatis congruam ad id por-
tionem benigne erogaverint, pleniſſimam, & am-
pliſſimam omnium peccatorum ſuorum, de quibus
corde contriti, & ore confeſſi fuerint, & eam-
demmet, quam Romani Pontifices Prædeceſſores
res Cruce ſignatis proficiſcentibus ad ſubſidium Ter-
ræ Sanctæ, concedere ſoliti fuerunt, veniam, re-
miſſionem & abſolutionem indulgemus, & elargi-
mur &c. Hinc durante eodem Bello in Pontificatu
ſan. me. *Alexandri VIII.* & initio illius rec. mem.
Innocentii XII. fuerunt dictæ plenariæ Indulgentiæ 50
in eorum Regulis præſervatæ. In Regula vero
Clementis XI. quia Bellum præfatum non amplius 51
vigebat, fuit hæc præſervatio deleta, ſed per er-
rorem fuit iterum appoſita in Regula *Innocentii*
XIII. unde in Congregatione habita pro novis 52
condendis Cancellariæ Regulis in craſtinum aſſum-
ptionis *ſan. mem. Benedicti XIII.* concluſum fuit, 53
quod deleretur, prout nec legitur in Regula San- 54
ctiſſimi D. N. *Clementis XII.*
Demum in Regula præſervantur eæ facultates,
& Indulgentiæ, quæ jam ſuum ſortiri cœperunt 55
effectum, & in parte ſunt ſortitæ; Idque etiam
de jure locum ſibi vindicat in quamplurimis ca- 56
ſibus ſimilibus, de quibus *Mendo ad Bull. Cru-*
ciatæ diſput. 2. *cap.* 2. *n.* 12. & diximus *in Com-*
ment. in Regul. XIII. revocatoriam Unionum, quæ 57
non procedit, ubi Beneficiorum unio in parte ſuum
cœpit ſortiri effectum; & reſpectu Indultorum ſu-
perviventiæ, quæ a Prædeceſſoribus Pontificibus
conceſſa ſunt, quod non ſubjaceant revocationi *Re-*
gulæ LXIX. ſi in parte effectum ſortita fuerint, di- 58
cemus infra *in Comment. in eamdem Regulam n.*60.

REGULA LXIV.

Revocatio facultatum percipiendi pretium Officiorum.

ITem revocavit, caſſavit, & annullavit, ac irritas declaravit quaſcun-
que facultates percipiendi pretium Officiorum Romanæ Curiæ pro
tempore vacantium in toto, vel in parte, & quaſvis conceſſiones,
& collationes, aliaſque diſpoſitiones per fel. record. Benedictum XIII.
alioſve Prædeceſſores de dictis Officiis etiam ex die collationum, con-
ceſſionum, & diſpoſitionum earundem in antea vacaturis in favorem
qua-

quarumcumque Perſonarum, Eccleſiarum, Monaſteriorum, Piorum Locorum, Collegiorum, ſeu earum Menſarum, etiam perpetuo, etiam in vim contractus, & ex titulo oneroſo, & ſub quavis alia verborum forma, quam, & præmiſſorum tenores pro expreſſis haberi voluit, conceſſas, & factas, quoad Officia, quæ poſt obitum dictorum Prædeceſſorum vacarunt, & impoſterum quomodolibet vacabunt. Item revocavit quoque, caſſavit, & annullavit, ac irritas declaravit quaſcumque Infeudationes, Inveſtituras, Gratias, Conceſſiones quoquomodo, etiam in Emphyteuſim ad tempus, ſeu in perpetuum, etiam Motu proprio, & de plenitudine poteſtatis, ac cum quibuſvis derogatoriarum derogatoriis (extra tamen Conſiſtorium, & ſine S. R. E. Cardinalium conſilio, & conſenſu) a die Conſtitutionis fel. record. Pii PP. V. Prædeceſſoris ſui ſuper prohibitione alienandi, & infeudandi Civitates, & Loca S. R. E. ſub Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quinquenteſimo ſexageſimo ſexto, Quarto Kal. Aprilis, Pontificatus ſui anno ſecundo, uſque in præſentem diem, per quoſcumque Romanos Pontifices ſuos Predeceſſores, aut mandato, vel auctoritate eorum, quomodocumque, & qualitercumque, & quovis colore factas, & conceſſas de Civitatibus, Terris, Oppidis, Caſtris, Arcibus, & Locis S. R. E., & Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, & tam mediate, quam immediate ſubjectis, tunc videlicet de tempore dictarum Infeudationum, Inveſtiturarum, Gratiarum, & Conceſſionum nondum devolutis, nec non quaſcumque prorogationes, & extenſiones quarumcumque Infeudationum, Inveſtiturarum, Gratiarum, & Conceſſionum de dictis Civitatibus, Terris, Oppidis, Caſtris, Arcibus, & Locis, tunc videlicet de tempore dictarum prorogationum, & extenſionum nondum finitarum quibuſvis Perſonis, cujuſcumque gradus, ſtatus, conditionis, & præheminentiæ, etiamſi Imperiali, Regali, Ducali, aut alias quavis præfulgeant Dignitate, etiam in vim contractus, & ex quocumque titulo, etiam oneroſo, & per quaſcumque tam ſub Plumbo, quam in forma Brevis ſub Anulo Piſcatoris, aut etiam alias quomodocumque, & qualitercumque expeditas literas, ac ſub quavis verborum forma, quam, & præmiſſorum omnium tenores, Sanctitas Sua pro expreſſis haberi voluit, latiſſime extendendos.

ARGUMENTUM.

Revocat Regula in prima ſui parte, quæ in Auctorem agnoſcit *Paulum III.* facultates percipiendi pretium Officiorum Romanæ Curiæ pro tempore vacantium, nec non conceſſiones a Prædeceſſoribus Pontificibus, etiam in vim contractus, & in Conſiſtorio factas, ad Officia impoſterum vacatura; illiuſque diſpoſitio, cujus rationes aſſignantur, quamvis reſtricta ad facultatem percipiendi *pretium* Officiorum, comprehendit etiam facultatem percipiendi *fructus*. Non afficit tamen Officia, quæ ad aliorum, quam Papæ diſpoſitionem vacant, nec ea, quæ conceſſa ſunt in purum allodium, minuſque præventivas conceſſiones a Papa factas de Officiis Capitolinis, cum hæc dici non poſſint Officia Romanæ Curiæ, de quibus Regula loquitur. Conſervatores vero Capitolii, etſi Officia præfata, dum vacant, de novo concedere poſſint, haud tamen iis permiſſum eſt jus ad Officia vacatura in præjudicium Succeſſorum in Magiſtratu concedere, conceſſionem extendere, & favore aliarum Perſonarum ampliare, niſi conceſſio, aut extenſio hujuſmodi ſint a Papa confirmatæ in forma ſpecifica. In ſecunda vero parte Regulæ, quæ addita fuit tempore Cle-

Clementis VIII. quæque melius eſſet, quod in novam, ac diſtinctam Regulam redigeretur, revocantur Infeudationes, & Inveſtituræ, earumque prorogationes, & extenſiones, de Locis Juriſdictionalibus S.R.E. factæ a die Conſtitutionis *S. Pii V. De non infeudandis*, etiam in vim contractus, & ex quocumque titulo, licet de tempore Inveſtituræ, aut illius prorogationis, Feuda non *dum eſſent ad Sedem Apoſtolicam devoluta.* Quod & in terminis ejuſdem *Pianæ* Conſtitutionis fuit alias reſolutum, & ab *Innocentio IX.* ſancitum, quamvis *adeſſet vera, & evidens utilitas, ac neceſſitas Eccleſiæ* juxta declarationem *ſan. mem. Clemen. XIII.* alterius contrariæ a *ſan. mem. Gregorio XIII.* editæ, revocatoriam; Subjacent inſuper *Pianæ* Conſtitutionis prohibitioni Pignorationes, & Hypotecæ ſpeciales locorum Juriſdictionalium S. R. E. quemadmodum, & eorum conceſſiones in gubernium perpetuum, aut ultra triennium, nec non loca Juriſdictionalia a Baronibus emenda, & acquirenda, ſi per triennium a die eorum acquiſitionis numerandum, non fuerint vere, realiter, & effective alienata; Et quid ſi Feuda fuerint confiſcata ob delictum? Conſtitutio *Piana*, & Regula non prohibent Inveſtituras, earumque prorogationes de Feudis non adhuc devolutis, quæ in Conſiſtorio, ac cum conſilio, & conſenſu Cardinalium fierent, minuſque alienationes fructuum, & emolumentorum, quæ a Juriſdictione Civitatum, & Caſtrorum S. R. E. proveniunt, & an prohibitioni præfatæ ſint obnoxia Tenutæ, aliaque Bona, quæ in dictis Caſtris exiſtunt? Poſtremo examinatur, an Regula, & *Piana* Conſtitutio afficiant Feuda, & Bona juriſdictionalia ad Eccleſias inferiores ſpectantia?

SUMMARIUM.

1 *Revocat Regula in prima parte facultates percipiendi pretium Officiorum Romanæ Curiæ pro tempore vacantium, & Conceſſiones ab Anteceſſoribus Pontificibus factas ad Officia vacatura.*
Et agnoſcit in Auctorem Paulum III. n. 3.

2 *Concordat cum Conſtitutionibus editis ab Urbano VIII. & Innocentio X.*

4 *Et aſſignantur illius rationes.* & n. 5. & 13.

6 *Regula eſt ampliſſimis clauſulis munita.*

7 *Comprehenditque Conceſſiones ad Officia vacatura, etiamſi in vim contractus, & ex cauſa oneroſa expleta fuerint.*

8 *Quinimo & factas in Conſiſtorio.*

9 *Regula XIX.* de infirmis *non afficit Proviſiones Beneficiorum Conſiſtorialiter factas.*

10 *Traditur differentia, quæ viget inter dictam Regulam, & Regulam LXIV.*

11 *Regulæ revocationi ſubjacent etiam facultates percipiendi fructus Officiorum Romanæ Curiæ vacantium.*

12 *Et reſpondetur motivo, quod Regula ſit reſtricta* ad pretium *Officiorum.* & n. 13.

14 *Regulæ diſpoſitio non afficit conceſſiones ad Officia, quæ non vacant ad favorem Papæ, & in quibus non conſideratur præjudicium Succeſſoris.* & n. 30. & 33.

15 *Hinc non comprehendit Officia unita & dependentia ab Officiis majoribus, nempe Camerariatu, Pænitentiaria &c.* n. 32.
Nec Officia, quæ, corrupta, & alterata eorum natura, conceſſa ſunt in purum Allodium? ibid.

16 *Regula, an comprehendat Officia Capitolina? Proponitur Sententia affirmativa, quia eorum reſpectu militat ratio Regulæ.* & nu. 17. & 22.

17 *Officia Capitolina conceduntur a Conſervatoribus non propria, ſed Pontificis auctoritate.* & num. 31.

18 *Et Pontifices aliquando de dictis Officiis ad excluſionem Conſervatorum diſpoſuerunt.* & nu. 38. & 39.

19 *Officia præfata ſunt de Regalibus Principis.*

20 *Et dicuntur Officia Romanæ Curiæ, quemadmodum & alia, quæ Romæ fixa ſunt.* & numer. 21.

23 *Ponderatur Conſtitutio Sixti V. ſuper erectione Collegii Notariorum Curiæ Capitolinæ, ex qua eruitur, Officia ejuſdem Curiæ ſub diſpoſitione Regulæ comprehendi.*

24 *In quæſtione, de qua ſupra* num. 16. *proponitur Sententia negativa; Et pro ea reſolutum a Congregatione particulari de annis* 1684. & 1685. num. 43.
Redditur ratio, quia Regula loquitur de Officiis Romanæ Curiæ, quorum appellatione non veniunt Officia Curiæ Capitolinæ dict. num. 24.
Explicantur contraria Auctoritates num. 29.
Et reſpondetur Conſtitutioni Sixti V. ſuper erectione Collegii Notariorum Curiæ Capitolinæ. numer. 41.

25 *Curia Capitolina eſt diſtincta a Curia Romana.*

27 *Et de differentia inter unam, & alteram Officiorum ſpeciem.* Remiſſive.

28 *Conſtitutio Urbani VIII. quæ loquitur de Officiis ad Sedem & Cameram Apoſtolicam ſpectantibus, locum non habet in Officiis Capitolinis.*

30 *Officiis Curiæ Capitolinæ non applicatur ratio Regulæ.*

31 *Proprietas Officiorum Curiæ præfatæ reſidet penes Populum Romanum, eorumque tantummodo uſusfructus ſpectat ad Conſervatores.*

34 *Eadem ratio ubi militat, eadem vigere debet juris diſpoſitio.*

35 *Regulæ Cancellariæ ſunt ſtricte interpretandæ.*

36 *Nec ex majoritate rationis extra ſuos terminos trahendæ.*

37 *Obſervantia bene declarat, quid in Regulis Cancellariæ ſit comprehenſum.*

39 *Penes Principem ſupremum poteſtas reſidet diſponendi de rebus ſubditorum.*

42 *Ubi aliquid contra Regulas Cancellariæ diſponitur, neceſſe eſt pro validitate actus, ut illis derogetur.*

44 *Conſervatores Capitolii poſſunt Officia Palatii Capitolini, cum vacant de novo concedere.*

45 *Eorundemque Officiorum reſignationes admittere.*

46 *Non poſſunt tamen jus ad Officia vacatura poſt Officialium obitum, aut prorogationem, & extenſionem alterius favore concedere, in præjudicium Succeſſorum in Magiſtratu.*

47 *Et confirmatio Apoſtolica ſuper hujuſmodi conceſſione adjecta, illius validitatem ſolùm operatur, ſi conceſſa ſit in forma ſpecifica, ſecus communi.*

Ex quibus cenſetur, Pontificis confirmationem conceſſam fuiſſe potius in forma communi, quam ſpecifica. Remiſſive ibid.

48 *Regula revocat in ſecunda parte Infeudationes, & Inveſtituras quaſcumque Civitatum, & Locorum S. R. E. earumque prorogationes, & extenſiones factas a die editæ Conſtitutionis S. Pii V.* de non Infeudandis, *licet de tempore Inveſtituræ, aut prorogationis, Civitates, & Loca præfata nondum eſſent ad S. Sedem devoluta.*

Et quamvis Inveſtituræ præfatæ, earumque prorogationes, emanaverint in vim contractus, & ex titulo oneroſo. n. 59.

49 *Idque etiam reſolutum antea fuerat ſub Gregorio XIV.*

Et poſtea per ſuam declarationem ſancitum a ſan. mem. Innocentio IX. n. 51.

50 *Declaravit tamen Gregorius XIV. pluribus licet diſſentientibus Cardinalibus, Conſtitutionem Pianam non ſe protendi ad Feuda nondum devoluta,* quando adſit vera, ac evidens utilitas, ac neceſſitas Eccleſiæ.

52 *Sed declarationem hanc, uti Pianæ Conſtitutionis deſtructivam, revocavit ſan. mem. Clemens VIII.* & n. 53. 54. & 59.

55 *Et Clementis VIII. nec non Innocentii IX. declarationes quamplurimi Pontifices eorum Conſtitutionibus confirmarunt.*

57 *Atque ex declarationibus præfatis ortum habuit ſub eodem Clemente VIII. ſecunda pars Regulæ.*

58 *Sed melius eſſet, quod ex ea nova, ac diſtincta Regula efformaretur, & quare?*

60 *Regulæ diſpoſitio prohibens Inveſtituras, earumque prorogationes de Feudis Romanæ Eccleſiæ, quamvis nondum devolutis, comprehendit etiam eorum Pignorationes, & Hypotecas ſpeciales.*

61 *Maxime attenta declaratione Innocentii IX.*

62 *Loca Juriſdictionalia S. Sedis non poſſunt vigore Conſtitutionis S. Pii concedi in Gubernium perpetuum, & in adminiſtrationem ultra triennium.* & n. 63.

65 *Prælatis Eccleſiarum inferiorum, earumque Adminiſtratoribus, prohibitum eſt ex Conſtitutione Urbani VIII. Feuda & Loca Juriſdictionalia ad ipſas ſpectantia de novo inveſtire, ſeu de iiſdem non adhuc devolutis Inveſtituram prorogare.*

66 *Id tamen facere non prohibetur Pontifex, nec ex Conſtitutione S. Pii, aliiſque Apoſtolicis Ordinationibus, nec vigore Regulæ.*

Intellige de Feudis, & locis Juriſdictionalibus Eccleſiarum inferiorum, quæ ſunt extra Statum Eccleſiaſticum, ſecus Eccleſiarum exiſtentium in Statu præfato, & quare? n. 68. & 69.

67 *Bona Cameræ Apoſtolicæ non ſubjacent Conſtitutioni Pianæ.*

70 *Regula, & Conſtitutio S. Pii non comprehendunt Inveſtituras, earumque prorogationes de Feudis non adhuc devolutis, quæ fierent in Camera, & cum conſilio, & conſenſu Cardinalium.*

71 *Minuſque Pianæ Conſtitutioni ſubjacet alienatio fructuum, & emolumentorum provenientium ex juriſdictione Caſtrorum; & quare?*

Et, an ſub ea comprehendantur Tenutæ, Molendina, Domus, aliaque bona in dictis Caſtris exiſtentia? Remiſſive. ibid.

72 *Conſtitutio Piana juxta alteram Conſtitutionem Clementis VIII. amplectitur etiam Caſtra, & Loca juriſdictionalia per Cameram Apoſtolicam a Baronibus acquiſita, ſi intra triennium a die eorum acquiſitionis non fuerint vere, realiter, & effective alienata.*

Et Conſtitut. Alexandri VII. prohibet dictum terminum prorogari, eoque elapſo, dictis Locis non alienatis, cenſetur abſque alia declaratione ipſo jure, & facto Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ incorporata.

73 *Feuda confiſcata ex delicto, quod ex ſui natura, & de Conſuetudine Feudorum præſefert illorum devolutionem ad Dominum directum, ſubjacent Conſtitutioni Pianæ.* & numer. 75.

Sicque ſervatum a Clemente VIII. n. 76.

Sed contrarium antea ſervaverat Gregorius XIV. n. 77.

74 *Ob delictum Felloniæ, aliaque id genus, utile Feudatarii dominium ipſo jure conſolidatur cum directo, etiamſi a Curia Principis non fiat Confiſcatio.*

78 *Sequuta Confiſcatione ſive ad tempus, vitam nempe Feudatarii, ſive perpetuo, ob delictum privatum, ob quod Feudum de ſui natura ad Dominum non devolvitur, an ſit locus Conſtitutioni Pianæ.* & n. 79. 80. & 81.

DUas continet partes hæc Regula. Prima 1
revocat facultates percipiendi pretium Officiorum Romanæ Curiæ pro tempore vacantium, necnon Conceſſiones a Prædeceſſoribus Pontificibus ſub quacumque formula expletas ad Officia, quæ poſt illorum obitum vacare contingeret, ac
in poſterum vacabunt. Et concordat cum *Conſtit.* 2
ſan. mem. Urbani VIII. la 21. §. 1. *Conſtit.* 30. §. *VIII.* nec non cum *Conſtit.* 7. *ſan. mem. Innocentii X. Bullar. Nov. tom.* 4.

Prodiit Regula quoad hanc primam partem ſub
Pontificatu *Pauli III.* nam in Regulis editis a 3
Clemente VII. aliiſque Pontificibus Anteceſſoribus, pars præfata non legitur, illiuſque diſpoſitio innititur tum juri communi, ne ſcilicet Offi-
cia nondum vacantia conferantur, ſicut conferri 4
nequeunt Beneficia, quæ non adhuc vacant, *Cap.* 2. *de Conceſſ. Præbend. in* 6. Præſeferunt quip-
pe conceſſiones hujuſmodi præventivæ imagi- 5
nem quandam futuræ ſucceſſionis, quæ a lege improbatur uti periculi, & triſtiſſimi eventus plena ob votum illud captandæ mortis, quod inducit, ut dicitur in dicta *Conſtit.* 30. §. 8. *ſan. mem. Urbani VIII.* & obſervant *Maſtrill. de Magiſtrat. lib.* 1. *cap.* 25. *numer.* 16. *Card. de Luc. de Regal. Diſc.* 5. *Torr. de Pact. futur. ſucceſſ. lib.* 1. *cap.* 20. *numer.* 69. *verſ. non tamen*, *Roſ. Conſult.* 64. *num.* 4. *Rocc. Diſput. Jur.* 90. *num.* 4. & 5. *Petr. Gregor. Tholoſan. lib.* 1. *de Reſcript. cap.*

cap. 10. *n.* 1. late *Franciſc. Salern. conſ.* 10. *per tot.*
Tum rationi, ne videlicet ſupplantetur Succeſſor,
qui eadem Officia, dum vacant, conferre debe-
ret, quod ſane ab omni æquitate alienum aſſe vi-
detur ad *Text. in leg. Quod ſponte. la 4. C. de*
Donat. ante Nupt. leg. Si cum qui judicare ff. de
Juriſdict. omn. Judic. leg. Leges C. de Legib. &
Conſtit. Princip. cum concordan. penes *Rot. de-*
ciſ. 208. *num.* 4. *& ſeqq. coram clar. mem. Card.*
Caprara.

6 Eſt hæc Regula univerſalis, & clauſulis præ-
gnantiſſimis concepta, illa præſertim, *quarum te-*
nores &c. & comprehendit etiam Conceſſiones ad
7 Officia vacatura in vim contractus, & ex cauſa
oneroſa factas, ut clare in ea diſponitur, imo e-
tiam factas in Camera, & in ipſo Conſiſtorio. De
8 qua re alias acris in Rota emerſit diſputatio in
terminis Regulæ *S. Pii V.* revocatoriæ facultatis
percipiendi pretium Officiorum, an ſub ea com-
prehenſa dici poterat revocatio ſuperviventiæ, quæ
Cardinali *Vitelli* conceſſa fuerat ſuper Officio Ca-
merariatus empto pretio aureorum ſcutorum ſep-
tuaginta millium, ex quo Cardinalis præfatus de-
ceſſerat intra tempus ejuſdem ſuperviventiæ; &
affirmative reſolutum fuit, ob ampliſſimas clauſu-
las, quibus Regula munita reperitur, non obſtan-
te quod Gratia ſuperviventiæ facta eſſet in Con-
ſiſtorio. Nec relevans viſum fuit motivum innixum
9 diſpoſitioni Regulæ *de Infirmis*, quæ non afficit,
proviſum Conſiſtorialiter de Beneficio, ob diſcri-
minis rationem, quæ inter utramque Regulam vi-
get. Regula ſiquidem de *Infirmis* prodiit ad oc-
10 currendum fraudibus, quæ in præjudicium Ordi-
nariorum per Beneficiorum Reſignationes commit-
tebantur, quæ ſane ratio non militat reſpectu Be-
neficiorum Conſiſtorialium, dum hæc ab Ordina-
riis conferri non poſſunt. At vero *Regula LXIV.*
innititur rationi, ne ſucceſſoribus Pontificibus, ob
præventivas facultates percipiendi pretium Officio-
rum, quæ tempore ipſorum vacare contingeret ab
Anteceſſoribus elargitas, etiam in vim contractus,
in eorumdem Officiorum conceſſione præjudicium
inferatur; ut *in Romana Officii Camerariatus* 9.
Maii 1569. *coram Cotta*, quam Deciſionem reaſ-
ſumit *Rubens Singular. Rot. part.* 2. *pag. mihi* 30.
n. 11. *& ſeqq. & part.* 3. *pag.* 221. *nu.* 3. *verſ. Ad-*
ditur.

11 Locumque ſibi vindicare hujus Regulæ cenſu-
ram, etiam reſpectu facultatis percipiendi fructus
Officiorum Romanæ Curiæ pro tempore vacan-
tium, fuit ſenſus ejuſdem *Rotæ* contra Hæredes, &
Creditores dicti Cardinalis *Vitelli.* Et licet Regula
ipſa loquatur de pretio Officiorum, attamen, cum
12 ſubdat *in toto, vel in parte*, utique apta eſt com-
prehendere fructus, qui licet ſtatutis temporibus
minutatim percipiantur, tamen revera poſſunt dici
pars pretii Officiorum, cum habeant naturam ſor-
tis, quia videlicet cauſa illorum productiva reſol-
vitur per mortem Officialis, ad differentiam alio-
13 rum fructuum, quorum cauſa, alioquin ſemper ſal-
va remanet, *Card. de Luc. de Offic. Cap.* 3. *n.* 2. *&*
ſeqq. & Cap. 12. *in fine, & de Fideicomm. diſc.* 192.
n. 8. & juxta hanc explicationem admittitur *per*
Rot. in Romana pecuniaria 21. *Junii* 1688. *§. Quod*
vero, cor. Horvath.

14 Non comprehendit tamen Regula Officia illa,
quæ per deceſſum Poſſeſſorum extinguuntur ad
favorem Collegii Officialium, nec vacant ad diſ-
poſitionem Papæ; quia ceſſat eorum reſpectu præ-
judicium Pontificum ſucceſſorum, & ſolum inter-
cedit intereſſe, & præjudicium Collegii, *Rota co-*
ram Seraphin. deciſ. 965. *n.* 13. Quemadmodum
ex eadem ratione defectus præjudicii Succeſſorum
Pontificum, non amplectitur Regula, Officia de-
pendentia ab Officiis majoribus, ut ſunt illa unita 15
Camerariatui, Pœnitentiariæ &c. Gratian. diſcept.
891. *n.* 25. *& ſeqq.* minuſque ea Officia, quæ al-
terata & corrupta eorum natura, conceſſa ſunt in
purum allodium, ut poſt *Gratian. diſcept.* 730. *n.* 52.
& ſeqq. ait *Card. de Luc. de Regalib. diſc.* 5. *n.* 21.
& Scribentes apud eumdem *de Luc. in Tractat. de*
Offic. pag. 354. *n.* 7. ubi, quod non procedit in iſtis
Officiis de ſui natura Reſignabilibus.

Fuit tamen in dubium revocatum, an hæc Re- 16
gula, quæ loquitur de Officiis Romanæ Curiæ,
locum habeat in Officiis Capitolinis, itaut ſi va-
caverint poſt obitum Concedentis, ſint ſub illius
diſpoſitione comprehenſa. Caſus erat, quod Con-
ſervatores Populi Rom. conceſſerant Officium Gu-
bernatoris Fabricæ Studii *Quintio de Bubalo* pro
hæredibus & ſucceſſoribus maſculis, & deficiente
linea maſculina pro hæredibus, & ſucceſſoribus
extraneis, quam Conceſſionem ſan. me. *Urbanus*
VIII. confirmaverat *in perpetuum* quoad hære-
des ſanguinis, quo vero ad extraneos, ad unam
nominationem nobilis Romani tantum, per di-
ctum *Quintium*, ſeu ultimum ab eo deſcenden-
tem maſculum nominandi. Cumque ultimus de
linea maſculina ſupereſſet *Hyacinthus*, hic ſpe
prolis deſtitutus, obtinuit a ſan. mem. Clemente
X. ſibi facultatem indulgeri nominandi unum
nobilem Romanum, cum derogatione Chirogra-
phis Innocentii X. & Alexandri VII. quibus pro-
hibebantur prorogationes Officiorum Capitolii ad
alterius vitam, & ſucceſſive devenit ad nomina-
tionem *Fabii Accoramboni*, quo petente, ut deſ-
criberetur in *Tabella Officialium*, fuit ſub Pon-
tificatu ſan. mem. *Innocentii XI.* Succeſſoris ex-
citata difficultas ex parte Officialium Cameræ Ca-
pitolinæ, quod prorogatio, ſeu Conceſſio facta
per Clementem X. irrita eſſet, & nulla, ob diſ-
poſitionem hujus Regulæ, quæ providere voluit
indemnitati Succeſſorum, quæque locum etiam 17
ſibi vindicabat in Officiis Capitolinis, quorum
conceſſio explebatur a Conſervatoribus, non pro-
pria, & eorum Dignitati inſita, ſed authoritate
Papæ, *Fenzon. ad Statut. Urb. lib.* 1. *cap.* 125.
numer. 4. Hinc de facto Pontifices in dies hu-
juſmodi Officia conceſſere, denegata Conſerva-
toribus facultate de illis diſponendi, ut præcæte- 18
ris explevit ſan. mem. Innocentius XI. qui, iiſ-
dem Conſervatoribus contradicentibus, Officium
Capitolinum conceſſit Confraternitati ad San-
cta Sanctorum. Sunt enim Officia præfata de
Regalibus Principis, proindeque ad Papam ſpe-
ctant, & ab ipſo ſunt conferenda, *Rot. in Roma-*
na Officii 9. *Martii* 1659. *&* 14. *Januarii* 1661. 19
coram Leone Verоſpio. Et in omnem caſum dice-
batur, ſatis eſſe, quod eadem Officia conferantur
per Datariam, quamvis ad Conſervatorum nomi-
nationem, ut locum ſibi vindicet ratio finalis hujus
Regulæ.

Neque officere poterant Verba Regulæ ibi --
Romanæ Curiæ -- quaſi illius diſpoſitio ſit reſtri-
cta ad ea Officia, quæ cum Romana Curia tranſ- 20
feruntur, Officia, ſcilicet Datariæ, Cancella-
riæ &c. Quia adhuc alia, quæ Romæ fixa
ſunt Officia, *Romanæ Curiæ* nuncupantur, ſi-
cuti de Officio *Proxenetæ Riparum*, ex præci-
ſo intereſſe Papæ, firmavit *Rota dec.* 389. *num.*
7. *coram Seraphin.* & de Officio *Notarii Capi-*
tanei Appellationum dixit *Fenzon. ad Stat. Urb.*
lib. 1. *cap.* 30. *numer.* 20. *Gratian. diſcept.* 730.
n. 52. *Rot. poſt eumd. Fenzon. deciſ.* 14. *verſ. atque*

bine, ubi, quod Officia Capitolina non exinde,
quod effecta fuerunt hæreditaria, deſinunt eſ-
ſe Officia *Romanæ Curiæ*. Accedentibus, tum
Conſtitutione. ſan. me. *Urbani VIII.* tum Chi-
21 rographis ſan. me. *Innocentii X.* & *Alexandri*
VII. qoibus prohibetur Conſervatoribus, & Con-
ſilio publico, vel ſecreto, collatio, & conceſſio
Officiorum ad effectum, ut Papa ſolum poſſit de
illis diſponere.

Præterea dicebatur, quod Regula in hac Offi-
ciorum materia duas continet partes; In prima
22 revocat facultates percipiendi pretium Officiorum
Romanæ Curiæ pro tempore vacantium in toto,
vel in parte; In ſecunda vero irritat quaſcumque
Conceſſiones, & diſpoſitiones *de dictis* Officiis ab
anteceſſore Pontifice præventive factas. Ergo,
quemadmodum prima Regulæ pars comprehendit
tam Officia, quæ Romanam Curiam ſequuntur,
quam ea, quæ ſunt fixa Romæ; cum reſpectu om-
nium militet eadem ratio ſupra expreſſa. Ita idem
efformandum eſt judicium de ſecunda parte Regu-
læ, quæ relativa eſt ad primam, quæque utitur
dictione *dictis* repetitiva omnium qualitatum an-
tecedenter expreſſarum *Pariſ. conſil.* 31. *n.* 26. *Maſ-*
card. de Probat. Concl. 1265. *n.* 34. *Menoch. de Præ-*
ſumpt. lib. 4. *Præſ.* 178. *n.* 20. *Rot. deciſ.* 584. *n.* 8.
coram Seraphin. & deciſ. 495. *num.* 7. *cor. Ludo-*
viſ.

Demum pro deciſione hujus articuli ponderaba-
23 tur *Conſtitutio* 52. *Sixti V. Bullar. Vet.* in qua
Pontifex erexit Collegium Notariorum Curiæ Ca-
pitolinæ ad inſtar aliorum Notariorum, ac Officio-
rum Urbis, & Notariatus applicavit Cameræ A-
poſtolicæ; Indulſit Notariis prærogativas conceſ-
ſas aliis Curiæ Officialibus, mandavitque, quod
Officiorum venditio prima vice facienda eſſet a
Dataria, deindeque eorumdem nominatio ad Con-
ſervatores, conceſſio vero ad Pontificem ſpecta-
ret, ac poſtremo *Regula LXIV.* derogavit his ver-
bis -- *Nec* (compræhendi) *ſub Regula, ſive Con-*
ſtitutione Cancellariæ Apoſtolica, per quam in prin-
cipio cujuſcumque Pontificatus Romani Pontificis,
caſſantur quæcumque facultates percipiendi pretium
Officiorum dictæ Romanæ Curiæ in toto, vel in
parte, & quæcumque diſpoſitiones per quemcun-
que Prædeceſſorem Romanum Pontificem de Of-
ficiis vacaturis, etiam in vim contractus ſub qua-
cunque Verborum forma pro tempore factæ &c.
Ex qua Conſtitutione argumentum deſumeba-
tur, quod etiam Officia Capitolina cenſuræ Re-
gulæ ſubjaceant, nedum quia habent naturam
aliorum Officiorum, & a Papa conferuntur, ſed
fortius, ex quo alias minime neceſſaria, ac fruſtra-
toria fuiſſet derogatio Regulæ, & declaratio, quod
ſub illius diſpoſitione comprehenſa non cenſeantur,
ſi diſpoſitio præfata ea comprehendere apta non
fuiſſet.

At rationibus hiſce non obſtantibus, verior eſt
contraria ſententia, quod ſub hac Regula non com-
prehendantur Officia Capitolina; Illa ſiquidem ex-
24 preſſe loquitur de Officiis *Romanæ Curiæ*, quorum
appellatione venire non poſſunt Officia Curiæ Ca-
pitolinæ, quæ eſt Curia particularis ſolius Urbis
25 Romæ conſtitutæ ex proprio Populo, & Diſtri-
ctualibus, proindeque diſtincta *a Curia Romana*,
ut in terminis, quod ſub nomine Officiorum *Ro-*
26 *manæ Curiæ* non comprehendantur Officia Capi-
tolina, advertit *Card. de Luc. de Offic. vacabil.*
27 *Romanæ Curiæ cap.* 2. *numer.* 13. Et differentias
inter unam, & alteram Officiorum ſpeciem, enu-
merat idem *Card. de Luc. eodem tract. cap.* 2. *n.*
1. *cap.* 6. *num.* 2. *cap.* 9. *numer.* 1. *& ſeqq.* Prout
etiam Conſtitutionem *Urbani VIII.* la 21. loquen-
tem de Officiis ad Sedem, & Cameram Apoſto- 28
licam ſpectantibus, non habere locum in Officiis
Capitolinis, reſolvit *Rot. in Romana Officii* 22. *Ju-*
nii 1654. *§. Et quoad Conſtitutiones coram Alber-*
gato.

Nec ſubſiſtit, quod ratio finalis Regulæ, ne 29
ſcilicet ſupplantetur Succeſſor in conceſſione Offi-
cii, militet etiam in Officiis Capitolinis ob præju-
dicium Succeſſorum in Magiſtratu. Quandoqui-
dem Regula, irritando præventivam Officiorum
non adhuc vacantium conceſſionem, ac quamlibet
aliam eorum diſpoſitionem, non reſpexit ad præ- 30
judicium, & ſupplantationem Succeſſorum quo-
rumcumque, ad quos eorumdem Officiorum pro-
viſio ſpectare deberet, ſed tantummodo conſulere
voluit præjudicio, & ſupplantationi Succeſſorum
Pontificum quoad illa Officia, quæ omnimodæ eo-
rum diſpoſitioni vacant, prout ſunt Officia Can-
cellariæ, & Datariæ. At vero reſpectu Officiorum
Curiæ Capitolinæ nullum conſiderari poteſt præ-
judicium Papæ Succeſſoris, cum eorum proprie-
tas reſideat penes Populum Romanum, uſusfru-
ctus vero ſpectet ad Conſervatores, qui ex per-
miſſione Papæ, uti Domini Cameræ Urbis, illa 31
certis Perſonis ad vitam concedunt *Fenzon. lib.* 1.
cap. 125. *ſub n.* 4. *Rot. deciſ.* 51. *n.* 3. *coram Peu-*
tinger. ubi, quod agitur de intereſſe Populi Roma-
ni, ad quem venditio Officii, poſſeſſore mortuo,
ſpectat, *& in Romana Officii* 27. *Februarii* 1693.
§. At quod viſum eſt coram Caprara inter impreſſ.
deciſ. 154. Et quemadmodum Regula non com- 32
prehendit Officia dependentia ab Officiis majori-
bus, ut ſunt illa unita Camerariatui, Pœnitentia-
tiæ &c. aliaque vacantia ſavore Collegiorum, &
non Papæ, ut dictum eſt, quia in illorum vaca- 33
tionibus integrum emolumentum ſpectat ad eos,
qui Officia principalia poſſident, vel ad Collegia;
pari ratione comprehendere nequit Officia Capi- 34
tolina, quorum venditio, & emolumentum perti-
nent ad Cameram Capitolinam, argumento *Text.*
in leg. Illud ff. A Leg. Aquil. Leg. Illud C. de Sacroſ.
Eccleſ.

Quinimo, etiamſi reſpectu Officiorum Capitolii
eadem militaret ratio de non ſupplantando ob
eorum præventivam conceſſionem Succeſſores in
Magiſtratu, adhuc, cum Regula loquatur de Of-
ficiis *Romanæ Curiæ*, trahenda non eſt ad Officia
Capitolina. Regulæ enim Cancellariæ ad inſtar 35
Statutorum ſunt ſtricte interpretandæ, nec ſuos
terminos egredi valent, quamvis eadem, ſeu major 36
ratio concurrat, *Caſſador. deciſ.* 16. *n.* 5. *& deciſ.* 23.
num. 6. *de Præbend.* cum aliis penes *Mandoſ. in*
Regul. de Annal. quæſt. 3. *n.* 1. & pluries alibi dixi-
mus.

Idque comprobavit obſervantia, quæ Regularum
Cancellariæ, quemadmodum & aliarum Legum 37
optima eſt interpres. Nam licet *Quintius de Bubalo*,
cui a S. M. *Urbano VIII.* impertita fuerat ſimilis
facultas nominandi ſibi ſucceſſorem ad nominatio-
nem *Hiacynthi* deveniſſet laudato Pontifice jam
defuncto, adhuc nominatio ſuum ſortita fuerat ef-
fectum. Accedente inſuper ponderatione, quod fru-
ſtra *ſan. mem. Innocentius X.* & ſucceſſores Ponti-
fices tot edidiſſent Chirographa pro revocatione
Conceſſionum ad Officia Capitolina non adhuc va-
cantia, ſi præfatæ Conceſſiones revocatæ fuiſſent
per hanc Regulam, de qua in Chirographis præ-
fatis, aliqua ſaltem mentio [quæ tamen deſidera-
tur] facta fuiſſet.

Nec momenti eſſe videtur, quod Papa poſſit 38
conferre ſimilia Officia, prout quandoque, contra-
dicen-

dicentibus Conſervatotibus, de illis diſpoſuit. Quia
non exinde ſequitur, quod ea veniunt appellatione
Officiorum *Romanæ Curiæ*, aut, quod ſublata fue-
rit Conſervatoribus facultas de illis diſponendi.
Quandoquidem ſemper in Papa reſidet ſuprema
poteſtas diſponendi de rebus ad Subditos ſpectan-
39 ubus, qui tamen adhuc rerum ſuarum, ſemel ac
Princeps de illis non diſpoſuit, moderatores ſunt,
& arbitri; & de his Officiis Capitolinis dictum
fuit *in Romana Officii* 27. *Febr.* 1693. *§. Ad fa-
ctum cor. clem. Card. Caprara.* Sic etiam, licet Pa-
40 pa diſponere poſſit de Officiis dependentibus a Ca-
merariatu, & Pœnitentiaria, non exinde rite in-
fertur, quod ea quoque comprehendantur ſub hac
Regula.

41 Argumentum pariter depromptum ex derogatio-
ne Regulæ facta a ſan. mem. *Sixto V.* in *ſua Con-
ſtit. LII.* eſt minus habens, ſi totus ejuſdem Con-
ſtitutionis tenor inſpiciatur. Perſpiciens enim lau-
datus Pontifex Notariorum numerum nimis ad-
auctum, omnes removit, & Officia Cameræ ap-
plicavit. Erexit autem novum Collegium trigin-
ta Notariorum ad inſtar reliquorum Romanæ
Curiæ Officiorum, dictaque Officia ſic erecta Cu-
riæ Capitolinæ aſſignavit, ac inſuper dicto Colle-
gio triginta Notariorum pro Dotis augumento u-
nivit, adnexit, & incorporavit Officium Nota-
riatus Magiſtrorum Juſtitiariorum, cum per de-
ceſſum Poſſeſſoris vacare contingeret. Cum autem
dubitari valuiſſet, an hæc aſſignatio tam de Offi-
ciis triginta Notariorum noviter erectis facta Cu-
riæ Capitolinæ, quam de altero Officio expleta fa-
vore Collegii eorumdem Notariorum valida eſſet
propter hanc Regulam, quæ prohibet ſimiles con-
ceſſiones, hinc jure merito Pontifex in hoc caſu il-
li derogavit, cum alias contendi potuiſſet, utram-
que aſſignationem fuiſſe nullam, ob Succeſſorum
præjudicium. At, poſtquam fuerunt Officia præfa-
42 ta Cameræ Capitolinæ, & Collegio reſpective No-
tariorum valide conceſſa, & incorporata, tunc, ſi
care ea contingat, & vendantur cum Pontificis con-
firmatione, neceſſaria non videtur derogatio Regu-
læ, cum illa non ſint amplius Officia Papalia, ceſ-
ſatque finis, & ratio ejuſdem Regulæ, nempe in-
tereſſe Cameræ, & Succeſſorum Pontificum præ-
judicium.

Hinc, cum poſtea Paulus V. hæreditaria red-
diderit dicta Officia, quæ prius erant pro parte va-
cabilia, Regulæ non derogavit, neque de illa ul-
lam fecit mentionem. Non enim omitti valuiſſet
derogatio Regulæ, ſi ageretur de Officiis Papali-
bus propter intereſſe, & præjudicium Succeſſorum,
in quorum ſupplantationem non poterant fieri hæ-
reditaria.

43 Atque ex his rationibus Congregatio particula-
ris deputata a ſan. mem. *Innocentio XI.* in qua in-
terfuerunt RR. PP. DD. *Urſinus*, *Altovitus*, *Pan-
ciaticus*, *Sluſius*, *Pilaſtrus*, *Liberatus*, & *Arrigus*
ſub die 18. *Octobris* 1684. cenſuit, *Regulam LXIV.*
non habere locum in Officiis Capitolinis, *&* 6. *De-
cembris* 1685. perſtitit *in Deciſn.*

Cœterum, licet Conſervatores Capitolii poſſint
44 Officia Palatii Capitolini, & Tubicines renova-
re, & cum vacaverint, de novo concedere juxta
eorumdem Conſervatorum *providam ordinatio-
nem*, quæ fuit una ex Gratiis a ſan. mem. *Leo-
ne X.* Populo Romano elargitis, ut habetur *in
Stat. Urb. lib.* 1. *cap.* 15. obſervantque *Rot. deciſ.*
154. *num.* 3. *coram cl. mem. Card. Caprara*, *&* in
Romana Officii 22. *Junii* 1654. *coram Albergato*,
ubi ex hac ratione in *§. Nec urget* firmatur,
45 poſſe etiam Conſervatores eorumdem Officiorum
reſignationes admittere; Nihilominus haud ipſis
permiſſum eſt jus ad Officia vacatura poſt Offi-
cialium obitum concedere, aut durante adhuc eo- 46
rum conceſſione, hanc ultra tempus præfixum
prorogare, aut favore alterius Perſonæ extende-
re; Non enim hæc dici poteſt *provida ordina-
tio*, cum tendat ad ſupplantandum Succeſſores in
Magiſtratu, *Fenzon. ad Statut. Urb. lib.* 1. *cap.*
15. *n.* 4. *Gratian. diſcept.* 161. *n* 4. *Rota cor. Mo-
lines dec.* 682. *nu.* 2. *& ſeq. & deciſ.* 758. *n* 1. *&
ſeqq. & coram cl. mem. Card. Caprara deciſ.* 208.
n. 3. *& dec.* 252. in quibus Deciſionibus receditur
a prius deciſis *deciſ.* 154. *& in Romana Officii
Æſtimatariatus* 29. *Aprilis*, *&* 9. *Octobris* 1580.
coram Lancellotto, *& in dicta Romana Officii co-
ram Albergato §. Nec contrarium*, *& in Roma-
na Officii Capitolini* 5. *Martii* 1703. *§. Nulla e-
tiam coram clar. mem. Card. Scotto*, *&* 14. *Apri-
lis* 1704. *coram clar. mem. Card. Priolo* ubi ul-
terius *in §. Nullitas*, traditur, quod Romanus
Magiſtratus comprehenditur ſub Conſtitutione
ſan. mem. Urbani VIII. expreſſe interdicente
prorogationem Officiorum in præjudicium ſucceſ-
ſorum.

Accedente vero Pontificis confirmatione, Con- 47
ceſſiones ad hujuſmodi Officia vacatura, aut
prioris conceſſionis extenſio, & ampliatio, vel
ad longius tempus, vel favore aliarum Perſona-
rum, non aliter ſuum obtinent vigorem, quam,
ſi confirmatio indulta ſit in forma ſpecifica, quæ,
cum novam præſeferat conceſſionem, operatur,
ac ſi factum Conſervatorum expletum fuiſſet a
Papa. Secus vero, ſi confirmatio Apoſtolica con-
ceſſa fuerit in forma communi, quia hæc ſup-
plet ſolum defectum ſolemnitatum accidentalium,
non autem defectus ſubſtantiales, defectum nem-
pe poteſtatis *Conſervatorum*, qui jure ſupremi
Magiſtratus deſtituti, hujuſmodi Conceſſiones
ad Officia vacatura, aut eorumdem Officio-
rum prorogationem, & extenſionem in Succeſ-
ſorum præjudicium indulgere non poſſunt, ut in
his terminis diſtinguunt *Cardin. de Luc. de Re-
galib. diſc.* 3. *numer.* 4. *Rot. coram Molines dec.*
682. *numer.* 12. *& ſeqq. & dec.* 718. *numer.* 5. in
quibus Deciſionibus plene etiam traditur, quan-
do Pontificia confirmatio ſit conceſſa in forma
ſpecifica, vel communi, & in dicta *Romana Offi-
cii Capitolini coram cl. mem. Card. Scotto §. Nec
relevat.*

Hæc quoad primam partem Regulæ. In ſe- 48
cunda revocantur Infeudationes, Inveſtituræ, &
quæcumque aliæ conceſſiones, necnon prorogatio-
nes, & extenſiones Infeudationum, & Inveſti-
turarum factæ a die Conſtitutionis *S. Pii V. De
non infeudandis*, de Civitatibus, & locis S. R.
E. licet de tempore Inveſtituræ, aut proroga-
tionis hujuſmodi, nondum devoluta eſſent ad
Sanctam Sedem. Pro Regulæ meliori intelligen-
tia ſciendum eſt, quod *S. Pius V.* in ſua *Con- 49
ſtitutione XXXV.* ſtatuit, ut Civitates, & Loca
S. R. E. ad Sedem Apoſtolicam quomodolibet
devoluta, *eo ipſo* abſque alia declaratione incor-
porata cenſeantur Cameræ Apoſtolicæ; Cum au-
tem tempore ſanct. mem. *Gregorii XIV.* acceſſiſ-
ſet ad Urbem *Alphonſus* Dux Ferrariæ pro obti-
nenda renovatione, ſeu prorogatione Inveſtituræ
illius Ducatus favore unius de familia *Eſtenſi*, quem
ipſe nominaret, orta fuit difficultas, an Conſtitutio
S. Pii V. prohibens alienationem Feudorum de-
volutorum, & pro tempore devolvendorum, com-
prehenderet caſum, quod Feudum nondum San-
ctæ Sedi eſſet devolutum: Itaque in Conſiſtorio

ſecreto habito ſub *die* 19. *Auguſti* 1591. electi fuerunt treſdecim Cardinales, qui, re mature perpenſa, unanimes cenſuerunt, caſum præfatum eſſe ſub Conſtitutione *S. Pii V.* comprehenſum, nec novam prorogationem, aut Inveſtituram poſſe concedi abſque expreſſa derogatione eidem Pianæ Conſtitutioni. Ejuſdemque pariter ſententiæ fuit Sac. Rotæ Auditorium.

50 Non arriſit hæc Sententia Pontifici, qui proinde mutato conſilio, iiſdem Cardinalibus mandavit, ut ſtricte ad examen revocarent aliud Dubium, nempe- *An eadem Conſtitutio obſtet, quominus Papa diſponere poſſit de Feudo nondum devoluto, quando adeſt vera, & evidens utilitas, ac neceſſitas Eccleſiæ.* Super quo Dubio, cum non fuiſſent concordes, hinc in alio Conciſtorio Secreto *ſub die* 13. *Septembris* ejuſdem anni, copiuſam Orationem Pontifex habuit ſuper eodem negocio, multumque indoluit de quibuſdam Cardinalibus, quod non ex conſilii maturitate, ſed impetu quodam, & per factiones procederent, attingendo etiam Pontificiam authoritatem; & tandem poſt enarratam ſeriem rerum ſuper eodem negotio geſtarum, ſua Apoſtolica authoritate declaravit, *caſum veræ, & evidentis utilitatis & neceſſitatis, eadem Pii Conſtitutione non eſſe comprehenſum, neque Jus jurandum præſtitum obſtare, aut impedimento eſſe hoc caſu; Quæ vere, aut qualis utilitas, & neceſſitas requiratur, amplius deliberandum.* Sed, cum plures Cardinales aperte dixerint, ſe nequaquam poſſe declarationi præfatæ aſſentiri, atque idem fere aliorum tacitus ſenſus videretur; Pontifex reſpondit, ſe Cardinalium Sententiam non exquirere, ſed ſua auctoritate, quod facere poſſet, id ſtatuere, ut latius habetur ex Actis Conſiſtorialibus ſub dicta *die* 13. *Septembris* 1595. & de hoc etiam meminerunt *Leo Theſaur. de Bonis Eccleſ. non alienan. part.* 1. *cap.* 15. *a num.* 13. *Adden. ad Vitam Gregorii XIV. poſt Platin. Spondan. ad annum* 1591. *n.* 15. ubi ait, Cardinalem *Aldobrandinum* eo proceſſiſſe, ut palam in Conſiſtorio magno ardore dixerit, nunquam ſe conſenſurum, etiam ſi membratim diſcerperetur *Thuan. in Hiſtoria, & Jo. Franciſcus Peranda* in ſuis Literis, quorum Verba per extenſum referuntur in *Libello* cui titulus - *Defenſio Jurium Sedis Apoſtolicæ pro reſponſione ad Manifeſtum Ducis Mutinæ ſuper Ducatu Ferrariæ, in præfatione* per totam; quibus addendi alii Auctores, nempe *Dionyſius, Cæſar Campana, Andreas Moroſinus, Antonius Herrera, & Gabutius*, relati in libro, qui inſcribitur - *Il Dominio della S. Sede ſopra Comacchio pag. mihi* 249.

Paulo poſt obiit *Gregorius XIV.* ex mærore (ut ait *Peranda* ubi ſupra) hac de cauſa contracto. Ejus autem Succeſſor *Innocentius IX.* ſtatim in
51 primo Conſiſtorio, quod fuit *die* 4. *Novembris* 1591. jure jurando promiſit ſe obſervaturum laudatam *S. Pii V.* Conſtitutionem; Et ad removendos difficultates, declaravit, eadem *Piana* Conſtitutione *prohibitam fuiſſe, & prohiberi omnem, & quamcumque infeudationem, & alienationem Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Locorum prædictorum eidem S. Sedi tam immediate, quam mediate ſubjectorum, non ſolum ne fiat, neve attentetur poſt eorum devolutionem, ſed etiam antequam devolvantur, ac omnem, & quamcumque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem, & extenſionem Infeudationum, Inveſtiturarum, ac Conceſſionum de dictis Civitatibus, Terris, Oppidis, & Locis nondum finitarum, ipſorumque incorporationem quoad effectum impediendæ alienationis, prorogationis, & extenſionis hujuſmodi, non a die eorum devolutionis, ſed a die ipſius Conſtitutionis, & etiam, antequam illa devolvantur, ipſo jure, cum omnibus clauſulis, & Decretis in prædicta Conſtitutione contentis Cameræ, & Sedi Apoſtolicæ factam cenſeri* - ut legitur in ejuſdem *Innocentii* Conſtitutione lo 1. 9. 4. *impreſſ. Bullar. Nov. tom.* 2.

Defuncto *Innocentio IX.* longius progreſſus
est *Clemens VIII.* qui in Conſiſtorio habito ſub 52
die 22. *Aprilis* 1592. dixit, quod Decretum a *Gregorio XIV.* editum ſuper eo, quod Conſtitutio *S. Pii* locum non haberet, ubi adeſſet *vera utilitas, & neceſſitas Eccleſiæ*, erat multum præjudiciale Sedi Apoſtolicæ, quodque ſub *Innocentio IX.* deputati fuerant tres Cardinales ad conſulendum quid facere expediret ſuper Decreto Gregoriano. Sed, cum per mortem *Innocentii* res perfici non potuiſſet, ideo deputavit viginti Cardinales, qui relationem Sanctitati ſuæ facerent, ut poſſet negotium illud expediri. Itaque in alio Conſiſtorio ſub die 26. *Junii* 1592. poſt enarratum tenorem Conſtitutionis *Pianæ*, & Declarationis, quam, *minime requiſitis Votis Cardinalium, immo quamplurimis eorum expreſſe contradicentibus* emiſerat *Gregorius XIV.* plurimas retu-
lit rationes, ex quibus præfata *Gregorii* declara- 53
tio ſubſiſtere non poterat. Dicebat enim, quod omnes alienationes Locorum S. R. E. factæ fuerunt ſub prætextu, & colore *veræ, ac evidentis utilitatis*; Quod vix ulla neceſſitas excogitari poterat, cui ſubveniri non poſſet ex aliis Bonis; Quod ſemper præponderare debet cuilibet alteri utilitas reintegrationis bonorum alienatorum in Patrimonium Eccleſiæ. Quod caſus abſolutæ neceſſitatis, aut veræ, & evidentis utilitatis, facilius mente, atque animo concipi, quam quod uſu venire poſſent; Proindeque expedire potius videbatur viam omnem alienandi præcludere, quam apertum relinquere hoc ſubterfugium ob rariſſimos caſus, qui vix unquam contingere poſſent, quodque demum talis fuerat *Pii* intentio in prohibendo hujuſmodi distractiones; Quamobrem de unanimi conſenſu Cardinalium
dictum *Gregorii XIV.* Decretum revocavit, tan- 54
quam deſtructivum *Pianæ* Conſtitutionis, alienandi occaſionem præbens, & minime neceſſarium. Declaravitque, ſub dicta Conſtitutione comprehendi alienationem, & prorogationem Inveſtiturarum Locorum S. R. E. tam devolutorum, quam non devolutorum, etiam ex Cauſa *neceſſitatis, aut evidentis, & veræ utilitatis factas, & faciendas &c.* ut latius ex Actis Conſiſtorialibus ſub d. die 26. *Junii* 1592. & ex *Conſtitutione I.* ejuſdem *Clementis Bullar. nov. tom.* 3. ubi legitur per extenſum dictum Conſiſtoriale Decretum. Et ſucceſſive quamplures alii Pontifices, per eorum particulares Conſtitu-
tiones dictas *Innocentii IX.* & *Clementis VIII.* 55
declarationes confirmarunt, nempe *Paulus V. Conſtitutione* 13. *tom.* 4. *Urbanus VIII. Conſtitutione* 4. *tom.* 5. *Innocentius X. Conſtitutione* 3. *eodem tom.* 5. *& Alexand. VII. in Conſtitutione ſub Datum* 9. *Kalendas Novemb.* 1660. *impreſſ. poſt Cæremon. Elect. Pontif. pag. mihi* 104. Super quibus Conſtitutionibus, *Fagnan. in Cap. Ex parte a n.* 30. *de Feudis*, ubi quod hodie ſtanti-
bus tot Pontificiis declarationibus non amplius 56
locum ſibi vindicat Concluſio plene exornata per *Rot. deciſ.* 664. *num.* 11. *part.* 2. *recent.* videlicet, quod Pontifex poſſit durante generatione Inveſtiti

aliis

aliis Inveſtituram concedere in caſu devolutionis
Feudi, cum tunc non agatur de præjudicio ipſius
Inveſtiti, & meminit de hac Regula, *Quæſada hic
Card. de Luc. de Feud. diſc.* 1. *&* n. 12. *diſc.* 44. *n.*
10. *& diſc.* 128. *num.* 6. *Cobell. Notit. Cardinal.
Cap.* 15. *Congr.* 21. *pag.* 149. *& ſeqq. Leo Theſaur.
For. Eccleſ. part.* 1. *cap.* 15. *a nu.* 25. *Spad.
conſ.* 23. *num.* 1. *& ſeqq. & num.* 12. *verſ. & licet
tom.* 1. *Rot. in Sarſinaten. Feudi coram Coccin.
deciſ.* 2283. *a num.* 92. *&* 2305. *num.* 109. adverſus
quas *Deciſiones* (licet ex alio capite revocatas
coram *Dunoz. dec.* 748. *& dec.* 760. *& cor. Ottob.
dec.* 265.) ſcripſit *Capyc. Latr. Conſult.* 75. *a numer.* 178.

Ex his, quæ hactenus diximus ortum habuit ſe-
57 cunda pars Regulæ, qua revocantur, & nullæ ac irritæ
declarantur Inveſtituræ, earumque prorogationes
de Civitatibus, & Locis S. R. E. nondum devolutis;
Et videtur, quod primo ſub Clemente
VIII. edita, & evulgata fuerit. Verum, cum poſterior
hæc Regulæ pars contineat materiam diverſam,
& omnino ſeparatam ab ea, quæ in prima
parte continetur, melius eſſet facere duas diverſas
58 Regulas, cum duplici Rubrica in unaquaque earum
apponenda, ſicuti ſervatum fuit ſub *Leone XI.*
in cujus Regulis duæ Regulæ diſtincte leguntur.
Quod ſi placeat ſub una Regula utrumque caput
comprehendere, ut ſub cœteris Pontificibus obſervatum
fuit, oporteret illius Rubricam ampliare,
& exprimere, quod revocantur etiam Inveſtituræ,
& prorogationes Feudorum, quamvis non devolutorum,
& fortaſſe poſſet concipi hoc modo, videlicet--
*Revocatio facultatum percipiendi pretium
Officiorum, ac infeudationum, ſeu prorogationum
de Feudis etiam nondum devolutis.* Et in Regulis
Alexandri VII. impreſſis apud *Nicol. Inſtit. Canon.
tom.* 2. *fol. mihi* 352. legitur. *Revocatio facultatum
percipiendi pretium Officiorum, & Infeudationum.*

At vero prohibentur a Regula infeudationes, &
59 prorogationes Inveſtiturarum de Feudis S. R. E.
nondum devolutis, etiam ſi emanaverint in vim
contractus, & ex titulo oneroſo, ut clare in ea legitur;
Imo, etiam ſi adeſſet *evidens utilitas, aut
neceſſitas Eccleſiæ*, juxta declarationem, & Conſtitutionem
ſan. mem. *Clementis VIII.* de qua ſupra
meminimus.

Subjacent itidem prohibitioni præfatæ eorundem
Feudorum Oppignorationes & Hypothecæ ſpeciales;
Prohibita enim alienatione, cenſetur etiam
60 prohibita pignoratio, quæ ſpecies alienationis eſt
Gloſſ. in l. in quorum & ibi Bartol. n. 1. *de Pignor.*
& ſemel ac in Regula revocantur, & annullantur
quæcumque Gratiæ, & conceſſiones de Feudis,
& Locis S. R. E. nondum devolutis, cenſeri
etiam debent revocatæ eorum Pignorationes,
& Hypothecæ, ut firmant *Card. de Luc. de Feud.
in Addit. ad diſc.* 61. *numer.* 12. *Spad. conſ.* 23.
61 *per tot.* Maxime attenta declaratione ſanct. mem.
Innocentii XI. qui dum verbis generalibus prohibuit
*omnem, & quamcumque infeudationem, &
alienationem*, cenſetur quoque prohibuiſſe Pignorationes,
& Hypothecas, quæ ſunt alienationes
impropriæ, & aptæ ſub dictis verbis comprehendi,
ut de ſimili alienatione dixit *Cephal. conſ.* 296.
num. 39.
62 Civitates pariter Terræ, & Loca juriſdictionalia
S. Sedis dari non poſſunt in Gubernium, & administrationem
ultra triennium. Diſcuſſo enim in
peculiari Conſiſtorio habito coram ſan. mem. *Gregorio
XIII.* an Sancti Pii V. immediate Deceſſoris
ſui Conſtitutio prohiberet etiam concedere S. R. E.
Cardinalibus in Commendam, & adminiſtrationem
perpetuam Gubernia Civitatum Status Eccleſiaſtici,
juxta morem, qui uſque tunc invaluerat;
quamvis Cardinales in diverſas abierint ſententias,
ea tamen prævaluit, quod haud poterant
hujuſmodi Conceſſiones in poſterum fieri, & Conſtitutionem
Pianam eadem interdixiſſe; Quam
ſententiam *Gregorius XIII.* probavit, & in Actis
Conſiſtorialibus regiſtrari mandavit, ut in futurum
dictæ Commendæ, & perpetuæ Adminiſtrationes
abolerentur. Idque etiam ſancivit *ſan. mem. Sixtus 63
V. in Conſiſtorio habito *die* 16 *Januarii* 1589.
ut referunt *Fagnan. in Cap. Ex parte num.* 37. *de
Feud. Eminentiſſ. D. Card. Corradinus* in *celebri
Diſſertat. de Civit. & Eccleſ. Setin. Cap.* 8. *in princip.
Cobel. Notit. Cardinal. Cap.* 15. *Congreg.*
21. *verſ. Cum autem pag.* 149. Atque diſertiſſime
itidem decrevit ſan. mem. *Alexander VIII.*
in Conſtitutione edita *ſub Datum IX. Kalendas
Novembris* 1660. *impreſſ. poſt Cæremonial. Elect.
Pontif.*

Difficultas tamen eſt, an hæc Regula compre- 64
hendat Feuda, & Loca Juriſdictionalia Eccleſiarum
inferiorum, itaut poſſit Superior denuo inveſtire,
ſeu prorogare Inveſtituram de iis, etiam non
devolutis. Et quidem, quod attinet ad Prælatos 65
earundem Eccleſiarum, certum eſt illis hanc facultatem
eſſe interdictam ex Conſtitutione *Urbani
VIII. in ord. la* 54. *tom.* 5. de qua late *Cobell.
Notit. Cardinal. Cap.* 15. *Congreg.* 21. *§. At quia*;
Unde inſpiciendum eſt, quid in Summo Pontifice?
Et videtur hoc caſu neque laudatas Apoſtolicas
Conſtitutiones, neque Regulam obſtare, 66
cum veniant ad declarationem Conſtitutionis *S.
Pii V. De non infeudandis*, quæ ſtricte, & ſpecialiter
loquitur de Locis, & Territoriis Sedis Apoſtolicæ,
& Eccleſiæ Romanæ, unde comprehendere
nequit bona Eccleſiarum inferiorum, *Card.
de Luc. de Feud. Diſc.* 128 *n.* 11. *& ſeqq.* & innuit
Spada conſ. 21. *ſub num.* 66 *&* 88. *cum ſeqq.*
ubi diſtinguit bona Eccleſiæ Romanæ, & Sedis
Apoſtolicæ a bonis aliarum Eccleſiarum, circa
quæ particulares emanarunt Conſtitutiones, ſubdens
etiam, quod Conſtitutio *Sancti Pii V.* nec
etiam locum habeat in bonis Cameræ Apoſtoli- 67
cæ, utpote quæ ſunt contradiſtincta a bonis S.
Sedis.

Sed prædicta procedere exiſtimarem reſpectu
Feudorum, quæ ſpectant ad Eccleſias exiſtentes
extra Statum Eccleſiaſticum, in quibus terminis 68
loquitur *Card. de Luc. d. diſc.* 128 *de Feud.* At
reſpectu Locorum ſpectantium ad Eccleſias, quæ
exiſtunt in Statu Eccleſiaſtico, militat diverſa ratio,
cum Decretum Conſiſtoriale *Clementis VIII.*
& hæc Regula loquantur de *Locis tam mediate*, 69
quam immediate ſubjectis Sedi Apoſtolicæ, unde
ſicuti nequit Pontifex inveſtire Loca Juriſdictionalia,
ſive eorum prorogare Inveſtituras, quando
ſunt eidem Apoſtolicæ Sedi immediate ſubjecta,
ita nec quando ſunt ſubjecta mediate; Sufficit
enim quod ſint in Statu Eccleſiaſtico, ut locum
ſibi vindicet prohibitio, nec curandum, an potius
ad ipſam S. Sedem, vel Eccleſiam inferiorem ſint
devolvenda.

Cœterum prohibitio Inveſtiturarum de Feudis
S. R. E. non adhuc devolutis, ſeu illarum prorogationes
non percutit Inveſtituras, ſeu prorogationes,
quæ fierent in Conſiſtorio & cum
conſilio, & conſenſu Cardinalium, ut habetur in
Regula, Quemadmodum nec eidem prohibitioni
ſubjacent conceſſio, ſeu alienatio fructuum, & e- 70
molumentorum burſalium, quæ ex Caſtrorum, ac

locorum Juriſdictione proveniunt, quæque alienentur, ſeu concedantur de per ſe, ut quid diſtinctum, & ſeparatum ob ipſis Caſtris, & locis; quia aliud eſt Caſtrum, ſeu Caſtri Dominium, aliud vero ſunt ejuſdem Caſtri reditus, proventus, & emolumenta, quæ ſunt ab ipſo ſeparabilia, ac facultas ea percipiendi eſt allodialis, ac diverſa a Feudo, ex plene relatis per *Cardin. de Luc. de Feud. Diſc.* 61. *nu.* 20. An vero ſub prohibitione Pianæ Conſtitutionis comprehendantur Tenutæ, Molendina, Domus, aliaque bona exiſtentia in Civitatibus, Terris, & Caſtris ad Sedem Apoſtolicam immediate pertinentia, examinat idem *Card. de Luc. dict. diſc.* 61. *& in ſupplement. eod. tit. Diſc.* 132.

Item, ex Conſtitutione *ſan. mem. Clementis*
71 *VIII.* Civitates, Terræ, Caſtra, & Loca Juriſdictionalia per Cameram Apoſtolicam a Baronibus emenda, & acquirenda, ſub Conſtitutione *S. Pii V.* per triennium a die illorum acquiſitionis computandum, non comprehenduntur, *Fagnan. in Cap. Ex parte num. final. de Feud. Card. de Luc. de Feud. diſc.* 126. *num.* 6. *Cobell. Notit. Cardin. cap.* 15. *Congreg.* 21. *verſ. quæritur tamen.* Quam tamen *Clementis* Conſtitutionem, *ſan. mem. Alex. VII.* in laudata ſua *Conſtit.* impreſſ. poſt *Cæremonial. Election. Pontific.* ita intelligendam eſſe
72 declaravit, *ut ſtatim* (ſunt Verba ejuſdem Conſtitutionis) *finito dicto triennio, quatenus, eo durante, non fuerit deventum ad illorum veram propriam, & effectualem alienationem, Civitates, Caſtra, Terræ, & loca prædicta ipſo jure, & facto cenſeantur unita, & incorporata eidem Sanctæ Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ, atque ſubjecta, & comprehenſa in prædictis Pii V. Literis, etiam nulla alia facta declaratione, acceptatione, ſeu Decreto, itaut dictus terminus trium annorum nullo modo ſuſpendi, prorogari, vel aliter impediri, aut retardari poſſit curſus illius, neque incorporatio, comprehenſio, aut ſubjectio prædicta &c.*

Sed quid dicendum de Feudis confiſcatis ob
73 delictum, an Conſtitutioni *Pianæ* ſubjaceant? Duo caſus ſunt diſtinguendi; Primus eſt, quando delictum, ob quod ſequitur confiſcatio, tale ſit, quod propter illud Feudum de ſui natura, & ex conſuetudine Feudorum devolvitur ad Dominum directum, nempe ſi agatur de Fellonia erga proprium Principem, aliiſque delictis, de quibus *in Tit. Quibus mod. Feud. amittatur, & in Tit. quæ fuit prima Cauſ. Benefic. amit.* Et in hoc caſu, cum illius utile Do-
74 minium ipſo jure devolvatur, & revertatur ad directum, a quo antea diſceſſerat, etiam ſi a Curia Principis non fieret Confiſcatio, locum ſibi
75 vindicat Conſtitutio *S. Pii*, quæ loquitur de Caſtris quomodolibet devolutis, & devolvendis *Spad. Conſil.* 16. *num.* 1. *& ſeqq. Cobell. Notit. Cardin. Cap.* 15. *Congreg.* 27. *verſic. quæritur tamen pag.* 149. *Card. de Luc. de Feud. in Addit. ad diſc.* 61.
76 *n.* 1. Hinc ſan. mem. *Clemens VIII.* in Conſiſtorio habito *die* 25. *Februarii* 1602. medietatem *Caſtri Follettini* ad Sedem Apoſtolicam devolutam ob delicta *Proſperi Cajetani* ſubjecit prohibitioni contentæ in Bulla *S. Pii V. De non infeudandis*, ac ſub illius diſpoſitione comprehendi voluit. Sed contrarium antea ſervavit ſan.
77 mem. *Gregorius XIV.* Cum enim Magnus Dux Hetruriæ capite plecti mandaſſet *Alphonſum Piccolomineum*, ſuum, & Eccleſiæ rebellem, laudatus Pontifex de Feudo Montis Marciani inveſtivit Comitem *Sfondratum* Nepotem ſuum, exiſtimans, quod, cum per Confiſcationem Feudum ad Cameram Apoſtolicam devolutum fuiſſet, libere, & ad ſuum beneplacitum de illo diſponere poterat. Meminit de Inveſtitura præfata Auctor Vitæ *Gregor. XIV.* poſt *Platin. pag. mihi* 645. *Amelot. in Not. ad Epiſtol.* 3. *Cardin. Oſſat. Not.* 13. *pag.* 21.

Secundus caſus eſt, ubi Confiſcatio ſequitur 78
ex delicto privato, ob quod Feudum de ſui natura ad Dominum non devolvitur. Et tunc diſtinguendum eſt, aut agitur de Confiſcatione ad tempus, quæ fiat durante vita, vel jure Delinquentis abſque præjudicio aliorum, qui in Inveſtitura in forma pacti, & providentiæ, vel ex fideicommiſſo Majorum, ſeu alias, ex propria Perſona ſint vocati, & hoc caſu, cum revera locum ſibi non vindicent termini Devolutionis, vel Incorporationis, & conſolidationis Dominii utilis cum directo, ſed Fiſcus ſolum obtineat commoditatem, vel fruitionem ad tempus ex Perſona Delinquentis, tanquam illius ceſſionarius, vel Procurator in rem propriam, ſive hæres anomalus; hinc poteſt Pontifex de Feudo diſponere durante ſolum vita Delinquentis, nec locum ſibi vindicat prohibitio Conſtitut. *S. Pii V.* ut tradit *Cardinal. de Luc. de Feud. in addit. ad diſc.* 61. *Spad. conſ.* 16. *per tot.*

Aut agitur de Confiſcatione non temporanea, 79
& ad vitam Delinquentis, ſed perpetua; & hoc etiam caſu bona Juriſdictionalia ſic confiſcata, non comprehendi ſub prohibitione *Piana*, late tuetur *Spad. dict. conſ.* 16. *per tot. Cobell. Notit. Cardin. cap.* 15. *Congr.* 21. *verſ. quæritur tamen.* Et conferunt pro hac Sententia Conſtitutiones ſan. mem. *Gregorii XIII.* lo 65. quæ incipit *In tanta*, & ſan. mem. *Sixti V.* lo 6. §. 8. latæ contra Bannitos, alioſque facinoroſos homines, eorumque receptatores, & fautores, in quibus imponitur eis pœna confiſcationis Feudorum, bonorumque Juriſdictionalium, quæ perpetuo Cameræ applicantur, & incorporantur, cum declaratione tamen, quod ſub Conſtitutione *S. Pii V.* de hujuſmodi Dominiis, & Juriſdictionibus in Feudum, aut alias non concedendis, minime comprehendantur *Fagnan. in Cap. Ex parte num.* 38. *de Feud.* Idque comprobatur ex facto ſan. mem. *Clementis VIII.* qui in Conſiſtorio habito *die* 24. *Maii* 1604. enarrando, quod Feudum *Caſſeriæ*, nunc *Aſpræ* nuncupatum, in Sabinis ſitum, *Troylo Sabello* confiſcatum, ac Cameræ Apoſtolicæ applicatum ex diſpoſitione Conſtitutionis *felic. record. Sixti V.* contra Bannitos editæ comprehenſum non erat ſub *Pii V.* Conſtitutione, ut illi ſubjiceretur Oppidani enixe efflagitabant, hinc ex motivo; *quod expedire videatur* (ſic enim legitur in Decreto Conſiſtoriali) *Civitates & Oppida quæ in Dominio temporali Sedis Apoſtolicæ exiſtunt, quo arctioribus fieri poteſt vinculis alligari, & obſtringi, ut in ejus proprietate, & poſſeſſione firmius permaneant; proinde dictum Oppidum Aſpræ, uti ad Sedem, & Cameram Apoſtolicam ſpectans, cum ejus Juribus, & pertinentiis præfatæ Pii V. Conſtitutioni* De non infeudandis, *omnibuſque, & ſingulis in ea, & inde ſecutis declarationibus contentis, ſubmiſit, ſuppoſuit, & in omnibus, & per omnia ſubjacere voluit, non ſecus ac ſi Oppidum ipſum Aſpræ nominatim in dicta Pii V. Bulla expreſſum fuiſſet, non obſtante præfata Sixti V. Conſtitutione, cui pro hac vice duntaxat latiſſime* derogavit, *cæteriſque contrariis quibuſcunque.*

Sed *Conſilium Spadæ* in caſu Confiſcationis 80
omni-

omnimodæ, ac perpetuæ, non vero temporaneæ ad vitam Delinquentis impugnet *Card. de Luc. de Feud. in ſupplem. Diſc.* 128. & merito, nam ubi jus Feudatarii ceſſat totaliter, & in perpetuum, tunc revertitur ad ſuam primævam cauſam, & unitatem, dominiumque utile incorporatum remanet cum directo, unde nova ejuſdem Feudi Inveſtitura ex integro, novam præſefert formalem diſmembrationem, & ſeparationem a ſua antiqua unione, quod eſt prohibitum per Conſtitutionem *Pianam*, cujus cæteroquin finis æque reſpicit novæ Inveſtituræ prohibitionem, ſive Feudum devolvatur ob delictum ex jure communi Feudorum, ſive ob delictum privatum, dummodo Confiſcatio ſit perpetua, & non ad tempus. Et hæc Sententia non meretur amplius in controverſiam revocari, attenta Conſtitutione ſan. me. *Alex. VII.* 81
ſub Datum 9. Kalendas Novembris 1660. *impreſſ. in Cæremonial. Elect. Pontif. pag. mihi* 104. *& pag.* 114. qua Conſtitutiones *Gregorii XIII.* & *Sixti V.* decernentes, quod Bona confiſcata non comprehendantur ſub prohibitione S. Pii, ita intelligendas eſſe decleratur, ut *Principatus, Ducatus &c. Feuda & loca Juriſdictionalia in illis comprehenſa, & ex eorum diſpoſitione confiſcata, & confiſcanda non ſubjaceant, neque ſubjacere debeant prædictis literis Pii V. pro eo tempore ſolum, quo Delinquens, ſeu Delinquentes vixerint, & Inveſtitura, ſi qua antea conceſſæ fuerint durabunt, ac Perſonæ ſeu lineæ in illis comprehenſa ſupererunt, & ſalvis etiam pactis in ipſis Inveſtituris contentis.*

REGULA LXV.

Quod fructus in tertia parte augeri poſſint vigore Clauſulæ.

ITem, cum nonnulli in Impetrationibus Beneficiorum Eccleſiaſticorum pro tempore vacantium, & certo modo vacaturorum, aſſerendo illorum fructus &c. certum per eos expreſſum annuum valorem non excedere, nonnunquam obtineant a Sanctitate Sua, ut hujuſmodi valorem annuum augere poſſint, ut verius poſſit in confectione Literarum ſuper hujuſmodi Impetrationibus ſumma, aut valor annuus exprimi, aliter deſuper non ſpecificato, ne de veritate hujuſmodi conceſſionis impoſterum hæſitari contingat, declaravit, prætextu conceſſionis hujuſmodi valorem ipſum uſque ad tertiam partem valoris expreſſi, & in prima, quæ deſuper fiet Literarum expeditione dumtaxat augeri poſſe, ut eas, quas Literis jam expeditis cum expreſſione valoris ſpecificati, aut non integro augumento prædicto, denuo deſuper expediri contigerit Literas, cum aliquo augumento valoris hujuſmodi, nullius eſſe roboris, vel momenti, etiamſi Motu proprio Beneficiales Gratiæ, & diſpoſitiones quæcumque a Sanctitate Sua emanaverint.

ARGUMENTUM PATET EX SUMMARIO.

SUMMARIUM.

1 *Inter clauſulas generales adjici ſolitas in ſupplicatione ſuper Beneficii proviſione ponitur illa, quod fructus expreſſi augeri, & minui poſſint in Literis poſtea expediendis.*

2 *Sed augumentum hujuſmodi ſolum fieri poteſt vigore Regulæ in tertia parte valoris expreſſi. Et quænam ſit ratio Regulæ.* n. 25. & ſeqq.

3 *Facto augumento tertiæ partis, adhuc de ſtylo Rotæ admittitur tolerantia in ſexta parte.*

4 *Priſcis temporibus paſſim diſpoſitioni Regulæ derogabatur. Sed hodie derogatio hujuſmodi non conceditur.* & n. 5.

6 *Facultas augendi Beneficii valorem in tertia parte cenſetur conſumpta, ſi re integra ad exercitium deducatur, vel in ipſa ſupplicatione, vel in Literis poſtea expediendis.* & num. 7.

8. *Et deduci poteſt ad exercitium in primis tantummodo Literis, ſecus in aliis, ſi poſtea expediantur.*

9 *Intellige, ſi novæ Literæ expediantur re non amplius integra, poſtquam nempe Beneficium fuerit ob non expreſſionem veri valoris ab alio impetratum.*

Secus, ſi non adſit intermedia impetratio, & in novis Literis mentio fiat erroris, qui prius irrepſerat. n. 10.

11 *Stante facultate augendi in tertia parte valorem expreſſum, Gratia ante expeditionem Literarum ſubſiſtetur, quamvis valor expreſſus ſit tertia parte inferior.*

12 *Et ante expeditionem Literarum non prohibetur, Beneficium reſignari, cum poſſit valor poſtea augeri in Literis Reſignationis.*

13 *Nulla*

13 *Nulla eſt impetratio Beneficii, ob non expreſſio-
*nem veri valoris, ante expeditionem Litera-
rum facta.

14 *Et ſtante impetratione hac intempeſtive facta,
quavis in Literis poſtea expeditis valor male
fuerit expreſſus, non prohibetur obtineri nova
Gratia independens a prima, aut Gratia Per-*
inde valere.

15 *Valor* in *Supplicatione expreſſus, an quemadmo-
dum vigore Regula augeri, ita & minui poſſit?*
& n. 16. 17. & 18.

19 *Si una cum Proviſione Beneficii reſervetur ſuper
illius fructibus Penſio, valor expreſſus minui
non poteſt.*

*Quamvis Literæ Proviſionis Beneficii expedian-
tur ad partem.* n. 20.

21 *Limita, ſi adhuc facta fructuum diminutione,
Penſio non excederet illorum tertiam partem.*

22 *Facta in Supplicatione expreſſione fructuum cer-
torum in ducatis viginti quatuor, & incer-
torum in quadraginta, an in expeditione
Literarum augeri poſſit valor tantummodo
quoad fructus incertos?* & num. 23. 24. 25.
26. & 27.

24 *Stylus, ut evertatur, ſufficit, quod unicus con-
currat actus ei difformis.*

28 *Si in eadem Supplicatione fiat duorum Benefi-
ciorum proviſio ſub expreſſione fructuum unius
in ducatis viginti quatuor, alterius quinqua-
ginta, licet utriuſque Beneficii valor uſque ad
tertiam partem augeri nequeat, alterius tamen
poteſt.*

1 IN qualibet ſupplicatione ſuper Apoſtolica Be-
neficiorum proviſione, inter clauſulas gene-
rales ſequens clauſula apponi ſolet -- *Et quod
præmiſſorum omnium &c. fructus etiam augen-
do, vel minuendo &c. major, & verior ſpecifi-
catio fieri poſſit in Literis* -- Ne autem de viri-
bus clauſulæ hæſitari contingat, diſponit hæc
Regula, quod Beneficii fructus uſque ad ter-
2 tiam partem valoris expreſſi, & non ultra au-
geri poſſint; & Regulæ inhærendo tradunt *Quæ-
ſad. hic Rubeus Singular. Rot. tom. 2. part. 4.
clauſ. 185. num. 1. Barboſ. clauſ. 13. num. 1. & 2.
Amayd. de ſtyl. Datar. cap. 7. numer. 59. Card.
de Luc. de Beneſ. diſc. 72. num. 12. & diſc. 90.
num. 30. Rot. deciſ. 422. numer. 2. & dec. 1393.
num. 4. coram Pænia.* Sed facto hujuſmodi augu-
3 mento tertiæ partis, adhuc admittitur tolerantia
in ſexta parte juxta ſtylum *Rotæ*, de quo diximus *in Commentar. in Regul. LV.* & in terminis
hujus Regulæ advertit *Quaſad. hic verſic. Nota
tamen.*

4 Priſcis temporibus paſſim huic Regulæ deroga-
batur, dum in Supplicatione adjici conſueverat
clauſula, quod fructus augeri poſſent uſque ad ve-
rum valorem, ſeu ad quamcumque ſummam, aut
quod verus valor exprimi poſſet, Regula non ob-
ſtante, ut teſtantur *Rebuff. in 3. part. Signatur. cir-
ca clauſul. de augendo n. 9. Rubeus d. Clauſ.* 185.
n. 1. & 8. Rot. deciſ. 1958. *lib. 3. part. 3. diverſ.*
& late fuit dictum per antiquos Abbreviatores *in
Volum. Mſ. Notabilium Cancellar. pagin. mihi*
232. *& ſeqq.* ubi adnotatur, quod vigore clauſu-
læ -- *uſque ad verum valorem* -- fructus expreſſi
in viginti quatuor ducatis, adaucti fuerunt uſ-
que ad 89. imo ad 300. Sed hodie dicta clauſula
5 amplius non apponitur, & ad unguem forma Re-
gulæ ſervatur.

6 Hujuſmodi porro valoris augumentum in tertia
parte, cum ſit facultativum, nihil operatur, niſi
deducatur ad exercitium re integra, ideſt ante ex-
peditas Literas, ſeu illius fiat expreſſio in ipſis Li-
teris. Poſt enim Literas expeditas nihil addi po-
teſt, & conſumpta remanet augendi facultas *Lot- 7
ter. de Re Beneſ. lib. 3. quæſt. 20. n. 65. Tondut. de
Penſion. cap 61. n. 5. Rubeus dict. Clauſ.* 185. n. 2.
*Card. de Luc. d. diſc. 70. n. 12. & diſc. 90. nu. 29.
Roſ. de Executor. Liter. Apoſtolic. cap. 5. num.
248. Piton. diſcept. 98. nu. 9. Rot. deciſ. 531. ſub
num. 2. part. 1. diverſor. & dec. 75. n. 8. part. 12.
Recent.*

Similiter deduci ſolum poteſt ad exercitium in
prima Literarum expeditione; unde ſi in primis 8
Literis valor auctus non fuerit, aut non integre uſ-
que ad tertiam partem, non poterit vigore ejuſ-
dem Clauſulæ tribuentis facultatem augendi, vel
minuendi, deveniri ad expeditionem novarum Li-
terarum cum augumento, vel narrativa majoris
valoris Beneficii in primis Literis non declarati,
quoniam hæc Regula nullius momenti has ſecun-
das Literas eſſe voluit, *Barboſ. dict. Clauſ.* 13.
num. 4. Card. de Luc. de Beneſ. dict. diſc. 72. nu.
12. late *Piton. dict. Diſcept. 98. per tot. Rot. deciſ.*
108. n. 10. *part. 10. deciſ. 75. n. 8. part. 12. Re-
cent. Deciſ. 8. de Reſcript. cor. Creſcent. & deciſ.
331. part. 3.*

Quod tamen locum ſibi vindicat, ſi novæ Li- 9
teræ expeditæ fuerint re non amplius integra, poſt-
quam nempe alter Beneficium impetraverit ex ca-
pite non expreſſi veri valoris *Barboſ. dict. clauſ.* 13.
n. 5. Rubeus dict. clauſ. 185. n. 10. Rot. deciſ. 94.
n. 3. *Piton. diſcept.* 98. n. 12. Cum cæteroquin,
ſi ſecundæ Literæ expediantur antequam Benefi- 10
cium fuerit ab altero impetratum, & fiat in illis
expreſſio erroris, qui in primis literis irrepſit, clau-
ſula ſuffragatur; *Card. de Luc. de Beneſ. diſ.* 72.
*n. 12. & diſc. 90. nu. 29: Tondut. de Penſion. cap.
71. num. 5. & 6. Roſ. de Executor. part. 1. cap. 5.
num.* 248.

Cum itaque in expeditione Literarum poſſit
Clauſula præfata ad exercitium deduci, hinc eſt,
quod Gratia ſuum obtinet vigorem, donec pro-
viſus de Beneficio deliberet, quid in expeditio- 11
ne Literarum velit exprimere *Barboſ. dict. clauſ.
43. num. 3. Rubeus Singular. part. 4. clauſ.* 185.
num. 4. Et ex hoc principio ſequitur, quod, ſi
quis ante expeditionem Literarum, Beneficium
reſignaverit, reſignatio ſubſtineatur, quia poterit
in Literis Reſignationis vetus valor exprimi, 12
Barboſ. dict. clauſul. 14. n. 3. *Rubeus d. Clauſ.* 185.
n. 5. Rurſus ſequitur, quod, ſi tertius ante ex-
peditionem Literarum impetraverit Beneficium, 13
tanquam vacans ob malam expreſſionem valoris,
impetratio erit nulla, nam de eo tempore Bene-
ficium non vacabat, & vacatio incipit a die, quo
Literæ fuerunt male expeditæ, *Gonzal. in Regul.
8. Gloſſ. 15. §. 2. num. 8.* & diximus *in Comment.
in Regul. LV. n.* 98. Quinimo, etiamſi in expedi-
tione Literarum Beneficii valor fuerit male expreſ-
ſus, adhuc obtineri poteſt nova Gratia indepen- 14
dens a prima, vel Gratia *Perinde valere*; quæ e-
rit valida, ſuumque ſortietur effectum non ob-
ſtante impetratione a tertio facta ante primam Li-
terarum expeditionem, hæc enim, cum nulla ſit,
veluti facta de tempore, quo Beneficium ob non
expreſſum verum valorem adhuc non vacabat,
nullum novæ Gratiæ, vel Gratiæ *Perinde vale-
re* executioni aptum eſt impedimentum afferre *Gon-
zal. ubi ſupra n. 78. Rot. deciſ. 541. part. 3. lib. 3.
diverſ.*

Hæc quoad augumentum; quid vero dicen-
dum

dum circa diminutionem valoris, an poſſit ille
15 minui in Literis? *Rebuff. in tertia parte Signatur.*
circa clauſulam de augen. n. 5. ait, quod Officia-
les non patiuntur diminutionem, quia per illam
detrahitur eorum emolumentis, unde ſi fructus in
Signatura expreſſi fuerint in Ducatis viginti qua-
tuor, non poſſunt in Literis exprimi in ſexdecim
pro obtinenda expeditione *Gratis.* Idem dicen-
16 dum, ſi Proviſus expreſſerit in Supplicatione, Be-
neficii fructus eſſe annui reditus ducatorum tri-
ginta, & in Literis poſtea exprimere vellet, quod
viginti quatuor non excedant; quia per hujuſmodi
expreſſionem præjudicium irrogaretur Officialibus
in Annata, quæ non ſolvitur, quando Beneficii
fructus annuum valorem vigintiquatuor ducato-
rum non excedunt. Et ita adnotatum reperitur in
ſupradicto volumine *Notabilium Cancellariæ pag.*
232. *& ſeqq.* Verum id amplius hodie non ſerva-
17 tur, & fructus expreſſi in ducatis viginti quatuor,
bene poſſunt minui ad ſexdecim; Maxime, quia
Literæ proviſionis Beneficii annui reditus ducato-
rum ſexdecim non expediuntur *Gratis*, quemad-
modum fortaſſe priſcis temporibus expediri con-
ſueverant. Idemque dicendum reſpectu diminu-
tionis valoris Beneficii in Supplicatione expreſſi
18 in Ducatis triginta, nam fieri poteſt in Literis
ejuſdem valoris expreſſio in Ducatis viginti qua-
tuor. Cum enim proviſus ſe exponat periculo im-
petrationis Beneficii, ſi valor in iiſdem Literis
expreſſus, revera non ſubſiſtat, utique illum mi-
nuere poterit quantum ſibi placuerit, ut contra
Rebuff. firmat *Amayden. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap.*
7. n. 60.

19 Tunc autem fieri non poſſet valoris diminutio,
quando adeſſet Proviſio Beneficii, & reſervatio
Penſionis ſuper illius fructibus, nam diminutis fru-
ctibus, Beneficium magis gravatum remaneret,
contra intentionem Papæ, qui Penſionem reſerva-
vit habito reſpectu ad fructus in Supplicatione ex-
preſſos. Idque procederet, etiamſi Literæ Provi-
ſionis Beneficii expedirentur ad partes, & talem
20 fuiſſe ſenſum *DD. Abbreviatorum de Parco* dicitur
in dicto Volumine *Notabilium Cancellariæ pag.*
234. & ſervatur in praxi, dum in Supplicatione non
apponitur clauſula *minuendi &c. Amayd. de Styl.*
Datar. cap. 7. n. 60. Licet, ſi Penſio non excede-
21 ret tertiam partem fructuum, etiam illos minuen-
do, quod poſſet tali caſu tolerari diminutio, ha-
betur in dictis Notabilibus -- ibi -- *Hoc mane 26.*
Octobris occurrit idem caſus, & quia Penſia non ex-
cedebat tertiam partem, etiam minuenda, P. de
Ca. & Ego fuimus in opinione, quod poſſit fieri,
& quod alias fuerit factum.

An autem, ſi exprimantur in Supplicatione Be-
22 neficii fructus certi in Ducatis *viginti quatuor*, &
una cum incertis *quadraginta*, poſſit in expeditio-
ne Literarum augeri valor ſolum quoad incertos,
& fieri expreſſio de fructibus certis in 24 & cum
incertis 50.? Et non poſſe ſolos fructus incertos
augeri prætendunt nonnulli *Subſtituti* Cancellariæ,
& Annatarum Cappellani, autumantes, utriuſque
ſpeciei fructus deberi proportionabiliter augeri, ut
ſic mediam Annatam percipiant. Sed nulli inni-
tuntur legali fundamento, quia, cum lex non pro- 23
hibeat hujuſmodi augumentum in ſolis incertis, &
clauſula *augendi &c.* ſit generaliter concepta, non
videtur ſubeſſe ratio, cur clauſula præfata debeat
reſtringi ad fructus certos tantum, aut ad utram-
que ſpeciem fructuum proportionabiliter, & exclu-
dere augumentum in ſolis fructibus incertis.

Nec obſtat ſtylus, quia de eo non conſtat per
veras, & univocas probationes, quodque ita ſem-
per fuerit ſervatum; & contrarium, quod pluries
in expeditione Literarum adauctus fuerit Benefi-
cii valor in ſolis fructibus incertis, audivi ex ore
bon. mem. *Antonini de Flore* celebris Literarum
Apoſtolicarum expeditoris; ad evertendum vero
ſtylum ſufficit etiam unicus actus difformis juxta 24
Thear. Bartol. in leg. Semper in ſtipulationibus in
fin. de Regul. Jur. Surd. Conſ. 393. n. 23. & 24. Rot.
cor. Gregor. deciſ. 162. n. 9. ibique Adden. & ca-
ram Molines deciſ. 514. n. 20.

Nec etiam relevat, quod clauſula *augendi &c.*
ſit inventa ad excludendas Beneficiorum Impetra-
tiones ob non veram expreſſionem valoris, ideo- 25
que referenda eſt ad ſolum valorem certum, cum
ob falſam expreſſionem fructuum incertorum num- 26
quam dentur impetrationes. Etenim antecedens
propoſitio non eſt vera; Clauſula namque illa in-
venta fuit, ut ſi quis certior factus ſit de vero fru-
ctuum valore, poſſit in expeditione Literarum er-
rorem corrigere, & veritatem exprimere, ne forte
coram Exequutore difficultates inſurgant circa il-
lius juſtificationem. Immo qualiſcumque ſit dictæ
clauſulæ ratio, numquam impedire poterit provi- 27
ſum de Beneficio, quin, ſi velit, augeat valorem
fructuum incertorum tantum, cum alias nunquam
fructus incerti poſſent augeri, ſi verum eſſet pro-
poſitum argumentum.

Quid vero dicendum, ſi facta in eadem ſuppli-
catione proviſione de duobus Beneficiis ſub expreſ-
ſione valoris, unius in Ducatis viginti quatuor,
alterius ſexaginta, cum poteſtate augendi, aut mi-
nuendi, an poſſint unius Beneficii fructus tantum- 28
modo augeri, vel minui? Alias hoc dubio in *Rota*
propoſito, dicebant *Expeditores*, fructus alterius
ex Beneficiis augeri non poſſe. Sed *Rotæ* viſum
eſt, alterius poſſe, utriuſque Beneficii fructus au-
geri non poſſe. Diviſio enim eo pertinet, ut alteri
detrahi, alteri addi poſſit, ut *in deciſ. 1838. part.*
3. lib. 3. diverſ.

REGU-

REGULA LXVI.

De Inſordeſcentibus.

ITem, ne Perſonis, pro quibus Literæ Suæ Sanctitatis emanabunt, ob generalem abſolutionem a cenſuris Eccleſiaſticis, quibus ligati forent, ad eorum effectum indifferenter concedi, & in Literis Apoſtolicis apponi ſolita, præſtetur occaſio Cenſuras ipſa vilipendendi, & inſordeſcendi in illis, ſtatuit, & ordinavit hujuſmodi abſolutionem, & clauſulam in Literis, quas in futurum cum illa concedi continget, non ſuffragari non parentibus Rei judicatæ, Incendiariis, Violatoribus Eccleſiarum, Falſificatoribus, & falſificari procurantibus Literas, & Supplicationes Apoſtolicas, & illis utentibus, Receptatoribus, & Fautoribus eorum, ac res vetitas ad Infideles deferentibus, Violatoribus Eccleſiaſticæ libertatis, via facti auſu temerario Apoſtolicis Mandatis non obtemperantibus, & Nuncios, vel Exequutores Apoſtolicæ Sedis, & ejus Officialium ejus commiſſa exequentes, impedientibus, qui propter præmiſſa, vel aliquod eorum excommunicati a jure, vel ab homine, per quatuor Menſes ſcienter Excommunicationis Sententiam hujuſmodi ſubſtinuerint. Et generaliter quibuſcumque aliis, qui cenſuris aliquibus etiam alias, quam, ut præfertur, quomodolibet ligati, in illis per annum continuum inſorduerint.

ARGUMENTUM.

REgulæ quis Auctor fuerit, & quomodo antiquitus illius Rubrica concepta erat? Excommunicati incapaces ſunt obtinendi Gratias Apoſtolicas, utque iis, etiam in forma commiſſaria expeditis, frui poſſint abſque nova abſolutione, apponitur in Literis generalis clauſula abſolutoria a Cenſuris, cujus tamen vigore non poſſunt Beneficii fructus ſuos facere, celebrare, Divinis intereſſe, ad Ordines promoveri &c. Plures tamen recenſet Regula caſus, in quibus clauſula abſolutoria excommunicatis non ſuffragatur, & generaliter non juvat illis, qui Cenſuris aliquibus quomodolibet innodati in iiſdem per annum continuum inſorduerit; Ad inducendam tamen inſordeſcentiam plura, quæ exponuntur, concurrere debent, & præſertim animi pertinacia in contemptum Clavium, a qua, an excuſet appellatio, vel a Comminatione Declaratoriæ, aut a Sententia declaratoria incurſus in eaſdem Cenſuras, vel a Sententia Excommunicationis latæ ab homine, vel demum, ſi contendatur, Cenſuras eſſe nullas plene examinatur. Diſſeritur itidem, quid requiratur ad effectum ut Inſordeſcentes in Cenſuris privari poſſint Beneficiis, & enumerantur caſus, in quibus locum ſibi vindicet hujuſmodi privatio. Adverſus Inſordeſcentes per annum in Excommunicatione procedi poteſt vigore Concilii Tridentini, tanquam de hæreſi ſuſpectos, & ſive Excommunicatio lata ſit ob cauſam hæreſis, ſive aliam ob cauſam, etiam civilem. In praxi tamen Inquiſitores contra Inſordeſcentes uti de hæreſi ſuſpectos, ſolum procedunt in primo caſu, licet pluries de ſpeciali Pontificis mandato proceſſerint etiam in ſecundo. Demum plura exponuntur, alias in praxi ſervata, circa modum procedendi contra Inſordeſcentes in Cenſuris.

SUMMARIUM.

1 *Regulam, ut Felinus inquit, primus edidit Innocentius VIII.*

2 *Sed illius aſſertio revocatur in dubium.*

3 Rubrica Regulæ priſcis temporibus manca erat, & quomodo concepta?

4 Excommunicati ſunt de jure incapaces Beneficiorum.

5 Etiam ſi a Confeſſario abſolvantur vigore Bullæ Cruciatæ, aut Jubilæi.

6 In Literis Apoſtolicis apponitur clauſula generalis abſolutoria à Cenſuris, ad effectum ut qui Gratiam obtinuit, ſi forte ſit excommunicatus, ea perfrui valeat. & num. 8.

Et de quamplurimis effectibus ejuſdem clauſulæ, præſertim in Proviſionibus Beneficiorum, quæ explentur ab Ordinariis, & Nunciis Apoſtolicis. Remiſſive. num. 7.

8 Clauſula tamen præfata non tollit Irregularitatem.

9 Redditur ratio, quia Irregularitas non eſt Cenſura.

10 Cui abſolutio a Cenſuris facta eſt in Literis Apoſtolicis, ei cenſetur Gratia conceſſa.

11 Excommunicatus, vigore dictæ clauſulæ abſolutus, nequit Beneficii fructus ſuos facere, celebrare, Divinis intereſſe, ad Ordines promoveri, aut aliud Beneficium aſſequi, niſi novam abſolutionem pro hujuſmodi effectibus obtineat.

12 Clauſula abſolventes &c. adjecta in Literis expeditis in forma Commiſſaria, an reddat Excommunicatum capacem Gratiæ, ſi prius non ſit abſolutus ab Exequutore? & n. 13.

14 Enumerantur plures caſus, in quibus abſolutio generalis a Cenſuris in quibuſcumque Literis Abſolutis apponi conſueta, non ſuffragatur vigore Regulæ.

Et in caſibus præfatis, nec clauſula abſolventes &c. adjecta in Literis Gratiarum, quas impertiuntur Legati, & Nuncii Apoſtolici, ſuffragatur Excommunicatis. num. 19.

15 Violatores Eccleſiaſticæ libertatis arcentur a favore clauſulæ abſolutoriæ, tametſi auſu temerario Apoſtolicis mandatis non obtemperaverint, aut impedimentum Exequutoribus S. Sedis non præſtiterint.

16 Generalis abſolutio a Cenſuris non ſuffragatur vigore Regulæ iis, qui Cenſuris quomodolibet irretiti, per annum in illis inſorduerint, niſi inſordeſcentia hæc Papæ innoteſcat.

17 Fruſtra legis auxilium invocat, qui in illam committit.

20 Inſordeſcentiam fuiſſe contractam, plene & concludenter probari debet.

21 Pro contrahenda inſordeſcentia plura requiruntur, nempe, quod excommunicatio ſit valida.

22 Quod vere pervenerit ad notitiam Excommunicati.

Poteſt tamen hujuſmodi ſcientia evinci præſumptionibus, & conjecturis, nec neceſſe eſt, quod probetur per intimationem Sententiæ. num. 23.

24 Quod tempus unius anni ſit completum, & continuum.

Annus vero ad dictum effectum incipit a die, quo quis contracta excommunicatione, fuit denunciatus. num. 25.

Et an ex eo, quod Excommunicatus obtinuit intra annum Gratiam Apoſtolicam cum clauſula abſolventes, cenſeatur annus præfatus interruptus, ita ut eo elapſo dici nequeat inſordeſcens? num. 26. & 27.

28 Requiritur itidem pro contrahenda inſordeſcentiæ, ultra annalem perſeverantiam in Cenſuris animus pertinax, & induratus in contemptum Clavium. & num. 74.

Nec poteſt dici inſordeſcens, qui aliqua excuſatione juvetur. Et redditur ratio. ibid.

29 Diligentiæ ab Excommunicato peractæ pro obtinenda abſolutione, excludunt contemptum Clavium, & per conſequens inſordeſcentiam.

30 Excludit pariter inſordeſcentiam abſolutio a Cenſuris reportata cum reincidentia, quamvis hæc ſtatim poſtea ſequuta fuerit.

Et quamvis abſolutio præfata eſſet nulla.

31 Qui ſuper excommunicatione, tanquam injuſta, litem introduxit, ea pendente non poteſt dici obduratus, & inſordeſcens.

32 Amplia, quamvis credulitas injuſtitiæ excommunicationis eſſet inanis, & conjuncta cum ſupina ignorantia.

33 Abſolutus in foro conſcientiæ vigore Jubilæi, aut Bullæ Cruciatæ, poteſt ex æquitate, & ceſſante partis oppoſitione, excuſari ab inſordeſcentia. Sed æquitas hæc non placuit Rotæ. ibid.

34 Regula quippe, quæ loquitur de collatione Beneficii ad favorem inſordeſcentis, non facienda, non comprehendit caſum privationis Beneficii poſſeſſi ab eo, qui dicitur inſorduiſſe. Redditur ratio, quia a collatione Beneficii, ad illius privationem non valet argumentum. ibid.

35 Ubi agitur de privatione Beneficii ex cauſa inſordeſcentiæ, præter iſtius juſtificationem modo quo ſupra num. 21. & ſeq. Requiritur etiam, quod tranſacto anno, citetur Excommunicatus ad diluendam ſuſpicionem inſordeſcentiæ.

Nec locus erit privationi Beneficii, niſi poſt declarationem inſordeſcentiæ ſteterit excommunicatus per alterum annum in excommunicatione. ibid.

36 Sed citatio Excommunicati poſt annum ad ſe expurgandum, requiritur ubi agitur ad privationem Beneficii, ex quo præſumatur ipſe ſuſpectus de hæreſi ob annalem inſordeſcentiam in excommunicatione.

Secus, ubi agitur de eo privando principaliter propter inſordeſcentiam ipſam in excommunicatione lata ob crimen, quod meretur privationem. ibid.

37 Referuntur, & reprobantur Doctores aſſerentes, quod ubi agitur de privatione Beneficii, requiratur etiam de ſtylo Datariæ, triennium permanentiæ in excommunicatione. & num. 38. & 39.

40 Inſordeſcens in excommunicatione lata ob crimen quod inducit privationem Beneficii ipſo jure, cenſetur & ipſo jure privatus Beneficio, inſordeſcentia declarata.

41 Si crimen, ob quod lata fuit excommunicatio tale ſit propter quod Excommunicatus veniat Beneficio privandus, probata inſordeſcentia, locus erit privationi.

42 Sed privari nequit ob inſordeſcentiam, ſi crimen pœnam privationis Beneficii non mereatur.

43 Hinc non ſubſtinetur privatio Beneficii ob inſordeſcentiam in excommunicatione, quæ lata fuit ex cauſa civili. & dict. n. 42.

44 Limita, ſi Excommunicatus per triennium ſteterit animo obſtinato in excommunicatione præfata.

45 *Excommunicatus inſordeſcens, an capax ſit obtinendi Coadjutorem in Prabenda, quam poſſidet?* & oum. 46. & ſeqq.

48 *Signatura, ſtante nimia inſordeſcentiâ, aliquando dare ſolet Commiſſiones, ut fructus Beneficiorum, quæ Excommunicatus obtinet, ſequeſtrentur.*

49 *Adverſus Inſordeſcentes per annum in excommunicatione, poteſt vigore Concilii Tridentini procedi tanquam de hæreſi ſuſpectos.* & num. 18. 66. 73.

50 *Et ſive inſorduerint in excommunicatione lata ex cauſa fidei, ſive generaliter ex quacumque alia cauſa, etiam civili.* & n. 73.
Requiritur tamen citatio Contumacis ad ſe expurgandum a ſuſpicione hæreſis, nec non ſententia declaratoria ſuper inſordeſcentia. num. 75. 76.
Et Proceſſus ex Conſtitut. S. Pii V. inſtrui debet coram Inquiſitoribus Sanctiſſimæ Inquiſitionis. num. 88.
Nec fieri poteſt ab A. C. vigore ſuarum ordinariarum facultatum. num. 88.

51 *Inquiſitores juxta modernam praxim, ſolum procedunt contra Inſordeſcentes, tanquam de hæreſi ſuſpectos, quando excommunicatio eſt lata in cauſa fidei, ſecus, ſi aliam ob cauſam.*

52 *Pluries tamen ab iiſdem de ſpeciali mandato Papæ proceſſum fuit contra Inſordeſcentes excommunicatos etiam ex alia cauſa, quam fidei. Sed non aliter Inquiſitoribus facultas hujuſmodi concedi ſolet, niſi poſtquam A. C. vel Ordinarii ex delegatione Papæ procedant, prout de jure circa declarationem inſordeſcentiæ tantum.* dict. num. 52. & num. 80. 83. 84.

53 *Præſertim, ſi præter contemptum Cenſurarum negativum, negligentiam nempe in obtinendo abſolutionem, concurrat poſitivus, id eſt irreverentia erga Cenſuras.* & num. 81.

54 *Inſordeſcentes, quin celebrando Miſſam incurrant in Irregularitatem, non excuſat prætextus, quod a Sententia excommunicationis appellaverint.*

55 *Amplia, etiamſi contenderent, ſe nulliter, & injuſte excommunicatos, niſi excommunicationis ſententia ſit manifeſte erronea.*

56 *Sed quamvis Sententia excommunicationis ſit ipſo jure nulla, adhuc ſi Excommunicatus celebret cum ſcandalo Populi peccat mortaliter, & poteſt ordinaria pœna puniri.* & num. 57.

58 *A Citatione ad dicendam Cauſam, quare non debeat quis excommunicari, datur appellatio ad utrumque effectum, devolutivum ſcilicet, & ſuſpenſivum; & de ratione.*
Et Sententia poſt dictam Appellationem lata, eſt ipſo jure nulla. num. 59.

60 *Sed a comminatione Declaratoria incurſus in excommunicationem, non datur Appellatio ſuſpenſiva.*
Et redditur ratio. num. 61.

62 *Appellatio interpoſita poſt latam Sententiam excommunicationis, nullius eſt roboris.*
Eaque non obſtante, poteſt Excommunicatus publice talis denunciari. ibid.

63 *A Sententia declaratoria incurſus in excommunicationem, admitti debet Appellatio ad utrumque effectum.* & num. 61.
Niſi Crimen eſſet notorium, quo caſu non admittitur Appellatio. num. 65.

64 *Eaque proſequi poteſt, abſque eo quod declaratus incurſus in excommunicationem, petat abſolutionem.*

66 *Excommunicatus a Judice, ſi contendat Sententiam eſſe nullam audiri, non prohibetur, quamvis abſolutionem, nec pure, nec ad cautelam petierit.*

67 *Et probata Sententiæ nullitate, non indiget amplius abſolutione.*

69 *Inſordeſcens in excommunicatione, ſi in Ordinibus miniſtraverit, poterit declarari Irregularis.*

70 *Et ſi in Irregularitate celebraverit, erit ab Ordine deponendus.*

71 *Exponitur quid in materia inſordeſcentiæ actum fuerit in celebri Cauſa* Cæſarauguſtana Cathedralitatis, *diſcuſſa in Congregatione particulari.* & num. 82.

72 *Et quid actum, & reſolutum in ſimili materia in Cauſa* Syraculana. num. 73. & ſeqq. & num. 85.

HÆc Regula tribuitur *Innocentio VIII.* a *Fe-* 1
lino in Cap. Apoſtolicæ 9. de Excepi. in prin-
cip. & de ea meminit *Rot. deciſ.* 1093. *num.* 12.
coram Pania, ſed non reperitur inter Cancella-
riæ Regulas ab eodem Pontifice editas, & im- 2
preſſas anno 1504. & 1536. quas *Sotus* Com-
mentariis illuſtravit, eamque primo legi inter
Regulas *Leonis X.* & *Rubrica* concepta non
erat -- *de Inſordeſcentibus* -- ſed dicebatur -- *Clau-* 3
ſula Abſolutionis non ſuffragatur falſificatoribus,
& impedientibus Nuncios Apoſtolicos -- quæ ver-
ba non continent totum id, quod in nigro ex-
primitur.

Cum de jure excommunicati incapaces ſint ob- 4
tinendi Beneficia Eccleſiaſtica, & Gratias Apo-
ſtolicas, *Cap. 1. de Reſcript. in 6. Cap. Poſtulaſti*
de Cleric. excomm. Fagnan. in Cap. Ad abolen-
dam num. 40. *de Hæret. Suarez de Cenſ. diſput.*
17. *ſect.* 1. *num.* 2. *Pariſ. de Reſignat. quæſt.* 6. *n.*
62. & 78. *Leſſ. de Juſtit. & Jur. lib.* 2. *cap.* 34.
& de Beneſic. dub. 22. *n.* 116. *Ricciul. de Jur.*
Perſonar. cap. 6. *num.* 1. *Gonzal. in Regul.* 8. *gloſſ.*
58. *num.* 25. late *Rota deciſ.* 15. *& deciſ.* 136. *co-*
ram Merlino, ubi, quod ſunt incapaces, etiamſi 5
a Confeſſario abſolvantur vigore Bullæ Crucia-
tæ, aut Jubilæi, quod etiam plene tradit *Fagnan.*
in Cap. Poſtulaſti a num. 13. *uſque ad fin. de*
Cleric. Excommunicat. Hinc antiquiſſimus invaluit
ſtylus, quod in Literis Apoſtolicis apponatur
clauſula abſolutoria a Cenſuris, per quam Ponti- 6
fex iis, quibus Gratiam conceſſit, abſolutionem,
quatenus egeant, impertitur a Sententia excom-
municationis, etiam majoris, ac ſuſpenſionis, &
Interdicti, ad effectum, ut capaces reddantur
conſequendi tantummodo Gratiam in iiſdem Li-
teris conceſſam, *Quaſad. ad hanc Regul. in princip.*
Bell. conſ. 141. *n.* 5. *Tondut. Reſolut. Beneſ. part.* 2.
cap. 5. §. 3. *num.* 60. *Loüet ad Regul. de Infirm. nu.*
50. *Caren. de Offic. Inquiſit. part.* 2. *tit.* 8. §. 7. *nu.*
37. *Ricciul. de Jur. Perſon. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 1.
& ſeqq. & per tot. ubi plura de effectibus hujus
Clauſulæ abſolutoriæ, præſertim in Proviſioni- 7
bus Beneficiorum, quæ explentur ab Ordina-
riis, & a Nunciis Apoſtolicis. *Vivian. de Jure-*
patr. part. 2. *lib.* 13. *cap.* 8. *num.* 124. *& ſeqq.*
Pariſ. de Reſignat. part. 4. *quæſt.* 13. *num.* 12. *&*
ſeqq. & lib. 8. *quæſt.* 7. *num.* 110. *& ſeqq. Cor-*
rad. in Prax. Beneſic. lib. 2. *cap.* 16. *num.* 1. Recte 8
tamen advertunt Doctores præfati, quod per di-
ctam clauſulam non tollitur Irregularitas, quia
non

Digitized by Google

9 non eſt Cenſura, etiam dixit *Coccin. Adnot. 6.*
poſt primum Volumen. Deciſ. 459. num. 13. part.
14. Recent.

10 Cumque talis abſolutio tribuatur ſolum ei,
in cujus commodum Gratia conceditur, ad eſ-
fectum, ut Gratiam ipſam conſequi valeat; ex-
inde deducitur validum argumentum, pro di-
gnoſcendo, quinam ſit ille, cui Gratia conce-
ditur; unde ſi abſolutio detur Capitulo, & ſin-
gularibus Perſonis, iis, & non aliis Gratia facta
cenſeretur, *Rot. deciſ. 351. num. 8. part. 17. re-*
cens. dec. 966. num. 9. coram Dunozett. & in Ge-
runden. Prioratus 1. Julii 1697. §. Et hujuſ-
modi, coram Urſino.

Dum igitur Excommunicatus per Clauſulam
in Literis Apoſtolicis adjectam, abſolutus, in
alio non relevetur, niſi ut Gratia ei elargita,
non obſtante excommunicatione, ſubſtineatur,
hinc eſt, quod nequeat ipſe vigore Abſolutionis
11 præfatæ fructus Beneficii, de quo proviſus fuit,
ſuos facere celebrare, Divinis intereſſe, ad Sac.
Ordines promoveri, ac aliud Beneficium obtine-
re, niſi de novo Abſolutionem ad hujuſmodi eſ-
fectus obtineat, *Rebuff. in Prax. Tit. de Form. Nov.*
Proviſ. verb. Teque abſolventes n. 15. & ſeqq. Ugalin.
de Cenſur. Tabul. 2. cap. 12. in princip. Monet. de Di-
ſtribut. quotidian. part. 2. quæſt. 15. num. 24. Garc. de
Beneſic. part. 7. cap. 13. num. 64. & ſeqq. Ricciul.
de Jur. Perſon. lib. 4. cap. 9. n. 5. & ſeqq.

Obſervant tamen *Garc.* loco mox laudato *cap.*
13. §. 3. in princip. Bell. conſ. 141. n. 7. quod ubi
Gratia Apoſtolica elargita fuit in forma Commiſ-
12 ſaria, ea vigore Clauſulæ *abſolventes &c.* perfrui
non valeat Impetrans, niſi prius ab Exequutore
abſolvatur, cum præfata clauſula ſolum opere-
tur validitatem Literarum, ita quidem, ut ſi ex-
peditæ ſint in forma Gratioſa, valeat proviſio,
ſi vero in forma Commiſſaria, valeat Manda-
tum de providendo. Sed hanc ſententiam meri-
13 to rejicit *Ricciul. de Jure Person. lib. 4. cap. 9. n. 8.*
Non tamen clauſula *Abſolventes* operatur effe-
ctum ſuſpenſionis impedimenti, ob quod Gratia
ſuum de jure ſortiri non poterat effectum, ſed
& veræ abſolutionis, unde fit, ut qui Gratiam
obtinuit, ſi cenſura aliqua ſit irretitus, non egeat
alia abſolutione, quia ſtatim ac Literæ ſunt ex-
peditæ cum clauſula -- *teque abſolventes* -- ha-
betur, perinde ac, ſi impedimentum excommu-
nicationis non adeſſet, unde abſolutio per Exe-
quutorem indulgenda, eſſet penitus otioſa, &
ſuperflua.

Plures tamen hæc Regula caſus enumerat in
14 quibus non ſuffragatur Excommunicatis abſolu-
tio generalis, quæ in Literis Apoſtolicis apponi
conſuevit. Primo, non ſuvet iis, qui Rei Judi-
catæ non parent. II. Incendiariis. III. Violato-
ribus Eccleſiarum. IV. Falſificatoribus, ſeu fal-
ſificari procurantibus Literas, & ſupplicationes
Apoſtolicas. V. Literis, & ſupplicationibus præ-
fatis utentibus, eorumque Receptoribus, & fau-
toribus. VI. Res vetitas ad Infideles deferenti-
bus. VII. Violatoribus Eccleſiaſticæ libertatis.
VIII. Auſu temerario non obtemperantes Man-
datis Apoſtolicis, & IX. Nuncios, & Exequu-
tores Apoſtolicos, eorumque Officiales in exe-
quutione ſuarum Commiſſionum impedientibus.
His inquam noluit Papa ſuffragari Abſolutionem
hujuſmodi generalem, ſi a jure, vel ab homine
excommunicati, per *quatuor Menſes* ſcienter ex-
communicationis ſententiam ſubſtinuerint, quos
caſus proſequuntur *Rebuff. in Prax. part. 1. tit. de*
Form. nov. Proviſ. §. Teque abſolventes, Navarr.
in Manual. cap. 27. num. 257. Mart. de Clauſ.
part. 1. Clauſ. 47. Pariſ. de Reſignat. lib. 8. quæſt.
7. n. 111. & ſeqq. & lib. 4. cap. 3. num. 57. Rot.
deciſ. 1083. coram Pœnia, & deciſ. 136. coram
Merlin. ubi de Recurrentibus ad Judices Lai-
cos in terminis hujus Regulæ, & in *Nullius,*
ſeu Juvenacen. Primiceriatus 25. Junii 1677.
coram Bourlemont, ubi de Excommunicato, ex
quo armata manu nixus fuerat impedire exequu-
tionem Mandatorum Rotalium. Ratio autem ſpe-
cialis hujuſmodi exceptionis oriri potuit ob majo-
rem horum Criminum deteſtationem, unde fit,
quod qui ea perpetrarunt, quotannis in Bulla
Cœnæ Domini excommunicantur, ut notat *Quæ-*
ſad. in hanc Regul. in fine.

Sed quoad Violatores Eccleſiaſticæ libertatis,
arcentur ipſi a favore hujus clauſulæ abſolutoriæ, 15
etiam præciſive a copulativo concurſu qualita-
tum ejuſdem Eccleſiaſticæ libertatis violationem
prægravantium, quia nempe *via facti, auſu te-*
merario Apoſtolicis mandatis non obtemperave-
rint *& Nuncios, vel Exequutores Apoſtolicæ Se-*
dis, & Officialium ejus commiſſa exequentes non
impedierint, cum ex ejuſdem Regulæ lectura pa-
teat, verba præfata non copulative, ſed alterna-
tive cum præcedentibus verbis -- *Violatoribus Ec-*
cleſiaſticæ libertatis -- adjecta fuiſſe, unde ſuffi-
cit alternativa earumdem qualitatum verificatio,
ut beneficium generalis abſolutionis iis ſuffragari
non poſſit, quemadmodum advertit *Rot. in Com-*
poſtellana Parochialis 2. Julii 1725. §. Conſtabi-
lito, cor. Reverendiſſ. Aldrovando.

Illis etiam noluit Regula ſuffragari hanc ge-
neralem abſolutionem, qui aliis Cenſuris quomo- 16
dolibet irretiti, per annum in eis inſorduerint,
niſi Papa ſciret hanc annalem inſordeſcentiam.
Fermoſin. Tract. Crimin. part. 2. pag. mihi 259.
num. 3. Non enim juri conſonum eſt, quod qui
contradicit Eccleſiæ mandatis, ejus gratiis, & fa-
voribus perfruatur tempore, quo in ſua contuma-
cia perdurat, nec rationabile videtur, quod gau-
deat beneficio abſolutionis ab Excommunicatione,
qui Excommunicationem ipſam ſpernit, nam fru-
ſtra legis auxilium invocat, qui committit in le- 17
gem. *Leg. Auxilium §. In Delictis ff. de Minor.*
Leg. Sancimus, de Judic. Cap. ultim. de Immunit.
Eccleſ. Cap. Qui fruſtra de Uſur. Cap. Contigit 45.
De ſentent. Excomm. Et qui obdurato animo in
cenſuris inſordeſcunt, puniri poſſunt tanquam de 18
hæreſi ſuſpecti, ut diſponit *Concil. Trident. ſeſſ.*
25. cap. 3.

Comprehenditque Regula nedum Gratias Apo- 19
ſtolicas, verum, & illas, quæ conceduntur a Le-
gatis, & Nunciis, qui ſi in eorum Literis clau-
ſulam *Abſolventes &c.* adjiciunt, illa non ſuffra-
gatur Excommunicatis in caſibus, qui in hac Re-
gula enumerantur. *Ralan. conſ. 46. n. 37 lib. 1. Ric-*
ciul. de Jur. Perſon. lib. 4. cap. 9. num. 10.

Ad probandum vero, quod contracta ſit inſor- 20
deſcentia, plena, & concludens requiritur de-
monſtratio. *Lotter. lib. 2. part. 33. n. 105.* & in
terminis Impetrantis Beneficium ex hoc capite di-
xit *Rot. deciſ. 1483. n. 6. cor. Seraphin.* & ad eam
contrahendam plura ſunt neceſſaria.

Primo, quod Excommunicatio ſit valida. *Inno-* 21
cent. Hoſtienſ. & Jo. Andr. in Cap. Dilectis de Cleric.
excomm. Miniſtr. Ricciul. de Jur. Perſon. lib. 4. cap.
13. num. 1. Lotter. d. quæſt. 33. num. 106.

Secundo, quod Excommunicationis ſententia 22
vere pervenerit ad notitiam Excommunicati. *Fer-*
moſin. Tract. criminal. part. 2. pag. mihi 259.
num. 3. Ricciul. de Jur. Perſon. lib. 4. cap. 8.

num. 4. Rot. deciſ. 181. *num.* 2. *part.* 2. poſt *conſ.
Farinac.* & colligitur ex hac Regula, in qua di-
citur, *ſcienter, excommunicationis hujuſmodi ſen-
tentiam ſubſtinuerint* -- Neceſſe tamen non eſt,
quod hæc ſcientia evincatur per intimationem ejuſ-
dem ſententiæ, ſed ſufficit, quod concurrant
præſumptiones, & conjecturæ, ex quibus con-
ſtituatur plena, & ſufficiens probatio; Nihil enim
23 repugnat, quod requiratur plena probatio, & ſa-
tis ſint conjecturæ, & præſumptiones, dum ex
iis poteſt etiam oriri probatio concludens. *Lotter.
dict. quæſt.* 33. *num.* 107. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 181.
num. 6. *&* 8. *poſt conſ. Farinac.*

24 Tertio requiritur, quod tempus unius anni ſit
continuum, & completum, nam in hac inſor-
deſcentiæ materia tempora non conjunguntur.
Spad. conſ. 267. *num.* 2. *lib.* 2. *Gratian. Diſcept.*
119. *num.* 8. *Riccinll. dict. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 1.
& 2. *Tondut. Reſolut. Benef. part.* 2. *cap.* 5. §.
3. *num.* 14. *Fermoſin. Tract. Criminal. dict. part.*
2. *pag. mihi* 259. *num.* 3. *&* 4. *Salell. de Mater.
Tribun. Sac. Inquiſit. lib.* 4. *Regul.* 351. *num.* 223.
Alex. de Cenſur. lib. 2. *diſput.* 6. *cap.* 1. *verſ. De
ſecundo Dubio, Rot. deciſ.* 838. *num.* 3. *verſ. Alte-
rum par.* 4. *diverſ. & dec.* 1285. *num.* 6. *& de-
ciſ.* 1483. *num.*8. *coram Seraphin.* ubi teſtatur, ita
25 fuiſſe a Sacra Congregatione Concilii reſolutum.
Et annus ad dictum effectum requiſitus incipit a
die, quo quis contracta Excommunicatione de-
nunciatur nominatim, & publice excommunica-
tus. *Sanctarell. de Hæreſ. cap.*6. *num.*6. *Salell. loc.
cit. num.*226.

26 An vero, qui intra annum excommunicatio-
nis obtinuit Gratiam Apoſtolicam cum clauſula
generali abſolutoria a cenſuris, poſſit elapſo an-
no dici inſordeſcens? Negat *Fermoſin. tract. cri-
minal. dict. part.* 2. *pag. mihi* 266. ea ratione,
quod vigore dictæ clauſulæ annus remanet inter-
ruptus, unde eo elapſo non poteſt dici inſordeſ-
cens per annum in excommunicatione. Sed con-
27 trarium firmat *Caren. de Offic. Sac. Inquiſitionis
part.* 2. *tit.* 8. §. 7. *num.* 34. quia clauſula generalis
Abſolventes &c. non tollit excommunicationem,
ſed ſolum ſuſpendit impedimentum ab eo pro-
veniens, quo uſque Gratia ſuum ſortiatur effe-
ctum, ut diximus ſupra, & palam oſtendunt
verba, quæ eamdem clauſulam comitantur, nem-
pe -- *ad effectum præſentium dumtaxat conſequen.* --
Eaque quapropter clauſula præfata non obſtan-
te, adhuc durat Excommunicatio, & nec in-
terrupta dici poteſt permanentia in eadem Ex-
communicatione, nec interruptus annus inſor-
deſcentiæ.

28 Quarto demum requiritur, quod annalis per-
ſeverantia in Excommunicatione ſit cum animo
pertinaci, & obdurato in contemptum Clavium,
ita ut, qui aliqua juvari poſſit excuſatione, In-
ſordeſcens dici non mereatur. Contemptus vero
Clavium tunc adeſſe dicitur, quando voluntas
in hoc dirigitur, ut quis contumax ſit, & refra-
ctarius in obediendo, eo quia ſpernit poteſtatem
Judicis, aut legis; quod ſi excommunicatus ali-
qua cauſa motus, etiam injuſta, non obtemperet,
non dicitur claves contemnere, ut etiam monuit
Concil. Trident. *Seſſ.* 25. *cap.* 3. *de Reformat.*
dum utitur verbis *Animo obdurato*, & firmant
Spad. conſ. 167. *num.* 1. *lib.* 2. *Nicol. Inſtit. civil.
lib.* 4. *tit.*18. *num.* 36. *verſ. Ad probandum, Ric-
ciull. dict. lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 3. *& ſeqq. Theſaur.
de Pœn. verb. Inſordeſcentia in Cenſuris* §. *Limita
ſupra dictas pœnas, Card. de Luc. de Benef. diſc.* 74.
num. 7. ubi de Excommunicato pro debito pecu-
niario, cui non ſuppetebat modus illud ſolvendi.
*Salell. ubi ſupra num.*225. *Fermoſin. tract. criminal.
part.*2. *pag.* 259. *num.* 2. *Additt. ad Pamphil. deciſ.*
69. *num.* 12. *Rot. deciſ.* 838. *num.*1. *& ſeqq. part.*4.
diverſ. repetit. deciſ. 196. *poſt* 2. *volumen conſ. Fa-
rinac. dec.* 132. *num.* 6. *part.* 1. *recent. & deciſ.*
1483. *num.* 3. *& ſeqq. coram Seraphin.*

Hinc ſequitur, quod Excommunicatus, qui
diligentias adhibuit pro abſolutione obtinenda,
non dicitur contemnere Claves; quia ex ſola 29
petitione abſolutionis, & inſtantia facta pro ea
conſequenda, ceſſat ipſius contumacia. *Fermoſin.
tract. criminal. par.* 2. *pag.* 262. *n.* 8. *Spad. conſ.*
167. *n.* 4. *& ſeqq. lib.* 2. *Theſaur. de Pœn. Verb.
Inſordeſcentia* §. *Limita ſupra dictas Pœnas, Salell.
de Mater. Tribun. Sac. Inquiſit. libr.* 5. *Regul.* 195.
num. 416. *Caren. dict. tit.* 8. §. 2. *num.* 7. *&* 8.
Card. de Luc. de Benef. dict. diſcurſ. 74. *num.* 7.
Lotter. de Re Benefic. lib. 3. *quæſt.* 33. *n.* 113. *&
ſeqq. Tondut. part.* 2. *cap.* 5. §. 3. *n.* 5. *Rot. dec.* 132.
n. 6. *part.* 1. *rec. dec.* 1483. *n.* 10. *coram Seraphino.*
Idemque, ſi ad tempus, & cum reincidentia
abſolutionem a legitimo Superiore obtinuerit, 30
nam id quoque excludit inſordeſcentiam, non
obſtante, quod ſtatim in Excommunicationem
reincidiſſet, ut firmat *Lotter. Spad. Theſaur. loc.
cit. & Rot. d. dec.* 828. *n.* 1. *in fine*, & decrevit
Sac. Congregatio Concilii teſte *Nicol. Inſtitut. Ca-
nonic. lib.* 1. *tit.* 41. *de Regul. Cancell. ad Regul.*
66. *verſ. nota tamen.* Immo etiam ſi abſolutio
obtenta fuiſſet nulla, cum ad iſtum effectum
excludendi inſordeſcentiam quælibet cauſa, etiam
injuſta ſufficiat. *Rot. d. dec.* 132. *in fine part.* 1.
recen.

Ex eadem ratione, qui contendit, Excom-
municationem fuiſſe injuſtam, & ſuper hoc li- 31
tem introduxerit, non poſſet lite pendente dici
obduratus; Obſtinatio enim hoc caſu conſiſtit
ſolum in eo, quod quis credit, ſe non eſſe le-
gitime excommunicatum, non autem quod ex-
communicationem contemnat. Et quamvis iſta 32
credulitas ſit injuſta, & conjuncta cum ſupina
ignorantia, nihilo minus ad excludendam inſor-
deſcentiam ſufficit, quod ita credat, cum in his,
quæ pendent ab animo magis attenditur opinio,
quam veritas. *Rot. deciſ.* 1483. *num.* 7. *& ſeqq. cor.
Seraphin.*

Sic etiam abſolutus in Foro Conſcientiæ a
Confeſſario virtute Jubilæi, aut Cruciatæ &c. 33
poterit ex æquitate, & ceſſante partis oppoſitio-
ne, excuſari ab inſordeſcentia. *Caren. de Offic.
Inquiſit. part.* 2. *titul.* 8. §. 6. *num.* 27. *&* 31. *Sua-
rez. tom.* 1. *in* 3. *part. D. Thom. de Cenſuris diſ-
put.* 7. *ſect.* 5. *Fermoſin. tract. criminal. part.* 2.
pag. mihi 267. *num.* 20. *Spad. conſ.* 167. *num.* 6.
*Valer. de Different. utriuſque Fori Verb. abſolu-
tio* 2. *verſ. Præterea.* Sed iſtud motivum non pla-
cuit *Rotæ deciſ.* 838. *in fine par.* 4. *diverſ.* quæ De-
ciſio emanavit ſuper eadem cauſa, in qua *Spada*
ſcripſit.

Cæterum Regula loquitur de collatione Be-
neficii ad favorem Inſordeſcentis facienda, unde
locum ſibi non vindicat ubi agitur de privatio-
ne Beneficii poſſeſſi ab eo, qui dicitur inſor-
duiſſe; Non enim jure procedit argumentum de 34
collatione ad privationem, dum facilius quis non
admittitur, quam admiſſus ejicitur. *Rot. dec.*
1483. *num.* 13. *&* 14. *coram Seraphin.* Quando
ergo agitur ad privationem Beneficii ex cau-
ſa inſordeſcentiæ, ultra requiſita de quibus ſu-
pra, juſtificanda cum plena probatione, quæ
objectum concludant. *Lotter. d. quæſt.* 33. *num.* 105. 35

ſequi-

requiritur inſuper, quod iterum tranſacto anno,
citetur Excommunicatus ad diluendam hanc ſuſpi-
cionem coram Inquiſitoribus Judicibus competen-
tibus, & ſi poſt declarationem inſordeſcentiæ
ſteterit per alium annum in excommunicatione,
poterit Beneficio privari. *Rot. deciſ.* 1285. *num.*
3. *&* 4. *coram Seraphin. Gratian. diſcept.* 119.
numer. 6. *&* 7. *Theſaur. de Pœn. verb. Inſor-
deſcentia in Cenſuris, Ventrigl. in prax. part.* 1.
adnot. 2. §. 6. *num.* 14. *Nicol. Inſtitut. Canonic.
lib.* 5. *tit.* 41. *de Regul. Cancell. ad Regul.* 66.
verſ. Cum.

36 Verum citatio Excommunicati poſt annum ad
effectum ſe expurgandi neceſſaria videtur ubi
agitur de illo privando Beneficiis, ex quo præſu-
matur ſuſpectus de hæreſi per annalem inſordeſ-
centiam in excommunicatione; At ubi Excom-
municatus vult privari Beneficiis principaliter prop-
ter inſordeſcentiam ipſam, & agitur ex Crimine,
quod meretur privationem, tunc nulla requiritur
citatio, ſed ſatis eſt, quod inſordeſcat in excom-
municatione. *Ricciul. d. cap.*8. *num.* 11. *Marcſcott.
var. lib.* 2. *cap.* 35. *num.*61. *Lotter. de Re Benef. d.
qu.* 33. *num.* 12. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 181. *num.*9. *poſt
primum Volum. Conſil. Farinac.*

Rurſus, ubi agitur de privando Excommuni-
catum Beneficiis, requiritur ſecundum aliquos
37 quod ipſe per triennium permanſerit in Excommu-
nicatione; *Rot. coram Seraphin. d. deciſ.* 1285.
Gratian. & Ventrigl. ſupra allegati, & late pro-
bat *Lotter. d. quæſt.* 33. *a n.* 98. *& ſeqq. & num.*
104. id confirmat ex ſtylo Datariæ, quæ trien-
nium requirit, juxta *Deciſionem* 181. impreſſam
poſt ſecundum Volumen *Conſil. Farinac.* Sed
hanc Sententiam rejiciunt *Tondut. par.* 2. *cap.* 5.
§. 3. *num.* 12. *&* 16. *Ricciull. de Jur. Perſon. lib.* 4.
cap. 7. *num.* 1. Unde diſtinguendum puto, quod
38 aut agitur de Excommunicatione in Cauſa civili la-
ta, & tunc, ut ſit locus Beneficiorum privationi,
debet expectari triennium; Aut agitur de Excom-
municato ex crimine, quod meretur privationem,
& in his terminis non eſt expectandum trien-
nium; Nec obſtat hoc caſu ſtylus Datariæ allega-
39 tus per *Lotterium*, quia in facto non ſubſiſtit,
cum pluries viderim, conceſſas fuiſſe Impetratio-
nes Beneficiorum ex capite inſordeſcentiæ, etiam
ſine expreſſione triennalis permanentiæ in Excom-
municatione. *Deciſio vero* 181. poſt ſecundum
Volumen *Conſil. Farinac.* nihil dicit de ſtylo, ſed
refert verba ſupplicationis, in qua narratur poſſeſ-
ſorem illius Beneficii per triennium inſorduiſſe,
quod evenit ex contingentia illius facti, non au-
tem ex neceſſitate, & ſtylo Datariæ denegandi
impetrationes ante lapſum triennii.

Sed hic animadvertendum, quod non omnis
inſordeſcentia privat Poſſeſſorem Beneficiis, ſed
juxta diverſitatem caſuum, quos recenſet *Ricciull.
de Jur. Perſonarum lib.* 4. *cap.* 7. *per tot.* diverſi-
40 mode ſervari debet. Ut plurimum tres caſus di-
ſtinguunt DD. Primus eſt quando Crimen, pro
quo quis fuit Excommunicatus, inducit privatio-
nem Beneficii *ipſo jure*, & tunc cenſeri debet
Inſordeſcens *ipſo jure* Beneficio privatus, inſor-
41 deſcentia declarata. Secundus, quando Crimen
eſt tale, propter quod quis venit Beneficio privan-
dus, ut in *homicidio &c.* & poſt probatam inſor-
deſcentiam, locus eſt privationi. Tertius caſus
42 eſt, quando agitur de Crimine, quod pœnam
privationis Beneficii non inducit, veluti ſi Excom-
municatio lata ſit ob debitum civile, & tunc per
inſordeſcentiam, pœna præfata imponi non po-
teſt, ſed alia arbitrio Judicis, ut antiquioribus

relatis, diſtinguit *Rot. coram Seraphin. deciſ.* 1285.
ubi, quod ita venit intelligendum Concilium Tri-
dentinum, *Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 105. *num.*
103. *& ſeqq. & num.* 107. *Theſaur. de Pœn. Verb.
Inſordeſcentia in Cenſuris, Card. de Luc. de Be-
nef. diſc.* 74. *num.* 5. *Gratian. diſcept.* 119. *num.* 1.
& ſeqq. Tondut. part. 2. *cap.* 5. §. 3. *num.* 17. *&
ſeqq. Marcſcott. var. lib.* 2. *cap.* 35. *num.* 62. *&
ſeqq.* ubi, quod a *Rota* fuit revocata Sententia 43
Auditoris Cameræ privatoria Beneficiorum præ-
textu inſordeſcentiæ in excommunicatione lata ex
Cauſa civili. *Ricciull. d. cap.* 7. *num.* 14. *& ſeqq.*
ubi limitat, niſi quis per triennium ſteterit animo 44
obſtinato in Excommunicatione ob hanc Cauſam
lata.

Ex facto quæſitum fuit, an Excommunicatus 45
inſordeſcens capax ſit obtinendi Coadjutorem in
Præbenda, quam poſſidet? & negative reſpon-
ſum, quia Excommunicatus incapax eſt obtinen-
di tam ſui, quam alterius favore quamcunque 46
Gratiam a Sede Apoſtolica. *Panormit. in cap. final.
num.* 11. *de Procurat. Eſcabar. Tract.* 4. *de Cen-
ſur. examin.* 4. *de Excommunicat. Cap.* 3. *num.* 12.
Filliuc. Tract. 12. *de Cenſur. cap.* 5. *numer.* 115.
Alterius de Cenſur. diſput. 7. *lib.* 2. *cap.* 2. *Bo-
nacin. tom.* 1. *de excommunic. diſput.* 2. *quæſt.* 2.
punct. ult. propoſit. 1. *num.* 1. Ergo obtinere nequit
Coadjutoriam, quæ non ſolum alteri, ſed ſibi 47
etiam proficua eſt; Nec prodeſſe poterit abſolu-
tio a cenſuris in Literis Apoſtolicis Coadjutoriæ
inſerenda, quia hæc vigore Regulæ non ſuffra-
gatur Inſordeſcentibus. Præſertim, quia ſecun-
dum *Veſtrium in Prax. lib.* 8. *cap. ult. num.* 21.
Signatura, ſtante nimia inſordeſcentia dare ſolet 48
nedum Commiſſiones, ut fructus aliorum Benefi-
ciorum, quæ obtinet Excommunicatus ſequeſtren-
tur, verum & Literas ſuper eorumdem Beneficio-
rum privatione; unde ſi contra inobedientes Cen-
ſuris, proceditur ad ſequeſtrationem, & privatio-
nem Beneficiorum, multo minus concedi ei de-
bent aliæ Gratiæ de novo. Idque valde expediens
videtur, ut agnoſcens qui inſordeſcit ſe inhabilem
ad ullam Gratiam conſequendam, citius reſipiſcat,
ut ponderat *Alterius de Cenſuris loco ſupra cit.*

Sed, cum alias Inquiſitores Regni Portugal-
liæ Sedi Apoſtolicæ expoſuiſſent, nimium in illis
partibus invaluiſſe inſordeſcentiam annalem in
Cenſuris, earumque contemptum, adeo ut Ec-
cleſiaſtici illis irretiti, nullo modo ſe abſtinerent
a functionibus de jure prohibitis ſub prætextu
Appellationis, ſeu nullitatis Cenſurarum, quæ
an vere interceſſerit, fere nunquam deciditur;
Quæſitum fuit, quodnam remedium opportu-
num, & efficax adhiberi poſſet? Et deſuper con-
ſulti a Cardinale *Corrado ſan. mem. Alexandri
VII.* Prodatario quatuor inſignes Canoniſtæ,
nempe *De Vecchis, de Rubeis, Alterius, & Fa-
gnanus*, omnes unanimi Voto reſponderunt, quod
in circumſtantiis præfatis demandari poterat ob-
ſervantia *Concilii Tridentini ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *de* 49
Reformat. præcipientis, ut contra tales per annum
inſordeſcentes, poſſet tanquam de Hæreſi ſuſpe-
ctos procedi; & merito, quia laudatum Conci-
lii Tridentini Decretum comprehendit nedum
Excommunicatos ex Cauſa fidei, ſed generaliter 50
omnes ex quacunque alia cauſa excommunicatio-
ne irretitos, cum Concilium utatur verbo *ex-
communicatus quicunque*, quod eſt indefinitum,
& generale, ut firmant *Menoch. de Arbitrar.
Caſu* 419. *num.* 19. *Covarr. in Cap. Alma Mater
part.* 1. §. 7. *num.* 10. *verſic. quarto eſt conſideran-
dum. Alter. de Cenſur. tom.* 1. *lib.* 2. *Diſput.*8. *cap.*3.

verſic. tertio propoſitio Salell. de Mater. Tribunal. S. Inquiſition. lib. 4. Regul. 354. num. 227. Ricciull. de Jure Perſon. lib. 4. cap. 7. num. 17. Farinoſin. tract. criminal. part. 2. fol. 261. num. 6. & 7. cum aliis plene collectis *a Pignatel. Conſult.* 18. *num. 2. lib. 7.* ubi ponderat verbum *præſertim ex Cauſa fidei*, quo utitur *Textus in Cap. Cum Contumacia de Hæretic. in 6.* Et reſponſum fuit a Sacra Congregatione Concilii in una *Tropien.* 20. *Maii* 1620. *ut in libr. Memorial.* 151. *pag.* 25. Quærente enim Epiſcopo *Tropien. quid agendum ſit cum illis, qui ob aliquam juſtam Cauſam legitime excommunicantur, vel denunciantur, & in Cenſurarum contemptu per annum, & ultra inſordeſcunt, prout plures ſunt in Diœceſi Tropien.*? Sacra Congreg. cenſuit; *Poſſe contra eos procedi ad ejuſdem Concilii præſcriptum cap.* 3. *in fine ſeſſ.* 25. & in margine prædictæ declarationis adnotatum reperitur -- *Procedendum contra eos, tanquam de hæreſi ſuſpectos: Ad S. Officium.* Et de Excommunicato pro debito civili ab A. C. longe antea idem cenſuerat eadem Sac. Congr. in una *Bononien. ſub die* 5. *Febr.* 1597. ut in *libr. Memorial.* 131. *pag.* 594.

Et licet in praxi receptum ſit, quod Inquiſi-
51 tores ſolum procedant contra inſordeſcentes per annum in Excommunicatione lata ob cauſam hæreſis, non autem contra inſordeſcentes excommunicatos ex alia cauſa, ut teſtantur *Pegna Director. Inquiſit. part. 1. qu. 47. Comm. 72. ſub verſ. ex recepta tamen conſuetud. pag. 362. Farinac. de Hæreſ. quæſt. 192. §. 2. num. 24. Scaccia de Judic. cap. 98. num. 36. verſ. verum adverte, Souſa Aphoriſm. lib. 1. cap. 23. num. 7. Graff. in Sum. Deciſ. part. 1. lib. 4. cap. 14. num. 4. Lazarius de Monit. ſect. 4. quæſt. 8. num. 20. verſ. advertant, Caren. de Offic. Inquiſitor. tit. 8. §. 4. num. 18. & §. 25. num. 25. in fine, Farinoſin. in tract. Crim. part. 2. fol. 264. num. 3. & ſeqq. Pignatell. tom. 7. conſult. 18. num. 6. Salell. de Mat. Tribun. S. Inquiſit. dict. lib. 4. Regul. 354. num. 231. & lib. 5. Regul. 395. num. 428. cum ſeqq. & Regul. 500. num. 367. Card. Scaglia* in Manuſcript. cui titulus -- *Prattica del procedere del S. Officio cap.* 13. quam latinam fecit, ſibique appropriavit *Jo. Baptiſta Neri ſub tit. de Judice Inquiſit. cap. 14. per tot.* Nihilo minus pluries in caſibus particu-
52 laribus oppoſitum ſervatum fuit de ordine ſpeciali Summi Pontificis, prævia tamen Sententia declaratoria inſordeſcentiæ, poſtquam, ſi Excommunicatus non reſipiſcat, ſed adhuc indurato animo perſiſtat, incipit eſſe ſuſpectus de fide, ut in *d. Praxi Card. Scaglia* ubi referuntur caſus, in quibus ita fuit ſervatum, & inſinuatur pro Regula, *che prima ſiano citati, e moniti come tali avanti Monſignor Auditore della Camera, a l'Ordinario, e come tali ancora ſiano condannati, e dichiarati per Sentenza, che così il S. Offizio ragionevolmente vi entra eſſendo che l'inſordeſcenza in tal modo qualificata induca di ſua natura ſuſpicione di mala credulità delle Cenſure*, & obſervant etiam *Salelles d. Regul. 395. num. 432. & ſeqq. Carena d. §. 4. num. 18. in fine* cum aliis ſupra allegatis *in §. Cæterum.* Quapropter ſtantibus his præſuppoſitis circumſtantiis, bene poterat Summus Pontifex indulgere Inquiſitoribus, ut contra dictos Inſordeſcentes, ſervatis ſervandis, ut ſupra, procederent.

Præcipue, quia ſupponebatur non ſolum invaluiſſe contemptum Cenſurarum negativum, qui
53 conſiſtit in negligentia procurandi abſolutionem, ac in ſimplici inſordeſcentia in iiſdem Cenſuris per annum, ſed etiam poſitivum, dum exercebant Excommunicati actus irreverentiæ, & injuriarum ergà Cenſuras, quemadmodum diſtinguunt *Menoch. de Arbitrar. lib. 2. caſ. 416. a n. 27. & ſeqq. Caren. tit. 17. §. 2. num. 5. Salelles d. Reg. 395. n. 406. & 437.* Immo quamplures 54
ex dictis Excommunicatis Incruentum Miſſæ Sacrificium celebrando, in Irregularitatem prolapſi fuerant. *Cap. Si quis Epiſcopus 6. & 7. 11. quæſt. 3. Majol. de Irregularit. lib. 3. cap. 21. num. 1. verſ. quin imo, Alter. de Cenſur. tom. 1. lib. 2. diſput.*
2. cap. 2. in princip. Nec ab ea excuſare poterat 55
prætextus nullitatis, vel injuſtitiæ Excommunicationis, niſi conſtaret, illam continere errorem expreſſum, & evidentem. *Borgas de Irregularit. part. 6. tit. de Cleric. Excomm. & num. 16. uſque ad 20. Majol. de Irregular. d. cap. 21. num. 16. Alter. d. lib. 2. diſput. 1. cap. 4. verſ. ſecunda du-*
bitatio, & in tertia Dubitatione addit, quod li- 56
cet non incurrat Irregularitatem ille, qui celebrat poſt Excommunicationem, quæ ipſo jure nulla ſit *evidenter*, ſi tamen id agat cum ſcandalo populi, culpam lethalem ex hoc contrahat, valeatque ab Ordinario pœna ordinaria puniri; ac proinde inſinuabant ſupra laudati *Canoniſtæ* aliud reme-
dium, nempe quod concedi poterat Inquiſito- 57
ribus facultas citandi tales Excommunicatos celebrantes non obſtante excommunicatione, ad dicendum, & juſtificandum Cauſas, quare id egerint, & niſi docuerint de notoria injuſtitia, & nullitate dictæ Excommunicationis, eos Irregulares declarent, omni appellatione poſtpoſita, ac etiam Beneficiis priventur, juxta congeſta per *Farinac. in Fragment. part. 1. Verb. Clericus num.* 274.

Cæterum, cum Excommunicati ad evitandum contemptum Cenſurarum, regulariter ſe tueri ſoleant Clypeo interpoſitæ appellationis, ſeu nullitatis Cenſurarum, prout ſe tuebantur Excommunicati in partibus Portugalliæ, videndum eſt, an, & quando Appellatio, vel nullitas, excuſet appellantem, aut de nullitate dicentem, a contemptu Cenſurarum. Circa quod quinque caſus ſunt diſtinguendi.

Primus eſt, cum quis citatus ad dicendum *Cau-*
ſam, quare non debeat excommunicari, ab hujuſ- 58
modi comminatione appellat, & Judex rejecta appellatione, Sententiam Excommunicationis profert. Et hoc caſu, a tali comminatione licitum eſt appellare ad effectum tam devolutivum, quam ſuſpenſivum, quia, cùm Cenſura ſecum trahat exequutionem inferentem gravamen irreparabile *Cap. Paſtoralis §. Vere, de Appellat.* ratio poſtulat, ut Citatus, antequam gladio excommunicationis feriatur, a tali futuro gravamine ſe tueri poſſit præſidio appellationis *l. 2. ff. de Appellat. recipien.* ac proinde, cum per appellationem ſuſpenſa ſit Judicis juriſdictio, ſententia Excom-
municationis poſtea lata, eſt ipſo jure nulla. *Cap.* 59
Præterea il 2. de Appellat. Cap. Licet, de Sentent. Excom. in 6. ibique communiter *DD. Fagnan. in Cap. Per tuas num. 22. de Sentent. Excommun. Lap. Allegat. 47. alias 48. quæ incipit. Magiſter Hoſpitalis, num. 3. Sanchez conſ. moral. lib. 3. diſput. 32. num. 217. & ſeqq.*

Secundus caſus eſt, cum quis citatur ad di-
cendum *cauſam, quare non debeat declarari in-* 60
cidiſſe in Excommunicationem, & ab hac comminatione Declaratoriæ, ſæpius cenſuit *Sac. Congreg. Concilii* non dari appellationem ſuſpenſivam.
Et ratio eſt, quia a Declaratoria poſtea lata 61
poterit appellari, & appellatio operabitur utramque

que effectum devolutivum, ſcilicet, & ſuſpen-
ſivum, ut dicemus infra in quarto caſu; Unde,
cum gravamen Declaratoriæ reparari poſſit reme-
dio appellationis, conſequens eſt, ut a commina-
tione talis Declaratoriæ appellare non liceat, ut
ſancitur *in Concil. Trident. ſeſſ. 24. cap. 20. in prin-
cip.* & notat *Gloſſ. in Clement. I. verſ. ipſo Ju-
re, de Hæretic. Fagnan. in Cap. Super eo il 2.
num. 50. de Appellat. & in d. Cap. Per tuas num.
23. & ſeqq. Monacell. in Formular. tom. 3. pag.
mihi 72. num. 19.*

62 Tertius caſus eſt, quando Excommunicatus a
Judice appellat poſt latam Sententiam Excom-
municationis, & in his terminis abſolutum eſt,
hujuſmodi appellationem nullius eſſe roboris, quia
Excommunicatio exequutionem ſecum trahit, &
appellatione non obſtante, poteſt Excommunica-
tus publice denunciari, ut eſt caſus *in Cap. Pa-
ſtoralis §. Verum, de Appellat. & Cap. Is cui de
Sentent. excommun. in 6. Barboſ. in dict. Cap. Pa-
ſtoralis n. 6. Paſſerin. in 6. Decretal. tit. de Appellat.
pag. mihi 286. num. 469. Pirhing. in Jus Canon.
tom. 2. tit. 28. ſect. 3. num. 49. Sanchez conſ. mo-
ral. lib. 3. diſput. 32. num. 240. & ſeqq. Scacc.
de Appellat. quæſt. 17. limit. 22. num. 4. Lancellot.
de Attent. 2. part. cap. 12. limit. 22. numer. 1. Ma-
rant. in Prax. 6. part. Tit. & quandoque appellatur
num. 179.*

63 Quartus caſus eſt, cum quis declaratur inci-
diſſe in Excommunicationem, & ab hac Senten-
tia declaratoria appellat, & hoc caſu valida eſt
Appellatio, & Judex tenetur illi deferre, nec in-
terim Reus eſt habendus pro excommunicato;
Ratio eſt, quia Appellatio a tali declaratoria ope-
ratur ad utrumque effectum, *Felin. in Cap. Ro-
dulphus, de Reſcript. num. 43. Paſſerin. in 6. De-
cretal. Tit. de Appellat. pag. mihi 286. num. 476.
Barboſ. in Cap. Pervenit de Appellat. Navar. de
Sentent. excomm. lib. 5. conſ. 9. num. 5. Bonacin.
de Cenſur. diſput. 1. quæſt. 2. punct. 6. num. 7. Mo-
nacell. in Formul. tom. 3. pag. 72. num. 20. San-
chez conſ. moral. lib. 5. diſp. 32. nu. 243. Pirhing.
in Jus Canon. tom. 2. tit. 28. num. 50. verſic. no-
tandum tertio, Fagnan. in Cap. Cum ſuper eo num.
49. & 50. de Appellat. & in Cap. Per tuas num.
24. de Sentent. Excommunicat.* ubi etiam *num.* 26.
& 27. probat, poſſe quem appellare a declarato-
ria Excommunicationis, & Appellationem proſe-
64 qui, abſque eo, quod abſolutionem petat. Quod
ſerio animadvertendum videtur, quia multi in
hoc decipiuntur. Et forte hic caſus, qui eſt ad-
modum frequens, præbuit occaſionem DD. In-
quiſitoribus Luſitaniæ exiſtimandi in eo Regno
Cenſuras contemni ab iis, qui denunciati fuerunt
Excommunicati, & præcipue a Regularibus prop-
ter contumaciam in parendo Mandatis, & Lite-
ris Apoſtolicis, qui tamen, interpoſita appella-
tione, habendi non ſunt pro Excommunicatis,
65 niſi forſan Crimina eſſent notoria, in quibus
non admittitur appellatio. *Cap. Cum ſit Romana
§. Præterea, & §. Conſuluit, de Appellat. Gloſſ.
in Cap. Paſtoralis §. Verum in verb. caſu eod. tit.
Innocent. in Cap. Nos num. 4. de cohabit. Cle-
ricor. & Mulier. Paſſerin. loco citat. num. 483.
Monacell. in Formular. tom. 3. pag. mihi 72. num.
21. Bonacin. loco cit.*

66 Quintus caſus eſt, quando Excommunicatus a
Judice dicit Sententiam nullam, juxta *Text. in
Cap. Cum contingat de Officio Delegat.* & hoc
caſu non prohibetur audiri, etiamſi abſolutio-
nem non petat pure, vel ad cautelam, juxta
mox laudatam Decretalem in *Cap. Cum contin-
gat*, & alteram in *Cap. Per tuas de Sent. Ex-
comm.* & ibi notant *Abb. num. 3. Soccin. in 2.
notabili, cæterique Canoniſtæ in ſumma* illius. Et
hic caſus frequens eſt, quia quiſquis excommu-
nicatur; aut excommunicatus denunciatur, fere
ſemper dicit Sententiam nullam, & ſi opus eſt 67
appellat, unde probata nullitate, non erit opus
abſolutione, *ut in d. Cap. Per tuas* declarat *Butr.
num. 14. Abb. num. 3. Soccin. num. 10. ante med.
verſ. Et ratio, Paſſerin. in 6. Decret. tit. de Appel-
lat. num. 474. pag. mihi 286.*

Omnes igitur recenſiti caſus diſtinguendi ſunt,
ut obſervetur, in quo ex illis vertentur ii, qui
putant, ſe non eſſe inſordeſcentes ob appellatio-
nem interpoſitam. Quod, ſi aliqui reperiantur, qui 68
vere, & ſine dubio ſint tales, puta, quia a Sen-
tentia excommunicationis, vel illius declaratoria
non appellarunt infra legitima tempora, aut ap-
pellationem non ſunt proſequuti, nec de nullita-
te dixerunt: contra tales, ſi per annum inſordue-
rint, procedi poterit (ita ſuadentibus facti circum-
ſtantiis ex quibus a ſtylo recedi ſolet) juxta *De-
cretum Concilii Tridentini ſeſſ. 25. cap. 3. in fine.*
Item ſi in ordinibus miniſtraverint, declarari po- 69
terunt Irregulares, & ſi celebraverint in Irregula- 70
ritate, erunt ab Ordine deponendi.

Actum etiam fuit de hac inſordeſcentiæ materia 71
in celebri cauſa *Cæſarauguſtana Cathedralitatis*,
& per manus Prælatorum quos ſan. mem. *Cle-
mens X.* deputaverat, nempe *Ugolini, Phæ-
bei, Fagnani, Panciatici, Sluſii, Bottini, &
de Vecchis* fuerunt tranſmiſſa ſequentia dubia
pro Congregatione habenda *die* 21. *Decem-
bris* 1671.

„ Primo. A quo Judice fieri debeat declara-
„ tio Inſordeſcentiæ. Quandoquidem Audito-
„ rium Sac. Rotæ, de cujus Cenſurarum con-
„ temptu præſertim agitur, videtur Juriſdictio-
„ ne carere; maxime cum per Literas Apoſto-
„ licas in forma Brevis *ſan. mem. Alexandri VII.
„ ſub Datum* 21. *Octobris* 1666. cauſa fuerit a
„ quibuſcunque Tribunalibus avocata.

„ Secundo. An hujuſmodi declaratio fieri de-
„ beat ad inſtantiam Partis adverſæ, quæ ſane
„ ſupplex petit; ut potius ex Officio Paſtoralis
„ ſollicitudinis per Literas Apoſtolicas expedien-
„ das *motu proprio* fiat; Exhibet tamen ſe para-
„ tam ad utrumque.

„ Tertio. An Declaratoriam præcedere debeat
„ citatio Canonicorum Eccleſiæ S. Salvatoris.
„ Cum Procurator Eccleſiæ *Pilarenſis* inſtet, ut
„ procedatur tamquam *in notoriis*, ac citationem
„ minime neceſſariam prætendat.

„ Quarto. Et quatenus debeat præcedere ci-
„ tatio, an ſit facienda ſub formula alternativæ
„ per ſe *ipſum*, vel per legitimum Procuratorem,
„ prout ſentire videtur D. Nuncius.

„ Quinto. Quarum Cenſurarum, & cujus ino-
„ bedientiæ, atque contumaciæ facienda ſit men-
„ tio in Declaratoria.

In hujuſmodi dubiorum ſequelam, inſtante *Pe-
tro Matthia* per ſpecialem Commiſſionem manu
Sanctiſſimi ſignatam 19. *Februarii* 1672. fuit
mandatum A. C. ut ad declarationem inſordeſcen-
tiæ contra Decanum, & Canonicos ejuſdem Ec-
cleſiæ S. Salvatoris, ſervatis, ſervandis, proce-
deret, cum facultate citandi, & inhibendi in
Curia, & extra eam: tranſmiſſoque Monito-
rio ad comparendum perſonaliter, vel per legiti-
mum Procuratorem, ad dicendum cauſam, quare
non deberent declarari inſordeſcentes, propterea
quod, ob non paritionem Mandatis Rotalibus

 decla-

declarati, ac publice denunciati fuerunt excommunicati, ſicque excommunicatione irretiti, obdurato animo per annum, & ultra, in contemptuio clavium in illa inſorduerant: iiſque non comparentibus, pronunciavit A. C. ſeu ejus *Locumtenens* in Criminalibus, ipſas Dignitates, & Canonicos, propriis nominibus expreſſos, in *Interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſuſpenſione a Divinis, nec non Excommunicatione inſorduiſſe, & inſordeſcere, & pro inſordeſcentibus haberi*, ut ex Sententia per Acta *Mazzeſchi 20. Septembris* 1672. & affixi fuerunt Cedulones ſub hac formula — *Hic auctoritate Apoſtolica declarantur inſordeſcentes, & a conſortio fidelium ſegregati N. N. Dignitates, & Canonici Eccleſiæ S. Salvatoris Civitatis Cæſarauguſtanæ, ob non paritionem Interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ, ſuſpenſionis a Divinis, & diuturnam perſeverantiam in Excommunicatione, & præfatis Cenſuris Eccleſiaſticis, aliiſque, de quibus in Sententia contra eos prolata, ad quam &c. Inſtante Fiſco generali, ſive &c. I. D. Cavicchionus criminalis Locumtenens — Nicolaus Mazzeſchus Notarius* — Et ſucceſſive fuit parata, & extenſa *Minuta* Brevis, quo committebatur Epiſcopo *Placentino* Inquiſitori Generali in Hiſpaniis, ut contra dictos Inſordeſcentes, tanquam de hæreſi ſuſpectos procederet. Sed tandem fuit res compoſita cum hoc tamen, ut *pareant in primis*, prout a particulari Congregatione reſcriptum *fuit* 19. *Aprilis* 1675. & conditiones pro perfecta paritione ita extenſas inveni.

„ Cum Sereniſſimus Rex Hiſpaniarum Catho-
„ licus pro eximia ſua pietate, ac erga Sanctam
„ Sedem Apoſtolicam reverentia, S. P. D. *Cle-*
„ *menti* Divina Providentia PP. X. per Emum,
„ & Rmum D. Joannem Everardum S. R. E.
„ Cardinalem *Nitardum* nuncupatum Majeſta-
„ tis ſuæ Oratorem, humiliter ſupplicaverit, ut
„ quandoquidem ſuper ordine Alternativæ in
„ exercitio Functionum Cathedralitatis inter Ca-
„ pitula Metropolitanarum Eccleſiarum B. M.
„ Virginis de *Columna*, vulgo *del Pilar* nun-
„ cupat. & *S. Salvatoris* Civitatis Cæſaraugu-
„ ſtanæ a ſan. mem. *Alexandro VII.* per ſuas
„ in forma Brevis *die* 21. *Octobris* 1666. ema-
„ natas Literas conſtituto, illiuſque executione,
„ graves exortæ ſunt difficultates, propter quas
„ earum Eccleſiarum ſtatui, Capitulorumque
„ tamdiu diſſidentium quieti, ac graviſſimarum
„ perturbationum, & ſcandalorum inde exorto-
„ rum compoſitione, atque extirpatione, nec
„ non animarum periculis, non ſatis conſultum
„ videatur, Sanctitas Sua his omnibus, alia ra-
„ tione, quam idem Sereniſſimus Rex ſuggeri
„ curavit, providere dignetur; Sacra Congre-
„ gatio nonnullorum Eminentiſſ. & Reverendiſſ.
„ DD. ejuſdem S. R. E. Cardinalium, & Ro-
„ manæ Curiæ Prælatorum, ſuper arduo hoc
„ negotio a Sanctitate Sua ſpecialiter deputata,
„ dum eidem negotio juxta urgentiſſima San-
„ ctitatis Suæ juſſa, quam maturrime, & ce-
„ lerrime diſcutiendo, atque expediendo, om-
„ ni ſtudio, & diligentia, omnique animi con-
„ tentione incumbit, ad Sanctæ Sedis præfatæ
„ Dignitatem, Eccleſiaſticæque Diſciplinæ, quæ
„ tota in debita ſubditorum erga Superiores, &
„ maxime erga eamdem Sedem Apoſtolicam,
„ in qua, poteſtatis plenitudo Divina diſpoſi-
„ tione reſidet, obedientia, atque reverentia
„ conſiſtit, ordinem pertinere; cenſuit, ut Ca-
„ nonici obtinentes Dignitates dictæ Metropoli-
„ tanæ Eccleſiæ *S. Salvatoris*, qui Cenſurarum
„ Eccleſiaſticarum, quibus propter contraventio-
„ nem Mandatorum a Judicibus, & Tribunali-
„ bus Apoſtolicis emanatis, juridice innodati
„ ſunt, reverentia, a Divinis Officiis de præſen-
„ ti abſtinere, ſeque Cenſuris hujuſmodi inno-
„ datos agnoſcere dicuntur, eam faciant obe-
„ dientiæ, reverentiæque profeſſionem, ex qua
„ Sedes Apoſtolica ad abſolutionis beneficium eis
„ ex ſolitæ Charitatis benignitate impendendum,
„ eoſque Eccleſiæ reconciliandos, ac in mater-
„ num illius gremium recipiendos, merito ad-
„ duci poſſit.

„ Itaque, eadem Sacra Congregatio, re ma-
„ ture diſcuſſa, decrevit, in primis, & ante
„ omnia, eoſdem obtinentes Dignitates, & Ca-
„ nonicatus dictæ Metropolitanæ Eccleſiæ *S.*
„ *Salvatoris*, & præſertim ..... (*propriis ex-*
„ *primebantur nominibus*) quos, ex eo, quod
„ Literis Executorialibus a Sacri Palatii Cau-
„ ſarum Auditorio in lite, & cauſa Cathedra-
„ litatis inter Capitula præfata vertente, contra
„ eos relaxatis, non paruerant, eaque de cauſa
„ ſuſpenſionis a Divinis, & Interdicti ab ingreſ-
„ ſu Eccleſiæ, nec non excommunicationis,
„ cenſuras, & pœnas in iiſdem Literis Executo-
„ rialibus comminatas, temere, & damnabili-
„ ter incurriſſe, declarati, & denunciati fuerunt,
„ ac in Cenſuris hujuſmodi per plures annos
„ obdurato animo permanere non erubuerunt;
„ *R. P. D. Aloyſius de Aquino* Cauſarum Curiæ
„ Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, ſeu ejus
„ in Criminalibus *Locumtenens*, ex ſpeciali Suæ
„ Sanctitatis commiſſione, ſervatis de jure ſer-
„ vandis, in Excommunicatione, aliiſque Cen-
„ ſuris hujuſmodi inſorduiſſe, & inſordeſcere, &
„ pro Inſordeſcentibus haberi debere, pronun-
„ ciavit, decrevit, declaravit, & ſententiavit,
„ & alias, prout in ejus Sententia deſuper *die*
„ 20. *Menſis Septembris* 1672. emanata plenius
„ continetur, quique propter diuturnam inſor-
„ deſcentiam hujuſmodi, de hæreſi ſuſpecti
„ merito reputantur, Apoſtolicæ Sedis præfa-
„ tæ miſericordiam humiliter implorare, eaque
„ de præteritis exceſſibus doloris, atque pœni-
„ tentiæ ſigna oſtendere debere, ut Sedes ipſa
„ confidere poſſit, eos, depoſita priſtinæ con-
„ tumaciæ pervicacia, ad ſinceram ejuſdem Se-
„ dis obedientiam, ſicut veros Eccleſiæ filios
„ decet, rediviſſe, atque ita ſuſpicionem hæ-
„ reſis hujuſmodi eluiſſe.

„ Præſtabunt itaque dicti Canonici, & Di-
„ gnitates obtinentes, ac præſertim ſupra nume-
„ rati, coram R. P. D. Nuncio in Regnis Hiſ-
„ paniarum reſidente, vel alio per eum ad id
„ ſpecialiter deputando, Juramentum de paren-
„ do Mandatis dictæ Sedis Apoſtolicæ, ac præ-
„ teritorum exceſſuum veniam debita ſubmiſſio-
„ ne implorantes, abſolutionem a Cenſuris præ-
„ dictis ſibi ab eadem Sede benigne concedi,
„ ſincera, devotaque humilitate petent, nec
„ non omnibus, & ſingulis recurſibus ad Au-
„ dientiam Regiam, ac Judicem, qui *Juſti-*
„ *tiæ* vocatur, alioſve quoſlibet Judices, Magi-
„ ſtratus, & Tribunalia laicalia dictæ Civitatis
„ Cæſarauguſtanæ, & Regni Aragoniæ in lite, &
„ Cauſa hujuſmodi, ſeu illius, indeque quomodo-
„ libet emergentium occaſione per eos, ſeu eorum
„ nomine quandocumque, & quomodocumque
„ habitis, & factis, a quibuſvis Proceſſibus firmis
„ *Inhibitionibus*, *Apprehenſionibus*, Sequeſtris,
„ aliiſque actibus, tam judicialibus, quam extra-
„ judi-

„ judicialibus ad eorum inſtantiam inde quomo-
„ dolibet emanaris ; penitus , & omnino renun-
„ ciabunt , ac Procuratorem in Romana Curia
„ ſpecialiter deputabunt, qui hæc omnia ipſorum
„ nomine coram Sede Apoſtolica renovet , &
„ pœnitentiam , quam eadem Sedes eis propter
„ præmiſſa injungendam duxerit , ipſorum pa-
„ riter nomine acceptet : Super his autem om-
„ nibus , & ſingulis publicum celebrabitur In-
„ ſtrumentum , quod quanto citius fieri poterit ,
„ ad Sedem præfatam tranſmittetur , ut graviſſi-
„ mum hoc negotium ad Dei gloriam , Eccle-
„ ſiarum , ac Civitatis , & Regni præfatarum
„ quietem , fideliumque ædificationem quam pri-
„ mum , Domino benedicente , expediri poſſit.
„ Romæ die 19. Aprilis 1615.

De hac itidem materia Inſordeſcentiæ actum fuit anno 1710. contra Capitulum Collegiatæ Eccleſiæ *S. Petri* Civitatis Syracuſan. in Congregatione particulari *SS. Rituum* habita in Palatio cl. mem. Cardinalis *Panciatici* , cui ultra laudatum Cardinalem, interfuerunt Cardinales *Sacripantes* , *Vallemanus* , *& Barberinus* , necnon R. P. D. *Inghiramus* Sac. Congregationis Rituum a Secretis , in qua Cauſa colligendo quæ in *Comment. in hanc Regulam* longe antea ſcripſeram , hæc pro faciliori ſtudio cl. mem. Card. *Panciatici* adnotavi.

„ Due ſono l'inſpezzioni , che ſi propongono
„ da eſſaminarſi. La prima , ſe ſi debba ſpedire
72 „ il Breve della ſoppreſſione della Collegiata,
„ e Capitolo di *S. Pietro* ; La ſeconda , ſe atteſa
„ l'inſordeſcenza de Canonici , ſi debba contro
„ di loro procedere *tanquam contra ſuſpectos de*
„ *Fide*.

„ Riſpetto alla prima inſpezzione , ſtimerei ,
„ che non ſi doveſſe ritardare di vantaggio la
„ ſpedizione del Breve ſopra la ſoppreſſione della
„ Collegiata , e del Capitolo decretata già quat-
„ tro volte. La contumacia de Canonici è trop-
„ po oſtinata , e troppo lunga , incominciando
„ dall anno 1636. e l'inſordeſcenza nelle Cen-
„ ſure dall' anno 1662. non oſtante la Soſpen-
„ ſione , l'Interditto , e le Scommuniche ; e non
„ oſtanti le monitioni , e le minaccie , hanno i
„ medemi ſempre celebrato , e fatte le publiche
„ Funzioni con l'uſo de Pontificali.

„ La Sede Apoſtolica hà tolerato à baſtanza
„ la loro contumacia , gl'hà di novò uditi sù
„ li meriti della Cauſa , gl'hà propoſti per con-
„ cordar le differenze temperamenti tali , che tut-
„ ta via ſembrano adequati ; Ma eſſi diſprezza-
„ no non ſolamente , come prima le Cenſure ,
„ mà fanno tutto lo sforzo per impedire l'eſſe-
„ cuzione de Brevi Apoſtolici. Queſta hoggidì
„ è cauſa propria della S. Sede per i Brevi già
„ publicati , per il diſprezzo delle Cenſure , e
„ dell' autorità Pontificia , e percio ſi ſtima neceſ-
„ ſario di venire all'effettiva ſoppreſſione della
„ Collegiata.

„ Si potrebbe in conformità di ciò , che fù
„ pratticato dalla Sac. Congregazione de Riti
„ nell'anno 1687. ſcrivere a Monſignor Veſco-
„ vo , che ammoniſſe li Canonici à ravvederſi , e
„ quando doppo il termine prefiſſo non ſi veda
„ apparenza alcuna di voler ubbidire , ſi publichi
„ il Breve.

„ Si dovrà venire alla ſoppreſſione della Col-
„ legiata , Capitolo , Dignità , Canonicati &c.
„ con la precedente narrativa di tutto quello ,
„ ch'è ſucceſſo dall'anno 1636. Ma come che
„ ſtimo , che vi ſiano Canonicati di Juſpadrona-
„ to laicale ; ſarebbe neceſſario averne più diſtin-
„ ta notizia in fatto , per riflettere , ſe d'eſſi s'abbia
„ a fare menzione , o proviſione alcuna per non
„ pregiudicare alli Patroni laici innocenti.

„ Riſpetto alla ſeconda inſpezzione , il Concilio
„ di Trento nella *Seſſ. 25. Cap. 3. de Reformat.*
„ chiaramente diſpone , che per l'inſordeſcenza
„ d'un anno nella ſcommunica , ſi poſſa procedere 73
„ contro l'Inſordeſcenti , come contra ſoſpetti d'E-
„ reſia ; ſervendoſi però il medeſimo Concilio del-
„ le parole *Excommunicatus quicumque* , ha luo-
„ go generalmente , o ſi tratti di materie di Fe-
„ de , o di ſcommunica per altre Cauſe , come ha
„ riſoluto la Sacra Congregazione dello ſteſſo
„ Concilio *in Tropien. 20. Maii* 1620. *& in Bono-*
„ *nien. die* 5. *Februarii* 1697. (& firmant DD.
„ ſupra laudati *n.* 50.).

„ Ma come che oltre il laſſo dell'anno , ſi ri-
„ chiede anco la pertinacia dell'animo con il diſ- 74
„ prezzo delle Chiavi. *Caren. de Inquiſit. lib.* 8.
„ *de Inſordeſcent.* §. 2. *n.* 6. *Pignatell. tom.* 7. *con-*
„ *ſult.* 18. *n.* 3. *&* 9. *Rot. dec.* 132. *part.* 1. *recent.*
„ *decif.* 196. *per tot. poſt* 2. *volumen conſ. Fari-*
„ *nac.* potendo il Contumace doppo l'anno di-
„ moſtrare la ſua innocenza , legitimo impedi- 75
„ mento , o altra Cauſa , la quale , benchè ingiu-
„ ſta ſcuſa dalla pertinacia dell'animo , e dal ſoſ-
„ petto dell'Ereſia ; quindi è , che per evitare tut-
„ te le difficoltà , vi ſi ricerca il Proceſſo , il Con-
„ tumace ſi cita ad ſe purgandum. *Cap. Cum con-*
„ *tumatia* , *De hæretic. in* 6. *Concil. Trident. d.*
„ *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. ibi -- *poſt legitimas monitiones* --
„ *Carena d. tit.* 8. §. 2. *n.* 8. *Menoch. de Arbitr. caſ.*
„ 417. *n.* 7. *Ubert. de Citation. part.* 3. *cap.* 15. *n.*
„ 131. *Veſtr. in Prax. Cap. ult. n. ult. del Bene de*
„ *Inquiſit. part.* 2. *dub.* 211. *ſect.* 1. *n.* 5. *&* 6. *Pig-*
„ *natell. tom.* 7. *conſult.* 18. *n.* 8. e poi deve ſegui-
„ re la Sentenza declaratoria ſopra l'Inſordeſcen- 76
„ za , *Ricciull. de Jur. Perſon. lib.* 4. *cap.* 8. *n.* 12.
„ *Carena d. cit.* 8. §. 2. *n.* 9. *Salelles lib.* 5. *Regul.*
„ 355. *n.* 115.

„ Queſto Proceſſo de Jure ſi dovrebbe fare a- 77
„ vanti l'Inquiſitore per la Bolla di S. Pio V: di
„ modo che , ſe bene l'A. C. ſia univerſal Eſſecutore
„ delle Cenſure fulminate *tam intra , quam extra* 78
„ *Curiam* ; Con tutto ciò non può procedere ſo-
„ pra l'Inſordeſcenza , e però fu per queſto capo
„ annullata una ſua Sentenza , *del Bene ubi ſupra*
„ *n.* 12. *Salelles d. Regul.* 355. *num.* 229. *&* 231.
„ *Barboſ. ad Concil. ſeſſ.* 25. *cap.* 3. *n.* 38. *Ricciul.*
„ *lib.* 4. *cap.* 8. *num.* 13. *lib.* 2. *cap.* 35. *Rot. decif.*
„ 1285. *coram Seraphin.* E ne libri della Sacra
„ Congregazione del Concilio in margine della
„ detta Riſoluzione *Tropien.* 20. *Maii* 1620. ſi
„ trova la ſequente annotazione -- *Procedendum*
„ *contra eos tanquam de hæreſi ſuſpectos : Ad S.*
„ *Officium*.

„ In prattica però la S. Inquiſizione non pro-
„ cede contra tali Inſordeſcenti ſe non per cauſe 79
„ di Fede , mà non già quando ſono ſcommunicati
„ per altre cauſe o civili , o criminali. E queſta
„ prattica viene atteſtata communemente da tutti li
„ Dottori che hanno ſcritto ſu queſta materia. (Et
„ quos laudavimus ſupra *n.* 51.

„ E quando la Sagra Inquiſizione v'ha in ca-
„ ſi particolari apposte le mani , cioè , ſeguito con
„ due circonſtanze , ciò è che vi ſia ſtato ordine 80
„ di Sua Santità , e che ſia preceduta la Senten-
„ za declaratoria dell'A. C. o dell'Ordinario ſo-
„ pra l'Inſordeſcenza ; Poichè in queſti termini il
„ Sant'Offizio ragionevolmente v'entra , eſſendo
„ che l'inſordeſcenza in tal modo qualificata

induca

„ induca di ſua natura ſuſpicione di mala credu-
„ lità delle Cenſure, ſiccome diſtintamente il
„ *Cardinal Scaglia nella ſua Prattica Ms. del*
„ *Procedere del Sant'Offizio cap.* 13. *Salèlles d.*
„ *Regul.* 355. *num.* 432. *Caren. dict. tit.* 8. §. 4.
„ *num.* 18. *in fine. Pignatell. tom.* 7. *Conſultat.* 18.
„ *ſub num.* 6. & 7.

„ Per quanto ſia a mia notizia, due volte tro-
„ vo diſputata in Roma *formiter* queſta materia;
„ La prima fu nell'*anno* 1663. allora, che la
„ Sagra Inquiſizione di Portogallo ſcriſſe, che
81 „ in quelle parti v'era un grandiſſimo abuſo cir-
„ ca le Scommuniche, e che v'erano molti, e
„ molti Inſordeſcenti, che in diprezzo delle Cen-
„ ſure s'ingerivano nelle Funzioni Eccleſiaſtiche
„ ſotto preteſto, che foſſero nulle, o haveſſero
„ appellato. Il Cardinal *Corrado* allora Pro-
„ datario volle ſentire il parere de celebri Pre-
„ lati di quel tempo *Altieri*, *de Vecchi*, *Fa-*
„ *gnani*, *e Roſſi*, i quali furono d'uniforme
„ ſentimento, che gl'Inquiſitori procedeſſero
„ *ad formam* del Concilio *ſeſſ.* 21. *cap.* 3. non
„ oſtante lo ſtilo della Sagra Inquiſizione, eſ-
„ ſendovi circonſtanze tali di diprezzo, che ſi
„ poteva recedere dal detto ſtile. E però ignoto,
„ ſe la Santa Sede prendeſſe allora riſoluzione
„ alcuna, o riſpondeſſe agl'Inquiſitori.

„ L'altro caſo più celebre fu quello della *Cæ-*
82 „ *ſaraguſtana Inſordeſcentiæ*, per il quale il dì
„ 21. Decembre 1671. fu tenuta una Congrega-
„ zione particolar de Monſignori *Ugolini*, *Fe-*
„ *bei*, *de Vecchi*, *Sluſio*, *Bottini*, *e Panciatici*,
„ e tra gl'altri dubj fu eſſaminato in primo luo-
„ go, da *qual Giudice ſi dovea dichiarare l'In-*
„ *ſordeſcenza*. E atteſo lo ſtile della Congrega-
„ zione della Sagra Inquiſizione, fu riſoluto che
„ ſi procedeſſe dall'A. C. eſſendoſi con tal occa-
83 „ ſione apportate, e conſiderate tutte le dette
„ Teoriche, e ciò che dice il *Veſtrio in Prax.*
„ *lib.* 8. *cap. ultim.*

„ Il modo tenuto fu il ſeguente: Ad inſtanza
„ del Fiſco fu ſpedita la commiſſione *manu San-*
„ *ctiſſimi ſignata* il *dì* 19. *Febrara* 1672. (atte-
„ ſo, che il Papa avea avocato a ſe la cauſa),
„ in vigor della quale fu ſpedito il Monitorio *ad*
„ *comparendum per ſe*, *vel legitimum Procurato-*
„ *rem* contra il Decano, e Canonici della Chie-
„ ſa di *S. Salvatore*, nominandogli in ſpecie.
„ Non eſſendo comparſi dentro il termine pre-
„ fiſſo, l'A. C. ſotto il dì 20. *Settembre* 1672.
„ per gl'Atti del *Mazzeſchi* pronunciò -- *In In-*
„ *terdicto ab ingreſſu Eccleſiæ*, & *ſuſpenſione a*
„ *Divinis*, *nec non in excommunicatione inſor-*
„ *duiſſe*, & *inſordeſcere*, & *pro inſordeſcentibus*
„ *haberi* -- E in conformità di detta Sentenza fu-
„ rono affiſſi li Cedoloni, e fu ſteſo un Breve,
„ col quale ſi commettea all'Inquiſizione Gene-
„ rale di Spagna, che *procederet contra Inſor-*
„ *deſcentes*, *tanquam de hæreſi ſuſpectos*. Ma poi
„ i Scommunicati ſi ravviddero, e fu il nego-
„ zio principale terminato per concordia *cum hoc*
„ *tamen*, *ut pareant in primis*, e con un eſem-
„ plare *Decreta dì* 19. *Aprile* 1675. furono pre-
„ ſcritte le condizioni; & il modo col quale do-
„ vevano obedire; (quod Decretum per exten-
„ ſum dedimus ſupra *n.*71. §. *Cum Sereniſſimus.*)

„ Quando dunque ſi doveſſe procedere ſu que-
„ ſto punto dell'Inſordeſcenza, Noi abbiamo la
„ ſtrada fatta in materia tanto eſemplare. E ſi
„ dovrebbe procedere appunto come nelle detta
„ *Cæſaraguſtana* col rimetterſi all'A. C. che *pro-* 84
„ *cederet prout de Jure* circa la declaratoria dell'
„ Inſordeſcenza tantum, *non citando eos ad reſ-*
„ *pondendum de fide*, *vel tanquam ſuſpectos de*
„ *fide*, come avvertì il *Pignatell. tom.* 7. *conſult.*
„ 18. *ſub num.* 6. E poi con Breve a parte com-
„ mettere all'Inquiſitore di Sicilia, che ha la di-
„ pendenza da quello di Spagna, che *procederet*
„ *contra eos*, *tanquam de hæreſi ſuſpectos*.

„ La Sagra Congregazione de Riti non ha
„ riſoluto coſ'alcuna ſu queſta iſpezzione, ma il
„ dì 13. *Marzo* 1688. reſcriſſe, & *in proxima*
„ *agatur de Inſordeſcentia*. Ma pare, che ormai
„ ſia tempo di venire a queſta riſoluzione, e
„ procedere tanto alla ſoppreſſione della Colle-
„ giata, che alla dichiarazione dell'Inſordeſcen-
„ za, poichè in tal maniera ſi potrà ſperare, che
„ i Canonici *reſipiſcant*.

„ Potrebbe opporſi, che li Canonici moder-
„ ni non ſono quelli, che furono ſcommunicati
„ l'anno 1662. e che in conſeguenza non poſſi-
„ no dirſi inſordeſcenti. Ma ſi riſponde primie-
„ ramente, che di queſto dovrà conoſcere l'A. C.
„ prima di venire alla dichiarazione dell'Inſor-
„ deſcenza. Secondo, che nell'anno 1662. non
„ furono ſcommunicati li Canonici, e le Digni-
„ tà *nominatim*, ma fu detto, che ſi dichiarava-
„ no ſcommunicati *Canonici*, & *Dignitates ſin-*
„ *gulariter*. Terzo, che anco allora fu dichiara-
„ to il Capitolo interdetto *ab ingreſſu Eccleſiæ*,
„ & *a Divinis ſuſpenſum*, onde ſi potrà proce-
„ dere per queſta inſordeſcenza del Capitolo, che
„ ſempre è l'iſteſſo. E finalmente in ogni caſo
„ ſervirà di terrore alli Canonici, i quali da ſe ſteſſi
„ ſi ſono reputati ſcommunicati, con domandare
„ l'*Aſſoluzione cum reincidentia*, e con far diſ-
„ putare nell'anno 1705. il Dubio -- *An Cen-*
„ *ſuræ latæ ab A. C. ſubſtineantur* -- Hactenus
„ Diſcurſus.

Decretum vero, quod in dicta cauſa *Syracu-* 85
ſana prodiit *die* 25. *Julii* 1710. eſt tenoris,
qui ſequitur -- *Conſulendum Sanctiſſimo pro ex-*
peditione Motus proprii, *ſeu Bullæ ſuppreſſionis*
Collegiatæ, *Canonicatuum*, & *Dignitatum S. Pe-*
tri Civitatis Syracuſan. & *pro illius tranſmiſſione*
Epiſcopo Syracuſan. qui iterum moneat Canoni-
cos, & *Dignitates*, *eis præfiniendo terminum duo-*
rum Menſium ad parendum Decretis Sac. Congrega-
tionis, & *quatenus in illo non paruerint*, *illam*
publicet, & *Sac. Congregationem certiorem reddat*
de exequutione, & *ad Mentem*; *Mens eſt*, *quod*,
quatenus Epiſcopus ad demandatam exequutionem
non deveniat, *fiat in Urbe*, *ut moris eſt in ſimili-*
bus, *nempe prævia citatione ad valvas*, & *aliis*
locis finitimis. *Nec non tunc ab A. C. procedatur*
ſuper Inſordeſcentia, *veluti ſervatum fuit in* Cæ-
ſaraguſtana Cathedralitatis *de anno* 1672. 20. *Sep-*
tembris per Acta Mazzeſchi.

REGU-

REGULA LXVII.

Officiales nihil exigant ultra debitum.

ITem idem D. N. exactionibus, quas Sanctitas Sua non ſine diſplicentia plerumque fieri intellexit per Officiales Romanæ Curiæ, qui conſtitutis ſibi emolumentis pro exercitio Officiorum, quæ obtinent, non contenti, ultra a proſequentibus negociorum quorumdam expeditionem in eadem Curia exigere non verentur, obviare volens, diſtricte præcipiendo inhibuit omnibus, & ſingulis quævis Officia in eadem Curia obtinentibus, ne de cætero quicquam prætextu Officiorum, quæ obtinent, quovis colore, etiam celerioris expeditionis, ultra Emolumenta hujuſmodi exigere, ſeu ad hunc effectum expeditionem eorum, quæ eis incumbunt, malitioſe differre, ſub excommunicationis, & præter illam ſuſpenſionis a perceptione Emolumentorum hujuſmodi pro prima ad Semeſtre, & pro ſecunda ad Annum, & pro tertia vicibus, quibus ſic excederent, privationis Officiorum per eos obtentorum, in quibus ſic exceſſerint pœnis. Ac voluit, quod S. R. E. Vice-Cancellarius, & Camerarius, excedentes ipſos reſpective, prout eis ſubſunt per ſubtractionem emolumentorum eorumdem, ac alias, ut præfertur compellant ab hujuſmodi illicitis exactionibus abſtinere, ac contra eos per prædictas pœnas, & alias, prout melius expedire viderint, procedant.

ARGUMENTUM.

ENumerantur plures Taxæ diverſis temporibus editæ, tam pro expeditione Literarum Apoſtolicarum, quam pro emolumentis debitis Officialibus Datariæ, & Cancellariæ, & exſcribitur præſertim tenor Taxæ a bon. mem. *Maraldo* ſan. mem. Pauli V. Datario confectæ pro *Magiſtris*, & *Clericis* Regiſtri, quam pro *Clericis* præfatis renovavit clar. mem. *Card. Corradus* ſan. mem. Alexandri VII. Prodatarius. Præter emolumenta taxata, permiſſum non eſt Officialibus aliquid recipere, nec a ſponte dantibus, minuſque prætextu celerioris expeditionis, licet hoc in praxi vix ſervetur, & in Officiales culpabiles, quamvis Regula mandet animadvertere poſſe pœnis in ea præſcriptis S. R. E. Vice-Cancellarium, & Camerarium, pluries tamen evenit, quod contra Cancellariæ Officiales proceſſerit etiam Datarius. Supplicationes Apoſtolicæ an regiſtrari poſſint ab iis Regiſtratoribus, quos Partes pro eorum libito eligunt, ſeu potius diſtribui debeant inter Regiſtratores omnes per Turnum? Cedula Penſionis Hiſpanicæ, quæ in Pervigilio Nativitatis D. N. J. C. Officialibus Datariæ diſtribui ſolet, integra debetur Officiali, qui dicto tempore in Officii exercitio reperitur, nec dividenda eſt pro rata ſervitii cum Officiali prædeceſſore, quamvis iſte per majorem anni partem Officium exercuerit, quia Cedula præfata non eſt ſalarium, ſed munus, quod Princeps elargitur Officialibus exiſtentibus in Feſtis Natalitiis, & quidem anticipate pro anno ſequenti, non poſticipate pro eodem anno jam elapſo, quo fit diſtributio. Demum examinatur, an Abbreviator de Parco antiquior in admiſſione, ad Collegium, ſed non in exercitio, præferri debeat in aſſequendo locum *Antianitatis*, pro certis lucrandis emolumentis alteri Abbreviatori, qui licet poſterior in admiſſione, prius tamen Abbreviatoriæ munus exercuit; Et affirmative reſolvitur.

SUM.

SUMMARIUM.

1 Regula plena eſt ædificationis, & magis obſervantia, quam explicatione indiget.

2 De nonnullis Pontificum Conſtitutionibus editis pro compeſcendis Officialium exceſſibus in exigendo plus debito.

3 Cancellaria Taxam habet fixam a Joanne XXII. præſcriptam pro expeditione Literarum Apoſtolicarum.

4 Et aliam Taxam nonnulli quoque Auctores exſcribunt.

5 Pro Diſpenſationibus Matrimonialibus, quæ per Officium minoris Gratiæ expediuntur, adeſt Taxa de ordine cl. mem. Card. Franciſci Barberini Typis impreſſa anno 1641.

6 Dataria ſuam quoque habet Taxam fixam, tam pro Compoſitionibus, quæ in Pontificis commodum cedunt, quam pro emolumentis debitis illius Officialibus. & num. 7.

8 Exſcribitur tenor Taxæ, qua ſub bon. mem. Aurelio Maraldo Pauli V. Prodatario, confecta fuit tam pro Magiſtris, quam pro Clericis Regiſtri.
Eamdemque quoad Clericos præfatos ſub graviſſimis pœnis renovavit cl. me. Card. Corradus. num. 11.

9 Sed Magiſtri Taxam Maraldi, uti nec authenticam, nec publicatam, nec obſervatam, impugnant.

10 Taxam pro Regiſtratoribus ſupplicationum Apoſtolicarum edidit Cardinalis Corradus Alexandri VII. Prodatarius.

12 Nec non aliam Taxam pro determinandis controverſiis inter Regiſtratores publici Regiſtri, & Deputatos Regiſtratores Collegii Secretariorum.

13 Cancellariæ, & Datariæ Officiales ultra emolumenta taxata, aliud exigere non poſſunt, etiam ſub prætextu celerioris expeditionis. Et nec a ſponte dantibus. & num. 15.
Sed colore, & prætextu præfato, nonnulla hodie emolumenta, quæ vocantur extraordinaria, percipiunt. num. 14.

16 Quemadmodum nec recipere poſſunt eſculenta, vel poculenta, etſi parva, quæ paucis diebus conſumuntur. & num. 17.

17 Verbum quidquam generale eſt, & nihil excipit.

18 Judices de jure non prohibentur accipere eſculenta, & poculenta, quæ paucis diebus conſumi poſſunt, a Partibus ſponte oblata. Cautius tamen agunt, qui ab hujuſmodi munuſculis ſe abſtinent, & quare? ibid.

19 Adverſus Officiales quidquam ultra Taxam exigentes, certis præſcriptis pœnis, mandat Regula, quod procedant Card. Vice Cancellarius, & Camerarius.

20 Idque etiam ſuis Conſtitutionibus decreverunt Martinus V. & Eugenius IV.

21 Enumerantur nonnulli Officiales, quos ſub prætextu eorum immediatæ ſubjectionis Sedi Apoſtolicæ, Juriſdictionem Vice-Cancellarii declinare ſatagentes, eidem ſubjectos declararunt Julius II. & Sixtus V.

22 Datarius facultate gaudet coercendi Officiales Cancellariæ in ſuo munere delinquentes.

23 Supplicationes, an regiſtrari poſſint ab iis Regiſtratoribus, quos Partes ad libitum eligunt, vel potius per Turnum inter ipſos proportionabiliter diſtribui debeant? & num. 24.

25 Officialium Datariæ emolumentum præcipuum eſt illud Penſionis Hiſpanicæ cit diſtribui ſolitæ in Nativitate D. N. Jeſu Chriſti.

26 Penſio hujuſmodi debetur Officiali anteceſſori, qui fere per totum annum inſervit, non autem Succeſſori, qui paucos ante dies Nativitatis Domini, ſuum munus exercere cœpit.
Redduntur rationes, & reſpondetur oppoſitis rationibus. dict. num. 26. uſque ad num. 43.
Sed contrarium reſolutum fuit a Congregatione particulari, & ex quibus fundamentis a num. 44. uſque ad num. 58.

27 Solutio, ad cauſam expreſſam, & non ad aliam referenda eſt.

28 Emolumenta ſtatis temporibus dari conſueta Officialibus, debentur illis pro rata temporis ſervitii, ſi poſticipate ſolvantur; integra debentur iis, qui tempore diſtributionis in Officio ſunt, quando fit eorum ſolutio anticipate. Ibid.

29 Regaliæ, ſeu Strenæ, quæ dantur Miniſtris Cameralibus in prima Camera Menſis Januarii, anticipate diſtribuuntur, & debentur iis, qui reperiuntur tempore diſtributionis. & num. 39. & 41.
Quemadmodum anticipatum eſt Donarium centum ducatorum auri de Camera a Pontifice tradi ſolitum Auditoribus Sac. Rotæ in ultima Audientia. num. 40. & 42.

30 Emolumenta debita Univerſitati, ſeu Collegio inter illius Officiales dividenda, percipi non poſſunt ab Officialibus, qui tempore diſtributionis non ſunt amplius de Univerſitate, aut Collegio; Secus, ſi debeantur illis uti ſingulis, quo caſu habetur ratio ad tempus, quo in Officio permanſerunt. ibid.

31 Salarium ſtatuto tempore ſolvi conſuetum, dividi debet pro rata laboris, & temporis, inter Anteceſſorem, & Succeſſorem.

32 Limita in Doctoribus, & Officialibus, quorum operæ proveniunt ex idoneitate ſcientiæ, & exercitii intellectus, nam iis debetur integrum Salarium, ſi citra culpam per totum annum non inſervierint.

33 Maxime, ſi per integrum fere annum ſervitium præſtiterint, & illorum Succeſſores per aliquot dies, aut menſes.
Et Salarium hujuſmodi anticipate ſolvi debet. num. 52.

34 Sportulæ, & Mulctæ debentur Judicibus, ſeu Notariis exiſtentibus tempore latæ Sententiæ, non autem Anteceſſoribus, qui Proceſſum inſtruxerunt. & num. 55.

35 Contrarium, & reſpondetur præcipuo fundamento prioris Sententiæ. & num. 36.

37 Laudemia, & Quindennia non debentur Beneficiato Anteceſſori, ſed Succeſſori qui in poſſeſſione Beneficii reperitur tempore, & momento præſtiti conſenſus.
Intellige ut in num. 38.

45 Penſio, quæ in Nativitate D. N. J. C. diſtribuitur Officialibus Datariæ non conſideratur, uti Salarium, ſed tanquam munus iiſdem a Principe factum.
Redduntur rationes. ibid. & num. 46. 47. & 49.

47 Salarium eſt remuneratio debita pro operis retributione.

48 Et debetur a die, quo Officialis incipit Officium exercere.

54 Penſio, quæ Officialibus Datariæ in Nativitate

tate Domini diſtribuitur quibus in terminis dici poſſit Salarium?

Et etiamſi tale revera eſſet, adhuc illius ſolutio eſt anticipata, non poſticipata. n. 53.

60 *In Collegio Abbreviatorum de Parco Majori, ſeptem antiquiores Abbreviatores, majora percipiunt emolumenta, quam juniores.*

Antianitas ad effectum hujuſmodi pinguioris participationis, an debeatur ei, qui primo inter Abbreviatores admiſſus fuit, licet non exercuerit, ſeu potius illi, qui licet ex poſt admiſſus, prius tamen Officii ſui munus exercuit? n. 59. 60. & ſeqq.

62 *Abbreviatorum munus conſiſtit in revidendis Bullis Apoſtolicis, quæ per Regentem Cancellariæ inter ipſos diſtribuuntur, illiſque corrigendis, & collationandis cum ſupplicationibus originalibus a Papa ſignatis.*

63 *Miniſterium hujuſmodi Abbreviatores olim per ſe ipſos, nunc per ſubſtitutos exercent.*

64 *Nec Abbreviatores omnes, ut olim in Parco aſſiſtunt, ſed abſentium vices præſentes ſupplent.*

68 *Officialis diſpenſatus a reſidentia cum facultate percipiendi emolumenta ſolita Officii, percipere nequit ea emolumenta, quæ ſunt debita ratione laboris, & perſonalis ſervitii. Intellige* ut in n. 69.

REgula hæc, ut bene inquit *Wagnerec in lib. 3. Decretal. tit. 1. de Præben. & Regul. Cancell.* 1 plena eſt ædificationis, & Eccleſiæ ſalutaris, eique magis neceſſaria eſt obſervantia, quam explicatio. Concordat cum diſpoſitione juris in *Cap. Cum ad Sacroſancta. de Sent. Excomm.* inter *Extravag. Joannis XXII.* ut advertit *Mandoſ. in Gloſſ. Facult. Regen. pag. mihi* 64. *verb. ſolit.* & pro compeſcendis Officialium exceſſibus non 2 diſſimiles Ordinationes edidere *Martinus V. Eugenius IV.* aliique Summi Pontifices, ut ex Conſtitutionibus a *Quinterno* Cancellariæ extractis, & impreſſis apud bon. mem. *Ciampin. de Origin. Abbreviat. pag.* 9. *& pluribus ſeqq.* cum aliis apud *Amayd. de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 18. *§.* 2. *ſub numer.* 74.

Habet Cancellaria certam Taxam fixam pro 3 Literarum Apoſtolicarum expeditione, quam præſcripſit *Joannes XXII.* in dicta *Extravag. Cum ad Sacroſanctæ*, & quam ſervandam mandarunt *Martinus V. & Eugenius IV.* in laudatis eorum 4 Conſtitutionibus, ultra quam, alia Cancellariæ Taxa magis ampla impreſſa reperitur cum nonnullis obſervationibus inter *Tract. Magnor. tom.* 15. *pag.* 368. & aliam exſcripſit *Amayd. dict. cap.* 18. 5 *§.* 2. *n.* 48. *& ſeqq.* Et pro Diſpenſationibus Matrimonialibus, quæ per Officium *Minoris Gratiæ* nuncupatum expediuntur, aliam Taxam imprimi curavit in Typographia Camerali clar. mem. Cardinalis *Franciſcus Barberinus* anno 1641.

Dataria quoque ſuam Taxam habet unifor- 6 mem, & certam tam pro *Compoſitionibus*, quæ in Summi Pontificis commodum cedunt *Amayden. dict. cap.* 18. *§.* 1. *num.* 11. exceptis nonnullis materiis gratioſis extraordinariis, ut ſunt Compoſitiones pro Diſpenſationibus Matrimonialibus in proximiori gradu, quæ ſunt arbitrariæ *Card. de Luc. in Relation. Curiæ diſc.* 10. *numer.* 20. *&* 21. & dicitur in eadem Taxa de ordine Cardinalis *Barberini* anno 1641. impreſſa: Quam etiam pro 7 Officialibus, ut ſunt *Regiſtratores Supplicationum*, nec non *Magiſter, & Clerici Regiſtri*, ſuper quorum Taxa, licet diverſi Summi Pontifices plura diſpoſuerint, nihilominus *Regiſtrum*, (& præſertim meo tempore) & *Magiſtri*, faciunt magnum negocium pro Datario, ut ait *Amayden. de Styl. Datar. lib.* 1. *d. cap.* 18. *§.* 2. *n.* 73.

Sed ultra Taxam, quam ponit *Amayd.* ibidem, *Aurelius Maraldus* ſan. mem. Pauli V. Datarius, aliam anno 1616. edidit Taxam tam pro *Magiſtro*, quam pro *Clericis Regiſtri*, & eſt tenoris, qui ſequitur.

„ Infraſcriptæ ſunt materiæ, ex quibus Col- 8
„ legium Magiſtrorum Regiſtri Supplicationum
„ Apoſtolicarum de cætero non exiget emolu-
„ menta ultra ſequentem Taxam, & ſi ſecus fe-
„ cerit, ultra indebite exactorum reſtitutionem,
„ etiam pœna quadrupli, & alia arbitraria Reve-
„ rendiſſ. Datarii punietur.

„ Pro quolibet Sumpto, videlicet uno Ora-
„ tore, accipiet Ducatum unum auri de Came-
„ ra, & ſi Sumptum contineat proviſionem Be-
„ neficii, una cum Penſione, accipiat Ducatos
„ duos, ſed ſi plures afferat Penſiones, tunc ac-
„ cipiat Ducatum unum pro qualibet Penſione, &
„ quatenus accipiens Sumptum docuerit pro reli-
„ quo, vel reliquis Oratoribus Literas fuiſſe ex-
„ peditas, nihil exigatur pro illis, qui antea ex-
„ pediverint, & quatenus in favorem omnium
„ Literæ fuerint expeditæ, tunc pro qualibet
„ Sumpto exigatur Ducatus unus tantum.

„ Si vero Sumptum eſſet pro Capitulo, Col-
„ legio, Communitate, Societate, ſeu Univer-
„ ſitate, & ſimili, accipiat tres Ducatos tantum,
„ & nulla ſit differentia, an extractum ex Re-
„ giſtro ſecreto, ſive publico.

„ Pro qualibet Copia, Julios quinque cur-
„ rentes.

„ Pro quolibet Officio accipiat Ducatum unum,
„ & idem pro Tranſlatione Decreti ſolvatur.

„ Pro qualibet Supplicatione Abſolutionis a
„ *Marania*, ſeu ab hæreſi, accipiat Ducatum
„ unum, ſi fuerit tantum unus Orator, ſed ſi
„ plures, accipiat tot Ducatos, quot fuerint Ora-
„ tores.

„ Et idem ſervetur in Abſolutionibus ab Ho-
„ micidio, etiam caſuali, quando Orator dabat
„ operam rei licitæ, ac etiam in Bello, non ta-
„ men contra Infideles, & Hæreticos commiſſo.

„ Et idem ſervetur in Abſolutionibus pro iis,
„ qui conſulto, ſeu data opera, præſtando auxi-
„ lium interfuerunt homicidio, vel conſilium pro
„ illo patrando dederunt.

„ In Univerſitatibus, & aliis Collegiis, ut præ-
„ fertur, delinquentibus, vel homicidium fieri
„ mandantibus, accipiat tres Ducatos in totum.

„ Pro omnibus vero materiis perpetuis, vi-
„ delicet illis, quarum diſpoſitio, & effectus per-
„ petuo durant, & tempus limitatum non ha-
„ bent, nec ad vitam alicujus tantum ſunt con-
„ ceſſæ, nec ex Pacto, Conſtitutione, vel alias
„ redimibiles ſunt, exigatur infraſcripta, videli-
„ cet.

„ Pro erectione, accipiat Ducatum unum,
„ etiam quod eadem Supplicatio contineat ere-
„ ctionem plurium Dignitatum, Beneficiorum,
„ vel Officiorum.

„ Pro Unione, Applicatione, Suppreſſione,
„ Diſmembratione, & Diſſolutione, accipiat Du-
„ catum unum, ita tamen, quod ſi in eadem Sup-
„ plicatione extet Suppreſſio, Diſmembratio, ſi-
„ ve Diſſolutio inſimul cum Unione, Applica-
„ tione, Appropriatione, vel Incorporatione, vel
„ ſimilibus, exactio fiat pro uno tantum. Si
„ vero adſit Erectio cum aliqua ſupraſcriptarum

„ Gratiarum, pro duobus capitibus, ſeu Gratiis
„ tantum accipiat.
„ Pro confirmatione Alienationum, Permuta-
„ tionum, vel Conceſſionum *ſi in evidentem*, acci-
„ piat dimidium Ducati, ſi materia eſt perpetua,
„ ſi vero ad tertiam generationem, vel ad aliud
„ certum tempus, tunc nihil accipiat.
„ Et quando ſit alienatio unius, vel plurium,
„ & diverſarum Domorum, ſive Prædiorum, ſeu
„ Caſalium, vel aliorum bonorum, ſeu rerum
„ Eccleſiaſticarum ad favorem unius acquirentis,
„ tunc accipiat dimidium Ducati; Si autem alie-
„ natio fiat ad favorem plurium, tunc accipiat
„ medium Ducatum pro quolibet acquirente, &
„ quando acquirentes ſunt tres, vel cujuſcumque
„ majoris numeri, tunc exigat tantum pro tri-
„ bus.
„ Et idem ſervetur quando fit alienatio plu-
„ ribus Perſonis non nominatis, vel Collegio,
„ Univerſitati, Capitulo, Confraternitati, ſeu
„ Monaſterio, & ſimilibus. Tunc enim ſolum
„ exigat pro tribus tantum, non tamen a Mona-
„ ſteriis tam Virorum, quam Mulierum Men-
„ dicantium, nec etiam aliorum Ordinum, ac
„ etiam Hoſpitalium, & aliorum locorum pio-
„ rum, quæ ex eleemoſinis vivunt, & ſuſtentan-
„ tur, ac Hybernorum a quibus nihil exigatur.
„ Sed ſi alienatio, etiam plurium, & diverſarum
„ rerum, etiam a pluribus fiat uni unico contra-
„ ctu, tunc exigat pro uno tantum, ita quod in
„ exigendo non alienantes, ſed acquirentes atten-
„ dantur. Sed ſi plures contractus ſunt ſepara-
„ tim facti, qui in eadem ſupplicatione confir-
„ mentur, etiam inter eoſdem Contrahentes, tunc
„ pro quolibet contractu accipiat medium Du-
„ catum.
„ Pro Indultis, & Commutationibus volun-
„ tatum, accipiat ducatum unum pro quolibet ac-
„ quirente, ita tamen, quod non accipiat ultra
„ tres ducatos, ut ſupra; & hoc ſervetur in In-
„ dultis, & commutationibus perpetuis, non au-
„ tem in iis, quæ ad tempus, vel pro certa rata
„ ex reditibus annuis piæ memoriæ ſolvenda fue-
„ rint, nec in reductione Miſſarum, neque in fa-
„ vorem pii Loci, ſeu miſerabilium Perſonarum,
„ a quibus nihil accipiat; nec etiam aliquid acci-
„ piat pro licentia imponendi Cenſum ſuper Bo-
„ nis laicalibus, nec pro Cenſuum reductione.
Hactenus Taxa *Maraldi*, quam *Magiſtri* ſem-
per controvertunt, uti nec autbenticam, nec pu-
9 blicatam, nec obſervatam, quamque nec oſtendere
volunt, niſi ubi de eorum commodo agitur, &
tot lites, & jurgia in dies ſuper eorum emolumen-
tis oriuntur, ut pluries clar. mem. Cardinalis *Pan-
ciaticus*, dum ſub ſan. mem. *Alexandro VIII.* &
ſan. mem. *Innocentio XII.* Prodatarii munus exer-
cuit, cogitaverit de nova edenda Taxa, & de re-
ſtituendo *Magiſtris* pretium, quod in emptionem
Officiorum erogaverant, illaque reddere ad nutum
amovibilia, prout alias cum Præfecto Componen-
darum obſervatum fuerat.
10 Aliam Cardinalis *Carradus* ſan. mem. *Alexan-
dri VII.* Prodatarius, edidit Taxam die 11. *Au-
guſti* 1655. pro *Regiſtratoribus* ſupplicationum A-
poſtolicarum; Et quoad *Clericos Regeſtri* renova-
11 vit Taxam *Maraldi*, quam ab ipſis, ac quibuſ-
cumque intereſſe habentibus, omnino ſervari man-
davit ſub pœna Suſpenſionis, ac etiam privationis
Officii, aliiſque arbitrio Sanctitatis ſuæ infligen-
dis, niſi in aliquibus particularibus caſibus aliqua
ſpeciali ratione videatur D. Datario, ſive Subda-
tario pro tempore exiſtenti aliud decernere per De-
cretum, ſeu licentiam in ſcriptis, & non aliter
tunc concedendam; Dictaque Taxa affixa fuit in
Valvis Datariæ, & regiſtrata in libro Edictorum,
& Notabilium ejuſdem Datariæ penes Officialem
nuncupatum *del Miſſis*, ſervato: Prout etiam in
eodem libro reperitur Taxa de mandato laudati 12
Cardinalis *Corradi die* 10. *Maii & 22. Junii* 1658.
exarata pro terminandis Controverſiis vigentibus
inter *Regiſtratores* publici Regeſtri, & Deputa-
tos Regiſtratores Collegii Secretariorum, nec non
Decretum ſuper ejuſdem Taxæ obſervantia ſub
pœna privationis Officii, & aliis gravioribus,
etiam corporalibus arbitrio Summi Pontificis in-
fligendis.
Ultra emolumenta ſic taxata, & conſueta, aliud 13
exigere non poſſunt Officiales, etiam prætextu, &
colore *celeriaris Expeditionis*, ut Regulam an-
dat. Sed uſus de facto invaluit, quod, qui celerius
expedire cupiunt, ſolvant nonnulla emolumenta, 14
quæ vocantur *Extraordinarii*, quæque hodie exi-
guntur ab inferioribus Officialibus Datariæ, &
Cancellariæ, quamvis, nec etiam a ſponte dantibus 15
poſſe per Officiales emolumenta præfata recipi,
decreverit *Eugenius IV.* in laudata ſua Conſtitu-
tione impreſſa apud *Ciampinum pag.* 20. *n.* 5.
Cumque Regula decernat, *quidquam* Officia-
les exigere non poſſe ultra taxata emolumenta, in- 16
fertur, quod nec etiam Poculentum, vel Eſculen-
tum, quamvis parvum, quod paucis diebus con-
ſumi poſſit, ab ipſis recipi valeat, ut ad hanc Re-
gulam notat *Quaſada*, & reddit rationem, quia
verbum *quidquam* generale eſt, & nihil excipit. 17
Quodque Officiales nihil de præmiſſis capere de-
berent, monet *Gamez in Compend. utriuſq. Signat.
pag. mihi* 155. §. *Sed iſtud de Eſculenta*: ſubdens,
id male ſervari. Et profecto, licet *Text. in Cap.
Statutum* §. *Inſuper, de Reſcript. in* 6. permittat,
Judices capere poſſe Eſculentum, & Poculentum 18
a Partibus mera liberalitate oblatum, & quod pau-
cis diebus conſumi poſſit, & communiter tradant
Repetentes, quorum dicta reaſſumunt *Paſſerin. in
dict. Cap. Statutum* §. *numer.* 223. *& ſeqq. Barboſ.
ibid. numer.* 71. *& ſeqq. & Mandoſ. in Gloſ. facul-
tat. Regen. &c. pag. mihi* 16. 9. *Reſpondere poſſu-
mus, Gratian. Diſcept. Forenſ. Cap.* 56. *numer.* 58.
Nihilominus cautius agere videntur, qui ab hujuſ-
modi munuſculis ſe abſtinent ad evitandas obmur-
murationes, & obloquutiones eorum, qui ſæpe à
Gratia conſequenda ob eorum demerita excluſi,
culpant Officiales, quod Munera, & non juſti-
tiam præ oculis habuerint.
Quod ſi Officiales culpabiles in exigendo plus
debito reperti fuerint, mandat Regula, quod Card. 19
Vice-Cancellarius, & Camerarius Excedentes pu-
niant, & contra omnes, per pœnas in ea præſcri-
ptas, aliaſque, prout melius expedire viderint, pro-
cedant. Idipſum quoque ſancivit tum *Martinus V.* 20
Conſt. 3. *n.* 2. *de qua Cobell. Notit. Cardinal. cap.*
17. §. *Fundamentum*, & in alia *Conſtit.* impreſſa
apud *Ciampin. de Origin. Abbreviat. pag.* 16. §.
14. Tum *Eugenius IV.* in alia *Conſtitut. apud
eumdem pag.* 20. §. 15. decernentes etiam, ut de-
liberatione habita cum *Abbreviatoribus* aſſiſten-
tibus, & aliis, quibus ſibi videbitur in hoc pe-
ritis, exceſſus præfatos ad debitam reducant mo-
derationem; Ac inſuper ſtatuit *Pius II.* in alia
Conſtit. penes laudatum *Ciampin. pag.* 27. §. 11.
ubi voluit, quod *quandocumque erit differentia
inter Reſcribendarium, & Diſtributorem ſuper
Taxis, ſtetur judicio, & declarationi duarum,
vel trium antiquiorum in dicto Parco majori,
qui de hujuſmodi Taxis pleniorem habeant noti-*
tiam,

*tiam, & quorum auctoritas plurimum valet, prout
tempore piæ mem. Martini Papæ V. fieri conſue-
vit.*

Verum, cum nonnulli Officiales declinare vel-
21 lent Vice Cancellarii juriſdictionem ſub prætextu,
quod eſſent immediate Sedi Apoſtolicæ ſubjecti,
ideo *Julius II. & Sixtus V.* declararunt, quod Ma-
giſter Plumbi, Plumbator, famuli ejuſdem Plum-
batoris, Plumbi Collectores, ac in eodem Plum-
bo inſervientes, Regiſtratores Bullarum, Cappel-
lani Regiſtri, Scriptores Brevium Apoſtolicorum,
Sollicitatores quomodocumque negocia Cancella-
riæ proſequentes, & cœteri omnes, & ſinguli
Officiales, & Miniſtri, quocumque nomine nun-
cupentur &c. qui Taxam, ſeu emolumenta ex Li-
teris Apoſtolicis ſub Plumbo expeditis percipiunt,
ſoli Vice-Cancellario quoad eorumdem Literarum
expeditionem omnino, & non alteri ſubjaceant
immediate, ut ex eorumdem Pontificum Conſti-
tutionibus, quas refert *Amayd. de Styl. Datar.
lib.* 1. *cap.* 18. *numer.* 77. ubi tamen ipſe eximere
videtur *Annatiſtas*; qui certum habent Judicem.

Sed, & Datarius facultate pollet coercendi
22 Officiales Cancellariæ, qui proprii muneris par-
tes recte minus adimplent. Extant ſub *Alexan-
dre VII.* exempla; Nam Cardinalis *Corradus*
Prodatarius aliquot Cancellariæ Officiales ab Of-
ficio ſuſpendit, ac inſuper Edictum publicari man-
davit circa munera, & participationem in nego-
ciis; & tempore ſanct. mem. *Innocentii XII.* cum
exorta fuiſſet controverſia ſuper Taxa unionis fa-
ctæ Monaſterio *Montis Caſini* de Abbatia *S. Vin-
centii in Vulturno*, clar. mem. Cardinalis Pan-
ciatus Prodatarius manus appoſuit, & re delata
ad bon. mem. *Philippuccium* Auditorem Ponti-
ficis, iſte negocium ad eumdem Prodatarium re-
miſit.

Ad effectum conſequendi majora emolumenta,
23 fuit aliàs in controverſiam deductum, an Suppli-
cationes poſſent regiſtrari ab iis Regiſtratoribus,
quos Partes ad libitum eligunt, vel potius pro-
portionabiliter diſtribui deberent per turnum inter
omnes Regiſtratores? Anno 1677. *Cardinalis Au-
guſtinus* ſan. mem. *Innocentii XI.* Prodatarius, au-
ditis recol. mem. Card. *Otthobone*, & cl. mem.
Card. *Carpineo*, nec non *Fagnano*, mandavit,
quod nihil in hac materia innovaretur, ſicque per-
miſit, quod diſtribuerentur ad libitum Partium,
prout antea fieri conſueverat. Eadem praxis con-
tinuata fuit exiſtente Datario clar. mem. Card.
Panciatico ſub ſan. mem. *Alexandro VIII.* &
Innocentio XII. in cujus Pontificatus initio, ma-
gus ſtrepitus exortus ſuper hac materia. Et li-
cet a principio fuiſſet demandata diſtributio per
turnum inter Regiſtratores, attamen exclamanti-
bus Expeditoribus, & agnito, quod difficile eſſet
in praxi deducere turnum, ne negocia retarda-
rentur, permiſſum fuit, ut diſtribuerentur ad li-
bitum. Tandem ſub ſan. mem. *Clemente XI.* ne-
24 gocio examinato, partibuſque auditis, demanda-
tus fuit turnus ſub certis conditionibus. Ratio-
nes, ſi vacat, videri poſſunt apud *R. P. D.
Anſald. in Addit. ad deciſ.* 30. *numer.* 54. *&
ſeqq.*

25 Sed cum inter præcipua emolumenta, quæ Of-
ficiales Datariæ percipiunt, ſit illud Cœdulæ Pen-
ſionis Hiſpanicæ ſingulis annis diſtribui ſolitæ in
Nativitate D. N. Jeſu Chriſti, quæſitum fuit, an
hujuſmodi Cœdula deberetur, Officiali Anteceſ-
ſori, qui fere per totum annum inſervierat, &
qui die 12. *Decembris* 1695. ad aliud magis conſ-
picuum munus evectus fuerat, ſeu potius Succeſ-
ſori, qui ſub die 22. *Decembris* ejuſdem anni
ſuum munus exercere cæpit? Et pro Officiali an-
teceſſore dicebatur, attendendam eſſe naturam hu- 26
juſmodi diſtributionis reſultantem ex ſubſcriptione
Datarii, qui Cœdulæ Penſioois ſubſcribit - *in
commodum NN. pro diſtributione anni* 1695. Cum
enim ſpecificet dari Cœdulam pro diſtributione
anoi 1695. utique relationem habet ad annum præ-
ſatum, & ad annuale ſervitium ab Anteceſſore
præſtitum, non autem ad ſolam exiſteotiam Suc-
ceſſoris per biduum ante Feſta Natalitia de Offi-
cio proviſi. Quoties enim ſolutio, ſeu diſtributio
continet cauſam expreſſam, ad illam, & non ad 27
aliam eſt referenda, ad *Text. in leg.* 1 *ff. de ſolut.*
& inſuper ex ea ſpecifice arguitur, diſtributio-
nem præſatam fieri poſticipate, quo caſu emolu-
mentum, ſeu ſalarium debetur illi, qui inſervit, 28
& pro rata temporis ſervitii, quidquid dicendum
veniat, quando anticipote ſolvitur, quo caſu debe-
tur ei, qui Officiales tempore diſtributionis repe-
ritur; ut de Regaliis, quæ dantur Cameralibus in 29
prima Camera Menſis Januarii, quod ſint antici-
patæ, & proinde ſolvendæ ſint iis, qui reperiun-
tur tempore diſtributioois, reſolutum fuit in Cau-
ſa *Romana Regaliorum* propoſita in Congregatio-
ne particulari cor. cl. mem. *Card. Panciatico Pro-
datario die* 5. *Dec.* 1692.

Fortius, quia diſtributio dictæ Cœdulæ non fit
Collegio Officialium, nec portio deficientis cœte-
ris accreſcit, ſed fit unicuique ex Officialibus, uti
ſingulis, proinde habetur ratio ad Perſonas Officia- 30
lium, & ſervitium ab eis uti ſingulis præſtitum,
licet deſierint eſſe tales de tempore diſtributionis;
Ad differentiam alterius caſus, quando nempe fru-
ctus, ſeu emolumenta debentur Corpori, aut Col-
legio, quod ſemper eſt idem, ut communiter di-
ſtinguunt *Cardinal. Conſ.* 21. *de Præben. per tot.
Fœlin. in Cap. Eam te, numer.* 13. *ad fin. de Re-
ſcript. & in Cap. Jacobus* 44. *numer.* 1. *poſt med.
de Simon. Navarr. conſ.* 9. *numer.* 6. *de Sentent.
Excomm. Gonzal. ad Regul.* 8. *Gloſſ.* 36. *numer.* 26.
verſic. Propterea, & numer. 27. *Tondut. Quæſt.
Beneſic.* 68. *numer.* 16. *& ſeqq. Rocc. diſput.* 87.
numer. 1. *ſub numer.* 3. 8. *& ſeqq. Adden. ad de-
ciſ.* 556. *numer.* 28. *&* 29. *part.* 4. *tom.* 3. *rec. Rot.
deciſ.* 3. *n.* 64 *&* 65. *part.* 7. *deciſ.* 336. *n.* 6. *&
ſeqq. cor. Dunoz. Jun. deciſ.* 256. *n.* 29. *cor. Bichio,
deciſ.* 95. *numer.* 8. *&* 9. *cor. Priolo.*

Quinimmo, cum emolumentum dictæ Cœdu-
læ ſit loco Salarii, immo major pars Salarii Offi-
cialis, utique pro rata laboris, & temporis dividen- 31
dum erat inter Anteceſſorem, & Succeſſorem, cum
tam labor, quam pecunia diviſionem recipiat *leg.
Scio* 10. *ff. de Ann. Legat* & de Officiali eſt *Text.
in leg. His Scolaribus Cod. De erogat. Milit. An-
non. lib.* 12. *leg. Jubemus §. Final. in fin. cod. tit.
& in Can. Charitatem* 12. *quæſt.* 2. Non attenta
reſponſione, quod hujuſmodi Salarium ſe habeat
mere eventualiter, illi ſcilicet Officiali perſolven-
dum, qui reperitur in exercitio Officii tempore
contingentis diſtributionis; Hoc enim ſupponit
id, quod eſt in quæſtione, & cujus contrarium
emergit ex mox ponderatis rationibus aſſiſtenti-
bus Officiali Anteceſſori pro diſtributione Sala-
rii ad ratam ſervitii, eique etiam favet altera ju-
ris Regula, quod Officialibus, & Doctoribus, 32
quorum operæ proveniunt ex idoneitate ſcientiæ,
& exercitio intellectus, debetur Salarium inte-
gri anni, quamvis citra culpam ab iis percipi non
poſſit *leg. Poſt duos, Cod. de Advocat. div. Indic.
Zacch. de Salar. quæſt.* 21. *fere per tot.* Neque
hoc eſt gravare Principem duplici ſalario, quia 33

id procederet, ſi Succeſſor integro anno, ſeu majori illius parte inſervivisſet, ſecus in caſu, quo Anteceſſor per integrum ſere annum, Succeſſor vero per dies ſolum ſervitium præſtitit.

Nec Officiali Anteceſſori obſtare poterant quamplura exempla, quæ favore Succeſſoris ponderabantur. Et quidem non illud Sportularum, ſeu Mulctarum, quæ debentur Judicibus, ſeu Nota-
34 riis, qui erant tales tempore latæ Sententiæ, non autem illis, qui Proceſſum inſtruxerunt, juxta
35 *Deciſionem Guidopap.* 535. Quia contrarium eſt in jure verius, ut concludunt omnes DD. relati per *Boer. deciſ.* 5. *n.* 20. *& ſeqq. Vermigl. conſ.* 440. *n.* 2. ubi poſt alios ait, eſſe communem contra *Guidopap.* & ita pluries fuiſſe judicatum. Præſertim,
36 quia ratio contrariæ opinionis, quod Sententia det complementum proceſſui, & condemnationi, haud locum ſibi vindicat, quando Succeſſor per aliquot dies tantummodo Officium exercuit, tunc enim nullum complementum dare potuit actibus per totum ſere annum geſtis, & conſumatis per Anteceſſorem.

37 Minuſque urgebat alterum exemplum Laudemiorum, Quindenniorum, & ſimilium, quæ debentur Titularibus, qui ſunt tales tempore, & momento præſtiti conſenſus; Quia id procedit ubi
38 agitur de juribus debitis Capitulo, Collegio, ſeu Corpori univerſali, quo caſu, cum agatur de ſumma debita Capitulo, omnes, qui tempore ſolutionis ſunt de Capitulo, partem habere debent, juxta diſtinctionem *Calderini* quam ſequuntur *Navar. Tondut. & Rocca* ſupra laudati. Cumque in eo caſu, qui dat conſenſum, incipiat, & perficiat actum, hinc non eſt applicabilis huic caſui, in quo Officialis Succeſſor tempore diſtributionis Cœdulæ vix munus ſuum exercere incæpit, nec perfecit ſervitium annuale ab Anteceſſore præſtitum.

39 Aliis demum exemplis de Regaliis, quæ dantur Cameralibus in prima Camera Menſis Januarii, aut de centum Ducatis tradi ſolitis a Ponti-
40 fice Auditoribus Rotæ in ultima Audientia. Reſpondebatur, quod Regalia Cameralium anticipate
41 ſolvuntur, ut dictum eſt. Summa vero, quæ datur Rotæ Auditoribus eſt quædam Principis mu-
42 nificentia, nec datur pro Salario, aut reſpectu ſervitii annualis & conſtituit minimam partem obventionum Rotalium; At è contra Penſio conſtituit maximam partem emolumentorum Officialium Datariæ, datur pro Salario, & pro ſervitio anni antecedentis.

43 Addebatur his omnibus obſervantia, nam anno 1662. die 22. Decembris defuncto *Carolo Ballii* Præfecto Officio Vacationum per Obitum, illius hæredes conſequuti fuerunt Cœdulam Penſionis illius anni. Rurſus, defuncto *ſan. mem. Clemente X. ſub die 9. Decembris* 1669. Officiales Datariæ nedum habuerunt Penſionem dari ſolitam in obitu Pontificis, ſed etiam illam ejuſdem anni. Idemque ſervatum fuit in obitu *ſan. mem. Innocentii XI.* ſequuto *de Auguſto* 1689. nam Officiales etiam Cœdulam conſequuti ſunt, quam poſtmodum in Nativitate Domini non habuerunt; Non obſtante reſpectu obſervantiæ ſervatæ in caſu obitus dicti *Caroli Ballii*, quod illius Succeſſor declaratus non fuerat ante Feſta Natalitia, quia emolumentum non debetur Anteceſſori ex aliqua conſideratione Succeſſoris, ſed ſolius juſtitiæ, qua tenetur Princeps congrua ſtipendia ſuis Officialibus perſolvere. Prout etiam relevare non dicebatur, quod ea ſolutio facta fuerit de ordine Datarii, quia id paſſim fieri ſolet in partitis alioquin juſtis, ſed quia non ſunt obviæ, & quotidianæ, curant ſubalterni Officiales pro majori cauthela aliquam ſimilem expreſſionem fieri in eorum libris, ut appareat cum ordine Superioris id expletum fuiſſe.

Hujuſmodi rationes mihi magnam vim faciebant, & uſque a principio controverſiæ, exiſtimabam, debitam eſſe Officiali Anteceſſori Cœdulam Penſionis ob præſtitum ab eo per integrum ſere annum ſervitium. Sed deputata Congregatione particulari, in qua interfuerunt clar. mem. 44
Cardinalis *Panciaticus* Prodatarius, & ex Prælatis *Caſſarellus*, *Mareſuſcus*, *Origus*, *Jacometius*, nec non *Sylvius de Cavaleriis Præfectus Officio Vacationum per obitum* unanimi voto *ſub die* 18. *Novembris* 1696. reſolutum fuit, Cœdulam Penſionis Hiſpanicæ, & Strenam dari ſolitam Officialibus, deberi illis, qui reperiuntur in Officio de tempore earum Diſtributionis, non autem Anteceſſoribus. Perpenſum namque fuit non eſſe conſiderandam Cœdulam Penſionis, tanquam Sala- 45
rium, ſed tanquam munus factum a Principe ſuo Officiali, tum inſpecto tempore, quo diſtribuitur, nempe in Pervigilio Nativitatis D. N. J. C. & principaliter ratione temporis, non attenta Perſona, quæ, dummodo tempore præfixo reperiatur in tali Officio, admittitur ad emolumentum abſque ullo ad illam reſpectu, juxta *Conſil. Calderin.* 21. *de Præben.* alias 242. cum aliis adductis per *Rocc. Diſputat.* 87. *numer.* 8. *& ſeqq. Tom.* 2. Tum quia in diſtributione præfata nulla habetur ratio tem- 46
poris, quo Officialis in illo anno inſervit, ita ut plus detur illi, qui in principio anni fuit ad exercitium Officii admiſſus, quam alteri, qui poſt aliquot Menſes Officium obtinuit, ſed ſolum reſpectus habetur ad Officium, & ad inalterabile tempus Feſtorum Natalitiorum, ac propterea omnium eſt eadem proportionabilis ſumma abſque diminutione ob minoritatem temporis, contra naturam mercedis, & Salarii, quod eſt remunera- 47
tio debita pro operis retributione, ut poſt *D. Thomam*, *& Ariſtotelem* tradit *Zacch. de Salar. quæſt.* 1. *numer.* 12. & a die cæptæ adminiſtrationis in 48
futurum *Zacch. quæſt.* 15. *per tot.* Tum demum quia Princeps in diſtributione Cœdulæ non reſpicit Perſonam ſimpliciter, ſed Perſonam inſignitam caractere Officialis, ac proinde ille, qui talis eſt de tempore, quo fieri ſolet diſtributio, admitti debet ad emolumentum, nulla habita conſideratione de ejus Anteceſſore, cum ipſe in omnibus fuerit ſubrogatus in Officio, etiam ad effectum talia conſequendi munera certo tempore ex Principis liberalitate præſtanda *Rot. deciſ.* 322. *numer.* 6. *& 7. part.* 4. *tom.* 2. *recent. Rocca diſput* 87. *n.* 2. *&* 3. *tom.* 1.

Nec obſtare dicebatur diſtinctio inter jura debita Corpori univerſali, & debita ſingularibus Perſonis; Vel quia Dataria conſideratur, etiam uti corpus univerſale, ſicuti conſideratur Camera 49
domeſtica Principis, adeout Dataria poſſit conſiderari, uti Congregatio, vel adunantia plurium Officialium, ſicuti Camera domeſtica conſideratur adunantia diverſorum familiarium deſtinatorum ad inſerviendum Principi, in quibus terminis loquitur *Rot. deciſ.* 322. *part.* 4. *tom.* 2. *recent. & Rocc. dict. diſput.* 87. Vel quia, etiamſi Datariæ Officiales, conſiderentur uti ſinguli, adhuc duplicem dicuntur gerere Perſonam, unam nempe ſimplicis hominis, alteram Officialis; Unde cum hæc tempore largitionis ceſſaverit in Anteceſſore, & purificata ſit in Succeſſore in omnibus repræſentante Perſonam fictam Officialis, quæ 50
nun-

nunquam periit, ſed denuo per ſubrogationem in
alium migravit, Succeſſori debita dicitur hujuſ-
modi largitio *Rot. dict. deciſ. 332. num. 5. & ſeqq.*
Inſubſiſtens pariter dicebatur reflexio, quod
reſpectu Officialium Datariæ major pars, & con-
ſiderabilior Emolumentorum, quæ ipſi percipiunt,
in hac Cœdula Penſionis conſiſtat. Quia ſtat be-
51 ne ſimul, quod hæc præſtatio debeatur ſolum Of-
ficiali de tempore diſtributionis actu inſervienti,
tamquam munus ex liberalitate Principis prove-
niens, & in hoc munere majus emolumentum
Officii conſiſtat, quia ſicuti emitur certo pretio ja-
ctus Retis cum periculo, quod Piſces non capian-
tur, ita quis Operas ſuas locare poteſt cum ſpe
retrahendi Munus ſub periculo, quod per præde-
ceſſum ante Feſtos Natalitios dies exactionis non
adveniat. *Card. de Luc. de Jurepatr. diſc. 10. n. 17.*
Guid. Pap. deciſ. 535. per tot. ibique Adden.
52 Sed quando etiam Cœdula Penſionis conſide-
randa eſſet uti Salarium, adhuc locum ſibi vin-
dicabat Regula, quod anticipate eſſet ſolvendum,
uti debitum ratione ſcientiæ, & intellectus in be-
ne exercendo munere. *Cagnol. in leg. Diem fun-*
cto n. 130. ff. de Offic. Aſſeſſ. Zacch. de Salar. quaſt.
14. n. 11. & 12. Nihil refragante, quod in Cœ-
dula dicatur pro *Diſtributione anni* 1695. quaſi
53 exinde ſit poſticipata ſolutio Salarii. Quia diſtin-
guenda eſt cauſa Diſtributionis ab ipſa Diſtribu-
tione prout eſt actus phiſicus. Quandoquidem, in
Cædula non indicatur cauſa, pro qua ſit diſtribu-
tio, nempe ſervitium præſtitum de anno 1695.
ſed indicatur ſimplex actus diſtributionis, qui de
dicto anno ſequitur; & ſimul compariuntur hæc
duo, quod diſtributio fiat de anno 1695. & ex-
pleatur pro ſervitio præſtando in futurum. Et
in omnem caſum ſuperflua dicebatur hujuſmodi
quæſtio anticipatæ, vel poſticipatæ ſolutionis, quia
54 emolumentum præfatum non eſt quoddam ſala-
rium certum, & indubitatum, itaut paulatim pro
unaquaque die minimis ejus portionibus lucratis,
ac in totum demum cumulatis, certo tempore fiat
ſolutio; ſed eſt genus ſalarii, ratione quidem ſer-
vitii præſtiti, ſed per accidens per modum cauſa-
litatis ab extra retrahendi, quatenus ſcilicet eveniat
tempore, quo fit diſtributio, eum eſſe Officialem,
juxta *Theor. Oldrad. conſ. 240. numer. 1. verſic.*
Secundo eſt conſiderandum, Cyriac. controv. 347.
n. 35. & ſeq. Surd. conſ. 84. n. 4. & ut ait *Cicero*
in Verrem. lib. 5. orat. 8. ad finem — Iſta magis
ſunt ſpei, & jucunditatis ad incertum caſum, &
eventum, quam præciſi fructus, & emolumenti.
Exemplo ejus, qui pro ſalario pœnas exigit Ma-
55 leficiorum, hic enim licet ſit in Officio tempore
delicti, ſi in eo non continuaverit uſque ad con-
demnationem, Pœna non ei, ſed Succeſſori debe-
tur *Guidop. deciſ. 535. per tot. Rocc. dict. diſput.*
87. n. 6. & ſeq. tom. 2. Cardinal. de Luc. in adnot.
ad diſc. 124.
Major tamen, & præcipua vis per dictos Præ-
56 latos Deputatos conſtituta fuit in obſervantia, cum
plura exhibita fuerint exempla, quod mortuo de
Novembri, ſeu Decembri Officiali, Cœdula Pen-
ſionis data fuerit Succeſſori; Anno 1678. per di-
miſſionem *Gizzii* primi Reviſoris, collatum fuit
Officium *Antonio Moriconi* de Menſe Septembris,
& iſte Cœdulam habuit. Anno 1682. mortuo de
Menſe Decembris *N. Nolſi*, Cœdulam Penſionis
conſequutus fuit *Julius de Abbatibus* ejus Succeſ-
ſor. Hoc idem præterito anno 1694. obſervatum
fuerat in Familia Pontificia, nam diſtributionem
dari ſolitam in Feſtis Natalitiis, Succeſſores ob-
57 tinuerunt. Nec exemplum in contrarium addu-
ctum de Hæredibus *Caroli Bally* habitum fuit
in conſideratione, utpote emanatam ex particula-
ribus facti circumſtantiis, & quia adnotatum erat,
id eveniſſe ex ordine Datarii, tempore, quo non-
dum fuerat deputatus Succeſſor Officialis, qui ſe
opponere, ac propria jura deducere valuiſſet. Ea-
quepropter caſus præfatus remanebat æquivocus,
nec attendendus è conſpectu actuum individuo-
rum, & univocorum. Atque ita, ſtante Reſo-
lutione præfatæ Congregationis ſervatum poſtea
fuit cum duobus aliis Officialibus Succeſſoribus; 58
& in obitu ſan. mem. *Innocentii XII.* ſequuto *die*
27. Septemb. 1700. iterum in praxim deductum,
nam Officiales tunc exiſtentes Cœdulam non ha-
buerunt, fruſtra reclamantibus nonnullis, qui ob-
ſervantiam poſt obitum *Clementis IX. & Innocen-*
tii XI. adducebant.
Alia etiam in terminis Abbreviatoriæ de *Parco*
majori emerſit quæſtio, an ſcilicet antianitas ad
effectum participandi de certis emolumentis de- 59
beatur ei, qui primo admiſſus fuit, licet non
exercuerit, ſeu potius illi, qui licet poſtea admiſ-
ſus, attamen munus exercuit? Caſus erat, Abbas
Dom Franciſcus Barberinus poſtea digniſſimus S.
R. E. Cardinalis a Patruo Vice-Cancellario pro-
viſus fuit de Abbreviatoria, cum diſpenſatione ſu-
per ætate, & geſtatione habitus Prælatitii habita
tam a dicto Vice-Cancellario, quam a Summo
Pontifice, & per Procuratorem admiſſus fuit ad
poſſeſſionem, & perceptionem emolumentorum
ejuſdem Abbreviatoriæ. Cum autem ex dicto
Collegio ſeptem Abbreviatores antiquiores perci- 60
piant emolumenta majora reſultantia ab expedi-
tionibus materiarum Conſiſtorialium, de quibus
non participant Juniores, hinc ſequuta vacatio-
ne ſeptimi loci, in dubium venit, an laudatus
Abbas eſſet nec ne ad illum admittendus? Et
difficultas ex eo emergebat, quod, cum ipſe non
habuerit, niſi nudam Officii poſſeſſionem, non
autem realem adminiſtrationem, neque Officium
exercuerit incedendo in habitu Prælatitio, ſeden-
do in Parco, & intereſſendo in Cancellaria ad ſub-
ſcribendum Bullis, aliaque faciendum, quæ cæteri
Abbreviatores exercere ſolent, utique ſeptimum lo-
cum optare non poterat, neque de illius emolu-
mentis participare, cum optio non debeatur anti-
quioribus ratione ſolius, & meræ antianitatis, ſed 61
quatenus cum antianitate concurrat exercitium,
quaſi in præmium emeriti ſervitii, & majoris la-
boris.
Sed his non obſtantibus, contrarium reſolutum
fuit. Etenim exercitium, & adminiſtratio Officii 62
Abbreviatoriæ conſiſtit in revidendis Literis Apo-
ſtolicis Abbreviatori remiſſis, & diſtributis per Re-
gentem Cancellariæ, illiſque minutandis, corri-
gendis, & collationandis cum ſupplicationibus ori-
ginalibus a Papa ſignatis, quod miniſterium, licet
antiquitus exerceretur ab Abbreviatoribus perſona- 63
liter, ſucceſſu tamen temporis mos invaluit, ut
id adimpleatur per Subſtitutum in ſimilibus mate-
riis peritum, quem unuſquiſque Abbreviator ad
hunc effectum retinet, ut praxis oſtendit, & adver-
tunt *Corrad. in Prax. Diſpenſ. lib. 2. cap. 3. n. 21.*
Amayd. de Styl. Datar. lib. 1. cap. 7. n. 62. cap.
26. n. 5. & cap. 32. n. 58. Veſtrius in Prax. lib. 1.
cap. 4. n. 2. Mandoſ. ſuper Regul. 31. Cancellar.
quæſt. 3. Indeque etiam uſu receptum eſt, ut non
omnes Abbreviatores, ſicut olim, aſſiſtant in Par- 64
co, & materiis in diſtributione obventis, ſe ſub-
ſcribant, ſed nonnulli ſufficiunt, & præſentes ſup-
plent pro abſentibus in ſubſcriptione expeditionum
occurrentium.

65 Rurſus, emolumenta diſtribui ſolita inter ſeptem antiquiores Abbreviatores ſunt ejuſdem generis, & qualitatis, ac cœtera emolumenta, quæ junioribus diſtribuuntur, cum utraque ex eodem ſonte, & cauſa proveniant, juſque ea percipiendi non dependet a cauſa, ſeu titulo diverſo ratione diverſi exercitii, ſed illud de facto abſque ſuperioris miniſterio, vel declaratione, & ſine optione unicuique Abbreviatorum acquiritur, ſeu accreſcit, ſtatim ac quis prædeceſſum Anteceſſoris ex *Sexto*, fit *Septimus* in ordine. Cum itaque laudatus Abbas perceperit emolumenta prioris ſpeciei, muneri ſuo ſatisfaciendo per Subſtitutum, & ſupplendo ſubſcriptioni per alios Collegas, ut moris eſt, ita pariter, ſuperventa qualitate antianitatis, debita erant ei controverſa majora emolumenta, quæ ſunt ejuſdem generis, & ad quæ conſequenda, ſuffragatur diſpenſatio obtenta a geſtationa habitus Prælatitii, & a perſonali aſſiſtentia in Cancellaria.

66 Hinc, quidquid ſit, an in terminis optionis requiratur ſervitium, & exercitium actuale, vel ſufficiat ſola anterior poſſeſſio, cujus fructus eſt optio; hic non agebatur de Beneficio, ſed Officio, neque de optione, ſed de ſimplici ſubingreſſu, & ſucceſſione in jus percipiendi dicta majora emolumenta, quod jus non eſt de per ſe ſubſiſtens, ſed adnexum antianitati, & a ſola antianitate promanat abſque ullo miniſterio, vel Superioris confirmatiooe, abſque mutatione tituli, ſeu Officii, & ſine alio concurſu requiſitorum optionis, nulloque habito reſpectu ad majorem laborem, juxta animadverſa per *Coccin. Adnot.* 261. *num.* 260. *cum ſeqq. & num.* 380. *cum ſeqq.*

Attenta præcipue ſupradicta Apoſtolica Diſpen- 67
ſatione Abbati D. Franciſco elargita non incedendi in habitu, & non intereſſendi in Cancellaria; Non obſtante, quod diſpenſatio comprehendat tantum emolumenta ſolita, & conſueta, quorum 68
appellatione non veniunt ea, quæ ſunt debita ratione laboris, & perſonalis ſervitii, quæ percipi non valent a diſpenſato a reſidentia, etiam cum clauſulis ampliſſimis. Quia objectio objectio pro- 69
cederet, ſi peterentur ea emolumenta extraordinaria, quæ Officialibus diſtribuuntur ratione veræ, & realis intereſſentiæ, prout ſunt *Jocalia*, quæ diſtribuuntur inter vere præſentes in actu admiſſionis novorum Officialium, & alia ſimilia, quæ aſſimilantur diſtributionibus quotidianis; ſed agebatur de emolumentis ordinariis debitis ratione Officii, & in recompenſam majoris periculi, cui ſubſunt antiquiores, quæ emolumenta; etſi admixtam habeant cauſam exercitii in revidendis Bullis, adhuc debentur non ſolum reſidentibus, ſed etiam legitime diſpenſatis, qui intereſſe dicuntur, & percipiunt etiam diſtributiones improprias, quæ ex Maſſa communi proveniunt; Et ita reſolutum per LAURENTIUM CORSINUM tunc Cancellariæ Regentem, poſtea Cardinalatus honore decoratum, nunc Sanctiſſimum D. N. CLEMENTEM XII. feliciter Regnantem, quem Deus diu incolumem, ſoſpitemque ſervet. Cauſaque poſtea ad Rotam devoluta, uniforme prodiit judicium, ut in *Romana Emolumentorum Abbreviatoriatus* 26. *Novembris* 1691. & 10. *Martii* 1692. *cor. bon. mem. Urſino.*

R E G U L A LXVIII.

Reſervatio Beneficiorum vacantium Sede Apoſtolica vacante.

ITem Sanctiſſimus D. N. provide conſiderans, conſueviſſe quandoque Romanos Pontifices Prædeceſſores ſuos Beneficia, quæ vacante Sede Apoſtolica vacare contigerant, diſpoſitioni ſuæ reſervare, intendens de Beneficiis hujuſmodi tam Conclaviſtis, quam pauperibus Clericis, & aliis benemeritis Perſonis providere, omnia, & ſingula Beneficia per Regulas Cancellariæ Apoſtolicæ, aut quaslibet alias Apoſtolicas Conſtitutiones temporales Romani Pontificis pro tempore exiſtentis diſpoſitioni quomodolibet, & ex quavis cauſa reſervari ſolita, quæ a die obitus fel. rec. *Benedicti XIII.* Prædeceſſoris ſui, uſque ad diem *duodecimam Julii* currentis vacaverunt, & de quibus per quoſcumque Ordinarios Collatores, tunc diſpoſitum non fuerat, ſeu minus valide diſpoſitum fuerat, ſuæ proviſioni, ac diſpoſitioni reſervavit. Decernens irritum &c.

ARGUMENTUM.

REgula, olim per ſeparatas Conſtitutiones a *Leone XI. & Paulo V.* edita, & inter cœteras Cancellariæ Regulas primo inſerta ſub *Gregorio XIV.* reſervat futuri Pontificis diſpoſitioni *omnia, & quæcumque Beneficia*, & ſic etam Eccleſias Parochiales, ſub eorum nomine comprehenſas, quæ Sede Apoſtolica Paſtore viduata, vel antea in menſibus alias Apoſtolicis, vacarunt, & de quibus per Ordinarios Collatores durante ejuſdem

dem Sedis vacatione diſpoſitum non fuit. Nec aliter reſervatio hæc excluſa remanet, quam, ſi diſpoſitio de Beneficiis præfatis ab iiſdem Ordinariis Collatoribus exarata, ſit perfecta, & complera, ita ut conſumpta remaneat eorum vacatio; unde non ſufficit, quod Sede Apoſtolica vacante expleatur electio, nominario, ſeu præſentatio ad Beneficia alias vigore Menſium reſervata, niſi inſuper eodem tempore accedat Ordinariorum Inſtirurio. Prout etiam neceſſe eſt, quod eorumdem Beneficiorum collatio valida ſit, qua ratione, ſi Apoſtolica Sede vacante fiat ab Epiſcopo proviſio Beneficii, quod in Turno Capituli vacaverat, non exinde excluſa remanet teſervatio Regulæ, tametſi acceſſerit Sede plena ejuſdem Capituli conſenſus. Collationes vero Beneficiorum ab Ordinariis tempore habili factas fuiſſe, aliunde quam ex Literis proviſionum conſtare debet, niſi fuerint Literæ præfatæ in forma publici Inſtrumenti exaratæ ob ſuſpicionem Antidatæ in ſupplantationem Reſervationis Regulæ. An vero pro excluſione Reſervationis præfatæ ſufficiat, quod Ordinarii de Beneficiis, alias ratione Menſium reſervatis, diſponant in ipſo die Aſſumptionis novi Ponrificis, plene examinatur.

SUMMARIUM.

1 *Beneficia alias reſervari ſolita de quibus Sede Apoſtolica vacante per Ordinarios Collatores, aut non diſpoſitum, aut minus legitime diſpoſitum fuit, ſunt futuro Pontifici reſervata.*

2 *Reſervatio hæc innititur motivo, ut novus Pontifex Conclaviſtis, Pauperibus Clericis, benemeritiſque Perſonis providere poſſit de Beneficiis.*

3 *Et ob hanc rationem reſervantur etiam in Regula IX. Beneficia certis menſibus vacantia.*

4 *Regula quomodo priſcis temporibus edebatur, & quo tempore inter cæteras Cancellariæ Regulas inſerta fuit?* & num. 5. 6. & 7.

8 *Refertur ſingularis Gratia, qua Leo XI. Beneficia omnia totius fere Catholici Orbis, etiam Regularia, & Curata uſque ad diem aſſumptionis ſuæ jam vacantia, commendavit quatuor Cardinalibus ad ſex Menſes, & poſtmodum mediante Commenda ceſſione in ſuis manibus, diſtribuenda Conclaviſtis, aliiſque Perſonis ab ipſis Cardinalibus nominandis.*

9 *Regula ſolum afficit Beneficia vacantia in Menſibus alias per Regulam IX. reſervari ſolitis.*

10 *Secus Beneficia jam obnoxia reſervationi fixæ ſive reali, ſive perſonali. Et redditur ratio.*

11 *Reſervationi Regulæ an ſubjaceant Eccleſiæ Parochiales, de quibus Sede Apoſtolica vacante per Ordinarios Collatores diſpoſitum non fuit?* & num. 12. uſque ad num. 21.

12 *Decretalis* in Cap. ſi Apoſtolica *non aliter permittit Epiſcopis conferre Parochiales reſervatas, quæ ante, vel tempore Sedis Apoſtolicæ vacantis, vacaverant, quam, ſi collatio ſequatur eadem Sede vacante.*

14 *Eccleſiæ Parochiales non comprehenduntur ſub Diſpoſitionibus Beneficiorum reſervatoriis, niſi de illis expreſſa mentio fiat.*

Et ob hanc rationem Sac. Rota aliquando cenſuit, illas non eſſe obnoxias reſervationi Regulæ XI. num. 15.

16 *Minuſque Eccleſiæ præfatæ ſubjacent diſpoſitioni* Extravag. Ad Romani, de Præbendis *etiam loquentis de Beneficiis cum Cura, vel ſine Cura, quia intelligitur de Dignitatibus, aliiſque Beneficiis Animarum Curam adnexam habentibus.*

22 *Regula, dum reſervat Beneficia, de quibus Sede Apoſtolica vacante per Ordinarios Collatores non eſt diſpoſitum, intelligitur de diſpoſitione perfecta, per quam conſumpta remaneat Beneficii vacatio.*

23 *Proindeque ſola præſentatio, nominatio, vel electio ad Beneficium expleta Sede Apoſtolica vacante, Regula reſervationem non excludit.*

24 *Requiritur itidem pro excluſione Reſervationis Regulæ, quod valide de Beneficiis per Ordinarios Collatores diſpoſitum fuerit.*

25 *Hinc, diviſa ſimultanea Beneficiorum collatione inter Epiſcopum, & Capitulum, ſi Epiſcopus Sede Apoſtolica vacante Beneficium conferat in Turno Capituli; collatio erit nulla, & remanet Beneficium Reſervationi Regulæ obnoxium.*

26 *Amplia, etiam ſi poſt electum novum Pontificem Capitulum collationi facta ab Epiſcopo conſenſum præſtet; quia per Regulam jam eſt Beneficio reſervationis vinculum injectum.*

27 *Si appareat, collationem fuiſſe tempore habili ab Ordinario expletam, præſumptio ſtat pro illius validitate.*

28 *Debet tamen de Proviſione Beneficii tempore habili facta, alias, quam per Literas Ordinarii conſtare, ob ſuſpicionem Antidatæ.*

29 *Exempio Gratificationis expleta ab Ordinario favore alterius ex præſentatis a medietate Patronorum, quæ, ſi in forma publici Inſtrumenti exarata non ſit, non attenditur e conſpectu Gratificationis Apoſtolicæ ab altero præſentato per aliam medietatem obtentæ, quamvis in Data poſterioris.*

30 *Pro excludenda reſervatione Regulæ, Proviſio Beneficii expleri debet ab Ordinario Collatore ante diem Aſſumptionis novi Pontificis, nec ſufficit, quod eodem die fiat. Et redduntur rationes.* num. 31. & 32.

33 *Contrarium, quia Regulæ Cancellariæ ligare ſolum incipiunt, a die immediate ſequente Aſſumptionem novi Pontificis,*

Et quia dictio uſque ad diem &c. *quæ legitur in Regula ſtat incluſive ad diem, quo novus Pontifex electus fuit.* num. 34.

Ac ita reſolutum a Congregatione Datariæ. num. 37.

36 *Explicantur Conſtitutiones Leonis XI. & Alexandri VII.*

BEneficia alias reſervari ſolita, quæ vacant
1 Sede Apoſtolica vacante, ſunt reſervata diſ-
poſitinni futuri Pontificis, ſi de iis per Ordina-
rios Collatores diſpoſitum non fuerit, ſeu mi-
nus valide diſpoſitum: Hoc dicit Regula, quæ
2 rationem reddit, ut novus Pontifex poſſit Concla-
viſtis, pauperibus Clericis, & aliis benemeritis
Perſonis providere, quæ eſt generalis ratio, ob
quam Pontifices ſibi Beneficia reſervare conſue-
verunt, ut diximus *in Comment. ad Rubric. Re-
gulæ I.* §. 1. *num.* 10. *&* 11. eaque etiam expreſſa
3 fuit in *Regula IX.* pro Reſervatione Beneficiorum
in certis inibi deſignatis Menſibus vacantium.

4 Sub *Urbano VIII.* Regulam hanc inter alias
Cancellariæ Regulas fuiſſe primo regiſtratam, &
impreſſam, referunt *Barboſ. de Epiſcop. part.* 3.
Allegat. 57. *num.* 63. *& de Jur. Eccleſ. univerſ.
lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 24. ubi ejus opera, & dili-
gentia editam fuiſſe ait, *Murg. de Beneſ. quæſt.* 3.
num. 296. *Rot. in Palentina Canonicatus* 6. *Fe-
5 bruarii* 1696. *Attamen coram Olmo.* Sed minus
recte; nam *Gregorius XIV.* ſimilem condidit Re-
gulam, quæ legitur in ordine la VII. inter ejus
Regulas impreſſas anno 1590. Et antea nonnulli
6 etiam Pontifices Reſervationem hanc per ſepa-
ratam Conſtitutionem ediderunt, ut de *Paulo
V.* teſtantur *Garc. de Beneſ. part.* 5. *cap.* 1. *num.*
646. *Murg. & Barboſ.* ubi ſupra, *Maſſobr. in
Prax. haben. Converſ. requiſit.* 7. *Dub.* 41. *num.*
11. ubi per extenſum refert *Pauli* Conſtitutionem,
Gonzal. in Regul. 8. §. 5. *Prohem. num.* 75. *in fine*,
7 & de ſimili reſervatione facta a *Leone XI.* in
ſuo brevi Pontificatu viginti ſeptem dierum, me-
minit *Rot. coram Cavaler. deciſ.* 145. *&* 184. *Rot.
in dicta Palentina Canonicatus* §. *Attamen cor.
Olmo.*

Et profecto ſingularis fuit laudati Pontificis
8 *Leonis XI.* diſpoſitio; quandoquidem omnia Be-
neficia Regularia, & Secularia Curata, & ſine
cura in quibuſcumque Provinciis, & Regnis,
quæ ante obitum *Clementis VIII.* Deceſſoris ſui
vacaverant, & de quibus ipſe *Clemens* non diſ-
poſuerat, & poſt ejus obitum, uſque ad diem
aſſumptionis ſuæ ad Pontificatum jam vacantia,
dummodo ſingulorum fructus bis centum Duca-
torum valorem non excederent, *motu proprio*
commendavit tribus Cardinalibus, nempe Bene-
ficia Italiæ, & Inſularum adjacentium Cardinali
Gallo, Hiſpaniarum, & Portugalliæ Cardinali
Avilæ, Galliarum, Sabaudiæ, & Lotharingiæ
Cardinali *Razelio*, Germaniæ, Flandriæ, &
Burgundiæ Cardinali *Madrutio*, per eoſdem Car-
dinales ad ſex Menſes retinenda, & poſtmodum
mediante Commendæ ceſſione in manibus Papæ
facienda, inter Concláviſtas, aliaſque Perſonas
ab ipſis nominandas diſtribuenda, ea ratione ha-
bita, ut Beneficia ipſa conferrentur Conclavi-
ſtis, ſi habiles, & idonei reperirentur, ſin au-
tem non fuerint habiles, iiſdem Penſiones an-
nuæ ſuper eorumdem Beneficiorum fructibus aſſi-
gnarentur. Ut in Quinterno *unico Secret. Leonis
XI. pag.* 5.

Reſervantur igitur per Regulam futuri Pontifi-
9 cis diſpoſitioni *omnia, & ſingula Beneficia per
Regulas Cancellariæ Apoſtolicæ, aut quaſlibet alias
Apoſtolicas Conſtitutiones temporales Romani Pon-
tificis pro tempore exiſtentis reſervari ſolita &c.*
quæ tempore Anteceſſoris vacaverant, & de
quibus per Ordinarios Collatores Sede Apoſtoli-
ca vacante diſpoſitum non fuit; Sed, qui curam
habent Regularum condendarum poſſent melius
declarare hanc Regulam, & explicare in Benefi-
ciis, quæ ratione Menſium reſervari ſunt ſolita,
ut ſi nempe de illis ordinarii Collatores non diſ-
poſuerint tempore quo Sedes Apoſtolica eſt vi-
duata Paſtore, collatio ſpectet ad Pontificem;
Cum de cætero alia Beneficia, quæ obnoxia ſunt 10
reſervationi fixæ, ſive perſonali ratione *Subcol-
lectoratus*, *Prothonotariatus &c.* ſive reali, quia
nempe ſint Dignitates poſt Pontificalem majo-
res in Cathedralibus, aut principales in Colle-
giatis, ſive Monaſteria Conſiſtorialia &c. non
poſſunt ab Ordinariis conferri, etiam ſi Apoſto-
lica Sede vacante Poſſeſſores deceſſerint, cum a
principio infixa ſit illis reſervatio, quæ ſemper
durat, ut alibi diximus.

Eidemque reſervationi Regulæ ſubjacent etiam 11
Eccleſiæ Parochiales, quæ veniunt ſub nomine
omnium & ſingulorum Beneficiorum, de quibus
Regula loquitur, *Gonzal. in Regul.* 8. *Gloſſ.* 6.
num. 17. *& ſeqq.* cum aliis quos laudavimus in
Commentariis in Regul. IX. Et quamvis Ordina-
rii Collatores poſſint vigore *Cap. ſi Apoſtolica de
Præben. in* 6. diſponere de Eccleſiis Parochiali- 12
bus reſervatis, tamen id procedit, quatenus ea-
rum collatio, ſeu diſpoſitio explicatur Sede Apo-
ſtolica adhuc vacante, alias erit nulla, ſi fiat poſt
novi Pontificis electionem, quia, cum poſſint
tunc provideri ab ipſo Pontifice, ceſſat ratio fun-
damentalis, cui laudata Decretalis in *Cap. Si Apo-
ſtolica* innititur, ne ſcilicet diutina Parochialium
vacatio periculum valeat Animabus afferre, *Card.
de Luc. de Beneſic. diſc.* 25. *num.* 4. *&* 5. *Lotter.
de Re Beneſ. cap.* 27. *num.* 74. *Rot. in Melevita-
na Parochialis* 13. *Martii* 1684. §. *Quæ tamen
coram Rondinino.* Et confert Regula, ſeu Con- 13
ſtitutio *Pauli V.* de qua ſupra meminimus, in
qua reſervantur Beneficia omnia cum cura, &
ſine cura, Secularia, & Regularia.

Sed in contrarium perpendi poſſet, quod in
hac Regula nulla fit mentio de Eccleſiis Paro- 14
chialibus, pro quarum comprehenſione ſub diſpo-
ſitionibus Beneficiorum reſervatoriis, requiritur
ſpecifica mentio *Rot. in Majoricen. Parochialis*
10. *Januarii* 1681. §. *Cum enim & ſeqq. coram
Urſino*, ubi ex hac ratione dicitur, quod *Regu-
læ XI.* Cancellariæ Pontificis diſpoſitioni reſer- 15
vanti omnia, & ſingula Beneficia Eccleſiaſtica,
de quibus per Anteceſſores Pontifices dum vive-
rent, diſpoſitum non fuerat, non ſubjacent Ec-
cleſiæ Parochiales; cum aliis, de quibus in *Com- 16
mentar. ad dictam Regulam num.* 25. *& ſeqq.* Imo
nec comprehenduntur ſub *Extravag. ad Roma-
ni, de Præben.* quæ, licet mentionem faciat *de
Beneficiis cum cura, & ſine cura*, tamen loqui-
tur de Dignitatibus, aliiſque Beneficiis adnexam
habentibus curam Animarum, non vero de Ec-
cleſiis Parochialibus ſtricte ſumptis, ut proſequi-
tur eadem *Deciſio* §. *Et quamvis*, & diximus
in Commentariis in eamdem *Regul. XI. num.* 30.
& ſeqq.

Maxime, quia hæc Regula ſe refert ad Reſer- 17
vationes Prædeceſſorum, ut in ejus Prohemio.
At vero in Conſtitutione, quam *Paulus V.* edidit
ſuper Reſervatione Beneficiorum, de quibus ſer-
mo eſt, expreſſe excipiuntur Eccleſiæ Parochiales,
illiuſque Vicariæ: Et licet in principio ejuſdem
Conſtitutionis reſerventur Beneficia *cum cura*, 18
& ſine cura; Nihilominus ſub dictorum Be-
neficiorum nomine, comprehendi quidem poſ-
ſunt Dignitates, & Beneficia curam Animarum
adnexam habentia; ſed non Eccleſiæ Parochia-
les, nam alias ſuperflua fuiſſet illarum exceptua-
tio. Potiſſimum, quia hæ differunt a Beneficiis

Curaz

Curatis, ut diximus *in Comm. in Regul. XI. numer.* 32.

19 Accedunt geminæ circumſtantiæ. Prima, quod finis Regulæ fuit providendi Conclaviſtis, qui ut plurimum providentur de Beneficiis ſimplicibus, cum Romæ permanere ſoleant addicti famulatui DD. Cardinalium. Altera vero, quod Ordinarii intentionem fovent in jure fundatam, In laudata nempe *Decretali Si Apoſtolica*, pro collatione Eccleſiarum Parochialium, quæ Sede Apoſtolica viduata Paſtore, vel antea, in Menſibus alias Apoſtolicis vacaverint; Unde qui contendit, facultatem hanc reſtrictam eſſe, & limitatam ad præciſum tempus, quo ejuſdem Sedis vacatio du-
20 rat, clare id probare debet, cum Reſervationes ſtricti juris ſint, & pro illis excludendis, quælibet benigna favore Ordinariorum Collatorum ſumi debet interpretatio, ut pluries diximus. Sed
21 licet ex dictis rationibus Sententia hæc valde probabilis ſit, contraria tamen eſt ſequenda, quia in praxi recepta.

22 Excluſa vero remanet Regulæ reſervatio in duobus caſibus. Primo, ſi de Beneficio, quod, Apoſtolica Sede viduata Paſtore, in Menſe alias Apoſtolico vacavit, fuerit per Ordinarium Collatorem diſpoſitum ante novi Pontificis electionem, ut in eadem Regula præſcribit -- ibi -- *de quibus non eſt diſpoſitum* -- Quæ tamen verba intelligenda ſunt de perfecta diſpoſitione, per quam conſumpta remaneat Beneficii vacatio, proindeque non verificantur in ſola Præſentatione, ſeu Nomi-
23 natione, vel Electione, quæ ſunt diſpoſitiones imperfectæ ad conſequendum Beneficium, quod ſine Canonica Inſtitutione obtineri non poteſt, & in facti contingentia ſic conſuluiſſe ait *Barboſ. de Jur. Eccleſ. univerſ. lib.* 1. *cap.* 19. *numer.* 24. ſuper Canonicatu *Ulyxbonen.* cujus nominatio ſpectabat ad Archipresbyterum, collatio vero ad Archiepiſcopum una cum Capitulo; Cum enim nominatio facta eſſet Sede Apoſtolica vacante, collatio vero poſt electum Pontificem, & jam editam hanc Regulam, reſolvit ad favorem Proviſi Apoſtolici ex ſupradicta ratione, quod nominatio non erat plena diſpoſitio, & poterat revocari ante Inſtitutionem; & in fine refert, dictam *Conſultationem* fuiſſe tranſcriptam per *Lavor. Variar. Lucubrat. tit.* 3. *cap.* 13. *a numer.* 21. & articulo maturo diſcuſſo, firmavit *Rot. in Palentina Canonicatus 6. Februarii* 1696. *per tot. cor. dell'Olmo confirmata* 14. *Maii* 1698. *cor. Pio*, *& cor. Molines dec.* 890. *n.* 5.

Secundo pro excluſione Reſervationis a Regu-
24 la inductæ requiritur, quod collatio, ſeu diſpoſitio Beneficii ab Ordinario, Sede Apoſtolica adhuc vacante, facta, ſit valida, nam ſi minus legitime expleta fuerit, Beneficium adhuc erit futuri Pontificis diſpoſitioni reſervatum. Hinc, cum dicta Sede vacante in Eccleſia Cathedrali Palentina in qua adeſt ſimultanea Beneficiorum collatio per Turnum diviſa inter Epiſcopum, & Capitulum, vacaſſet alias Canonicatus in Turno Capituli, eoque diſſentiente, Epiſcopus ad illius collationem deveniſſet, Rota reſolvit pro exequutione
25 Literarum Apoſtolicarum illius, qui Canonicatum, uti vigore præſentis Regulæ reſervatum, impetraverat, attenta ejuſdem Canonicatus diſpoſitione minus valide expleta ab Epiſcopo, qui non erat in Turno; & quamvis poſtea pro validanda Epiſcopi collatione acceſſiſſet conſenſus
26 Capituli, tamen ille ſupervenerat poſt electum novum Pontificem, & editam hanc *Regulam LXVIII.* & ſic poſt injectum Canonicatui vinculum Reſervationis, in cujus excluſionem admitti non poterat dicti conſenſus retrotractio, ut in dicta *Palentina Canonicatus 6. Februarii* 1696. *coram Olmo*, *&* 14. *Martii* 1698. *cor. Pio*, & conferunt tradita per *Barboſ. & Lavorium* locis proxime laudatis.

Quod ſi de Beneficio per Ordinarium Colla- 27
torem diſpoſitum fuiſſe appareat Sede Apoſtolica vacante, & non conſtet, quod minus valide de illo diſpoſitum fuerit, Reſervationi Regulæ locus non erit *Rota in Beneventana Juris conferendi, & Canonicatus* 5. *Aprilis* 1680. *§. Final. cor.*
Taya. Neceſſe tamen eſt, quod de Proviſione 28
Beneficii tempore habili ab Ordinario Collatore valide facta, alias conſtet, quam per Literas Collationis, & per Datam in illis appoſitam, quæ ad effectum excludendi Reſervationem a Regula inductam ſuſpecta eſt de *Antidata*, niſi Literæ præfatæ ſint in forma publici Inſtrumenti exaratæ, *Card. de Luc. in Summ. de Benef. numer.* 29.

Exemplo Gratificationis, quæ ab Ordinario elar- 29
gitur alteri ex præſentatis a medietate Patronorum, quæque non attenditur e conſpectu Derogationis, & reſpective Gratificationis à præſentato per alteram Patronorum medietatem a Sede Apoſtolica, etſi in Data poſteriori, reportatæ, niſi Literæ Gratificationis Epiſcopi formam præſeferant publici Inſtrumenti excluſivam cujuſcumque ſuſpicionis Antidatæ, *ad Text. in Cap. Si a Sede, de Præbend. in* 6. *Lotter. de Re Benef. lib.* 3. *quæſt.* 10. *n.* 40. *Card. de Luc. de Benef. diſc.* 22. *n.* 7. *Rot. in Cremonen. Beneficii* 14. *Maii* 1706. *§. Ex quo facto cor. Kaunitz*; *& in Melphicten. Beneficii* 26. *Junii* 1711. *§. Et demum cor. Priolo confirmata* 21. *Junii* 1712. *&* 5. *Decembris ejuſdem anni utrobique §. Fin. cor. bon. mem. Lancett.* & alibi diximus.

Sed inſurgit difficultas, an excluſa remaneat 30
Reſervatio Regulæ, ſi de Beneficio alias ratione Menſis reſervato, Ordinarius Collator diſponat ipſo die Electionis Pontificis? Et *Card. de Luc. de Benef. diſc.* 25. *numer.* 5. *& in Sum. numer.* 28. exiſtimat, quod pro excluſione Reſervationis requiritur, quod collatio expleatur ante diem Ele-
ctionis. Quod etiam probatur ex traditis per *Rot.* 31
deciſ. 184. *cor. Cavaler.* ubi, quod, ſi prætextu hujuſmodi Reſervationis alicui provideatur de Beneficio, & deſuper expediatur Breve de capienda poſſeſſione nomine Cameræ, apponitur clauſula -- *præfixo termino ad docendum de proviſione ab Ordinario facta ante diem dictæ aſſumptionis, eoque elapſo, & non docto, poſſeſſionem caperet &c.* & ſequitur *Lotter. de Re Benef. lib.* 2. *quæſt.* 27. *nu-*
mer. 74. Et confert Conſtitutio, ſeu Regula ſan. 32
mem. Pauli V. exſcripta apud *Maſſobr. in Prax. hab. concurſ. loc. ſupra cit.* ubi novi Pontificis diſpoſitioni reſervantur Beneficia, *de quibus* (ſunt verba laudatæ Conſtitutionis) *Ordinarii Collatores tempore aſſumptionis noſtræ hujuſmodi, nullo modo, vel nulliter, & de facto diſpoſuerunt &c.* & rurſus in fine ibi -- *dummodo de illis per Collatores prædictos tempore dictæ aſſumptionis noſtræ legitime proviſum non fuerit, poſt id temporis, quovis prætextu diſponere potuiſſe, neque poſſe &c.* & iiſdem fere verbis concepta etiam legitur altera *Conſtitutio Leonis XI.* Ex quibus patet, neceſſarium eſſe, quod tempore aſſumptionis novi Pontificis jam fuerit de Beneficio vigore Menſis reſervato per Ordinarium Collatorem diſpoſitum.

At in contrarium urget, quod Regulæ Cancel- 33
lariæ ligare non incipiunt, niſi a die immediate

ſequenti

ſequenti Aſſumptionem novi Pontificis, ut legitur
in Probæm. Regular. & Nos diximus in illius
Commentar. n. 38. *&* 43. ita quidem, ut ſi me-
dio illo tempore a Pontificia electione ad Regula-
rum confectionem, quæ ad longum tempus pro-
trahi poſſet, Beneficium aliquod in Menſe alias
reſervato vacaret, nullum adeſſet obſtaculum, quin
de illo Ordinarius Collator diſponere poſſet, ut
diximus *in Comm. in Probem. Regul. numer.* 69.
Proindeque, cum in ipſa die Aſſumptionis novi
Pontificis Regula hæc nondum emanaverit, præ-
pedita non remanet Ordinariis Collatoribus facul-
tas diſponendi eadem die de Beneficiis alias vigo-
re Menſium reſervatis.

34 Præterea, Regula non reſervat Beneficia, de
quibus tempore electionis novi Pontificis facta non
fuerit ab Ordinariis proviſio, ſed Beneficia, quæ
vacaverunt *a die obitus* Prædeceſſoris, *uſque* ad
diem, quo novus Pontifex electus fuit, & de qui-
bus *tunc* diſpoſitum non fuerat; Dictio enim *uſque*
35 ſtat incluſive, & comprehendit etiam ipſummet
diem Aſſumptionis, *ad Text. in Leg. Patronus* 35.
ff. de Legat. 3. *Leg. Papianus §. Meminiſſe ff. de
Inoff. Teſtam.* cum concordantibus penes *Barboſ.
Dict.* 437. *n.* 1. Proindeque, ſi *tunc*, in ipſa nem-
pe die Aſſumptionis, de Beneficiis jam per Ordi-
narios diſpoſitum fuit, jam ceſſat Regulæ diſpo-
ſitio, quæ requirit, quod *tunc* de Beneficiis diſpo-
ſitum non fuerit.

Nec officiunt ſupralaudatæ Conſtitutiones *Leo-* 36
nis XI. & *Pauli V.* quia utraque concepta erat
verbis ſatis amplis, & longe diverſis ab illis, quæ
leguntur in Regula, & ulterius aderat in Conſti-
tutionibus præfatis derogatio Regulæ *de Jure quæ-
ſito non tollendo*, quæ deficit in noſtra Regula.
Atque ex his rationibus, cum Apoſtolica Sede vi-
duata Paſtore, in Eccleſia Cathedrali *Nepeſina* va-
caſſet in Menſe alias reſervato Canonicatus, de
quo Epiſcopus diſpoſuit ſub die 12. *Julii* 1691. quo
die ad Summi Pontificatus apicem aſſumptus fuit 37
ſan. mem. *Innocentius XII.* Congregatio Datariæ
cenſuit, relaxandam non eſſe ſupplicationem ſu-
per Impetratione ejuſdem Canonicatus facta, uti
de reſervato vigore Regulæ.

REGULA LXIX.

Revocatio Indultorum ſuperviventiæ.

ITem, quia ad importunam nonnullorum ſuggeſtionem quandoque contigit, Prædeceſſores ſuos Romanos Pontifices pro tempore exiſtentes, ſub contractorum debitorum, vel diverſis aliis prætextibus conceſſiſſe, & indulſiſſe Beneficiatis, ut fructus ſuorum Beneficiorum, aut partem eorum anticipatis ſolutionibus ad tempus elocare, vel erga Creditores, aut quaſcumque alias Perſonas obligare, vel hypotecare, inſolutum dare, aut alias quomodolibet de eis diſponere liceret, ad tempus minime reſtrictum ad vitam Supplicantium, cum gravi Succeſſorum præjudicio, & Eccleſiarum detrimento. Ideo indemnitati Eccleſiarum, & Succeſſorum in Beneficiis hujuſmodi ſalubriter conſulere volens, revocavit, caſſavit, & annullavit omnia, & ſingula Indulta, & facultates in ea parte, qua, nec dum vere, & realiter ſuum ſortita ſunt effectum per quoſcumque Romanos Pontifices Prædeceſſores ſuos hactenus ad favorem quarumcumque Perſonarum conceſſas, quibus eis, vel eorum ſingulis ullo modo, & ex quavis cauſa, vel prætextu permittitur fructus certos, vel incertos, jura, obventiones, & emolumenta quæcumque quorumlibet Beneficiorum per eos obtentorum anticipatis ſolutionibus, ultra unicum annum elocare, arrendare, ad firmam, vel reſponſionem concedere, vel eos ad favorem quarumcumque Perſonarum quomodolibet obligare, vel hypothecare, inſolutum dare, aut de eis quomodolibet, & ex quavis cauſa diſponere pro tempore ad vitam Beneficiatorum, & tempus, quo Beneficia hujuſmodi obtinuerint minime reſtricto, & coarctato, illorum tenores &c. Decernens irritum &c.

ARGU-

ARGUMENTUM.

Regula, cujus Auctor fuit S. M. Urbanus VIII. revocat in prima parte Indulta a Prædeceſſoribus Pontificibus elargita Beneficiatis locandi anticipatis ſolutionibus ultra unicum annum Beneficiorum ſuorum fructus; hæcque diſpoſitio, etſi reſtricta ad Indulta conceſſa Perſonis, nihilominus, tanquam favorabilis comprehendit etiam Indulta conceſſa Capitulis, Univerſitatibus, aliiſque Corporibus inanimatis; Sed, ut Regulæ diſpoſitioni locus ſit, inter cætera requiritur, quod tempore Pontificum, qui Indulta præfata conceſſerunt, ſuum non fuerint ipſa ſortita effectum. Decreto quoque Concilii Tridentini prohibetur Bonorum Eccleſiarum locatio anticipatis ſolutionibus, etiamſi agatur de Bonis illis, quæ ſingulis trienniis, ſexenniis, aut novenniis fructum ferunt, niſi concurrat neceſſitas Eccleſiarum, aut intercedat Beneplacitum Apoſtolicum. Examinatur celebris quæſtio, an fructus Sylvæ ad Beneficium ſpectantis, & ſingulis ſexenniis, aut novenniis cædi ſolitæ, integri ſpectent ad Titularem, qui in poſſeſſione Beneficii reperitur tempore illius inciſionis, ſeu potius ſint dividendi cum hæredibus Beneficiati Anteceſſoris pro rata temporis, quo ipſe Beneficium obtinuit? Et quid ſi Beneficium fuerit Curatum, aut reſidentiale, & Anteceſſor Beneficiatus pro majori parte ſexennii, aut novennii, Curam exercuit, aut Beneficio perſonaliter inſervivit? Regula in ſecunda parte revocat Indulta a Prædeceſſoribus Pontificibus conceſſa Beneficiatis diſponendi quoquomodo de fructibus Beneficiorum pro tempore minime reſtricto ad eorum vitam, aut tempore, quo Beneficia non amplius obtinuerint; hæcque Regulæ cenſura, a qua exempti non ſunt S. R. E. Cardinales, nulla, ac irrita quoque reddit Indulta teſtandi, nec non diſponendi de fructibus non recollectis, & inexactis Beneficiorum ab iiſdem Prædeceſſoribus Pontificibus conceſſa Beneficiatis. Non cenſentur tamen Indulta præfata per Regulam revocata, ſi tempore Pontificum, qui illa ſunt elargiti, ſuum in parte ſortita fuerint effectum, aut ſi poſt editionem Regulæ a vivente Pontifice conceſſa fuerint, & referuntur nonnulla hujuſmodi Indultorum exempla.

SUMMARIUM.

1 *Regulam primus edidit ſan. mem. Urbanus VIII.*

2 *Revocat in prima parte Indulta a Prædeceſſoribus Pontificibus conceſſa Beneficiatis locandi anticipatis ſolutionibus ultra unicum annum fructus ſuorum Beneficiorum.* & n. 14.

Et de ratione. n. 16.

4 *Locationes Bonorum Eccleſiarum cum anticipatis ſolutionibus prohibet Concilium Tridentinum quocumque Privilegio, aut Indulto non obſtante.* & n. 11.

5 *Eaſque nec in Romana Curia, nec extra confirmari mandat.*

6 *Succeſſor in Beneficio poteſt Penſiones a Conductore anticipate Prædeceſſori ſolutas, de novo exigere.*

Remanet tamen Conductori actio pro illis repetendis ab Hæredibus Locatoris.

7 *Anticipatis ſolutionibus nec locari poſſunt bona, quæ ſingulis trienniis, ſexenniis, aut decenniis, fructum ferunt.* & n. 31.

8 *Et facultatem deveniendi ad hujuſmodi Locationes denegare ſolent SS. Congregationes Epiſcoporum, & Concilii,* & dict. n. 31.

9 *Neceſſitate Eccleſiæ concurrente, poſſunt illius Bona ultra annum, anticipatis ſolutionibus locari, & de ratione.* & n. 10.

11 *Quemadmodum ſi concurrat Indultum Apoſtolicum.* & n. 13.

12 *Pontifices diſponere poſſunt contra Decreta Concilii Tridentini, nulla de illis facta mentione.*

15 *Regulæ diſpoſitio, qua revocantur Indulta Beneficiatis conceſſa locandi ultra annum anticipatis ſolutionibus Beneficii Bona, ut locum ſibi vindicet, tria, quæ numerantur, concurrere debent.*

17 *Et quamvis loquatur de Indultis conceſſis Perſonis, adhuc comprehendit ea, quæ conceſſa fuerunt Capitulo, aut alteri Corpori inanimato.*

18 *Appellatione Perſonarum, concurrente identitate rationis, venit etiam Univerſitas, Capitulum, aliudve corpus inanimatum.*

19 *Sylva, ut dicatur cædua, quæ requiſita concurrere debent?*

20 *Fructus Sylvæ ſtatis temporibus cædi ſolitæ, integre ſpectant ad Succeſſorem in Beneficio cujus tempore factus eſt locus inciſioni, nec ſunt pro rata temporis dividendi cum hæredibus prædefuncti Beneficiati. Et aſſignantur rationes.* num. 21. & pluribus ſeqq. *Amplia, etiamſi agatur de Sylva cædi ſolita ſingulis novenniis, aut decenniis, & Prædeceſſor Beneficiatus pro majori parte hujus temporis vixerit, quia novennium, vel decennium præfatum pro uno anno computatur.* n. 28.

Et quemadmodum Succeſſori in Beneficio fructus omnes, ita & integra Penſio debetur, ſi Sylva locata reperitur. n. 33.

Intellige, Concluſiones præfatas procedere ubi agitur de Beneficio ſimplici, ſecus vero ſi de Beneficio curato, aut reſidentiali, quo caſu fructus, aut Penſio Sylvæ cæduæ dividi debet pro rata temporis inter hæredes Beneficiati Anteceſſoris, & Succeſſorem in Beneficio & de ratione. n. 34. ſeqq.

Maxime, ſi Prædeceſſor Beneficiatus per majorem

Google

jorem partem temporis præſcripti ad inciſionem Sylvæ Curam exercuit, aut Beneficio perſonaliter inſerviit. n. 40.

Verum a priori Sententia non eſt in praxi recedendum. n. 42.

Et reſpondetur motivo æquitatis, cui innititur contraria Sententia. n. 46. & 47.

Solumque diviſio fructuum Sylvæ cadua inter hæredes Prædeceſſoris, & Succeſſorem admitti poſſet, ſi reditus omnes Beneficii Curati, aut reſidentialis in dictis fructibus conſiſterent, itaut nec congrua Alimentaria Beneficiato ſupereſſet. n. 48.

21 *Fructus ſive naturales, ſive induſtriales quolibet anno percipi ſoliti pendentes, & adhuc a ſolo non ſeparati; maxime ſi immaturi ſint, ſpectant ad Succeſſorem in Beneficio, nec ſunt pro rata temporis cum hæredibus prædefuncti Beneficiati dividendi.* & n. 32.

22 *Et ita decernitur in ſeptimo Concilio Provinciali Mediolanen.* & n. 45.

Amplia, etiam ſi maturi ſint, & Beneficiatus decedat tempore proximo recollectioni. num. 26. & 27.

23 *Fructus ſylvæ caduæ ſemper dicuntur immaturi, quouſque non advenit tempus, quo ſylva cædi ſoleat.*

Et ligna, quando ſunt caſa, dicuntur eſſe in fructu. ibid.

24 *Fructus naturales, qui certa parte anni percipi ſolent, integre ſpectant ad Poſſeſſorem Beneficii de tempore eorum recollectionis.*

29 *In colligendis Sylvæ caduæ fructibus, attenditur tempus a jure, vel conſuetudine præſcriptum, nec ante illud locus eſt inciſioni Arborum.*

30 *Qui non fecit quod potuit, ſibi imputare debet.*

35 *In Beneficiis curatis, & reſidentialibus fructus pendentes pro rata temporis dividuntur inter Succeſſorem, & hæredes defuncti Beneficiati.*

Sed hæc Sententia non eſt in praxi recepta, & fructus pendentes Beneficiorum præfatorum integre Succeſſori debentur. n. 41.

Et redditur ratio. n. 43.

36 *Diſtributiones quotidianæ a Beneficiato in ejus vita non exacta ad hæredes tranſmittuntur.*

Et redditur ratio. n. 48.

37 *Sylva cædua in dotem data, debentur fructus Marito tempore illius inciſionis.* & n. 38.

39 *Devoluto Feudo, in quo adſit Sylva cædua, fructus pendentes pro rata temporis inter Dominum directum, & hæredes Vaſſalli dividuntur.*

40 *Decedente intra quinquennium Uſufructuario Servi, qui illius operam ad dictum tempus locavit cum pacto, ut eo completo perſolvi deberet Penſio, hæc pro rata temporis, quo vixit Uſufructuarius, illius hæredi debetur. Et redditur ratio.* n. 46.

42 *Maritus Dominium habet rerum Dotalium.*

43 *Sed Beneficiatus ſive curam, & adminiſtrationem habeat, ſive non, in vita æquiparatur Uſufructuario, in morte uſuario.*

45 *Lex, ubi non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*

46 *Æquitas non ſcripta, rigori Juris ſcripti haud eſt præferenda.*

Et æquitas ſcripta, ut rigori ſcripto præferatur, debet eſſe ſcripta in eo caſu præciſo, & non deſumpto ex caſu diverſo. ibid.

49 *Foleæ arborum ſpectant ad ſucceſſorem in Beneficio, cujus tempore recolliguntur, nec dividenda ſunt cum Hæredibus Beneficiati anteceſſoris.*

50 *Regula revocat in ſecunda parte Indulta ſuperviventiæ, ac facultates a Prædeceſſoribus Pontificibus conceſſas obligandi, aut diſponendi poſt eorum obitum de fructibus Beneficiorum.*

51 *Et hæc ſecunda Regulæ pars confirmata fuit in Conſtitutionibus XXVIII. & LXXX. ſan. mem. Urbani VIII.*

52 *Revocari quoque vigore Regulæ facultates a Prædeceſſoribus Pontificibus conceſſas teſtandi, ac diſponendi de fructibus, non recollectis, & inexactis Beneficiorum, deciſum fuit in Camera.*

53 *Et Decretum Camerale confirmatum fuit a ſan. mem. Urbano VIII. in ſua Conſtitut. LXXX.*

54 *Ex eadem Urbani Conſtitutione, in quacumque facultate teſtandi de fructibus Beneficiorum a Pontificibus concedenda, ſemper præſervata intelliguntur jura Cameræ, & Succeſſorum in Beneficio, nec non diſpoſitio Regulæ LXIX.*

55 *Conſtitutioni præfatæ aliter derogatum non cenſetur, quam, ſi derogatio fuerit expreſſa, & ſpecifica.*

56 *De exorbitanti Indulto, quod ſan. mem. Alexander VII. conceſſit Cardinali Chiſio Nepoti ſuo diſponendi de fructibus pendentibus, quamvis immaturis ſuorum Beneficiorum, & de Aſſictibus, etiam ſi dies ſolutionis nondum venerit.* & n. 58.

57 *Et Indultum præfatum in cauſa fuit, quod ſan. mem. Innocentius XII. Conſtitutionem ederet moderatoriam Indultorum teſtandi, quibus olim fruebantur Cardinales Pontificum Nepotes.*

59 *Diſpoſitio Regulæ afficit etiam S. R. E. Cardinales.*

60 *Utque locum ſibi vindicet, requiritur, quod Indulta ſuperviventiæ nullum, nec in parte, vivente Indultario ſortita fuerint effectum.*

Et ſimile ſancitum fuit in Regulis XIII. & LXIII. circa revocationes Unionum, & ſuſpenſiones Indulgentiarum. n. 61. & 62.

63 *Quodque conceſſa fuerint a Prædeceſſoribus Pontificibus; nam ea, quæ a Pontifice vivente elargiuntur, ſuum obtinent vigorem.*

65 *Referuntur nonnulla Indulta ſuperviventiæ a Clemente VIII. Urbano VIII. & Clemente XI. conceſſa.* & n. 66. & 67.

REgula in ſuum agnoſcit Auctorem ſa. me. 1
Urbanum VIII. qui illam poſtmodum confirmavit, innovavit, & declaravit per ſuam *Conſtitutionem LXXX. Bullar. nov. Tom.* 4. Eaque
duas continet partes; in prima revocat Indulta
Beneficiatis conceſſa a Prædeceſſoribus Pontifici- 2
bus locandi anticipatis ſolutionibus, ultra unicum
annum fructus ſuorum Beneficiorum. In ſecunda revocat Indulta ab iiſdem Pontificibus elargi- 3
ta obligandi, aut diſponendi de fructibus præfatis pro tempore, ad vitam Beneficiatorum, & tempus, quo Beneficia obtinuerint, minime reſtricto.

Quod attinet ad primam partem Regulæ, Lo- 4
cationes Bonorum Eccleſiarum anticipatis ſolutionibus, quocumque Privilegio, aut Indulto non obſtante, prohibitæ ſunt ex Decreto Concilii Tridentini *Seſſ. 25. cap. 11. de Reformat.* ubi etiam diſpo-

diſponitur, quod hujuſmodi Locationes in Ro-
5 mana Curia, vel extra non confirmentur; & in-
hærendo Conciliari ſanctioni, tradunt *Barboſ.
ibid. num. 2. & ſeqq.* aliet, *Barboſ. in leg. Filia
famil. 26. §. Final. num. 27. ff. ſolut. Matrim. Ca-
roce. de Locat. part. 3. Concluſ. 20. num. 72. &
ſeqq. Pacion. eodem Tract. cap. 14. §. 12. num. 1.
& ſeqq. Caldas de Empt. cap. 26. num. 8. Valaſc.
de Emphyteuſ. cap. 10. num. 5. Antonell. de Tem-
por. Legal. lib. 4. cap. 5. n. 28. & de Regim. Ec-
cleſ. lib. 5. cap. 14. num. 2. Corrad. in Prax. Diſ-
penſat. lib. 9. cap. 8. num. 24. & ſeqq.* Et ob hu-
juſmodi Contractus nullitatem, poteſt Succeſſor
6 in Beneficio de novo exigere a Conductore fruc-
tuum illius bonorum Penſiones prædeceſſori anti-
cipate ſolutas, remanente tamen actione Conduc-
tori repetendi eamdem ſummam ab hærede Lo-
catoris, quem efficit Locatio ſic nulliter expleta
*Barboſ. ad Concil. dict. cap. 11. Pacion. dict. cap.
14. §. 12. num. 8. Antonell. de Regim. Eccleſiæ
dict. cap. 14. num. 2. lib. 5. & de Tempor. legal.
dict. lib. 4. cap. 5. num. 28. Boſſ. Oper. Moral. tom.
6. tit. 18. de Alienat. rer. Eccleſ. n. 355. Paſſerin.
de Stat. Homin. tom. 1. quæſt. 185. art. 7. n. 235.
Borgnin. Cavalcan. deciſ. 44. n. 9.*

Locumque ſibi vindicat Conciliaris prohibitio,
etiam in iis Bonis, quæ ſingulis trienniis, ſexen-
7 niis, aut novenniis fructum ferunt, nam locari
nequeunt anticipatis ſolutionibus, & rata cujus-
libet anni anticipate ſolvenda; Unde ſi Sylva cæ-
datur quolibet decennio, non poteſt locari ad ra-
tionem ſcutorum tot pro quolibet anno *Ugolin de
Poteſt. Epiſcop. cap. 14. §. 7. verſ. Quare Sylva cæ-
dua, Ricc. in Prax. part. 1. cap. 111. n. 5. Boſſ.
dict. tit. 18. num. 235.* Hinc Sac. Congregatio
8 Epiſcoporum, & Regularium de *Menſe Februarii*
1684. impertiri noluit Epiſcopo Averſano licen-
tiam locandi ad decennium Sylvam, quæ deci-
mo quoque anno cædebatur, ad rationem ſcuto-
rum nonaginta pro quolibet anno, quia locatio
præfata tendebat in præjudicium Succeſſorum, ob
anticipatam ſolutionem ratæ efflictuum. Et cl.
mem. *Cardinali Caracciolo* ſimiliter Epiſcopo *Aver-
ſano* petenti a Sac. Congregatione Concilii facul-
tatem ſibi elargiri concedendi in Emphyteuſim
perpetuam Sylvam cæduam pro rata ducatorum
triginta ſingulis annis, *die 12. Decembris 1716.*
fuit honorifice reſcriptum -- *Ad mentem* -- ideſt --
Negative.

Ceſſat tamen prohibitio præfata in caſu neceſſi-
9 tatis Eccleſiæ; Si enim hæc ruinam minetur,
niſi comparata pecunia, præſto per reparationem
ei occurratur, tunc valida erit illius bonorum
Locatio per anticipatas ſolutiones, quia nullum
verſatur Succeſſoris præjudicium, cum, & ipſe
10 teneatur ad debita ob dictam cauſam contracta,
*Barboſ. ad Concil. dict. ſeſſ. 25. cap. 11. n. 3. Anto-
nell. de Regim. Eccleſ. dict. lib. 5. cap. 14. n. 2. in
fin. Boſſ. dict. tit. 18. n. 355. Paſſerin. de Stat. ho-
min. dict. quæſt. 185. art. 7. n. 235. Pacion. de Lo-
cat. dict. cap. 14. §. 12. n. 9.*

Quemadmodum non prohibentur Eccleſiarum,
11 ac Beneficiorum Bona locari anticipatis ſolutioni-
bus, ſi deſuper Apoſtolicum concurrat Benepla-
citum. Hinc ſan. mem. *Pius IV.* indulſit Cardi-
nali *Alphonſo Carrafæ* Archiepiſcopo Neapolita-
no, ut Eccleſiæ præfatæ, ac Abbatiarum om-
nium fructus ad novennium locare poſſet, & pre-
tium unico contextu, & anticipata etiam ſolu-
tione in principio novennii recipere, hoc addi-
to, ut, ſi infra dictum novennium ipſum Alphon-
ſum decedere contingeret, locatio illa auctori-
tate Apoſtolica facta, firma, ac valida remane-
ret, ut ex Literis in forma Brevis *ſub Datum 1.
Julii* 1561. quarum Literarum auctoritate lauda-
tus Cardinalis Eccleſiæ Neapolitanæ, Monaſterio-
rum, ac Præpoſiturarum omnium, quæ obtine-
bat, fructus locavit ad novennium pro ducatis
duobus mille ſupra viginti: Ut ex *Ciaccon. tom.
3. in Paul. IV. Card. 16. Col. 861 & ſeqq.* Et
quamvis Concilium Tridentinum *d. ſeſſ. 25. cap.
11.* prohibeat hujuſmodi locationes quocumque
Privilegio, & Indulto non obſtante; Nihilomi-
nus Summus Pontifex, penes quem reſpectu Ec- 12
cleſiarum, ac Beneficiorum bona ſumma adeſt
poteſtas, haud prohibetur ad ſui libitum diſpo-
nere contra Decreta Concilii, etiam nulla de
illis facta mentione; & proinde poteſt ſimilia
Indulta expreſſe concedere, *Pacion. de Locat.* 13
*& Conduct. dict. cap. 14. §. 12. num. 2. & ſeqq.
Corrad. in Prax. Beneſ. lib. 9. cap. 8. num. 24.
& 25.*

At vero, cum hujuſmodi Conceſſiones tendant
in præjudicium Succeſſorum in Beneficio, ideo 14
provide in hac Regula ſtatutum fuit, quod nulla
ſint, & caſſa Indulta quibuſvis Perſonis a Pon-
tifice Anteceſſore conceſſa locandi ultra unicum
annum fructus Beneficii anticipatis ſolutionibus.
Quæ Regulæ diſpoſitio ut locum ſibi vindicet,
tria ſunt neceſſaria; Primum, ut Indultum ſit 15
conceſſum ab Anteceſſoribus Pontificibus. Secun-
dum; quod contineat facultatem locandi ultra
unicum annum. Et tertium, quod tempore Pon-
tificis, qui illud elargitus fuit, ſortitum non ſit
effectum; Solum enim ſimilia Indulta in ea par-
te, qua vere & realiter, ſuum ſortita non fue-
runt effectum, in Regula, & in Conſtitutione
80. ſan. mem. *Urbani VIII* revocantur. 16

Cumque prima hæc Regulæ pars ſit ſavorabi-
lis, & æqua, dum conſulit indemnitati Succeſſo-
ris in Beneficio, ne ex Anteceſſoris facto ſupplan-
tatus per multos annos remaneat in illius fruc-
tuum perceptione; hinc, licet loquatur de Perſo- 17
nis, nihilominus exiſtimarem, quod illius diſpo-
ſitio apta ſit in ſpiritu comprehendere etiam fa-
cultatem conceſſam Capitulis, & ſi Corpori ina-
nimato, locandi ultra unicum annum anticipatis
ſolutionibus bona Eccleſiæ, ob præjudicium, quod
Succeſſoribus Canonicis, & Capitularibus obveni-
re poteſt; Et quia etiam appellatione Perſonarum, 18
concurrente identitate rationis, venit Capitulum,
Univerſitas, aliudve corpus inanimatum, ut ple-
ne diximus *in Comment. in Regul XV.*

At quoniam ſupra diximus, Sylvam, quæ ſin-
gulis trienniis, novenniis, aut ulteriori tempore
cædi ſolet, locari non poſſe in præjudicium Suc-
ceſſorum cum pacto, quod Penſio conventa quo-
libet anno pro rata ſolvi debeat, extranea non
videtur quæſtio, quæ mihi in ſenſu veritatis exa-
minanda propoſita fuit *in una Mediolanen.* an
mortuo Beneficiato, fructus Sylvæ ad Beneficium
ſpectantis, aut Penſio conventa, ſi locati fuerint,
debeantur integre Succeſſori in Beneficio cujus tem-
pore factus eſt inciſioni locus, ſeu potius divi-
dendi ſint cum Hæredibus prædefuncti Beneficiati
pro rata temporis, quo ipſe Beneficium poſſedit;
Super quo articulo cenſui reſpondendum prout in
ſequenti Diſcurſu.

„ Præſuppoſito in facto, quod agatur de Syl-
„ va cædua, qualis eſt illa, quæ certis tempo- 19
„ ribus cæditur, & cujus utilitas in hoc conſiſtit,
„ quod cædatur, & quod arbores exciſæ ex ſtir-
„ pibus, aut radicibus renaſcantur, quæ ſunt
„ duo requiſita copulative neceſſaria ad conſti-

„ tuendam Sylvam cæduam, ut per *Text. in l.*
„ *Sylva 20. ibique Gloſſ. ff. de Verbor. ſignific.*
„ probant, *Barboſ. in l. Divortio §. Si Fundum*
„ *num. 1. & 2. ff. ſolut. Matr. Lagunez de Fruct.*
„ *quaſt. 1. cap. 6. num. 15. & ſeqq. Guttierez de*
„ *Tutel. par. 3. cap. 27. numer. 1. & 5. Boſſius*
„ *Oper. moral. tom. 6. tit. 18. num. 424. R. P. D.*
„ *Zaudi ad Statut. Favent. tom. 1. rubr. 2. lib. 2.*
„ *num. 6. & 5. Rota in Hortana Sylvarum 10.*
„ *Martii 1698. §. In nihilo, & 9. Junii 1698. §.*
„ *Deveniendo coram Muto, & in Melevitana*
„ *Damnorum, & intercæſæ 9. Dec. 1701. §. Et ſa-*
„ *ne coram Pio.*

„ Hoc, inquam, ſuppoſito, crederem fructus
20 „ Sylvæ, de qua agitur, quæ de novennio in
„ novennium cædi ſolet, integre ſpectare ad Pa-
„ rochum ſucceſſorem, quo poſſidente Benefi-
„ cium, factus eſt locus inciſioni, illoſque non
„ eſſe pro rata temporis dividendos, cum hære-
„ dibus prædefuncti Curati: Quippe quia certi
„ juris eſt, fructus pendentes, & adhuc a ſolo
21 „ non ſeparatos, & fortius immaturos, ſpectare
„ ad Succeſſorem in Beneficio, & non eſſe pro
„ rata temporis dividendos: *Gloſſ. in Cap. Præ-*
„ *ſentis, cum ibi notatis de Offic. Ordinarii, Cal-*
„ *derin. conſil. 2. in princ. de Pecul. clericor. Ca-*
„ *pon. diſcept. 147. num. 13. Antonell. de Regim.*
„ *Eccl. lib. 3. cap. 9. n. 23. Lotter. lib. 1. de Re*
„ *Benef. quæſt. 44. num. 27. Epiſcopus de Roſa De*
„ *recta diſtrib. reddit. Eccleſiaſt. cap. 7. n. 56. &*
„ *95. Bellett. Diſquiſit. cler. part. 1. de Bonis cler.*
„ *§. 15. num. 4. Panimoll. deciſ. 20. annot. 1. n. 11.*
„ *Vivian. in Prax. Juriſp. part. 3. lib. 14. cap. 8.*
22 „ *num. 7.* & alii paſſim: Et pro Provincia Me-
„ diolanenſi id clariſſime diſpoſitum fuit *in Con-*
„ *cil. Provinciali* 7. his verbis -- *pendentes autem,*
„ *Succeſſoribus in Beneficio, excepta parte colo-*
„ *nica, adjudicamus:* relatis a *Bonacin. de Obli-*
„ *gat. Beneficiarior. diſp. 4. punct. 3. ſub num. 8.*
„ *§. Tertio patet: & idem Bonacin. ibid. num.*
„ *7. & Rota in Mediolanen. fructuum coram Ora-*
„ *no apud Marcheſ. de Commiſſ. tom. 1. pag. 458.*
„ *col. 2.*

„ In Sylva autem cædua, quæ de novem in
23 „ novem annos cædi conſuevit, fructus ſemper
„ dicuntur immaturi, quouſque non advenit tem-
„ pus, quo cædi ſolet; eoque demum advenien-
„ te matura, & cædua dicitur *Ruinus conſ. 88.*
„ *n. 2. verſ. & ſimiliter lib. 1. Mantic. de Tacit.*
„ *lib. 22. tit. 29. n. 31. Boſſius Oper. moral. d. tom.*
„ *6. tit. 18. n. 424. verſ. debere autem & ſub n.*
„ *433. & 435. De Luca de Dot. diſc. 160. ſub n.*
„ *42. verſ. ſatis vero, Fulgineus de Jur. Emph.*
„ *tit. de Variis caducitat. quæſt. 2. ſub n. 55.* ac
„ ligna, quando ſunt cæſa dicuntur eſſe in fructu
„ *Spada conſ. 25. n. 1. lib. 2.*

„ Id, quod generale eſt in omnibus fructibus
24 „ naturalibus certa parte anni percipi ſolitis, in
„ quibus tempus perceptionis attenditur, utpote
„ quia tunc utilitas percipitur: *Moneta de Diſtri-*
„ *but. quæſt. 3. quæſt. 4. ſub n. 24. verſ. Secus vero,*
„ *Vivianus de Jurepatron. part. 3. lib. 14. cap. 8.*
„ *num. 8. in fine, Panimoll. d. deciſ. 20. ann.*
„ *prim. num. 25. & 41. Duran. dec. 488. ſub n.*
„ *57. verſ. Ratio autem.*

„ Quinimo, etiamſi quolibet anno proportiona-
„ biliter fructus ſylvæ cæduæ efficerentur maturi,
„ adhuc id prodeſſe non poſſet hæredibus præde-
„ functi Beneficiati, nam, ut ii conſequantur
„ fructus prædiorum ruſticorum, ſatis non eſt,
25 „ quod fructus ſint maturi, & proximi recollec-
„ tioni, ſed neceſſe eſt, quod ſint a ſolo ſepa-
„ rati, vivente ipſo Beneficiato; nam ad hos ſo-
„ lum fructus jus habent hæredes; ut ſtatutum
„ eſt in præfato Concilio Provinciali 7. -- ibi --
„ *fructus omnes a ſolo ſeparatos, etiamſi nondum*
„ *exacti fuerint, reconditi, modo illos Beneficiati*
„ *hæredes, priuſquam maturi eſſent, in Succeſſoris*
„ *præjudicium a ſolo minime ſeparaverint, hæredi-*
„ *bus ipſis adjudicamus;* apud *Bonaccin. de Obli-*
„ *gat. Beneficiar. diſp. 14. d. punct. 3. n. 8. §. Ter-*
„ *tio.* Itaut ex vi Conſtitutionis prædictæ duo
„ requirantur, ad hoc ut hæredes fructus lucren- 26
„ tur, primum, quod fructus ſint a ſolo ſepara-
„ ti, ſecundum, quod fuerint ſeparati a ſolo,
„ tempore, quo jam erant maturi, ne exinde fiat
„ Succeſſoribus præjudicium; Quamobrem, ſi
„ fructus etiam maturi, & proximi recollectio-
„ ni, a ſolo ſeparati non fuerint, non poſſent ad
„ hæredes pertinere *Lotter. d. lib. 1. quæſt. 41.*
„ *num. 9. Capon. Tom. 3. Diſcept. 147. num. 13.*
„ *Antonell. de Regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 9. n. 23.*
„ *verſ. Et ſi omnes maturi eſſent, Roſ. de Rect. di-*
„ *ſtrib. reddit. cap. 7. ſub n. 56. Panemoll. d. de-*
„ *ciſ. 20. annot. 11. Bonaccin. dict. diſp. 4. punct.*
„ *3. num. 6. verſ. Ego vero cenſeo, cum Rota ibid.*
„ *allegata, & deciſ. 278. num. 2. in fine part. 2.*
„ *Recent.*

„ Unde, ſicuti ſi ageretur de fructibus natu-
„ ralibus, ſeu induſtrialibus quolibet anno per- 27
„ cipi ſolitis, non ſpectarent dicti fructus ad
„ hæredes, etiamſi Beneficiatus decederet tem-
„ pore, quo jam inſtabat, & proxima erat re-
„ collectio fructuum, & majori parte anni Be-
„ neficium poſſediſſet, ex mox adductis aucto-
„ ritatibus; ita nec acquirere poſſunt fructus Syl-
„ væ, quæ quolibet novennio cædi conſuevit,
„ etiam quod Beneficiatus ſpatio ſex, vel ſep- 28
„ tem annorum vixerit, quia iſtud novennium
„ pro uno anno reputatur, & quod alias ſtatu-
„ tum eſt in uno anno, locum habet in iſto no-
„ vennio; *Roland. conſ. 87. num. 29. & ſeqq. lib.*
„ *1. Tiraquell. de Retract. lignag. §. 5. gl. 4. n.*
„ *31. Barboſ. de Epiſc. Alleg. 95. n. 4. & in Ex-*
„ *trav. Ambitioſæ; num. 1. de Rebus Eccleſ. non*
„ *alien. Cavalcanũ de Uſufruct. num. 170. in fine*
„ *& num. 145. de Luca de Alien. & Contract.*
„ *prohib. diſc. 1. num. 37. Rota deciſ. 219. n. 7.*
„ *part. 10. rec. & in Romana Caſtri Porciliani*
„ *ſuper reſervatis 13. Maii 1701. §. Eadem, co-*
„ *ram R. P. D. Lancetta:* ubi hæc verba haben-
„ tur -- *Cum in Sylvis cæduis, (inter quas eſt*
„ *controverſia) locari ſoleat ad Novennium, ea-*
„ *rum fructus non ſingulis annis; ſed uno quoque*
„ *novennio percipitur, integrum Novennium pro*
„ *uno anno reputatur.*

„ Non obſtat, quod Arbores cæſæ non fue-
„ rint ex laudabili facto prædeceſſoris Curati,
„ ad hoc, ut Nemus in meliori ſtatu ad ipſius,
„ ſucceſſorumque beneficium conſervaretur, qua-
„ ſi, quod in ejus odium retorqueri non debeat,
„ quod fecit ob majorem Beneficii, & ſucceſſo-
„ rum utilitatem: Etenim ille fecit, quod de-
„ buit, & ad quod de Jure tenebatur, cum in
„ colligendis ſylvæ cæduæ fructibus conſiderari
„ debeat tempus a Jure, vel conſuetudine præ- 29
„ ſcriptum, nec poſſit uſufructuarius, uſuarius,
„ conductor, vel Beneficiatus intempeſtive cæ-
„ dere pro libito, & quandocumque has arbo-
„ res, ſed ſervandus eſt ſtylus Patrisfamilias,
„ ſeu ab arte, & conſuetudine introductus,
„ *Boſſius dict. tom. 6. tit. 18. n. 424. & 435. Spad.*
„ *conſil. 35. num. 4. lib. 3. Guttierez. de Tutel.*
„ *part. 3. cap. 27. num. 9. & 10. Lagunez de*
„ *Fruct.*

Digitized by Google

„ *Fruct. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 28. *& ſeqq. Rot. in*
„ *Melevitana Damnorum, & Intereſſe* 9. *Decem-*
„ *bris* 1701. §. *Et inſuper coram bon. mem. Pio.*
„ Ideoque, ſi tempus inciſionis non advenit tem-
„ pore, quo dictus Parochus vivebat, non ha-
„ bet de quo conqueri poſſint hæredes, cum id
„ reputetur caſus, & fortunæ beneficium, nec
„ potuiſſet ipſe, dum in humanis degebat, facere
„ novas inciſiones extra tempus, ut proſequitur
„ *Spada d. conſ.* 35. *n.* 4. *lib.* 2.

„ Nec etiam relevat, quod ſi anteceſſor Paro-
„ chus locaſſet Sylvam, penſionem ſingulis annis
„ percipere ab Affictuario potuiſſet; ſive quia ſi-
30 „ bi imputare debet, ſi non fecit, quod potuit,
„ ad tradita per *Card. de Luc. diſc.* 85. *num.* 5. *de*
„ *Beneſic.* ſive quia juxta terminos juris id facere
„ minime potuiſſet. Nam quamvis Beneficiatus
„ facultatem habeat locandi ſylvam ſingulis no-
„ venniis cædi ſolitam, non tamen poteſt ſingu-
„ lis annis ratam partem affictus recipere, quia
31 „ id eſſet locare ſylvam anticipatis ſolutionibus
„ contra formam Concilii Tridentini *Seſſ.* 25.
„ *cap.* 11. *de Reformat.* & quia id redundarat
„ in præjudicium ſucceſſoris; ut in individuo
„ firmant *Ugolin. de Poteſt. Epiſc. cap.* 14. §. 7.
„ *verſ. Quare Sylva cadua, Riccius in Prax. part.*
„ 1. *cap.* 3. *num.* 5. *Baſſius Oper. Moral. tom.* 6.
„ *d. in.* 18. *num.* 225. & ſervatum memini a
„ Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regula-
„ rium: Cum enim *Paulus Caraffa* Epiſcopus
„ Averſanus petiiſſet de menſe Februarii 1684.
„ facultatem locandi Sylvam, quæ decimo quo-
„ que anno cædebatur, ac interim recipiendi
„ ſcuta 90. quolibet anno; fuit ei hæc facultas
„ denegata, cum illa anticipatio in Succeſſorum
„ vergeret præjudicium.

32 „ Cumque penſio, quæ pro fructibus bono-
„ rum locatorum debetur, ſuccedat loco ipſorum
„ fructuum, ac ipſorum naturam & vicem aſſu-
„ mat; percipi non poteſt a Prædeceſſore Bene-
„ ficiato, niſi quando fructibus recollectis, & ſe-
„ paratis a ſolo, ipſe decedat. At quando agitur
33 „ de fructibus pendentibus, ſi uti illi debentur
„ Succeſſori, ita eidem ſolvi debet penſio, quæ
„ loco illorum ſuccedit, ut cavetur *in d. Conc.*
„ *Provinciali* 7. *verſic. Penſiones autem, apud Bo-*
„ *naccin. de Obligat. Beneſic. d. p.* 4. *punct.* 3. *n.*
„ 8. *verſ. Si vero fructus*, idem *Bonaccin. d n.* 8.
„ §. *Reſpondeo*; *Lotter. dict. lib.* 1. *quæſt.* 44. *n.* 24.
„ *&* 25. *Antonell. de Reg. Eccl. lib.* 3. *cap.* 9. *n.*
„ 24. *Sperell. deciſ.* 82. *n.* 18. *Roſa De recta di-*
„ *ſtrib. redit. Eccleſ. cap.* 7. *n.* 39. *& ſeqq. & n.*
„ 91. *&* 92. *Spada conſ.* 32. *n.* 2. *tom.* 3. *Rota co-*
„ *ram Caval. deciſ.* 105. *n.* 6. Quamobrem, ſicu-
„ ti fructus naturales dictus Curatus non tranſ-
„ miſiſſet ad hæredes, ita nec tranſmittere po-
„ tuiſſet penſionem eorum loco debitam, quam
„ anticipate exigere non potuiſſet.

„ Unicum ſupereſt diſcutiendum motivum fa-
„ vore hæredum, quod ſcilicet hactenus deducta
„ recte procedant, ſi ageretur cum poſſeſſore
„ ſimplicis Beneficii omni cura, & reſidentia
„ deſtituti, & cauſam omnino lucrativam fo-
34 „ vente: At modo agitur cum hæredibus Paro-
„ chi, qui ſuſtinuit pondus diei, & æſtus in
„ adminiſtratione Curæ, & Sacramentorum,
„ cujus reſpectu fructus conſiderari debent, uti
„ merces oneris & laboris: Cumque cauſa lu-
„ crativa valde differat ab oneroſa, verior eſſe
„ videtur ea opinio, quod fructus etiam penden-
35 „ tes pro rata temporis dividantur in Beneficiis
„ curatis, exemplo ducto a diſtributionibus quo-

„ tidianis, quæ tranſmittuntur ad hæredes, ac 36
„ etiam a Marito, qui vivens ſuſtinuit onera Ma-
„ trimonii, juxta ſententiam *Covar. lib.* 1. *var.* 37
„ *reſol. cap.* 15. *ſub n.* 12. *Pariſ. lib.* 1. *quæſt.* 6. *in*
„ *fine de Reſign. Coſta de ration. ratæ quæſt.* 29.
„ *per tot. Barbat. de diviſ. fruct. par.* 2. *cap.* 8. *n.*
„ 8. *verſ. Quarta & n.* 9. *& ſeq. & ſub n.* 21. §.
„ *Dubium*, cum aliis, quos congerit *Panimoll.*
„ *dict. deciſ.* 20. *annot.* 1. *n.* 19. *Card. de Luca de*
„ *Beneſ. diſc.* 84. *n.* 6. *&* 7. *& diſc.* 100. *n.* 12. *&*
„ *ſeqq.*

„ Quemadmodum itaque in Sylva cædua data
„ in dotem, Maritus pro rata temporis fructus 38
„ lucratur, itaut, ſi Sylva cædatur quolibet trien-
„ nio, & Maritus per annum onera matrimonii
„ ſubſtinuerit, tertiam partem fructuum Sylvæ
„ cæduæ conſequi debet, ut poſt *Cavalcan. Ro-*
„ *land. & alios* deciſum teſtatur *Capoblanc. de Ba-*
„ *ronibus lib.* 2. *pragm.* 5. *quæſt.* 22. *n.* 2. *& ſeqq.*
„ *Barboſ. in l. divortio* §. *Quod in anno n* 2. *ff.*
„ *ſolut. matrim.* ita quoque dicendum videtur
„ reſpectu Parochi, qui ad inſtar Mariti, onera
„ ſuſtinuit in Curæ exercitio.

„ Rurſus, ſi in Feudo adſit Sylva cædua, & 39
„ illud devolvatur ad Dominum, pro rata tem-
„ poris fructus pendentes dividuntur propter one-
„ ra, quæ ſuſtinuit Vaſſallus *Scrader de Feud.*
„ *tom.* 1. *pag.* 532. *c.* 2. *Roſental. de Feud. tom.*
„ 2. *cap.* 10. *n.* 63. ergo a pari idem dicendum
„ venit in Curato, qui onus & pondus ſubſti-
„ nuit, & mercede ſua dignus eſt.

„ Et hæc opinio plena videtur æquitatis: Po-
„ ne enim, quod Sylva cædatur intra annum a
„ die obitus Parochi, eſſetne juſtum, ut Suc-
„ ceſſor, qui unico tantum anno curam exercuit
„ integros fructus habeat, & prædeceſſor, qui 40
„ per octennium laboravit, nihil prorſus percipe-
„ re debeat? Hoc idem habemus in alio ſimili:
„ Uſufructuarius Servi, locat Servi operas ad
„ quinquennium, cum pacto, ut finito quin-
„ quennio penſionem recipere debeat: finitur
„ uſuſfructus ante quinquennium, certe, ſi nos
„ conſideremus ſolum tempus perceptionis, quod
„ venit finito quinquennio, diceretur, quod fruc-
„ tuarii hæredes nihil debetent habere: Sed quia
„ eſſet iniquum penſionem univerſi quinquennii
„ reduci ad ſolum tempus perceptionis, ideo lex
„ ſtatuit, quod pro tempore quo vixit Uſufruc-
„ tuarius, habeat hæres ſuus, & pro reliquo
„ proprietarius *L. Si operas, ff. de uſufructu*, &
„ his fere verbis *Federic. de Senis Conſ.* 110. *ſub*
„ *num.* 21. & conferunt tradita per *Barbat. de*
„ *Diviſ. Fruct. part.* 2. *Cap.* 8. *num.* 10. §. *Fir-*
„ *miſſima.*

„ Verum, etſi in puncto Juris probabilis vi- 41
„ deatur hæc diſtinctio inter Beneficia curata, &
„ non curata, attamen in praxi non eſt recepta;
„ Ideoque etiam in reſidentialibus, in curatis,
„ & in Cathedralibus, fructus pendentes non
„ tranſmittuntur pro rata temporis ad hæredes,
„ ut teſtatur idem *Card. de Luc. de Beneſ. d.*
„ *diſc.* 84. *num.* 8. *diſc.* 100. *ſub num.* 13. *& in*
„ *Summa eod. tit. de Beneſ. n.* 289. Ea quidem
„ ratione, quia Beneficiatus ſive habeat admi- 42
„ niſtrationem, & onus, ſive non, nunquam
„ æquiparari poteſt Marito, iſte enim habet Do-
„ minium rerum Dotalium, ex relatis per *La-*
„ *gunez. de Fruct. part.* 1. *Cap.* 16. *num.* 27. Be- 43
„ neficiatus vero, etiam curam, & adminiſtra-
„ tionem habens, in vita æquiparatur uſufructua-
„ rio, in morte vero uſuario *ex Gloſſ. in Cap.*
„ *finali de Offic. Ordinar. in* 6. & poſt plures

„ allegatos *Sperell. deciſ.* 82. *num.* 9. *Barbat. de*
„ *Diviſ. Fruct. part.* 2. *Cap.* 8. *num.* 21. *circa fi-*
„ *nem*, ubi, quod ita judicatur in Italia *Pani-*
„ *moll. dict. deciſ.* 20. *annotat.* 1. *num.* 16. & 40.
„ *Vivian. de Jurepatr. lib.* 14 *Cap.* 8. *num.* 7. *Mo-*
„ *neta de Diſtribut. par.* 3. *quæſt.* 4. *num.* 20. *in fi-*
„ *ne*, & *num.* 24. *Seraphin. deciſ.* 594. *num.* 7. ubi,
„ quod omnes conveniunt, quod in morte ha-
„ beatur pro uſuario: & in terminis Curati (ſe-
„ cluſa tamen conſuetudine) *Bellonus ſen. conſ.* 3.
„ *num.* 2. & *ſeqq.*
44 „ Attenta præcipue dicta Conſtitutione Synodi
„ Provincialis 7. relat. a *Bonacin ubi ſupra*, in
„ qua generaliter & abſque ulla diſtinctione,
„ fructus omnes pendentes Succeſſori adjudican-
„ tur: Et ſolum in caſu, quo *Parochus præde-*
„ *ceſſor* omnes fructus a ſolo ſeparatos perceperit,
„ jubet, ut Parocho Succeſſori relinquat por-
„ tionem, quæ ad ipſius victum, & onera ſu-
„ ſtinenda uſque ad novos fructus ſufficiat, de
„ qua *Vivian. de Jurepatron. dict. part.* 3. *libr.*
„ 14. *Cap.* 8. *num.* 19. *Panimoll. dict. deciſ.* 20.
„ *annot.* 1. *num.* 42. *uſque ad finem*: Cum autem
„ in caſu inverſo, Parocho anteceſſori, qui fruc-
„ tibus non ſeparatis a ſolo deceſſit, Concilium
„ Provinciale nullam portionem attribuat, ſed
„ generaliter mandet, fructus pendentes aſſignari
„ Succeſſori, non eſt ab hac legis generalitate
„ diſcedendum, nec nos diſtinguere debemus,
45 „ ubi lex non diſtinguit; *Cap. Quia circa* 22.
„ *de Privileg. Clement. ult. de Reſcript. leg. Non*
„ *diſtinguemus ff. de Recept. Arbitr. leg. Quos pro-*
„ *hibet ff. de Poſtulat.* præſertim, quia, quando
„ Parocho providere voluit, id Synodus expreſſe
„ declaravit.
46 „ Hinc non obeſt motivum æquitatis, quia,
„ cum hoc caſu non ſit hæc æquitas ſcripta, non
„ eſt attendenda: ut enim æquitas rigori ſcripto
„ præferatur, debet eſſe ſcripta in eo caſu, &
„ non deſumpta ex caſu diverſo: ut in his ter-
„ minis *Sabell. Reſol.* 13. *num.* 29. *poſt tom.* 2.
„ *Summæ*: Et tunc fortaſſe locum æquitas habe-
47 „ ret, quando omnes Parochialis fructus in hac
„ Sylva cædua conſiſterent, itaut Curato nec
„ congrua alimentaria ſupereſſet, nam in his cir-
„ cumſtantiis ab omni æquitate alienum eſſet,
„ ut ſpatio ſeptem, vel octo annorum Parochus
„ curæ inſervire deberet fine ullo ſtipendio, &
„ propriis expenſis, & debita forſan contrahen-
„ do oneroſum Officium exercere: juxta animad-
„ verſa per *Cardinal. de Luc. de Beneſic. dict.*
„ *Diſc.* 100. *ſub num.* 14. & prius *Diſc.* 83. *ſub*
„ *num.* 6. & 7. At, cum in caſu, de quo agi-
„ tur, ultra Sylvam cæduam adſint alii fructus
„ tam certi, quam incerti, cum quibus præde-
„ functus Curatus vivere poterat, & vixit, nul-
„ la conſiderari poteſt æquitas favore illius, ſed
„ totum redundat in commodum hæredis cauſam
„ lucrativam omnino foventis.
„ Pariter non refragatur ſimile per *Federic. de*
„ *Senn* deductum ex operibus Servi locati ad
„ quinquennium, & pro rata dividendis inter
„ uſufructuarium, & proprietarium: Quia hoc
„ ſpeciale eſt in operibus Servi, quæ quolibet
„ die percipi videntur, & ſingulis diebus eadem
„ utilitas proportionabiliter ex illis provenit: &
„ ſic pro tempore, quo duravit uſufructus, tan-
„ quam fructus jam perceptus pertinet ad Uſu-
„ fructuarium, & pro reliquo tempore quaſi non
„ perceptus ad proprietarium. Quæ ratio non
„ militat in prædiis ruſticis, in quibus tempus
„ perceptionis attenditur, ut diſtinguendo decla-
„ rat *Rot. deciſ.* 448. *num.* 57. *cor. Durano.*
„ Diſtributiones itidem quotidianæ, pro ſer- 48
„ vitio cujuslibet diei, & horæ debentur, &
„ ſtatim ac Canonicus inſerviit, Creditor rema-
„ net illius portionis, quæ ſtatis horis applicata
„ eſt ex contractu correſpectivo inter Eccleſiam,
„ & Beneficiatum: Quamvis autem is ante mor-
„ tem non exegit, tamen ſalarium illud, quod
„ dietim currit, tranſmittit ad hæredes, quia
„ parta ſunt, quod diſtributiones fuerint ſolutæ,
„ & quod debeant ſolvi, & dilatio exactionis,
„ vel negligentia non ſubſtulit obligationem jam
„ exortam *Moneta de Diſtribut. par.* 3. *quæſt.* 4.
„ *ſub num.* 19. *Adden. ad deciſ.* 542. *num.* 31.
„ & *ſeqq. part.* 4. *tom.* 3. *rec. Rota cor. Bichia de-*
„ *ciſ.* 102. *n.* 4. & 5.
„ Hactenus deducta militant etiam *quoad ſo-* 49
„ *leas* dictæ Sylvæ, cum conſiderari debeant uti
„ fructus pendentes a fundo, & ſolo minime ſe-
„ parati, & conſequenter uti pars fundi ad
„ Succeſſorem integre ſpectant: Conſulerem pro-
„ inde, ut hæredes honeſtam procurent concor-
„ diam, cum pro mea notitia caſus in Urbe for-
„ miter non ſit deciſus; & ut plurimum per com-
„ poſitionem, aut cum Camera Apoſtolica, aut
„ cum Succeſſore, hujuſmodi controverſiæ ter-
„ minentur *Card. de Luc. de Benef. diſc.* 100. *ſub*
„ *num.* 14. qui ſubdit ex hac ratione, diſtinctio-
„ nem inter Beneficia curata, & non curata non
„ fuiſſe formiter in foro diſputatam. *Hactenus*
„ *diſcurſus.*
Succedit ſecunda pars Regulæ, & in ea pari- 50
ter revocantur Indulta ſuperviventiæ, & Privi-
legia a Prædeceſſoribus Pontificibus conceſſa obli-
gandi, hypothecandi, dandi in ſolutum, aut alias
diſponendi de fructibus Beneficiorum pro tem-
pore minime reſtricta ad vitam Beneficiatorum,
& tempore, quo Beneficia hujuſmodi obtinue-
rint. Et hanc Regulæ partem confirmavit quo-
que *ſan. mem. Urbanus VIII. in ſua Conſtitutio-* 51
ne XXVIII. Cum etiam laudatus Pontifex Con-
ſtitutione præfata revocaſſet Indulta, & gratias
conceſſas in præjudicium Cameræ, & Sedis Apo-
ſtolicæ, & poſtmodum exceperit facultates te-
ſtandi, & ſuccedendi ab inteſtato nonnullis Per-
ſonis elargitas, declaravit in §. 24. ſuæ mentis
eſſe per hanc exceptionem nullatenus præjudicare
præſentis Regulæ diſpoſitioni, ſed eam confirma-
vit, innovavit, & ampliavit. Idque etiam latius
ſancivit in altera *Conſtitutione LXXX.*
In dubium tamen revocatum fuit, an hæc Re-
gula irritas quoque reddat, ac revocet faculta- 52
tes a Prædeceſſoribus Pontificibus conceſſas teſtan-
di, ac diſponendi de fructibus non recollectis, &
inexactis Beneficiorum. Et re in Camera anno
1625. diſcuſſa, reſolutum fuit *affirmative*; Quod
Decretum Camerale confirmatur in dicta *Conſti-* 53
tutione LXXX. Urbani VIII. in qua ulterius ſan-
citur, quod in quibuſcumque conceſſionibus fa- 54
cultatis teſtandi a Romanis Pontificibus tam con-
ceſſis, quam concedendis, ſemper intelligatur clau-
ſula præſervativa jurium Cameræ, & Succeſſo-
rum in Beneficio, & quod ſalva maneat diſpoſi-
tio dictæ Regulæ; ac inſuper, quod eidem ſuæ
Conſtitutioni per nullas clauſulas generales intel- 55
ligatur derogatum, niſi derogatio fuerit expreſſa,
& diſpoſitiva.
Sed, cum *ſan. me. Alex. VII.* in generali Indulto
quod Cardinali *Chiſio* Nepoti ſuo conceſſiſſet, inter
cætera elargitus ei fuerit facultatem diſponendi de 56
fructibus pendentibus Sacerdotiorum, quæ obti-
nebat, quamvis immaturis, & de Affictibus, etiam

21 *Et ob id Cardinales non comprehenduntur ſub cenſura Regulæ XI. quia iſtius ratio Cardinalibus non adaptatur.*

22 *Cardinales non comprehenduntur vigore Regulæ ſub Conſtitutionibus, & Regulis impoſterum edendis. Et redditur ratio Regulæ.* num. 51.

Sed explicatur hæc Concluſio, in quibus terminis procedat. n. 24. & 25.

23 *Comprehenderentur tamen, ſi Regula LXX. non emanaſſet.*

26 *Cardinales comprehenduntur ſub Regulis, & Conſtitutionibus edendis, ſi illæ eſſent favorabiles.*

27 *Seu quando Conſtitutiones ederentur de Cardinalium, aut majoris eorum partis conſilio.*

28 *Aut, ſi in Regulis, & Conſtitutionibus eorum expreſſa mentio fieret.*

29 *Vel, ſi Papa derogaret Regulis Cancellariæ in genere; quinimo etiam ſi derogaret aliis Regulæ, cæteriſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis.*

30 *Contrarium attenta diſpoſitione Reg. LXXI.*

31 *Diſpoſitio Regulæ LXX. an ſit tantummodo reſtricta ad Regulas Cancellariæ, vel ſe protendat etiam ad quaſcumque Conſtitutiones Apoſtolicas, cæteraſque Pontificias Diſpoſitiones, & Ordinationes, itaut nec ſub iſtis cenſeantur Cardinales comprehenſi, ſi expreſſa eorum mentio facta non fuerit?*

32 *Proponitur Sententia, quod ſit reſtricta ad Regulas Cancellariæ, quodque proinde Cardinales comprehendantur ſub cæteris Pontificiis Diſpoſitionibus, & Ordinationibus tam generalibus, quam particularibus, ſi odioſæ non ſint odio irrationabili, & concurrant verba apta illos comprehendere.*

33 *Hinc, cenſerentur ſub dictis Ordinationibus comprehenſi, ſi in illis mentio fieret de Perſonis* quacumque Dignitate, gradu, ac Præeminentia fulgentibus.

34 *Aut, ſi in iiſdem mentio fieret Legatorum de Latere.*

Redditur ratio, quia Legati de Latere non ſunt, niſi Cardinales. ibid.

35 *Verba* -- quod in quibuſcumque Conſtitutionibus, & Regulis -- *quæ leguntur in Regula LXX. nec non verbum* Ordinationes *in Decreto Alexandri VII. aſurpatum, pro Synonimis cum Regulis Cancellariæ accipi debent.*

Et redduntur rationes. ibid. & a num. 36. uſque ad n. 44.

36 *Rubrica declarat quid in nigro continetur.*

37 *Et in dubio non cenſetur manca, & mutila.*

40 *Mutanda non ſunt ea, quæ certam ſemper habuerunt interpretationem.*

42 *Conſtitutiones Pontificiæ aliquando in Regulas Cancellariæ redactæ fuerunt, & dantur exempla.*

43 *Regulæ Cancellariæ ſunt ſtricti Juris, nec ex identitate aut majoritate rationis à caſu, de quo præciſe loquuntur, ad alium extendi debent.*

44 *In Quæſtione, de qua ſupra num. 31. proponitur Sententia, quod Cardinales, eorum non facta expreſſa mentione, non cenſentur comprehenſi, nec ſub generalibus Conſtitutionibus, nec ſub ſpecialibus Pontificum Ordinationibus, & diſpoſitionibus, etſi ampliſſimis Clauſulis, & Verbis munitis.*

Redduntur rationes a num. 45. uſque ad numer. 57.

Explicantur contrariæ Auctoritates. n. 58.

Et reſpondetur rationibus contrariis a num. 59. uſque ad finem.

46 *Verbum* Conſtitutio, *tanquam genus comprehendit quamcumque legem, ſive generalem, ſive particularem, ac ſive immediate ab ipſo Principe, ſive ejus auctoritate editam.*

Maxime ſi ei præponatur dictio quæcumque ibid.

48 *Idemque potiori jure importat Verbum* Ordinatio.

49 *Legis declaratio a Principe emiſſa, cenſetur eidem legi ab initio ineſſe.*

52 *Ratio Legis, cui inſervit, & illius diſpoſitio adaptari debet.*

53 *Cui conceditur quod eſt plus, denegari non debet quod eſt minus.*

54 *Nova Regula Cancellariæ vix hodie a Pontificibus editur, & in præterito ſeculo tres tantum, quæ enumerantur, confectæ de novo fuerunt.*

55 *Benigna omnis capienda eſt interpretatio, ne Lex, aut Privilegium eluſorium remaneat.*

57 *Cardinales ex declaratione ſan. mem. Clementis XI. edita anno 1712. exempti cenſentur a Datiis, & Gabellis in poſterum imponendis, ſi in eorum impoſitione non fiat de illis expreſſa mentio ad tramiter. Regulæ LXX. Cancellariæ.*

60 *Regulæ Cancellariæ a priſcis temporibus edi conſueverunt in craſtinum Aſſumtionis novi Pontificis, & abſque conſilio Cardinalium.*

62 *Rubrica Regularum Cancellariæ vim legis non habent, nec ab ipſis ſumi poteſt Argumentum pro declarando nigro.*

69 *Explicatur, quæ Regulæ Cancellariæ ſint ſtricte interpretandæ, & quæ ampliandæ.*

70 *Privilegia late ſunt interpretanda contra Principem, qui illa indulſit.*

71 *Maxime, ſi agatur de Privilegiis Cardinalibus conceſſis.*

72 *Caſus, qui ſub ratione legis comprehenditur, ſatis expreſſus dicitur, quamvis de illo mentio in lege facta non fuerit.*

73 *Indulta conferendi Beneficia reſervata, quæ Cardinalibus concedi ſolent, late contra Papam concedentem interpretari debent.*

INter Regulas Cancellariæ editas a *Sixto IV.* 1
& *Innocentio VIII.* Regula hæc non repe-
ritur; An tres Succeſſores Pontifices illam pu-
blicaverint, ignotum mihi eſt. Legitur tamen
inter Regulas *Leonis X.* & Succeſſorum. An-
te tempora ſan. mem. *Alexandri VII.* concepta 2
erat his verbis -- *Quod in quibuſcumque Conſti-
tutionibus, & Regulis per Sanctitatem ſuam in
poſterum poſt hanc primam editionem, & ſua-
rum Conſtitutionum, & Regularum publicationem
faciendis, non includantur ipſi Cardinales &c.*
Laudatus vero Pontifex Regulæ forma immuta-
ta, decrevit, *quod ſub quibuſcumque Conſtitutio-* 3
nibus, & Regulis per Sanctitatem ſuam editis, &
edendis *non comprehendantur, neque comprehenſi
cenſeantur ipſi Cardinales.* Sed, cum poſtmo-
dum præjudicialis Datariæ juribus viſa fuiſſet 4
Regula dicto modo concepta, dum excludebat
Cardinales, nedum a Regulis edendis, verum &
ab editis per ipſummet Papam, & ſic ab omni-

 bus

bus Reſervationibus, etiam ratione Familiaritatis Pontificiæ; hinc clar. mem. Cardin. *Corradus* Prodatarius, ejuſdem Pontificis mandato Decretum edidit, quo declaravit, verbum illud *editis* in Regula adjectum, habendum eſſe pro non appoſito, quodque Cardinales ſolum a Regulis imposterum edendis exempti cenſerentur, ut ex infraſcripta particula ejuſdem Decreti editi *die 4. Septembris* 1655. cujus reliquas partes dedimus in *Commentar. ad Regul. VIII.*

5 *Præterea declaravit, aliam Regulam in ordine LXX. ſub Rubrica* — Quod Cardinales non comprehendantur ſub Regulis faciendis — *ſervandam pariter eſſe; & locum habere in Conſtitutionibus, & aliis Ordinationibus per Sanctitatem ſuam in poſterum, poſt earumdem Regularum editionem tantum faciendis, dempto verbo illo in ea deſcripto* — Editis — *quod pro non appoſito habere voluit.*

Et idipſum diſpoſuere etiam Succeſſores Pontifices in eorum Regulis, excludendo ſolum Cardinales a Regulis *edendis*; Verum in confectione 6 novarum Regularum, melius eſſet redire ad formulam, qua antiquitus Regula concepta erat, quæ plenius materiam explicat, & quam in dicto Decreto ſequutus fuit ipſemet *Alexander VII.*

Inſuper in Regulis antiquis decernebatur, Cardinales non cenſeri comprehenſos ſub Conſtitutionibus & Regulis, niſi in duobus tantummodo caſibus, ſi nempe illæ *eorumdem Cardinalium favorem concernerent, vel Conſtitutiones edendæ de eorumdem Cardinalium, vel majoris partis eorum conſilio editæ fuerint*; Sed laudatus Pon- 7 tifex *Alexander VII.* tertium Regulæ ab ipſo editæ addidit caſum, quem, & Succeſſores Pontifices ad hæc noſtra uſque tempora eorum Regulis inſeruere, ſi nempe *in iiſdem Regulis, & Conſtitutionibus facta fuerit ipſorum Cardinalium expreſſa mentio.*

Duæ ſunt in terminis hujus Regulæ examinandæ quæſtiones. Altera, an Cardinales cenſeantur comprehenſi ſub Regulis, & Conſtitutionibus *editis*. Altera vero, an comprehendantur ſub Regulis, & Conſtitutionibus *edendis*.

8 Quoad primam, communis eſt opinio, rejectis *Ancarano*, & *Romano*, quod Cardinales ſub Regulis *editis* comprehenduntur *Felin. in Cap. ad Aures num. 11. de Reſcript.* ubi refert, quod *Joannes Pannitius* Auditor Rotæ teſtatur, ita fuiſſe ſuo tempore ſæpe judicatum, & *in Cap. Super his, poſt num. 12. de Fid. Inſtrum.* *Gomeſ. in Proœm. Regul. quæſt. 4. verſic. iſtis non obſtan.* ubi plures expendit pro hac Sententia rationes, quarum duas præcipuas reaſſumit *Fagnan. in Cap. Ne pro dilatione, num. 55. & ſeqq. de Pœnit. & Remiſſ. Lotter. de Re Benef. lib. 1. quæſt. 8. num. 85. Pariſ. de Reſignat. lib. 11. quæſt. 4. num. 5. & ſeqq. & lib. 12. quæſt. 4. num. 7. & ſeqq. Gonzal. in Regul. 8. Gloſſ. 24. num. 13. & ſeqq.* ubi plures refert Regulas, ſub quibus Cardinales comprehenduntur *Piton.* poſt hæc ſcripta editus *Diſcept. 12. num. 4. Rot. deciſ. 38. num. 5. coram Caſſador. ſuper Regul. Cancell. dec. 25. de Renunciat. coram Mohedan. deciſ. 67. n. 7. coram Duranto deciſ. 257. num. 1. & 20. coram Otthobon. & in recen. dec. 653. num. 10. & 11. part. 4. tom. 3. & deciſ. 458. num. 8. & deciſ. 464. num. 3. part. 5. tom.* [illegible]

9 Et rationes hujus Sententiæ tres potiſſimæ ſunt. Prima, quod Papa ubi noluit Cardinales comprehendere ſub Regulis, & Conſtitutionibus, expreſſe id dixit, ut in *Regulis IX. & XV.* Ergo ubi non dixit, cenſeri debent ſub iiſdem Conſtitutionibus; & Regulis comprehenſi, argumento *Text. in leg. Quæſitum §. Idem reſpondit ff. de Fund. Inſtruct.* & ponderant, *Garz. de Benefic. part. 5. cap. 1. num. 253. Gonzal. dict. Gloſſ. 24. num. 29. & ſeqq. Piton. diſcept. 12. num. 4. §. Tertio cum aliis penes Rot. in Toletana Beneficiorum 15. Februarii 1687. §. Excluſio vero concluſio, confirmata 3. Decembris ejuſdem anni coram eodem.* 10

Secunda, quod niſi Regulæ Cancellariæ comprehenderent Cardinales, inutilia eſſent Indulta, quæ illis a Pontificibus conceduntur ad effectum, ut ſublatis impedimentis Reſervationum provenientibus a Regulis præfatis, uti valerent facultate conferendi Beneficia, ut indicant Verba in Proœmio Indultorum apponi ſolita ibi — *per quæ ſublatis impedimentis quibuslibet poſſis de Beneficiis Eccleſiaſticis tuæ diſpoſitioni commiſſis, perſonis idoneos &c. providere. Gonzal. in Reg. 8. dict. Gloſſ. 24. num. 23. Piton. dict. Diſcept. 12. num. 4. §. Secundo, Lotter. de Re Benef. lib. 2. quæſt. 21. num. 103. Rot. penes Caſſador. deciſ. 3. num. 2. & 4. de Privileg. Mohed. deciſ. 1. num. 3. & deciſ. 8. eod. Tit. & deciſ. 537. num. 8. part. 3. lib. 3. diverſ.* 11

Et tertia demum fortior eſt illa, quæ depromitur ex hac *Regula LXX.* diſponente, quod Cardinales non comprehendantur ſub Regulis edendis in poſterum, & poſt primam earum editionem. Ergo a contrario ſenſu vult, quod ſubjaceant Regulis primæ editionis, & jam editis, ut arguunt *Garz. dict. part. 5. cap. 1. num. 253. Gonzal. dict. Gloſſ. 24. num. 13. Lotter. de Re Benef. dict. lib. 1. quæſt. 8. num. 88. Piton. dict. Diſcept. 12. num. 4. §. Addebam. Rot. coram Mohed. dict. deciſ. 23. in fin. & coram Puteo deciſ. 189. num. 7. & 8. lib. 1.* ubi quod hoc eſt præcipuum fundamentum, *& in recent. deciſ. 654. num. 12. part. 4. tom. 3. & deciſ. 46. num. 31. & deciſ. 452. num. 48. par. 5.* Quæ ratio potiſſime urget attenta ſupradicta declaratione ſan. mem. *Alexandri VII.* qua mandavit deleri Verbum *editis*, quod irrepſerat in Regula, quam ipſe publicaverat. 12 13 14

Et hæc Sententia eo magis procedit, ubi agitur de Conſtitutionibus, & Regulis, quæ aliquid, quod in ſe malum eſt, prohibent, quæ reſpiciant bonum Animæ, favoremque publicum, ſeu emanarunt ad effectum præcidendi dolum, & fraudes, nam Cardinales ſub Regulis, & Conſtitutionibus præfatis comprehendi tradunt communiter *Gomeſ. dict. quæſt. 4. princip. verſic. Primus eſt, Fagnan. in Cap. Ne pro dilatione n. 58. & ſeqq. de Pœnit. & Remiſſ. & in Cap. Bonæ memoriæ ſub n. 26. de Poſtulat. Prælat. Pariſ. de Reſignat. lib. 11. qu. 4. n. 8. Pignatell. tom. 6. conſult. 66. n. 2. Card. Albit. de Inconſtant. in fide cap. 32. num. 42.* Et ob concurſum hujuſmodi Cauſarum comprehendi Cardinales ſub *Regulis XIX. De Viginti, XX. De Idiomate, & XXI. De non impetr. Benef. per obitum Vivent.* diximus *in Commentariis in eaſdem Regulas*; & de ſubjectione Cardinalium olim *Regula de Publicandis Reſignationibus*, nunc *Conſtitutioni ſan. mem. Gregorii XIII.* editæ ſuper earumdem Reſignationum publicatione ad effectum occurrendi fraudibus, dictum eſt in *Comm. in Regulam XIX. de Viginti num. 180.* 15 16

Sed generalis hæc Theorica, quod Cardinales com-

ſi dies ſolutionis nondum veneris, cum deroga-
tionibus ampliſſimis Conſtit. *Urbani VIII.* & Re-
gulæ noſtræ revocatoriæ cujuſvis ſupervivent iæ;
perpenſum fuit, Gratiam eſſe exorbitantem, &
contrariam laudatis Urbani Conſtitutionibus, &
diſpoſitioni Regulæ, necnon a ratione naturali
devium, quod quis diſponat de eo, quod nun-
quam fuit in dominio diſponentis. Id, quod im-
57 pulit ſan. mem. *Innocentium XII.* ad edendam Con-
ſtitutionem moderatoriam Indultorum teſtandi,
quæ olim Conſanguineis ſuis Pontifices elargiri con-
ſueverant, dictaque Indulta reducendi ad termi-
nos aliorum, quibus regulariter cæteri gaudent
Cardinales, ut ex Conſtitutione ſub *Datum Idibus
Octobris* 1693. in qua confirmantur, & laudata
Conſtitutio LXXX. Urbani VIII. & Motus proprius
58 *Clementis IX.* ſuper facultate Cardinalium diſpo-
nendi de fructibus ſuorum Beneficiorum.
59 Afficit diſpoſitio Regulæ etiam S. R. E. Cardi-
nales, tum quia utitur verbis univerſalibus ibi –
Ad favorem quarumcumque Perſonarum; – nec
continet diſpoſitionem irrationabilem, ſed valde
æquam, & juſtam, evitandi ſcilicet damnum Ec-
cleſiarum, & Succeſſorum in Beneficio. Tum
quia ita expreſſe declaravit ſan. mem. *Urbanus
VIII* in dicta ſua *Conſtitut. XXVIII. §. 24.* & in
Conſtitut. LXXX. Bullar. Nov. tom. 4.
Sed pariter, ut locum ſibi vindicet hæc pars
60 Regulæ, neceſſe eſt, quod ſimilia Indulta ſuper-
viventiæ vere, & realiter tempore Pontificum,
qui ea conceſſerunt, ſuum nec in parte ſortita fue-
rint effectum; nam a contrario ſenſu, ſi effectum
in parte ſortita fuerint, per Regulam revocata
non cenſentur, ad inſtar unionum, quæ ſi tem-
61 pore Pontificis, qui illas explevit, ſuum in parte
ſortiri cœperunt effectum; non ſubjacent Revo-
cationi *Regulæ XIII.* quemadmodum nec ſub ſuſ-
62 penſione *Regulæ LXIII.* comprehenduntur Indul-
gentiæ, facultatesque in ea recenſitæ, quæ viven-
te Pontifice illarum elargitore ſuum quoque in
parte ſortitæ fuerint effectum, ut diximus in
Comm. in eaſdem Regulas.
63 Et ſecundo requiritur, quod ſint conceſſa a
Prædeceſſoribus Pontificibus, nam ſi poſt editio-
nem Regulæ a Pontifice vivente concedatur alicui
ſimilis facultas obligandi favore Creditorum fruc-
tus Beneficii ad aliquod tempus, etiam ad vi-
tam poſſidentis non coarctatum, ſervanda erit,
non obſtante ſupradicta Conſtitutione 80. ſan.
64 mem. *Urbani VIII.* utpote quia reſtricta ad fa-
cultatem teſtandi de fructibus inexactis. Hujus
65 Indulti exemplum habemus apud *Paniam in de-
ciſ.* 998. Conceſſit ſan. mem. *Clemens VIII. An-
nibali Oricellario* ad quinquennium facultatem
diſponendi de fructibus Beneficii, quod obtine-
bat ad favorem Creditorum, & illo infra dictum
tempus decedente, voluit, quod idem fructus
adhuc dictis Creditoribus affecti cenſerentur.
Cumque Annibal Indulto præfato uti cœpiſſet
favore unius ex ſuis Creditoribus, & deinde
obiiſſet, autumabat Succeſſor in Beneficio, In-
dultum in ea parte, in qua ille nondum de
fructibus diſpoſuerat ad favorem cæterorum Cre-
ditorum expiraſſe, ſed ad *Rotam* controverſia
delata, reſolutum fuit, Indultum, etiam cæte-
ris Creditoribus ſuffragari, cum non ageretur de
Privilegio perſonali conceſſo Beneficiato, quod
cum ejus Perſona extinguebatur, ſed de Privi-
legio principaliter conceſſo intuitu Creditorum,
quorum indemnitati Pontifex conſulere voluerat,
etiam *Annibale* decedente, proindeque, licet
morte præventus illo integraliter uti non value-
rit, attamen Gratia remanebat perfecta durante
quinquennio, & illius vigore jus quæſitum fue-
rat Creditoribus, quorum contemplatione Indul-
tum emanaverat.
De alio Indulto ſuperviventiæ cuidam Benefi- 66
ciato conceſſo a ſan. mem. *Urbano VIII.* agitur
in *Deciſione* 295. *coram Dunozet.* quam Deciſio-
nem reaſſumit *Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib.* 9.
cap. 8. *num.* 161 Sed reſolutum fuit, non eſſe
exequendum; Primo, quia non erat juſtificatum
in ea parte, qua narrabatur, debita fuiſſe con-
tracta a Beneficiato ex Cauſa Monachationis cu-
juſdam Puellæ. Secundo, quia facultas locandi
directa fuerat Beneficiato, & ideo exerceri non
poterat a Creditoribus. Et tertio, quia adhibi-
tæ non fuerunt ſolemnitates prævia affixione Edic-
torum, nec locatio facta intra ſex Menſes in Pon-
tificio Brevi præſcriptos.
Simile Indultum ſuperviventiæ ad decennium 67
elargitus fuit ſan. mem. *Clemens XI. Henrico de
Souza Tavares* Marchioni de Arangues Equiti
Chriſti in Luſitania per Literas in forma Bre-
vis ſub *Datum* 10. *Febr.* 1703. ad effectum diſ-
ſolvendi ex fructibus Præceptoriæ, ſeu Commen-
dæ, quam obtinebat, æs alienum contractum oc-
caſione expenſarum, quas ſubire coactus fuerat
exercendo illuſtriora Regni munera, fuitque Bre-
ve directum Regi, uti Adminiſtratori perpetuo
dictæ Militiæ his Verbis – *Majeſtati Tuæ, dicto
Henrico; ut ipſe de fructibus Præceptoriæ, ſeu
Commendæ præfatæ ad decem annos poſt obitum
ſuum, per modum ſuperviventiæ in extinctionem
æris alieni hujuſmodi diſponere libere, & licite
poſſit & valeat, ita tamen, ut ratione ejuſdem
ſuperviventiæ Ærario Militiæ ſecundo dictæ, quæ-
cumque onera ſolvantur, ad quæ teneretur quili-
bet Frater ipſius Militiæ, qui de eadem Præcep-
toria, ſeu Commenda in titulum proviſus foret,
auctoritate noſtra Apoſtolica concedendi, & in-
dulgendi plenam, & amplam facultatem, eadem
Auctoritate tenore præſentium tribuimus, & im-
pertimur &c.*

diſponitur, quod hujuſmodi Locationes in Ro-
5 mana Curia, vel extra non confirmentur; & in-
hærendo Conciliari ſanctioni, tradunt *Barboſ.*
ibid. num. 2. & ſeqq. alter, *Barboſ. in leg. Filio*
famil. 26. §. Final. num. 27. ff. ſolut. Matrim. Ca-
roce. de Locat. part. 3. Concluſ. 20. num. 72. &
ſeqq. Pacion. eodem Tract. cap. 14. §. 12. num. 1.
& ſeqq. Caldas de Empt. cap. 26. num. 8. Valaſc.
de Emphyteuſ. cap. 10. num. 5. Antonell. de Tem-
por. Legal. lib. 4. cap. 5. n. 28. & de Regim. Ec-
cleſ. lib. 5. cap. 14. num. 2. Corrad. in Prax. Diſ-
penſat. lib. 9. cap. 8. num. 24. & ſeqq. Et ob hu-
juſmodi Contractus nullitatem, poteſt Succeſſor
6 in Beneficio de novo exigere a Conductore fruc-
tuum illius bonorum Penſiones prædeceſſori anti-
cipate ſolutas, remanente tamen actione Conduc-
tori repetendi eamdem ſummam ab hærede Lo-
catoris, quem efficit Locatio ſic nulliter expleta
Barboſ. ad Concil. dict. cap. 11. Pacion. dict. cap.
14. §. 12. num. 8. Antonell. de Regim. Eccleſiæ
dict. cap. 14. num. 2. lib. 5. & de Tempor. legal.
dict. lib. 4. cap. 5. num. 28. Boſſ. Oper. Moral. tom.
6. tit. 18. de Alienat. rer. Eccleſ. n. 355. Paſſerin.
de Stat. Homin. tom. 1. quæſt. 185. art. 7. n. 235.
Bargnin. Cavalcan. deciſ. 44. n. 9.

Locumque ſibi vindicat Conciliaris prohibitio,
etiam in iis Bonis, quæ ſingulis trienniis, ſexen-
7 niis, aut novenniis fructum ferunt, nam locari
nequeunt anticipatis ſolutionibus, & rata cujus-
libet anni anticipate ſolvenda; Unde ſi Sylva cæ-
datur quolibet decennio, non poteſt locari ad ra-
tionem ſcutorum tot pro quolibet anno *Ugolin. de*
Poteſt. Epiſcop. cap. 14. §. 7. verſ. Quare Sylva cæ-
dua, Ricc. in Prax. part. 1. cap. 111. n. 5. Boſſ.
dict. tit. 18. num. 235. Hinc Sac. Congregatio
8 Epiſcoporum, & Regularium de *Menſe Februarii*
1684. impertiri noluit Epiſcopo Averſano licen-
tiam locandi ad decennium Sylvam, quæ deci-
mo quoque anno cædebatur, ad rationem ſcuto-
rum nonaginta pro quolibet anno, quia locatio
præfata tendebat in præjudicium Succeſſorum, ob
anticipatam ſolutionem ratæ afflictuum. Et cl.
mem. *Cardinali Caracciola* ſimiliter Epiſcopo *Aver-*
ſano petenti a Sac. Congregatione Concilii facul-
tatem ſibi elargiri concedendi in Emphyteuſim
perpetuam Sylvam cæduam pro rata ducatorum
triginta ſingulis annis, *die 12. Decembris 1716.*
fuit honorifice reſcriptum -- *Ad mentem* -- ideſt --
Negative.

Ceſſat tamen prohibitio præfata in caſu neceſſi-
9 tatis Eccleſiæ; Si enim hæc ruinam minetur,
niſi comparata pecunia, præſto per reparationem
ei occurratur, tunc valida erit illius bonorum
Locatio per anticipatas ſolutiones, quia nullum
verſatur Succeſſoris præjudicium, cum, & ipſe
10 teneatur ad debita ob dictam cauſam contracta,
Barboſ. ad Concil. dict. ſeſſ. 25. cap. 11. n. 3. Anto-
nell. de Regim. Eccleſ. dict. lib. 5. cap. 14. n. 2. in
fin. Boſſ. dict. tit. 18. n. 355. Paſſerin. de Stat. ho-
min. dict. quæſt. 185. art. 7. n. 235. Pacion. de Lo-
cat. dict. cap. 14. §. 12. n. 9.

Quemadmodum non prohibentur Eccleſiarum,
11 ac Beneficiorum Bona locari anticipatis ſolutioni-
bus, ſi deſuper Apoſtolicum concurrat Benepla-
citum. Hinc ſan. mem. *Pius IV.* indulſit Cardi-
nali *Alphonſo Carrafæ* Archiepiſcopo Neapolita-
no, ut Eccleſiæ præfatæ, ac Abbatiarum om-
nium fructus ad novennium locare poſſet, & pre-
tium unico contextu, & anticipata etiam ſolu-
tione in principio novennii recipere, hoc addi-
to, ut, ſi infra dictum novennium ipſum Alphon-
ſum decedere contingeret, locatio illa auctori-
tate Apoſtolica facta, firma, ac valida remane-
ret, ut ex Literis in forma Brevis ſub *Datum 1.*
Julii 1561. quarum Literarum auctoritate lauda-
tus Cardinalis Eccleſiæ Neapolitanæ, Monaſterio-
rum, ac Præpoſiturarum omnium, quæ obtine-
bat, fructus locavit ad novennium pro ducatis
duobus mille ſupra viginti: Ut ex *Ciaccon. tom.*
3. in Paul. IV. Card. 16. Col. 861 & ſeqq. Et
quamvis Concilium Tridentinum *d. ſeſſ. 25. cap.*
11. prohibeat hujuſmodi locationes quocumque
Privilegio, & Indulto non obſtante; Nihilomi-
nus Summus Pontifex, penes quem reſpectu Ec- 12
cleſiarum, ac Beneficiorum bona ſumma adeſt
poteſtas, haud prohibetur ad ſui libitum diſpo-
nere contra Decreta Concilii, etiam nulla de
illis facta mentione; & proinde poteſt ſimilia
Indulta expreſſe concedere, *Pacion. de Locat.* 13
& Conduct. dict. cap. 14. §. 12. num. 2. & ſeqq.
Corrad. in Prax. Beneſ. lib. 9. cap. 8. num. 24.
& 25.

At vero, cum hujuſmodi Conceſſiones tendant
in præjudicium Succeſſorum in Beneficio, ideo 14
provide in hac Regula ſtatutum fuit, quod nulla
ſint, & caſſa Indulta quibuſvis Perſonis a Pon-
tifice Anteceſſore conceſſa locandi ultra unicum
annum fructus Beneficii anticipatis ſolutionibus.
Quæ Regulæ diſpoſitio ut locum ſibi vindicet,
tria ſunt neceſſaria; Primum, ut Indultum ſit 15
conceſſum ab Anteceſſoribus Pontificibus. Secun-
dum, quod contineat facultatem locandi ultra
unicum annum. Et tertium, quod tempore Pon-
tificis, qui illud elargitus fuit, ſortitum non ſit
effectum; Solum enim ſimilia Indulta in ea par-
te, qua vere & realiter, ſuum ſortita non fue-
runt effectum, in Regula, & in Conſtitutione
80. ſan. mem. *Urbani VIII* revocantur. 16

Cumque prima hæc Regulæ pars ſit favorabi-
lis, & æqua, dum conſulit indemnitati Succeſſo-
ris in Beneficio, ne ex Anteceſſoris facto ſupplan-
tatus per multos annos remaneat in illius fruc-
tuum perceptione; hinc, licet loquatur de Perſo- 17
nis, nihilominus exiſtimarem, quod illius diſpo-
ſitio apta ſit in ſpiritu comprehendere etiam fa-
cultatem conceſſam Capitulis, & ſi Corpori ina-
nimato, locandi ultra unicum annum anticipatis
ſolutionibus bona Eccleſiæ, ob præjudicium, quod
Succeſſoribus Canonicis, & Capitularibus obveni-
re poteſt; Et quia etiam appellatione Perſonarum, 18
concurrente identitate rationis, venit Capitulum,
Univerſitas, aliudve corpus inanimatum, ut ple-
ne diximus *in Comment. in Regul XV.*

At quoniam ſupra diximus, Sylvam, quæ ſin-
gulis trienniis, novenniis, aut ulteriori tempore
cædi ſolet, locari non poſſe in præjudicium Suc-
ceſſorum cum pacto, quod Penſio conventa quo-
libet anno pro rata ſolvi debeat, extranea non
videtur quæſtio, quæ mihi in ſenſu veritatis exa-
minanda propoſita fuit *in una Mediolanen.* an
mortuo Beneficiato, fructus Sylvæ ad Beneficium
ſpectantis, aut Penſio conventa, ſi locati fuerint,
debeantur integre Succeſſori in Beneficio cujus tem-
pore factus eſt inciſioni locus, ſeu potius divi-
dendi ſint cum Hæredibus prædefuncti Beneficiati
pro rata temporis, quo ipſe Beneficium poſſedit;
Super quo articulo cenſui reſpondendum prout in
ſequenti Diſcurſu.

„ Præſuppoſito in facto, quod agatur de Syl-
„ va cædua, qualis eſt illa, quæ certis tempo- 19
„ ribus cæditur, & cujus utilitas in hoc conſiſtit,
„ quod cædatur, & quod arbores exciſæ ex ſtir-
„ pibus, aut radicibus renaſcantur, quæ ſunt
„ duo requiſita copulative neceſſaria ad conſti-

„ tuendam Sylvam cæduam, ut per *Text. in l.*
„ *Sylva 20. ibique Gloſſ. ff. de Verbor. ſignific.*
„ probant, *Barboſ. in l. Divortio §. Si Fundum*
„ *num. 1. & 2. ff. ſolut. Matr. Lagunez de Fruct.*
„ *quæſt. 1. cap. 6. num. 15. & ſeqq. Gutierez de*
„ *Tutel. par. 3. cap. 27. numer. 1. & 5. Boſſius*
„ *Oper. moral. tom. 6. tit. 18. num. 424. R. P. D.*
„ *Zauli ad Statut. Favent. tom. 1. rubr. 2. lib. 2.*
„ *num. 6. & 5. Rota in Hortana Sylvarum 10.*
„ *Martii 1698. §. In nihilo, & 9. Junii 1698. §.*
„ *Deveniendo coram Muto, & in Melevitana*
„ *Damnorum, & intereſſe 9. Dec. 1701. §. Et ſa-*
„ *ne coram Pio.*
„ Hoc, inquam, ſuppoſito, crederem fructus
20 „ Sylvæ, de qua agitur, quæ de novennio in
„ novennium cædi ſolet, integre ſpectare ad Pa-
„ rochum ſucceſſorem, quo poſſidente Benefi-
„ cium, factus eſt locus inciſioni, illoſque non
„ eſſe pro rata temporis dividendos, cum hære-
„ dibus prædefuncti Curati: Quippe quia certi
„ juris eſt, fructus pendentes, & adhuc a ſolo
21 „ non ſeparatos, & ſortius immaturos, ſpectare
„ ad Succeſſorem in Beneficio, & non eſſe pro
„ rata temporis dividendos: *Gloſſ. in Cap. Præ-*
„ *ſenti, cum ibi notatis de Offic. Ordinarii, Cal-*
„ *derin. conſil. 2. in princ. de Pecul. clericor. Ca-*
„ *pon. diſcept. 147. num. 13. Antonell. de Regim.*
„ *Eccl. lib. 3. cap. 9. n. 23. Lotter. lib. 1. de Re*
„ *Benef. quæſt. 44. num. 27. Epiſcopus de Roſa De*
„ *recta diſtrib. reddit. Eccleſiaſt. cap. 7. n. 56. &*
„ *95. Bellett. Diſquiſit. cler. part. 1. de Bonis cler.*
„ *§. 15. num. 4. Panimoll. deciſ. 20. annot. 1. n. 11.*
„ *Vivian. in Prax. Juriſp. part. 3. lib. 14. cap. 8.*
22 „ *num. 7.* & alii paſſim: Et pro Provincia Me-
„ diolanenſi id clariſſime diſpoſitum fuit *in Con-*
„ *cil. Provinciali 7.* his verbis -- *pendentes autem,*
„ *Succeſſoribus in Beneficio, excepta parte colo-*
„ *nica, adjudicamus:* relatis a *Bonacin. de Obli-*
„ *gat. Beneficiarior. diſp. 4. punct. 3. ſub num. 8.*
„ *§. Tertio patet: & idem Bonacin. ibid. num.*
„ *7. & Rota in Mediolanen. fructuum coram Ora-*
„ *no apud Marcheſ. de Commiſſ. tom. 1. pag. 458.*
„ *col. 2.*
„ In Sylva autem cædua, quæ de novem io
23 „ novem annos cædi conſuevit, fructus ſemper
„ dicuntur immaturi, quouſque non advenit tem-
„ pus, quo cædi ſolet; eoque demum advenien-
„ te matura, & cædua dicitur *Ruinus conſ. 88.*
„ *n. 2. verſ. & ſimiliter lib. 1. Mantic. de Tacit.*
„ *lib. 22. tit. 29. n. 31. Boſſius Oper. moral. d. tom.*
„ *6. tit. 18. n. 424. verſ. debere autem & ſub n.*
„ *433. & 435. De Luca de Dot. diſc. 160. ſub n.*
„ *42. verſ. ſatis vero, Fulgineus de Jur. Emph.*
„ *tit. de Variis caducitat. quæſt. 2. ſub n. 55.* ac
„ ligna, quando ſunt cæſa dicuntur eſſe in fructu
„ *Spada conſ. 25. n. 1. lib. 2.*
„ Id, quod generale eſt in omnibus fructibus
24 „ naturalibus certa parte anni percipi ſolitis, in
„ quibus tempus perceptionis attenditur, utpote
„ quia tunc utilitas percipitur: *Moneta de Diſtri-*
„ *but. quæſt. 3. quæſt. 4. ſub n. 24. verſ. Secus vero,*
„ *Vivianus de Jurepatron. part. 3. lib. 14. cap. 8.*
„ *num. 8. in fine, Panimoll. d. deciſ. 20. ann.*
„ *prim. num. 25. & 41. Duran. dec. 488. ſub n.*
„ *57. verſ. Ratio autem.*
„ Quinimo, etiamſi quolibet anno proportiona-
„ biliter fructus ſylvæ cæduæ efficerentur maturi,
„ adhuc id prodeſſe non poſſet hæredibus præde-
„ functi Beneficiati, nam, ut ii conſequantur
„ fructus prædiorum ruſticorum, ſatis non eſt,
25 „ quod fructus ſint maturi, & proximi recollec-
„ tioni, ſed neceſſe eſt, quod ſint a ſolo ſepa-
„ rati, vivente ipſo Beneficiato; nam ad hos ſo-
„ lum fructus jus habent hæredes; ut ſtatutum
„ eſt in præfato Concilio Provinciali 7. -- ibi --
„ *fructus omnes a ſolo ſeparatos, etiamſi nondum*
„ *exacti fuerint, reconditi, modo illos Beneficiati*
„ *hæredes, prinſquam maturi eſſent, in Succeſſoris*
„ *præjudicium a ſolo minime ſeparaverint, hæredi-*
„ *bus ipſis adjudicamus;* apud *Bonaccin. de Obli-*
„ *gat. Beneficiar. diſp. 14. d. punct. 3. n. 8. §. Ter-*
„ *tio.* Itaut ex vi Conſtitutionis prædictæ duo
„ requirantur, ad hoc ut hæredes fructus lucren- 26
„ tur, primum, quod fructus ſint a ſolo ſepara-
„ ti, ſecundum, quod fuerint ſeparati a ſolo,
„ tempore, quo jam erant maturi, ne exinde fiat
„ Succeſſoribus præjudicium; Quamobrem, ſi
„ fructus etiam maturi, & proximi recollectio-
„ ni, a ſolo ſeparati non fuerint, non poſſent ad
„ hæredes pertinere *Lotter. d. lib. 1. quæſt. 41.*
„ *num. 9. Capon. Tom. 3. Diſcept. 147. num. 13.*
„ *Antonell. de Regim. Eccleſ. lib. 3. cap. 9. n. 23.*
„ *verſ. Et ſi omnes maturi eſſent, Roſ. de Rect. di-*
„ *ſtrib. reddit. cap. 7. ſub n. 56. Panemoll. d. de-*
„ *ciſ. 20. annot. 11. Bonaccin. dict. diſp. 4. punct.*
„ *3. num. 6. verſ. Ego vero cenſeo, cum Rota ibid.*
„ *allegata, & deciſ. 278. num. 2. in fine part. 2.*
„ *Recent.*
„ Unde, ſicuti ſi ageretur de fructibus natu-
„ ralibus, ſeu induſtrialibus quolibet anno per- 27
„ cipi ſolitis, non ſpectarent dicti fructus ad
„ hæredes, etiamſi Beneficiatus decederet tem-
„ pore, quo jam inſtabat, & proxima erat re-
„ collectio fructuum, & majori parte anni Be-
„ neficium poſſediſſet, ex mox adductis aucto-
„ ritatibus; ita nec acquirere poſſunt fructus Syl-
„ væ, quæ quolibet novennio cædi conſuevit,
„ etiam quod Beneficiatus ſpatio ſex, vel ſep- 28
„ tem annorum vixerit, quia iſtud novennium
„ pro uno anno reputatur, & quod alias ſtatu-
„ tum eſt in uno anno, locum habet in iſto no-
„ vennio; *Roland. conſ. 87. num. 29. & ſeqq. lib.*
„ *1. Tiraquell. de Retract. lignag. §. 5. gl. 4. n.*
„ *31. Barboſ. de Epiſc. Alleg. 95. n. 4. & in Ex-*
„ *trav. Ambitioſa; num. 1. de Rebus Eccleſ. non*
„ *alien. Cavalcan. de Uſufruct. num. 170. in fine*
„ *& num. 145. de Luca de Alien. & Contract.*
„ *probib. diſc. 1. num. 37. Rota deciſ. 219. n. 7.*
„ *part. 10. rec. & in Romana Caſtri Porciliani*
„ *ſuper reſervatis 13. Maii 1701. §. Eadem, co-*
„ *ram R. P. D. Lancetta:* ubi hæc verba haben-
„ tur -- *Cum in Sylvis cæduis, (inter quas eſt*
„ *controverſia) locari ſolitis ad Novennium, ea-*
„ *rum fructus non ſingulis annis; ſed uno uoque*
„ *novennio percipitur, integrum Novennium pro*
„ *uno anno reputatur.*
„ Non obſtat, quod Arborea cæſæ non ſue-
„ rint ex laudabili facto prædeceſſoris Curati,
„ ad hoc, ut Nemus in meliori ſtatu ad ipſius,
„ ſucceſſorumque beneficium conſervaretur, qua-
„ ſi, quod in ejus odium retorqueri non debeat,
„ quod fecit ob majorem Beneficii, & ſucceſſo-
„ rum utilitatem: Etenim ille fecit, quod de-
„ buit, & ad quod de Jure tenebatur, cum in
„ colligendis ſylvæ cæduæ fructibus conſiderari
„ debeat tempus a Jure, vel conſuetudine præ- 29
„ ſcriptum, nec poſſit uſufructuarius, uſuarius,
„ conductor, vel Beneficiatus intempeſtive cæ-
„ dere pro libito, & quandocumque has arbo-
„ res, ſed ſervandus eſt ſtylus Patrisfamilias,
„ ſeu ab arte, & conſuetudine introductus,
„ *Boſſius dict. tom. 6. tit. 18. n. 424. & 435. Spad.*
„ *conſil. 35. num. 4. lib. 3. Guttierez. de Tutel.*
„ *part. 3. cap. 27. num. 9. & 10. Lagunez de*
„ *Fruct.*

Digitized by Google

„ *Fruct. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 28. *& ſeqq. Rot. in*
„ *Melevitana Damnorum, & Intereſſe* 9. *Decem-*
„ *bris* 1701. §. *Et inſuper coram bon. mem. Pio.*
„ Ideoque, ſi tempus inciſionis non advenit tem-
„ pore, quo dictus Parochus vivebat, non ha-
„ bet de quo conqueri poſſint hæredes, cum id
„ reputetur caſus, & fortunæ beneficium, nec
„ potuiſſet ipſe, dum in humanis degebat, facere
„ novas inciſiones extra tempus, ut proſequitur
„ *Spada d. conſ.* 35. *n.* 4. *lib.* 2.
„ Nec etiam relevat, quod ſi anteceſſor Paro-
„ chus locaſſet Sylvam, penſionem ſingulis annis
„ percipere ab Affictuario potuiſſet; ſive quia ſi-
30 „ bi imputare debet, ſi non fecit, quod potuit,
„ ad tradita per *Card. de Luc. diſc.* 85. *num.* 5. *de*
„ *Benefic.* ſive quia juxta terminos juris id facere
„ minime potuiſſet. Nam quamvis Beneficiatus
„ facultatem habeat locandi ſylvam ſingulis no-
„ vennis cædi ſolitam, non tamen poteſt ſingu-
31 „ lis annis ratam partem affictus recipere, quia
„ id eſſet locare ſylvam anticipatis ſolutionibus
„ contra formam Concilii Tridentini *Seſſ.* 25.
„ *cap.* 11. *de Reformat.* & quia id redundaret
„ in præjudicium ſucceſſoris; ut in individuo
„ firmant *Ugolin. de Poteſt. Epiſc. cap.* 14. §. 7.
„ *verſ. Quare Sylva cædua, Riccius in Prax. part.*
„ 1. *cap.* 3. *num.* 5. *Boſſius Oper. Moral. tom.* 6.
„ *d. tit.* 18. *num.* 225. & ſervatum memini a
„ Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regula-
„ rium: Cum enim *Paulus Caraffa* Epiſcopus
„ Averſanus petiiſſet de menſe Februarii 1684.
„ facultatem locandi Sylvam, quæ decimo quo-
„ que anno cædebatur, ac interim recipiendi
„ ſcuta 90. quolibet anno; fuit ei hæc facultas
„ denegata, cum illa anticipatio in Succeſſorum
„ vergeret præjudicium.
32 „ Cumque penſio, quæ pro fructibus bono-
„ rum locatorum debetur, ſuccedat loco ipſorum
„ fructuum, ac ipſorum naturam & vicem aſſu-
„ mat; percipi non poteſt a Prædeceſſore Bene-
„ ficiato, niſi quando fructibus recollectis, & ſe-
„ paratis a ſolo, ipſe decedat. At quando agitur
33 „ de fructibus pendentibus, ſi uti iſti debentur
„ Succeſſori, ita eidem ſolvi debet penſio, quæ
„ loco illorum ſuccedit, ut cavetur *in d. Conc.*
„ *Provinciali* 7. *verſic. Penſiones autem, apud Bo-*
„ *naccin. de Obligat. Benefic. diſp.* 4. *punct.* 3. *n.*
„ 8. *verſ. Si vero fructus*, idem *Bonaccin. d. n.* 8.
„ §. *Reſpondeo*; *Lotter. dict. lib.* 1. *quæſt.* 44. *n.* 24.
„ *&* 25. *Antonell. de Reg. Eccl. lib.* 3. *cap.* 9. *n.*
„ 24. *Sperell. deciſ.* 82. *n.* 18. *Roſa De recta di-*
„ *ſtrib. redit. Eccleſ. cap.* 7. *n.* 39. *& ſeqq. & n.*
„ 91. *&* 92. *Spada conſ.* 32. *n.* 2. *tom.* 3. *Rota co-*
„ *ram Caval. deciſ.* 105. *n.* 6. Quamobrem, ſicu-
„ ti fructus naturales dictus Curatus non tranſ-
„ miſiſſet ad hæredes, ita nec tranſmittere po-
„ tuiſſet penſionem eorum loco debitam, quam
„ anticipate exigere non potuiſſet.
„ Unicum ſupereſt diſcutiendum motivum fa-
„ vore hæredum, quod ſcilicet hactenus deducta
„ recte procedant, ſi ageretur cum poſſeſſore
„ ſimplicis Beneficii omni cura, & reſidentia
„ deſtituti, & cauſam omnino lucrativam fo-
34 „ vente: At modo agitur cum hæredibus Paro-
„ chi, qui ſuſtinuit pondus diei, & æſtus in
„ adminiſtratione Curæ, & Sacramentorum,
„ cujus reſpectu fructus conſiderari debent, uti
„ merces oneris & laboris: Cumque cauſa lu-
„ crativa valde differat ab oneroſa, verior eſſe
„ videtur ea opinio, quod fructus etiam penden-
35 „ tes pro rata temporis dividantur in Beneficiis
„ curatis, exemplo ducto a diſtributionibus quo-
„ tidianis, quæ tranſmittuntur ad hæredes, ac 36
„ etiam a Marito, qui vivens ſuſtinuit onera Ma-
„ trimonii, juxta ſententiam *Covar. lib.* 1. *var.* 37
„ *reſol. cap.* 15. *ſub n.* 12. *Pariſ. lib.* 1. *quæſt.* 6. *in*
„ *fine de Reſign. Coſta de ration. ratæ quæſt.* 29.
„ *per tot. Barbat. de diviſ. fruct. par.* 2. *cap.* 8. *n.*
„ 8. *verſ. Quarta & n.* 9. *& ſeq. & ſub n.* 21. §.
„ *Dubium*, cum aliis, quos congerit *Pannoll.*
„ *dict. deciſ.* 20. *annot.* 1. *n.* 19. *Card. de Luca de*
„ *Benef. diſc.* 84. *n.* 6. *&* 7. *& diſc.* 100. *n.* 12. *&*
„ *ſeq.*
„ Quemadmodum itaque in Sylva cædua data
„ in dotem, Maritus pro rata temporis fructus 38
„ lucratur, itaut, ſi Sylva cædatur quolibet trien-
„ nio, & Maritus per annum onera matrimonii
„ ſubſtinuerit, tertiam partem fructuum Sylvæ
„ cæduæ conſequi debet, ut poſt *Cavalcan. Ro-*
„ *land. & alios* deciſum teſtatur *Capoblanc. de Ba-*
„ *ronibus lib.* 2. *pragm.* 5. *quæſt.* 22. *n.* 2. *& ſeqq.*
„ *Barboſ. in l. divortio* §. *Quod in anno n.* 2. *ff.*
„ *ſolut. matrim.* ita quoque dicendum videtur
„ reſpectu Parochi, qui ad inſtar Mariti, onera
„ ſuſtinuit in Curæ exercitio.
„ Rurſus, ſi in Feudo adſit Sylva cædua, & 39
„ illud devolvatur ad Dominum, pro rata tem-
„ poris fructus pendentes dividuntur propter one-
„ ra, quæ ſuſtinuit Vaſſallus *Scrader de Feud.*
„ *tom.* 1. *pag.* 532. *col.* 2. *Roſental de Feud. tom.*
„ 2. *cap.* 10. *n.* 63. ergo a pari idem dicendum
„ venit in Curato, qui onus & pondus ſubſti-
„ nuit, & mercede ſua dignus eſt.
„ Et hæc opinio plena videtur æquitatis: Po-
„ ne enim, quod Sylva cædatur intra annum a
„ die obitus Parochi, eſſetne juſtum, ut Suc-
„ ceſſor, qui unico tantum anno curam exercuit
„ integros fructus habeat, & prædeceſſor, qui 40
„ per octennium laboravit nihil prorſus percipe-
„ re debeat? Hoc idem habemus in alio ſimili;
„ Uſufructuarius Servi, locat Servi operas ad
„ quinquennium, cum pacto, ut finito quin-
„ quennio penſionem recipere debeat: finitur
„ uſufructus ante quinquennium, certe, ſi nos
„ conſideremus ſolum tempus perceptionis, quæ
„ venit finito quinquennio, diceretur, quod fruc-
„ tuarii hæredes nihil deberent habere: Sed quia
„ eſſet iniquum penſionem univerſi quinquennii
„ reduci ad ſolum tempus perceptionis, ideo lex
„ ſtatuit, quod pro tempore quo vixit Uſufruc-
„ tuarius, habeat hæres ſuus, & pro reliquo
„ proprietarius *L. Si operas, ff. de uſufructu*, &
„ his fere verbis *Federic. de Senis Conſ.* 110. *ſub*
„ *num.* 21. & conferunt tradita per *Barbat. de*
„ *Diviſ. Fruct. part.* 2. *Cap.* 8. *num.* 10. §. *Fir-*
„ *miſſima.*
„ Verum, etſi in puncto Juris probabilis vi- 41
„ deatur hæc diſtinctio inter Beneficia curata, &
„ non curata, attamen in praxi non eſt recepta;
„ Ideoque etiam in reſidentialibus, in curatis,
„ & in Cathedralibus, fructus pendentes non
„ tranſmittuntur pro rata temporis ad hæredes,
„ ut teſtatur idem *Card. de Luc. de Benef. d.*
„ *diſc.* 84. *num.* 8. *diſc.* 100. *ſub num.* 13. *& in*
„ *Summa eod. tit. de Benef. n.* 289. Ea quidem
„ ratione, quia Beneficiatus ſive habeat admi- 42
„ niſtrationem, & onus, ſive non, nunquam
„ æquiparari poteſt Marito, iſte enim habet Do-
„ minium rerum Dotalium, ex relatis per *La-*
„ *gunez. de Fruct. part.* 1. *Cap.* 16. *num.* 27. Be- 43
„ neficiatus vero, etiam curam, & adminiſtra-
„ tionem habens, in vita æquiparatur uſufructua-
„ rio, in morte vero uſuario *ex Gloſſ. in Cap.*
„ *finali de Offic. Ordinar. in* 6. & poſt plura

21 *Et ob id Cardinales non comprehenduntur ſub cenſura Regulæ XI. quia iſtius ratio Cardinalibus non adaptatur.*

22 *Cardinales non comprehenduntur vigore Regulæ ſub Conſtitutionibus, & Regulis impoſterum edendis.* Et *redditur ratio Regulæ.* num. 51.

Sed explicatur hæc Concluſio, in quibus terminis procedat. n. 24. & 25.

23 *Comprehenderentur tamen, ſi Regula LXX. non emanaſſet.*

26 *Cardinales comprehenduntur ſub Regulis, & Conſtitutionibus edendis, ſi illæ eſſent favorabiles.*

27 *Seu quando Conſtitutiones ederentur de Cardinalium, aut majoris eorum partis conſilio.*

28 *Aut, ſi in Regulis, & Conſtitutionibus eorum expreſſa mentio fieret.*

29 *Vel, ſi Papa derogaret Regulis Cancellariæ in genere; quinimo etiam ſi derogaret alicui Regulæ, cæteriſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis.*

30 *Contrarium attenta diſpoſitione Reg. LXXI.*

31 *Diſpoſitio Regulæ LXX. an ſit tantummodo reſtricta ad Regulas Cancellariæ, vel ſe protendat etiam ad quaſcumque Conſtitutiones Apoſtolicas, cæteraſque Pontificias Diſpoſitiones, & Ordinationes, itaut nec ſub iſtis cenſeantur Cardinales comprehenſi, ſi expreſſa eorum mentio facta non fuerit?*

32 *Proponitur Sententia, quod ſit reſtricta ad Regulas Cancellariæ, quodque proinde Cardinales comprehendantur ſub cæteris Pontificiis Diſpoſitionibus, & Ordinationibus tam generalibus, quam particularibus, ſi odioſa non ſint odio irrationabili, & concurrant verba apta illos comprehendere.*

33 *Hinc cenſerentur ſub dictis Ordinationibus comprehenſi, ſi in illis mentio fieret de Perſonis* quacumque Dignitate, gradu, ac Præeminentia fulgentibus.

34 *Aut, ſi in iiſdem mentio fieret Legatorum de Latere.*

Redditur ratio, quia Legati de Latere non ſunt, niſi Cardinales. ibid.

35 *Verba* -- quod in quibuſcumque Conſtitutionibus, & Regulis -- *quæ leguntur in Regula LXX. nec non verbum* Ordinationes *in Decreto Alexandri VII. uſurpatum, pro Synonimis cum Regulis Cancellariæ accipi debent.*

Et redduntur rationes. ibid. & a num. 36. uſque ad n. 44.

36 *Rubrica declarat quid in nigro continetur.*

37 *Et in dubio non cenſetur manca, & mutila.*

40 *Mutanda non ſunt ea, quæ certam ſemper habuerunt interpretationem.*

42 *Conſtitutiones Pontificiæ aliquando in Regulas Cancellariæ redactæ fuerunt, & dantur exempla.*

43 *Regulæ Cancellariæ ſunt ſtricti Juris, nec ex identitate aut majoritate rationis à caſu, de quo præciſe loquuntur, ad alium extendi debent.*

44 *In Quæſtione, de qua ſupra num. 31. proponitur Sententia, quod Cardinales, eorum non facta expreſſa mentione, non cenſentur comprehenſi, nec ſub generalibus Conſtitutionibus, nec ſub ſpecialibus Pontificum Ordinationibus, & diſpoſitionibus, etſi ampliſſimis Clauſulis, & Verbis munitis.*

Redduntur rationes a num. 45. uſque ad numer. 57.

Explicantur contrariæ Auctoritates. n. 58.

Et reſpondetur rationibus contrariis a num. 59. uſque ad finem.

46 *Verbum* Conſtitutio, *tanquam genus comprehendit quamcumque legem, ſive generalem, ſive particularem, ac ſive immediate ab ipſo Principe, ſive ejus auctoritate editam.*

Maxime ſi ei præponatur dictio quæcumque ibid.

48 *Idemque potiori jure importat Verbum* Ordinatio.

49 *Legis declaratio a Principe emiſſa, cenſetur eidem legi ab initio ineſſe.*

52 *Ratio Legis, eti-cuivenit, & illius diſpoſitio adaptari debet.*

53 *Cui conceditur quod eſt plus, denegari non debet quod eſt minus.*

54 *Novæ Regulæ Cancellariæ vix hodie a Pontificibus eduntur, & in præterito ſeculo tres tantum, quæ enumerantur, confectæ de novo fuerunt.*

55 *Benigna omnis capienda eſt interpretatio, ne Lex, aut Privilegium eluſorium remaneat.*

57 *Cardinales ex declaratione ſan. mem. Clementis XI. edita an. o 1712. exempti cenſentur a Datiis, & Gabellis in poſterum imponendis, ſi in eorum impoſitione non fiat de illis expreſſa mentio ad tramitem Regulæ LXX. Cancellariæ.*

60 *Regulæ Cancellariæ a priſcis temporibus edi conſueverunt in craſtinum Aſſumtionis novi Pontificis, & abſque conſilio Cardinalium.*

62 *Rubricæ Regularum Cancellariæ vim legis non habent, nec ab ipſis ſumi poteſt Argumentum pro declarando nigro.*

69 *Explicatur, quæ Regulæ Cancellariæ ſint ſtricte interpretandæ, & quæ ampliandæ.*

70 *Privilegia late ſunt interpretanda contra Principem, qui illa indulſit.*

71 *Maxime, ſi agatur de Privilegiis Cardinalibus conceſſis.*

72 *Caſus, qui ſub ratione legis comprehenditur, ſatis expreſſus dicitur, quamvis de illo mentio in lege facta non fuerit.*

73 *Indulta conferendi Beneficia reſervata, quæ Cardinalibus concedi ſolent, late contra Papam concedentem interpretari debent.*

INter Regulas Cancellariæ editas a *Sixto IV.* 1
& *Innocentio VIII.* Regula hæc non reperitur; An tres Succeſſores Pontifices illam publicaverint, ignotum mihi eſt. Legitur tamen inter Regulas *Leonis X.* & Succeſſorum. Ante tempora ſan. mem. *Alexandri VII.* concepta 2
erat his verbis -- *Quod in quibuſcumque Conſtitutionibus, & Regulis per Sanctitatem ſuam in poſterum poſt hanc primam editionem, & ſuarum Conſtitutionum, & Regularum publicationem faciendis, non includantur ipſi Cardinales &c.* Laudatus vero Pontifex Regulæ forma immutata, decrevit, *quod ſub quibuſcumque Conſtitutio-* 3
nibus, & Regulis per Sanctitatem ſuam editis, & edendis *non comprehendantur, neque comprehenſi cenſeantur ipſi Cardinales.* Sed, cùm poſtmodum præjudicialis Datariæ juribus viſa fuiſſet 4
Regula dicto modo concepta, dum excludebat Cardinales, nedum a Regulis edendis, verum & ab editis per ipſummet Papam, & ſic ab omnibus

O 4

bus Reſervationibus, etiam ratione Familiaritatis
Pontificiæ; hinc clar. mem. Cardin. *Corradus*
Prodatarius, ejuſdem Pontificis mandato Decre-
tum edidit, quo declaravit, verbum illud *editis*
in Regula adjectum, habendum eſſe pro non ap-
poſito, quodque Cardinales ſolum a Regulis im-
poſterum edendis exempti cenſerentur, ut ex in-
traſcripta particula ejuſdem Decreti editi *die 4.*
Septembris 1655. cujus reliquas partes dedimus in
Commentar. ad Regul. VIII.

5 *Præterea declaravit, aliam Regulam in ordine*
LXX. ſub Rubrica -- Quod Cardinales non com-
prehendantur ſub Regulis faciendis -- *ſervandam*
pariter eſſe, & locum habere in Conſtitutionibus,
& aliis Ordinationibus per Sanctitatem ſuam in
poſterum, poſt earumdem Regularum editionem
tantum faciendis, dempto verbo illo in ea de-
ſcripto -- Editis -- *quod pro non appoſito habere*
voluit.

Et idipſum diſpoſuere etiam Succeſſores Pon-
tifices in eorum Regulis, excludendo ſolum Car-
dinales a Regulis *edendis*; Verum in confectione
6 novarum Regularum, melius eſſet redire ad for-
mulam, qua antiquitus Regula concepta erat,
quæ plenius materiam explicat, & quam in dicto
Decreto ſequutus fuit ipſemet *Alexander VII.*

Inſuper in Regulis antiquis decernebatur, Car-
dinales non cenſeri comprehenſos ſub Conſtitu-
tionibus & Regulis, niſi in duobus tantummo-
do caſibus, ſi nempe illæ *eorumdem Cardinalium*
favorem concernerent, vel Conſtitutiones edendæ
de eorumdem Cardinalium, vel majoris partis
eorum conſilio editæ fuerint; Sed laudatus Pon-
7 tifex *Alexander VII.* tertium Regulæ ab ipſo
editæ addidit caſum, quem, & Succeſſores Pon-
tifices ad hæc noſtra uſque tempora eorum Re-
gulis inſeruere, ſi nempe *in iiſdem Regulis &*
Conſtitutionibus facta fuerit ipſorum Cardinalium
expreſſa mentio.

Duæ ſunt in terminis hujus Regulæ exami-
nandæ quæſtiones. Altera, an Cardinales cen-
ſeantur comprehenſi ſub Regulis, & Conſtitu-
tionibus *editis*. Altera vero, an comprehendan-
tur ſub Regulis, & Conſtitutionibus *edendis*.
8 Quoad primam, communis eſt opinio, rejectis
Aucarano, & *Romano*, quod Cardinales ſub Re-
gulis *editis* comprehendantur *Felin. in Cap. ad*
Aures num. 11. *de Reſcript.* ubi refert, quod
Joannes Pannilinus Auditor Rotæ teſtatur, ita
fuiſſe ſuo tempore ſæpe judicatum, & *in Cap.*
Super his §. poſt num. 12. *de Fid. Inſtrum. Go-*
meſ. in Proœm. Regul. quæſt. 4. *verſic. iſtis non*
obſtan. ubi plures expendit pro hac Sententia ra-
tiones, quarum duas præcipuas reaſſumit *Fagnan.*
in Cap. Ne pro dilatione, num. 55. *& ſeqq. de*
Pœnit. & Remiſſ. Lotter. de Re Benef. lib. 1. *quæſt.*
8. *num.* 85. *Pariſ. de Reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 4.
num. 5. *& ſeqq. & lib.* 12. *quæſt.* 4. *num.* 7. *&*
ſeqq. Gonzal. in Regul. 8. *Gloſſ.* 24. *num.* 13. *&*
ſeqq. ubi plures refert Regulas, ſub quibus Car-
dinales comprehenduntur *Piton.* poſt hæc ſcripta
editus *Diſcept.* 12. *num.* 4. *Rot. deciſ.* 38. *num.* 5.
coram Caſſador. ſuper Regul. Cancell. dec. 25. *de*
Renunciat. coram Mohedan. deciſ. 67. *n.* 7. *coram*
Durano deciſ. 257. *num.* 1. *&* 20. *coram Ottho-*
bon. & in recen. dec. 654. *num.* 10. *&* 11. *part.* 4.
tom. 3. *deciſ.* 458. *num.* 8. *& deciſ.* 464. *num.* 3.
part. 5. *tom.*

9 Et rationes hujus Sententiæ tres potiſſimæ ſunt.
Prima, quod Papa ubi noluit Cardinales com-
prehendere ſub Regulis, & Conſtitutionibus,
expreſſe id dixit, ut in *Regulis IX. & XV.*
Ergo ubi non dixit, cenſeri debent ſub iiſdem
Conſtitutionibus, & Regulis comprehenſi, ar-
gumento *Text. in leg. Quæſitum §. Idem reſpon-* 10
dit ff. de Fund. Inſtruct. & ponderant, *Garz. de*
Benefic. part. 5. *cap.* 1. *num.* 253. *Gonzal. dict.*
Gloſſ. 24. *num.* 29. *& ſeqq. Piton. diſcept.* 12. *num.*
4. *§. Tertio* cum aliis penes *Rot. in Toletana Be-*
neficiorum 15. *Februarii* 1687. *§. Excluſio vero cor.*
Urſino, confirmata 3. *Decembris ejuſdem anni cor.*
eodem.

Secunda, quod niſi Regulæ Cancellariæ com- 11
prehenderent Cardinales, inutilia eſſent Indulta,
quæ illis a Pontificibus conceduntur ad effectum,
ut ſublatis impedimentis Reſervationum prove-
nientibus a Regulis præfatis, uti valerent facul-
tate conferendi Beneficia, ut indicant Verba in
Proœmio Indultorum apponi ſolita ibi -- *per quæ*
ſublatis impedimentis quibuslibet poſſis de Benefi-
ciis Eccleſiaſticis tuæ diſpoſitioni commiſſis, ido-
neos &c. providere. Gonzal. in Reg. 8. *dict. Gloſſ.*
24. *num.* 23. *Piton. dict. Diſcept.* 12. *num.* 4. *§. Se-*
cundo, Lotter. de Re Benef. lib. 2. *quæſt.* 21.
num. 103. *Rot. penes Caſſador. deciſ.* 3. *num.* 2.
& 4. de Privileg. Mohedan. deciſ. 1. *num.* 3. *& de-*
ciſ. 8. *eod. Tit. & deciſ.* 537. *num.* 8. *part.* 3. *lib.*
3. *diverſ.*

Et tertia demum fortior eſt illa, quæ depro-
mitur ex hac *Regula LXX.* diſponente, quod 12
Cardinales non comprehendantur ſub Regulis
edendis in poſterum, & poſt primam earum
editionem. Ergo a contrario ſenſu vult, quod
ſubjaceant Regulis primæ editionis, & jam edi- 13
tis, ut arguunt *Garz. dict. part.* 5. *cap.* 1. *num.*
253. *Gonzal. dict. Gloſſ.* 24. *num.* 13. *Lotter. de*
Re Benef. dict. lib. 1. *quæſt.* 8. *num.* 88. *Piton.*
dict. Diſcept. 12. *num.* 4. *§. Addebant. Rot. co-*
ram Mohed. dict. deciſ. 23. *in fin. & coram Pu-*
teo deciſ. 189. *num.* 7. *&* 8. *lib.* 1. ubi quod hoc
eſt præcipuum fundamentum, *& in recent. de-*
ciſ. 654. *num.* 12. *part.* 4. *tom.* 3. *& deciſ.* 46.
num. 31. *& deciſ.* 452. *num.* 48. *par.* 5. Quæ
ratio potiſſime urget attenta ſupradicta declara-
tione ſan. mem. *Alexandri VII.* qua mandavit 14
deleri Verbum *editis*, quod irrepſerat in Regu-
la, quam ipſe publicaverat.

Et hæc Sententia eo magis procedit, ubi agi- 15
tur de Conſtitutionibus, & Regulis, quæ ali-
quid, quod in ſe malum eſt, prohibent, aut reſ-
piciant bonum Animæ, favoremque publicum,
ſeu emanarunt ad effectum præcidendi dolum,
& fraudes, nam Cardinales ſub Regulis, & Con-
ſtitutionibus præfatis comprehendi tradunt com-
muniter *Gomeſ. dict. quæſt.* 4. *princip. verſic. Pri-*
mus eſt, Fagnan. in Cap. Ne pro dilatione n. 58.
& ſeqq. de Pœnis. & Remiſſ. & in Cap. Bonæ me-
moriæ ſub n. 26. *de Poſtulat. Prælat. Pariſ. de Re-*
ſignat. lib. 11. *qu.* 4. *n.* 8. *Pignatell. tom.* 6. *con-*
ſult. 66. *n.* 2. *Card. Albit. de Inconſtant. in fide*
cap. 32. *num.* 42. Et ob concurſum hujuſmodi 16
Cauſarum comprehendi Cardinales ſub *Regulis*
XIX. De Viginti, XX. De Idiomate, & XXI.
De non impetr. Benef. per obitum Vivent. diximus
in Commentariis in eaſdem Regulas; & de ſub-
jectione Cardinalium olim *Regulæ de Publicandis*
Reſignationibus, nunc *Conſtitutioni ſan. mem. Gre-*
gorii XIII. editæ ſuper earumdem Reſignatio-
num publicatione ad effectum occurrendi fraudi-
bus, dictum eſt in *Comm. in Regulam XIX. de*
Viginti num. 180.

Sed generalis hæc Theorica, quod Cardinales
com-

ſi dies ſolutionis nondum venerit, cum deroga-
tionibus ampliſſimis Conſtit. *Urbani VIII.* & Re-
gulæ noſtræ revocatoriæ cujuſvis ſupervivent iæ;
perpenſum fuit, Gratiam eſſe exorbitantem, &
contrariam laudatis Urbani Conſtitutionibus, &
diſpoſitioni Regulæ, necnon a ratione naturali
devium, quod quis diſponat de eo, quod nun-
quam fuit in dominio diſponentis. Id, quod im-
57 pulit ſan. mem. *Innocentium XII.* ad edendam Con-
ſtitutionem moderatoriam Indultorum teſtandi,
quæ olim Conſanguineis ſuis Pontifices elargiri con-
ſueverant, dictaque Indulta reducendi ad termi-
nos aliorum, quibus regulariter cæteri gaudent
Cardinales, ut ex Conſtitutione ſub *Datum Idibus
Octobris* 1693. in qua confirmantur, & laudata
Conſtitutio LXXX. Urbani VIII. & Motus proprius
58 *Clementis IX.* ſuper facultate Cardinalium diſpo-
nendi de fructibus ſuorum Beneficiorum.

59 Afficit diſpoſitio Regulæ etiam S. R. E. Cardi-
nales, tum quia utitur verbis univerſalibus ibi =
Ad favorem quarumcumque Perſonarum; = nec
continet diſpoſitionem irrationabilem, ſed valde
æquam, & juſtam, evitandi ſcilicet damnum Ec-
cleſiarum, & Succeſſorum in Beneficio. Tum
quia ita expreſſe declaravit ſan. mem. *Urbanus
VIII* in dicta ſua *Conſtitut. XXVIII.* §. 24. & in
Conſtitut. LXXX. Bullar. Nov. tom. 4.

Sed pariter, ut locum ſibi vindicet hæc pars
60 Regulæ, neceſſe eſt, quod ſimilia Indulta ſuper-
viventiæ vere, & realiter tempore Pontificum,
qui ea conceſſerunt, ſuum nec in parte ſortita fue-
rint effectum; nam a contrario ſenſu, ſi effectum
in parte ſortita fuerint, per Regulam revocata
non cenſentur, ad inſtar unionum, quæ ſi tem-
61 pore Pontificis, qui illas explevit, ſuum in parte
ſortiri cœperunt effectum, non ſubjacent Revo-
cationi *Regulæ XIII.* quemadmodum nec ſub ſuſ-
62 penſione *Regulæ LXIII.* comprehenduntur Indul-
gentiæ, facultateſque in ea recenſitæ, quæ viven-
te Pontifice illarum elargitore ſuum quoque in
parte ſortitæ fuerint effectum, ut diximus in
Comm. in eaſdem Regulas.

63 Et ſecundo requiritur, quod ſint conceſſa a
Prædeceſſoribus Pontificibus, nam ſi poſt editio-
nem Regulæ a Pontifice vivente concedatur alicui
ſimilis facultas obligandi favore Creditorum fruc-
tus Beneficii ad aliquod tempus, etiam ad vi-
tam poſſidentis non coarctatum, ſervanda erit,
non obſtante ſupradicta Conſtitutione 80. ſan.
64 mem. *Urbani VIII.* utpote quia reſtricta ad fa-
cultatem teſtandi de fructibus inexactis. Hujus
65 Indulti exemplum habemus apud *Paniam in de-
ciſ.* 998. Conceſſit ſan. mem. *Clemens VIII. An-
nibali Oricellario* ad quinquennium facultatem
diſponendi de fructibus Beneficii, quod obtine-
bat ad favorem Creditorum, & illo infra dictum
tempus decedente, voluit, quod idem fructus
adhuc dictis Creditoribus affecti cenſerentur.
Cumque Annibal Indulto præfato uti cœpiſſet
favore unius ex ſuis Creditoribus, & deinde
obiiſſet, autumabat Succeſſor in Beneficio, In-
dultum in ea parte, in qua ille nondum de
fructibus diſpoſuerat ad favorem cæterorum Cre-
ditorum expiraſſe, ſed ad *Rotam* controverſia
delata, reſolutum fuit, Indultum, etiam cæte-
ris Creditoribus ſuffragari, cum non ageretur de
Privilegio perſonali conceſſo Beneficiato, quod
cum ejus Perſona extinguebatur, ſed de Privi-
legio principaliter conceſſo intuitu Creditorum,
quorum indemnitati Pontifex conſulere voluerat,
etiam *Annibale* decedente, proindeque, licet
morte præventus illo integraliter uti non value-
rit, attamen Gratia remanebat perfecta durante
quinquennio, & illius vigore jus quæſitum fue-
rat Creditoribus, quorum contemplatione Indul-
tum emanaverat.

De alio Indulto ſuperviventiæ cuidam Benefi- 66
ciato conceſſo a ſan. mem. *Urbano VIII.* agitur
in *Deciſione* 295. *coram Dunozet.* quam Deciſio-
nem reaſſumit *Corrad. in Prax. Diſpenſat. lib.* 9.
cap. 8. *num.* 16. Sed reſolutum fuit, non eſſe
exequendum; Primo, quia non erat juſtificatum
in ea parte, qua narrabatur, debita fuiſſe con-
tracta a Beneficiato ex Cauſa Monachationis cu-
juſdam Puellæ. Secundo, quia facultas locandi
directa fuerat Beneficiato, & ideo exerceri non
poterat a Creditoribus. Et tertio, quia adhibi-
tæ non fuerunt ſolemnitates prævia affixione Edic-
torum, nec locatio facta intra ſex Menſes in Pon-
tificio Brevi præſcriptos.

Simile Indultum ſuperviventiæ ad decennium 67
elargitus fuit ſan. mem. *Clemens XI. Henrico de
Souza Tavares* Marchioni de Aranguez Equiti
Chriſti in Luſitania per Literas in forma Bre-
vis ſub *Datum* 10. *Febr.* 1703. ad effectum diſ-
ſolvendi ex fructibus Præceptoriæ, ſeu Commen-
dæ, quam obtinebat, æs alienum contractum oc-
caſione expenſarum, quas ſubire coactus fuerat
exercendo illuſtriora Regni munera, fuitque Bre-
ve directum Regi, tunc Adminiſtratori perpetuo
dictæ Militiæ his Verbis = *Majeſtati Tuæ, dicto
Henrico, ut ipſe de fructibus Præceptoriæ, ſeu
Commenda præfatæ ad decem annos poſt obitum
ſuum, per modum ſuperviventiæ in extinctionem
æris alieni hujuſmodi diſponere libere, & licite
poſſit & valeat, ita tamen, ut ratione ejuſdem
ſuperviventiæ Ærario Militiæ ſecundo dictæ, quæ-
cumque onera ſolvantur, ad quæ teneretur quili-
bet Frater ipſius Militiæ, qui de eadem Præcep-
toria, ſeu Commenda in titulum proviſus foret,
auctoritate noſtra Apoſtolica concedendi, & in-
dulgendi plenam, & amplam facultatem, eadem
Auctoritate tenore præſentium tribuimus, & im-
pertimur &c.*

17 comprehenduntur ſub Regulis, & Conſtitutioni-
bus *editis*, plures recipit limitationes, quarum prima eſt, ſi Regulæ & Conſtitutiones præfatæ odioſæ ſint odio irrationabili, illis enim obnoxios non eſſe Cardinales, firmant *Archidiac. in Cap. Nemo deinceps* 15. *num.* 6. *de Elect. in* 6. *Pariſ. de Reſignat. lib.* 11. *quæſt.* 4. *num.* 6. *Card. de Luc. de Regul. Diſc.* 56. *num.* 3. *& ſeqq. Belencin. de Subſid. Caritat. quæſt.* 66. *Lotter. de Re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 85. *& ſeqq. Pignatell. conſult.* 66. *num.* 3. *tom.* 6. *Rot. apud Caſſador. deciſ.* 38. *num.* 5. *ſuper Regul. Cancell. deciſ.* 257. *num.* 1. *& ſeqq. coram Ottbob. deciſ.* 67. *num.* 1. 7. *&* 13. *coram Duran. deciſ.* 452. *num.* 13. *part.* 5. *recentior.*

18 Inſuper, non comprehenduntur Cardinales ſub
Regulis, & Conſtitutionibus editis, quando per illas auferretur Privilegium, ſeu Indultum aliquod particulare iiſdem a Summo Pontifice conceſſum, tunc enim non cenſeretur per generalem diſpoſitionem abrogatum Privilegium, aut Indultum præfatum, niſi in ſpecie de illis expreſſa mentio fieret *Card. Alban. in ſuo Oper. de Cardinal. inter Tractat. Magn. tom.* 13. *part.* 2. *quæſt.* 42. *Privileg.* 13. *pag.* 128. *Gomeſ. in Proœm. Regul. quæſt.* 4. *verſic. ſecundus caſus eſt*, *Lotter. de Re Benef. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 90. ubi, etiam ſi
19 agatur de Conceſſione alteri Cardinali facta,
Azor. Inſtit. moral. tom. 1. *lib.* 5. *cap.* 11. *quæſt.* 5. *pag.* 498. *litt. D. Germon. de Indult. Cardin. Verb. alioquin. num.* 33. *Gambar. de Offic. & Poteſt. Legat. lib.* 4. *num.* 145. *Card. Albit. in ſua Diſcept. de Juriſdictione Cardinalium quam habent S. R. E. &c. impreſſ. poſt Card. de Luc. de Juriſdict. Diſcept.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 6. *Pignatell. Conſult. Canon.* 66. *n.* 3. *tom.* 6. *Rot. penes Mobedan. deciſ.* 10. *de Privileg. & deciſ.* 464. *n.* 7. *part.* 5. *tom.* 2. *recent.*

Poſtremo, Cardinales tunc cenſentur comprehenſi ſub Conſtitutionibus, & Regulis editis,
20 quando ratio Regulæ, aut Conſtitutionis eſt eis
adaptabilis, ſecus ſi adaptabilis non ſit, ut diſtinguunt *Felin. in Cap. ad Aures num.* 11. *de Reſcript. Lotter. de Re Benef. dict. quæſt.* 8. *num.* 92. *& lib.* 2. *quæſt.* 34. *num.* 8. *Piton. Diſcept.* 12. *n.* 18. *& ſeqq. Adden. ad Burat. deciſ.* 570 *num.* 13. *Rot. deciſ.* 654. *num.* 10. *part.* 4. *tom.* 3. *& deciſ.* 464. *num.* 13. *part.* 5. *recent. deciſ.* 1632. *num.* 10. *coram Coccin. deciſ.* 1148. *num.* 3. *coram Seraphin.* cum aliis relatis *deciſ.* 1215. *num.* 4. *&* 8. *coram Emerix.* Hinc Cardinales non ſub-
21 jacent Cenſuræ *Extravag. Injunctæ*, *de Elect.*
qua Promotis ad Eccleſias Epiſcopales, & Monaſteriales interdicitur earum poſſeſſionem, ac adminiſtrationem naniſci Literis Apoſtolicis non expeditis; Minuſque diſpoſitioni *Regula II. Cancellariæ* ex eadem *Extravag.* derivantis, qua reſervantur omnia Beneficia poſt Collatorum obitum, aut Eccleſiarum ſuarum dimiſſionem, ſeu ad alias Eccleſias translationem vacantis, uſque ad proviſionem Succeſſorum, & adeptam ab iiſdem pacificam poſſeſſionem Eccleſiarum, ad quas fuerunt promoti, quia nec *Extravagantis* ratio, communis etiam reſervationi dictæ *Regulæ*, fundata ſuper intereſſe Datariæ, & Cancellariæ ob Taxas in expeditione Bullarum perſolvi ſolitas, adaptatur Cardinalibus, qui ab illis ſunt immunes; Nec iiſdem Cardinalibus ad Eccleſias promotis, congruit altera particularis ratio Regulæ, ne ſcilicet Beneficia diuturnam vacationem patiantur, cum ipſi ſtatim poſt præconizationem in Conſiſtorio, & Literis adhuc non expeditis, poſſint Eccleſias ſibi commiſſas adminiſtrare, & Beneficia conferre, ut plene diximus in *Comment. in Regul. II.* §. 3. *a n.* 342. *& plurib. ſeqq.*

Altera quæſtio, quæ agitatur in hac materia eſt, an Cardinales comprehendantur ſub Conſti-
tutionibus, & Regulis *edendis*? Et ſane, ut de- 22
claratur in Regulis antiquis, nec non in ſupradicto Decreto edito a ſan. mem. *Alexandro VII.* non cenſentur comprehenſi in Regulis *in poſterum*, *& poſt primam editionem faciendis*, &
ad hoc opus fuit condere hanc *Regulam LXX.* 23
nam alias, etiam ſub Regulis *edendis* comprehenſi fuiſſent *Lotter. de Re Beneficiar. lib.* 1. *quæſt.* 8. *num.* 84. *&* 88. cum aliis ſupra laudatis *num.* 11.

Hinc, ſi Pontifex Regulis, quas in Craſtinum 24
ſuæ aſſumptionis edere ſolet, novam Regulam adderet, Regulæ præfatæ ſubjecti eſſent Cardinales, quia non poſſet illa dici edita *in poſterum*, *& poſt primam Regularum editionem.* Et pari ra-
tione, ſi Pontifex Succeſſor inter ſuas Regulas 25
insereret novam Regulam, quam Anteceſſor poſt ſuarum Regularum publicationem ediderat, & a qua eo vivente exempti fuerant Cardinales, ſub illius cenſura eſſent ipſi utique comprehenſi. Privilegium enim exemptionis a Regulis Cancellariæ edendis, quod *Regula LXX.* Cardinalibus elargitur, non eſt perpetuum, ſed tamdiu durat, quamdiù Regula ipſa, quæ per obitum Pontificis expirat. Et licet Privilegium præfatum per renovationem Regulæ a Succeſſore Pontifice fieri ſolitam, veluti Phœnix reviviſcat, reviviſcit tamen quoad exemptionem a Regulis per eumdem Pontificem impoſterum edendis, non quoad Regulam ab Anteceſſore de novo editam, & a Succeſſore inter ſuas Regulas inſertam, cum illa reſpectu Cardinalium eſſet antiquæ, non autem novæ editionis.

Sed adhuc ſub Conſtitutionibus, & Regulis
edendis cenſerentur Cardinales comprehenſi, Pri- 26
mo, quando illæ eſſent favorabiles, & favorem ipſorum Cardinalium reſpicerent, ut habetur in hac *Regula LXX.* & tradunt *Gomeſ. quæſt.* 4. *Proœm.* §. *Quartus caſus*, *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 2. *tit. de Commiſſ. Cardinalibus directa* §. *Unico num.* 17. Secundo, quando Conſtitutiones ede- 27
rentur de eorumdem Cardinalium, vel majoris partis eorum conſilio, ut pariter eadem Regula decernit; Tertio comprehenderentur Cardinales
ſub Regulis, & Conſtitutionibus *edendis*, ſi de 28
iiſdem expreſſa mentio fieret, juxta additionem ab *Alexandro VII.* Regulæ factam, & antea dixerunt *Card. Alban. de Cardinal. pag.* 92. *verſic. tertium decimum eſt Privilegium*, *Barbat. eadem Tractat. part.* 1. *quæſt* 7. *in fine*, *Mandoſ. in Regul. de Infirm. quæſt.* 2. *num.* 4. *in fine*, *& per tot. Gonzal. in Reg.* 8. *Gloſſ.* 24. *num.* 6. *&* 7. *Cherubin. in Compend. Bullar. ad Conſtit.* 55. *S. Pii V. & ad Conſtit.* 2. *Sixti V. utrobique num.* 1. *Monet. de Decim. cap.* 9. *ex num.* 110. *ad plures ſeqq.* cum aliis penes *Dian. Oper. Coordinat. part.* 9. *tract.* 7. *de Poteſt & Privileg. Cardinal. Reſolut.* 53. *&* 54. Quarto de-
mum, cenſeri Cardinales comprehenſos ſub Re- 29
gulis, & Conſtitutionibus edendis, ſi Papa derogaret Regulis Cancellariæ in genere, quinimò etiam ſi derogaret alicui Regulæ, *cæteriſque Conſtitutionibus*, *& Ordinationibus Apoſtolicis*, dixit *Rot. dec.* 46. *n.* 30. *part.* 5. *recent.* Ve-
rum aſſertio hæc non amplius ſubſiſtit, poſtquam 30
idem Pontifex *Alexander VII.* de novo edidit *Regul.*
LXXI,

Digitized by Google

LXXI. Cancellariæ, qua ſancivit, nunquam cenſeri Regulis derogatum per quæcumque Decreta derogatoria, univerſalia, & ampliſſima, necnon clauſulas, quantumvis efficaciſſimas, niſi facta fuerit de illis expreſſa mentio, ut latius dicemus in *Comm. in eamdem Regulam LXXI.*

An autem *Regula LXX.* decernens Cardinales non cenſeri comprehenſos ſub Regulis, & Conſtitutionibus edendis, niſi facta fuerit ipſorum expreſſa mentio, procedat, & ſit tantummodo
31 reſtricta ad Regulas Cancellariæ, vel comprehendet etiam quaſcumque alias Pontificias Ordinationes, & Diſpoſitiones, non inelegans quæſtio eſt? Et quidem reſtrictam eſſe ad ipſas Can-
32 cellariæ Regulas, nec locum ſibi vindicare in aliis Apoſtolicis Conſtitutionibus, aut particularibus Pontificum Diſpoſitionibus, ac Ordinationibus, ſi ex efficacia verborum, & clauſularum, quibus conceptæ ſint, & ex qualitate materiæ minime odioſæ odio irrationabili, ac proportionatæ etiam Cardinalibus, erui poſſit voluntas Pontificis illos comprehendendi, firmavit *Rot. deciſ. 257. num. 13. & 14. coram Ottobon. & deciſ. 67. num. 26. coram Durano, & deciſ. 452. num. 48. part. 5. recent.* ubi, quod alias deſtruerentur innumeræ *Rotæ* Deciſiones, in quibus, concurrentibus ſupradictis circumſtantiis, firmatum fuit, Cardinales ſub Pontificiis Diſpoſitionibus comprehendi, etſi eorum expreſſa mentio facta non fuerit; Et laudatis Deciſionibus inhærendo, tradunt *Card. de Luc. de Regalib. Diſc. 56. n. 3. & de Beneſic. Diſc. 109. n. 6. Pignatell. Conſult. Canon. 66. n. 11. tom. 6. bon. mem. Fatinell. de Translat. Penſ. cap. 5. n. 3. & ſeqq. D. Advocat. Conſtant. ad Stat. Urb. Adnot. 17. n. 34. & ſeqq. Eminentiſſimus Petr. in Conſtit. Apoſtolic. tom. 5. pag. 436. n. 3.*

Quæ Pontificum voluntas comprehendendi Cardinales ſub quibuſcumque Conſtitutionibus, Ordinationibus, & Diſpoſitionibus per ipſos edendis, ſatis pateret, ſi in illis adeſſet expreſſio *de*
33 *Perſonis quacumque Dignitate, gradu, ac Præeminentia fulgentibus*, ut tradunt *Gomeſ. in Proœm Regular. quæſt. 4. ſub num. 2. Fagnan. in Cap. Bonæ memor. num. 26. de Poſtulat. Prælat. Ferret. Conſ. 358 num. 8. Gonzal. in Regul. 8. Gloſſ. 38. num. 2. & 3. Piton. Diſcept. 56. num. 10. Rot. deciſ. 459. num. 1. part. 2. diverſorum & dec. 452. num. 29. & deciſ. 464. num. 12. part. 5. recent.*
34 Aut ſi mentio fieret Legatorum de Latere, cum ii non ſint, niſi Cardinales *Cap. Eccleſia habet Senatum 16. quæſt. 1. Pariſ. de Reſignat. lib. 7. quæſt. 13. num. 5. Gonzal. in Regul. VIII. Gloſſ. 24. num. 22. Germon. de Indult. Cardin. §. Si vero num. 88. pag. 502. Rot. deciſ. 252. num. 1. part. 2. diverſ.*

Non obſtat, quod Cardinales, ſi eorum expreſſa mentio facta non fuerit, cenſeantur vigore Regulæ LXX. excluſi, nedum a Regulis Cancellariæ de novo edendis, ſed etiam *a quibuſcumque Conſtitutionibus*; Et in ſupra laudato Decreto *Alexandri VII.* exempti cenſentur *a Conſtitutionibus, & aliis ORDINATIONIBUS per Sanctitatem ſuam &c. in poſterum faciendis.* Quæ verba *Conſtitutiones, & Ordinationes* apta ſunt ex eorum indole comprehendere, nedum Conſtitutiones per viam legis generalis edendas, ſed & quaſcumque alias particulares Pontificum diſpoſitiones, Indulta nempe, Edicta, Banna, Literas, Brevia &c.

Siquidem tam Verba illa *Regulæ, & Conſtitu-*
35 *tiones* de novo edendæ, de quibus mentio fit in hac *Regula LXX.* quam Verbum *Ordinationes*, quod in ſua Declaratione, ſeu Decreto, uſurpavit *Alexander VII.* non pro ſeparatis, diſtinctiſque Legibus, & Ordinationibus, ſed pro ſynonimis cum Regulis Cancellariæ accipienda eſſe, plura ſuadent. Et primo id elicitur ex *Rubrica* ejuſdem *Regulæ LXX.* inſcripta -- *Quod Cardinales non comprehendantur ſub Regulis Cancellariæ*; Unde ſi verum eſt, quod *Nigrum* de- 36
claratur *a Rubro*, juxta *Gloſſ. in leg. unic. verſicul. Retractare C. Ne liceat tertio provocare, Card. de Luc. de Dote Diſc. 22. num. 8. & Diſc. 108. num. 9. Surd. conſ. 163. num. 12. Rot. deciſ. 359. num. 15. coram Roxas*, pronum eſt intelligere, quod Verbum *Conſtitutio* in Regula adjectum uſurpatum fuit pro ſynonimo cum *Regulis*, & non pro lege, aut diſpoſitione aliqua ab ipſis Regulis diſtincta; Alias ſequeretur, quod *Rubrica* manca eſſet, & mutila, quod in dubio 37
non præſumitur.

Secundo, idem ſuadet Titulus Libello Regularum, quæ Typis imprimi ſolent, inſcribi ſo- 38
litus, & per hæc Verba conceptus -- *Regulæ, Ordinationes, & Conſtitutiones Cancellariæ Apoſtolicæ* -- Nec non teſtimonium publicationis earumdem Cancellariæ Regularum poſt Craſtinum Aſſumptionis novi Pontificis in Cancellaria fieri ſolitæ, in quo habetur -- *Lectæ, & publicatæ fuerunt ſupradictæ Regulæ, Ordinationes, & Conſtitutiones in Cancellaria Apoſtolica ab uno ex RR. PP. DD. Majoris Præſidentiæ Abbreviatoribus.*

Tertio, quia nedum in ipſo Proœmio Regu- 39
larum *Conſtitutiones, & Regulæ* pro ſynonimis uſurpantur ibi -- *Sanctiſſimus in Chriſto Pater &c. ſuorum Prædeceſſorum veſtigiis inhærendo &c. Reſervationes, Conſtitutiones, & Regulas infraſcriptas fecit &c.* Verum, & paſſim in aliis quoque Cancellariæ Regulis, ut ex lectura *Regular. VII. XXVI. XXVIII. XXXII. & XXXIII.* Non eſt igitur cur idem Verbum *Conſtitutio in Regula LXX.* expreſſum diverſam recipere debeat interpretatio- 40
nem ab ea, quæ in Proœmio, & in tot Regulis ſortitum fuit, contra monitum *Text. in leg. Maxime, ff. de Legib.*

Idque clarius evincitur ex ipſomet Decreto *Alexandri VII.* quo, ut diximus, mandavit Pon- 41
tifex a ſua Regula deleri verbum *Editis*, voluitque, (juvat hic ejuſdem Decreti verba repetere) eamdem *ſervandam pariter eſſe in Conſtitutionibus, & aliis Ordinationibus per Sanctitatem ſuam in poſterum &c. faciendis.* Porro, ſi in hoc Decreto, quod principaliter prodiit ad effectum declarandi, quod Cardinales comprehenduntur ſub Regulis Cancellariæ *editis*, non vero *edendis*, nulla fit mentio de iiſdem Cancellariæ Regulis, ſed ſolum *de Conſtitutionibus, & Ordinationibus per Sanctitatem ſuam in poſterum faciendis*, palam emergit, quod Pontifex nomine *Conſtitutionum, & Ordinationum* de aliis Conſtitutionibus, & Ordinationibus non intellexit, quam de ipſiſmet Cancellariæ Regulis, nam alias fatua prorſus, & inepta fuiſſet declaratio, cum omiſſum eſſet principale ſubjectum ſuper quo emanavit.

Nec ex eo, quod Regula in ſecunda limitatione excipiat Cardinales a *Conſtitutionibus* edendis de ipſorum, aut majoris eorum partis conſilio, argui valet, quod nomine earumdem *Conſtitutionum* haud intelligere potuit de Regulis Cancellariæ, quæ de conſenſu Cardinalium non eduntur. Siquidem animadvertendum eſt, novum 42
non eſſe, quod Pontificiæ aliquæ Conſtitutiones in Regu-

Regulas Cancellariæ aliquando redigantur; Exemplum habemus in *Conſtitutione IV. S. Pii V.* qua diſpoſitioni ſuæ reſervavit Beneficia omnia ad liberam Epiſcoporum, aliorumque Collatorum, diſpoſitionem ſpectantia, quæ poſt ipſorum obitum, aut Eccleſiarum ſuarum dimiſſionem, ſeu ad alias Eccleſias translationem, vacaverint, uſque ad proviſionem Succeſſorum, & adeptam ab iiſdem pacificam poſſeſſionem; quæ Conſtitutio a *Sixto V.* redacta fuit in Regulam Cancellariæ, eam nempe, quam modo habemus in ordine *la II.* ut diximus in *Comment. in eamdem Regul. §. III. num.* 3. juncto *num.* 6. Similiter Conſtitutionem, quam *ſan. mem. Paulus V.* edidit ſuper reſervatione Beneficiorum, quæ reſignantur intra tempus vacationis, & Proviſionis Apoſtolicæ aliorum incompatibilium, inter Regulas Cancellariæ inſeruit *Gregorius XV.* & ex ea efformata eſt *Regula III.* ut pariter adnotavimus in *Comment. in eandem Regul.* Cum igitur ex iis, quæ ſupra diximus, Regulæ Cancellariæ juxta ſermonis proprietatem pluries in iiſdem Regulis adhibitam pro ſynonimis uſurpentur cum verbo *Conſtitutionibus*, palam fit, quod dum Papa excipit in *Regula LXX.* Cardinales a *Conſtitutionibus, quæ de eorumdem, vel majoris partis eorum conſilio editæ fuerint*, verbum *Conſtitutionibus* interpretari debet de *Conſtitutionibus*, quæ poſtea redactæ ſint in Regulas Cancellariæ, itaut ſenſus prælatæ *Regulæ LXX.* ſit, quod Cardinales cenſeri debeant exempti nedum a Regulis Cancellariæ in poſterum edendis, quæ eorum favorem reſpicerent, juxta primam limitationem, ac ab illis, in quibus facta non foret expreſſa eorum mentio, juxta tertiam, verum juxta ſecundam limitationem, etiam a Conſtitutionibus edendis cum conſilio eorumdem Cardinalium, aut majoris ipſorum partis, quæ poſtea in Regulas Cancellariæ redigerentur. Sic enim Cancellariæ Regulæ mutuam inter ſe recipiunt declarationem, & ſic reſpectu Regulæ LXX. ſervatur uniformis illa verborum proprietas, qua Papa in aliis Regulis uſus fuit, accipiendo ſemper verbum *Conſtitutionibus* pro ſynonimo cum Regulis Cancellariæ.

Poſito igitur, quod in *Regula LXX. Conſtitutiones*, *& Regulæ* pro ſynonimis accipiantur, parum juvat, quod ratio exemptionis Cardinalium a Regulis edendis, ſi eorum expreſſa men-
43 tio facta non fuerit, veluti innixa aſſiſtentiæ, quam ipſi præſtant Pontifici, locum ſibi vindicet reſpectu etiam quarumcumque Pontificiarum Ordinationum, ſive per viam legis generalis edantur, ſive per viam particularis diſpoſitionis. Quandoquidem Regulæ Cancellariæ ſunt ſtricti juris,
44 nec ex identitate, aut majoritate rationis de caſu præciſo, de quo loquuntur, ad alium extendi valent, ut pluries diximus, & præſertim in *Comment. in Regulam LXIV. num.* 35. & 36. Maxime ſi extenſio tendat ad correctionem juris communis. Proindeque, dum *Regula LXX.* eximit tantummodo Cardinales a Cancellariæ Regulis in poſterum *edendis*, ſi eorum expreſſa mentio facta non fuerit, nequit illius diſpoſitio, concurrente etiam identitate rationis, protendi ad exemptionem a cæteris diſpoſitionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, quibus ipſi de jure communi ſubjecti ſunt, ſi odioſæ non ſint odio irrationabili, materiam contineant ipſis quoque Cardinalibus proportionatam, & ſint conceptæ verbis aptis illa comprehendere, juxta Sac. Rotæ Deciſiones ſupra laudatas. Potiſſimum quia, ſi Pontifici placuiſſet Cardinales a Diſpoſitionibus, & Ordinationibus præfatis, quæ in dies emanare ſolent, excludere, id utique expreſſiſſet, nec uſus fuiſſet verbis ad Conſtitutiones, & Regulas Cancellariæ tantummodo reſtrictis, argumento *Leg. Cum Prætor ff. de Judic. Surd. conſ.* 426. *n.* 1. *Adden. ad Gregor. dec.* 301. *n.* 18.

At è contra plura urgent favore S. R. E. Car- 45
dinalium, quod exempti cenſeri debeant vigore *Regulæ LXX.* nedum a Cancellariæ Regulis in poſterum edendis, verum, & a quibuſvis aliis tam Apoſtolicis Conſtitutionibus, quam ſpecialibus Pontificum diſpoſitionibus, & Ordinationibus, ſive immediatè ab ipſo Papa, ſive ejus auctoritate edendis, & quacumque verborum, ac clauſularum amplitudine munitis, ſi, in illis eorumdem Cardinalium *expreſſa mentio* facta non fuerit. Primo, quia Regula prælata eximit Cardinales, eorum non facta expreſſa mentione, a *quibuſcumque Conſtitutionibus*, *& Regulis* in poſterum edendis. Porro nomen *Conſtitutio*, tanquam genus 46
comprehendit ex propria ſua indole quamcumque legem ſcriptam, & nedum a ſupremo Principe immediate ſancitam, ſed & ejuſdem auctoritate ab illius Miniſtris promulgatam, ad *Text. in leg.* 1. §. *Quodcumque ff. de Conſtit. Princip.* & firmant communiter Scribentes in *Rubric. de Conſtit.* & præſertim *Abb. num.* 2. *Pirhing. eod. tit. ſect.* 1. §. 1. *num.* 1. *& ſeqq.* Inſpecta potiſſimum dictione *quibuſcumque* præpoſita verbo Conſtitutionibus -- ibi -- *quibuſcumque Conſtitutionibus*, quæ dictio, tanquam effrenatiſſima, ſpecies omnes Pontificiarum Diſpoſitionum amplectitur, & editas ſive per viam legis generalis, ſive particularis ad *Text. in leg. A Procuratore C. Mandat. Cap. Solitæ, de Majorit. & obed.*

Idque confirmatur ex ſæpe laudata Declaratio- 47
ne *Alexandri VII.* in qua ſtatuitur, Regulam locum habere in *Conſtitutionibus*, *& aliis Ordinationibus per Sanctitatem Suam in poſterum &c. faciendis.* Unde, quemadmodum, ſi in Regula legeretur, quod Cardinales comprehenſi minime cenſeantur in *quibuſcumque Ordinationibus*, *Conſtitutionibus*, *& Regulis per Sanctitatem Suam edendis*, ambigi non poſſet, quod illius diſpoſitio minime reſtricta eſſet ad Regulas Cancellariæ, quia verbum illud *Ordinationibus* latiſſime patet, & 48
quaſcumque alias, etiam particulares Pontificum diſpoſitiones comprehendit; ita dicendum, quod, cum verbum illud *Ordinationibus* virtute declarationis cenſeatur inesse Regulæ, quæ 49
declaratur, *Decian conſ.* 8. *num.* 211. *volum.* 1. *Giurb. ad Conſuetud Meſſan. cap.* 2. *gloſſ.* 1. *n.* 6. *Gratian. Diſcept.* 147. *num.* 3. *Rot. deciſ* 4. *num.* 10. *cor. Burat. & in Romana Exequutionis Brevis* 3. *Junii* 1698. §. *Quemadmodum coram Muto*, Pontifices ſub effrenatis illis verbis *quibuſcumque Conſtitutionibus*, *& Regulis* comprehendere voluerint quamcumque ſpeciem legis, ſive univerſalis, ſive particularis, ac quamcumque aliam Pontificiam diſpoſitionem.

Secundo, quia ſan. mem. *Alexander VII.* per additionem Regulæ factam, quod Cardinales, ſi 50
eorum expreſſa mentio facta non fuerit, exempti cenſeantur a *quibuſcumque Conſtitutionibus*, *& Regulis edendis* dirimere voluit controverſiam inter *Doctores* vigentem ſuper eorumdem Cardinalium comprehenſione, vel non comprehenſione ſub Pontificiis diſpoſitionibus munitis generalibus clauſulis, & verborum amplitudine aptis illos comprehendere; Quæ ſane quæſtio haud reſtricta erat ſuper comprehenſione Cardinalium ſub Cancellariæ dumtaxat Regulis, ſed generaliter exagitabatur, etiam in terminis aliarum Conſtitutionū generalium, & cujuſcumque alterius Pontificiæ particularis Ordinationis, quemadmodum

modum ſuper hac ſecunda ſpecie, Indultorum vi-
delicet, emanarunt ſupra laudatæ Deciſiones *co-
ram Ottbob. & Durano*; Unde a Pontificis mente,
& fine, quem ſibi præpoſuit longe aberraret, ſi
exemptio Cardinalium *a quibuſcumque Conſtitutio-
nibus & Regulis edendis*, intelligi non deberet de
exemptione, etiam a Conſtitutionibus generali-
bus inter Cancellariæ Regulas non inſertis, & a
quibuſcumque aliis Pontificiis diſpoſitionibus, quia
alias additio præfata ſuperflua prorſus eſſet, ſuo-
que effectu careret, contra juris Regulas, qui-
bus edocemur, ſuperfluitatem omnem in legibus
eſſe vitandam, *Bartol. in leg. Omnes Populi 6.
quæſt. principal. ff. de Juſtit. & jur.* cum aliis pe-
nes *Rot. deciſ. 303. n. 9. part. 13. recent.* eaſdem-
que nulla ex parte effectu vacuas eſſe debere,
juxta *Text. in Leg. penult. §. Doceri ff. Ne quis
eum qui in jus voc. eſt vi eximat Leg. 1. §. Hæc au-
tem ff. Quod quiſque Jur. in alterum ſtatuerit &c.*
Tertio, quia exemptio Cardinalium a *Conſti-
51 tutionibus, & Regulis* in ñxa fuit aſſiſtentiæ, quam
ipſi in adminiſtranda Chriſtiana Republica præ-
ſtant Pontifici cujus, ut inquit *D. Bernardus lib.
4. ad Eugenium*, ſunt *Collaterales, & Adjutores
ſeduli, & intimi*, & qua ratione, nil æquius,
ac juſtius, quam ut ipſi ſpecialibus prærogativis,
& Gratiis gaudeant, *Cap. In fine, de Offic. Le-
gat. in 6. Extrav g Execrabilis §. Itaque de Præ-
bend.* Ratio autem iſta, veluti generalis, reſtric-
tionem non patitur ad certum genus Pontificia-
rum diſpoſitionum, Conſtitutiones nempe, &
Regulas Cancellariæ, ſed complecti debet quaſ-
52 cumque alias Pontificias diſpoſitiones, quibus ra-
tio Regulæ adaptabilis eſt, *ad Text. in leg. Non
dubium C. de Legibus* cum concordantibus pe-
nes *Rot. deciſ.* 1092. *num.* 16. & 17. *coram Ma-
lines*, & quidem nedum illas, quæ per viam
legis generalis emanare ſolent, ſed potiori jure,
quæ ab ipſo Pontifice, vel ejus Miniſtris per
viam particularis diſpoſitionis prodeunt, cum
iſtæ non ſint ita favorabiles, uti ſunt Conſtitu-
tiones generales. Quemadmodum in terminis
præſentis quæſtionis ponderat *Piton. Diſcept.* 36.
num. 25. *circa med.* Alias ſequeretur abſurdum,
quod Privilegium *Regulæ LXX.* indulgeret Car-
dinalibus, quod eſt majus, exemptionem nem-
53 pe a Conſtitutionibus, & Regulis, & denegaret
id, quod eſt minus, eandem nempe exemp-
tionem a particularibus Pontificiis diſpoſitionibus;
*ad Text. In leg. Filius famil. §. final. ff. de Do-
nat. Leg. Marcellus. ff. De donat. cauſ. Mort. Leg.
non debet ff. de Regul. Jur. Cap. Ex part. de De-
cim.* quo argumento in ſimilibus terminis, me
ſcribente, uſa fuit *Rot. in Corduben. Beneficiorum
18. Februarii* 1704. *§. Efficax. coram Molines in-
ter impreſſ. dec.* 883. & 12. *Decembris ejuſdem an-
ni §. Huic rationi, coram Omaña.*
Quarto ponderandum occurrit, quod admiſſa
reſtrictione Privilegii in hac Regula Cardinali-
54 bus conceſſi ad ſolas Conſtitutiones, & Regu-
las Cancellariæ, vix illud ad praxim reduci poſ-
ſet, cum vix, & ne vix quidem unquam novæ
Regulæ Cancellariæ promulgentur, & in præ-
terito ſeculo tres tantum editæ fuerunt, nempe
la III. a Paulo V. la LXIX. ab Urbano VIII.
55 & *la LXXI. ab Alexandro VII.* E contra
vero frequentes ſunt Pontificiæ aliæ Conſtitutio-
nes, quæ per viam legis univerſalis prodeunt,
& magis familiares Sanctiones illæ, quæ per
Edicta, Banna, Chirographa, Brevia, Indul-
ta &c. emanare ſolent. Unde, ne Privilegium
iſtud *ab Alexandro VII.* Cardinalibus conceſſum
eluſorium remaneat contra monitum *Text. in Leg. 3.
ff. de Milit. Teſtam. Leg. ſi quomodo ff de Legat. 1.*
ea capienda venit interpretatio veroſimili menti
Pontificis uniformis, & rationi Regulæ magis ac-
commodata, quod Cardinales cenſeri debeant ex-
empti, nedum a Cancellariæ Regulis, verum a
quibuſcumque aliis Pontificiis Ordinationibus, &
diſpoſitionibus in poſterum edendis, ſi in illis eo-
rumdem Cardinalium expreſſa mentio facta non
fuerit.
Poſtremo pro hac Sententia mirifice confert de- 56
claratio a ſan. mem. *Clemente XI.* emiſſa in ſuo
Chirographo ſignato *die* 10. *Septembris* 1712. *Re-
giſtrat. lib. Signatur. ejuſdem Pontificis anni* 1712.
ſub fol. 116. Orta enim Controverſia, an Cardi-
nales ſolvere tenerentur Gabellam Contractus,
quæ vigore Edicti de mandato ſan. mem. *Innocen-
tii XII* a Cardinali Camerario promulgati perſol-
venda erat *da qualſivoglia* (ſunt verba ejuſdem
Edicti) *Perſona Eccleſiaſtica, o Secolare, di qual-
ſivoglia grado, e conditione, benche per comprender-
la vi foſſe neceſſità di farne ſpecifica, & individua
memione, e che ſenza tal ſpecificatione per la Di-
gnità del ſuo grado Eccleſiaſtico, o Secolare non po-
teſſe eſſer compreſa, quando comprerà a venderà be-
ſtiami &c.* ſan. mem. *Clemens XI.* avocando Cau-
ſam a Congregatione particulari, quam pro con-
troverſia præfata dirimenda deputaverat, poſtquam
Motu proprio decrevit, Cardinales exemptos non
eſſe a dicta Gabella Contractus, quam priſcis tem-
poribus ſemper perſolverunt, ſubdit; *Volendo pe-
rò che nelli Datii, e Gabelle da imporſi nell' avve-
nire, non ſiano detti Reverendiſſimi Cardinali tenu-* 57
*ti, & obligati, ſe non ſaranno in DETTA IMPO-
SIZIONE ESPRESSAMENTE NOMINATI
SECONDO LA REGOLA DI CANCELLA-
RIA, intendendo però ciò ſempre per l'impoſizione
da farſi.* Melior igitur interpretatio dari nequit
Regula LXX. ad effectum, ut nedum ſub Regu-
lis Cancellariæ, ſed ſub quibuſcumque aliis Pon-
tificiis Ordinationibus in poſterum publicandis non
cenſeantur comprehenſi Cardinales *ſe non ſaranno
eſpreſſamente nominati ſecondo la Regola di Can-
cellaria*, niſi hæc, quam tradidit ipſemet Prin-
ceps, ad quem præcipue ſpectat proprias leges in-
terpretari ad *Text. in cap. Ex parte, ibique Gloſſ.
de verbor. Signif. Bald. conſ.* 305. *in princ. lib.* 1.
Alex. conſ. 216. *n.* 13. *lib.* 2. cum aliis penes *Gra-
tian. diſcept.* 927. *n* 99.
Atque ex dictis patet, quod hodie non amplius
attendi merentur ſupra laudatæ *Deciſiones* 257. 58
coram Ottob. 67. *cor. Durano*, 452. & 464. *part.
5. recent.* Quippe emanarunt illæ antequam ab
Alexandro VII. elargitum fuiſſet Cardinalibus Pri-
vilegium in *Regula LXX.* expreſſum, quod *ſub
quibuſcumque Conſtitutionibus, & Regulis* poſt
ejuſdem Regulæ editionem publicandis, non cen-
ſeantur Cardinales comprehenſi, ſi de ipſis ex-
preſſa mentio non fiat; Præciſive enim ab hac
ſanctione, urgere poterat reflexio, quod Papa
non includendo, neque excludendo a ſuis Conſti-
tutionibus, Regulis, & Ordinationibus Cardi-
nales, rem relinquere voluerit ſub diſpoſitione ju-
ris communis, ad cujus tramites, quoties non agi-
tur de diſpoſitione odioſa, vel irrationabili, & ma-
teria ſit proportionata etiam Cardinalibus, iſti com-
prehenſi cenſentur ſub Pontificiis illis *Ordinationi-
bus, & Conſtitutionibus*, quæ ſint Verborum am-
plitudine, & clauſulis pregnantibus munitæ. At
vero, cum poſt novum jus in hac Regula ab *Ale-
xandro VII.* ſancitum, poſt declarationem a ſan.
mem. *Clemente XI.* in ſuo Chirographo *motu*
proprio

Digitized by Google

proprio emiſſam, reſiſtat intentio, & mens Pon-
tificum comprehendendi Cardinales, etiam ſub
particularibus Diſpoſitionibus, & Ordinationi-
bus in poſterum poſt publicationem Regulæ e-
dendis, niſi eorumdem Cardinalium expreſſa men-
tio facta fuerit, cum hoc novo jure, non autem
cum Theoricis jam firmatis in laudatis Deciſio-
nibus longe antea editis, definienda res eſt; ut
in ſimilibus terminis, quod attendi amplius non
debeat *Deciſio* 3. *coram Creſcentio*, qua firma-
tur, Cardinales inter familiares Papæ adnumera-
ri non poſſe, quia poſt dictam Deciſionem ſu-
pervenit Decretum ſan. mem. *Julii III.* contra-
rium decernens, reſpondit *Rot. in Corduben. Be-
neficiorum* 18. *Februarii* 1704. *§. Quibus ſtanti-
bus coram Molines inter impreſſ. deciſ.* 883. *&* 17.
*Decembris ejuſdem anni §. Certa autem & ſeqq.
coram Omaña*, & diximus *in Commentar. in Re-
gul. XXX.*

Et hujuſmodi Diſcurſus eo validius locum ſi-
59 bi vindicat inſpecta cenſura *Regula LXXI.* ab eo-
dem *Alexandro VII.* de novo edita, qua ſancitur,
quod Regulis Cancellariæ derogatum nunquam
cenſeatur per quæcumque Verba, & Decreta de-
rogatoria, irritantia, univerſalia, & ampliſſima,
ac clauſulas, quantumvis efficaciſſimas &c. *niſi
facta fuerit de illis expreſſa mentio, & non ali-
ter nec alio modo.* Porro ſi *Regula LXX.* man-
dat, Cardinales non cenſeri comprehenſos ſub
Conſtitutionibus, Regulis, aliiſque Pontificiis Diſ-
poſitionibus, niſi facta eorum expreſſa mentione;
ſi e contra *laudata Deciſiones* firmant, expreſſam
hanc Cardinalium mentionem neceſſariam non
eſſe pro eorum comprehenſione ſub iiſdem Conſti-
tutionibus & Diſpoſitionibus &c. ſed ſufficere am-
plitudinem Verborum, & clauſularum aptam illos
comprehendere, quiſque videt, quod ſi ad dicta-
rum Deciſionum tramites controverſia hæc diri-
menda eſſet, tacite derogatum remaneret diſpoſi-
tioni *Regula LXX.* contra cenſuram alterius *Re-
gula LXXI.* requirentis, ut diximus, pro dero-
gatione Cancellariæ Regulis non verba univerſa-
lia, & ampliſſima, nec clauſulas, quantumvis ef-
ficaciſſimas, ſed expreſſam *Regularum* mentionem,
& quidem pro forma, ut indigitant finalia ver-
ba ejuſdem *Regulæ LXXI.* -- ibi -- *Et non aliter nec
alio modo* -- & dicemus infra *in Comm. in dictam
Regulam.*

Minus obſtat, quod *Regula LXX.* pro ſynoni-
mis habuit *Conſtitutiones, & Regulas Cancellariæ.*
Contrarium enim emergit ex lectura ejuſdem
Regulæ, in qua Pontifex, poſtquam ſtatuit, Car-
dinales non cenſeri comprehenſos ſub quibuſcum-
que *Conſtitutionibus, & Regulis per ipſum eden-
dis*, tres adjicit limitationes alternative expoſi-
tas, primam, *niſi illa* (idest Conſtitutiones, &
Regulæ) *eorundem Cardinalium favorem concer-
nant* -- alteram -- *vel Conſtitutiones edendæ de eo-
rundem Cardinalium vel majoris partis eorum
conſilio editæ fuerint* -- & tertiam -- *ſeu in iiſdem
Regulis, & Conſtitutionibus facta fuerit ipſorum
Cardinalium, expreſſa mentio* -- Hoc autem Re-
gulæ tenore perſpecto, ſi quæ poſſet emergere
dubietas, an in prima, & tertia limitatione ver-
bum *Conſtitutio* uſurpatum fuerit pro Synonimo
cum Verbo *Regula*, illam prorſus eliminat ſecun-
da limitatio, quæ loquitur de Conſtitutionibus e-
dendis *de eorundem Cardinalium, vel majoris par-
tis eorum conſilio*, unde reſpectum haud habere
60 potuit ad Regulas Cancellariæ, quæ ſemper, &
priſcis, & modernis temporibus edi conſueverunt
in craſtinum Aſſumptionis novi Pontificis, &

quidem Cardinalibus penitus inconſultis, ut dixi-
mus in *Commentar. in Proœm. Regular.* Proinde-
que ex hoc diſcretivo loquendi modo palam emer-
git, *Regulam LXX.* uſurpaſſe Verbum *Conſtitutio-* 61
nes pro legibus, ac diſpoſitionibus diſtinctis a Re-
gulis Cancellariæ, nec eaſdem Regulas, & Con-
ſtitutiones pro ſynonimis habuiſſe.

Quin contrarium ſuadere valeat *Rubrica* ejuſ-
dem Regulæ LXX. reſtricta ad *Regulas Cancel-* 62
lariæ faciendas; Siquidem Rubricæ, ſive Summa-
ria Regularum, non ab ipſarum Conditoribus,
ſed ab Impreſſoribus, aliiſque Perſonis auctorita-
tem illas exarandi non habentibus, fieri conſueve-
re, unde, cum non ſint authenticæ, non debet ab
ipſis ſumi argumentum pro declarando *nigro*, ut
poſt *Quaſadam* diximus in *Comment. in Rubric. Re-
gular. §. 1. n. 67.*

Paris irrelevantiæ eſt, quod tam in Titulo, qui
Libello Regularum inſcribitur, quam in Documen- 63
to illarum Publicationis, pro ſynonimis accipiun-
tur *Conſtitutio, Ordinatio, & Regula*; parique mo-
do verba *Regula, & Conſtitutiones* uſurpentur in
Prohœmio Regularum, nec non in quampluri-
mis aliis Cancellariæ Regulis. Siquidem, quod
attinet ad Titulum inſcriptum Libello Regula-
rum, verba *Regulæ, Ordinationes, & Conſtitutio-
nes*, ſunt modificata, & reſtricta a ſubſequenti-
bus verbis, nempe *Cancellariæ Apoſtolicæ*, &
in Inſtrumento Publicationis Regularum iiſdem
verbis *Regulæ, Ordinationes, & Conſtitutiones*
præcedit dictio relativa *ſupradictæ*, qua reſpectus
habetur ad Regulas ipſas publicatas; unde perne-
ceſſe accipi debent pro ſynonimis, nec intelligi
poſſunt generice de quibuſcumque Pontificum *Con-
ſtitutionibus, & Ordinationibus*, prout hanc non
prohibetur recipere interpretationem verbum *Con-
ſtitutionibus* adjectum in Regula LXX. præſer-
tim munitum generali, & ampla dictione *quibuſ-
cumque.*

Eadem militat reſponſio quoad verba *Conſtitu-
tiones, Regulas*, quæ leguntur in Proœmio Regu- 64
larum, cum & eadem verba ſubſequatur dictio re-
lativa *infraſcriptas* - ibi -- *Reſervationes, Conſtitu-
tiones, & Regulas infraſcriptas &c.* ſicque verbum
Conſtitutiones, veluti relativum ad Conſtitutiones,
ſive Regulas Cancellariæ, quæ infra deſcribuntur, 65
de aliis Conſtitutionibus intelligi non poteſt, quam
de relatis, ipſiſmet nempe Regulis, per ea, quæ
tradunt DD. penes *Barboſ. de Dict. dict.* 25. *n.* 25.
& ſeqq.

Quod vero in quamplurimis aliis Cancellariæ 66
Regulis verba *Conſtitutio*, & *Regula* pro ſynoni-
mis uſurpentur, & ſic etiam accipiantur in De-
creto Alexandri VII. verba *Conſtitutionibus, &
Ordinationibus*, id ex eo provenit, quia ſubjecta
materia non patitur, ut aliud *Conſtitutio*, aliud
Regula denotent, ut ex earum Lectura emergit.
Nec novum in jure eſt, quod verba, tametſi ge-
neralia, juxta ſubjectam materiam aliquando re-
ſtringantur. *Leg. Non eſt novum ff. de Legib.* cum
concordantibus penes *Rot. deciſ.* 710. *numer.* 15.
cor. Molines. Quinimmo, cum in cæteris Can-
cellariæ Regulis verba *Conſtitutiones*, & *Regulæ*
exprimantur ſimpliciter, Regula vero LXX. lo-
quatur de Conſtitutionibus cum addito *quibuſcum-
que* ibi -- *ordinavit, & decrevit, quod in quibuſ-
cumque Conſtitutionibus, & Regulis &c.* ex hoc 67
profecto diſcretivo loquendi modo eruitur, ver-
bum *Conſtitutionibus* uſurpatum fuiſſe in eadem
Regula LXX. pro quacumque lege, etiam ſepara-
ta, & diverſa a Regulis Cancellariæ, & apta pro-
inde ob ſui univerſalitatem comprehendere quaſ-

cumque Pontificiis Diſpoſitiones, & Ordinationes,
quibus adaptabilis ſit ratio Regulæ.

68 Poſtremo momenti non eſt, quod Regulæ Can-
cellariæ ſtrictam recipiant interpretationem, nec a
caſibus pro quibus editæ ſunt ad alios extendi de-
beant, quamvis eadem, quin imo, & major ratio
concurrat.

69 Siquidem Regulæ illæ Cancellariæ ſunt reſtrin-
gendæ, quæ odium aliquod, aut exorbitantem con-
tinent diſpoſitionem, prout ſunt Regulæ reſerva-
toriæ Beneficiorum, quæ, cum adimant Ordina-
riis Collatoribus liberam, qua de jure gaudent con-
ferendi facultatem, ſtrictam recipere debent inter-
pretationem; At vero idem non eſt ferendum ju-
dicium reſpectu Regularum, quæ nulli præjudi-
cium inferentes, Privilegium aliquod continent,
præcipue favore adeo conſpicui Cœtus, qualis eſt
ille S. R. E. Cardinalium. Si enim Privilegia pri-
vatis conceſſa late eorum favore contra Principem
70 concedentem interpretari decet *Leg. final. ff. de
Conſtit. Princip. Leg. ſi quando C. de Bon. Vacant.
lib. 10. Cap. Dilecti, de Donat. Alex. conſ. 110.
n. 6. Rot. deciſ. 1856. n. 8. cor. Corein. & deciſ. 30.
n. 32. coram clar. mem. Card. Falconerio tom. 3.
tit. de Uſur. & fruct.* longe ſane potiori Jure be-
nignam hanc, latamque interpretationem ſortiri
debet Privilegium elargitum in *Regula LXX.* Car- 71
dinalibus, & quidem ex cauſa quodammodo one-
roſa, ob ſedulam nempe, continuamque aſſiſten-
tiam, quam pro Chriſtianæ Reipublicæ Regimi-
ne Pontifici præſtant; Nec in his terminis Regula
extenditur a caſu ad caſum, ſed in ſpiritu compre-
hendit caſum illum, qui dubiam recipit interpre- 72
tationem, quique ſatis etiam expreſſus dici po-
teſt, veluti comprehenſus ſub ratione impulſiva
conceſſionis Privilegii, *ad Text. in Leg. Quæſitum
ff. de Teſtibus, Barboſ. Axiomat. 39. nu. 13.* cum
aliis relatis *in Romana Beneplaciti 5. Maii 1698.
§. His accedit & §. Ratio autem confirm. 2. De-
cembris ejuſdem anni §. Similiter cor. bon. mem.
Muto.*. Exemplo Indultorum conferendi Beneficia 73
reſervata, quæ iiſdem Cardinalibus concedi ſolent,
quæque contra Pontificem indulgentem late in-
terpretantur, ad effectum ut ſub eorum diſpoſi-
tione illa etiam cenſeantur comprehenſa, quæ, etſi
non expreſſa, ſubjacent tamen rationi animativæ
Indulti, ut pluries in hoc Opere dictum eſt. At-
que ex his rationibus poſteriorem hanc Senten-
tiam DD. Cardinalibus favorabilem veriorem exi-
ſtimo.

REGULA LXXI.

Quod Regulæ Cancellariæ non comprehendantur ſub generalibus derogationibus.

ITem Sanctitas Sua ſtatuit, & declaravit, quod præmiſſis, & quibuſvis aliis Regulis Cancellariæ ſuo tempore edendis, & publicandis, nunquam cenſeatur derogatum in quibuſcumque Conſtitutionibus, Literis, Brevibus, Indultis, & aliis Ordinationibus Apoſtolicis, etiam *Motu proprio*, & ex certa ſcientia emanatis, per quæcumque verba, & Decreta derogatoria, irritantia, univerſalia, & ampliſſima, & clauſulas quantumvis efficaciſſimas, etiam derogatoriarum derogatorias, atque ſpecialis, & individuæ expreſſionis vim habentes, & habentia, niſi facta fuerit de illis expreſſa mentio, & non aliter, nec alio modo.

ARGUMENTUM

PATET EX SUMMARIO.

SUMMARIUM.

1 *Regula edita primo fuit ſub Alexandro VII.*

2 *Diſponit, quod Cancellaria Regulis per quaſcumque clauſulas, etſi efficaciſſimas, ac verba univerſalia, & ampliſſima, non cenſetur derogatum, niſi de illis expreſſa mentio facta fuerit.*

3 *Sed, & ante Regulæ editionem hæc erat communis Doctorum Sententia.*

4 *Per clauſulam* -- non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis -- *derogatum cenſetur aliis Conſtitutionibus in contrarium facientibus.*

5 *Sed non Regulis Cancellariæ.*

6 *Facultas conferendi Dignitates vigore Regulæ IV. reſervatas indiget expreſſa, & individua mentione, nec cenſetur impertita per clauſulas generales eidem Regulæ derogatorias.*

7 *Idem dicendum de facultate conferendi Beneficia vigore Regulæ IX. reſervata.*

8 *Cancellariæ Regulis derogatum cenſetur, etiam non facta de illis mentione, ſi derogatio ſit expleta per viam legis generalis.*

Quemadmodum per ſimilem cenſetur Juramento derogatum. n. 10.

11 *Contrarium attentis verbis Regulæ.* & n. 9.

12 *Ex derogatione facta uni Regulæ Cancellariæ, non cenſetur alteri derogatum, niſi de illa mentio facta fuerit.*

13 *Clauſula*, quorum tenores *&c. non eſt apta derogationem Regulis Cancellariæ præſeferre.*

14 *Minuſque Clauſula* Sublata &c.

15 *Nec*

15 *Nec altera* -- motu proprio, & ex certa ſcientia.
16 *Et an pro derogatione ſufficiat clauſula* -- Non obſtantibus Regulis Cancellariæ? & num. 17. & 18.
19 *Maxime, ſi conjuncta ſit verbis* -- quarum tenores habeantur pro expreſſis -- ? & n. 20.
21 *Verba* -- & non aliter, nec alio modo -- *formam inducunt pro validitate actus præciſe ſervandam.*

1 HÆc Regula eſt nova in totum, cum ſub A-
lexandro VII. inter alias Cancellariæ Regu-
las fuerit primo evulgata. In ea diſponitur, quod
2 per quæcumque verba, & Decreta derogatoria,
etiam ampliſſima, & cum clauſulis efficaciſſimis
concepta, nunquam cenſeatur derogatum Can-
cellariæ Regulis, niſi de illis expreſſa mentio fa-
3 cta fuerit, nec aliter, nec alio modo. Eſtque con-
formis menti Doctorum unanimiter concluden-
tium, expreſſe, & ſpecialiter derogandum eſſe
Regulis Cancellariæ, neque illis cenſeri derogatum
per quamcumque generalem derogationem, etſi
pregnantem, & ampliſſimam *Gomeſ. in Proœm.
Regul. Cancellar. quæſt. 5. per tot. Rubeus Singul.
Rot. part. 4. Clauſul. 496. n. 39. Pariſ. de Reſignat.
lib. 8. quæſt. 7. num. 166. & quæſt. 8. numer.* 123.
Lotter. de Re Beneficiar. libr. 2. quæſt. 59. numer.
19. *Barboſ. Clauſ. 83. num. 36. Coccin. Adnot. 40.
num. 18. Rot. penes Caſſador. decif. 38. numer. 11.
ſuper Regul. Cancellar. & decif. 596. num. 7. part.
2. recent. & in Tiraſonen. Prioratus 19. Novembris 1691. §. In nihilo cor. Molines* inter impreſſ.
decif. 180. confirmata 29. *Aprilis 1697. cor. Urſino.*

Hinc, licet per clauſulam -- *non obſtantibus
4 Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis* --
cenſeatur derogatum aliis Conſtitutionibus in con-
trarium facientibus; nihilominus derogatum non
cenſetur Cancellariæ Regulis, quia illæ habent
5 clauſulam derogatoriam ad ſequentes actus; & ſi-
cuti per clauſulam præfatam derogatum non re-
manet Conciliis generalibus, ita nec minus Regu-
lis Cancellariæ, ut probant *Gomeſ. Pariſ. Barboſ.
& Rot. in dicta Tiraſonen. coram Molines, & de-
cif. 250. n. 1. part. 2. diverſ. Vivian. de Jurepatron.
libr. 13. cap. 8. n. 259. Corrad. in Prax. Diſpenſat.
libr. 1. cap. 6. num. 13. in fine. Rebuff. in Prax.
titul. de forma, & declarat. novæ Proviſion. pag.*
154. §. *Et de hac clauſula, Kochier. ad Prec. Primar. verb. Non obſtan. verſic. Nihilominus litt. A.
& litt. H.*

Ex his infertur, quod non cenſetur, Papam vo-
6 luiſſe elargiri Ordinariis facultatem conferendi Di-
gnitates poſt Pontificalem majores in Cathedrali-
bus, aut Principales in Collegiatis ad excluſionem
reſervationis contentæ in *Regula IV.* niſi faculta-
tem hanc indulſerit ſpecialiter, & expreſſe, non
autem derogando Regulæ præfatæ per clauſulas
generales *non obſtantibus &c.* cum cæteroquin nun-
quam cenſeatur ſub involucro verborum velle ſi-
bi præjudicium inferre in collatione Beneficio-
rum, ut late fuit reſolutum in dicta *Tiraſonen.
Prioratus coram Molines confirmata 29. Aprilis*
1697. *coram Urſino,* & diximus in *Comment. in
Regul. IV.* Eodemque modo dici nequit imperti-
7 ta facultas conferendi Beneficia vacantia in Men-
ſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis ad excluſionem
Regulæ IX. niſi Regulæ præfatæ ſpecialiter, &
expreſſe fuerit derogatum, potiſſimum ob clauſu-
las ampliſſimas, quibus illa munita reperitur *Lotter. de Re Benefic. dict. lib. 2. quæſt. 39. n. 18. & 19.*

*Rot. dict. decif. 569. n. 7. par. 1. recen. & in Barchinonen. Beneficii 7. Aprilis 1689. §. Similiter cor.
Mattheio.*

Similiter non cenſetur Regulis Cancellariæ de- 8
rogatum, quamvis derogatio ſit facta per viam le-
gis generalis; Nam licet *Gomez.* exiſtimet ſatis
derogari Regulis præfatis, etiam non facta de illis 9
mentione, ubi proceditur per viam legis generalis,
argumento ſumpto a Juramento, cui derogatum 10
cenſetur, ſi derogatio fiat per viam legis genera-
lis, ut *in Proœm. Regul. dict. quæſt. 5. in fin.* cum
aliis apud *Gonzal. in Regul. 8. Gloſſ. 9. §. 1. n.* 50.
Attamen Regula hæc diſponit, ut in *quibuſcum-* 11
que Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſto-
licis, nunquam intelligatur Cancellariæ Regulis
derogatum, *niſi facta fuerit de illis expreſſa men-
tio, & non aliter, nec alio modo.* Verbum autem
quibuſcumque aptum eſt ob ſui generalitatem om-
nes Conſtitutiones, & Ordinationes Apoſtolicas
comprehendere, etiam ſi per viam legis generalis
emanaverint. Quam ob rem ex derogatione uni
Regulæ Cancellariæ non cenſetur alteri Regulæ 12
derogatum, niſi ſit facta mentio ſpecialis Regulæ,
cui derogatum eſſe prætenditur *Coccin. Adnot. 40.
n. 18. Caſſador. decif. 38. n. 11. ſuper Regul. Cancellar.*

Ad inducendam pariter derogationem Regulis
Cancellariæ, nec ſufficiunt Clauſulæ *quorum te-* 13
nores &c. & aliæ ſimiles, quia, cum ſint acceſſo-
riæ, non ampliant diſpoſitionem principalem, ſed
tantummodo tollunt ſubreptionem *Rot. decif. 659.
num. 8. & 9.* ubi etiam de clauſula *ſublatis, part.* 14
1. *recent.* & in *Corduben. Beneficiorum 27. Novembris 1699. §. Accedit, coram Hervault.* Quemad-
modum, nec ſufficere clauſulas *Motu proprio, &* 15
ex certa ſcientia, Derogatorias derogatoriarum,
aliaſque habentes vim, & efficaciam ſpecialis, &
individuæ expreſſionis, cum requiratur expreſſa
mentio de Regulis, clariſſime in hac Regula diſ-
ponitur.

An autem ſufficiat generalis expreſſio -- *non ob-* 16
ſtantibus Regulis Cancellariæ? -- *Gomeſ. in Proœm.
Regul. per tot.* poſt expoſitas nonnullas diſtinctio-
nes, concludit, de ſtylo Cancellariæ non ſufficere
hanc generalem expreſſionem, præcipue, ubi agi-
tur de Regulis notabilibus, & notoriis, maxime
judicialibus, ſed requiritur, aut expreſſa mentio in
individuo de Regula, aut quod illius tenor de ver-
bo ad verbum in principio Literarum narretur,
ſubdens, ita ſpecialiter eſſe introductum ex ſtylo
Signaturæ Alexandri VI. *Rebuff. ad Concordat. tit.
Forma Mandati Apoſtolici verb. Conſtitutionibus
circa fin. Rub. Singul. Rot. part. 7. clauſ. 496. n. 41.
Barboſ. Clauſ. 83. n. 37. Kochier ad Prec. Primar.
§. Non obſtantibus Litt. A. Rot. decif. 198. n. 6. coram Millino.*

Idemque tradit *Hieronymus Paulus Barchino-* 17
nenſis (quem uti ſummum practicum in materia
Beneficiali extollit *Gomeſ.* ubi ſupra) *in Prax.
Cancellar. tit. Notabilia ſuper vacan. non reſer-
vatis §. Adverte*, ubi hæc ait -- *Adverte, quod,
quando in Beneficialibus eſt derogandum alicui Re-
gulæ, ſemper illa Regula debet narrari in princi-
pio Literæ, videlicet poſt exordium* -- ibi -- Hinc
eſt, quod Nos qui dudum inter alia volumus
&c. *& poſtea in non obſtantibus debet poni* -- Non
obſtante voluntate priori, ac Ordinationibus præ-
miſſis, & Conſtitutionibus &c. -- *Corrad. in Prax.
Diſpenſat. lib. 1. Cap. 6. num. 13. verſ. Limita-
tur ſecundo*, ubi diſtinguit inter Regulas, reſpi- 18
cientes modum expediendi Literas Apoſtolicas
in Cancellaria, quibus, ut primum derogari ſolet,

abſque eo, quod narrentur verba Regulæ, & Regulas judiciales, quæ ſunt de *Dandis*, quibus cum derogari contingat, extenditur in ſupplicatione tenor Regulæ, ſaltem in ſubſtantia, poſtmodum in Literis Apoſtolicis poſt earum exordium inſeritur integer Regulæ tenor, deindeque in clauſula *non obſtantibus* apponuntur hæc verba, videlicet -- *non obſtantibus voluntate priori, & ordinationibus præmiſſis, ac Conſtitutionibus &c.* ſubditque, quod alias pro Regulæ derogatione non ſufficeret clauſula generalis -- *non obſtantibus &c.*

Quid dicendum, ſi ulterius adſit clauſula non
19 obſtantibus Regulis Cancellariæ *quarum tenores habeantur pro expreſſis?* Et *Gomeſ. d. qu. 6. Præam.* diſtinguit, quod, aut agitur de Regula, quæ requirit ſpecialem, & individuam mentionem, & tali caſu non cenſetur ei derogatum per dictam clauſulam -- *quorum tenores*, niſi in ſpecie de illa Regula fiat mentio, ut verba aliquid operentur, quemadmodum, exempli cauſa, eſt Regula *de jure quæſita non tollendo*, quæ ſpecialem pro illius derogatione requirit mentionem, ut illi derogetur, juxta plene expoſita *in Comment. in Regulam XVIII. de non tollendo Jus quæſitum.* Aut Regula hujuſmodi non requirit ſpecificam mentionem, & tunc per clauſulam -- *quarum tenores &c.* cenſetur derogatum Regulis Cancellariæ, perinde ac ſi de verbo ad verbum fuiſſent inſertæ; Et ita refert, fuiſſe judicatum in Rota. Hancque diſtinctionem ſequuntur *Barboſ. & Rubeus* locis ſupra laudatis *Kochier. ad Preces Primar. Verb. non obſtantibus litt. A.* cum aliis apud *Vivian. de Jurepatr. lib. 13. cap. 8. nu. 97.* Idemque procedere ait *Gomeſ.* ex Voto *Abbreviatorum de Parco* ſtantibus Verbis -- *Non obſtantibus Regulis Cancellariæ latiſſime extendendis*, nam poſſet Regula de Verbo ad Verbum in Literis Apoſtolicis inſeri, ſicuti fieri poteſt vigore clauſulæ -- *quarum tenores &c.*

Verum, etſi hæc omnia procedere poſſent ante
editionem Regulæ LXXI. quo tempore mox lau- 20
dati Doctores ſcripſerunt, hodie tamen inſpecta illius diſpoſitione, ſupradictæ clauſulæ minime ſuffragantur, quia ſingulæ Cancellariæ Regulæ, ut cenſeatur iis derogatum, requirunt ſpecificam, & expreſſam mentionem, nec ſufficiunt clauſulæ, quamvis ampliſſimæ, & efficaciſſimæ habentes vim ſpecialis, & individuæ expreſſionis. Unde, licet Clauſula *non obſtantibus Regulis Cancellariæ, quarum tenores &c.* præſeferat individuam illarum expreſſionem, & plura operetur de quibus *Vivian. dict. lib. 13. cap. 8. nu. 89. & ſeqq.* attamen hodie minime apta eſt derogationem Regulis præſeferre. Potiſſimum, quia Regula hæc poſt præſcriptum modum, quo Cancellariæ Regulis derogari debeat, utitur Clauſula -- *& non aliter nec alio*
modo -- quæ formam inducit, quæque præciſe ſer- 21
vanda eſt, irritumque, ac nullum reddit quidquid præter modum præſcriptum in contrarium geſtum fuerit, juxta indolem ejuſdem Clauſulæ, de qua plene DD. penes *Barboſ. Clauſ. 39. Vivian. de Jurepatr. lib. 13. cap. 8. num. 68. & ſeqq. Faber in Cod. lib. 6. tit. 4. definit. 2. nu. 3. & ſeqq. Adden. ad Pamphil. deciſ. 393. num. 9. Rot. deciſ. 296. n. 4. coram Emerix. Jun. & deciſ. 100. num. 4. coram Celſo.*

REGULA LXXII.

De Poteſtate Reverendiſſ. D. Vice-Cancellarii, & Cancellariam Regentis.

PRimo, quod poſſit committere abſolutionem illorum, qui ignoranter in ſupplicationibus, vel in Literis Apoſtolicis aliquid ſcriberent, corrigerent, vel delerent.

Item, quod poſſit corrigere nomina, & cognomina Perſonarum, non tamen earum, quibus Gratia, & conceſſiones fiunt, ac Beneficiorum, dum tamen de corpore conſtet.

Item, quod poſſit omnes cauſas Beneficiales, etiam non devolutas committere in Curia cum poteſtate citandi ad partes.

Item, quod Proceſſus Apoſtolica auctoritate decretos aggravare poſſit cum invocatione Brachii ſecularis, & Sententias exequutioni demandari facere contra intruſos, & intrudendos per Literas Apoſtolicas deſuper conficiendas, & non alias.

Item, quod poſſit ſignare Supplicationes manibus duorum Referendariorum ſignatas, de Beneficiis Eccleſiaſticis Secularibus, & Regularibus diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter non reſervatis, quorum cujuslibet valor centum Florenorum auri de Camera, vel totidem librarum Turonen. parvorum, ſeu totidem in alia moneta ſecundum communem æſtimationem, valorem annuum non excedet.

Item

Item, quod poſſit ſignare Supplicationes, etiam duorum Referendariorum manibus ſignatas de novis Proviſionibus, ſi Neutri, & ſubrogationibus pro Collitigantibus, in quibus non detur clauſula generalem reſervationem importans.

Item, quod poſſit ad Ordines ſuſcipiendos arctatis prorogare terminos de dictis ſuſcipiendis Ordinibus, uſque ad proxima tunc a jure ſtatuta tempora, in quibus ſic arctati ſucceſſive ad ipſos Ordines promoveantur.

ARGUMENTUM.

HAbuit olim Romana Eccleſia Cancellarios, & oſtenditur, quis primus Vice-Cancellarii nomen uſurpavit, & quam ob cauſam? Referuntur DD. qui de Vice-Cancellarii facultatibus agunt, & multa illius Juriſdictionem reſpicientia enatrantur in hac Regula, quæ priſcis temporibus amplioribus concepta terminis legebatur. Gaudet ejuſdem Regulæ vigore Vice-Cancellarius, ſeu Regens Cancellariæ facultate committendi abſolutionem eorum, qui ignoranter in Supplicationibus, aut Literis Apoſtolicis aliquid corrigendo; addunt, vel minuunt; Incurrunt enim ii excommunicationem, quamvis correctio ſit in una Syllaba, aut litera, & ſive ea ſequatur in Literis, & Supplicationibus a Papa ſignatis, ſive ſignatis a Vice-Cancellario, ſeu gerentibus vices eorum; Excommunicationem tamen non incurrunt falſificantes Literas Sacrarum Congregat. Pœnitentiariæ, Legatorum a Latere, aliorumque Sanctæ Sedis Officialium, qui eas proprio eorum nomine, non Pontificis ſcribunt. Competit itidem vigore Regulæ Cancellario, ſeu Regenti Cancellariæ facultas tum corrigendi Nomen, & Cognomen Impetrantis, necnon illius, per cujus obitum vacavit Beneficium, ac iſtius denominationem, invocationem, locum loci, dummodo correctio non immutet ſtatum rei, & conſtet de identitate Perſonarum, & Beneficii: tum corrigendi Menſem per errorem expreſſum, loco alterius, in quo Beneficium revera vacavit, quando ſubſtantia Gratiæ non immutatur: tum corrigendi Literas in iis, quæ Gratiam ibi contentam, parem ſive minorem, non majorem reddunt. Inſuper poteſt Vice-Cancellarius, ſeu Regens Cancellariæ Cauſas omnes Beneficiales, etiam non devolutas, committere in Curia cum poteſtate citandi ad partes; plura tamen, quæ recenſentur, neceſſaria ſunt, ut eis competat facultas hæc, qua cœteroquin non amplius hodie utuntur, & quare? Enarrantur quoque nonnullæ aliæ facultates, quæ Vice-Cancellario præfato, ſeu Regenti Cancellariæ vigore Regulæ competunt, & examinatur, an poſſint prorogare terminum ſub pœna nullitatis Gratiæ præfixum ad expediendas Literas Apoſtolicas, aut termino præfato elapſo permittere, ut abſque incurſu in dictam pœnam poſſint illæ expediri? Poſtremo agitur de emolumentis, quæ olim Vice-Cancellarius percipiebat, ac de Officiorum Collatione, quæ ab ipſo explebatur, eorumque diſmembratione a Vice-Cancellariatu per ſan. mem. Innocentium XI. facta, & Cameræ applicatorum.

SUMMARIUM.

1 *Romana Eccleſia Cancellarios olim habuit.*
Et Cancellarii laudes ex Sancto Bernardo. ibid.
2 *Cancellarii Officium quanto tempore perduravit, & quis Vice-Cancellarii nomine primus uſus fuit.*
3 *Exponitur, quam ob cauſam Cancellarii, Vice-Cancellarii nomen uſurparunt.* & n. 4. & 5.
6 *Referuntur DD. qui de facultatibus Vice-Cancellarii agunt.*
7 *Regula recenſet ea, quæ Juriſdictionem Vice-Cancellarii reſpiciunt, & antiquitus in ampliori forma concepta erat, ſed ſub Gregorio XIII. ad formam, qua hodie utimur, reducta eſt.* & n. 61.
8 *Tribuit Regula Vice-Cancellario facultatem committendi abſolutionem eorum, qui ignoranter in ſupplicationibus aliquid ſcribunt, corrigunt, aut delent.*
9 *Falſificantes Literas Apoſtolicas ſunt vigore Bullæ* in Cœna Domini *excommunicati.*
10 *Amplia, etiamſi ignoranter id egerint, ut in Regula dicitur.*
11 *Aut per ſimplicitatem, & non malitiam.*
Et in qualitate mere accidentali ſine dolo, & damno alicujus. ibid.
12 *In excommunicationem incidunt etiam ii, qui, in una litera, in una ſyllaba, aut uno puncto addendo, vel delendo, Literas Apoſtolicas corrigunt.* & n. 17.
13 *Contrarium ex Decretali* in Cap. Ex conſcientia, de Crim. falſ. & n. 14.
Niſi de facili, & abſque ullo moræ diſpendio adiri poſſit Officialis deputatus Literis

Apoſtolicis corrigendis. num. 19.

18 *Errores, etſi leviſſimi in una Syllaba, aut verbo, qui in Literis Apoſtolicis irrepſerunt, nec ab illorum Scriptoribus, ſed de licentia Regentis Cancellariæ, aut alterius Officialis, corrigendi ſunt.*

20 *Sunt etiam vigore Bullæ* in Cœna Domini *excommunicati, qui ſupplicationes, quamvis in re minima, corrigunt, aliquid addendo, vel minuendo.*

Sed in praxi hujuſmodi correctio vix ſequi poteſt, & de ratione, n. 21.

Soli vero Datario, ejuſque Subſtitutis, aut Reviſoribus permiſſum eſt ſupplicationes corrigere addendo, & minuendo. n. 22.

23 *Et excommunicationem prædictam incurrunt nedum qui corrigunt ſupplicationes a Papa ſignatas, ſed etiam, ut præſcribit Bulla* in Cœna Domini, *ſignatas per Vice-Cancellarium, ſeu gerentes Vices eorum, aut de mandato ejuſdem Pontificis ſignatas.*

24 *Ei tamen non ſubjacent falſificantes Literas Congregationis Cardinalium, Sacræ Pœnitentiariæ, Legatorum a Latere, aliorumque, qui proprio eorum, non autem Papæ, aut Vice-Cancellarii nomine illas expediunt.*

25 *Vice-Cancellarius, ſeu Regens Cancellariæ facultate gaudet corrigendi Nomen, vel Cognomen Impetrantis, aut illius, per cujus obitum ſit impetratio.*

Necnon Invocationes, Denominationes, Locum loci &c. dummodo correctio ſtatum rei non immutet, & conſtet de identitate Perſonarum, & Beneficiorum.

26 *Poteſt corrigere Menſem per errorem loco alterius, in quo Beneficium vacavit, in Literis Apoſtolicis expreſſum, ſi per hujuſmodi correctionem ſubſtantia Gratiæ non immutatur. Et ponitur exemplum.* n. 27.

28 *Nec pro hujuſmodi correctione peragenda neceſſaria eſt citatio eorum, qui intereſſe habere prætendunt.*

29 *Vice-Cancellario, ſeu Regenti Cancellariæ, permiſſum eſt corrigere Bullas Matrimoniales circa gradus de Conſanguinitate in Affinitatem*, & e contra.

30 *Haud tamen poſſunt Bullam corrigere in eo, quod expreſſum non eſt, redditque Gratiam majorem, aut difficiliorem, niſi id veniat vigore Clauſularum.*

31 *Sed facultate gaudent corrigendi Bullam circa qualitatem Beneficii expreſſam, uti de non reſidentiali, in reſidentialem.*

32 *Si in Præconio, Decreto Conciſtoriali, & Literis Proviſionis duarum Eccleſiarum æque principaliter unitarum, una ex illis prænominata fuerit, non poteſt Vice-Cancellarius Literas corrigere, & alteri Eccleſiæ prænominationem dare.*

33 *Vice-Cancellarius, ſeu Regens Cancellariæ, poteſt etiam in Commiſſionibus corrigere errorem, qui irrepſit in Nomine, & Cognomine Perſonarum, ac locorum.*

Intellige, dummodo correctio non fiat in fraudem, & alter ex Collitigantibus Commiſſione uſus non ſit.

34 *Poteſt itidem Cauſas omnes Beneficiales etiam non devolutas committere in Curia, cum facultate citandi ad partes.*

Necnon abſque alio mandato Papæ committere Cauſas omnes, quæ de communi juſtitia ſint. n. 35.

36 *Requiritur tamen ad effectum, ut Cauſas prædictas Beneficiales committere poſſit, quod Beneficium non excedat annuum reditum decem ducatorum.*

Contrarium, quia in Regula reſtrictio hæc non legitur. n. 37. & 38.

39 *Inſuper neceſſe eſt, quod Cauſæ præfatæ in Curia remaneant, nam ſi ad partes remittantur, ceſſat facultas præfata.*

40 *Quodque ſint legitime devolutæ, nam legitime non devolutas ſine Mandato ſpeciali Papæ Vice-Cancellarius committere non poteſt.*

Intellige, ubi agitur de Cauſis de partibus, ſecus quoad eas, quæ ex propria indole ſunt in Urbe committendæ, has enim, etſi non legitime devolutas, poteſt vigore Regulæ committere. n. 42.

Nec ex quo poſt Concilium Tridentinum non reperiantur Commiſſiones hujuſmodi a Vice-Cancellario ſignatæ, argui poteſt, quod facultatem committendi amiſerit. & de ratione. n. 43. 44. & 50.

41 *Cauſæ omnes vigore Concilii Tridentini in prima inſtantia cognoſci debent ab Ordinariis.*

44 *Intellige, quoad Cauſas de partibus, ſecus quoad illas, quæ ex earum natura ſunt in Urbe committendæ, & terminandæ.*

45 *Vice-Cancellarius, ut Cauſas committere poſſit, oportet, quod Judex detulerit Appellationi, aut; quod Cauſa ſit de ſui natura appellabilis.*

Redditur ratio, quia Cancellaria ſervat Jus commune. ibid.

46 *Vice-Cancellarius Commiſſiones contra jus ſignare non poteſt.*

Redditur ratio, quia ſine ſpeciali Papæ mandato Juri derogare nequit. ibidem & numer. 49.

47 *Nec ſignare Commiſſiones, in quibus opus eſt plenitudine poteſtatis Papæ.*

Hinc Cauſam in partibus pendentem committere non poteſt, nec commiſſam avocare. ibidem.

48 *Vice-Cancellarius Commiſſiones hodie amplius non ſignat, nec facultate ſibi tradita a Regula utitur, & qua ratione?* & numer. 50.

51 *Diſtribuit tamen ipſe, vel Regens Cancellariæ etiam hodie Commiſſiones, quæ a Cardinali Præfecto Signaturæ ſignantur, Auditoribus Rotæ, vel Prælatis, quibus committuntur.*

Et ſubſcribit -- De Mandato D. N. Papæ audiat Magiſter N. & juſtitiam faciat -- ibidem.

52 *Et, an hoc caſu attendi potius debeat Signatura Cardinalis Præfecti Signaturæ, quam Regentis?* Remiſſive.

53 *Enumerantur quamplures aliæ facultates, quibus Vice-Cancellarius, ſeu Regens Cancellariæ gaudet vigore Regulæ.* & n. 56.

54 *Sed, nec facultatibus præfatis modo ipſi utuntur. Et quare?*

55 *Conceſſa per Pontificem alicui juriſdictione, ea omnia conceſſa cenſentur, ſine quibus illa exerceri non poteſt.*

57 *Vice-Cancellarius, ſeu Regens Cancellariæ poteſt prorogare tempus præfixum in ſupplicatione ad expediendum Literas Apoſtolicas ſub pœna nullitatis Gratiæ.*

58 *Revocatur hæc Sententia in dubium, & ob quas rationes?* & n. 59. & 60.

Sed

Digitized by Google

Sed prior Sententia de ſtylo ſervatur. n. 61.

59 *Cancellaria non mutat Exequutores datos a Papa.*

62 *Ad Vice-Cancellarios olim ſpectabat collatio nonnullorum Officiorum Cancellariæ, etiam de Majoribus, & Prælatitiis.* & n. 66.

63 *Sed illa Vice-Cancellariatu diſmembravit* ſan. mem. Innocentius XI. *& Cameræ Apoſtolicæ pleno jure reſtituit.*

64 *Diſmembravit itidem laudatus Pontifex a fructibus Vice-Cancellariatus nonnullos redditus, ex quibus Montem Religionis vacabilem erexit.*

65 *Sed reditus præfatos, Vice-Cancellariatus Officio poſtea reſtituit ſan. mem. Alexander VIII. prævio Voto Congregationis particularis.* & num. 67.

68 *Vice Cancellarii poteſtas, an expiret Sede Apoſtolica vacante?*

1 A Primis fere Eccleſiæ Seculis Romana Eccleſia Cancellarios habuit, Viros doctrina, ac pietate ſpectatiſſimos, & quam ſæpiſſime S. R. E. Cardinales, ut ex Elencho, quem refert *Cobell. Notit. Card. Cap.* 38. *Mandoſ. Gloſſ. Facult. Regent. §. Volentes pag. mihi* 36. *a tergo, Cardin. de Luc. in Relat. Curiæ diſc.* 10. *numer.* 1. Tantaque erat Cancellarii auctoritas, & dignitas, ut ſecundum poſt Pontificem obtineret locum, ac de illo hac cum lauda meminit *S. Bernardus* Epiſtol. 33. -- *Cum nullum ferme fiat in Orbe bonum, quod per manus quodammodo Romani Cancellarii tranſire non habeat, & vix vel bonum judicetur, quod ejus primum non fuerit examinatum judicio, moderatum conſilio, ſtudio roboratum, & confirmatum adjutorio.* Et in *Epiſtol.* 280. hortatur *Eugenium III.* ut aptum Cancellarium eligat, affirmans, ab ipſo pendere Dignitatem Romanæ Eccleſiæ.

2 Exiſtimat vero *Ciaccon. in Vita Gregorii VIII.* uſque ad tempus laudati Pontificis electi anno 1187. Cancellarii nomen perduraſſe, & quemdam *Canonicum Lateranenſem* nomine *Moyſem* ad Cancellariatus officium electum, Vice-Cancellarii nomen primum uſurpaſſe. Sed Vir clar. *P. Lupus* autumat, viguiſſe Cancellarii nomen uſque ad poſtrema tempora *Innocentii III.* qui ad Pontificatum aſſumptus anno 1198. obiit anno 1216. cujus quamplures Epiſtolæ hanc habent ſubſcriptionem -- *Per manum Joannis S. Mariæ in Coſmedin Diaconi Cardinalis S. R. E. Cancellarii* -- qui anno ſextodecimo illius Pontificatus deceſſit, & fuit ultimus Cancellarius, cum ſubſequentes *Innocentii* Literæ paſſim habeant hanc ſubſcriptionem -- *Per manum Raynaldi Accolyti, & Cappellani Domini Innocentii III. Papæ* -- & per *Innocentium IV.* celebratæ Lugdunenſis Synodi Acta laudant Magiſtrum *Martinum Neapolitanum Diaconum Cardinalem, & Vice-Cancellarium.* Hæc laudatus *P. Lupus in Diſſert. de S. Leonis IX. Actis Cap.* 16. *tom.* 4. *pag.* 443. Quodque laudatus *Joannes* S. Mariæ in Coſmedin Cardinalis Diaconus fuerit ultimus Cancellarius, tradit etiam *Panvin. in Tract. de Cardinal.* quem refert *Mandoſ. in Gloſſ. Facult. Regent. Cancellar. §. Volentes pag.* 36. *a tergo Column.* 2. Sed hujuſmodi aſſertiones dubias reddit teſtimonium *Macri in ſuo Hieralex.* Verb. *Cancellarius*, ubi aſſerit, in Archivo Cathedralis Eccleſiæ Viterbienſis nonnullas ipſum vidiſſe originales Bullas *Alexandri IV.* Pontificis electi anno 1261. propriis illius, ac Cardinalium manibus ſignatas cum hac ſubſcriptione -- *Datum per manus N. Cardinalis S. R. E. Cancellarii* -- unde patet, longe poſt Alexandrum III. Cancellarii nomen perduraſſe.

Cauſam hujuſmodi mutationis Officii, ſeu Dignitatis Cancellarii in Vice-Cancellarium reddit in eruditis *ad Ruberti Pulli* ſententias *Commentariis Ugo Methoud. pag.* 391. -- his verbis -- *Cum tamen in eam creverit auctoritatem, quæ timeri potuiſſet, Dignitas illa, ſuppreſſo Cancellarii Officio, creati ſunt Vice-Cancellarii* -- quem refert *P. Lupus* loco mox laudato. Et *Guglielm. de Benedictis in Cap. Raynutius, Verb. Ex uxorem nomine deciſ.* 2. *n.* 203. ait, quod Cancellarius, cum ſemel ex gloria propter excellentiam tantæ Dignitatis cum Papa ſatageret contendere de *pari*, ſtatutum fuit pro lege, quod non Cancellarius, ſed Vice-Cancellarius Papæ impoſterum vocaretur, quod & hodie ſervatur, & id ipſum antea dixerunt *Card. Zabarell.* aliique antiqui *Canoniſtæ in Clement. Ne Romani, de Elect.* Verum interpretationem hanc, veluti ſomnium, ac fabellam redolentem, cum nullibi legatur, Cancellarios unquam de paritate cum Pontifice contendiſſe, merito rejiciunt *Gomeſ. in Proœm. Regul. Cancellar. Tit. Epiſcop. Dignit. Diminut. Cardin. de Luc. in Relat. Cur. diſc.* 10. *n.* 2. *verſic. in hoc Amayden. de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 2. *verſ. Error. Ricardi, Gambar. de Offic. Legat. lib.* 9. *n.* 77. *Macr. in Hieralex. verb. Cancellarius.* 3

Gomeſius vero loco mox laudato, aliique, quos refert *Amayd. loco cit. §. final.* autumant Vice-Cancellarii nomen ex eo proceſſiſſe, quia ſolus Papa in Eccleſia Dei eſt Cancellarius. Sed rationem hanc rejicit *Amayd. loc. cit. Mandoſ. Gloſſ. Facult. Regent. §. Volentes Verb. Vice-Cancellariatus in* 2. *Column. pag. mihi* 36. *Macrus in Hierolex. Verb. Cancellarius*, omnes enim Cardinalitiæ Sacri Collegii Dignitates ſunt Eccleſiæ Dei, cujus Vicarius eſt ſolus Papa; hinc non videtur, qualis ſit major ratio, cur dicatur *major Pœnitentiarius*, & non Vice-Pœnitentiarius, *Camerarius Cardinalis*, & non Vice-Camerarius &c. cum omnes iſtæ Dignitates in plenitudine poteſtatis penes Papam reſideant, & eo fortius de Majori Pœnitentiario, qui majorem, & ſpiritualem poteſtatem exercet, quam Vice-Cancellarius. Et hac ratione inſulſum quoque dignoſcitur quod ait *Gundiſalvus Villadiegus* olim Sac. Rotæ Auditor *de Origin. & Dignitat. Cardinal. Tit. de Offic. Card. n.* 70. quod Vice-Cancellarius ſe talem, & non Cancellarium nominat propter humilitatem, cum humilitas hæc aliena eſſe non deberet a Camerario, & M. Pœnitentiario, unde interpretationem hanc merito rejicit *Mandoſ. loc. cit.* 4

Nulla igitur concludens, vel probabilis ratio occurrit, ob quam Vice-Cancellarium, & non Cancellarium nuncupemus, ut inquit *Mandoſius loc. cit.* Et, ſi quæ mutationis hujuſmodi cauſa perpendi poſſet, veroſimilis eſt illa, quam tradit *Gambar. de Offic. Legat. lib.* 9. *n.* 77. quia ſempe, dum per ducentos, & amplius annos Cardinales Officium hoc exercuerunt, Cancellarii, & non Vice-Cancellarii nuncupabantur; Cum vero a Cardinalibus ad privatos traductum eſt, non Cancellarii, ſed Vice-Cancellarii appellari cœperunt; cumque per nonaginta annos accidiſſet, ut Officium præfatum a Privatis exerceretur, nomen Cancellarii in deſuetudinem abiit, & ſolum auditum nomen Vice-Cancellarii, quod poſtea permanſit, & eo nuncupati ſunt etiam Cardinales, atque hoc probari ait *Gambarus* ex inſpectione antiquo- 5

rum Regeſtiorum, quæ vidiſſe teſtatur exarata ope-
ra *Ja. Baptiſta Bini* Regentis Cancellariæ? idem-
que tradunt *Onuphrius Panuin. in Tract. de Cardi-
nalibus*, quem refert, & ſequitur *Mandoſ. loco
cit. pag. 36. a terg. Columm. 2. Amayd. de Styl. Da-
tar. loc. cit. verſic. Innocentius, Cherubin. in Epit.
Bullar. ad Bull. XXXIV. Clement. VII. Schol. 2.
Cobell. Notit. Cardin. cap. 17. pag. 195.* & innuit
Ciaccon. in Vit. Gregorii VIII.

Agunt de Vice-Cancellarii facultatibus, *Go-
6 meſ. in Proœm. Regul. in princip. tit. de Cancellar.
& Cancellarii origine, Mandoſ. in Gloſſ. Facultat.
Regen. in locum Auditoris Cameræ ſuffecti. §. Vo-
lentes, verb. Vice-Cancellariatus pag. 36. Mar-
cheſ. de Commiſſ. part. 1. cap. 4. pag. 179. & ſeqq.
Amayd. de ſtyl. Datar. lib. 1. cap. 2. & lib. 1.
cap. 18. num. 6. & ſeqq. Card. de Luc. in Relat.
Curiæ diſc. 20. per tot.* & in libro vulgari idio-
mate exarato, cui Titulus -- *Il Cardinal Prattica
pag. 386. Van Eſpen. in Jus Eccleſ. univerſ. part.
1. tit. 23. cap. 1. num. 1. & ſeqq. Cobell. in Notit.
Cardinal. part. 2. cap. 14.*

His non injucunde prænotatis, & propius ad
Regulæ explanationem accedentes, recenſentur
in ea, quæ Juriſdictionem Cardinalis Vice-Can-
7 cellarii reſpiciunt, maxime in his, quæ ad mate-
riam expeditionis Literarum Apoſtolicarum ſpe-
ctant, ut præter *Quæſadam hic*, ait *Cobel. dict.
cap. 14. §. Quod attinet.* Et antiquitus erat Regu-
la in ampliori forma concepta, plurimaſque tri-
buebat Vice Cancellario facultates; Sed a tempo-
re *Gregorii XIII.* ut pandunt ejus Regulæ im-
preſſæ in *Bull. Veter.* limitatæ illæ fuerunt, & re-
dacta eſt Regula ad formam, qua hodie utimur.

Primo, tribuitur Vice-Cancellario facultas,
8 quod poſſit committere abſolutionem illorum,
qui ignoranter in ſupplicationibus, vel in Literis
Apoſtolicis aliquid ſcriberent, corrigerent, vel
9 delerent. Falſificantes Literas Apoſtolicas eſſe ex-
communicatos, certum eſt ex *Bulla in Cœna
Domini*, & habetur etiam ſupra in *Regula LXVI.
de Inſordeſcentibus.* Ex hac autem Regula colli-
10 gitur, quod etiam ignoranter falſitatem hanc com-
mittentes incidunt in excommunicationem, prout
de eo, qui id perpetraverat per ſimplicitatem,
11 & non per malitiam, poſt *Soccin.* tradit *Fa-
gnan. in Cap. Ex conſcientia de Crim. Falſ.* & in
qualitata mere accidentali ſine dolo, & damno
alicujus *Alterius de Cenſur. lib. 5. diſput. 7. Cap.
2. in fin.*

Imo, in excommunicationem inciderent etiam
12 ii, qui in una litera, in una ſyllaba, in uno
puncto corrigerent (addendo, vel delendo) Li-
teras, & Supplicationes Apoſtolicas. Quamvis
enim *Decretalis in Cap. Ex conſcientia, de Crim.
13 falſ.* decernat, quod paucarum Literarum raſu-
ræ nequaquam Sapientis animum in dubitatio-
nem vertere debeant; cujus *Decretalis* diſpoſitio-
ni innixi nonnulli DD. autumant, ob Literarum,
aut ſupplicationis correctionem in *modico*, non
incurri excommunicationem, & ſignanter *Na-
varr. Tolet. & Theſaur.* penes *Duard. ad Bull.
Cœn. lib. 2. Canon. 6. quæſt. 7. per tot.* & præſertim
num. 3., ubi ipſe hanc opinionem putat probabi-
lem, cum aliis, quos late congerit *Paſqualig.
Quæſt. moral. Juridic. 227. per tot.* ubi de eo, qui
14 mutaverant verbum *honeſta* in verbum *juſta*, &
quæſt. ſeq. ubi de altero, qui non habuit animum
utendi correctione; Nihilominus laudata *Decre-
15 talis* duplicem recipit interpretationem, prima,
quod ibi definiatur tantummodo, Literas prop-
ter modicam correctionem non amittere ſuum
valorem: ſed aliud eſt, quod valorem non amit-
tant, aliud, quod Corrector non incidat in ex-
communicationem. Et ſecunda, quod proce- 16
dat, ubi correctio facta eſt per Officialem, ad
quem ſpectat Literas corrigere, vel adeſt du-
bium, a quo facta fuerit abraſio; ſed ubi ea per-
acta fuit ab Impetrante, vel utente Literis Apo- 17
ſtolicis, tunc, etiamſi ſit in minimo, in cenſuram
incurrerent talia attentantes *Cap. Licet, de Cri-
min. falſ.* -- ibi -- *aliquid per raſuram tenuem im-
mutatur* -- *Hoſtienſ. in Summ. Tit. de Crim. Falſ. §.
2. verſ. Quinto in fin. & in Cap. Ex Literis num. 2.
verſic. in alia litera*, ubi etiam *Joannes Andr.
Bellam.* & alii *eod. tit. Felin. in Cap. 2. num. 18.
de Crim. Falſ. Abb. in dict. cap. Ex Conſcientia
num. 4.* & ibi late *Fagnan. a num. 8. & ſeqq.* qui
hanc appellat communem opinionem ex pluribus
rationibus, quas congerit *Alter. de Cenſur. tom. 1.
lib. 5. diſput. 7. cap. 2. per tot. Corrad. in Prax.
Beneficial. lib. 3. cap. 8. num. 20. & ſeqq.* Et huic
opinioni inconcuſſe Curia adhæret, nam quan- 18
do in Literis Apoſtolicis error aliquis, etiam le-
viſſimus irrepſit, etiamſi in unico verbo, & ſyl-
laba, nec Partibus, nec ipſis Literarum Scripto-
ribus permiſſum eſt manus admovere, & corri-
gere errorem, ſed licentia Regentis Cancellariæ,
aut alterius Officialis juxta caſuum varietates re-
quiritur, ipſaque correctio adnotatur a tergo Li-
terarum originalium, ut obvia praxis docet, &
notat *Corrad. in Prax. Benef. dict. cap. 8. nu-
mer. 8.* Præcipue, quia hic in Urbe facile,
& abſque ullo moræ diſpendio, aut periculo a-
diri poteſt Officialis, cujus eſt corrigere errores, 19
in quibus terminis, etiam ii, qui contrariæ ad-
hærent ſententiæ, affirmant, taliter Corrigentem
eſſe excommunicatum *Duardus in Bull. Cœnæ lib.
2. Canon. 6. quæſt. 7. n. 8.* & prius dixerat *Alter.
de Cenſur. lib. 5. diſput. 7. cap. 2. §. Penult. circa
fin.*

Idque procedit ſive in Literis Apoſtolicis, ſi-
ve in Supplicationibus correctio hujuſmodi fie- 20
ret, cum tam in *Bulla Cœnæ*, quam in hac Regu-
la expreſſe id dicatur ad evitandam quæſtionem,
an appellatione Literarum Apoſtolicarum veniat
Supplicatio, de qua Nos alibi egimus. Sed cum
hodie Supplicationes a Papa ſignatæ Partibus non
reſtituantur, & plurimæ correctiones, additiones, 21
& lituræ fiant per ipſoſmet Officiales Reviſioni
Supplicationum præpoſitos, raro contingere po-
teſt caſus, ut in Supplicationibus falſitas commit-
tatur a Partibus. Soli vero Datario, ejuſque
Subſtitutis, ſeu Reviſoribus permiſſum eſt corri- 22
gere, addere, & minuere in Supplicationibus,
ut ex Brevi deputationis Datarii ibi -- *Ac per
te, vel Subſtitutum, ſeu Subſtitutos, aut deputatos
abs te pro tempore verba, vel in ſcriptis in quibuſ-
cumque Supplicationibus per Prædeceſſores noſtros,
aut de eorum mandato, ſeu in eorum præſentia
ſignatis &c. illaſque, aut Supplicationes per Nos,
aut de mandato noſtro ſignatas aut ſignandas &c.
corrigere, ac illis addere, & minuere tam in cor-
pore, quam in clauſulis, etiam poſt illarum Signa-
turam &c.*

Quemadmodum Excommunicationem incur-
runt falſificantes nedum Literas, & Supplicatio-
nes per ipſum Romanum Pontificem ſignatas, 23
ſed etiam per *Vice-Cancellarium, ſeu gerentes
vices eorum, aut de mandato ejuſdem Romani
Pontificis ſignatas*, ut ſunt Verba *Bullæ Cœnæ*,
& advertunt omnes, qui ſuper ea ſcripſerunt.
Sed extra recenſitos caſus Excommunicatio non in-
curritur; unde non eſſent excommunicati ii, qui
Literas

Digitized by Google

24 Literas Congregationum Cardinalium, S. Pœni-
tentiariæ, Legatorum a Latere &c. proprio ipſo-
rum nomine, non autem Papæ, aut Vice-Cancel-
larii, expedirent, ut poſt *Bonacinam*, & alios, ex-
plicat *Duard. in Bull. Cœn. lib.* 2. *Canon.* 6. *quæſt.* 1.
lit. A. in addit.

Secundo diſponitur in Regula, quod poſſit Vi-
25 ce-Cancellarius *corrigere Nomina, & Cognomina
Perſonarum, non autem eorum, quibus Gratia,
& conceſſiones fiunt, ac Beneficiatum, dum tamen
de corpore conſtet.* Quibus ex verbis generalis
regula efformatur, quod Cardinalis Vice-Can-
cellarius, ſive Regens Cancellariæ facultatem
habeat corrigendi Nomen Impetrantis, vel Cog-
nomeo, ſi in una litera error irrepſiſſet; Item
Nomen, & Cognomen illius, ob cujus obitum
fit Beneficii impetratio, nec non Invocationes,
Denominationes, Locum loci &c. quando tamen
correctiu non mutaret ſtatum rei, & ex aliis con-
ſtare valeat de illius identitate *Kocbier in Reg. de
non Judican. juxta form. &c. ſub nu.* 20. *Amayd.
de Styl. Datar. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 4. *Roſ. de Exe-
quutor. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 21. *Card. de Luc. in Re-
lat. Cur. diſc.* 10. *nu.* 16. *Rot. in Hiſpalen. Bene-
ficii* 4. *Junii* 1703. §. *Nec relevans coram clar.
mem. Card. Scotto.* Et adeſt Notabile Cancellariæ
his Verbis conceptum -- *Nota, quod ſi impetretur
Beneficium vacans, puta per obitum A, cum va-
cet per obitum B. quod, ex quo conſtat de corpo-
re Beneficii vacantis, licet ſit erratum in nomine
Defuncti, quod poteſt corrigi per Regentem Can-
cellaria per Regulam; Et idem, ſi eſſet error in
Cognomine, & ita vidi in quadam ſupplicatione D.
S. de Cà, ubi impetrabantur duo Beneficia, puta
primum per B. & ſecundum per A. & fuit cor-
recta ſupplicatio per prædicta, & in hoc N. Breg.
& Joan. Fer. Fr. Pac. & alii concordant, &
hoc in aliis Beneficiis quam Canonicatibus. In
illis vero ſi impetrentur per obitum A. & N. &
vacent per obitum B. & ſic velit mutare No-
men, & Cognomen, quod non poterit, cum in il-
lis ſit incertitudo, & non conſtet etiam de corpo-
re Beneficii, cum forte alii ſint, qui vacant per
obitum B. & ita occurrit Jo. Fer. qui non expedi-
vit.*

Poteſt itidem Vice-Cancellarius, ſeu Regens
26 Cancellariæ corrigere Menſem per errorem loco
alterius, io quo revera vacavit Beneficium, ex-
preſſum in Literis Apoſtolicis, quando per hujuſ-
modi correctionem non immutatur ſubſtantia Gra-
tiæ, nec ſtatus originarius rei *Rot. in Hiſpalen.
Beneficii* 4. *Junii* 1703. *coram clar. mem. Card.
Scotto* in cujus themate, cum quidam obtinuiſſet
27 a Dataria provideri de Beneficio ſub generica
narrativa illius vacationis in *Menſe reſervato* abſ-
que ſpecifica alicujus menſis expreſſione, & per
errorem in Literis Apoſtolicis expreſſus fuiſſet
Menſis Aprilis, qui reſervatus non erat, *Sacra
Rota* cenſuit, quod bene potuit error præfatus cor-
rigi a Regente Cancellariæ vigore ſuarum facul-
tatum, apponendo loco dicti Menſis Aprilis Men-
ſem *Martii* reſervatum, in quo ſequuta fuerat
Beneficii vacatio: Correctio namque hujuſmodi
non immutabat partem ſubſtantialem Gratiæ, quæ
principaliter fundata non erat ſuper reſervatione
certi Menſis, ſed generice ſuper Menſe Sedi Apo-
ſtolicæ reſervato; Unde parum intererat, an appo-
neretur Menſis *Martii*, aut *Aprilis*, in quorum
expreſſione radicata non erat ſubſtantia Gratiæ, ut
late proſequitur laudata Deciſio §. *Quia & ſeqq.*
& *in* §. *Hinc nullatenus* firmat, in Correctione
28 præfata peragenda, neceſſariam non fuiſſe Citatio-
nem intereſſe habentium, quia Regens Cancella-
riæ illam facere poteſt ex ſuis ordinariis faculta-
tibus.

Rurſus, corrigit Vice-Cancellarius, ſeu Re-
gens Cancellariæ Bullam Diſpenſationis Matrimo-
nialis circa gradus de Conſanguinitate in Affini- 29
tatem, & è converſo *Amayd. de Styl. Datar.
dict. Cap.* 10. *num.* 5. *Roſ. de Exequutor. dict. Cap.*
9. *n.* 1.

Permiſſum tamen non eſt Vice-Cancellario, 30
ſeu Regenti Cancellariæ Bullam corrigere in eo,
quod expreſſum non eſt, niſi veniat in vim clauſu-
larum, quia correctio ab ipſis peragenda debet
conſiſtere in mutatione, quæ reddat gratiam pa-
rem, ſive minorem, non quæ majorem, & dif-
ficiliorem *Amayd. dict. Cap.* 10. *num.* 5. ſubdens,
quod ſi expreſſum eſſet, Beneficium reſidentiam 31
non requirere, & tamen requireret, poſſet in eo
corrigi Bulla, quia facilius Papa concedit Benefi-
cium cum reſidentia, quam ſimplex, modo impe-
trans habilis ſit ad illud obtinendum. Et conferunt
quæ diximus in *Comment. ad Regul. LVII. a n.* 65.
& ſeqq.

Atque ex hac Regula, & laudatis Auctoritati-
bus, alias dicebatur, quod, cum in Præconio, in 32
Decreto Conſiſtoriali, & in Literis Proviſionis Ec-
cleſiarum unitarum *Pennen.* & *Adrien.* fuiſſet præ-
nominata Ecclefia *Adrienſis*, non poterat Vice-
Cancellarius Bullas corrigere; & prænominatio-
nem dare Eccleſiæ *Pennenſi*. Verum, cum propo-
ſita cauſa in Congregatione Conſiſtoriali anno
1699. non ſine Votorum ſciſſura reſolutum fuiſſet,
prænominationem deberi Eccleſiæ *Pennenſi*, cum
hæc eſſet antiquior, & ex pluribus Actis conſtaret
de antiqua obſervantia prænominandi *Pennenſem*,
admiſſum quoque fuit, quod poterat Vice-Cancel-
larius Bullas corrigere. Scripſit pro Eccleſia *Pen-
nenſi Piton. Diſcept.* 11.

Non ſolum autem in Beneficiorum expeditioni-
bus, ſed etiam in Commiſſionibus poterit Vice- 33
Cancellarius, ſeu Regens Cancellariæ corrigere
errorem, qui irrepſit in Nomine, & Cognomine
Perſonarum, & locorum, dummodo non fiat in
fraudem, & Commiſſione quis uſus non ſit; hiſce
namque caſibus cum adſit præjudicium Colligan-
tis, & Reſcriptum jam commune effectum fuerit,
facultas ceſſabit *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 1. *cap.*
4. *pag.* 181. *n.* 24.

Tertio conceditur Vice-Cancellario, ſeu Regen-
ti Cancellariæ, quod poſſint omnes Cauſas Benefi- 34
ciales, etiam non devolutas, committere in Curia
cum poteſtate citandi ad partes, de qua facultate
fit etiam mentio in *Regula XXVII.* & advertunt
Gomeſ. in Compend. utriuſque Signat. §. *Vice-Can-
cellarius vero, pag. mihi* 153. *a terg. Rebuff. in
Prax. Titul. Forma Signatur. part.* 2. *n.* 18. *Mandoſ.
in Prax. Commiſſ. Comm.* 1. *verſ. Regens Cancella-
riæ, Marcheſ. in Prax. Commiſſ. Comm.* 1. *verſic.
Regens Cancellar. Rot. in Romana Beneficiatus* 1.
Julii 1591. *coram Gypſio apud Amayd. lib.* 1. *cap.*
18. *n.* 8. ubi de Commiſſione, in qua Signaturæ
Præfectus manum non appoſuerat, ſed ſolum Re-
gens Cancellariæ, & dicitur, quod, cum omnes
Pontifices has facultates innovent, & obſerva[ri]
mandent, de tali auctoritate dubitari non poteſt.
Imo, quod poſſit Vice-Cancellarius omnes Cau- 35
ſas, quæ de communi Juſtitia ſunt, committere
abſque alio mandato Papæ, tradunt poſt *Felin. &
Bellamer. Marcheſan. ubi ſupra num.* 12. *in fine,
Rebuff. dict. n.* 18. *Mandoſ. dict. Commiſſ.* 1. *verſic.
Regens Alter. de Cenſur. lib.* 5. *cap.* 1. *diſputat.* 7.
litt. B.

Sed

Sed hæc facultas Vice-Cancellarii, & Re-
gentis limitata eſt, ut dicit *Mandoſ. ubi ſupra*,
utque exerceri poſſit, plura requiruntur. Primo,
36 quod Beneficium ſit adeo tenue, quod annuus
illius valor decem ducatorum ſummam non ex-
cedat *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 1. *cap.* 4. *num.*
11. *pag.* 180. Sed d[illegible] hac reſtrictiva valde dubi-
37 to, quia tam in Regulis antiquis, quam mo-
dernis diſponitur, quod committere poſſit om-
nes cauſas Beneficiales abſque ulla reſtrictione
38 valoris, & ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtin-
guere debemus; *leg. Non diſtinguemus ff. de Re-
cept. Arbitr. leg. Præſes ff. de Offic. Præſid. Cap.
Quia circa* 22. *de Privileg. Clement. ultim. de Re-
ſcript.*

Secundo requiritur, quod hujuſmodi Cauſæ re-
39 maneant in Curia, nam ſi ad partes remittendæ
ſint, ceſſat Vice-Cancellarii, ſeu Regentis Cancel-
lariæ facultas, idque in hac Regula clare exprimi-
tur *Rebuff. dict. part.* 2. *Signat. num.* 19. *Gomeſ. in
Compend. utriuſq. Signatur. pag.* 153. *a tergo verſ.
Et illa Poteſtas.*

Tertio requiritur, quod cauſa ſit legitime de-
40 voluta, nam Cauſas non legitime devolutas Vi-
ce-Cancellarius, ſeu Regens Cancellariæ ſine
Mandato Papæ ſpeciali committere non poteſt
Mandoſ. in Prax. Comm. dict. Commiſſ. 1. §. *Re-
gens, & Commiſſ.* 2. *in fine*, quem refert *Marche-
41 ſan. ubi ſupra num.* 14. & ex Concilio Triden-
tino *Seſſ.* 24. *cap.* 10. Cauſæ omnes debent in
prima Inſtantia ab Ordinariis cognoſci; Quod
intellige reſpectu Cauſarum de partibus, ſecus
42 quoad eas, quæ ex propria natura ſunt in Ur-
be committendæ, & determinandæ, nam has,
etiam ſi non ſint legitime devolutæ, Vice-Cancel-
larius, ſeu Regens Cancellariæ, committere po-
teſt, juxta præſentis Regulæ diſpoſitionem, ut
fuit reſolutum in dicta *Romana Beneficiatus coram
43 Gypſio*, ubi dicitur, quod, licet poſt Concilii pu-
blicationem forſan non reperiantur Commiſſiones
Cauſarum, etiam non devolutarum, in prima In-
ſtantia ſola Signatura dicti Regentis ſignatæ,
non propterea fatendum eſt, hujuſmodi faculta-
tem amiſiſſe; Concilium enim procedit quoad
44 Cauſas de partibus, quæ non debent avocari,
ne præjudicium inferatur Juriſdictioni Ordinario-
rum, ac Partes cogantur cum maximo incommo-
do extra Diœceſim litigare, non autem de illis
Cauſis, quæ ex earum propria natura ſunt in
Urbe committendæ, & terminandæ, quarum reſ-
pectu, cum nulla adſit prohibitio, viget Regulæ
diſpoſitio.

Quarto requiritur, quod Judex detulerit Appel-
45 lationi, aut alias Cauſa de ſui natura appellabilis ſit,
nam Cancellaria jus commune ſervat *Marcheſan.
dict. cap.* 4. *pag.* 180. *n.* 18.

Quinto, non dat Vice-Cancellarius Com-
46 miſſiones, & derogationes contra jus, cum illi
derogare non poſſit ſine ſpeciali Pontificis man-
dato *Mandoſ. in dict. Commiſſ.* 1. §. *Regens*, *Go-
meſ. in Compend. utriuſque Signatur. pag.* 153. *a
tergo verſic. Sed hodie*, *Marcheſan. ubi ſupra ſub
num.* 24. & eodem modo Commiſſiones, in qui-
47 bus opus eſt plenitudine poteſtatis Papæ, ſigna-
re non valet; Unde Cauſam in partibus penden-
tem, committere non poteſt, nec commiſſam
avocare, cum non cenſeatur Papam ei concedere
voluiſſe plenitudinem poteſtatis, ut poſt *Bella-
mer. deciſ.* 46. *in fine*, dixit *Rebuff. dict. part.* 2.
num. 19. *Marcheſ. de Commiſſ. part.* 1. *cap.* 4. *pag.*
180. *n.* 14.

Et hæc eſt ratio, cur hodie Vice-Cancellarius
amplius non ſignat, nec ea facultate utitur; Cum 48
enim omnes Commiſſiones habeant in ventre clau-
ſulam *non obſtantibus Conſtitutionibus &c.* Vice-
Cancellarius nequit clauſulam præfatam apponere,
cum ſit contra jus, cui derogare non poteſt; Ideo
ſupplicantes malunt ire ad Papam, vel ad Cardi- 49
nalem Præfectum Signaturæ, qui hujuſmodi gau-
det facultate *Gomeſ. in Compend. utriuſque Signat.
pag. mihi* 153. *a terga* §. *Sed hodie neſcio.* Et
quod receſſerit ab Aula uſus expediendi Commiſ-
ſiones cum ſola Signatura Regentis, advertit *Ri- 50
dolphin. in Prax. part.* 1. *cap.* 13. *num.* 679. *&
ſeqq.* non quod exinde cenſeatur Regentem ami-
ſiſſe hanc facultatem, cum, ſi velit, poſſit Cau-
ſas committere, prout ſervavit *Ferratinus Epiſ-
copus Amerinus* Regens Cancellariæ anno 1591.
ut in dicta *Romana Beneficiatus cor. Gypſio*, pe-
nes *Amayd.* ſed quia utilius eſt Partibus ad Sig-
naturæ Præfectum recurrere; & tamen etiam ho-
die Vice-Cancellarius, ſeu Regens Cancellariæ 51
Commiſſiones, quæ a Præfecto Signaturæ ſignan-
tur, diſtribuit Auditoribus, vel aliis Prælatis, qui-
bus committuntur, ſubſcribendo *de Mandato D.
N. Papæ audiat Magiſter N. & juſtitiam faciat*,
& obſervant *Gomeſ. ubi ſupra* §. *Et illa poteſtas
Marcheſan. de Commiſſ. dict. part.* 1. *cap.* 4. *num.*
19. *& ſeqq. Card. de Luc. in Relat. Curiæ Diſc.*
10. *numer.* 15. An autem hoc caſu magis atten- 52
di debeat Signatura Cardinalis Præfecti Sig-
naturæ, quam Regentis, conſulendi ſunt *Go-
meſ. & Marcheſ.* locis mox laudatis, aliique a-
pud *Ridolphin. in Prax. part.* 1. *cap.* 13. *nu-
mer.* 509.

Conceduntur in Regula aliæ facultates Vice-
Cancellario, & Regenti Cancellariæ, nempe, 53
quod poſſit aggravare Proceſſus, & ſententias:
Quod poſſit ſignare ſupplicationes gratioſas de
Beneficiis generaliter non reſervatis uſque ad cer-
tam ſummam: Quodque valeat etiam ſignare
ſupplicationes ſuper novis proviſionibus, Gra-
tiis -- *Si Neutri* -- & Subrogationibus pro Colli-
tigantibus, cum limitatione, ut non detur ge-
neralis reſervatio, de qua facultate ſignandi
ſupplicationes meminit etiam *Bulla in Cœna
Domini*, & ibidem *Duard. Cap.* 6. *quæſt.* 1. *circa
fin. Alter. de Cenſur. lib.* 5. *Diſput.* 7. *cap.* 1. *litt.
B. pag.* 510. Sed nec hodie id in uſu eſt, cum
Supplicantes, ut dictum eſt, malunt Signaturam 54
Papæ, qui facile clauſulas derogatorias *obſtantia-
rum* concedit, quam Vice-Cancellarii, qui eas
dare non poteſt; Et ex hac ratione facultatem
Vice-Cancellario per hanc Regulam impertitam,
ſignandi ſupplicationes ſuper materiis gratioſis,
fruſtratoriam eſſe, & ſine uſu, ait *Gomeſ. in Com-
pend. Utriuſq. Signat. pag. mihi* 150. *circa finem,
& ſeqq.* quem refert, & ſequitur *Alter. de Cenſur.
ubi ſupra litt. C.* & proinde ſubdit laudatus *Go-
meſius*, quod bonum eſſet, ut pro dictarum fa-
cultatum uſu, tribueretur a Pontifice Vice-Can-
cellario, ſeu Regenti Cancellariæ poteſtas dero-
gandi contrariis, quia de jure, quando alicui a Pa-
pa aliquid committitur, omnia conceſſa cenſentur, 55
ſine quibus juriſdictio exerceri non poteſt *leg.* 2.
*ff. de Juriſd. omn. Judic. Cap. Præterea, & Cap.
Paſtoralis, de Offic. & Poteſt. Jud. Delegat. Fagn.
in Cap. Cum ex injuncto n.* 31. *de Nov. oper. Nun-
ciat. Rot. deciſ.* 66. *n.* 13. *&* 14. *coram Gregor. XV.
& deciſ.* 673. *n.* 2. *coram Molin.*

Idque etiam aſſeri poteſt reſpectu poſtremæ 56
facultatis, quæ in Regulis Vice-Cancellario, ſeu
Regenti Cancellariæ tribuitur, prorogandi termi-
nos Arctatis ad ſuſcipiendum Sacros Ordines uſque
ad

ad proxima a jure ſtatuta tempora, nam pariter
in hoc caſu ad ipſum Summum Pontificem recur-
ritur.

Fuit tamen io dubium revocatum, an ubi in
57 Supplicationibus appooitur Decretum expediendi
Literas Apoſtolicas intra certum tempus, puta ſex
menſium, ſub pœna nullitatis Gratiæ, de quo De-
creto dictum eſt in *Comment. ad Regulam X.* poſ-
ſit Vice-Cancellarius, ſeu Regens Cancellariæ
hunc terminum prorogare, aut eo elapſo, licen-
tiam impertiri pro expeditione Literarum abſque
incurſu in pœnam nullitatis Gratiæ? Et affirma-
tiva prodiit reſolutio, tum ex ſtylo, de quo te-
ſtantur *Card. de Luc. in Relation. Curia Diſc.* 10.
n. 17. *& de Penſ. Diſc.* 71. *n.* 3. *Rot. dec.* 119. *&*
167. *coram Emerix. Jun.* quæ Deciſiones emana-
runt in Cauſa, ſuper qua ſcripſit *Cardinal. de Luc.
dict. Diſc.* 71. *de Penſ.* tum ex eo, quod Decre-
tum præfatum adjici ſolet, non pro ſubſtantia, &
perfectione Gratiæ, ſed pro intereſſe Officialium
Cancellariæ ob emolumenta, quæ ex Literarum
expeditione percipere ſolent, proindeque non pro-
hibentur ipſi, quorum favore terminus ad expe-
diendum Literas præfinitus fuit, illi renunciare
Card. de Luc. locis mox laudatis Rot. dict. deciſ.
119. *n.* 3. *& deciſ.* 167. *n.* 2. *cor. Emerix.*

Subdit tamen *Card. de Luc. in Relat. Curiæ dict.
Diſc.* 10. *numer.* 7. non deeſſe io contrarium
probabilia fundamenta, ratione quorum dubius
hæſit *Diſc.* 71. *de Penſ.* Et merito, ſiquidem In-
58 ferior, qualis eſt Vice-Cancellarius, & Regens
Cancellariæ tollere non poteſt, nec immutare,
ea, quæ ſunt a Papa ſtabilita, & determinata
Rodolphin. part. 1. *cap.* 13. *num.* 509. *& ſeqq. idem
Card. de Luc. dict. diſc.* 71. *numer.* 4. qua ratione
59 Cancellaria non motat Exequutores datos a Pa-
pa, ut alibi diximus. Præcipue, quia neceſſitas
60 expediendi Literas Apoſtolicas intra certum tem-
pus non fundatur in ſola ratione commodi Bur-
ſalis Officialium, ſed ad evitandas quamplori-
mas fraudes, quæ in hac materia committi ſo-
lent, ut diximus *in Comment. in Regul. X.* proin-
deque ſolus Officialium conſenſus ſufficere non
videtur.

61 Cœterum, non ſolum Vice-Cancellarii facul-
tates hodie diminutæ ſuot, cum, ut diximus,
antiquitus ampliores eſſent iis, quæ in hac Re-
gula continentur, immo quæ per eamdem con-
ceduntur, vix in praxi ſervantur; ſed etiam di-
minuta ſunt emolumenta, quæ erant olim valde
conſiderabilia propter adnexum Officium, quod
Summiſtatus vocatur. Ad ipſum enim Vice-Can-
62 cellarium pertinebat collatio aliquorum Officio-
rum Cancellariæ, etiam de majoribus, & Præ-
latitiis, ex conceſſionibus *Sixti IV. Leonis X.*
& *Sixti V.* quæ enumerat *Cabell. Notit. Card.
cap.* 17. *num.* 199. & meminit *Card. de Luc. in
Relatione Curia diſc.* 10. *num.* 6. Sed ſan. mem.
63 *Innocentius XI.* Officia præfata, quorum valor
io ſorte aſcendebat ad ſcur. 334970. ab eodem
Vice-Cancellariatus Officio diſmembravit, &
Sedi, ac Cameræ Apoſtolicæ pleno jure reſti-
tuit, & conceſſit, cum ſuo *Motu proprio* ſub
Datum *apud Sanctum Petrum XIX. Kalendas
Januarii, Pontificatus Anno IV.* facta expreſſio-
ne, quod ad Sedem, & Cameram Apoſtolicam
ſpectabant, quodque cum Vice-Cancellariatus
Officium, cum aliis emolumentis, quibus poti-
ri ſolet juxta modum per ipſum decernendum,
congruam, & ſufficientem proviſionem haberet,
omnis juſtitiæ, æquitatis, & congruentiæ ratio
exigebat, ut præfata Officia incremento, & le-
vamini cederent ejuſdem Sedis, & Cameræ,
quæ gravioribus neceſſitatibus premebatur, at-
que eis, quod jam ſuum erat, reſtitueretur, ut
ex tenore dicti *Motus proprii*, quem exſcrip-
ſit *Cardin. de Luc. de Offic. Cap.* 2. *ſub numer.*
24. & meminit idem *de Luca* in libro, cui Ti-
tulus *il Cardinal Pratica Cap.* 40. *pag.* 392.
& ſeqq. Sed adhuc ex reliquis reditibus, ſub 64
die 12. *Februarii* 1684. Montem Religionis va-
cabilem erexit, & in partem dotis aſſignavit ſcu-
ta 7472. annua percipienda ex fructibus Officio-
rum Vice-Cancellarii, & Summiſtatus præfato-
rum cum ſupervivenria per annum, quo tranſa-
cto, Loca Montium, quæ vacare contingerent,
extincta, & ſuppreſſa remanerent ad favorem eo-
rumdem Officiorum.

Aſſumpto ad Pontificatum ſan. me. *Alexandro
VIII.* cum adhuc Vice-Cancellariatus, & Sum- 65
miſtatus Officia vacarent, de illis providit D. Car-
dinalem *Otthobaunm* in Conſiſtorio ſecreto ſub die
14. *Nov.* 1689. de quo meminit *Ciampin. de O-
rigin. Abbreviator. pag.* 104. Verum; quia redi-
tus ita diminuti fuerant, ut non modo ipſius Vi-
ce-Cancellariatus præſtantiæ, ſed etiam neceſſa-
riis tanti Muneris oneribus impares eſſent, vo-
lens in præmiſſis opportune providere, ac id a-
gere intendens de conſilio particularis Congrega-
tionis Virorum doctrina, pietate, ac prudentia
præſtantium, ex Collegio Cardinalium deputan-
dorum, illud dumtaxat in hac re decreturus,
quod æquitati, & honeſtati conſonum viſum eſ-
ſet; Hinc pro hujuſmodi negocio diſcutiendo,
ſcilicet, an, & quo pacto prænarratæ Vice-Can-
cellariatus fructuum incongruentiæ conſulendum
eſſet, deputavit Cardinales *Cybum, Chiſium, de
Alteriis, Carpineum, & Aſtallium*, per quorum
manus ſequens Facti notula tranſmiſſa fuit.

„ La ſan. mem. di *Siſto V.* confermo, & am- 66
„ pliò alli Vice-Cancellieri pro tempore eſiſtenti
„ la facoltà di poter liberamente diſporre di alcuni
„ Officii Vacabili, come nella ſua Coſtitutione
„ 106. *Bullar. Nov. tom.* 2. Mà *Innocenzo XI.* di
„ ſan. mem. per provedere alli biſogni, ne quali
„ ſi trovava in quel tempo la Camera, con un
„ ſuo *Motu Propria* (quale ſi dà) diſmembrò dal
„ Vice-Cancellariato i ſuddetti Officii, con ap-
„ plicargli alla Sede Apoſtolica, e Sommi Ponte-
„ fici pro tempore, & erigendo ſucceſſivamente
„ il Monte di Religione, aſſegnò in parte della
„ Dote d'eſſo ſcudi 7472. ſopra li frutti dell'
„ Officio di Vice-Cancelliere, e Sommiſta, co-
„ me dalla Copia del Chirografo, che parimenti
„ ſi dà.

„ Nel tempo, che ſono ſtati vacanti gl'Officj
„ ſuddetti di Vice-Cancelliere, e Sommiſta, acciò
„ appariſca quello, al che al preſente ſono ridotti
„ li medemi, ſi manda ancora un Bilancio del
„ fruttato, e ſpeſo.

„ In queſto ſtato di coſe la Santità di N. Sig-
„ nore deſidera avere il parere dell' EE. VV.
„ ſe convenga, che gl'Officj reſtino nella pre-
„ detta forma diſmembrati, o pure, ſe ſi debba-
„ no riunire *li detti Officj vacabili, & altre en-
„ trade, e con quai modi, e forme poſſa cio prati-
„ carſi.*

Rebuſque mature perpenſis, laudati Cardina- 67
les ſub *die* 8. *Decembris* 1689. cenſuerunt -- *Re-
integrandos eſſe quoad redditus diſmembratos per
Chirographum, & Monti Vacabili aſſignatos, ſecus
vero quoad Officia per Motum proprium ſeparata,*

qua

quæ erant Cameræ, & Sedis Apoſtolicæ, cui per Innocentium XI. ex motivo æquitatis, juſtitiæ, & congruentiæ reſtituta fuerunt; ideoque majores cauſæ requiruntur, quam quæ expreſſæ fuerunt; Atque ita exequutum fuit.

An autem Sede Apoſtolica vacante expiret poteſtas Vice - Cancellarii, late examinat *Sotus*
68 Gloſſator antiquus *ad Rubricam* hujus *Regulæ*, & concludit Officium non expirare, ſed conquieſcere, & ſilere, maximamque fatuitatem fuiſſe illius, qui conſuluit Vice - Cancellarium, ut peteret a novo Pontifice confirmationem *Cohell. in Notit. Cardinal. Cap. 17. in fin.* ubi ponit praxim frangendi Plumbeum Sigillum; ideoque ſtylus invaluit in obitu Pontificis ob magnam molem negociorum, quæ intra brevis temporis ſpatium expediri non poſſunt, plumbandi Bullas non integraliter ſcriptas, & eas expediendi poſtmodum in alia Cancellaria, quæ poſt Pontificis obitum haberi ſolet.

FINIS TOMI QUARTI ET ULTIMI.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERUM, ET VERBORUM.

Quæ hoc ſigno † deſignantur indigitant materias in Notis contentas.

A

ABBAS.

Abbas in genere.

ABBAS unius Monaſterii eſt incapax Beneficiorum interiorum alterius Monaſterii. Tom. IV. pag. 106. n. 8. *& ſeq.*
Ejuſque reſpectu, licet non militet una ex rationibus Decretalis *Cum ſingula*, militant tamen aliæ quinque ejuſdem Decretalis rationes, quæ recenſentur. *ib. L.* n. 9. & 10.
Et [illegible] Sac. Congregatione Concilii, quæ nec diſpenſare ⟨ ⟩olunt cum electo Abbate unius Monaſterii, ut alterius Monaſterii Prioratum retinere poſſet. *ibid.* numer. 11. & 12.
Abbas ſimul, & Epiſcopus non gaudet in collatione Beneficiorum Monaſterii, quam uti Abbas explet, Alternativa Menſium. T. 2. pag. 116. n. 15.
Limita, ſi Abbatia ſit incorporata, & ſubjective unita Menſæ Epiſcopali. *ibid.* n. 16.
Abbates ex Conſtit. S. Pii V. jure gaudent nominandi ad Vicarias eorum Monaſteriis perpetuo unitas, quibuſcumque Apoſtolicis reſervationibus non obſtantibus. T. 1. p. 46. n. 55. T. 2. p. 96. num 252.
Nominare tamen non poſſunt ad Vicarias ſpecialiter ob appoſitionem manus Papæ affectas, ſed earum libera proviſio ad Papam ipſum ſpectat. *Vid. Verb. Vicariæ.*
Abbates poſſunt de fructibus ſuarum Abbatiarum libere inter vivos diſponere. T. 3. p. 287. n. 237.
Vid. Verb. Regulares Beneficiati.

Abbas in ſpecie.

Abbas Generalis Præmonſtratenſium ex Privilegio Apoſtolico mu⟨ ⟩to derogatione futuris Cancellariæ Regulis eligitur a ſuis Canonicis Regularibus. T. 1. p. 205. n. 80.
Abbas Generalis Ordinis Ciſtercienſis Privilegio gaudet Apoſtolico non petendi a S. Sede confirmationem ſuæ electionis. T. 1. p. 207. n. 102.
Quemadmodum & benedicendi ſive per ſe ipſum, ſive per ſuos ſubdelegatos proprii Ordinis Abbates. T. 2. p. 378. n. 305.
Abbas Montis Caſini Privilegio gaudet Apoſtolico concedendi Litteras Dimiſſoriales pro Ordinatione ſuorum ſubditorum ſecularium, T. 2. p. 371. n. 246.
Eodemque gaudet Privilegio Abbas Caſſinenſis Sanctiſſimæ Trinitatis de Cava. *ibid.*
Necnon Abbas Monaſterii S. Pauli de Urbe. *ibid.*
Et Abbas Nonantulæ. *ibid.*
Et ſimiliter Abbas Vangadiciæ. *ibid.*
Abbates pro tempore Monaſterii S. Ægidii Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini Leodien. obtinent uſque ab anno 1043. unum ex Canonicatibus in Collegiata Eccleſia S. Dioniſii ejuſdem Civitatis. T. 3. p. 278. n. 135.
Vid. V. Monaſteria in ſpecie.

Abbas quoad Benedictionem.

Benedictio Abbatis non eſt conſecratio, ſed mera Oratio *Rigantus in Reg. Cancellariæ.* Tom. IV, num ſolemnitas. T. 1. p. 218. n. 61.
Sed largo modo dicitur etiam conſecratio. *ibid.* n. 66.
Abbas Benedictionem ſollemni ritu ab Epiſcopo Diœceſano recipere debet. T. 2. p. 377. n. 303.
Poteſt etiam Abbatibus Benedictio impertiri ex Privilegio Apoſtolico ab Abbatibus Generalibus eorum Ordinum, aut ipſorum ſubdelegatis. T. 2. p. 378. n. 305.
Abbas per Benedictionem acquirit Juriſdictionem in Monachos, ac quamplures præheminentias ob quas Epiſcopo comparatur. T. 1. p. 278. n. 67.
Prima Tonſura, & Minores Ordines collati ab Abbate Regularibus ſibi non ſubditis, vel ſecularibus antequam Benedictionis munus receperit, an ſint valide collati? *Vid. V. Abbas quoad Collationem Ordinum Minorum.*

Abbas quoad collationem Ordinum Minorum.

Superior Regularis, qui etiam ſit Abbas, poteſt Subditis ſuis Regularibus primam tonſuram, & Minores Ordines conferre, dummodo ſit Presbyter, & Benedictionem ſolemni ritu ab Epiſcopo Diœceſano receperit. Tom. 2. p. 377. n. 303.
Vel ſi benedictus non ſit, gaudeat Privilegio Apoſtolico Ordines præfatos conferendi, vel expreſſo, vel tacito, faciendi ſcilicet quæcumque habere poſſunt Abbates benedicti. *ibid.* n. 304.
Aut ſi Benedictionis munus a ſuo Superiore generali, vel ejus Subdelegato, juxta Privilegia nonnullis Ordinibus Monachalibus a Sede Apoſtolica impertita, ſuſceperit. T. 2. p. 378. n. 305.
Abbates prædicti Tonſuram, & Minores Ordines conferre non poſſunt, niſi Monachis ſibi ſubditis. *ibid.* n. 306.
Hinc Abbas poſt expletum triennale regimen Monaſterii, aut ſi ei renunciaverit, non poteſt illius Monachos, etiam ex commiſſione Abbatis actualis, Tonſura, & Ordinibus Minoribus inſignire. *ibid.* n. 307.
Nec Ordines præfatos conferre Novitiis, eum iſti ante Profeſſionem non ſint Regulares. *ibid.* n. 309.
Minuſque poſſunt Abbates ſupradicti Minores Ordines conferre aliorum Ordinum Regularibus, aut Perſonis Secularibus, etſi ab eorum Superioribus, aut Ordinariis dimiſſis. *ibid.* n. 310.
Amplia etiam accedente conſenſu Epiſcopi in cujus Diœceſi prima Tonſura, & Minores Ordines conferri debent. *ibid.* n. 311. 312. 313. & p. 379. n. 314.
Ordinatio ad primam Tonſuram, & Minores Ordines expleta per Abbatem erga Regulares ſibi non ſubditos, vel Seculares, tunc eſt valida, quando ipſe poteſtatem habet dictos Ordines contrerendi, quia nempe eſt benedictus, vel Privilegio gaudet faciendi quæcumque Abbates benedicti explere poſſunt, ſecus vero, ſi dicta poteſtate careat. *ibid.* n. 315.

Abbas quoad conceſſionem literarum dimiſſorialium, ac teſtimonialium pro Ordinatione ſuorum ſubditorum tam Regularium, quam Secularium.

Vid. V. Literæ Dimiſſoriales pro Ordinatione Regularium.
V. Ordinarius Diœceſanus pro Ordinatione Regularium.
V. Literæ Teſtimoniales.

Abbas quoad electionem, ejuſque confirmationem.

Abbatum Electio Monachis de jure nativo competit. T. 1. p. 101. n. 47.

Contrarium, quod ab origine, Abbates aut nominabantur a Fundatoribus Monaſteriorum, aut eligebantur ab Epiſcopis. *ibid.* n. 48. & 49.

Et ſucceſſivis temporibus jus eos eligendi Monacis competere cœpit ex Privilegio Pontificum. *ibid.* n. 50. & 52.

Sed Privilegium iſtud in jus commune tranſiit. T. 1. p. 101. n. 58.

Canonici Regulares Præmonſtratenſes gaudent ſpeciali Privilegio eligendi Abbatem Generalem cum derogatione futuris Regulis Cancellariæ. T. 1 p. 105. n. 80.

Abbates Monaſteriorum, quæ ſunt Capita Ordinum in Gallia a Monacis eliguntur. *Vid. V. Gallia.*

Ex Conſtitutione Pii IV. confirmari debent Electiones ad quæcumque Monaſteria, ſive immediate Sedi Apoſtolicæ ſubjecta, ſive non. T. 1. p. 107. n. 105.

Confirmatio Abbatis electi ad Monaſterium Juriſdictioni Ordinarii ſubjectum, ſpectat ad Epiſcopum ipſum. *ibid.* n. 99.

Etſi contingat Monaſteria Epiſcopis ſubjecta in Congregationem erigi à Sede Apoſtolica, ſolet eis præſervari jus confirmandi Abbates. *ibid.* n. 100.

Confirmatio electionis ad Monaſteria Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecta fieri debet a Papa. *ibid.* n. 99. & p. 108. n. 119. & 121.

Eaque ſpectat ad Papam de jure communi, non vigore Regulæ II. *ibid.* p. 102. n. 55.

Et quoad Monaſteria Germaniæ ſpectat etiam vigore Concordatorum. *ibid.* p. 107. n. 99. & 104.

Abbates Monaſteriorum Ordinis Ciſtercienſis confirmationem petere debent à Sede Apoſtolica, & Taxam perſolvere. *ibid.* n. 101. & ſeqq.

Redditur ratio, quia Monaſteria præfata ſunt exempta à Juriſdictione Epiſcoporum, & Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecta. *ibid.* & p. 108. n. 116. & 119.

Poſſunt tamen Abbates inferiores exempti à juriſdictione Epiſcopi ab Abbate generali ex Privilegio Apoſtolico confirmari. *ibid.* n. 117.

Abbas Generalis Ordinis Ciſtercienſis Privilegio gaudet Apoſtolico non petendi à S. Sede confirmationem ſuæ electionis. T. 1. p. 107. n. 102.

Hujuſmodi tamen Privilegium non ſuffragatur Abbatibus particularibus ejuſdem Ordinis. *ibid.* n. 106.

Abbatia Sedi Apoſtolicæ immediate ſubjecta non poteſt, niſi in manibus Pontificis reſignari, & reſignatio facta in manibus Capituli non ſubſiſtit, nec poſſunt Monachi ad electionem Succeſſoris devenire. T. 1. p. 70. num. 305. p. 208. n. 121.

Sed indultum aliquando fuit, ut ad Abbatiam Germaniæ in manibus Pontificis dimiſſam Capitulum eligere poſſet. *ibid.* p. 70. n. 307.

Abbatia apud Sedem, aut in Curia vacante, non poſſunt Monachi Abbatem eligere, ſed libera illius proviſio ad Papam ſpectat. *ibid.* n. 303.

Ceſſante Commenda Monaſterii, remanet illud Sedi Apoſtolicæ reſervatum, nec Monachi Abbatem eligere poſſunt. T. 1. p. 131. n. 129.

Limita in Germania. Et dantur exempla electionum expletarum a Monachis ceſſante Commenda. *ibid.* n. 130. & ſeqq.

Electo ad Abbatiam decedente apud Sedem ante confirmationem, Dignitas an remaneat Sedi Apoſtolicæ reſervata, ſeu potius electio pertineat ad Capitulum? T. 1. p. 71. n. 312. & ſeqq.

Si Abbas electus ante obitum Electioni de ſe facta renunciaverit in manibus Papæ, & Renunciatio fuerit admiſſa, Monachi ad novam electionem devenire non poſſunt, ſed Abbatia remanet reſervata. *ibid.* n. 315.

Caſſata, vel repulſa electione, ſeu renunciata, & renunciatione admiſſa, Abbatia remanet Sedi Apoſtolicæ reſervata vigore Extravag. ad Regim. *Vid. V. Regula I. quoad III. reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.*

Sed aliquando indultum in Germania, ut Monachi novam peragere poſſent electionem. Tom. 1. p. 84. n. 7. *Vid. V. Electio. V. Germania.*

Jus eligendi Abbatem non acquiritur a fundatoribus laicis Monaſteriorum, etſi Regibus, niſi adſit Privilegium Apoſtolicum in limine fundationis elargitum. T. 1. p. 122. n. 34.

ABBATIA.

Monachus unius Monaſterii capax eſt Abbatiæ principalis alterius Monaſterii, ſi ad illam eligatur. T. 4. p. 107. n. 13.

Sed obreptitia eſt gratia proviſionis Abbatiæ Monaſterii reportata à Sede Apoſtolica per Monachum Monaſterii diverſæ Congregationis, circumſtantia hac reticita. *ibid.* n. 14. & 16.

Et ita reſolutum a Congregatione particulari. *ibid.* n. 15.

Ad Abbatias, aliaque Beneficia Regularia adminiſtrationem habentia aſſumi non poſſunt niſi actu profeſſi. T. 4. p. 101. n. 3.

Refertur celebre exemplum Archidiaconi Eccleſiæ Capuanæ, qui Abbatiæ Caſinenſi præfectus non fuit, niſi poſt emiſſam Profeſſionem. *ibid.* n. 4.

Ex diſpenſatione tamen Apoſtolica aliquando etiam non Profeſſi ad Monaſteria, & Abbatias promoventur, cum obligatione tamen emittendi Profeſſionem, & referuntur exempla. *ibid.* n. 11.

De vacatione Beneficiorum per Promotionem ad Abbatias, eorumque reſervatione. *Vid. V. Regula I. quoad VII. reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.*

Non vacant tamen Beneficia per promotionem ad Abbatiam Titularem. T. 1. p. 126. n. 75.

De reſervatione Abbatiarum valorem annuum 200. Florenorum auri excedentium, illiuſque origine, & rationibus. *Vid. V. Regula II. quoad Reſervationem Monaſteriorum Virorum.*

De Indulto retinendi Abbatias Abbatibus in Suffraganeos deputandis aliquando per Sedem Apoſtolicam concedi ſolito, & an ex illo oriatur affectio? *Vid. V. Affectio V. Suffraganeus.*

Abbatia quoad commendam.

Vid. V. Commenda. V. Monaſteria quoad Commendam.

Abbatia Conſiſtorialis.

Vid. V. Beneficia Conſiſtorialia. V. Monaſteria Conſiſtorialia.

ABBATIALI SEDE VACANTE.

Beneficia, quæ ad Abbatis collationem ſpectant, & vacantia Sede Abbatiali vacante uſque ad Promotionem Succeſſoris, & adeptam ab eodem pacificam Abbatiæ poſſeſſionem, ſunt vigore Regulæ II. Apoſtolicæ Sedi reſervata. *Vid. V. Regula II. quoad Reſervationem Benef. vacantium Sede Abbatiali, vel Epiſcopali vacante uſque &c.*

Et dictorum Beneficiorum Reſervatio procedit quamvis Monaſterium ſit de Jurepatr. Regio. *ibid.*

Sedes Abbatialis a quo tempore vacare deſinat? *Vid. V. Sedes Epiſcopalis quoad vacationem.*

ABBATISSA.

Abbatiſſæ Collegiorum Canoniſſarum Germaniæ, & Flandriæ inter Perſonas Eccleſiaſticas recenſentur, earumque Præbendæ ſapiunt naturam Beneficiorum Eccleſiaſticorum. *Vid. V. Canoniſſæ.*

Conſtitutiones Apoſtolicæ nullas, & irritas declarantes quaſcumque Pactiones, ſive Capitulationes initas adverſus Sac. Canones ante Electionem, an comprehendant etiam Electiones Abbatiſſarum eorumdem Collegiorum? *Vid. eod. V.*

Enumerantur quamplurimæ Abbatiſſæ tam in Italia, quam in Germania jure gaudentes conferendi Beneficia Eccleſiaſtica. T. 2. p. 59. n. 380. *Vid. V. Fæmina.*

Abbatiſſa ex Privilegio Apoſtolico conferre etiam poteſt Eccleſiam Parochialem reſervata Epiſcopo inſtitutione auctorizabili, & traditur exemplum. *ibid. & Vid. V. Fæmina.*

ABBATISSATUS.

In Germania Sedes Apoſtolica diſpenſat, ut plures Abbatiſſatus, Dignitates principales in Collegiatis Secularibus, & utriuſque ſexus, per eamdem Canoniſſam retineri valeant. T. 1. p. 153. n. 62.

Referuntur quamplurima exempla ſimilium diſpenſationum. *ibid.*

In Gallia itidem aliquando diſpenſatum, quod una Monialis munus Abbatiſſæ in duobus Monaſteriis exercere poſſet. *ibid.* n. 65.

ABBREVIATORES DE PARCO.

De numero, officio, & tempore Inſtitutionis Abbreviatorum, *Remiſſive.* T. 1. p. 102. n. 149. T. 2. p. 138. n. 17.

Abbreviatorum munus conſiſtit in revidendis Literis Apoſtolicis,

licis, an concordent cum ſupplicationibus, atque juxta ſupplicationum tenorem expediantur. T. 2. p. 158. n. 17. & T. 4. p. 159. n. 62.
Miniſterium hujuſmodi Abbreviatores olim per ſe ipſos, nunc per Subſtitutos exercent. T. 4. p. 159. n. 63.
Nec Abbreviatores omnes, ut priſcis temporibus in Parco aſſiſtunt, ſed abſentium vices præſentes ſupplent. ibid. n. 64.
Abbreviatores de Parco ſunt Officiales Sedis Apoſtolicæ enumerati in *Extravag. ad Regimen.* T. 1. p. 102. n. 149.
Et *Extravagans* præfata quamvis loquatur de Abbreviatoribus de Parco Majori, comprehendit etiam illos de Parco minori, etſi tempore illius editionis non adhuc creatos. T. 1. p. 107. n. 216. & p. 108. n. 245.
Omniumque Beneficia ſunt reſervata reſervatione perſonali. T. 1. p. 102. n. 150. p. 107. n. 216. & p. 108. n. 245.
Aliaque concurrente coæquali perſonali reſervatione, eorum Beneficia non cadunt ſub Indulto Cardinalium. *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
Duplex Reſervatio quoad Beneficia Abbreviatorum an inſurgat ex eo, quod ipſi eorum Officio adnexum habent Referendariatum Signaturæ? *Vid. eod. V.*
Et an oriatur ex Abbreviatoria, & Scripturata Apoſtolico, vel ex Abbreviatoria, & Familiaritate Cardinalitia? *Vid. eod. V.*
Vid. V. Officiales Sedis Apoſtolicæ.
Abbreviatorum de Parco aſſertioni multum a Tribunalibus defertur. T. 1. p. 130. n. 124.
In Collegio Abbreviatorum de Parco Majori, ſeptem antiquiores Abbreviatores, majora percipiunt emolumenta, quam juniores. T. 4. p. 159. n. 60.
Antianitas ad effectum hujuſmodi pinguioris participationis, an debeatur ei, qui primo inter Abbreviatores admiſſus fuit, licet non exercuerit, ſeu potius illi, qui licet ex poſt admiſſus, prius tamen Officii ſui munus exercuit? ibid. n. 59. 60. & ſeq.

ABRASIO LITERARUM.

Vid. V. Falſificatio.

ABSENS, & ABSENTIA.

Longæva abſentia Beneficiati, abſque eo quod unquam de illo habita fuerit notitia, juſtam ejus obitus credulitatem præfefert. T. 2. p. 274. n. 47.
Et ſufficit quod abfuerit per quadriennium, quo tempore præſumitur mortuus, juxta *Text. in l. Uxor. C. de R.pud.* ibid. num. 48.
Præfati *Textûs* diſpoſitio eſt tantummodo correcta quoad Matrimonium, ſed firma remanet quoad alia non tanti præjudicii. ibid. n. 49.
Beneficia Abſentium conferri non poſſunt, niſi adſint probationes, quæ moralem certitudinem eorum obitus evincant. ibid. n. 51. 53. 56.
Sed interim deputari debent Oeconomi, qui illis inſerviant, eorumque Bona adminiſtrant. ibid. n. 56.
Unitam credulitatis cauſam obitus Beneficiati abſentis non evincunt Literæ privatorum; ſed pro ea ſaltem fama publica requiritur. ibid. n. 46.
Juxta praxim, quæ viget in Gallia, cenſetur quis mortuus à die, quo diſceſſit a loco ſuæ habitationis, Vicinis diſceſſu ſuo non patefacto. ibid. n. 52.
Sed praxis hæc a Juris principiis aberrat, & de ratione. ibid. n. 53.
Beneficiatus per longum tempus abſens, ita quidem ut dubitari poſſit an vivat, vel mortuus ſit, Beneficii adminiſtrationem habere deſinit, ſed titulo privari nequit. ibid. n. 54.
Quemadmodum nec abſens à longo tempore, ſecluſa certitudine morali illius obitus, privari poteſt ſuis Bonis, eaque deferri ad venientes ab inteſtato. ibid. n. 55.
Beneficium reſidentiale habetur pro derelicto, ſi intra decennium non habeatur notitia vitæ Beneficiati. T. 2. p. 275. num. 58.
Quid de jure requiratur ad effectum, ut Beneficiatus a longo tempore abſens, & de quo notitia haberi non potuit, ſpoliari poſſit ſuo Beneficio, illudque alteri conferri? ibid. n. 57. & 59.
Dataria de Beneficiis reſidentialibus obtentis per abſentes à longo tempore, non aliter diſponere conſuevit, quam ob deſertam, ſeu neglectam reſidentiam. ibid. n. 60.
Et referuntur exempla. ibid.
Si contingat Epiſcopum per longum tempus a ſua Eccleſia abeſſe, nec certum de illius morte nuncium haberi, deputandus eſt eidem Eccleſiæ Adminiſtrator. ibid. n. 61.
Et ita alias in praxi ſervatum. T. 2. p. 275. n. 62.
Refertur caſus proviſionis Eccleſiæ Epiſcopalis ob famam obitus Epiſcopi, qui poſtea ad eamdem reverſus, in illius poſſeſſione remanſit. ibid. n. 63.
Vacante Beneficio de Jurepatr. cujus Patroni ſint a pluribus annis abſentes, an Proviſio fieri debeat a Sede Apoſtolica cum derogatione Jurispatr.? Tom. 3. pag. 257. num. 308.
Vid. V. Præſens. V. Reg. XXX.
Abſentibus a Curia, præſentes in pari data præferri debent in aſſequutione Beneficii. T. 2. p. 211. n. 88.
Abſens à Curia ob ſervitium Sedis Apoſtolicæ, an reputetur præſens ad effectum obtinendi in pari data prælationem. *Vid. V. Reg. XVII.*
Et quid ſi abſit à Curia cito reverſurus, vel exiſtat intra duas Dietas? *Vid. eod. V.*
Cardinales abſentes à Curia an conferre poſſint Beneficia ſuarum Eccleſiarum Titularium? *Vid. V. Regula VIII.*
Et an præſtare conſenſum in proviſione Beneficiorum, quæ vacant per obitum ſuorum familiarium? *Vid. V. Reg. XXXII.*
Epiſcopi abſentes a Diœceſi, an gaudeant Alternativa Menſium? *Vid. V. Alternativa in Beneficialibus.*

ABSOLUTIO A RESERVATIS.

Valida eſt abſolutio Sacramentalis impertita a Sacerdotibus non approbatis, vel Confeſſariis deſtitutis facultate abſolvendi à reſervatis, ſi eâdem muniti communiter exiſtimabantur. T. 4. p. 49. n. 9.
Diſpoſitio *Text. in Leg. Barbarius ff. de Offic. Prætor.* procedit etiam in materia ſpirituali. ibid. n. 9.
Vid. V. Error communis. V. Votorum commutatio.
De Indulto à fan. mem. Innocentio XII. conceſſo Canonicis Eccleſiæ S. Michaelis Archangeli in Monte Gargano, & à Clemente XI. ampliato, deputandi certis anni temporibus Confeſſarios ab Ordinario approbandos cum facultate abſolvendi à Reſervatis, & commutandi Vota. T. 4. p. 51. n. 32.
Et de ſimili Indulto a Clemente XI. conceſſo Confeſſariis Eccleſiæ Cathedralis Compoſtellanæ. *Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales in ſpecie.*
Subcollectores ſpoliorum non poſſunt in caſibus Epiſcopo reſervatis abſque illius licentia abſolvi. T. 1. p. 375. n. 221.

ACCESSUS IN BENEFICIALIBUS.

Acceſſus, & Ingreſſus ad Beneficia ſpeciem præ ſe ferunt Expectativæ, & ſunt etiam favore Cardinalium à Concilio Tridentino prohibiti. T. 3. p. 24. n. 155. 156.
Deſignationes Minorum in futuros Eccleſiarum Cathedralium Præſules fieri ſolent per viam Acceſſus, & Ingreſſus. T. 2. p. 337. n. 36.
Et quid denotent Acceſſus, & Ingreſſus? ibid.
Acceſſus, & Ingreſſus præfati Diſpoſitioni Conciliari non ſubjacent. T. 3. p. 24. n. 164.
Acceſſus, & Ingreſſus, quemadmodum & Regreſſus, licet a Concilio Tridentino prohibiti, ob Eccleſiæ tamen utilitatem, & neceſſitatem aliquando a Papa indulgentur. T. 2. p. 337. n. 37.
Vid. V. Epiſcopus quoad ætatem. V. Expectativæ. V. Regreſſus.
Acceſſus, & Regreſſus, aliaque jura ſuper Beneficio antea reſervata, amittuntur per contractum Matrimonii. T. 4. p. 94. n. 53.

ACOLYTI.

Illegitimus creari nequit in Acolytum ſine Apoſtolica diſpenſatione. T. 1. p. 100. n. 119.
Acolyti veniunt appellatione Cappellanorum Pontificis, quamvis tempore promulgatæ *Extravag. ad Regim.* non adeſſent. T. 1. p. 102. n. 154. & p. 106. n. 215.
Et ſive fuerint Acolyti creati à Papa, ſive à Cardinali Legato. T. 1. p. 102. n. 155.
Sed Beneficia Acolytorum, qui creantur a Cardinali Legato non ſunt reſervata. ibid. n. 156.
Beneficia Acolytorum, uti Acolytorum non ſunt reſervata, ſed reſervatio oritur ex quo ſunt familiares Papæ. ibid. num. 157.
Acolytorum Officia, quæ prius erant venalia ſuppreſſit Alexander VII. eorumque loco ſubrogavit Votantes Signaturæ. ibid. n. 158.

ACTUS.

Actus omnis quemadmodum per ſe ipſum, ita & per Pro-

curatorem expleri poteſt. Tom. 3. pag. 342. num. 87.

Initium actus præſertim inſpiciendum eſt pro dijudicanda illius validitate. *ibid.* n. 69.

Actus nullitas quacumque benigna legis interpretatione vitanda eſt. T. 3. p. 343. n. 85.

Actus volontariæ Juriſdictionis ao exerceri poſſint in Urbe præſente Pontifice. *Vid. V. Juriſdictio. V. Protonotarii. V. Cardinales Legati.*

In materia correctoria juris communis, diſpoſitio loquens de acto vero, non comprehendit actum fictum. Tom. 3. p. 27. n. 201.

Actus non operatus ultra agentis intentionem, T. 1. p. 10. num. 92.

In actibus humanis non ſufficit voluntas, ſed æque requiritur faciendi poteſtas. T. 1. p. 239. n. 114.

In actibus correſpectivis uno ceſſante, ceſſat & alterum. T. 3. p. 360. n. 342.

Vid. V. Axiomata, & Regulæ juris.

ADMINISTRATORES.

Juſpatronatus relictum Adminiſtratoribus, & Officialibus laicis Eccleſiæ, Hoſpitalis, vel loci pii, quando cenſeatur relictum intuitu potius Perſonarum, quam loci, ad effectum dignoſcendi an ſit Eccleſiaſticum, vel laicale. *V. Verb. Hoſpitale, V. Juſpatr. Eccleſiaſticum, V. Perſona.*

Adminiſtratores Eccleſiarum Cathedralium.

Sedes Apoſtolica dum Minorem deſignat in futurum Eccleſiæ Præſulem eidem Adminiſtratores tam in Spiritualibus, quam in temporalibus deputare conſuevit. T. 2. p. 337. n. 38.

Vid. V. Epiſcopus quoad ætatem.

Nec hujuſmodi Adminiſtratorum deputatio ab aliis quam a Sede Apoſtolica fieri poteſt. *ibid.*

Iiſdemque aſſignare ſolet congruam ex reditibus ipſius Eccleſiæ, & in qua ſumma? *ibid.* n. 39.

Permittit aliquando Sedes Apoſtolica Capitulis, ut Adminiſtratores præfatos deputent, ab ea tamen confirmandos, & ad ſui beneplacitum. *ibid.* n. 40.

Quemadmodum eamdem facultatem impertitur etiam Nunciis Apoſtolicis. *ibid.* n. 41.

Apoſtolica Sedes Minoribus ipſis quandoque indulget privativam Eccleſiarum adminiſtrationem in temporalibus, & in ſpiritualibus una cum Coadminiſtratore. Et plura referuntur exempla. T. 2. p. 338. n. 42.

Facultates Adminiſtratorum in temporalibus, & Spiritualibus, qui durante minore ætate futuri Epiſcopi, Eccleſiæ deputantur, quænam ſint? *ibid.* n. 43.

Adminiſtrator in ſpiritualibus poteſt Beneficia conferre. *ibid.* n. 44.

Quinimo ei à Sede Apoſtolicâ expreſſè hujuſmodi facultas indulgetur. *ibid.* n. 45.

Etſi curata ſint, non aliter de illis, quam per concurſum diſponere poteſt. *ibid.*

Poteſt itidem Adminiſtrator præfatus Vicarium generalem in Diœceſi, quam adminiſtrat deputare. *ibid.* n. 46.

Et ſi Eccleſia Suffraganeum habere ſoleat, poteſt Apoſtolicæ Sedi pro illius deputatione ſupplicare. *ibid.* n. 47.

Poſt exhibitam Supplicationem prælatam, ſi Minor ad legitimam ætatem perventus, ſuæ Eccleſiæ adminiſtrationem nactus fuerit, & ipſe etiam pro Suffraganeo ſupplicet, præfertur Supplicatio Adminiſtratoris, tanquam anterior. *ibid.* n. 48.

Vacante Suffraganeatu de tempore Adminiſtrationis, Apoſtolica Sedes in Suffraganeum deputare ſolet Adminiſtratorem ipſum ipſum in ſpiritualibus, ſi Epiſcopus ſit. *ibid.* num. 49.

Vid. V. Suffraganeus.

Si contingat Epiſcopum per longum tempus a ſuâ Eccleſiâ abeſſe, nec certum de illius morte nuncium haberi, deputandus eſt eidem Eccleſiæ Adminiſtrator. Et ita pluries ſervatum. T. 2. p. 275. n. 61. & 62.

Gubernatori Inſularum Philippinarum denegata fuit à Pontifice facultas eligendi unum ex tribus ab Archiepiſcopo Manilæ nominandis, qui Eccleſias Cathedrales in dictis Inſulis exiſtentes, ac pro tempore vacantes adminiſtraret uſque ad earum Proviſionem. T. 1. p. 211. n. 140.

Adminiſtratores in Eccleſiis vacantibus Germaniæ deputatò, etſi cum omnimoda Juriſdictione Epiſcopali, & cum facultate percipiendi fructus, perinde ac ſi eſſent Epiſcopi, conferre nequeunt Beneficia Sede Epiſcopali vacante vacantia, ſed eorum collatio reſervatur Epiſcopis ſucceſſoribus. T. 1. p. 270. n. 430.

Vid. V. Germaniæ Concordata.

ÆQUITAS.

Æquitas non ſcripta rigori juris ſcripti non eſt præferenda. Tom. 4. p. 160. n. 46.

Et æquitas ſcripta, ut rigori ſcripto præferatur, debet eſſe ſcripta in eo caſu præciſo, & non deſumpta ex caſu diverſo. *ibid.*

ÆTAS.

Ætas pro obtinendis Eccleſiis Parochialibus de jure communi eſt annorum viginti quatuor completorum. Tom. 3. p. 329. n. 40.

Et ætas præfata requirebatur etiam de ſtylo antiquo Datariæ. *ibid.* n. 41.

Reſignatarii Eccleſiarum Parochialium, ubicumque exiſtentium, excepta Gallia, juxta reſolutionem Congregationis particularis editæ ſub Clemente XI. conſtituti eſſe debent in ætate annorum triginta. *ibid.* n. 39.

De ætate requiſita pro aſſequenda Dignitate majori in Cathedrali, aut principali in Collegiata. *Vid. V. Dignitas.*

De ætate requiſita pro minoribus, Sacriſque Ordinibus ſuſcipiendis. *Vid. V. Prima Tonſura. V. Ordines quoad ætatem.*

De ætate requiſita pro Epiſcopatu, tam de Jure communi, quam vigore Concordatorum Galliæ. *Vid. V. Epiſcopus quoad ætatem. V. Galliarum Concordata.*

De ætate neceſſaria ad effectum, ut quis poſtulari poſſit ad Prælaturas. *Vid. V. Poſtulatio.*

AFFECTIO BENEFICII.

Affectio Beneficii ob appoſitionem manus Papæ inducit ſpecialem reſervationem. T. 1. p. 25. n. 71. & 76.

Et an reſervatio hæc ſit clauſa in corpore juris? Tom. 1. p. 23. n. 48. p. 25. n. 72. p. 76. n. 363.

Vid. V. Reſervatio clauſa in corpore juris.

Affectio ex appoſitione manûs Papæ proveniens eſt actus realis: Reſervatio vero generalis eſt actus verbalis. T. 1. p. 253. n. 264.

Affectio virtualiter continet Decretum irritans. T. 1. p. 6. num. 34.

Et in quo differat a reſervatione? Tom. 1. pag. 25. n. 72. 74. & 75.

Affectio eſt ejuſdem efficaciæ, ac reſervatio. *ibid.* n. 76.

Imo majoris potentiæ. T. 1. p. 26. n. 77.

Appoſitio manus Papæ ſemper inducit affectionem. *ibidem* num. 78.

Etiam abſque ſpeciali inhibitione; ad differentiam reſervationis, in quâ requiritur expreſſa inhibitio. *ibid.* num. 79. & 80.

Intellige, quando ex dictâ appoſitione manûs reſultat mens Pontificis ulteriùs providendi, ut in Commendâ, & Unione ad vitam; ſecus ſi Papa manus apponat ad alios effectus, nempe ex causâ Tranſactionis, Penſionum, Diſpenſationum, Unionum perpetuarum &c. T. 1. p. 28. n. 103. p. 130. n. 116. 119. & 120. p. 131. n. 128.

Et redditur ratio. T. 1. p. 130. n. 117.

Appoſitio manus Papæ nil aliud eſt, niſi actus, quo Pontifex pandit animum ſuum circa proviſionem Beneficii. *ibid.* n. 118.

Affectionis ratio ſtat in reverentia erga Pontificem cum non deceat, ut inferior ſe ingerat in negociis, quæ Pontifex tractare incepit. T. 1. p. 26. n. 81. & p. 29. n. 114.

Beneficia vacantia juxta Decretum a Pontifice adjectum in proviſione aliorum incompatibilium remanent ſpecialiter affecta. T. 1. p. 76. n. 363.

Necnon Beneficia conceſſa in adminiſtrationem. T. 1. p. 26. num. 83.

Et an Beneficium remaneat affectum, ſi gratia ſit nulla vel ſubreptitia? T. 1. p. 27. n. 89. uſq. ad 99.

Affectio oritur ex ſola Pontificis Signatura, & quare? T. 1. p. 29. n. 110. 113. & ſeqq.

Imo oritur ex ſola determinata voluntate Papæ conferendi Beneficium, etiam quod ſupplicatio non ſit ſignata. *ibid.* n. 117. & 118.

Affectio oritur per Commendam Beneficii. T. 1. pag. 26. n. 83.

Et ceſſante Commenda Monaſterii commendatò, Monachi Abbatem eligere non poſſunt. T. 1. p. 131. n. 129.

Limita in Gallia, ubi Commenda non facit affectionem. T. 1. p. 26. n. 84. & 85. p. 131. n. 129.

Limita etiam in Germaniâ, in quarum Monaſteriis ceſſante Commendâ, Monachi Abbatem eligere poſſunt. Et dantur exempla ſimilium Electionum. *ibid.* n. 131.

Affectio oritur ex Coadjutoria cum futura Succeſſione. T. 1. p. 26. n. 87. p. 131. n. 131.

Quamvis

Digitized by Google

Quamvis Coadjutus decedat antequam Coadjutor ſuum Officium exercere incipiat. T. 1. p. 26. n. 87.
Limita, ſi non verificetur infirmitas, aut alia Cauſa, ob quam Coadjutoria conceſſa fuit, tunc enim non reſultat affectio, quia Papa non intendit præjudicare Ordinariis, Collatoribus. T. 1. p. 27. n. 98.
Limita etiam in Germaniâ, ubi niſi expreſſe derogetur Concordatis, aut niſi accedat Ordinariorum conſenſus, in Coadjutoriis ſuper Beneficiis inferioribus, & Electio Capitularis ſuper majoribus, mortuo Coadjutore non impeditur, vel Collatio Ordinariis, vel Electio Capitulis. T. 1. p. 26. n. 87. p. 131. n. 133.
Papa indulgendo Coadjutoribus Epiſcoporum retentionem Beneficiorum manum ſuper iis apponit, unde oritur eorumdem affectio favore S. Sedis. T. 1. p. 132. n. 150.
Canonicatus, cujus retentio conceſſa fuit Coadjutori Epiſcopi, donec factus fuerit ſucceſſioni locus, eo ſequuto remanet effectus, & ſpectat ad collationem Sedis Apoſtolicæ, etiam in terminis Concordatorum Germaniæ. T. 1. p. 27. n. 88. p. 132. n. 144. & 145.
Amplia etiamſi Coadjutor prædecedat Coadjuto, & in Literis Coadjutoriæ dicatur tantum, quod Canonicatus ſit Apoſtolicæ Sedi reſervatus eveniente caſu futuræ ſucceſſionis. ibid. n. 146.
Contrarium, quod Coadjutore præmoriente Coadjuto, Canonicatus cujus indulta ſuit retentio non ſit affectioni obnoxius. Et redditur ratio. ibid. n. 148.
De querelis Miniſtrorum Datariæ adverſus hanc ſententiam, quam recedendo à prius deciſis firmavit Rota. ibid. n. 147. & 148.
Decreta, quæ hodie apponuntur in Coadjutoriis ſuper Eccleſiis Epiſcopalibus Germaniæ ad effectum, ut Beneficia à Coadjutoribus obtenta & quorum retentio ipſi indulgetur vacent in Curia, & ſint etiam per Concordata Germaniæ reſervata. *Vid. V. Coadjutoria. V. Germania.*
In Gratiis Coadjutoriæ, & Reſignationis conceſſis *Motu proprio* oritur affectio ex ſolâ Signaturâ, etiam ante conſenſum Coadjuti, vel Reſignantis. T. 1. p. 29. n. 111.
Limita, ſi eorum conſenſus fuerit præſervatus. *ibidem* numer. 112.
Affectio non reſultat, quando reſignatio facta ad favorem non ſubſiſtit, ſive ob incapacitatem Reſignatarii, ſive ob falſam cauſam. T. 1. p. 28. n. 108.
Aut, ſi ex quacumque alia cauſa ſuum ſortiri nequeat effectum. T. 2. p. 245. n. 116. p. 246. n. 139.
Et quid ſi Reſignans moriatur intra viginti dies? *Vid. V. Regula XIX.*
Ex indultâ Epiſcopis Titularibus in Suffraganeos perpetuos deputatos retentione Beneficiorum reſidentialium non oritur affectio ob appoſitionem manus Papæ. T. 1. p. 130. n. 115. p. 131. n. 139.
Præſertim in Germania. T. 1. p. 130. n. 125. & ſeqq p. 131. n. 140.
Intellige, ubi ſimpliciter indulgetur retentio cum Decreto de non vacando, ſecus, ſi decernatur Beneficii vacatio, ſuſpenſo vacationis effectu uſque ad obitum. T. 1. p. 130. n. 120. 121. 122.
Ex diſpenſatione, quod poſſit quis duo incompatibilia Beneficia ſub eodem tecto retinere, nulla oritur eorumdem affectio favore Papæ. ibid. n. 123.
Niſi illa ſint alicui reſervationi obnoxia ratione loci, Perſonæ, aut temporis. ibid.
Lis ſuper Beneficio non inducit affectionem, ſed ſolum inhibitionem temporalem inferiori ne conferat. Tom. 1. p. 311. n. 27.
Affectio non cadit ſuper iis, quæ non ſunt propriè Beneficia Eccleſiaſtica. T. 1. p. 28. n. 104.
Contrarium, ibid. n. 105.
Et an cadat ſuper Beneficiis de Jurepatronatus? ibid. numer. 106.
Aut ſuper Beneficiis manualibus? ibid. n. 107.
Affectio locum non habet quando ex appoſitione manus Papæ reſultaret derogatio Indultis conceſſis Cardinalibus, niſi Papa expreſſe Indultis præfatis derogaret. ibid. n. 108.
Affectio præductiva reſervationis ob appoſitionem Manus Papæ, eatenus durat quouſque Pontificia proviſio conſumta remanet. T. 1. p. 29. n. 119.
Et intelligitur conſumta per Proviſionem, ſive proviſus Poſſeſſionem adipiſcatur, ſive non. ibid. n. 120.
Beneficia affecta non cadunt ſub Indulto Apoſtolico conferendi Beneficia reſervata. ibid. n. 109.
Affectio duplex, realis una, altera quæ provenit à reſervatione perſonali. T. 1. p. 32. n. 25.
Quænam eſt affectio realis, & quæ illa proveniens ex præcedenti reſervatione perſonali? ibid. num. 26. 27. & 28. p. 33. n. 35.

Duæ affectiones perſonales coæquales ſuper Beneficio concurrentes faciunt ceſſare Indultum quo gaudent Cardinales conferendi Beneficia reſervata. T. 1. p. 32. n. 31.
Imo etiam una reſervatio, & una affectio perſonalis. ibidem.
Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.
Affectio realis inducitur ex retentione Beneficiorum, quæ indulgetur Epiſcopis in actu Promotionis. Tom. 1 pag. 33. n. 36.
Affectio non multiplicatur, ſi quis ſucceſſivè promotus ad duos Epiſcopatus, utraque vice Beneficiorum retentionem obtinuerit. ibid. n. 38.
Si Commendatario ad Epiſcopatum promoto concedatur retentio Beneficii commendati, ex his duabus appoſitionibus manûs Papæ inſurgunt duæ affectiones reales excluſivæ Indulti Cardinalitii. ibid. n. 37.

ALTERNATIVA.

Alternativa in Beneficialibus.

Explicatur quid ſit Alternativa. T. 2. p. 114. n. 1.
Non eſt propriè Gratia, ſed contractus inter Papam, & Epiſcopum. T. 2. p. 115. n. 2.
An ſit eiſdem Epiſcopis favorabilis? ibid. n. 3.
De variis DD. Sententiis circa Alternativæ originem. Et quomodo antiquis temporibus concedebatur. *Vid. V. Regula IX. quoad ſecundam ejus partem, Alternativam nempe Menſium.*
Traditur ratio conceſſionis Alternativæ, ut nempe Epiſcopi allectentur ad Reſidentiam. ibid n. 11.
Alternativa olim indifferenter omnibus Collatoribus, etiam inferioribus concedebatur, ſed hodie non indulgetur, niſi Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis. Tom. 2. p. 116. n. 14.
Epiſcopus uti Abbas jus habens conferendi Beneficia in Monaſteriis, non gaudet in eorum collatione Alternativa. ibid. n. 15.
Limita, ſi Abbatia ſit incorporata, & ſubjectivè unita Menſæ Epiſcopali. ibid. n. 16.
Prælati inferiores cum Territorio ſeparato, & Juriſdictione quaſi Epiſcopali, an acceptare, & gaudere poſſint Alternativâ? ibid. n. 17. & 18.

Alternativa quoad acceptationem.

Alternativa quocumque Menſe, die, & hora acceptari, & recognoſci poteſt. T. 2. p. 117. n. 1.
Pro acceptatione Alternativæ requiruntur Literæ patentes ſubſcriptæ ab Epiſcopo, & proprio illius ſigillo munitæ. ibid. n. 2.
Poteſt tamen Datarius acceptationem Alternativæ admittere, dictâ formâ non ſervatâ. ibid. n. 3. & 5.
Fuit aliquando admiſſa acceptatio Alternativæ cum Literis Patentibus ſubſcriptis à Vicario Generali. ibid. n. 4.
Alternativam acceptare tenetur Epiſcopus tempore, quo manet in Diœceſi. ibid. n. 6.
Eſt tamen in arbitrio Datarii Literas acceptationis admittere, etſi datas extra Diœceſim. ibid. n. 7.
Epiſcopi in Urbe præſentes pro SS. Liminum viſitatione Alternativam acceptare non poſſunt. T. 2. p. 127. n. 12.
Alternativa incipit currere ab eo tempore, quo Literæ præfatæ recognitæ, & admiſſæ ſunt in Dataria. ibid. & p. 117. n. 8. 14. & 15.
Alternativa ſuſpenſa non remanet quoad Pontificem ex non reſidentia Epiſcopi de tempore acceptationis: Tom. 2. p. 118. n. 9.
Proindeque poteſt Pontifex Beneficia conferre in Menſibus ſibi dimiſſis per Epiſcopum vigore Alternativæ. ibidem num. 10.
Explicantur DD. aſſerentes, non valere Litteras acceptationis Alternativæ ab Epiſcopo extra propriam Diœceſim ſignatas. ibid. n. 11.
Literæ Patentes acceptationis Alternativæ debent in Dataria præſentari, & per duos Teſtes recognoſci. ibidem n. 12.
Et debent regiſtrari in libro ad id deſignato. ibid. n. 13.
Sequuta vero tali regiſtratione, Alternativa incipit currere ſine alio conſenſu Papæ. ibid. n. 15.
Traditur formula Litterarum recognitionis Datarii ſuper Alternativa ab Epiſcopo acceptata. ibid. n. 16.
Epiſcopus, qui Alternativam acceptavit, poteſt ea uti etiam ante ſcientiam recognitionis, & regiſtrationis Litterarum acceptationis. ibid. n. 17.
Alternativa acceptari poteſt nedum pro totâ, ſed etiam pro aliquâ parte Diœceſis. ibid. n. 18.

Epiſcopus duarum Cathedralium æque principaliter unitarum, ſi Alternativâ pro utraque Diœceſi frui velit, debet expreſsè pro utràque illam acceptare, nec acceptata pro unâ, ſuffragatur pro aliâ Diœceſi. T. 2. p. 118. n. 19.

Et expreſſa hæc pro utrâque Diœceſi acceptatio addita primo fuit Regulæ ab Alex. VII. T. 2. p. 119. n. 21.

Antiquitus ſat erat, quod Epiſcopus duarum Eccleſiarum æque principaliter unitarum, generaliter Alternativam acceptaſſet, ut pro utrâque Diœceſi ei ſuffragaretur. *ibid.* num. 20.

Non prohibetur Epiſcopus Alternativâ uti pro eâ ſolum Diœceſi, pro quâ illam acceptavit. *ibid.* n. 22.

Vid. V. Alternativa quoad reſidentiam Epiſcopi.

Poteſt Epiſcopus etiam poſt tranſmiſſionem Litterarum acceptationis Alternativæ, pœnitere, & Alternativam non acceptare, re tamen integrâ. *ibid.* n. 23. & 24.

Alternativam acceptatam fuiſſe, quomodo probetur? *ibid.* num. 24.

Epiſcopo Alternativam acceptante, Menſes alternati remanent immunes a reſervatione Regulæ IX. T. 2. p. 124. n. 37. & p. 125. n. 47.

Contrarium, quod Alternativa non tollat reſervationem Menſium Epiſcopo aſſignatorum. Tom. 2. pag. 125. n. 40. & 48.

Et Menſes alternati pro Epiſcopo, improprie dicitur, quod efficiantur ordinarii per Alternativam. *ibidem* numer. 49.

Beneficia vacantia in Menſibus Apoſtolicis alternatis, & vigore Alternativæ effectis ordinariis, non conferunt Epiſcopi auctoritate propria, ſed Papæ. T. 2. p. 124. n. 32.

Epiſcopo, qui Alternativam acceptavit, nolente vel impedito conferre in Menſe alternato, de ſtylo Cancellariæ dantur Literæ Apoſtolicæ proviſionis Beneficii tanquam de reſervato vigore Reſervationis Regulæ IX. T. 2. p. 125. n. 50.

Acceptatio Alternativæ facta per Epiſcopum in Menſe Apoſtolico jam cœpto, non operatur, ut ille deſinat eſſe Apoſtolicus. T. 2. p. 120. n. 1. & 3.

Et reprobatur *Gonzalez* exiſtimans, quod fiat ordinarius a die acceptationis Alternativæ. *ibid.* n. 2.

Si vero acceptatio fiat in Menſe Ordinario jam cœpto, puta *Martii*, vel *Septembris*, fit Apoſtolicus. *ibid.* n. 4.

Et aſſignatur diverſitatis ratio. *ibid.*

Alternativa, ut ſit magis proficua Epiſcopis quo menſe acceptari debet.

Epiſcopis expedit Alternativam acceptare in Menſe *Januarii*, vel *Julii.* T. 2. p. 120. n. 6. & 12.

Non vero in Menſe *Februarii*, *Martii*, aut *Septembris*. *ibid.* n. 7. 8. & 14.

In Menſibus *Aprilis*, *Maii*, & *Junii*, nec nocet, nec juvat Alternativam acceptare. *ibid.* n. 9. 10. & 11.

Alternativa acceptari non debet in Menſe *Auguſti*; & quare? T. 2. p. 121. n. 13.

In Menſibus *Octobris*, *Novembris*, & *Decembris*, nec juvat, nec officit acceptatio Alternativæ. *ibid.* n. 15. 16. & 17.

Alternativæ acceptatio, quæ proficua non eſt in menſe *Martii*, aut *Septembris*, utilis redditur, ſi fiat in fine eorumdem Menſium. *ibid.* n. 18.

Illiuſque acceptatio de tali tempore, non præſumitur facta in fraudem Datariæ. *ibid.* n. 19.

Reprobatur *Garzias* autumans Epiſcopum Alternativam acceptantem, non poſſe gaudere duobus Menſibus continuis. *ibid.* n. 21.

Alternativa improvide acceptata in Menſibus *Februarii*, *Martii*, *Auguſti*, aut *Septembris*, operatur, ut Pontifex conferat tribus Menſibus continuis. *ibid.* n. 22.

Alternativa quoad Beneficia, quæ ſub ea comprehenduntur.

Beneficia omnia ad Epiſcoporum collationem ſpectantia, cadunt ſub Alternativa, etiamſi extra Diœceſim ſita ſint. T. 2. p. 122. n. 1.

Intellige, dummodo ſpectent ad collationem Epiſcopi, uti Epiſcopi, non uti inferioris Collatoris. *ibid.* n. 2.

Et non ſint affecta, vel reſervata. *ibid.* n. 3.

Quodque pertineant ad liberam dumtaxat ipſorum Epiſcoporum collationem. *ibid.* n. 4.

Quod dicatur Beneficium liberæ collationis ad effectum, ut ſub Alternativa comprehendatur? *ibid.* n. 5.

Et ad hunc finem magis attenditur quaſi poſſeſſio, quam proprietas conferendi. T. 2. p. 123. n. 6. & 7.

Beneficium, ut non dicatur liberæ collationis requiritur, quod conſenſus, nominatio, aut alterius conſilium, interveniant in ipſa collatione. T. 2. p. 123. n. 8.

Collatio Epiſcopi ad effectum Alternativæ dicitur libera, quamvis Beneficium conferri debeat certo generi Perſonarum. *ibid.* n. 9. & 16.

Liberæ quoque collationis dicantur Parochiales, quamvis digniori in Concurſu approbato conferri debeant. Et aſſignatur ratio. *ibid.* n. 10. & 11.

Beneficium, quod ex Eccleſiæ ſtatuto conferri debet ſub teſtimonio duorum, vel trium, dicitur liberæ collationis. *ibid.* n. 12.

Eſt quoque liberæ collationis Beneficium, quod conferri debet Optanti. *ibid.* n. 13.

Contrarium, & aſſignatur ratio. *ibid.* n. 14. 15. & 17.

Alternativa afficit Beneficia, quorum præſentatio, & electio ſoli Epiſcopo, collatio vero ipſi cum alio inferiori competat. *ibid.* n. 18.

Contrarium in terminis Canonicatus Pœnitentiarii, cujus electio ad Epiſcopum ſpectat. *ibid.* n. 19.

Alternativæ non ſubjacent Beneficia, quæ ſunt de ſimultanea collatione Epiſcopi, & Capituli, vel alterius inferioris Collatoris, Idque a temporibus Sixti V. *ibid.* n. 20. & 21.

Et ſive ſint Canonicatus in Cathedralibus, ſive Beneficia inferiora. *ibid.* n. 22. & 23.

Diviſa ſimultanea per Turnum inter Capitulum, & Epiſcopum, Capitulum Alternativa non gaudet pro Beneficiis in ejus Turno vacantibus. T. 2. p. 124. n. 25.

Minuſque Epiſcopus pro illis, quæ vacant in ſuo Turno, quando diviſio eſt facta per Hebdomadas, aut dies, quia Regula loquitur de Menſibus. *ibid.* n. 26.

Facta diviſione exercitii Juris conferendi per vices, ſeu chores, aut annos, Epiſcopus in ſuo Turno gaudet Alternativa. *ibid.* n. 27.

De diſtinctione plurium caſuum pro regulanda collatione inter Papam, Epiſcopum, qui Alternativam acceptavit, & Capitulum. *Remiſſive.* *ibid.* n. 28.

Epiſcopus, ut in ſuo Turno frui valeat Alternativa, requiritur quod ſit diviſa inter ipſum, & Capitulum proprietas juris conferendi. *ibid.* n. 29.

Epiſcopus non gaudet in ſuo Turno Alternativa, quando Concordia ſuper diviſione ſimultaneæ inter ipſum, & Capitulum inita, non eſt a Sede Apoſtolica confirmata, aut ſit confirmata cum clauſula *ſalvis Apoſtolicis Reſervationibus.* *ibid.* n. 31.

Facta diviſione ſimultaneæ per Menſes, ſi Epiſcopo contingat *Martius*, & *September*, gaudebit in iis Alternativa, ſecus ſi *Junius*, & *December*. *ibid.* n. 32.

Epiſcopus Eccleſiæ dimiſſæ a Cardinali cum Indulto conferendi in octo Menſibus reſervatis, an uti poſſit Alternativa in ſeu Menſibus alternatis? *ibid.* & num. 33. 34. & ſeqq.

Epiſcopo negligente conferre Beneficia in Menſibus alternatis vacantia, devolutio non fit immediate ad Papam, ſed ad Capitulum, Archiepiſcopum &c. Et redditur ratio. T. 2. p. 125. n. 46. & 47.

Contrarium, quod collatio ſpectet ad Papam, quia Alternativa non tollit reſervationem Menſium. *ibid.* num. 47. & 48.

Alternativa quoad reſidentiam Epiſcopi.

Reſidentia Epiſcoporum, quæ requiritur ad effectum gaudendi Alternativa, eſt magis ſtricta, & præciſa, quam requiſita per Concilium Tridentinum. T. 2. p. 115. n. 13.

Debet eſſe vera, & realis, nec ſufficit ficta, quantumvis ex cauſa privilegiatiſſima. T. 2. p. 141. n. 1. & 2.

Idque denotant dictiones *quamdiu*, *vere*, *perſonaliter*, *dumtaxat*, quæ leguntur in Regula. T. 1. p. 391. num. 62. & T. 2. p. 126. n. 3.

Neceſſitatem veræ, & perſonalis reſidentiæ, primus Regulæ adjecit *Sixtus V.* T. 2. p. 126. n. 4.

Sed antequam in Regula adderentur verba illa *vere*, & *perſonaliter &c.* Epiſcopi ex juſta cauſa à Diœceſi abſentes Alternativâ fruebantur. T. 1. p. 391. n. 62.

Alternativa non gaudent Epiſcopi non reſidentes in tribus Menſibus Conciliaribus, aut abſentes ex cauſa a Concilio approbata. T. 2. p. 126. n. 5.

Neque Epiſcops Inquiſitores Tribunalis Sac. Inquiſitionis ex cauſa dicti muneris a propriis Diœceſibus abſentes. T. 1. p. 390. n. 48. & T. 2. p. 127. n. 6.

Epiſcopi accedentes ad Concilium Provinciale Alternativa non gaudent. T. 2. p. 127. n. 7.

Prout nec occupati ſervitiis S. Sedis in munere Nunciaturæ. T. 1. p. 390. n. 48. & T. 2. p. 127. n. 8.

Epiſcopus abſens ex cauſa Reipublicæ proficua, non gaudet Alternativa. T. 2. p. 127. n. 9.

Accedens ad Urbem Apoſtolorum Limina viſitaturus, Alternativa

ternativa gaudet per totum tempus, quo ex dicta cauſa a Diœceſi abeſt. T. 2. p. 127. n. 10.
Contrarium verius, & aſſignatur ratio. ibid. n. 11.
Epiſcopus abſens, Alternativa non gaudet, etiam ſi abſit ad modicum tempus ex cauſa honeſta, cito reverſurus. T. 1. p. 395. n. 116. & T. 2. p. 127. n. 13. & 14.
Ad effectum gaudendi Alternativa, ultra præſentiam realem de tempore vacationis Beneficii, requiritur continua reſidentia in Diœceſi cum animo permanendi. T. 2. p. 127. n. 15. & 18.
Contrarium, quod ſufficiat præſentia etiam ad modicum tempus, & per modum tranſeuntis, & aſſignatur ratio. T. 2. p. 128. n. 17.
Reſidentia affectata de tempore imminentis vacationis non ſuffragatur pro Alternativa. ibid. n. 16.
Epiſcopus, etſi paratus, ſed injuſte impeditus ingredi Diœceſim, Alternativa non gaudet. ibid. n. 19.
Reprobantur DD. contrarium cenſentes. ibid. n. 20.
Quemadmodum nec a ſua Diœceſi per Hoſtes injuſte expulſus. T. 1. p. 390. n. 48.
Epiſcopus in principio Menſis Alternati, ac alias Apoſtolici, & tempore vacationis Beneficii reſidens, gaudet Alternativa. T. 2. p. 128. n. 25.
Amplia, etiamſi poſt factam collationem, Menſe adhuc non expirato receſſerit. ibid. n. 22.
Epiſcopus præſens tantummodo tempore vacationis Beneficii, etiamſi abſens fuerit in principio Menſis, adhuc gaudet Alternativa. ibid. n. 23.
Contrarium verius, quia Menſis intravit Apoſtolicus ob Epiſcopi abſentiam, & ſemper durat talis. ibidem numer. 24.
Gaudet Alternativa Epiſcopus initio Menſis, & tempore vacationis præſens, licet ante vacationem per modicum tempus abfuiſſet. ibid. n. 25. & 27.
Contrarium. ibid. n. 26.
Abſentia Epiſcopi in Menſibus fixa Ordinariis, Junii, & Decembris, non officit Alternativæ. ibid. n. 28.
Et explicatur in quibus terminis contraria opinio admitti poſſet. T. 2. p. 129. n. 29.
Epiſcopus abſens in Menſibus *Martii*, & *Septembris* Papæ aſſignatis vigore Alternativæ, Beneficia dictis Menſibus vacantia conferre non poteſt. ibid. n. 30. & 31.
Alternativa pro duabus Eccleſiis æque principaliter unitis acceptata, non ſuffragatur Epiſcopo pro Beneficiis unius Diœceſis, quando reſidet in altera. ibid. n. 32.
Epiſcopus reſidendo in una ex unitis Diœceſibus licet cenſeatur quoque in altera reſidere, hæc tamen reſidentia eſt ficta, & civilis, & non ſufficit ad effectum Alternativæ. ibid. n. 33.
Pro Alternativa gaudenda ſat eſt, quod Epiſcopus maneat in loco exempto ſito intra Diœceſim. ibid. n. 34.
Contrarium. ibid. n. 35.
Vel quod maneat in propria Eccleſia, licet ſita extra Diœceſim. ibid. n. 36.
Onus probandi reſidentiam, vel reſpectiva abſentiam Epiſcopi a Diœceſi cui incumbat? ibid. n. 37.
Sequuta vacatione Beneficii in altero ex octo Menſibus reſervatis, probatio reſidentiæ ſpectat ad proviſum ab Ordinario, ſive ſit Actor, ſive Reus. T. 2. p. 130. n. 38.

Alternativa quando, & quomodo ceſſet.

Alternativa ceſſat per obitum Pontificis, & aſſignantur rationes. T. 2. p. 131. n. 1. & p. 132. n. 13.
Ceſſabat etiam in terminis Regulæ antiquæ. Tom. 2. p. 131. n. 2.
Beneficia vacantia intra tempus, quod mediat inter finem primæ Alternativæ conceſſæ ab Anteceſſore, & acceptationem ſecundæ a Succeſſore Pontifice recognitam, non cadunt ſub Alternativa. ibid. n. 3.
Reprobatur *Pax Jordan*, exiſtimans morte Pontificis Alternativam non ceſſet. ibid. n. 4.
Quemadmodum Sententia nonnullorum Epiſcoporum *Britanniæ* exiſtimantium Alternativam per ipſos acceptatam morte Pontificis non expirare. ibid. n. 5.
Vid. V. Britannia.
De ſimili prætenſione excitata anno 1660. a nonnullis Epiſcopis *Belgii*, quod Alternativa non expiret per obitum Pontificis, & quid tunc temporis Prodatarius ſcripſerit Miniſtro Apoſtolico inibi degenti. T. 2. p. 132. n. 12.
Alternativa ceſſet per obitum Epiſcopi, qui eam acceptavit. ibid. n. 14.
Epiſcopus ad aliam Eccleſiam tranſlatus, novam acceptare tenetur Alternativam pro novo Epiſcopatu, ſi ea uti velit. ibid. n. 15.
Ceſſat Alternativa per renunciationem ei factam ab Epiſcopo, & a Papa acceptatam. ibid. n. 16.
Papa non tenetur hanc Renunciationem acceptare, ſed poteſt eam ex juſtis cauſis rejicere. T. 2. p. 132. n. 17.
Quomodo renunciatur Alternativæ, & de ſtylo, quo Pontifex Renunciationem præfatam acceptare ſoleat? ibidem num. 18.
Traditur formula Literarum acceptationis Renunciationis Alternativæ, quæ a Datario expediuntur. T. 2. p. 133. n. 19.
Alternativa diſſolvitur nedum per expreſſum, ſed etiam per tacitum Papæ, & Epiſcopi conſenſum. ibid. n. 20.
Et cenſetur diſſoluta ſi Epiſcopus conferat in Menſe *Martii*, & Pontifex in Menſe *Auguſti*. ibid. n. 21.
Contrarium, quod pro diſſolutione Alternativæ requiratur expreſſus Papæ conſenſus, & reſpondetur contrariis rationibus. ibid. n. 22.
Diſſoluta Alternativa, Menſis a puncto diſſolutionis incipit eſſe Apoſtolicus, vel ordinarius. ibid. n. 23.
Non obſtante, quod ſequuta acceptatione Alternativæ in Menſe Apoſtolico, hic ſemper duret talis. Et aſſignatur diverſitatis ratio. ibid. n. 24.
Alternativa ceſſat per illius abuſum ab Epiſcopo factum. ibid. n. 25.
Abſentia Epiſcopi non importat abuſum, ſed non uſum Alternativæ, quæ (ea durante) ſolum ſuſpenſa remanet. ibid. n. 26. & p. 135. n. 45.
Abuſus adeſſe dicitur, quando Epiſcopus, etiam unica vice, confert Beneficia in Menſibus Apoſtolicis vacantia, vel quando impedit executionem Proviſionis Apoſtolicæ. T. 2. p. 133. n. 27. & p. 135. n. 45.
Et per hujuſmodi abuſum amittitur Alternativa *ipſo jure* abſque ulla Papæ declaratione; & ſive contraventio ſit notoria, ſive non. T. 2. p. 133. n. 29.
Requiritur ad hunc effectum in Epiſcopo plena ſcientia Reſervationis. T. 2. p. 134. n. 30.
Unde a privatione Alternativæ excuſat ignorantia facti, quia ſcilicet Epiſcopus neſciverit defunctum fuiſſe Protonotarium, Familiarem Papæ, aut Cardinalis &c. ibid. num. 31.
Amplia, ut excuſet etiam ignorantia juris dubii, & obſcuri. Et proponuntur exempla. ibid. n. 32. *& ſeqq.*
Ad evitandam pœnam amiſſionis Alternativæ ſufficit quælibet cauſa etiam colorata, & minus juſta. ibid. n. 37.
Nec incurritur, niſi adſit poſitivus dolus directus ad fraudandam Alternativam. ibid. n. 38.
Veroſimilis ignorantia de tempore collationis, quod Alternativæ acceptatio fuerit per Datarium recognita, excuſat Epiſcopum a pœna contraventionis. ibid. n. 39.
Non privatur Alternativa Epiſcopus, ex quo contulit Beneficium litigioſum. ibid. n. 40.
Epiſcopus per abuſum Alternativæ ſtatim redit ad ſuos quatuor Menſes Ordinarios, & de ratione. ibid. num. 41. & 42.
Contrarium, quod requiratur declaratio Papæ, quodque interim non poſſit Epiſcopus conferre in Menſibus *Martii*, & *Septembris*. T. 2. p. 135. n. 43.
Epiſcopus, qui ob contraventionem, Alternativam amiſit, ſi ea de novo uti velit, nova indiget acceptatione. ibid. num. 44.

AMENS.

Vid. V. Mentecaptus.

AMOTIO A BENEFICIIS.

Vid. V. Beneficia manualia. V. Beneficia Regularia.

ANGLIA.

Angliæ Reges uſurparunt olim ſibi jus providendi Eccleſias Cathedrales. T. 1. p. 193. n. 128.
Deinde Eccleſiæ Angliæ providebantur ad Regis ſupplicationem. ibid.
Cardinali *Polo* in Anglia Legato indultum fuit, ut Cathedrales Eccleſias ad *Reginæ Mariæ* ſupplicationem, Apoſtolica auctoritate provideret. T. 1. p. 185. n. 70.

ANNATÆ.

Annatæ ſubrogatæ fuerunt loco Decimarum Papalium, quæ antiquitus conſiſtebant in vigeſima parte fructuum Eccleſiaſticorum. T. 1. p. 366. n. 71. & p. 367. n. 91.
Annata ſolvi debet tam de fructibus Beneficii uniendi, quam alterius cui fit unio, ſi valorem viginti quatuor ducatorum excedant. T. 2. p. 282. n. 11.

ANNUS.

Primis Eccleſiæ ſæculis annorum numeratio in Pontificiis Diplomatibus ducebatur a Faſtis Conſularibus. Tom. 2. p. 206. n. 35.

Placuit poſtea Pontificibus annos enumerare per Indictiones a Conſtantino Magno anno 312. adinventas, iiſque primus uſus fuit Pontifex Pelagius II. ibid.

Sed Eugenius IV. qui ſæculo XV. vixit, annos ſupputare cœpit ab Incarnatione D. N. J. C. ibid.

Revocatur in dubium hæc aſſertio, & enumerantur plures Pontifices, qui ſtylum numerandi annos ab Incarnatione ante Eugenium uſi ſunt. ibid.

Stylus numerandi annos ab Incarnatione invaluit circa annum milleſimum. ibid.

Et hujuſmodi ſtylum ſequuntur hodie Cancellaria, & Dataria in expeditione Literarum Apoſtolicarum. ibid. num. 34.

De ſtylo tamen Secretariæ Brevium, in illorum expeditione anni computantur a die Nativitatis Chriſti. ibid.

Vid. V. Indictiones. V. Papa.

Pontifices de ſtylo ante Coronationem non ſcribunt in Literis annum Pontificatus. *Vid. V. Pontifex quoad Coronationem.*

Priſcis temporibus annorum Imperii calculus non a die electionis ducebatur, ſed a die, quo in Imperatorem electus Corona a Pontifice donabatur. T. 2. p. 204. n. 8.

In termino plurium annorum ultimus annus inceptus non habetur pro completo. T. 2. p. 144. n. 97.

De annis carentiæ fructuum Beneficiorum, conſuetudine nempe vigente in aliquibus Eccleſiis, præſertim Germaniæ, quod Proviſi de Canonicatibus percipere non poſſint per aliquos annos eorum fructus. *Vid. V. Beneficia incompatibilia quoad eorum vacationem.*

Et, an ad effectum, ut vacent Beneficia incompatibilia per ipſos obtenta, expectari debeat quod elabantur anni carentiæ. *Vid. eod. V.*

ANTIDATA.

Literæ Proviſionum de Beneficiis, quas expleat Ordinarii, etiam ab ipſis ſubſcriptæ, non attenduntur ob Antidatæ ſuſpicionem in concurſu Proviſionum Apoſtolicarum, niſi ſint in forma publica Inſtrumenti, Teſtibus, & Juris ſolemnitatibus munitæ. T. 2. p. 208. n. 52.

Præſertim, ſi concurrat veroſimilis aliqua cauſa, ob quam Ordinarius induci valuerit ad ſimulandam præventivam collationem Beneficii. ibid. n. 53.

Limita, ſi concurrant circumſtantiæ, & veriſimilitudines Antidatæ ſuſpicionem excludentes, quia ſubſcriptio Notarii, & Teſtium non requiruntur pro forma in Proviſionibus Ordinariorum. ibid. n. 54. & 55.

Probatio quod Supplicationi a Papa ſignatæ appoſita fuerit Antidata non admittitur, & quare? T. 3. p. 145. n. 59. p. 351. n. 221. & 228. p. 354. n. 274.

Vid. V. Data.

APOSTATA.

Apoſtatæ an juvari poſſint favore Regulæ de Triennali? *Vid. V. Regula XXXVI.*

De Tranſitu ad aliam Religionem qui concedi ſolet a Sac. Pœnitentiaria Apoſtatis. *Vid. V. Regulares quoad Tranſitum.*

APPELLATIO.

Exſcribitur Conſtitutio Sanctiſſimi D. N. BENEDICTI XIV. de Appellationibus, & Inhibitionibus concedendis, vel denegandis. T. 3. p. 205. & ſeqq. †

De jure Canonico quatuor temporibus appellari poteſt nempe ante, & poſt litis conteſtationem, in prolatione ſententiæ & poſt. T. 3. p. 182. n. 9.

De caſibus, in quibus appellare licet jure Canonico inſpecto ante ſententiam legitima concurrente Cauſa. Remiſſive. ibid. n. 10.

Ex Decretis generalibus Sac. Congreg. Epiſcoporum, Appellationes recipi non debent, niſi per publicum documentum conſtet de gravamine, Nec concedi Inhibitiones ſine inſertione tenoris Sententiæ, vel Decreti definitivi, aut interloquutorii vim definitivi habentis, ſeu gravamen per definitivam non reparabile continentis. T. 3. p. 193. n. 132. & 133.

Et an ſuffragetur immemorabilis conſuetudo Appellationes aliter admittendi, aut Inhibitiones concedendi? *ibidem* n. 134. & ſeqq.

Renuentibus Ordinariis copias publicas Sententiarum, vel Decretorum Appellantibus concedere an, & quando debeat A. C. inhibitiones vigore Appellationis cum inſertione Copiæ ſimplicis concedere? T. 3. p. 193. n. 133.

Nulla conſuetudine impediri poteſt appellatio ad Sedem Apoſtolicam nedum in devolutivo, ſed etiam in ſuſpenſivo. T. 3. p. 187. n. 81. & 82.

Et ad conſuetudinem hanc probandam Rota Remiſſoriales Literas non concedit, quia etiam probata non relevaret. ibid. n. 83.

Appellatio a decreto, ſeu ſententia definitiva.

Poſt ſententiam definitivam, hoc eſt quæ principali quæſtioni finem imponit, utroque jure appellare licet, etiam ſine expreſſione rationabilis cauſæ. T. 3. p. 183. n. 20.

Et quidem in omni Cauſa, & in omnibus caſibus in quibus non reperitur Appellatio expreſſe prohibita. ibid. n. 21.

Amplia, quod etiam in Cauſa libertatis admittenda ſit appellatio. ibid. n. 22.

Intellige, ut ibid. n. 24.

De differentia inter Appellationem, & reſtitutionem in integrum. ibid. n. 23.

De quampluribus caſibus in quibus de jure nec a ſententia definitiva datur Appellatio ſuſpenſiva. Remiſſive. Tom. 3. p. 184. n. 26.

Vid. VV. Appellatio a Decretis latis in Sac. Viſitatione — A Correctione morum — A mandato de exequendo — A denegatione Ordinum.

De quampluribus Decretis, ſeu Sententiis interloquutoriis habentibus vim definitivæ Sententiæ. *Vid. V. Appellatio a Decreto Interloquutorio.*

Vid. V. Reg. XXX.

Appellatio a Decreto Interloquutorio.

A decreto Interloquutorio de Jure communi Canonico datur Appellatio. T. 3. p. 184. n. 35. & 40.

Sive illa ad Romanum Pontificem, ſive ad alium Superiorem interponatur. ibid. n. 38.

De decem requiſitis, quæ copulative concurrere debent ad effectum, ut hujuſmodi Appellatio admittatur. Remiſſive. ibid. n. 36.

Sed illa præcipua, quod appellatio interponatur in ſcriptis, quodque exprimatur cauſa, quæ ſit juſta, probabilis, & vera. ibid. n. 37.

Intellige, ubi Appellatio interponitur a ſimplici Interloquutoria; ſecus, ſi ab ea, quæ habeat vim definitivæ, quo caſu nec expreſſio cauſæ, nec ſcriptura, nec alia requiſita ſunt neceſſaria. T. 3. p. 186. n. 64.

Hiſce deficientibus requiſitis, poteſt Judex de Jure Canonico, non obſtante Appellatione, ad ulteriora procedere ſine vitio Attentatorum. T. 3. p. 184. n. 39.

Maxime, ſi Judex Appellationi non detulit, nec Appellans petiit Apoſtolos. T. 3. p. 185. n. 41.

Limita, ſi ultra Appellationem adſit Superioris inhibitio, nam tunc procedendo Judex ad ulteriora, attentata committeret. ibid. n. 42.

Intellige, dummodo Inhibitio fuerit Rotalis, ſecus, ſi Judicis inferioris, cum hæc neri debeat, cum cauſæ cognitione, & Parte citata. ibid. n. 44.

Quemadmodum cauſantur attentata ob Appellationem admiſſam a Sententia nondum lata. ibid. n. 43.

Si poſt Appellationem a Sententia interloquutoria per Signaturam ſimpliciter admiſſam, Judex, *a quo* ad ulteriora procedat, geſta ſunt attentata. ibid. n. 45.

Idem dicendum, etiam poſt Appellationem extrajudicialem, quam eadem Signatura admiſit. ibid. n. 46.

De jure Civili non datur Appellatio a Sententia interloquutoria, niſi habeat illa vim definitivæ, aut contineat gravamen per definitivam non reparabile. ibid. n. 48.

Et Juri Civili præfato adhæſit Regulæ XXXVII. ibid. n. 49.

Quemadmodum Concilium Tridentinum *Seſſ.* 13. *cap.* 1. & *Seſſ.* 24. *cap.* 10. *de Reformat.* ibid. n. 50.

Necnon adhæſere Decreta generalia Sac. Congregationis Epiſcop. & Regul. edita anno 1600. ſub Clemente VIII. ibid. n. 55.

Sed Regula XXXVII. latius patet, quam hujuſmodi Conciliares Sanctiones. Et quare? ibid. n. 51. 52. 53. & 54.

Et per hoc jus noviſſimum Regulæ præfatæ, Diſpoſitionis Conciliaris, & Decretorum generalium, correctum remanſit jus antiquum Canonicum. ibid. n. 57.

Intellige de Appellatione Judiciali, ſecus de ea, quæ interponitur a gravamine illato per Ordinarium extrajudicialiter procedente, hæc enim admittitur a quocumque gravamine, etiam reparabili per definitivam. ibid. n. 58.

A Decreto *de exhibendo*, ut interloquutorio non datur Appellatio. ibid. n. 59.

Minuſque

Minuſque a Decreto Conceſſionis Monitorialium, uti pariter interloquutorio. T. 3. p. 185. n. 60.
Sententia interloquutoria habens vim definitivæ, quæ dicatur? T. 3. p. 186. n. 63.
Lato Decreto definitivo, omnia geſta intra decendium ad appellandum ſunt attentata; ſecus ea, quæ fiunt poſt Sententiam interloquutoriam habentem vim definitivæ. *ibid.* num. 65.
Contrarium, quod attentata ſint etiam acta geſta pendente termino ad appellandum a Sententia interloquutoria habente vim definitivæ. *ibid.* n. 66.
Maxime, quando Signatura Cauſam Appellationis ſimpliciter committit, tunc enim retrotrahitur ad ipſum diem Decreti. *ibid.* n. 67.
De quamplurimis exemplis Sententiæ interloquutoriæ habentis vim definitivæ. Remiſſive. *ibid.* n. 68.
Decretum, quod aliquis non ſit legitimus Contradictor, vim habet Decreti definitivi. *ibid.* n. 69.
Quemadmodum vim definitivi habet ſententia ſuper Inſtitutione in Beneficio, ſi judicialiter, & in Partium contradictorio emanavit, ſecus, ſi extrajudicialiter, & de ratione? *ibid.* n. 70. & 72.
Amplia, ut Inſtitutionis ſententia judicialiter emanata vim habeat definitivæ, quamvis ſit conſequutiva ad manutentionem. *ibid.* n. 71.
Et attentata eſt poſſeſſio adepta poſt interpoſitam appellationem a Decreto Inſtitutionis. *ibid.* n. 72.
Ab Inſtitutione judicialiter conceſſa admittitur appellatio, etiam ad effectum ſuſpenſivum, quamvis adeſſet conſuetudo, aut Conſtitutio Synodalis illam prohibens. *ibid.* n. 73. & 74. p. 187. n. 80.
Ac ita pluries reſolutam. T. 3. p. 187. n. 85.
Maximo, ſi Inſtitutionis Sententia contineat etiam mixturam ſuper pertinentia patronali. *ibid.* n. 84.
Conſtitutio, vel Conſuetudo præfata interpretari debet, vel ubi appellatio interponitur ad Metropolitanum, aut alium Judicem, ſecus ſi ad Sedem Apoſtolicam. *ibidem* n. 75.
Redditur ratio, quia nec Conſtitutio Synodalis nec conſuetudo poſſunt Juriſdictioni Pontificis præjudicium inferre. *ibid.* n. 77. & 78.
Et explicantur contrariæ Auctoritates. *ibid.* n. 79.
Vel, ubi Ordinarius extrajudicialiter procedat ad inſtitutionem præſentati a Patronis. *ibid.* n. 76.
Secus vero quando Ordinarius non uti Collator, ſed uti Judex judicialiter, & cum legitimo Contradictore pronunciat, quem eſſe inſtituendum. *ibid.*
Decretum ſuper inſtitutione ad Eccleſias Parochiales de Jurepatronatus laicali favore potius unius, quam alterius ex præſentatis latum, vim definitivi habet, & ab eo ad utrumque effectum appellatur. *ibid.* n. 86.
Quemadmodum & a Decreto approbante relationem Examinatorum ſuper idoneitate, vel non idoneitate alicujus ad curam Animarum adnexam Beneficio ſimplici. *ibid.* n. 87.
Niſi Appellans prius relationem Examinatorum approbaſſet. *ibid.* n. 87. & 88.
A Decreto interloquutorio datur de Jure novo Canonico Appellatio, nedum quando gravamen eſt irreparabile per ſententiam definitivam, ſed etiam quando gravamen magna cum difficultate, aut non ex toto per definitivam reparari poſſit. T. 3. p. 192. n. 117.
De quampluribus caſibus, in quibus Decretum interloquutorium continet gravamen per Sententiam definitivam irreprobabile. *ibid.* n. 118.
Gravamen irreparabile per Sententiam definitivam, oritur ex facto, quod infectum fieri nequit, ut in caſibus Carcerationis, Torturæ, & Excommunicationis. *ibid.* n. 119. 121. & 122.
Reprobatur *Sanchez* contrarium exiſtimans in terminis Excommunicationis. *ibid.* n. 120.
Gravamen irreparabile oritur ex Decreto interloquutorio, quod ſecum trahat exequutionem per Sententiam definitivam haud reparabilem. *ibid.* n. 123.
Contendentibus Ordinario ſuper libertate Beneficii, & Patrono ſuper quaſi poſſeſſione præſentandi, Decretum Inſtitutionis favore præſentati, etſi interloquutorium, infert Ordinario damnum per Sententiam definitivam non reparabile, & de ratione? *ibid.* num. 124.
Decretum quo Judex ſe declarat Judicem competentem, continet gravamen irreparabile per ſententiam definitivam. *ibid.* n. 125.
Amplia, etiamſi tacite id fiat, quia nempe oppoſita exceptione incompetentiæ, mandet Judex ad ulteriora procedi. *ibid.* n. 126.
A Decreto interloquutorio præjudicium parante in negotio principali, ejuſque ſubſtantiam tangente, admittitur Appellatio. T. 3. p. 192. n. 127.
Idque fortaſſe exprimere voluit Regula XXXVII. in verbis illis - *vel a gravamine minime tangente negotium principale &c.* T. 3. p. 193. n. 128.
Appellatio a Sententia interloqutoria non ſuſtinetur, niſi in Commiſſione exprimatur, quod ipſa vim definitivæ habet, vel gravamen per definitivam non reparabile contineat. *ibid.* n. 129.
Limita, ſi in Commiſſione, nedum Cauſa Appellationis, verum negotii principalis cum clauſula *quam*, & *quas*, committatur. *ibid.* n. 130.
Vid. V. Decretum Interloquutorium. V. Regula XXXVII.

Appellatio a Decretis editis in Sac. Viſitatione, & a correctione morum.

A Decretis editis in Sac. Viſitatione, & ſuper correctione morum, non datur Appellatio ſuſpenſiva, ſed ſolum ad effectum devolutivum. T. 3. p. 184. n. 27.
Quemadmodum nec a privatione Beneficiorum ob turpem converſationem cum Mulieribus poſt præmiſſas debitas Monitiones. *ibid.* n. 28.
Limita, ſi correctio haberet exceſſum, nam tunc datur appellatio ad utrumque effectum. *ibid.* n. 29.
Vel, quoties Epiſcopus in viſitatione procederet compilato Proceſſu ad inſtantiam Partis, vel Promotoris Fiſcalis. *ibid.* n. 30. & 31.
Aut, ſi Appellatio fuerit per Signaturam admiſſa. Tom. 3. p. 185. n. 47.

Appellatio a denegata juſtitia.

Si Judex cauſam nimium protrahendo terminare negligat, appellatur a denegata juſtitia. T. 3. p. 182. n. 11.
Appellationi præfatæ non eſt locus, niſi concurrant, Primo, quod elapſum ſit biennium. Nec antea interpoſita admittenda eſt a Metropolitano. *ibid.* n. 12. & 13.
Secundo, quod concurrat in Judice negligentia, & malitia, ſecus, ſi ipſe legitimo aliquo impedimento detentus, Cauſam intra biennium terminare non potuerit. *ibid.* n. 14.
Tertio, quod præcedant judiciales inſtantiæ ter repetitæ pro expeditione Cauſæ, cum proteſtatione appellationis in qualibet earum a denegata juſtitia. *ibid.* n. 15.
Non ſufficiunt inſtantiæ præfatæ, ſi biennium quoque non ſit elapſum. Et reprobatur *Cardinalis de Luca.* Tom. 3. pag. 183. n. 16.

Appellatio a denegatione Ordinum.

A judicio Epiſcopi recuſantis ſuum Subditum ad Ordines promovere, nulla datur Appellatio. Et redditur ratio. *ibid.* n. 17.
Permiſſum eſt tamen Subdito recurrere ad S. Sedem, quæ opportunum adhibere ſolet remedium. Et quale? *ibid.* n. 18.
Limita, niſi Clerici ſint arctati, vel ratione Beneficii, quod obtinent, vel alias, ad Ordines ſuſcipiendos, iſto enim caſu ab eorum denegatione datur appellatio ad Superiorem. *ibid.* n. 19.
Qui dicantur Arctati. *Vid. V. Arctati.*

Appellatio ab excommunicatione.

A Citatione ad dicendum Cauſam, quare non debeat quis excommunicari, datur appellatio ad utrumque effectum devolutivum ſcilicet, & ſuſpenſivum, & de ratione. T. 4. p. 138. n. 58.
Et Sententia Excommunicationis poſt dictam Appellationem lata, eſt ipſo jure nulla. *ibid.* n. 59.
Sed a comminatione Declaratoriæ incurſus in excommunicationem, non datur Appellatio ſuſpenſiva. *ibid.* n. 60.
Et redditur ratio. *ibid.* n. 61.
Appellatio interpoſita poſt latam Sententiam excommunicationis, nullius eſt roboris. T. 4. p. 139. n. 62.
Eaque non obſtante, poteſt Excommunicatus publice talis denunciari. *ibid.*
A Sententia declaratoria incurſus in excommunicationem, admitti debet Appellatio ad utrumque effectum. *ibidem* n. 61. & 63.
Niſi Crimen eſſet notorium, quo caſu non admittitur Appellatio. *ibid.* n. 65.
Eaque proſequi poteſt, abſque eo quod declaratus incurſus in excommunicationem, petat abſolutionem. *ibid.* num. 64.

Appellatio a mala relatione examinatorum, vel ab irrationabili judicio Epiſcopi.

A relatione Examinatorum aliquem minus idoneum ad aſſequendam Eccleſiam Parochialem liberæ collationis declarante, non datur appellatio, niſi in devolutivo. T. 3. p. 188. n. 89.
Quemadmodum & in devolutivo tantum admittitur a mala alectiona Epiſcopi. *ibid.* n. 90.
Appellans a mala electione Epiſcopi ad ſolum effectum, ut electum ad novum axamen provocare valeat, docere non tenetur, juxta Conſtitut. *S. Pii* de irrationabili judicio Epiſcopi. *ibid.* n. 91.
Secus vero, ſi infirmare velit electionem per Epiſcopum axpletam. *ibid.* n. 92.
Et probatio irrationabilitatis Judicii Epiſcopi non reſultat ex eo, quod rejectus, idoneus poſtea in novo examine repertus fuerit. Et de ratione. *ibid.* n. 93.
Appellans a mala electione Epiſcopi, ad novum examen admitti non debet, ubi illud non eſſet profuturum. *ibid.* num. 94.
Aut ſi eſſet elapſum a primo examine conſiderabila temporis ſpatium, in quo ſtudendo doctior fieri potuarit. *ibid.* n. 95.
Niſi legitima impedimenta in cauſa fuerint, quod tamdiu novum eaamen protractum fuerit. *ibid.* n. 96.
Si novo examini locus ſit, illud expleri debet coram Judice Appellationis. *ibid.* n. 97.
Et, ſi ad Sedem Apoſtolicam Appellatio fuerit interpoſita, novum eaamen ſubeundum eſt in Urbe. *ibid.* n. 98.
Nec provocatum ab acceſſu ad Urbem excuſare valet aut ætat ingraveſcans, aut diſtantia loci, etiam ultra Montes ſiti, aut paupertas, ſiva quod Eccleſia Paſtoris præſentia indigeat. T. 3. p. 189. n. 99.
Et ſolum tampore Peſtis delegatum fuit novum examen in partibus coram Ordinario viciniore peragendum. *ibid.* num. 100.
Indulgeri tamen ſolet novum examen in partibus, ubi agitur de Parochialibus Juriſpatronatus Laicorum, aut de Beneficiis ſimplicibus examen ad Curam Animarum expoſcentibus. *ibid.* n 101.
Provocatus ad novum examen aoram Judice Appellationis, etiamſi minus habens in ao reperiatur, admitti poteſt ad tertiam, ſi velit. *ibid.* n. 102. & 104.
Et aliquando ex æquitate admiſſus fuit ad quartum examen. *ibid.* n. 105.
Eaponuntur inconvenientia, quæ oriabantur ax antiqua praxi admittendi Appellationes vel a mala ralatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Epiſcopi, & provocandi ad novum examen approbatos, & prælectos, atiam non docto per Appellantes de ullo gravamine. *ibid.* n. 106.
Exſcribuntur noviſſima Decreta S. Congregationis Concilii, quibus plura ſancita ſunt tam circa examan a Concurrentibus ſubeundum, quam circa Appellationes a mala relatione Eaaminatorum, vel ab irrationabili Judicio Epiſcopi admittendas, vel denegandas. T. 3. p. 190. n. 107. & ſeqq.
Nec non Literæ Encielycæ Sac. Congregationis Concilii ad Prælatos omnes jus convocandi Concurſus ad Parochiales habentibus, idam præſcribentes. *ibid.* n. 115.
Referuntur itidem Literæ Encielycæ circa idem a SSmo D. N. BENEDICTO XIV. ad Catholicos Antiſtites tranſmiſſæ. T. 3. p. 302. & ſeqq. †

Appellatio a Mandato de reſidendo.

A Mandato de reſidendo non datur Appellatio ſuſpenſiva. T. 3. p. 184. n. 32.
Limita, ſi aoncurrat legitima cauſa non reſidendi. *ib.* n. 33.

APPOSITIO MANUS PAPÆ.

Vid. V. Affectio, V. Commenda.

APPELLATIONES, *ſeu* NOMINATIONES.

Beneficii appellatione, maxima in materia pœnali non veniunt Prælaturæ majores, & præſertim Abbatiæ Regulares in libris Cameræ taxatæ. T. 1. p. 276. n. 30. & 31.
Beneficii vacantis appellatione non venit Beneficium vacaturum. T. 4. p. 113. n. 22.
Et qui facultate gaudet conferendi Beneficia reſervata vacantia, conferra nequit Beneficium, quod primo vacara contigerit. *ibid.* n. 23.
Beneficii vacaturi appellationa, an veniat Beneficium quod actu vacat? Tom. 1. pag. 265. n. 386. & ſeqq. p. 266. n. 402. T. 4. p. 112. n. 16. & ſeqq.
Vid. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.
Civium nomina, an veniant Domiciliarii Civitatis, aut qui in ea Beneficia reſidentialia obtinent? *Vid. V. Civis ex Privilegio.*
Civium Romanorum nomine, an, & quando veniant Exteri adlecti io Civitatem ex Privilegio Magiſtratus? *Vid. eod. V.*
Clerici *Florentini* nomine venit tam natus in Civitate, quam in Diœceſi. T. 2. p. 212. n. 118.
Non venit tamen natus in Provincia. *ibid* n. 119.
Coadjutoria, an vaniat appellatione Expectativæ, *Vid. V. Coadjutoria.*
Et an comprehendatur ſub nomine Reſignationis ad favorem? *Vid. eod. V.*
Curæ appellationa, an veniat Cura habitualis? Tom. 4. p. 85. n. 45.
Curiæ Romanæ appellatione, an veniat Curia Capitolina? *Vid. V. Curia Capitolina. V. Regula LXIV.*
Diœceſis appellationa venit etiam Civitas. Tom. 2. p. 212. n. 109.
Diœceſani nomina an veniat Diœceſanus ex Privilegio? *ibid.* n. 110.
Diœceſanorum appellationa an veniant habentes Domicilium in Diœceſi? *ibid.* n. 113. & ſeqq.
Ducum, Marchionum, vel Principum appellatione, an veniant Duces, Marchiones, & Principes jura Supremi Imperii habentes, & Superiorem non recognoſcentes, val atiam Feudatarii inferiores feuda cum Juriſdictione in Vaſſallos poſſidentes? T. 3. p. 239. a n. 87. & ſeqq.
Juris appellatione, ubi jus ſcriptum reſiſtit, venit jus ex Privilegio. T. 3. p. 17. n. 67.
Perſonarum appellatione non veniunt Collegia, Capitula, Univerſitates aliaque corpora inanimata. T. 2. p. 193. n. 32. 33.
Maxime in materia exorbitanti, & reſtringenda. *ibid.* n. 34.
Perſonarum appellatione veniunt etiam Collegia, quando ſubjecta materia apta eſt, & proportionata ea comprehendere. T. 2. p. 194. n. 42.
Vel quando diſpoſitio loquitur de quibuſcumque Perſonis. *ibid.* n. 45.
Aut ſi concurrat identitas rationis. T. 4. p. 157. n. 18.
Vid. V. Regula XV. V. Regula LXIX.

ARCHICONFRATERNITAS.

Vid. V. Confraternitas.

ARCHIDUX AUSTRIÆ.

Vid. V. Imperator.

ARCHIEPISCOPUS.

Vid. V. Metropolitanus.

Archiepiſcopus Salisburgenſis.

Archiepiſcopus Salisburgenſis facultate gaudet providendi pleno jure quatuor Eccleſias Epiſcopales ſibi Suffraganeas in Germania. T. 1. p. 120 n. 12. & 15.
Dictarum Eccleſiarum Proviſiones non explet ſua poteſtate, & jura Metropolitico, ſed tanquam Sedis Apoſtolicæ Delegatus. Tom. 1. p. 121. n. 19. 22. 23. & 24. & p. 123. n. 40. & 41.
Redarguitur in Concilio Tridentino a Cardinali *Simoneta* Epiſcopus *Guadixenſis*, quia dixit, Archiepiſcopum Salisburgenſem da quatuor Eccleſiis ſibi ſuffraganeis diſponere *ſenza che il Papa ci aveſſe parte.* T. 1. p. 122. n. 37.
Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 23. *cap.* 8. *& ſeſſ.* 24 *cap.* 1. *de Reformat.* complectitur etiam Epiſcopos ab Archiepiſcopo Salisburgen. promotos. *ibid.* n. 38. & 39.
Beneficia vacantia per promotionem ad Epiſcopatus quos providet Archiepiſcopus Salisburgen. ſunt Apoſtolicæ Sedi vigore *Extravag. ad Regimen*, Regulæ I. & Concordatorum Germaniæ reſervata. T. 3. p. 27. n. 192. 193.
Vid. V. Regula I. quoad VII. reſervationem contentam in Extrav. ad Regimen.
Nec Beneficia præfata comprehenduntur ſub Indulto conferendi Beneficia ratione Menſium tantum ſpecialiter, vel alias generaliter reſervata, quæ Archiepiſcopis ipſis regulariter a Sede Apoſtolica elargiri ſolet. T. 1. p. 125. n. 53. & p. 140. n. 244. & 245.
Reſignationes, ceſſiones, & permutationes Beneficiorum expletæ intra tempus vacationis, & proviſionis alterius

ex quatuor Eccleſiis Epiſcopalibus præfatis nullæ ſunt, & Beneficia reſignata, vel permutata remanent Sedi Apoſtolicæ vigore Regulæ XXVI. reſervata. T. 3. p. 27. n. 192. & 193.

Vid. V. Regula XXVI.

ARCHIHOSPITALE.

Vid. V. Hoſpitale.

ARCTATUS.

Arctatus ratione *Beneficii obtenti* ille dicitur, qui Beneficium obtinet, cujus ratione obſtringitur infra annum ad Sacros Ordines promoveri. T. 1. p. 366. n. 198.

Talis tamen non dicitur, qui ad Ordines promoveri cupit pro habendo loco, & voce in Capitulo. *ibid.* n. 199.

Arctatus ratione *Beneficii obtinendi* ille dicitur, cui jus competit ad Beneficium adnexum habens certum Ordinem, quo ille caret. *ibid.* n. 200.

Aut Laicus, qui præſentatus fuit ad Beneficium Juriſpatronatus Laicalis, & intra quatuor Menſes Tonſura initiari debet. *ibid.* n. 201.

Dummodo Beneficium non ſit erectum Sede Epiſcopali vacante in fraudem Conciliaris diſpoſitionis ad effectum reportandi ratione arctationis Literas Dimiſſoriales a Vicario Capitulari. T. 2. p. 367. n. 202.

Et quid ad fraudibus hujuſmodi occurrendum ſancitum fuit a Sacra Congregatione Concilii? *ibid.* n. 203.

Arctatus ratione *Beneficii obtinendi* non dicitur ille, cui aliquis reſignare velit Beneficium, quod requirat aliu Ordinem, quo ipſa caret. *ibid.* n. 204.

Quemadmodum nec ille, qui alias, quam ratione Beneficii ad aliquem Ordinem promoveri debet, puta ad effectum obtinendi Officium aliquod, gradum Theologiæ &c. *ibid.* n. 205.

Nec qui ad Penſionem Eccleſiaſticam nominari ſperat. *ibid.* n. 206.

Arctatus, an appellare poſſit a denegatione Ordinum? *Vid. V. Appellatio a denegatione Ordinum.*

Arctatis, an & quando intra annum vacationis Sedis Epiſcopalis poſſit Vicarius Capitularis concedere Literas Dimiſſoriales pro Ordinibus ſuſcipiendis? *Vid. V. Vicarius Capitularis.*

ARGUMENTA.

Argumentum a contrario ſenſu validum in jure eſt. Tom. 2. p. 393. n. 87. T. 4. p. 164. n. 13.

Hæc tamen argumentandi methodus deſumi non poteſt a dictis Doctorum. T. 2. p. 393. n. 88.

Minuſque ex verbis legum, ſi exinde ſequatur alterum Legum correctio. *ibid.* n. 89.

Argumentum a diſcretivo loquendi modo erutum, validum in jure eſt pro dignoſcenda diſponentis voluntate. T. 3. p. 134. n. 43. T. 4. p. 164. n. 10. p. 169. n. 61. & 67.

Argumentum ab æquiparatis locum non habet quando non eadem, ſed diverſa militat ratio. T. 3. p. 116. n. 180.

Argumentum a fortiori in jure validum reputatur. Tom. 2. p. 394. n. 96.

Quemadmodum argumentum a majori ad minus. T. 3. pag. 184. n. 25. Tom. 4. p. 118. n. 37.

Sed in materia Privilegiorum, hujuſmodi argumentandi genus non ſubſiſtit. T. 3. p. 111. n. 265.

Nec admittitur in Beneficialibus, quando vertitur in tertii præjudicium. T. 4. p. 86. n. 66.

Intellige ut. T. 4. p. 87. n. 71.

Argumentum a majoritate rationis deſumptum validum in jure eſt. T. 2. p. 355. n. 89.

Limita in interpretatione Conſtitutionum, quæ ſunt juris communis correctoriæ. *ibid.* n. 90.

Argumentum a pertinentia fructuum ad pertinentiam collationis Beneficiorum recte ſubſiſtit. Tom. 1. p. 227. n. 9. p. 228. n. 18. & 20. p. 230. n. 40. p. 241. n. 133. p. 165. n. 398. *Vid. V. Epiſcopus quoad ceſſionem Eccleſiæ.*

Argumentum a *Situ* tanquam uno ex Prædicamentis ſubſtantiæ, validum in jure reputatur. T. 2. p. 43. n. 250.

ATTENTATA.

Non dantur ſine Lite. T. 3. p. 93. n. 30.

Petenti revocationem Attentatorum rite opponi poteſt exceptio Literarum Apoſtolicarum non expeditarum. *ibid.* n. 29. 31.

Lato Decreto definitivo, omnia geſta intra decendium ad appellandum ſunt attentata. T. 3. p. 186. n. 65.

Attentata, an, & quando cauſentur ex geſtis poſt interpoſitam Sententiam e Decreto interloquutorio, maxime ſi intercesserit Judicis inhibitio?

Vid. V. Appellatio a Decreto interloquutorio.

Et, an attentata ſint geſta pendente termino ad appellandum a Decreto interloquutorio habente vim Decreti definitivi? *Vid. eod. V.*

AUDITOR.

Auditor Cameræ.

Auditor Cameræ non comprehenditur ſub Officialibus Sedis Apoſtolicæ enumeratis in *Extravag. ad Regim.* T. 1. p. 107. n. 120. 112. 227.

Minuſque ſub illa comprehenduntur illius *Locum tenentes?* *ibid.* n. 111.

Contrarium, quod Auditor Cameræ comprehendatur ſub nomine Officialium, de quibus loquitur *Extravag.* illiuſque Beneficia ſint reſervata ratione Officialatus. T. 1. p. 106. n. 245.

Vid. V. Officiales. Verb. Literæ Apoſtolicæ quoad Exequutionem.

Auditor Cameræ exequi non poteſt Literas Apoſtolicas in forma Dignum antique, ſeu in forma Commiſſaria expeditas, in quibus datur a Papa certus Exequutor. T. 3. p. 398. n. 22.

Ac ita declaravit *ſan. mem. Alexander VII.* cujus declaratio exſcribitur. *ibid.* n. 26. 27. 18.

Et reprobantur *Rot. coram Royas*, ac nonnulli Auctores, qui contrarium exiſtimant. *ibid.* n. 15.

Auditor Cameræ non prohibetur Literas in forma gratioſa expeditas cumulative exequi cum Exequutoribus, qui ad inſtantiam Proviſi a Cancellaria dantur. *ibid.* n. 29.

Contrarium, & de ratione. *ibid.* n. 30.

Sed non recedendum a priori Sententia, pro qua alias a Congregatione Reformationis Tribunalium reſolutum de anno 1697. T. 3. p. 399. n. 31.

Expenduntur fundamenta ejuſdem Reſolutionis. *ibid.* n. 32. 38. & ſeqq.

Et reſpondetur contrariis rationibus. *ibid.* n. 34.

Proviſus in forma gratioſa, poteſt non uti Literis, in quibus dantur Exequutores, & ſolum producere Literas principales, earumque exequutionem petere *ab A. C.* *ibid.* n. 40.

Auditor Cameræ ſolum exequi poteſt Literas Apoſtolicas in forma Gratioſa, quando earum exequutio commiſſa eſt Prælato in Curia, ſecus ſi Exequutoribus in Partibus ultra duas Dietas. Et explicatur *Deciſio* 151. *cor. Remboldo,* ibid. n. 41. & 43.

Redditur ratio; *ibid.* n. 42.

Auditor Cameræ, etiam in iis, circa quæ illius facultates non ſe protendunt, valide procedit, ſi Partes in eum conſentiant, *ibid.* n. 45.

Redditur ratio, quia eſt deputatus ad Univerſitatem Cauſarum, ſicque poteſt illius Juriſdictio prorogari. *ibidem* n. 46.

Auditor Cameræ in Cauſis illis, in quibus procedere poteſt, non prohibetur appoſitionem Sequeſtri etiam demandare. *ibid.* n. 47.

Auditor Cameræ nullam habet in Cauſis Beneficialibus Juriſdictionem. T. 3. p. 165. n. 72.

Renuentibus Ordinariis copias publicas Sententiarum, vel Decretorum Appellantibus concedere, an & quando debeat A. C. Inhibitiones cum inſertione copiæ ſimplicis concedere? T. 3. p. 193. n. 133.

Vid. V. Appellatio. V. Exequutor. V. Literæ Apoſtolicæ quoad exequutionem.

Auditor Cardinalis.

Auditor domeſticus Cardinalis eidem, uti Cardinali inſerviens, ex inconcuſſo ſtylo Datariæ ſemper habitus fuit verus illius familiaris, ejuſque Beneficia ſunt reſervata vigore Regulæ IV. T. 1. p. 348. n. 145. p. 350. n. 171.

Vid. V. Familiares Cardinalis.

Auditor Contradictarum.

Numeratur inter Officiales contentos in *Extravag. ad Regim.* illiuſque Beneficia ſunt obnoxia reſervationi perſonali. T. 1. p. 101. n. 143.

Auditor Datarii.

An, & pro quibus Gratiis Privilegio gaudeat expediendi Gratis, *Vid. V. Mandatum expediendi Gratis.*

Auditores

Auditores Rotæ.

Auditores Rotæ numerantur inter Officiales, de quibus meminit *Extravag. ad Regim.* illorumque Beneficia ſubjacent reſervationi perſonali. T. 1. p. 182. n. 143.
Intellige, dummodo ſint recepti, & admiſſi inter alios Auditores, ſecus ſi tantummodo creati. *ibid.* n. 144.
Auditores Rotæ ſunt etiam Referendarii utriuſque Signaturæ. T. 1. p. 105. n. 100.
Et, an ex hoc quod Auditores Rotæ ſint etiam Referendarii, eorum Beneficia dici poſſint obnoxia duplici reſervationi perſonali excluſivæ Indulti Cardinalium? *Vid. V. Card. quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
Et quid ſi prius fuerit Referendarius, & poſtea Auditor Rotæ? *Vid. eod. Verb.*
Indultum derogam Privilegiis Familiarum Papæ, non afficit Collegium Auditorum Sac. Rotæ. Tom. 2. p. 193. n. 33.
Inſervientes & Familiares Auditoris Rotæ an ſint Curiales. *Vid. V. Curialis.*
Auditores Rotæ ex Conſtit. Clement. VII. Privilegio gaudent reſignandi, & permutandi eorum Beneficia coram quibuſcumque Epiſcopis, aut aliis Perſonis in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis. T. 2. p. 182. n. 13.
Et, an Privilegio præfato ſit derogatum per Regulam XIV. *Vid. V. Regula XIV.*
Auditores Rotæ judicare non poſſunt juxta formam Supplicationis, ſed judicare tenentur juxta tenorem Literarum expeditarum. T. 3. p. 33. n. 1. & p. 34. n. 11.
Procedere tamen ſolent ad diſputationem dubiorum cum ſola ſupplicatione à Pontifice ſignata. T. 3. p. 37. n. 57. & 58.
Vid. V. Judex. V. Regula XXVII.
Auditores Rotæ exequi poſſunt Literas Apoſtolicas in forma dignum antiqua, ſeu in forma Commiſſaria expeditas in quibus datur a Papa certus Exequutor. T. 3. p. 398. n. 23.
Rotæ Auditores uti ſinguli ſunt Judices delegati, licet Rotæ Auditorium cui in univerſum dirigitur Commiſſio ſit Judex Ordinarius. T. 2. p. 152. n. 26.
Intellige, ut Rotæ Auditores ſint Judices delegati in ſententiando, ſecus in procedendo. *ibid.* n. 30.
Sed qua ratione ſint Judices Ordinarii in cognoſcendo? T. 2. p. 153. n. 38.
Sede vacante poſſunt Auditores Rotæ procedere in Cauſis jam coeptis, & potius de ſtylo quam de Jure ſe abſtinent a Cauſis cognoſcendis. T. 2. p. 152. n. 31. p. 153. n. 55.
Sed ſtylus iſte non operatur, quod ſi uti velint quoad Cauſas præfatas ſua juriſdictione, actus ejus vigore geſti ſint nulli. T. 2. p. 153. n. 56.
Et pluries ſervatum, ut nunciato obitu Pontificis, dum eſſent Auditores in Rota, proſequuti ſint aliarum Cauſarum diſcuſſionem. *ibid.*
Licet aliquando ſe abſtinuerint ab aliarum Cauſarum diſcuſſione. T. 2. p. 153. n. 50.
Rotæ Auditores poſt creationem novi Pontificis ſine nova Commiſſione in Cauſis procedunt, & Juriſdictionem exercent. T. 2. p. 152. n. 32.
Referuntur exempla exercitæ a Rotæ Auditoribus Juriſdictionis de tempore Sedis Apoſtolicæ vacantis. *ibidem* num. 34.
Et hæc exempla oſtendunt juriſdictionem Rotæ non eſſe dicto tempore quoad uſum omnino ſopitam. *ibid.* n. 34. & p. 154. n. 57.
Acta geſta per Auditores Rotæ tempore Feriarum valida ſunt, & exequutioni demandantur. T. 2. p. 153. n. 35. & 51.
Sede Apoſtolica vacante Juriſdictio Auditorum Rotæ, etſi non extinguatur, remanet tamen quoad exercitium ſuſpenſa. *ibid.* n. 46.
Et ſuſpenſio hæc æquiparatur carentiæ Juriſdictionis ad effectum, ut actus ab aliquo ex Rotæ Auditoribus dicto tempore geſtus, ſit nullus. *ibid.* n. 47.
Hinc præſentata Commiſſione uni ex Rotæ Auditoribus, & expedita Pontifice vivente citatione, ſi hæc poſt illius obitum Sede Apoſtolica vacante exequatur, totus Proceſſus radicatus in hac ita exequuta citatione reputatur invalidus. *ibid.* n. 37.
Et redduntur hujus ſententiæ rationes. *ibid.* & *n.* 38. & ſeqq.
Contrarium, & quas ob rationes? T. 2. pag. 152. n. 25. 26. & ſeq.
Sede Apoſtolica vacante citatum nunquam fuit ad dicendum contra Commiſſionem Rotæ directam. T. 2. p. 153. n. 48.
Et Decreta proviſionalia, quæ dicto tempore aliquando proferri ſolent percutiunt negotia, quæ periculum in mora patiuntur. *ibid.* n. 49.
Vid. V. Citatio. V. Delegatus.
Decanatum Tribunalis Sac. Rotæ ex Conſtitutione Pii IV. aſſequi non poteſt, niſi Auditor antiquior, qui tempore illius vacationis ſit præſens in Curia, vel abſens ex cauſa publica, aut deſtinatione Romani Pontificis. Tom. 1. p. 409. n. 46.
Antiquior Auditor ad Epiſcopatum, ſive reſidentialem, ſive Titularem promotus cum retentione Auditoratus, incapax redditur aſſequendi Decanatum. Tom. 1. pag. 410. n. 47. & 52.
Contrarium. *ibid.* n. 51.
Decanus Rotæ, ſi dignitate Epiſcopali decoretur, amittit Decanatum, qui Auditori in ſequenti loco ſedenti acquiritur. *ibid.* n. 48. & 52.
Et referuntur exempla. *ibid.* n. 49.

AUSTRIA.

Vid. Verb. Imperator.

AXIOMATA, & REGULÆ JURIS.

Actus non operantur ultra agentium intentionem. Tom. 1. p. 10. n. 92.
In Actibus humanis non ſufficit voluntas, niſi adſit & poteſtas. T. 1. p. 239. n. 114.
In Actibus correſpectivis, uno ſublato, cenſetur ſublatum & alterum. T. 2. p. 244. n. 1n3. T. 3. p. 360. n. 342.
Actus expletus in exequutionem alterius regulatur ab eo in cujus exequutionem fit. T. 3. p. 359. n. 341.
Vid. V. Actus.
Animus non trahitur ad ea ignorata, quæ cognita, geſta non fuiſſent. T. 3. p. 358. n. 318.
Beneficia Eccleſiaſtica ſine Canonica inſtitutione obtineri non poſſunt. T. 3. p. 166. n. 92.
Contrariorum eadem eſt ratio, idemque judicium. Tom. 3. p. 342. n. 77.
Datum ſub una conditione, ſub contraria cenſetur adeptum. T. 3. p. 360. n. 344.
Deficiente ſuppoſito, ſuper quo fundata fuit obligatio, deficit, & obligatio ipſa. T. 3. p. 359. n. 341.
Determinatio eadem plura reſpiciens determinabilia, æque omnia determinare debet. Tom. 1. p. 11. n. 103. T. 3. p. 223. n. 75.
Diſcretivus loquendi modus diverſam diſponentis voluntatem deſignat. T. 1. p. 391. n. 63.
Et a Pontifice adhibitus, diverſam illius voluntatem oſtendit. T. 1. p. 92. n. 22.
Diſpoſitio ſpecialis in certo caſu, oſtendit jus commune vigere in contrarium. T. 1. p. 399. n. 157.
Diſpoſitio limitata, limitatum producit effectum, nec extra illius terminos extenditur. T. 2. p. 80. n. 93.
Diſpoſitio quælibet intelligitur rebus in eodem ſtatu manentibus. T. 4. p. 103. n. 35.
Dolus, & mala fides nemini patrocinari debet. T. 3. p. 351. n. 124.
Duo ſpecialia circa idem de jure concurrere non poſſunt. T. 3. p. 125. n. 332.
Æquiparatorum eadem eſt raćo. T. 3. p. 115. n. 168.
Per æquipollens adimpleri poſſunt ea, quæ ad certum finem ſunt inducta. T. 3. p. 361. n. 363.
Intellige primo, quando certus non eſt præſcriptus modus adimplendi actum, ſecus ſi præſcriptus reperiatur, tunc enim modus ille debet in forma ſpecifica, & non per æquipollens adimpleri. *ibid.* n. 364.
Intellige ſecundo, quando parti pingius providetur per æquipollens, ſecus, quando pinguius non providetur. T. 3. p. 362. n. 366.
Intellige tertio, quando idem ſequitur effectus, ſecus ſi diverſus. *ibid.* n. 370.
Exceptio firmat Regulam in contrarium. Tom. 1. p. 320. n. 43. T. 3. p. 118. n. 217.
Debet tamen eſſe de Regula. T. 2. p. 105. n. 37.
Exceptio oſtendit de quo genere Regula loquatur, & declarat concedentis mentem quoad non excepta. Tom. 1. p. 319. n. 30. T. 3. p. 122. n. 269.
Exceptio Regulam declarat, ſed non ampliat ad ea quæ non ſunt de Regula. T. 1. p. 92. n. 29.
Caſus exceptus a diſpoſitione generali, declarat eam non de alia loqui, quam de materia exceptionis. T. 2. p. 105. num. 38.
Exemplis non eſt judicandum. T. 1. p. 247. n. 198.
Exempla tamen rem dubiam declarant. *ibid.*
Facta non præſumuntur, ſed probari debent. T. 2. p. 162. num. 31.
Facultas, qua jure proprio quis gaudet, potentior eſt ea, quam jure alieno habet. T. 3. p. 114. n. 152.

Favore alicujus quod introductum eſt, in ejus odium retorqueri non debet. T. 1. p. 10. n. 86.
Illatio fieri non poteſt ab uno caſu ad aliam diverſa. T. 3. p. 121. n. 254.
Imbecillitas intellectus eſt quærere alterius viſura, ubi proprium habemus. T. 3. p. 362. n. 358.
In claris, & expreſſis ceſſant quæſtiones, & argumenta. T. 3. p. 151. n. 106.
Nec admittitur interpretatio. T. 2. p. 283. n. 20.
In concurſu juris accidentalis, & eſſentialis, prævalet jus eſſentiale. T. 3. p. 134. n. 32.
Indefinita oratio non æquipollet univerſali, nec etiam in lega indiſtincte loquente, quando non militat eadem ratio in omnibus. T. 3. p. 121. n. 256.
Injuriam nemini facit, qui ſuo jure utitur. Tom. 2. p. 121. num. 20.
In odioſis non fit repetitio. T. 3. p. 93. n. 15.
In pœnalibus non fit extenſio de caſu ad caſum. Tom. 2. p. 394. n. 97.
In re communi potior eſt conditio poſſidentis. T. 2. p. 125. n. 43.
Lex ubi non diſtinguit necnon diſtinguere debemus. T. 1. p. 237. n. 90. T. 3. p. 239. n. 92.
Lex vetus declarat novam. T. 3. p. 120. n. 243.
Lex una alteram declarat. T. 3. p. 128. n. 383.
Legis auxilium fruſtra invocat, qui in illam delinquit. T. 4. p. 135. n. 17.
Legis ratio cui convenit, & illius diſpoſitio adaptari debet. T. 4. p. 168. n. 52.
Legis vigorem habet quod Principi placet. Tom. 2. p. 292. n. 116.
Plura Vid. V. Lex.
Limitata cauſa limitatum producit effectum. Tom. 4. p. 79. num. 36.
Limitatio omnis debet eſſe de Regula. T. 1. p. 79. n. 400.
Magis, & minus non variant ſpeciem. T. 3. p. 240. n. 109.
Meum quod eſt ex una cauſa, ex altera meum amplius effici non poteſt. T. 1. p. 104. n. 184.
Moriturus de proximo habetur pro mortuo, eique aſſimilatur. T. 3. p. 357. n. 306. p. 358. n. 321.
Mutanda non ſunt ea, quæ certam habuerunt interpretationem. T. 4. p. 166. n. 40.
Neceſſitas non habet legem. T. 3. p. 285. n. 206.
Non omnium quæ a majoribus noſtris tradita ſunt ratio reddi poteſt. T. 3. p. 142. n. 10.
Nullum quod eſt, nullum producit effectum. T. 2. p. 245. n. 111. p. 247. n. 140. T. 3. p. 145. n. 61.
Parificata non cenſentur ea ſuper quibus particulariter, & diverſimode ſuit proviſum. T. 2. p. 248. n. 215.
Pœnam non meretur, qui præceptum legis adimplet. *Vid. V. Lex.*
Permitti haud debet quod eſt plus, ad effectum tollendi quod eſt minus. T. 2. p. 266. n. 80.
Poſteriora derogant prioribus. T. 2. p. 28. n. 90.
Plus ſi alicui conceditur, denegari ei non poteſt quod eſt minus. T. 4. p. 168. n. 53.
Quod potui nolui, & quod volui adimplere nequivi. T. 3. p. 138. n. 110.
Quod ſemel placuit, amplius diſplicere non poteſt. T. 3. p. 363. n. 380.
Quod uno tempore permittitur, cenſetur in alio prohibitum. T. 1. p. 269. n. 418.
Ratio regulat dictum, & non dictum rationem. T. 3. p. 118. n. 211.
Ratio eadem ubi viget, eadem quoque militare debet juris diſpoſitio, quamvis caſus ſint diverſi. T. 3. p. 136. n. 71. T. 4. p. 114. n. 34.
Referens plus non importat quam relatum. T. 1. pag. 362. n. 33.
Nec cenſetur quod plus cogitavarit eo, quod revera continetur in relato. *ibid.* n. 34.
Regula cui favet, habere dicitur intentionem fundatam contra illius limitationem. T. 3. p. 108. n. 86.
Eique ſufficit dubiam reddere contrariam probationem. T. 3. p. 109. n. 87. & p. 112. n. 121.
A Regula juris non eſt recedendum niſi per textum expreſſum in contrarium, vel rationes neceſſario concludentes. T. 2. p. 52. n. 312.
Regulæ generales non attenduntur quando adſunt doctrinæ punctuales. T. 1. p. 247. n. 201.
Relatio ſemper fit ad proximiora. T. 3. p. 240. n. 109.
Reſcripta Principum ſine die, & Conſule non ſubſiſtunt. T. 3. p. 356. n. 288.
Stare debet, quod fieri non prohibetur. Tom. 4. pag. 46. n. 41.
Subrogatio non fit reſpectu rei diverſæ omnino naturæ, & qualitatis. T. 1. p. 12. n. 115.
Subrogatum ſapit naturam ejus in cujus locum ſubrogatur. T. 1. p. 9. n. 82. & p. 367. n. 82.
Tempora non currunt agere non valenti. T. 3. p. 151. n. 49. p. 250. n. 232.
Veniſſe non dicitur, qui non ſtetit. T. 3. p. 128. n. 392.

B

BACCALAUREATUS, & BACCALAUREUS.

BAccalaureus non comprehenditur ſub nomine *Licentiati.* T. 2. p. 209. n. 70.
Gradus Baccalaurei non ſufficit pro obtinendis Dignitatibus requirentibus Magiſterium in Theologia, aut Doctoratum in Decretis, vel Licentiaturam in publica Univerſitate. *ibid.* n. 71.
Sed aliquando diſpenſatum a Sede Apoſtolica, ut Baccalaurei gradus ſufficeret. *ibid.* n. 72.

BALDACHINUM.

Regibus, Principibuſque ſupremis Superiorem non recognoſcentibus, debetur ex Cæremoniali Romano uſus Baldachini, ſeu Troni elevatio in Eccleſiis. T. 3. p. 241. n. 112.
Hujuſmodi tamen prærogativa non competit Ducibus, Marchionibus, Principibus, aliiſque Titularis, qui Superiores recognoſcunt. *ibid.*
Vid. Verb. Baptiſma. V. Principes. V. Regula XLII.

BAPTISMA.

Jus Baptizandi conſuetudine acquiri poteſt contra proprios Infantium Parochos. T. 4. p. 85. n. 41.
Et hujuſmodi jure gaudet Parochus Baſilicæ Vaticanæ, qui Infantes Parochialium Urbis baptizare poteſt, propriis eorum Parochis irrequiſitis. *ibid.*
Baptiſma vigore *Clem. in Cap. Præſenti, de Baptiſm.* miniſtrari Infantibus prohibetur in Aulis, Cameris, aliiſque privatis Domibus, ſed duntaxat in Eccleſiis in quibus ſunt Fontes ad hoc ſpecialiter deſtinati, exceptis filiis Regum, vel Principum. T. 3. p. 239. n. 94.
Sub nomine Principum comprehenduntur etiam Fœudatarii, & Principes inferiores Juriſdictionem in ſuis fœudis habentes. *ibid.*
Contrarium, quod *Clementina* præfata dum excipit filios Principum intelligitur de Principibus ſupremis, qui Regibus æquiparantur; & quinam ſint iſti Principes? T. 3. p. 241. n. 117.
Et huic ſantentiæ adhæſit Rituale Romanum ſub Paulo V. editum. *ibid.* n. 118.
Vid. V. Regula XLII. V. Baldachinum. V. Principes.

BARONES.

Vid. V. Fœudatarii. V. Fœudum.

BASILICA.

Baſilicæ Urbis.

Eccleſiæ Patriarchales Urbis antiquitus regebantur per ipſummet Pontificem. T. 1. p. 387. n. 9.
Modo commendantur Cardinalibus Archipresbyteris. *ibid.* n. 11.
Sunt diverſæ ab Eccleſiis Titularibus Cardinalium, nec inter Titulos Cardinalatus referuntur in Conſtit. Sixti V. T. 1. p. 389. n. 39.
Canonicatus, Præbendæ, Dignitates, Perſonatus & Officia in iiſdem exiſtentes, ſunt vigore *Regulæ VIII.* Pontifici reſervatæ; & de ratione, ob quam hujuſmodi reſervatio introducta fuit. *Vid. V. Regula VIII.*
Jus conferendi Beneficia inferiora in Baſilicis Urbis reſidet quoad proprietatem penes Capitula, diviſo ſolum exercitio inter Canonicos. T. 1. p. 258. n. 315.
Beneficia inferiora Baſilicarum Urbis ad collationem Capitulorum ſpectantia, ſubjacent reſervationi Regulæ IX. ſi contingat Beneficiarios mori extra Urbem, etiam intra duas dietas, in Menſe reſervato, & in Hebdomada Capituli. *Vid. V. Reg. IX. quoad exceptiones in ea poſitas.*
Et an Cardinales Archipresbyteri poſſint vigore Indulti Beneficia præfata conferre? *Vid. V. Baſilica Lateranenſis. V. Baſilica S. Mariæ Majoris. V. Baſilica Vaticana.*
Inſervientes Baſilicis Urbis in munere Sacriſtani, aut alio ſimili, Curiales non dicuntur. T. 1. p. 53. n. 143.
Vid. V. Cardinales Archipresbyteri Baſilicarum Urbis.

Baſilica S. Mariæ Majoris.

Beneficiorum inferiorum collatio in Baſilica S. Mariæ Majoris in duabus Hebdomadis ſpectat ad Cardinalem Archipresbyterum, & in una ad Capitulum. T. 1. p. 388. n. 24.

Et Hebdomada in dicta Baſilica pro regulanda Beneficiorum collatione incipit a media nocte Sabbathi. *ibidem* n. 25.

Diviſio Hebdomadarum inter Archipresbyterum, & Capitulum operatur, ut quilibet in ſua Hebdomada jura, & nomine proprio conferat, & conſiderentur tanquam duo corpora diverſa. Tom. 1. p. 244. n. 172. p. 245. n. 180. & 181. p. 247. n. 195. & 196. p. 256. n. 293.

Hinc Archiepresbyter Baſilicæ S. M. Majoris ſe ingerere nequit in proviſione Beneficiorum ſpectantium ad collationem Capituli, etiamſi illud ſit conferre impeditum. T. 1. p. 244. n. 173. p. 245. n. 178. p. 156. n. 293.

Nec ſuffragatur Indultum pro conferendis Beneficiis reſervatis in Hebdomada Capituli vacantibus, & aſſignatur ratio. T. 1. p. 245. n. 174.

Jus conferendi Beneficia inferiora in Baſilica S. Mariæ Majoris nunquam fuit ſimultaneum, ſed in ipſa eorum erectione diviſum extitit quoad ſubſtantiam, & proprietatem inter Archipresbyterum, & Capitulum. *ibid.* n. 179. & ſeqq.

Et explicantur Verba Brevis ſan. mem. Pii IV. T. 1. p. 246. n. 186.

De modo quo in Baſilica S. Mariæ Majoris explentur Collationes a Cardinali Archipresbytero, & Capitulo. T. 1. p. 247. n. 195.

Et ex modo præfato eruitur inter eos diviſam fuiſſe ſubſtantiam, & proprietatem juris conferendi. *ibid.* n. 196.

Jus conferendi Beneficiatus Eccleſiæ S. Mariæ Majoris conceſſum fuit Archipresbytero ad formam Baſilicæ Vaticanæ, in qua inter Archipresbyterum, & Capitulum diviſa eſt proprietas juris conferendi. *ibid.* n. 197.

Major Hebdomadarum numerus pro collatione Beneficiatorum Archipresbytero S. Mariæ Majoris aſſignatus, non arguit diviſum fuiſſe inter illum, & Capitulum ſolum exercitium juris conferendi. T. 1. p. 248. n. 211.

Redditur ratio, quia proprietas collationis poteſt uni aſſignari pro duabus, & alteri pro tertia partibus, ut factum fuit in Regula IX. Cancellariæ. *ibid.* n. 212.

Ex facultate corrigendi, viſitandi, & condendi ſtatuta pro indiviſo competente Archipresbytero, & Capitulo S. Mariæ Majoris, non bene infertur ad communionem proprietatis juris conferendi. *ibid.* n. 214.

Dataria reperitur in quaſi poſſeſſione conferendi Beneficia in Baſilica S. Mariæ Majoris vacantia, & reſervata nedum ratione vacationis *apud Sedem*, ſed etiam familiaritatis Pontificiæ, & Cardinalitiæ. T. 1. p. 245. n. 170.

Archipresbyteratu S. Mariæ Majoris vacante, Beneficia, quæ ad collationem Archipresbyteri, ſi viveret ſpectaſſent, ſunt vigore Regulæ II. reſervata. Tom. 1. p. 249. n. 219. & 221.

Vid. V. Card. Archipresbyteri Baſilicarum Urbis.

Baſilica Lateranenſis.

In Baſilica Lateranenſi priſcis temporibus Cardinalis Archipresbyter Beneficia intra Eccleſiam, Capitulum extra Eccleſiam exiſtentia, conferebant. T. 1. p. 388. n. 21.

Et inter ipſos diviſa erat proprietas, & ſubſtantia juris conferendi, itaut duo corpora ſeparata conſtituerent. T. 1. p. 250. num. 233.

Nec Cardinalis Archipresbyter vigore Indulti conferre poterat Beneficia reſervata in Turno Capituli vacantia. T. 1. p. 247. n. 199.

Ex Conſtitutione ſan. mem. Innocentii XII. Beneficiorum omnium collatio, ſive intra, ſive extra Baſilicam Lateranenſem exiſtentia, eſt hodie ſimultanea inter Archipresbyterum, & Capitulum, diviſo ſolum inter eos ejuſdem ſimultaneæ exercitio per Hebdomadas. T. 1. p. 250. n. 226. & 235. p. 251. n. 146. & p. 388. n. 22.

Hinc impedito Capitulo in ſua Hebdomada conferre Beneficia reſervata, eorum proviſio per jus non decreſcendi ſpectat ad Archipresbyterum gaudentem Indulto conferendi Beneficia reſervata. T. 1. p. 250. n. 227. 230. & 236. & p. 388. n. 23.

Redditur ratio. T. 1. p. 251. n. 238.

Et explicantur contrariæ Auctoritates. *ibid.* n. 243. & 244.

Cardinalis Archipresbyter Baſilicæ Lateranenſis in collatione Beneficiorum, quæ ſpectant ad Capitulum in ejus Hebdomada habet tanquam unus de Capitulo unicam vocem. *ibid.* n. 247.

Nequit tamen in Hebdomadis Capitulo aſſignatis ſuam explere nominationem per Turnum, quemadmodum explent cæteri Canonici. T. 1. p. 251. n. 248.

Cardinalis Archipresbyter præfatus licet ſit unus de Capitulo, non eſt tamen Canonicus. T. 2. p. 2[illegible]2. n. [illegible]50.

In Hebdomadis Capitulo aſſignatis nominatio ad Beneficia in iiſdem vacantia fit per Turnum inter Canonicos. *ibid.* n. 249.

Vid. V. Cardinales Archipresbyteri Baſilicarum Urbis.

Indulgentias, quas S. Silveſtrum Papam Eccleſiæ Lateranenſi conceſſiſſe ferunt, & deſcriptas in Tabula, quæ vocatur *Magna*, Apocrifas declararunt SS. Congregationes Sanctiſſimæ Inquiſitionis, & Indulgentiarum. T. 4. p. 53. n. 57.

Baſilica Vaticana.

Cappellaniæ fundatæ in Eccleſia Vaticana a Gregorio XIII. ſpectant ad Pontificis collationem. T. 1. p. 388. n. 15.

Cappellaniæ Innocentianæ in dicta Baſilica erectæ, ſunt reſidentiales, & incompatibiles cum alio Beneficio reſidentiali extra Urbem. T. 1. p. 149. n. 21.

Et apud Sedem vacantes, conferri poſſunt a Cardinalibus, ad quos ex lege fundationis earum pertinet collatio. T. 1. p. 49. n. 115. & 116.

Beneficiorum inferiorum collatio in dicta Baſilica eſt per alternas Hebdomadas diviſa inter Cardinalem Archipresbyterum, & Capitulum. T. 1. p. 252. n. 255. & p. 358. n. 16.

Hebdomada ad hujuſmodi effectum incipit a Veſperis Sabbathi, & deſinit in Veſperis alterius Sabbathi. Tom. 1. p. 388. n. 20.

Et refertur modus, quo in Baſilica Vaticana fit a Capitulo collatio Beneficiorum in ſuo Turno vacantium. T. 1. p. 256. n. 287. & 289.

Diviſio præfata non ſolum percutit exercitium, ſed etiam ſubſtantiam, & proprietatem juris conferendi. Tom. 1. p. 251. n. 245. p. 252. n. 254. & 261. p. 254. n. 273. 274. & 277. p. 255. n. 283. p. 256. n. 294. p. 388. n. 17.

Idque etiam elicitur ex formula, quæ exſcribitur, qua Archipresbyter in ſuo Turno Beneficia confert. T. 1. p. 255. n. 280. 281. & 282.

Et hac ratione, impedito Capitulo in ſua Hebdomada conferre, ex quo Beneficium ſit reſervatum, vel affectum, nequit Cardinalis Archipresbyter illud vigore ſui Indulti conferre, ſed proviſio ſpectat ad Papam. T. 1. p. 250. n. 231. p. 252. n. 256. p. 257. n. 303.

Quemadmodum Archipresbyteratu vacante, ad Papæ collationem, & non ad Capitulum pertinet Beneficii proviſio, quod alias, Archipresbyteratu pleno, eſſet de collatione Archipresbyteri. Tom. 1. pag. 252. n. 2[illegible]3. p. 257. n. [illegible]5. p. 387. n. 1[illegible].

Et ita reſolutum a Congregatione particulari, quæ Reſolutio fuit *motu proprio* confirmata a ſan. mem. Clemente XI. T. 1. p. 257. n. 305.

Archipresbyteratu vacante, Beneficia quæ alias ad Archipresbyteri collationem, ſi viveret, ſpectarent, eſſent Pontifici reſervata, etiam ſi inter Archipresbyterum, & Capitulum adſit diviſio collationum quoad ſolum exercitium juris conferendi. *ibid.* n. 299.

Contrarium, & de ratione. T. 1. p. 258. n. 306.

Archipresbyter Baſilicæ Vaticanæ, excluſa etiam reſervatione, conferre nequit Beneficia vacantia in Turno Capituli conferre nolentis, aut nulliter conferentis. Tom. 1. p. 254. n. 271. & p. 257. n. 301.

Nec conferre poteſt jure devoluto Beneficia in Turno Capituli vacantia. T. 1. p. 254. n. 272.

Beneficia extra Baſilicam Vaticanam exiſtentia, ſunt unita Menſæ Capitulari, & ſpectant ad privativam collationem Capituli. T. 1. p. 255. n. 284.

Parochus Baſilicæ Vaticanæ Infantes Parochialium omnium Urbis baptizare poteſt eorum Parochis irrequiſitis. T. 4. p. 85. n. 41.

Baſilicarum urbis Archipresbyteri.

Vid. V. Cardinales Archipresbyteri Baſilicarum Urbis.

BELGIUM.

Penſiones impoſitæ ſuper fructibus Eccleſiarum Epiſcopalium Belgii exiguntur vigore Cedulæ Conſiſtorialis, aut Supplicationis a Papa ſignatæ abſque expeditione Literarum. T. 3. p. 34. n. 20.

Quemadmodum & Penſiones impoſitæ ſuper Monaſteriis ejuſdem Regionis. T. 3. p. 35. n. 28.

Penſiones Apoſtolica auctoritate impoſitæ ſuper Eccleſiis Epiſcopa-

Epiſcopalibus Belgii, quæ ad Regis Chriſtianiſſimi nominationem providentur, exigi poſſunt a die Regiæ nominationis, ſeu expeditionis, ut vulgo dicitur, *del Brevetto.* T. 3. p. 34. n. 22.
Contrarium, quod exigi non poſſint, niſi a die, quo ſunt per Pontificem reſervatæ in Conſiſtorio. Tom. 3. p. 35. n. 23. & 25.
Redditur ratio, quia Princeps Secularis abſque Pontificis auctoritate Penſionem imponere nequit ſuper Beneficiis, etſi ex Apoſtolico Indulto, ad plenariam illius collationem ſpectantibus. *ibid.* n. 24.
Et hoc Jure etiam vivitur in Gallia. *ibid.*
In Cedula Conſiſtoriali Reſervationis Penſionum ſuper Eccleſiis Belgii apponi ſolet clauſula -- *in terminis, non tamen Datam præſentis Gratiæ antecedentibus. ibidem* numer. 26.
Abuſus gravandi Penſionibus Monaſteria Belgii ſine Pontificis auctoritate, nunquam ſe protendit ad Eccleſias Cathedrales, ſuper quibus Penſiones Pontificia ſemper auctoritate impoſitæ fuerunt. Et referuntur exempla. T. 1. p. 177. n. 17. & T. 3. p. 35. n. 27.
Adverſus præfatum abuſum, & Pontifices, & illius Miniſtri continuo reclamarunt, & quid ab ipſis actum, ut eliminaretur? T. 3. p. 35. n. 29. & p. 36. n. 30.
Regulæ Cancellariæ ſunt receptæ in Belgio. Tom. 1. p. 8. n. 56.
Et præſertim Regula IX. T. 2. p. 26. n. 69.
Et reprobatur abuſus, qui olim vigebat in Belgio circa exemptionem Parochialium, præſertim de Jurepatr. Eccleſiaſtico a Reſervatione Regulæ IX. *ibidem* num. 65. & ſeqq.
Vid. V. Regula IX. quoad Beneficia, quæ ſub ea comprehenduntur.
In impetratione Beneficiorum Belgii exprimi etiam, & juſtificari debet verus annuus illorum valor ad tramites Regulæ LV. T. 4. p. 65. n. 57.
De Jure nominandi quo gaudent Reges Hiſpaniarum, & Galliarum ad Monaſteria Belgii. *Vid. V. Hiſpaniarum Rex. V. Galliarum Rex.*
Matrimonia filiorum familias in Belgio diſſentientibus Parentibus inita, an valida ſint? *Vid. V. Matrimonium Filiorum familias.*
De prætenſione excitata a nonnullis Belgii Epiſcopis anno 1660. quod Alternativa Menſium per ipſos acceptata, non expiret per obitum Pontificis concedentis; Et quid tunc temporis Prodatarius ſcripſerit Miniſtro Apoſtolico in Belgio tunc degenti? T. 2. p. 131. n. 12.

BELLUM, & PAX.

Res, quæ ab Hoſtibus capiuntur, non aliter jure Belli fiunt capientis, quam ſi earum dominium penes Hoſtes ſit, ſecus ſi in dominio aliorum, qui nec Hoſtes ſunt, nec Hoſtium ſubditi. T. 2. p. 91. n. 212.
Hoſtiles præſumuntur res, quæ in Hoſtico reperiuntur. *ibid.* n. 213.
Sed hæc præſumptio admittit probationes in contrarium. *ibid.* n. 214.
Et probato, quod aliorum, quam Hoſtium ſint, manent eorum, quorum ſunt in dominio, nec jure Belli capientibus acquiruntur. *ibid.* n. 215.
Capitulationes, & Conventiones Pacis ſtricti juris ſunt, & quod in eis verbis expreſſum non fuit, omiſſum cenſetur. *ibid.* n. 217.
Conventiones, & Tractatus Pacis ſortiuntur efficaciam reſtitutionis in integrum. T. 1. p. 189. n. 94.
Civitas Regni Franciæ ante Concordatum a Regno diſtracta, ſi poſt Concordatum vigore Tractatus Pacis Regno iterum accedat, an eidem Concordato ſubjaceat? Et quid ſi diſtracta poſt Concordatum, poſtea Regno per Tractatum Pacis eidem reincorporata ſit? *Vid. V. Galliarum Concordata.*

BENEDICTIO.

De Benedictione Abbatum. *Vid. V. Abbas quoad Benedictionem.*
Epiſcopus in Pontificem electus proprie benedicitur, non conſecratur. T. 1. p. 205. n. 19.
Sed Benedictionis, & Conſecrationis nomina aliquando a Scriptoribus confunduntur. *ibid.* n. 20.
Quemadmodum pro Benedictione, & Conſecratione aliquando uſurpatur Coronatio Pontificis. *ibid.* n. 21.
Vid. V. Papa.

BENEFICIA.

Beneficia Eccleſiaſtica in genere.

De origine Beneficiorum Eccleſiaſticorum. Remiſſive. T. 2. p. 4. n. 17.
Beneficia ad hoc præcipue ſunt inſtituta, ut Clericis pauperibus, & benemeritis conferantur. *ibid.*
Et in collatione Beneficiorum hujuſmodi Perſonis facienda conſideratur univerſalis Eccleſiæ utilitas. *ibid.* n. 18.
Declaratur aſſertio *Bartholomæi de Martyribus*, quod in Beneficiis providendis attendenda ſit doctrina, non paupertas Clericorum. T. 2. p. 5. n. 27. & 28.
Pontifices in Beneficiis conferendis benemerentiam non deſumunt ex ſola præſentia in Curia niſi in paritate meritorum. *ibid.* n. 26.
Vid. V. Beneficia quoad collationem, V. Papa, V. Reſervatio.
Enumerantur ſigna denotantia Beneficium eſſe Eccleſiaſticum. T. 2. p. 19. n. 2.
Deficiente Epiſcopi auctoritate in Beneficii erectione, illud non eſt Eccleſiaſticum, ſed Legatum pium cum onere Miſſarum. *ibid.* n. 3.
Amplia, etiamſi in ultimo ſtatu interceſſerit Ordinarii inſtitutio. *ibid.* num. 4.
Deficientibus teſtamento, Inſtrumento fundationis, & ſtatis anterioribus, ultimus ſtatus collationis tanquam de Beneficio perpetuo Eccleſiaſtico, facit præſumere, illud eſſe tale. *ibid.* n. 5.
Et hoc caſu de tali Beneficio Papa diſponit cum expreſſione, quod in titulum Beneficii Eccleſiaſtici ſit conferri ſolitum. *ibid.* n. 6.
Beneficia omnia Eccleſiaſtica ſecularia, in dubio præſumuntur perpetua. T. 2. p. 20. n. 16.
Maxime, ſi Beneficium fuerit ab initio curatum, quamvis poſtea Parochiani receſſerint, nulloſque amplius fructus habeat. *ibid.* n. 17.
Hæreditariæ ſucceſſionis imaginem in Beneficiis Eccleſiaſticis Sacri Canones, quam maxime abhorrent. Tom. 3. p. 327. n. 23.
Sed Pontificis auctoritate accedente, abſonum non eſt, quod quis Succeſſorem in Beneficio ſibi deſignet. *ibid.* n. 24.
Et priſcis temporibus, Pontificibus annuentibus, quamplures Epiſcopi Succeſſores ſibi elegerunt, Epiſcopatu interim non abdicato. *ibid.* n. 25.
Beneficium ex quibus dignoſcatur eſſe ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, ad effectum, ut per Epiſcopum alterum Beneficium Beneficiario conferri non poſſit? *Vid. V. Beneficia quoad incompatibilitatem, & pluralitatem.*
Et ex quibus duo Beneficia dicantur eſſe ſub eodem tecto uniformia, vel diſformia, & ex hac ratione ſint compatibilia, vel incompatibilia ſine Apoſtolica Diſpenſatione? *Vid. eod. V.*
Regulares, an & quomodo capaces eſſe poſſint Beneficiorum ſæcularium. *Vid. V. Regulares quoad Beneficia ſæcularia &c.*

Beneficia quoad affectionem.

Vid. V. Affectio.

Beneficia quoad collationem.

Beneficiorum collatio eſt materia favorabilis, & late interpretanda. T. 2. p. 215. n. 149.
Jus conferendi Beneficia Eccleſiaſtica numeratur inter fructus, & quidem majores Epiſcopatus, vel Prælaturæ. T. 1. p. 96. n. 77. p. 248. n. 205. p. 230. n. 40.
Valet argumentum a pertinentia fructuum ad pertinentiam collationis Beneficiorum. T. 1. p. 217. n. 9. p. 228. n. 18. & 20. p. 230. n. 40. p. 241. n. 133. p. 265. n. 398.
Facultas Beneficia conferendi non cenſetur comprehenſa ſub generali conceſſione Juriſdictionis; ſed indiget ſpeciali mentione. T. 1. p. 231. n. 43. & n. 47.
Amplia, ſive concedatur Juriſdictio de novo, ſive permittatur continuatio illius, quæ antea competebat. Tom. 1. p. 238. n. 100. & 101.
Jus conferendi Beneficia non pertinet ad legem Juriſdictionis, quia non competit jure Magiſtratus, ſed profluit a lege, abſtractive a Juriſdictione. Tom. 1. p. 231. n. 44. p. 232. n. 50. p. 237. n. 97. p. 238. n. 102. 105. 106. & ſeqq. T. 3. p. 168. n. 123.
Et in jure Beneficiorum collatio dicitur donatio, & connumeratur inter fructus Epiſcopatus. T. 1. p. 238. n. 99. & n. 105.

Idque comprobatur pluribus exemplis. T. 1. p. 231. n. 45. & ſeqq.

Et reprobantur Doctores aſſerentes jus præfatum pertinere ad legem Juriſdictionis, & ob id exerceri poſſe extra Territorium. Tom. 1. p. 232. n. 51. 52. & ſeqq. p. 239. n. 113. & ſeqq.

Aſſignatur ratio, cur libera Beneficii collatio expleri poſſit extra Territorium? T. 1. p. 238. n. 105.

Jus conferendi Beneficia ſolum pertinet ad legem Juriſdictionis, ubi collatio petitur jure actionis, ut in Præſentato, Electo &c. quia cum non ſit gratia, ſed meræ juſtitia, competit jure Magiſtratus, & inter Juriſdictionalia recenſetur. T. 1. p. 232. n. 52. p. 238. n. 100. & ſeqq.

Jus conferendi ſimultaneum, quod Epiſcopo, & Capitulo competit in collatione Beneficiorum Cathedralis non pertinet ad Juriſdictionem. T. 1. p. 232. n. 53.

Jus conferendi Beneficia Cathedralis poteſt privative quoad Epiſcopum competere Capitulo, & enumerantur nonnulla Capitula, quæ hac privativa facultate gaudent. T. 2. p. 83. n. 129.

Vid. V. Capitulum.

Et an ſequuta devolutione Beneficiorum ſpectantium ad privativam Capitulorum collationem hæc fiat ad Epiſcopum, ſique Beneficia ſint reſervata, an ad Papam, vel ad Cardinalem Epiſcopum Indultarium? *Vid. V. Devolutio. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*

Jus conferendi Beneficia poteſt ex Privilegio Apoſtolico competere Laicis, & Fœminis. *Vid. V. Fœmina. V. Laici.*

Et Rex Neapolis Privilegio gaudet Apoſtolico conferendi nonnullas Eccleſias inferiores. T. 1. p. 177. n. 15.

Facultas conferendi Beneficia Eccleſiaſtica ſpecialem requirit mentionem, nec ſub facultatibus generaliter conceſſis, comprehenſa cenſetur. T. 2. p. 181. n. 4.

Et an facultas præfata revocetur per Regul. XIV. *ibidem* num. 1.

Vid. V. Regula XIV.

Indulta conferendi Beneficia in alienis Diœceſibus, ſublata fuerunt per Concilium Tridentinum, nec hodie amplius conceduntur. T. 2. p. 182. n. 6.

Diſtributio Beneficiorum eſt de jure poſitivo a Pontificibus inducta; & qualis erat in primitiva Eccleſia conſuetudo diſtribuendi Beneficia? T. 2. p. 230. n. 81.

In primis Eccleſiæ ſæculis Pontifices regulariter non ſe ingerebant in collatione Beneficiorum alienæ Diœceſis. T. 1. p. 21. n. 6.

Ea tamen poteſtate aliquando uſus eſt S. Gregorius M. *ibid.* num. 7.

Papa poteſt in proviſione Beneficiorum concurrere cum inferioribus Collatoribus. T. 3. p. 234. n. 20.

Poteſt jure præventionis conferre Beneficia Sede Epiſcopali vacante, non obſtante quod Ordinarius Collator gaudeat Indulto Apoſtolico excluſivo omnium, & quarumcumque Reſervationum. Hacque poteſtate pluries uſi ſunt Pontifices. T. 1. p. 168. n. 421.

Pontifices quomodo conferunt Beneficia Juriſpatr. Laicalis? *Vid. V. Juſpatr. Laicale. V. Juſpatr. quoad devolutionem. V. Juſpatr. quoad derogationem.*

Ad dignoſcendum ex quo capite Papa Beneficia conferat, attenditur pars diſpoſitiva Litterarum Apoſtolicarum. T. 2. p. 11. n. 56.

Pontifices non amplius hodie poſt Concilium Tridentinum, quod Expectativas abſtulit, conferunt Beneficia vacatura. T. 4. p. 112. n. 4. p. 113. n. 24.

Unde ſuperflua hodie remanet diſpoſitio Reg. LXII. T. 4. p. 112. n. 4.

Limita in Beneficiis vacantibus per mortem civilem, Matrimonium nempe, Profeſſionem &c. de quibus Papa juxta Regulam LVIII. diſponit uti de vacaturis. *ibid.* n. 5.

Sed exploſa diſpoſitione Regulæ LVIII. Beneficia per Matrimonium, aut Profeſſionem vacatura, non amplius hodie e Pontifice conferuntur, niſi præceſſerit, aut Matrimonium per verba de præſenti, aut Profeſſio. *ibid.* n. 7.

Quemadmodum nec amplius Papa diſponit de Beneficiis vacaturis per Promotionem juxta Regulam XXVI. *ibid.* num. 8.

Vid. V. Beneficia quoad vacationem per contractum Matrimonii. V. Novitius. V. Profeſſio. V. Reg. XXVI. V. Reg. XLVI. V. Reg. LVIII. V. Reg. LXV.

De Jure, quo gaudent Cardinales conferendi Beneficia in eorum Titulis exiſtentia. *Vid. V. Cardinales Titulares. V. Cardinales Epiſcopi Suburbicarii. V. Beneficia Urbis. V. Reg. VIII.*

Beneficia *apud Sedem* vacantia, niſi a Papa intra Menſem a die eorum vacationis conferantur, poſſunt de illis Ordinarii diſponere juxta Text. in Cap. *Statutum*, *de Præbend. in 6.* Tom. 1. pag. 76. num. 366.

Sed, quoad Beneficia alias, quam ob vacationem *apud Sedem* reſervatis, nullum Pontifici præfixum eſt tempus ad conferendum. T. 1. p. 77. n. 374.

Quemadmodum, nec in Beneficiis vacantibus *juxta Decretum*, & ob appoſitionem Manus Pontificis ſpecialiter affectis, locum habet diſpoſitio dicti *Cap. Statutum. ibid.* n. 375.

Non obſtante reſtrictione Menſis ad conferendum Beneficia *apud Sedem* vacantia, adhuc Pontifex reintegra poteſt Ordinarium prævenire. *ibid.* n. 376.

Menſis ad conferendum currit Pontifici, etiam ſcientiam vacationis Beneficii non habenti; & quare? *ibid.* n. 377.

Contrarium, quod currere incipiat a die notitiæ, nec currat Pontifice legitime impedito. *ibid.* n. 378. & 379.

Diſpoſitio *Cap. Statutum de Præben. in 6.* non fuit revocata per *Extravag. Piæ Sollicitudinis de Præben.* T. 1. p. 76. n. 367.

Et redduntur rationes. *ibid.* n. 368.

Contrarium, quod ſit revocata per dictam *Extravag.* aut per aliam *ad Regimen. de Præbend.* Et redduntur rationes. *ibid.* n. 369. 370. & 373.

Diſpoſitioni *Cap. Statutum*, an ſit derogatum per Concordata Germaniæ, quæ tribuunt Pontifici trimeſtre tempus ad conferendum? T. 1. p. 77. n. 380. & 381.

Beneficia, de jure communi, in quibuſcumque Menſibus vacant, ſpectant ad Ordinariorum collationem. Tom. 1. p. 10. n. 90. p. 397. n. 131.

Et ſive ipſi apud Eccleſias ſibi commiſſas reſideant, ſive non. T. 1. p. 395. n. 105.

Beneficia vacantia in ſuis Menſibus ordinariis, poſſunt Epiſcopi conferre ingreſſo Menſe Apoſtolico. T. 2. p. 9. num. 32.

Epiſcopus quoad collationem Beneficiorum Cathedralis non fovet intentionem in jure fundatam, vel titulum univerſalem. T. 1. p. 232. n. 54.

Vid. V. Simultanea.

Ordinarii non tenentur in conferendis Beneficiis exprimere certum eorum vacationis modum, ſed quomodolibet conferunt, ſuſtinetur collatio. Tom. 3. p. 391. n. 19. & 20.

Et collatio Beneficii ab ipſis expleta ſub uno expreſſo vacationis modo, ſuſtinetur, etiam ſi ille verus non ſit. *ibid.* n. 21.

Diſpoſitio *Cap. Suſceptum*, *de Reſcript. in 6.* decernentis, ut uno modo vacationis expreſſo, alius non veniat, non procedit in collatione Beneficiorum, quæ ſit ab Ordinariis. *ibid.* n. 21.

Contrarium. *ibid.* n. 24.

Sed a priori Sententia non recedendum. *ibid.* n. 25.

Potiſſimum, ſi in Proviſione Ordinarii adſit clauſula -- *ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo &c.* *ibid.* n. 26.

Et reprobatur *Rebuffus*, qui exiſtimat, permiſſum non eſſe Ordinariis clauſulam præfatam in Proviſionibus Beneficiorum adjicere. *ibid.*

In proviſionibus Beneficiorum, quas explent Ordinarii neceſſaria non eſt expreſſio valoris ad tramites Regulæ LV. T. 4. p. 63. n. 37.

Vid. V. Reg. LV.

Collationes Beneficiorum factæ a Pontifice, Ordinariis, Legatis, & Nuntiis ante veroſimilem illorum vacationis notitiam an ſuſtineantur? *Vid. V. Reg. XXX.*

De jure ſuſtinetur collatio Beneficii vacantis expleta ante notitiam illius vacationis. T. 3. p. 85. n. 6.

Beneficia Abſentium, de quibus a longo tempore certus Nuncius haberi non potuit, an & quomodo conferri debeant? *Vid. V. Abſens.*

Ordinarius conferendo Beneficium Viventis privatur facultate illud, dum revera vacat, conferendi. Tom. 2. p. 272. n. 22.

Intellige, ſi ſcienter id egerit, ſecus ſi ex probabili ignorantia obitus Beneficiati. T. 2. p. 273. n. 24.

Vid. V. Reg. XXI.

Poteſt Epiſcopus conferre Beneficium ab ipſo prima vice erectum ſua auctoritate ordinaria in Menſe ordinario. T. 2. p. 31. n. 124. & 127.

Sed Beneficium ab Ordinario erectum in Menſe ordinario ex fructibus Beneficii de collatione Capituli, ſpectat prima vice ad ejuſdem Capituli collationem. T. 2. p. 31. n. 125. p. 32. n. 134.

Epiſcopus conferre nequit prima vice Beneficium ſua auctoritate ordinaria in Menſe Apoſtolico erectum, vel Beneficium erectum auctoritate Apoſtolica in Menſe Ordinario. *Vid. V. Regula IX. quoad Beneficia, quæ illius reſervationi ſubjacent.*

Et, an Beneficium auctoritate Apoſtolica in Menſe Ordinario erectum, poſſit prima vice conferri e Cardinali Indultario?

Digitized by Google

tario? *Vid. eod. V. & V. Card. quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*

Ordinarius conferre nequit Beneficium vacans per aſſequutionem alterius incompatibilis Apoſtolica auctoritate collati, etiamſi illius poſſeſſio in Menſe ordinario adipiſcatur. T. 1. p. 163. n. 184.

Sed Beneficium vacans per aſſequutionem ſecundi incompatibilis ab ipſo collati, tunc conferre poteſt, ſi illius poſſeſſio adipiſcatur in Menſe ordinario, ſecus ſi Apoſtolico. T. 2. p. 59. n. 392. & 393.

Niſi Ordinarius Indulto gaudeat conferendi Beneficia reſervata, quo caſu conferre poterit primum Beneficium incompatibile, tametſi poſſeſſio ſecundi adapta fuerit in Menſe Apoſtolico. T. 1. p. 162. n. 174.
Vid. V. Reg. I. quoad VIII. Reſervationem contenta in Extrav. ad Regimen. V. Reg. IX. quoad Beneficia, quæ illius Reſervationi ſubjaceant.

Ordinarii, an poſſint Sede Apoſtolica vacante conferre Beneficia, quæ alias vivente Papa in Menſibus Apoſtolicis vacarunt? *Vid. V. Reg. IX.*

Ordinarii, Sede Apoſtolica vacante, conferre poſſunt Beneficia in Menſibus Apoſtolicis vacantia. *Vid. V. Reg. IX.*

At ſi de illis eadem Sede vacante non diſponunt, remanent vigore Regulæ LXVIII. Sedi Apoſtolicæ reſervata. *Vid. V. Reg. LXVIII.*

Et, an pro excluſione dictæ reſervationis ſufficiat quod Ordinarius diſpoſuerit de Beneficio eadem die electionis Summi Pontificis? *Vid. eod. V.*

Ordinarius, an Sede Apoſtolica vacante conferre poſſit Parochiales jam reſervatas de quibus Pontifex non diſpoſuit, aut illas, quæ eadem Sede vacante in Menſibus alias Apoſtolicis vacarant? *Vid. eod. V. & V. Parochiales ex vacatione apud Sedem, aut alias reſervatæ. V. Sede Apoſtolica vacante.*

Epiſcopus jam electus, qui ante novi Pontificis creationem Eccleſiæ poſſeſſionem adeptus fuit, an conferre poſſit Beneficia quæ vacaverant Sedibus Papali, & Epiſcopali vacantibus? *Vid. V. Regul. II. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali vacante.*

Beneficium, quod tempore Cardinalis Epiſcopi in Menſe reſervato vacavit, & ab ipſo collatum non fuit, an a Succeſſore Epiſcopo non Cardinali conferri poſſit? T. 1. p. 262. n. 361.

Ordinarii, an, & quando conferre valeant Beneficia ſimplicia Regularia Secularibus habitum ſuſcipere, & Profeſſionem emittere volentibus? Et intra quod tempus Profeſſionem a Proviſis recipere poſſint? *Vid. V. Regulares quoad Beneficia ſecularia, & Seculares quoad Regularia. V. Reg. LIX.*

Ordinariis, an, & quando permiſſum ſit plura ſimplicia Beneficia uni conferre. *Vid. V. Beneficia quoad incompatibilitatem, & pluralitatem.*

Et quomodo conferre debeant Beneficia in eorum manibus ceſſa, vel permutata. *Vid. V. Permutatio. V. Reſignatio ſimplex.*

De jure, quo gaudet Præceptor Generalis Præceptoriæ S. Antonii de S. Antonio Viennen. Civitatis Neapolitanæ conferendi Beneficia ab ea dependentia. *Vid. V. Ordo S. Antonii de S. Antonio Viennen.*

Beneficia quoad collationem ſimultaneam Epiſcopi, & Capituli.

Vid. V. Capitulum. V. Simultanea.

Beneficia quoad Collationis ſimultaneæ diviſionem.

Vid. V. Simultanea quoad Diviſionem.

Beneficia quoad Commendam.

Vid. V. Commenda. V. Monaſteria quoad Commendam. V Regulares quoad Beneficia ſecularia, & Seculares quoad Regularia.

Beneficia Conſiſtorialia.

Beneficia ex quibus dicuntur Conſiſtorialia? *Vid. V. Monaſteria Conſiſtorialia.*

Beneficia Conſiſtorialia, & in libris Cameræ taxata, an conferri poſſint a Cardinalibus vigore eorum ordinarii Indulti? *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata. V. Monaſteria.*

Beneficia, quæ taxata reperiuntur in libris Cameræ dicuntur Conſiſtorialia, etiamſi per Datariam, & extra Conſiſtorium provideantur. T. 1. p. 278. n. 62.

Beneficia Conſiſtorialia, & taxata in libris Cameræ non ligantur in Reg. Cancellariæ. Tom. IV. ſubjacent diſpoſitioni *Reg. LV. de valore*, ſed eorum fructus exprimi ſolent in tot florenis, quot taxata reperiuntur. T. 4. p. 23. n. 42. p. 66. n. 91.

Sed, ubi ſuper Beneficiis prælatis imponenda eſt Penſio, tunc in ſupplicatione verus illorum valor exprimi debet. T. 4. p. 63. n. 43.

In Unionibus, Diſſolutionibus, & Diſmembrationibus Beneficiorum Conſiſtorialium, an locum ſibi vindicet diſpoſitio Regulæ XXII. *Vid. V. Regula XXII.*

Beneficia Conſiſtorialia, an ſubjaceant diſpoſitioni Regulæ III. qua reſignanti Beneficium intra tempus vacationis, & proviſionis alterius incompatibilis Apoſtolica auctoritate factæ, decernitur pœna vacationis, ut prius, & reſervationis ſecundi incompatibilis obtenti? *Vid. V. Regula III. & V. Regula XXXVI.*

Reſignantes Beneficia Conſiſtorialia, quæ Conſiſtorialiter providentur, non ſubjacent cenſuræ Regulæ de Infirmis, ſecus vero ſi extra Conſiſtorium provideantur. Tom. 1. p. 197. n. 14. T. 2. p. 240. n. 44.

Quemadmodum Publicationi Litterarum Reſignationis ſubjacent ſolum Beneficia, quæ extra Conſiſtorium providentur. T. 1. p. 197. n. 14.
Vid V. Reſignatio quoad Publicationem.

Et Regulæ de Annali obnoxii ſunt tantummodo Beneficia Conſiſtorialia extra Conſiſtorium providari conſueta. T. 1. p. 197. n. 14.
Vid. V. Regula de Annali.

Da jure quo ex indulto Apoſtolico gaudent Reges, & Principes nominandi, ſeu præſentandi ad Beneficia Conſiſtorialia. *Vid. V. Monaſteria. V. Principes.*

Beneficia Curata.

Beneficium, ſeu Eccleſia curata differt ab Eccleſia Parochiali, & non valet conſequentia, eſt Curata, ergo Parochialis. T. 2. p. 148. n. 32.

Decretalis in Cap. *Si Apoſtolica* procedit tantummodo in Eccleſiis Parochialibus proprie dictis, non autem in Beneficiis curam Animarum adnexam habentibus. Tom. 1. p. 78. n. 390. 391. & p. 79. n. 401.
Vid. V. Parochiales ex vacatione apud Sedem, aut alias reſervatæ.

Extravag. ad Romani qua decernitur Beneficia per Pontificem reſervata ſemper reſervata remanere, etiamſi eis cura animarum immineat, nec ab Ordinariis poſt Pontificis obitum conferri poſſe, procedit in Dignitatibus, Præbendis &c. Curatis, ſecus in Parochialibus. Tom. 2. p. 148. n. 30. & ſeqq.

De expreſſa mentione Curæ facienda in impetratione Beneficii Curati, & an ſufficiat expreſſio -- *quod animarum Cura ſi qua imminet, nullatenus negligatur* -- aut altera -- *Eique Cura etiam Juriſdictionalis &c.* -- *Vid. V. Regula LVII.*

Proviſio Beneficiorum Curatorum, ac Parochialium expleta favore eorum qui idioma locorum, in quibus Beneficia exiſtunt, non intelligunt, nulla, & irrita eſt. *Vid. V. Regula XX.*

De unione Beneficiorum curatorum, vel non curatorum Curatis propter eorum paupertatem ab Epiſcopo faciendam vigore Concilii. *Vid. V. Unio Beneficiorum vigore Concilii.*

De incompatibilitate Beneficiorum ratione Curæ. *Vid. V. Beneficia quoad incompatibilitatem, & pluralitatem.*

In Proviſione Beneficiorum Curatorum, an, & quando requiratur Concurſus? *Vid. V. Concurſus. Verb. Parochiales quoad Concurſum.*

Beneficia quoad Devolutionem.

Vid. Verb. Devolutio.

Beneficia quoad Diſmembrationem.

Vid. V. Diſmembratio. Verb. Regul. XXII.

Beneficia electiva.

Beneficia electiva ſunt ſpeciali nota digna. T. 4. p. 87. n. 74.

In Beneficii impetratione exprimi debet pro validitate Gratiæ ad tramites Regulæ LVII. qualitas electiva, ſi exiſtat. *ibid.* n. 73.

Expreſſio qualitatis electivæ fieri poteſt per æquipollena, quod tamen neceſſario illam præſeferat. *ibid.* n. 75.

Et ſat erit exprimere quod ſit *Monaſterium*, cum tunc ſtatim intelligitur eſſe electivum. *ibid.* n. 76.

Non ſufficit tamen expreſſio quod Eccleſia habeat Collegium, ſeu Conventum, & de ratione. *ibid.* n. 77.

Minuſque clauſula -- *Et ad eam conſueverit quis per electionem aſſumi* -- T. 4. p. 87. n. 78.
Vid. V. Regula LVII.

Beneficia electiva, etiam majora, Abbatiæ nempe, & Monaſteria, ſubjacent Reſervationi Regulæ IX. T. 2. p. 32. n. 142 p. 33. n. 143.

Beneficia electiva, etſi regularia, ſunt perpetua, & cadunt ſub reſervatione Reg. IV. T. 1. p. 303 n. 19.
Vid. V. Abbas quoad Electionem. V. Electio. V. Germania. V. Monaſteria.

Beneficia quoad fructus.

Fructus ſive naturales, ſive induſtriales quolibet anno percipi ſoliti, pendentes, & adhuc a ſolo non ſeparati, maxime ſi immaturi ſint, ſpectant ad Succeſſorem in Beneficio, nec ſunt pro rata temporis cum hæredibus prædefuncti Beneficiati dividendi. Tom. 4. p. 158. n. 21. & p. 159. num. 32.

Et ita decernitur in ſeptimo Concilio Provinciali Mediolanen. T. 4. p 158. n. 22. p. 160. n. 45.

Amplia, etiamſi maturi ſint, & Beneficiatus decedat tempore proximo recollectioni. Tom. 4. pag. 158. num. 22. 26. 27.

Fructus naturales, qui certa parte anni percipi ſolent, integre ſpectant ad Poſſeſſorem Beneficii de tempore eorum recollectionis. *ibid.* n. 24.

In Beneficiis curatis, & reſidentialibus, fructus pendentes pro rata temporis dividuntur inter Succeſſorem, & hæredes defuncti Beneficiati. *ibid.* n. 35.

Sed hæc ſententia non eſt in praxi recepta, & fructus pendentes Beneficiorum præfatorum integre Succeſſori debentur. T. 4. p. 159. n. 41.

Et redditur ratio. *ibid.* n. 43.

Fructus Sylvæ ſtatis temporibus cedi ſolitæ, an integre ſpectent ad Succeſſorem in Beneficio cujus tempore factus eſt incisioni locus, ſeu potius ſint pro rata temporis dividendi cum hæredibus Anteceſſoris? Et quid, ſi Beneficium fuerit Curatum, & Anteceſſor Beneficiatus pro majori parte temporis Curam exercuerit? *Vid. V. Sylva cædua.*

Ex Conſtitut. S. D. N. BENEDICTI XIV. Beneficiati omnes prohibentur ſub pœna excommunicationis, nullitatis actus, aliiſque contra Bona Eccleſiæ alienantes inflictis, Beneficiorum ſuorum fructus, reditus, & proventus ad vitam, vel ad longum tempus, ſub quocumque prætextu, vendere, ac diſtrahere, recepta ab Emptore per unam, vel plures ſolutiones certa pecuniarum quantitate. T. 3. p. 369. †

De prohibita locatione fructuum Beneficiorum ultra annum anticipatis ſolutionibus, ac de revocatione Indultorum hujuſmodi Locationes permittentium. *Vid. V. Locatio. V. Regula LXIX.*

Regulares Beneficiati, an & quomodo de fructibus ſuorum Beneficiorum diſponere poſſint? *Vid. V. Regulares Beneficiati. V. Ordo S. Spiritus in Saxia. V. Ordines Militares.*

Beneficia quoad Impetrationem.

Impetrans a Sede Apoſtolica Beneficium uti vacans, non tenetur de jure certum vacationis modum exprimere; & an & quomodo teneatur ad illius expreſſionem vigore Regulæ XLVII. Cancellariæ? *Vid. V. Regula XLVII.*

Et an certus vacationis modus ſit exprimendus dum Beneficium impetratur ab Ordinario? *Vid. V. Beneficia quoad collationem.*

Ex Edicto cl. mem. Card. Panciatici; ultra certum vacationis modum, exprimi debet in Supplicatione etiam Nomen ultimi Poſſeſſoris Beneficii. T. 3. p. 390. n. 6.

Nec amplius hodie admittenda eſt expreſſio, olim in Supplicationibus admitti ſolita -- *per obitum illius ultimi Poſſeſſoris, cujus nomen, & cognomen in Literis, ſi videbitur exprimi poſſit.* *ibid.* num. 7.

Refertur motivum, quod hujuſmodi Edicto cauſam dedit. *ibid.* num. 8.

Impetrans Beneficium ſimpliciter uti reſervatum, ſufficit quod reſervationem expreſſam ſaltem de facto verificet. T. 2. p. 165. n. 12.

Impetrationes Beneficiorum vacaturorum per contractum Matrimonii, Profeſſionem, aut Promotionem, non amplius hodie poſt Concilium Tridentinum admittuntur, & an ob id ſuperfluæ ſint diſpoſitiones Regularum XXVI. LVIII. LXII. *Vid. V. Reg. XXVI. V. Reg. LVIII. Verb. Regul LXII.*

Impetrans Beneficium per annum ab altero poſſeſſum quid exprimere Pontifici teneatur, & intra quod tempus Poſſeſſorem in judicium vocare, Cauſamque proſequi debeat? *Vid. V. Regula XXXV.*

De Pœnis quibus ſubjacent impetrantes Beneficia viventium, præſertim Senium, & Infirmorum, tanquam per eorum obitum vacantia? *Vid. V. Regula XXIX.*

Et, an Impetrantibus prædictis competat favor Gratioſæ ſubrogationis in juribus defunctorum Colligantium? *Vid. eod. V.*

De Pœnis Impetrantium Beneficia ante veroſimilem notitiam illorum vacationis? *Vid V. Regul XXX.*

De obligatione Impetrantium Beneficia exprimendi pro validitate Gratiæ Curam, ſi ei immineat, aliaſque qualitates Beneficiis inhærentes? *Vid. V. Reg. LV. II.*

Et de obligatione exprimendi verum valorem Beneficiorum, quæ impetrantur *Vid. V. Reg. LV.*

Impetrans Beneficium, tenetur pro validitate Gratiæ de aliis antea obtentis mentionem facere, alias Gratia eſt ſubreptitia. T. 4. p 69. n. 126.

Dictaque expreſſione non facta, vacat tantum Beneficium, quod de novo impetratur, ſed non vacant obtenta. *ibid.* num. 127.

Et hac ratione, denegavit Dataria proviſionem Beneficii antea obtenti, de quo mentio facta non fuerat ab eo, qui alterum impetraverat. *ibid* n. 128.

Sed præter expreſſionem obtentorum, requiritur etiam pro validitate Gratiæ expreſſio eorum valoris ad tramites Regulæ LV. T. 4. p 72. n. 1 6.
Vid. V. Regula LV.

Subreptio ob non factam mentionem alterius Beneficii obtenti, evitatur, ſi illud habitum fuerit pro derelicto. T. 4. p 69. n. 129.

Gratia proviſionis Beneficii non vitiatur ex omiſſa mentione alterius, ſi impetrans probabilem illius ignorantiam haberet, quia nempe ſibi abſenti, & ignoranti, collatum fuiſſet. *ibid.* n. 130.

Redditur ratio, quia abſens, & ignorans Beneficium ubi collatum, ante acceptationem, non acquirit ſuper eo jus in re, ſed ad rem, de quo neceſſe non eſt, quod Literis Apoſtolicis mentio fiat. *ibid.* n. 132. & 133.

Reticentia obtentorum, Gratiam proviſionis Beneficii non vitiat, ſi Papa in Literis Apoſtolicis ea pro expreſſis habere declaret *ibid.* n. 135.

Et declarationes hujuſmodi Pontificum vocantur a Practicis *Obſtantiæ Beneficiales. Vid. V. Obſtantiæ Beneficiales.*

Beneficia manualia, & amovibilia exprimenda non ſunt in Impetratione Beneficii perpetui. T. 4. p. 70. n. 141.

In Beneficii impetratione non eſt neceſſaria expreſſio aliorum Beneficiorum, quæ ipſo jure ſunt vacatura. *ibidem* n. 142. 144. & 145.

Contrarium, redduntur rationes, & reſpondetur rationibus oppoſitis. *ibid.* num. 146. 147. & pag. 71. num. 148. 150. & 151.

Amplia, ſive Beneficium, quod impetratur ſit liberæ collationis, ſive pertineat ad alterius nominationem, ſeu præſentationem. T. 4. p. 71. n. 149.

Et, an facienda ſit mentio de illis, quæ licet non ſint incompatibilia cum Beneficio noviter impetrato, paratus tamen eſt impetrans ea dimittere? T. 4. p. 73. n. 166.

Excuſandus eſt tamen a pœna nullitatis Gratiæ, qui non expreſſit Beneficium incompatibile obtentum, ob juris ignorantiam. T. 4. p. 71. n. 152.

Sed juris hæc ignorantia, non aliter excuſat, quam ſi mixta ſit cum ignorantia facti. *ibid.* n. 153.

Gratia tertii Beneficii non vitiatur, ſi quis in illius impetratione exprimat, alia duo incompatibilia obtinere ex Diſpenſatione Apoſtolica, quæ nunquam interceſſit. *ibid.* num 154.

Si plures vacationis modi ſint in Impetratione Beneficii alternative expreſſi, ſufficit pro validitate Gratiæ, quod alter ex illis verificetur. Tom. 3 pag. 394. n. 72. p. 395. n. 78. & 80.

Sed aliter dicendum, ſi alternativa non deſumitur ex parte principali diſpoſitivæ, ſed ex clauſulis generalibus, & acceſſoriis, & quare? T. 3. p. 395. n. 78. & ſeqq.

Hinc expreſſo certo vacationis modo, nempe per obitum, cum clauſula *ſive præmiſſo* &c. & poſt illam addita altera -- *ſive per reſignationem* &c. ſi Beneficium non per obitum, ſed per ceſſionem vacet, gratia non ſuſtinetur. Tom. 3. p. 394. n. 66. & p. 395. n. 74. & 76.
Vid. V. Clauſula in ſpecie, verſic. Clauſula -- ſiva præmiſſo &c. *V. Regula LV.*

Beneficia quoad Impetrationem certo modo.

Adverſus Impetrantes certo modo Beneficia, Tribunalia rigide procedunt, & in dubio contra ipſos reſpondent. T. 3. p. 342. n. 76.

Beneficia

Beneficia impetrata ob crimen, quod, vel Privationem ipſo jure inducat, vel Privationis ſententiam expoſcat, an reſignari poſſint? *Vid. V. Reſignatio quoad Benefic... quæ reſignari poſſunt.*

Impetrans Beneficium ob non expreſſum a Poſſeſſore verum illius valorem, quomodo valorem ipſum juſtificare teneatur? *Vid. V. Regula LV.*

Nulla eſt Impetratio Beneficii ob non expreſſum in ſupplicatione verum valorem, expleta ante expeditionem Literarum, quia vigore Reg. LXV. poteſt valor uſque ad tertiam partem augeri in Literis. *Vid. eod. V.* & Tom. 4. p. 130. n. 12.

Et ſtante impetratione præfata intempeſtive facta, quamvis in Literis poſtea expeditis valor male fuerit expreſſus, non prohibetur obtineri nova Gratia revalidatoria. *ibid.* n. 14.

Vid. V. Regula LXV.

Literæ impetrationis Beneficii tendentis ad amotionem Poſſeſſoris, non conceduntur in forma gratioſa, ſed Mandati de providendo, quod collationem non continet. T. 3. p. 56. n. 70.

Sed oritur iſto caſu titulus, & collatio ex ſententia Judicis, qui privet Reum Beneficio, & illud alteri adjudicet. *ibid.* n. 71.

Impetranti Beneficium per privationem, & amotionem ex quibuſvis exceſſibus, & Criminibus, an competat favor ſubrogationis gratioſæ? *Vid. V. Regula XXIX.*

Impetrans Beneficium tanquam vacans vigore *Extravag. Execrabilis* ob illius retentionem cum alio incompatibili abſque Apoſtolica diſpenſatione, quid probare tenetur? & an Poſſeſſor, maxime ſi fuerit Triennalis, aut Decennalis, relevetur ab onere titulum præfatum exhibendi? *Vid. V. Regul. I. quoad Reſervationem Beneficiorum vacantium per Extravag. Execrabilis. Vid. V. Regula XXXVI.*

Impetrantes Beneficia ob Crimen, quod privationem ipſo jure inducit, reportare ſolent in eorum Literis clauſulam, *ut ſi ceſſio fiat, facta cenſeatur favore ipſius Impetrantis.* T. 3. p. 53. num 32.

Sed additur reſtrictiva *poſt primam privationis Sententiam.* *ibid.* n. 33.

Et clauſula præfata operatur, ut Beneficium impetratum reſignari non poſſit favore tertii. *ibid.* n 34.

Impetranti Beneficium ob crimen, quod inducit vacationem ipſo jure, fit proviſio tanquam de vacanti, non vacaturo. T. 4. p. 112. n 9.

Et Sententia declaratoria criminis, non inducit Beneficii vacationem, ſed hanc jam ſequutam detegit. *ibid.* numer. 10.

Favore tamen Impetrantis Beneficium ob Crimen, pro quo Poſſeſſor privandus venit, dantur Literæ tanquam de vacaturo. *ibid.* n. 11.

Et hoc caſu quodammodo verificatur diſpoſitio Regulæ LXII. *ibid.* n 12.

Sed in Litteris præfatis adjici ſemper conſuevit clauſula — *ſi, & poſtquam vacationi locus factus fuerit* —, quæ etiam non expreſſa, ſubintelligitur, nec reddit Gratiam conditionalem. *ibid.* n. 13. & ſeqq.

Vid. V. Gratia quando dicatur ab initio pura, vel conditionalis.

Beneficia quoad incompatibilitatem & pluralitatem.

Beneficiorum incompatibilitas oritur ratione Curæ, aut reſidentiæ utrique Beneficio inhærentis, & dantur exempla. T. 1. p. 147. n. 4. & p. 148. n. 5.

Beneficia, ut ſint incompatibilia ratione Curæ, requiritur, quod hæc ſit Sacramentalis in Foro Pœnitentiali. Tom. 1. p. 148. n. 6.

Et debet utrique Beneficio inhærere, ſecus ſi alteri tantum ſit infixa. *ibid.* n. 9.

Beneficium *habitu* Curatum non eſt incompatibile cum altero *actu* Curato, vel reſidentiali. *ibid.* n. 7.

Limita, niſi adſit ſpes proxima, quod habitus reducatur ad actum per reverſionem Parochianorum. *ibid.* n. 8.

Reſidentia continua, & præciſa cauſat incompatibilitatem cum alio Beneficio ſimilem reſidentiam requirente. *ibid.* n. 13.

Reſidentia diſcontinua non cauſat incompatibilitatem quando utrique Beneficio inhæret, ita ut utriuſque onera diverſis temporibus impleri poſſint. T. 1. p. 149. n. 14.

Secus, ſi unum Beneficium reſidentiam diſcontinuam, alterum præciſam requirat. *ibid.* n. 15.

Quæ reſidentia dicatur præciſa, quæ continua, quæque diſcontinua, vel cauſativa? *Vid. V. Reſidentia.*

Titulus Canonicatus ſuppreſſus, & acceſſione unius Dignitatis, non cauſat incompatibilitatem cum altero Canonicatu in eadem Eccleſia. T. 1. p. 158. n. 128.

Quemadmodum, nec Dignitas Sedem tantum honorariam habens in Cathedrali incompatibilitatem cauſat cum Canonicatu. T. 1 p. 148. n. 11.

Officium, etſi perpetuum, nullam inducit incompatibilitatem cum Beneficio reſidentiali, niſi ſit Titulus Eccleſiaſticus. T. 1. p. 127. n. 84. p. 128. n. 90.

Plura Beneficia ſimplicia, quamvis non reſidentialia, quorum unumquodque ſufficit ad congruam Beneficiati ſuſtentationem, ſunt incompatibilia. T. 1. p. 153. n. 66.

Et de rationibus hujuſmodi incompatibilitatis, Remiſſive. *ibid.*

Obtinenti Beneficium ſimplex ad congruam ſuſtentationem ſufficiens, non poteſt Ordinarius alterum conferre, & ſi confert, primum vacat ipſo jure. *ibid.* n. 67. & p. 154. n. 79.

Et ex retentione utriuſque cum perceptione fructuum per duos Menſes, utrumque ipſo jure vacat T. 1. pag 153. n. 68.

Beneficia duo ſimplicia obtinenti, non poteſt Ordinarius tertium conferre, quamvis omnia ſimul ad congruam ſuſtentationem inſufficientia ſint *ibid.* n. 69. & pag. 155. num. 80.

Referuntur DD. contrarium ſentientes; ſed à priori ſententia non recedendum. T. 1 p. 154 n 70 & 71.

Et facta collatione tertii, an vacent omnia, vel primum, aut ultimum, ſeu potius cogendus ſit proviſus ad dimittendum pro ſui arbitrio unum ex illis? T. 1. pag 155. n. 82. & 83.

Improba eſt conſuetudo, quæ vigere dicitur in Hiſpania obtinendi auctoritate ordinaria plura Beneficia ſimplicia, quamvis alterum ſit ſufficiens. Tom. 1. pag. 154. n 72. & 73.

Maxime poſt Conſtitutionem ſan. mem. Innocentii XIII. confirmatam per alteram ſan. mem. Benedicti XIII. T. 1. p. 154. n. 74.

In Gallia, an ſervatur Decretum Tridentini quoad prohibitam retentionem plurium ſimplicium abſque diſpenſatione, quando primum ſufficit pro congrua ſuſtentatione? *Vid. V. Gallia.*

Diſpoſitio Conciliaris circa prohibitam retentionem plurium Beneficiorum ſimplicium, quando primum eſt ſufficiens, afficit etiam Beneficia de jurepatronatus laicorum *ibid.* n. 78. 79. 80.

Secus vero Legata Pia in titulum Beneficii Eccleſiaſtici non erecta. T. 1 p 155 n. 81.

Poteſt lege fundationis caveri, quod valeat quis plura Beneficia ſimplicia retinere, etiam ſi primum ſit ſufficiens. *ibid.* n. 84.

Quemadmodum, quod obtinens unum ſimplex, etſi tenue, & inſufficiens, incapax ſit retinendi ſecundum *ibidem* num 85.

Incompatibilitas non oritur ex acquiſitione ſecundi Beneficii, quando primum eſt ſufficiens, ſed ex retentione utriuſque. *ibid* n. 86.

Limita, ſi voluntas fundatoris principio acquiſitionis reſiſtat, quia nempe mandaverit præſentari non poſſe, qui aliud obtinet Beneficium. *ibid* n. 87.

Sed limitatio non procedit, quando poſſeſſor Beneficii prius obtenti illud ante præſentationem in manibus legitimi Superioris renunciavit. *ibid* n. 88.

Et, an Superior renunciationem admittere teneatur, quando renuncians ad illius titulum fuit ad Sacros Ordines promotus? *ibid.* n. 89.

Item non procedit, quando Papæ narrata fuit lex fundationis, & ea non obſtante ſecundum Beneficium contulit. *ibid.* n. 90.

Beneficium, ſufficiens eſſe ad congruam ſubſtentationem, ex quibus dignoſcatur? *ibid.* n. 91.

Quæ onera ad hunc effectum deduci debeant? *ibid.* n. 92.

Et, an habenda ſit ratio reddituum Patrimonialium Beneficiati? T. 1. p 156. n. 93.

Beneficia duo ſub eodem tecto exiſtentia, ſunt incompatibilia, & quare? *ibid.* n. 94. & ſeqq.

Amplia, etiam ſi de jurepatronatus laicorum exiſtant. *ibid.* num. 97.

Niſi aliter cautum fuerit lege fundationis, quam Epiſcopus in hoc approbare tenetur. *ibid* n. 98.

Legata Pia cum onere Miſſarum, non erecta in titulum Beneficii Eccleſiaſtici, etſi plura, retineri poſſunt ſub eodem tecto, vel inſimul, vel una cum Præbenda. *ibid.* n. 99.

Beneficia dicuntur eſſe ſub eodem tecto, quando ſunt, vel intra Eccleſiam, vel in loco ei contiguo, qui dicatur pars ejuſdem Eccleſiæ. *ibid.* n. 100.

Et, ut ſint incompatibilia requiritur, quod ſint uniformia, ſecus ſi diformia, dummodo perſonalem reſidentiam ambo non requirant. *ibid.* n. 101. T. 1. pag. 157. n. 110.

Duo Beneficia uniformia ſub eodem tecto adeo ſunt incompatibilia, ut nec vigore conſuetudinis immemorabilis retineri poſſint abſque diſpenſatione Apoſtolica. T. 1. p. 158. n. 126.

Declara. ibid. n. 127.

Uniformia non dicuntur duo Beneficia, quæ conveniant in nomine, diverſum tamen habeant ministerium diverſis temporibus exercendum. T. 1. p. 156. n. 102.

Hinc, duæ Cappellaniæ ad diverſa Altaria, & cum diverſis oneribus in eadem Eccleſia erectæ, non ſunt incompatibiles, & abſque Apoſt. diſpenſatione retineri poſſunt. ibid. n. 103. & 105.

Contrarium. ibid. n. 104.

Duo Beneficia difformia, ut retineri valeant ſub eodem tecto, requiritur expreſſa Epiſcopi diſpenſatio, & ex quibus Cauſis indulgeri debeat? ibid. n. 106.

De Stylo Cancellariæ, duo Beneficia, etiam difformia ſub eodem tecto, ſunt incompatibilia. Tom. 1. pag. 157. n. 107.

Hujuſmodi Stylus non tollit, quin Epiſcopus diſpenſare valeat ſuper eorum pluralitate. ibid. n. 108.

Beneficia duo difformia ſub eodem tecto, in nonnullorum Sententia, etiam abſque Epiſcopi diſpenſatione retineri poſſunt. ibid. n. 109.

Redditur ratio. ibid. n. 110.

Beneficia duo difformia ſub eodem tecto, & ſi reſidentialia, puta Canonicatus cum Dignitate, vel Perſonatu, poſſunt, concurrente conſuetudine, inſimul abſque diſpenſatione Apoſtolica retineri. ibid. n. 111.

Et ſtante dicta conſuetudine, titulus Canonicatus ſuppreſſus, & acceſſorie unitus Dignitati, non cauſat incompatibilitatem cum altero Canonicatu in eadem Cathedrali. T. 1. p. 158. n. 118.

Conſuetudo hæc, præſertim viget in Cathedralibus Hiſpaniæ, & a Sede Apoſtolica approbatur. Tom. 1. pag. 157. n. 113.

Amplia, etiamſi quodlibet ex illis ſufficiat ad congruam ſuſtentationem. ibid. n. 112.

Conſuetudo efficere non poteſt, ut quis ſit triplex in eadem Eccleſia, ideſt, quod obtineat tria Beneficia, etiam difformia abſque Apoſtolica diſpenſatione. ibid. n. 114.

Canonicus Pœnitentiarius obtinere non potuiſt Perſonatum, vel Dignitatem in eadem Eccleſia, quia eſſet triplex. ibid. ibid. n. 115.

Sed indultum ei aliquando fuit, ut una cum Canonicatu, Dignitatem in eadem Eccleſia obtineret. ibid.

Poteſt tamen vigore Conſuetudinis eam obtinere Canonicus Theologus, vel Magiſtralis. Et redditur ratio differentiæ inter utrumque caſum. ibid. n. 116.

Penſio cum Beneficio, vel alia Penſione ſub eodem tecto, an ſit incompatibilis? *Vid. V. Penſio.*

Beneficia incompatibilia quoad eorum vacationem.

Per aſſequutionem ſecundi Beneficii incompatibilis vacat primum, illudque remanet Apoſtolicæ Sedi reſervatum vigore *Extravag. ad Regim. de Præben.* ſi ſecundum Beneficium auctoritate Apoſtolica collatum fuerit. *Vid. V. Regula I. quoad VIII. Reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.*

Facta proviſione ſecundi incompatibilis auctoritate ordinaria, an, & quando primum ſpectat ad collationem ejuſdem Ordinarii, ſeu potius Pontificis? *Vid. eod. V. & V. Beneficia quoad collationem. V. Regula IX. quoad Beneficia, quæ illius reſervationi ſubjacent.*

Per retentionem plurium Beneficiorum incompatibilium omnia vacant, & an omnia ſint Apoſtolicæ Sedi reſervata? *Vid. V. Regula I. quoad Reſervationem Beneficiorum vacantium per Extravag. Execrabilis.*

Per collationem ſecundi Beneficii ſimplicis factum ab Ordinario habenti aliud ſufficiens ad congruam ſuſtentationem, vel tertii habenti alia duo ſimplicia, etſi inſufficientia, quomodo ſequatur priorum vacatio? Et quid ſi inſimul retineantur? *Vid. Beneficia quoad incompatibilitatem, & pluralitatem.*

Enumerantur quinque tempora, in quibus diverſa jura emanarunt circa vacationem Beneficiorum incompatibilium. T. 1. p. 158. n. 130. & ſeqq.

Primum Beneficium nec de jure, nec de facto vacat, niſi poſt adeptam poſſeſſionem ſecundi incompatibilis, & redditur ratio. T. 1. p. 159. n. 135. & 136. T. 2. p. 60. n. 394. 395.

Ac pluribus modis exemplificatur. *Remiſſive.* T. 1. p. 159. num. 137.

Poſſeſſio ſecundi Beneficii incompatibilis ad effectum, ut vacet primum, debet eſſe plena cum perceptione fructuum, vel majoris eorum partis. ibid. n. 138.

Proviſi de Canonicatibus in Eccleſiis illis, in quibus ex earum Statutis carere debent per aliquot annos fructibus eorumdem Canonicatuum, non tenentur dimittere Beneficia incompatibilia, niſi elapſo tempore carentiæ. T. 1. p. 159. n. 140. 141. & 142.

Contrarium, attenta diſpoſitione Concilii Tridentini, & Conſtitutione S. Pii. ibid. n. 143.

Et quid dicendum, ſi diſpoſitio Conciliaris, & Conſtitutio Piana in aliquibus Eccleſiis receptæ non ſint? Tom. 1. p. 160. n. 147.

Quando fructus primi anni reſervantur hæredibus Canonici defuncti, tunc poſt adeptam poſſeſſionem Canonicatus, vacat Beneficium incompatibile per Canonicum de novo proviſum obtentum, quia perceptio fructuum non aufertur, ſed differtur. T. 1. p. 163. n. 144.

Secus, quando applicantur fabricæ Eccleſiæ, vel altero pio uſui. ibid. n. 145.

Aut Canonicis, ſive Menſæ Capitulari, vel Epiſcopali. ibid. n. 146.

Contrarium, quod poſt adeptam poſſeſſionem Canonicatus, ſemper vacet Beneficium incompatibile, ſive fructus applicentur hæredibus, ſive pio uſui, ſive Menſæ Capitulari, aut Epiſcopali. Et ita judicatum. ibid. n. 148.

Maxime, quando proviſus de Canonicatu percipit, vel percipere poteſt majorem partem illius fructuum. ibidem n. 149.

Aut diſtributiones quotidianas. ibid. n. 150.

Vel, ſi Papa ſciens adeſſe in Eccleſia Statutum circa carentiam fructuum, primum Beneficium incompatibile alteri conferat. ibid. n. 151.

Sedes Apoſtolica non attendit Statuta, & conſuetudines circa annos carentiæ. ibid. n. 152.

Poſſeſſio ſecundi Beneficii incompatibilis non inducit vacationem primi, niſi ſit pacifica abſque ulla moleſtia, ſive de jure, ſive de facto. ibid. n. 154.

Et hac ratione, proviſo de ſecundo Beneficio præfigitur tempus duorum Menſium ad dimittendum primum incompatibile. T. 1. p. 161. n. 155.

Intellige, ut non adepta pacifica poſſeſſione ſecundi, non inducatur vacatio primi in præjudicium Proviſi, ſecus in præjudicium Tertii impetrantis primum tanquam vacans per aſſequutionem ſecundi incompatibilis, juxta *Conſil. Caſtrenſis* 263. ibid. n. 156.

De variis limitationibus, & declarationibus ad dictum *Conſil. Caſtrenſ. Remiſſive.* ibid. n. 157.

De Stylo Datariæ, in proviſione Apoſtolica ſecundi Beneficii incompatibilis, aliquando apponitur Decretum vacationis primi *eo ipſo.* ibid. n. 158.

Et ſtante hujuſmodi Decreto, ſtatim inducitur vacatio primi, quod unico contextu conferri ſolet. ibid. n. 159.

Aliquando apponitur Decretum *de dimittendo* vel intra duos Menſes, vel cum poſſeſſio ſecundi adepta fuerit. ibid. ibid. n. 160.

Decretum hujuſmodi operatur, ut primum Beneficium non vacet, niſi poſt adeptam poſſeſſionem ſecundi continuatam per duos Menſes, ſi ita in Decreto caveatur. ibid. n. 161.

Amplia, ſive agatur de præjudicio Proviſi de ſecundo, ſive inter duos impetrantes. Et redditur ratio. ibidem n. 167.

Quod, ſi poſſeſſio ſecundi non adipiſcatur, & non ſteterit per Proviſum illam adipiſci, Dataria non aliter de primo diſponit, quam per obitum illius Obtentoris. ibid. num. 165.

Decretum ſupradictum *de dimittendo &c.* inducit tacitam diſpenſationem retinendi primum Beneficium uſque ad tempus dimiſſionis faciendæ, quæ diſpenſatio Taxam expenſarum adauget. ibid. n. 162.

Hinc eſt, quod fieri non ſoleat contemporanea proviſio primi, ſed expectatur adimplementum conditionis de adepta poſſeſſione ſecundi Beneficii incompatibilis. ibid. n. 164.

Et ſi aliquando expleta fuit, id per errorem evenit. ibid. n. 166.

Stante ſupradicto Decreto *de dimittendo*, ut inducatur vacatio primi Beneficii, requiritur exhibitio novæ ſupplicationis ſignandæ a Papa, qui declaret tunc vacato Beneficium. ibid. n. 163.

Proviſus de ſecundo Beneficio incompatibili cum Decreto dimittendi primum, manutenendus eſt in illius poſſeſſione, donec probetur, quod eidem Decreto locus factus fuerit. ibid. n. 168.

Amplia, etiam ſtante Decreto irritanti, quod adjici ſolet Decreto *de dimittendo.* T. 1. p. 162. n. 169.

Intellige in dubio, ſecus ſi conſtet de pacifica utriuſque Beneficii poſſeſſione cum perceptione fructuum ſecundi. ibid. n. 170.

Beneficia

Digitized by Google

Beneficia incompatibilia quoad Apoſtolicam diſpenſationem ea inſimul retinendi.

Duo Beneficia incompatibilia retineri non poſſunt abſque Apoſtolica diſpenſatione, non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium. T. 1. p. 149 n. 28.
Paſſimque Rota conſuetudinem hanc improbavit. *ibidem* num. 29.
Regula *de Triennali* non ſuffragatur obtinenti duo Beneficia incompatibilia abſque Apoſtolica diſpenſatione. Tom. 1. p. 150. n. 30. T. 1. p. 166. n. 31. & 32. T. 3. p. 68. n. 51. p. 170. n. 154. 155.
Et, an ſuffragetur poſſeſſio decennalis, vel vicennalis? T. 1. p. 150. n. 31. p. 165. n. 24. p. 166. n. 35. T. 3. p. 171. n. 156. *Vid. V. Regula XXXVI.*
Diſpenſatio ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium, olim indulgeri poterat ab Epiſcopis, ſed hodie nonniſi a Sede Apoſtolica elargitur. T. 1. p. 150. n. 32.
Et debet eſſe expreſſa, nec inducitur ex mentione primi Beneficii incompatibilis facta in proviſione Apoſtolica ſecundi. *ibid.* n. 33.
Ad differentiam alterius diſpenſationis ſuper pluralitate Beneficiorum ſimplicium, pro qua ſufficit ſola expreſſio de aliis ſimplicibus obtentis. *ibid.* n. 34.
Legatus a Latere, an vigore ſuarum ordinariarum facultatum diſpenſare poſſit ſuper retentione Beneficiorum incompatibilium? *Vid. V. Card. Legatus a Latere.*
Et an diſpenſare valeat Nuncius Apoſtolicus? *Vid. V. Nuncius Apoſtolicus.*
Diſpenſatio ſuper retentione duorum Beneficiorum incompatibilium non reſultat ab expreſſione facta in impetratione tertii Beneficii, quod duo priora incompatibilia obtinentur ex Apoſtolica diſpenſatione. T. 1. p. 165. n. 15. T. 4. p. 34. n. 15.
Operatur tamen expreſſio præfata, quod Gratia poſterioris Beneficii dici nequeat ſubreptitia ob non expreſſionem Beneficiorum obtentorum. T. 4. p. 34. n. 16.
Diſpenſatio ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium, quibus ex Cauſis a Sede Apoſtolica indulgeri conſuevit? T. 1. p. 150. n. 40.
In Italia, Hiſpania, & Portugallia diſpenſari non ſolet ſuper retentione plurium Canonicatuum in diverſis Cathedralibus, vel Collegiatis Eccleſiis. T. 1. p. 151. n. 41.
Aliquando Sedes Apoſtolica in Regionibus præfatis indulſit retentionem Canonicatus cum Parochiali, vel duarum Parochialium modici redditus. *ibid.* n. 42.
Et aliquando etiam Gratiam hujuſmodi diſpenſationis denegavit. *ibid.* n. 43.
In Polonia, Sedes Apoſtolica diſpenſat ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium, etiam Curatorum, quando Cura Animarum per Vicarios perpetuos exerceri ſolet. T. 1. p. 152. n. 53.
Et ubi cura per ſe ipſos exerceri debet, aliquando indulget retentionem duarum Parochialium ad triennium, vel ad aliud certum tempus. *ibid.* n. 54.
In Germania paſſim diſpenſatur ſuper retentione plurium Canonicatuum in diverſis Eccleſiis Cathedralibus. *ibid.* n. 55. & 57.
Refertur exemplum retentionis ex diſpenſatione Apoſtolica ſex Canonicatuum in ſex Cathedralibus Eccleſiis Germaniæ. *ibid.* n. 56.
Indulgeri etiam ſolet aliquando in Germania retentio Canonicatus cum Parochiali. *ibid.* n. 58.
Et Canonicus diſpenſatus ſuper retentione Canonicatus, vel Dignitatis cum Parochiali in alio loco exiſtente, an penes Parochialem ipſam reſidere teneatur? Et an reſidendo penes Parochialem lucretur fructus omnes Canonicatus, & diſtributiones quotidianas? *Vid. V. Reſidentia. V. Parochus.*
De clauſulis, quæ moderno tempore apponi ſolent in Litteris diſpenſationis Apoſtolicæ ſuper retentione Canonicatus cum Parochiali. T. 1. p. 151. n. 49.
Diſpenſatio ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium in Germania concedi conſuevit nedum expreſſe, ſed etiam tacite. T. 1. p. 152. n. 59.
Explicatur praxis hujuſmodi tacitæ diſpenſationis; traditur illius origo, & oſtenditur eam eſſe contra juris diſpoſitionem. *ibid.* n. 60. & 61.
In Gallia Sedes Apoſtolica diſpenſare non conſuevit ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium. T. 1. p. 153. n. 63.
Refertur exemplum indultæ retentionis Canonicatus cum Parochiali favore Perſonæ de Sede Apoſtolica optime meritæ. *ibid.* n. 64.
Diſpenſationem Apoſtolicam an exhibere teneatur Poſſeſſor duorum incompatibilium ad excludendum Impetrantem ex capite incompatibilitatis. *Vid. V. Regula I. quoad Reſervationem Beneficiorum vacantium per Extravag. Execrabilis.*
Maxime ſi fuerit Triennalis, aut Decennalis eorumdem Beneficiorum Poſſeſſor. *Vid. V. Reg. XXXVI.*
Et an illam exhibere teneatur Ordinario requirenti? *Vid. eod. V. & V. Regula XXXVI.*
Negativa non obtentæ diſpenſationis Apoſtolicæ non evincitur ex Teſtimonio Officialium Datariæ, quod in illius Regeſtis adnotata non reperitur. T. 1 p. 166. n. 26.
Contrarium. *ibid.* n. 33.
Congregatio Concilii diſpenſationes ſuper retentione Beneficiorum incompatibilium non indulget, niſi ad breve tempus, & quando illæ expediuntur per Secretariam Brevium, tranſeunt prius per organum Datariæ. *ibid.* n. 34.
Ex diſpenſatione quod poſſit quis duo Beneficia uniformia ſub eodem tecto retinere, an oriatur affectio? *Vid. V. Affectio Beneficii.*

Beneficia Juriſpatron. Eccleſiaſtici, Laicalis, & Mixti.

Vid. V. Juſpatr. Eccleſiaſticum. V. Juſpatr. Laicale. V. Juſpatr. Mixtum. V. Juſpatr. Regium, ac ſupremis Principibus competens.

Beneficia litigioſa.

Beneficia litigioſa, an comprehendantur ſub Indulto Cardinalium? *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
Lis non efficit Beneficium reſervatum, ſed impedit ſolum, ut ea durante, ab inferiori conferri non poſſit. T. 3. p. 75. n. 174. & 180. p. 119. n. 230.
Hinc Beneficia litigioſa non providentur a Sede Apoſtolica uti reſervata. T. 3. p. 75. n. 175.
Lis ſuper Beneficio, improprie affectionem importat. T. 3. p. 76. n. 183.
Proprie tamen non reddit Beneficium affectum, & quare? *ibid.* n. 185. & 186.
Vid. V. Affectio.
Non implicat, quod Beneficium ſit litigioſum, & alteri reſervationi obnoxium. *ibid.* & ſeq.
Beneficium litigioſum conferri prohibetur a Decretali *in Cap. Si hi, Ne Lit. penden. in 6.* T. 4. p. 79. n. 19.
Sed per clauſulam -- *aut litigioſum &c.* in Litteris proviſionis Beneficii litigioſi apponi ſolita, cenſetur Decretali præfatæ derogatum. *ibid* n. 21.
Ordinarii Collatores in Gallia poſſunt conferre Beneficia litigioſa. T. 3. p. 76. n. 195.
Proindeque inibi locum non habet diſpoſitio. *Cap. 1. & 2. Ut lit. penden.* *ibid.* n. 196.
Vid. V. Gallia.
Tertio proviſio de Beneficio litigioſo, an ſuffragetur Regula de Triennali. *Vid. V. Regul. XXXVI.*
Beneficium ut dicatur litigioſum, ad effectum ut ſuperſtiti colliganti concedatur ſubrogatio gratioſa in juribus defuncti, quid ſit neceſſarium? *Vid. V. Regula XXIX.*
Et ex quibus lis adeſſe dicatur ſuper Titulo Beneficii? *Vid. eod. V.*
Et, an proviſo ab Ordinario de Beneficio litigioſo competat favor gratioſæ ſubrogationis? *Vid. eod. V.*
Beneficia litigioſa de Jurepatr. ſi intra quatuor Menſes a die eorum vacationis lis non terminetur, an poſſint hodie ab Ordinariis conferri? *Vid. V. Juſpatr. Laicale.*
De derogatione Juripatr. ex cauſa Beneficii litigioſi. *Vid. V. Juſpatr. quoad derogationem ex cauſa Beneficii litigioſi.*
Beneficium litigioſum, an poſſit uniri Seminario? *Vid. Verb. Seminarium quoad unionem Beneficiorum.*
Beneficia litigioſa, an, & quando alterius favore reſignari poſſint? *Vid. V. Reſignatio quoad Beneficia, quæ reſignari poſſunt.*
Vid. V. Lis.

Beneficia manualia.

Beneficia amovibilia, & manualia nulli ſubjacent reſervationi Apoſtolicæ. T. 2 p. 20. n. 7. 10. & 11.
Et nec reſervationi ex vacatione *apud Sedem.* T. 1. p. 71. n. 316. p. 311. n. 21. p. 313. n. 51.
Redditur ratio, ne alias proviſus a Papa, ab inferiori deſtituatur. T. 1. p. 71. n. 317. & 318. p. 311. n. 23. T. 2. p. 20. n. 7. 10. & 11.
Spectant tamen ad Sedis Apoſtolicæ diſpoſitionem, quando ſunt affecta per appoſitionem Manus Papæ, quia Beneficia etiam manualia cadunt ſub affectione. T. 1. p. 18. n. 107.
Et

Et ſic ſpectant ad Papæ collationem, ſi vacent *juxta Decretum*, per reſignationem, per ceſſationem Commendæ &c. T. 1. p. 28. n. 107.
Vid. V. Affectio. V. Beneficia Regularia manualia. V. Beneficia Regularia quoad ſtatum.

Ex Jure Gallicano Beneficia manualia non ſubjacent Indultis Conſiliariorum, nec Nominationibus Regis. T. 2. p. 20. n. 8.

Beneficia manualia ſunt etiam Beneficia Eccleſiaſtica, quia manualitas naturæ Beneficii non adverſatur. *ibidem* numer. 9.

Intellige, dummodo ſint erecta auctoritate Ordinarii. T. 2. p. 352. n. 65.

Beneficia manualia, accedente conſenſu intereſſe habentium, poſſunt a Papa ad vitam conferri. Tom. 2. p. 20. n. 12.

Et refertur exemplum proviſionis Apoſtolicæ Beneficii manualis ad vitam obtinentis. *ibid.* n. 14.

Sed ſuccedente poſtmodum vacatione, revertuntur ad priſtinam naturam. *ibid.* n. 13.

Beneficia manualia, & amovibilia ſunt exprimenda in impetratione Beneficii perpetui. T. 2. p. 72. n. 14.

Beneficia manualia poſſunt conſuetudine, vel præſcriptione fieri perpetua. *ibid.* n. 15.

Et ex collationibus de Beneficio expletis in titulum perpetuum excluditur manualitas. *ibid.* n. 18.

Etſi alicui reſervationi ſint obnoxia, ſpectant ad Sedis Apoſtolicæ proviſionem. T. 1. p. 312. n. 29.

Maxime, ſi concurrat ultimus ſtatus pro Beneficio collativo. *ibid.* n. 30.

Beneficium manuale non eſt titulus ſufficiens pro Sac. Ordinatione. T. 2. p. 352. n. 60. p. 404. n. 33.

Et, an inducat ſubjectionem ad effectum, ut poſſit quis ordinari ab Epiſcopo in cujus Diœceſi ſitum illud reperitur? *Vid. V. Ordinarius ratione Beneficii.*

Beneficium manuale poteſt eſſe Titulus ſufficiens pro S. Ordinatione, ſi ſit de Jurepatr. & accedat conſenſus Patronorum de non removendo Beneficiatum. *Vid. V. Ordo Sac. quoad Titulum.*
Vid. V. Cappellania.

Beneficia Monocularia.

Beneficia Monocularia ſubjacent reſervationi Regulæ IX. T. 1. p. 31. n. 13.

Beneficium Monoculare, quod ſit prima Dignitas in Cathedrali, an ſubjaceat Reſervationi Regulæ IV. *Vid. V. Regul. IV. quoad Reſervationem Dignitatum poſt Pontificalem Majorum in Cathedralibus.*

Beneficia Patrimonialia, ſeu certo perſonarum generi debita.

Beneficia Patrimonialia, an ſubjaceant reſervationi ex vacatione *apud Sedem*? T. 1. p. 71. n. 316.

Et an, ac quomodo ſint obnoxia Reſervationi Regulæ IX? *Vid. V. Regula IX. quoad Beneficia, quæ illius Reſervationi ſubjacent.*

Indulta diſponendi de Beneficiis reſervatis favore filiorum Patrimonialium, aut certi generis Perſonarum &c. an ſubjaceant revocationi Regulæ IX. & Regulæ XV? *Vid. V. Regula IX. quoad derogationem Indultis conferendi Beneficia reſervata. V. Regula XV.*

Indultum a Clemente VIII. conceſſum filiis Patrimonialibus Diœceſis Calagaritanæ, quod Beneficia inibi exiſtentia eorum favore conferri debeant, non comprehenditur ſub revocatione Regulæ IX. T. 2. p. 112. n. 46.
Vid. V. Beneficia quoad prælationem.

Exiſtentibus in eadem Eccleſia pluribus Beneficiis, quorum dos ex finitimorum locorum Decimis conſtituitur, mandarunt aliquando Pontifices Beneficia præfata dividi, & non aliis, quam locorum eorumdem Incolis pro rata Decimarum conferri. T. 2. p. 214. n. 125.

Beneficia Civibus alicujus loci debita, an aſſequi poſſint ab Exteris in Cives a Magiſtratu illius loci adlectos? *Vid. V. Beneficia Urbis. V. Cives ex Privilegio.*

Secularium Principum Conſtitutiones mandantes Beneficia conferri non poſſe, niſi ſolis indigenis, nullæ prorſus, & irritæ ſunt. T. 2. p. 213. n. 123. & ſeqq.

Referuntur exempla nonnullorum Pontificum, qui Conſtitutiones præfatas acriter improbarunt. *ibid.* n. 124.

Privilegia, quibus gaudent Nationes quamplures, quod Beneficia in earum Provinciis, & Regnis exiſtentia, ſolis indigenis conferantur, ex Apoſtolicæ Sedis benignitate profluxerunt. *ibid.* n. 125.

Ex ſine Apoſtolico Indulto excluſio Exterorum a Beneficiis præfatis, nullatenus ſuſtinetur. T. 2. p. 214. n. 126.

Explicatur *Covarruvias* aſſerens ſanctiſſimum fore, quod Beneficia ſaltem Curata, efficerentur Patrimonialia, non conferenda niſi Civibus, aut oriundis. Tom. 2. p. 214. n. 127. & 129.

Concilii Tridentini PP. nihil decernere placuit ſuper Poſtulato Gallorum, *ne ſecundum antiquos Canones Sacerdotia darentur Exteris.* *ibid.* n. 128.

Enumerantur quamplurima Privilegia a Sede Apoſtolica elargita, ne Beneficia alicujus Regni, Civitatis, aut loci, aliis, quam Regnicolis, Civibus, & originariis conferantur. *ibid.* n. 130. 131. & ſeqq.

Et de Privilegio a Leone X. conceſſo Populo Romano, quod Beneficia in Urbe, & Diſtrictu exiſtentia, non aliis, quam Civibus Romanis conferri, ſeu commendari debeant? *ibid.* n. 139.

Et, an appellatione *Civium Romanorum* veniant etiam Exteri Civitate donati a Conſervatoribus Urbis? *Vid. V. Beneficia Urbis. V. Cives ex Privilegio.*

Privilegia præfata non comprehendunt Beneficia reſervata; ſed Pontifex de illis libere diſponere poteſt. T. 2. p. 218. n. 184.

Et, in ſuppoſito, quod Beneficia reſervata comprehendant, an ſubjaceant revocationibus contentis in Regulis XI. & XV. *Vid. V. Regula XI. quoad derogationem Indultis conferendi Beneficia reſervata. V. Regula XV*

Ex Indulto SSmi D. N. BENEDICTI XVI. Beneficia omnia tam ſimplicia, quam reſidentialia, nec non Abbatiæ, & Epiſcopatus Regni Neapolitani ad liberam Sedis Apoſtolicæ collationem ſpectantia, ſolis Regni naturalibus conferri debent. T. 2. p. 125. †

Beneficia quoad Permutationem.

Vid. V. Permutatio.

Beneficia quoad Prælationem.

De pluribus in pari Data proviſis de eodem Beneficio a Papa, in quibus circumſtantiis unus alteri in illius aſſequutione præferri debeat? *Vid. V. Regula XVII.*

Concurrentibus ſuper proviſione Beneficii duplici Pontificis Signatura, altera per *Fiat*, altera per *Conceſſum*, præferri debet proviſus de illo per Signaturam *Fiat*. *Vid. V. Regula XXXIV.*

Ex duobus æqualiter præſentatis, quis in aſſequutione Beneficii præferri, ſeu gratificari debeat? *Vid. V. Gratificatio.*

In Concurſu inter proviſos de eodem Beneficio a Papa, & Ordinario præferendus eſt in pari Data proviſus a Papa. T. 2. p. 208. n. 48.

Idem de proviſis in pari Data a Legato, & Ordinario; debetur enim prælatio proviſo a Legato. *ibid.* n. 49.

Limita, ſi proviſus ab Ordinario prævenerit in adipiſcenda poſſeſſione Beneficii. *ibid.* n. 50.

Vel fuerit ei antecedenter jus quæſitum, & datur exemplum. *ibid.* n. 51.

Naturalis unius Regni, vel Provinciæ debet in aſſequutione Beneficiorum illius Regni, vel Provinciæ in pari Data Exteris præferri. T. 2. p. 212. n. 110.

Intellige de congruentia, & æquitate, non autem de neceſſitate. T. 2. p. 213. n. 111.

Hinc proviſiones Beneficiorum alicujus Regni aliorum, quam indigenarum favore expletæ, rite ſubſiſtentur. *ibid.* num. 122.

Et principum Secularium Conſtitutiones Apoſtolico Privilegio deſtitutæ, quod Beneficia unius Regni, vel Provinciæ ſolis indigenis conferri debeant, irritæ ſunt. *Vid. V. Beneficia Patrimonialia, ſeu certo Perſonarum generi debita.*

Beneficia quoad privationem.

Pontifex poteſt, etiam ſine cauſa, Beneficiatum ſuo Beneficio privare. T. 2. p. 230. n. 76.

Contrarium. *ibid.* n. 83.

Prima Sententia procedit de rigore juris, ac abſoluta poteſtate, qua Pontifex gaudet in Beneficialibus, ſecunda de æquitate, & honeſtate. T. 2. p. 231. n. 93. & 94.

Papa licet poſſit, nunquam tamen Beneficiatos ſuis Beneficiis ſine cauſa privare ſolet. *ibid.* n. 96.

Et *Innocentius X.* dum Cardinalem *Aſtallium* Abbatiis, Beneficiis, & Penſionibus privavit, Cauſam expreſſit. *ibid.*

Sed ad effectum, quod Papa Beneficiatum ſuo Beneficio privet, non ſufficit quæcumque cauſa, ſed requiritur cauſa juſta, & legitima a jure approbata. T. 2. p. 230. num. 84.

Nec

Nec ſtatur aſſertioni Pontificis, quamvis *Motu proprio* coiſ-ſe ſuper concurſu legitimæ cauſæ. T. 2. p. 230. n. 85.

Beneficiatus, concurrente etiam legitima cauſa, privari nequit a Papa ſuo Beneficio abſque citatione, quæ declarationem privationis præcedat. T. 2. p. 231. n. 86.

Quamvis cauſa privationis ſit notoria, quia citatio eſt de jure naturali, & Divino, nec a Principe tolli poteſt. *ibid.* n. 89.

Maxime, ſi agatur de auferendo Beneficia Cardinalibus. *ibid.* n. 88.

Poteſt Epiſcopus proviſum a Papa de Beneficio ſeculari privare, ſuperveniente delicto. T. 3. p. 215. n. 37.

De privatione Beneficiorum ex cauſa Inſordeſcentiæ in Excommunicatione. *Vid. V. Inſordeſcentia.*

Beneficia vacantia per Sententiam privationis latam in Curia, an, & quando dicantur vacare in eadem Curia. *Vid. V. Beneficia quoad vacationem apud Sedem &c.*

Beneficia vacantia per privationem nedum in Curia, ſed ubilibet auctoritate Apoſtolica factam, ſunt Apoſtolicæ Sedi reſervata vigore *Extravag. ad Regim. Vid. V. Regula I. quoad II. Reſervationem contentam in Extravag. ad Regim.*

Requiritur tamen ad hunc effectum Sententia declaratoria Criminis, licet aliquando Pontifices juſtis ex cauſis ſine tali Sententia ad Beneficiorum privationem, eorumque reſervationem devenerunt. *Vid. eod. V.*

A Decreto privationis Beneficiorum ob turpem converſationem cum Mulieribus lato poſt præmiſſas debitas monitiones, non datur Appellatio ſuſpenſiva, ſed ad ſolum effectum devolutivum. T. 3. p. 184. n. 27.

De Impetrantibus Beneficia ob privationem. *Vid. V. Beneficia quoad impetrationem certo modo.*

Abſens a longo tempore, de cujus aut vita, aut morte Nuncius nunquam fuit habitus, an, & quomodo privari poſſit Beneficiis, eaque alteri conferri? *Vid. V. Abſens.*

Beneficia Regularia.

Beneficium eſſe Regulare ex quibus probetur? T. 1. p. 105. n. 48 & ſeqq.

Probatur eſſe Regulare ex collatione in Commendam de eo facta a Cardinali. T. 1. p. 306. n. 65.

Item ex ſententiis Rotalibus in judicatum tranſactis. T. 1. p. 305. n. 49.

Necnon ex antiquis enunciativis. *ibid.* n. 51.

Qualitas regularis leviores exigit probationes, quando agitur ad effectum juſtificationis Gratiæ; Concludentes vero ubi agitur de ipſo ſtatu Regulari. *ibid.* n. 50.

Cardinales, an poſſint vigore Indulti conferre Beneficia Regularia? *Vid. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*

Beneficia Regularia, maxime ſi Conventu carent, & ſint in Commendam dari ſolita, an poſſint uniri Seminario? *Vid. V. Seminarium, quoad unionem Beneficiorum.*

Beneficiorum unius Ordinis, vel Monaſterii, an ſint capaces Regulares, vel Monaci alterius Ordinis, aut Monaſterii? *Vid. V. Regularis unius Ordinis quoad Beneficia alterius Ordinis.*

Seculares, an & quomodo ſint capaces Beneficiorum Regularium? *Vid. V. Regulares quoad Beneficia ſecularia, & ſeculares quoad Regularia.*

Vid. V. Dignitas Regularis.

Beneficia Regularia exempta.

Beneficia Regularia exempta non ſunt de collatione Ordinariorum, ſed ſpectant ad Abbatis, vel Pontificis diſpoſitionem. T. 1. p. 204. n. 28. 32. & 38. & T. 2. p. 30. n. 110.

Et jus, quod Ordinario favet pro collatione omnium Beneficiorum ſuæ Diœceſis, percutit Beneficia Regularia non exempta, ſecus exempta. Tom. 1. p. 304. n. 38. & p. 305. n. 54.

Beneficium Regulare eſſe exemptum emergit ex eo, ſi non cadat ſub Alternativa ab Epiſcopo acceptata. T. 1. p. 305. num. 53.

Prioratus Ordinum S. Benedicti, S. Auguſtini, & S. Antonii de S. Antonio Viennen. ſunt exempti. *ibid.* n. 55. 56. & 57.

Vid. V. Dignitas Regularis.

Beneficia Regularia exempta, an conferri poſſint a Cardinalibus vigore eorum Indulti ordinarii? *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi, Beneficia reſervata.*

Beneficia Regularia manualia.

Beneficia Regularia manualia ſunt in duplici differentia, nam alia ſunt de Menſa, alia non. T. 2. p. 113. n. 52.

Sed in iis quæ ſunt de Menſa non datur vacatio, ſecus reſpectu eorum, quæ non ſunt de Menſa. T. 2. p. 113. n. 52.

Hujuſmodi generis Beneficia non ſubjacent Reſervationibus Apoſtolicis, & quare? *ibid.* n. 53. p. 60. n. 400.

Intellige de Beneficiis, quæ ſunt unita Menſæ unione extinctiva Tituli, ſecus ſi proprium Titulum, & proprios habeant reditus, quos Titulares jure proprio percipiunt, hæc enim Beneficia ſubjacent Reſervationibus. T. 2. p. 60. n. 401.

Beneficia regularia ſunt regulariter ad nutum Superioris amovibilia. T. 2. p. 30. n. 105. T. 3. p. 214. n. 1.

Et ab iis Beneficiarii per Superiores removeri poſſunt ad libitum, etiam ſine cauſa. T. 3. p. 214. n. 2.

Nec eorum reſpectu induci poteſt conſuetudo non removendi. *ibid.* n. 6.

Prior Regularis manualis poteſt a Superiore ſine cauſa amoveri. *ibid.* n. 3.

Petente Regulari a Papa Beneficium amovibile cum clauſula, -- *Quod ex ſolo nutu Abbatis amoveri non poſſit* -- Literæ cum dicta clauſula expediri non poſſunt, niſi Papa ponat in Signatura, *quod amoveri non poſſit. Vid. V. Regul. XXXIX.*

Et Regulari id petente inter clauſulas generales, expediri non debent Literæ, niſi Papa in Signatura dixerit -- *Fiat ut petitur* -- *Vid. eod. V.*

Papa poteſt concurrere cum Ordinario Regulari conferendo Beneficia regularia manualia per viam *deputationis ad vitam.* T. 1. p. 312. n. 37.

Referuntur exempla. *ibid.* n. 38. T. 3. p. 215. n. 21. 22. 23.

Raro tamen Pontifices Gratiam hanc indulgere ſolent. T. 3. p. 215. n. 20.

Sed, an expediat devenire ad hujuſmodi collationes per viam *deputationis ad vitam?* T. 1. p. 312. n. 39.

Præſertim in Beneficiis dependentibus a Præceptoria Generali S. Antonii de S. Antonio Viennen. in Regno Neapolitano? *Vid. V. Ordo S. Antonii de S. Antonio Viennen.*

Expleri debent Collationes Beneficiorum Manualium per viam deputationis ad vitam cum expreſſione manualitatis, & quare? T. 1. p. 312. n. 44. & 45.

Quemadmodum deputationes præfatæ fieri debent ſine præjudicio Abbatis in futuris vacationibus. Tom. 1. p. 313. n. 46.

Reaſſumit tamen Beneficium manuale priſtinam manualitatis naturam poſt obitum proviſi de eo a Papa ad vitam. *ibid.* n. 47. T. 3. p. 215. n. 24.

Papa conferendo Beneficium manuale jure devoluto ob negligentiam inferioris, illius ſtatum mutare non cenſetur, nec Pontificis collatio impedit, quominus Ordinarius Collator Beneficiatum removere poſſit. T. 3. p. 214. num. 11.

Expleta a Papa Beneficii manualis collatione jure Concurſus, ſed abſque ſcientia illius qualitatis, permiſſum eſt Superiori ſua uti facultate in removendo Proviſum Apoſtolicum. *ibid.* n. 12.

Reticentia tamen manualitatis non reddit Gratiam ſubreptitiam. Et redditur ratio. *ibid.* n. 14.

Si Papa ſciat Beneficium eſſe manuale, vel annale, & adhuc illud conferat, Proviſus removeri non poteſt per Superiorem. *ibid.* n. 15.

Contrarium, quod amoveri poſſit, niſi Papa contrarium præcipit, vel expreſſe, vel per verba æquipollentia. *ibid.* n. 16.

Papa, conferendo ſimpliciter Beneficium manuale, cenſetur conferre eo titulo, qui convenit Regulari, reſpectu nempe temporis Superiori bene viſi, non in titulum perpetuum. *ibid.* n. 17. & p. 215. n. 27.

Proviſus a Papa ad vitam de Beneficio Regulari manuali, a Superiore removeri non poteſt. *ibid.* n. 18.

Nec removeri poteſt a Superiore proviſus a Papa ex certa ſcientia de Beneficio manuali in Titulum perpetuum, & quare? T. 3. p. 215. n. 25. 26. & 27.

Similiter in facultate Superioris non eſt removere Secularem proviſum a Sede Apoſtolica de Beneficio Regulari, ſive in Titulum, ſive in Commendam. *ibid.* n. 28. & 30.

Regulares quomodo a Sede Apoſtolica diſpenſari ſoleant, ut in defectum Presbyterorum Secularium Parochiales obtinere valeant? *Remiſſive.* *ibid.* n. 32.

Manuale Beneficium, ſi a Papa conferatur tanquam reſervatum, ſuſpenditur virtus manualitatis, donec reſervatio conſumetur. *ibid.* n. 33.

In Beneficiis Regularibus manualibus, quæ ſunt electiva, confirmatio electionis a Pontifice facta ex certa ſcientia operatur, ut Beneficium evadat perpetuum, & electus amoveri non poſſit. *ibid.* n. 34.

Superior Regularis, quamvis non poſſit in certis caſibus removere proviſum a Papa de Beneficio manuali, non prohibetur tamen juridice contra illum procedere ad privationem,

ſionem, ſi delictum privatione dignum perpetraverit. *ibid.* n. 36.
Vid. V. Beneficia manualia. V. Dignitas Regularis.

Beneficia Regularia perpetua.

Beneficia omnia Regularia, licet in dubio ſint manualia, poſſunt tamen eſſe perpetua. T. 2. p. 302. n. 15. & T. 2. p. 30. n. 105.
Et hujuſmodi Beneficia Regularia perpetua ſubjacent Reſervationi Regulæ IX. aliiſque Apoſtolicis Reſervationibus. *Vid. V. Regula IV. & V. Regula IX.*
Et, an ſubjaceant reſervationi ex vacatione apud Sedem? *Vid. V. Regula I. quoad primam Reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.*
Beneficium Regulare dicitur perpetuum quando confertur ad electionem Capituli cum Superioris confirmatione. T. 2. p. 30. n. 106. T. 3. p. 215. n. 35.
Vel, ſi ſcienter a Papa Clerico Seculari commendetur. T. 2. p. 30. n. 107.
Juſta aliqua concurrente cauſa, etiam Priores, qui eliguntur a Monachis, & confirmantur a Superioribus removeri poſſunt. T. 3. p. 214. n. 4.
Quamvis cauſa non ſit graviſſima, nec de illis propter quas ſit locus privationi de jure. Et redditur ratio. *ibid.* num. 5.
Seculariſata Eccleſia Regulari, Beneficia manualia in ea exiſtentia efficiuntur perpetua, & ſubjacent Reſervationibus Apoſtolicis. T. 2. p. 30. n. 111.
Amplia, etiamſi in Bulla ſeculariſationis præſerventur Privilegia Eccleſiæ Regulari antea competentia. *ibidem* numer. 112.
Limita, ſi in limine ſeculariſationis fuerit conceſſum Indultum Apoſtolicum excluſivum Reſervationum. *ibid.* n. 113.
Beneficia regularia ſeculariſata cum clauſula, *quod eorum vacatione quomodocumque eveniente proviſio ſpectet ad Papam*, adhuc conferri poſſunt ab Ordinariis ſi vacent in eorum Menſibus. *ibid.* n. 114.
Contrarium eſt verius. T. 2. p. 31. n. 115. & 120.
Ex reſervatione perpetua dictorum Beneficiorum nulla fit injuria Ordinariis, & aſſignatur ratio. *ibid.* n. 117.
Beneficia regularia ſeculariſata, & perpetuo Sedi Apoſtolicæ reſervata, Cardinales vigore Indulti conferre non poſſunt. *ibid.* num. 121.
Vid. V. Dignitas Regularis.

Beneficia Regularia quoad ſtatum.

Beneficiorum Regularium ſtatus non cenſetur immutatus, niſi per proviſiones expletas in titulum perpetuum, continuatas bona fide ſpatio quadraginta annorum, & emanatas a Pontifice poteſtatem habente immutandi naturam Beneficiorum. Tom. 1. p. 305. n. 51. & 60. p. 311. n. 23. T. 3. p. 286. n. 214. & 215.
Et conſtare debet de expreſſa Pontificis voluntate circa mutationem. T. 1. p. 312. n. 35.
Nam in dubio proviſiones Apoſtolicæ, maxime ex cauſa Reſignationis, non immutant ſtatum Beneficiorum. T. 1. p. 306. n. 61. p. 312. n. 34.
Papa derogando Regularitati pro una vice, cenſetur illam pro futuris temporibus præſervare voluiſſe. T. 1. p. 306. n. 64.
Ordinarii facultatem non habent mutandi ſtatum Beneficiorum de Regularibus in ſeculares. *ibid.* n. 66.
Mutato ſtatu Beneficii Regularis in ſecularem, novus ſtatus non reducitur ad primævum, niſi per aliam quadragenariam præſcriptionem. T. 3. p. 286. n. 216.
Amplia, etiam in Commendis, nam conceſſo Beneficio Regulari in Commendam per 40. annos Clericis ſecularibus, ita firmatur ſtatus Commendæ, ut nequeat tolli, niſi per aliam quadragenariam præſcriptionem. *ibidem* num. 217.
Contrarium, quia Commenda non mutat, neque imprimit ſtatum aliquem fixum. *ibid.* n. 218.
Explicatur Text. *in Cap. cum de Beneficio De Præben. in 6.* *ibid.* n. 219.
Necnon Deciſio 626. *coram Molines.* *ibid.* n. 220.

Beneficia quoad reſervationes Apoſtolicas.

Vid. V. Reſervationes Apoſtolicæ.

Beneficia reſervata.

Ex collatione Beneficii reſervati expleta ab Ordinario; an oriatur Titulus coloratus ad effectum Regulæ de triennali? *Vid. V. Regula XXXVI. V. Titulus coloratus.*
Proviſus ab Ordinario de Beneficio reſervato, an dicatur intruſus ad effectum, ut excluſus remaneat a favore Gratioſæ ſubrogationis? *Vid. V. Regula XXIX. V. Intruſio, Intruſus.*
Ordinarii conferendo Beneficia reſervata, an privati remaneant Jure conferendi? *Vid. V. Beneficia quoad Collationem.*
Et an privati remaneant Alternativa Menſium? *Vid. V. Alternativa.*
Proviſus ab Ordinario de Beneficio reſervato, non redditur inhabilis ad illud poſtea de novo aſſequendum, & ſuos facit fructus bona fide perceptos. Tom. 3. p. 66. n. 29.
De Indultis Apoſtolicis inferioribus elargitis conferendi, nominandi, aut eligendi ad Beneficia reſervata. *Vid. Verb. Indultum. V. Germania. V. Germaniæ Concordata.*
Vid. V. Reſervationes Apoſtolicæ.

Beneficia quoad Reſidentiam.

Vid. V. Beneficia quoad incompatibilitatem, & pluralitatem. V. Reſidentia.

Beneficia quoad Reſignationem ſimplicem.

Vid. V. Reſignatio ſimplex.

Beneficia quoad Reſignationem ad favorem.

Vid. V. Reſignatio ad favorem.

Beneficia Secularia quoad ſtatum.

Ordinarii mutare non poſſunt Beneficiorum ſtatum de perpetuo in manualem, & e contra. T. 1. p. 311. n. 32.
Nec de ſeculari in Regularem. T. 1. p. 306. n. 66.
Beneficii ſtatus nunquam mutatus cenſetur, niſi conſtet de voluntate Pontificis, qui poteſtatem habet illum mutandi. T. 3. p. 214. n. 9. 13. & 17.
Et de hac voluntate conſtare non dicitur niſi Papa id expreſſe declaret. *ibid.* n. 10.
Proviſiones Apoſtolicæ, licet non mutent Beneficii ſtatum, illum tamen declarant. T. 2. p. 37. n. 191.
Vid. V. Beneficia Regularia quoad ſtatum.

Beneficia Secularia quoad ultimum ſtatum.

Ultimus ſtatus Beneficii non attenditur, conſtito de antecedenti ſtatu contrario per rem judicatam canonizato. T. 1. p. 304. n. 45. p. 306. n. 68.
Itidem, nec quando Proviſio efformans ultimum ſtatum eſt ipſo jure nulla, niſi concurrat bona fides ſpatio quadraginta annorum continuata. Tom. 1. p. 307. n. 70.
Ultimus ſtatus non ſuffragatur, quando non agitur inter proviſos ſuper validitate Proviſionis, ſed circa ſtatum Beneficii, & pertinentiam Collationis inter Papam, & Ordinarium Collatorem. *ibid.* num. 71.
Ultimus ſtatus ſuffragatur ſolum quoad poſſeſſionem conferendi, non reſpectu qualitatis Beneficii, quoties hæc ex præcedentibus ſtatibus reſultat. T. 4. p. 85. n. 27.
Vid. V. Beneficia Regularia quoad ſtatum.
Ultimus ſtatus in poſſeſſorio judicio executionis Literarum Apoſtolicarum ſufficit ad excludendam reſervationem, niſi evidenter contrarium in continenti probetur. T. 2. p. 38. num. 192.

Beneficia quoad Titulum Sac. Ordinationis.

Vid. V. Ordo Sac. quoad Titulum.

Beneficia quoad vacationem.

Per aſſumptionem ad Pontificatum, an vacent Epiſcopatus, & Beneficia, quæ Cardinalis electus obtinebat? *Vid. V. Papa.*
Et an ceſſent Penſiones, quas Pontifex in ſtatu Cardinalitio exigebat? *Vid. V. Penſio.*
Per promotionem ad Cardinalatum, an, & quæ Beneficia per promotum obtenta vacent? *Vid. V. Cardinalatus.*
Per Promotionem ad Eccleſias Epiſcopales, & Abbatiales, an vacent Beneficia per promotos obtenta. *Vid. V. Regula I. quoad VII. Reſervationem contenta in Extravag. ad Regimen.*
Et de Indulto retentionis eorumdem Beneficiorum iis concedi ſolito? *Vid. eod. V.*
An eorumdem Beneficiorum vacatio ſequatur per Promotionem

Digitized by Google

tionem ad Epiſcopatum Titularem? *Vid. V. Epiſcopus Titularis.*
Et quid ſi Epiſcopus ipſe Titularis deputetur in Suffraganeum. *Vid. V. Suffraganeus.*
De vacatione Beneficiorum reſidentialium ob Coadjutoriam. *Vid. V. Coadjutoria. V. Germania.*
De vacatione Beneficiorum per aſſequutionem aliorum incompatibilium, quæ Apoſtolica auctoritate, conferuntur eorumque Reſervatione. *Vid. V. Beneficia quoad incompatibilitatem, & pluralitatem. V. Regula I. quoad VIII. Reſervat. contentam in Extravag. ad Regim.*
Et de Apoſtolica diſpenſatione retinendi duo incompatibilia. *Vid. V. Beneficia quoad incompatibilitatem, & pluralitatem. V. Germania.*
De vacatione Beneficiorum incompatibilium ob eorum retentionem. *Vid. V. Regula I. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium per Extravag. Execrabilis.*
De vacatione Beneficiorum ob ingreſſum in Religionem. *Vid. V. Novitius. V. Profeſſio Regularis.*

Beneficia quoad vacationem apud Sedem, intra duas Dietas, & in Curia.

De Reſervatione Beneficiorum, quæ etiam electiva ſint, ſi contingat ea vacare *apud Sedem*, intra duas Dietas, & in Curia? *Vid. V. Curia Romana. V. Regula I. quoad I. V. & VI. Reſervationem contentam in Extravag. ad Regim. V. Regula VI. V. Reſervatio clauſa in corpore juris.*
Ac de Indultis Apoſtolicis eadem Beneficia conferendi, vel ad ea eligendi? *Vid. V. Regula I. quoad I. Reſervationem contentam in Extravag. ad Regim. V. Germania. V. Germaniæ Concordata.*
Beneficia Urbis quomodo *apud Sedem* vacare dicuntur? *Vid. V. Beneficia Urbis.*
De derogatione Jurispatr. Laicali ob vacationem Beneficii *apud Sedem*, vel intra duas Dietas? *Vid. V. Juſpat. quoad derogationem ex cauſa vacationis Beneficii apud Sedem.*
Et de Indultis Apoſtolicis, quod eidem Jurispatr. Beneficio *apud Sedem*, vel intra duas Dietas vacante, derogari non poſſit? *Vid. eod. V.*
Cardinales, maxime Pontificum Nepotes, an poſſint vigore Indulti conferre Beneficia *apud Sedem*, & *in Curia* vacantia? *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata. V. Cardinales Nepotes.*
Beneficia *apud Sedem* vacantia, ſi Pontifex de illis infra Menſem a die notæ eorum vacationis non diſponat, an conferri poſſint ab Ordinariis vigore *Cap. Statutum de Præben. in 6.* & an dictæ Decretalis cenſura ſit correcta. *Vid. V. Beneficia quoad collationem.*
De facultate Ordinariorum conferendi Parochiales *apud Sedem* tempore vacationis ejuſdem Sedis vacantia? *Vid. V. Parochiales ex vacatione apud Sedem, aut alias reſervatæ.*
Beneficia inferiora Urbis ad Collationem Capitulorum ſpectantia, ſi vacent intra duas Dietas in Menſe Apoſtolicæ Sedi reſervato, an ſubjaceant reſervationi Regulæ IX. *Vid. V. Regul. IX. quoad exceptiones in ea poſitas.*
Beneficium vacare *apud Sedem*, idem eſt ac vacare *in Curia.* T. 1. p. 44. n. 32.
Ideoque narrativa vacationis Beneficii *apud Sedem* dicitur probata, eo ipſo quod oſtenditur Beneficium vacare vigore Decreti *de dimittendo* a Pontifice appoſiti. T. 1. p. 45. n. 36.
Sed proprie vacatio Beneficii *apud Sedem* eſt illa, quæ contingit per obitum naturalem Beneficiarii apud eamdem, vel in locis intra duas Dietas exiſtentibus, etiam de ſtylo Datariæ. *ibid.* n. 34. & 36. p. 74. n. 360.
Hæcque vacatio inducit unicam, & ſolam reſervationem clauſam in corpore juris. T. 1. p. 45. n. 35. p. 75. n. 355. p. 76. n. 360. T. 3. p. 169. n. 136.
Vid. V. Reſervatio in corpore juris clauſa.
Et Beneficium dicitur vacare *apud Sedem* per obitum naturalem Beneficiarii in ea, ſive ipſe Curialis fuerit, ſive non. T. 1. p. 49. n. 88.
Vacatio *in Curia* ea dicitur, quæ ſequitur per actum, qui expletur in Curia, quamvis Beneficiatus extra Curiam decedat. T. 1. p. 45. n. 37. & 38.
Omnia Beneficia, quæ per obitum naturalem Beneficiarii *apud Sedem* vacant, dicuntur vacare *in Curia*, ſed non omnia, quæ vacant *in Curia*, dicuntur vacare *apud Sedem.* *ibid.* n. 38. 41. 48. & 50. p. 48. n. 77.
Vacatio *apud Sedem*, & vacatio *in Curia* differunt tanquam genus, & ſpecies, nam vacatio in Curia eſt genus complectens duplicem vacationis ſpeciem, eam nempe, quæ ſequitur per mortem naturalem Beneficiarii, & alteram per mortem civilem. T. 1. p. 45. n. 39. p. 48. n. 80.
Beneficia vacantia intra duas Dietas, an, & quomodo vaſiganti *in Reg. Cancellariæ.* Tom. IV.
care dicantur *in Romana Curia*, & an Diſtrictus intra duas Dietas dici poſſit Curia Romana? *Vid. V. Curia Romana.*
Beneficia, quæ vacant per Promotionem, Reſignationem, aut per alium actum in Curia expletum, dicuntur improprie, & lato modo vacare *apud Sedem.* T. 1. p. 45. n. 43. & 46. p. 48. n. 83. p. 132. n. 190.
Proprie tamen vacare dicuntur *in Curia.* T. 1. p. 45. n. 49. p. 26. n. 56 p. 48. n. 83. p. 136. n. 189.
Et per *Extravag. ad Regim.* reſervantur Beneficia *apud Sedem* vacantia, nedum per mortem naturalem, ſed etiam civilem. Et aſſignatur ratio. T. 1. p. 45. n 45.
Vacat in *Curia* Beneficium, ſi poſt acceptatam a Papa illius Reſignationem, Reſignatarius decedat. *ibid.* n. 51.
Nec non Beneficium, quod vacat vigore Decreti *de dimittendo* a Papa adjecti in proviſione alterius Beneficii incompatibilis. *ibid.* n. 53. T. 3. p. 169. n. 138. p. 171. n. 164.
Illud tamen non eſt reſervatum reſervatione clauſa in corpore Juris. T. 3. p. 169. n. 137.
Maxime, ſi Decretum ſit conceptum per verba, quod Beneficium vacet *eo ipſo*, & quod nemo alius præter Papam de eo diſponere poſſit. T. 1. p. 46. n. 54.
Per contractum Matrimonii in Curia ſequuti, Beneficium in ea vacare dicitur. T. 1. p. 52. n. 60.
Beneficia vacantia juxta Decretum, per Reſignationem, & per contractum Matrimonii in Urbe ſequuti, expediuntur de ſtylo Datariæ cum expreſſione vacationis *apud Sedem.* T. 1. p. 45. n. 47. & p. 46 n. 57.
In Curia vacare dicuntur Beneficia per Profeſſionem in ea emiſſam. T. 1. p 46. n. 61.
Quemadmodum, & Beneficia, quorum retentio Promoto ad Prælaturam poſt promotionem conceſſa fuerunt, quamvis Promotus in partibus decedat. Tom. 1. pag 138. n. 221.
Nec non Beneficia, quæ vacant ob non factam publicationem Literarum Reſignationis juxta formam Conſtit. Gregorii XIII. T. 1. p. 46. n. 52. T. 2. p. 256. n. 253.
Hæc tamen Beneficia conferri non poſſunt a Cardinali vigore Indulti, quod eſt reſtrictum ad Beneficia vacantia extra Curiam. T. 2. p. 256. n. 254.
Beneficia vacantia per Sententiam privationis latam in Curia, dicuntur in ipſa *Curia* vacare. T. 1. p. 46. n. 62.
Intellige, quando privatio reſultat ex actu poſitivo, nempe ob Crimen perpetratum &c. ſecus ſi ex actu negativo, veluti ob non reſidentiam, ob non promotionem ad Ordines &c. nam tunc Beneficium vacat in loco, ubi adeſt Perſona. *ibid.* n. 63.
Et quid, ſi Sententia lata in Curia inducat privationem Beneficii non directe, ſed in conſequentiam? *ibid.* numer. 64. 25.
Beneficia Hæreticorum, an dicantur vacare in Curia, in qua lata fuit Sententia de lata ſententia delicti, vel potius in partibus, ubi fuit commiſſum delictum? *ibid.* n. 66.
Vid. V. Hæreticus
Beneficia per Cancellariæ Regulas, & Conſtitutiones Apoſtolicas reſervata, licet extra Curiam vacantia, dicuntur etiam vacare *in Curia.* T. 1. p. 47. n. 74.
Intellige, ſi dicta Beneficia obtineant ii, qui ſunt addicti Curiæ tanquam pars illius, ut ſunt Officiales, & Commenſales Papæ, ſecus ſi alii nullam cum Curia nexum habentes. *ibid.* n. 75.
Reſervatio Beneficii differt ab illius vacatione *in Curia.* T. 1. p. 138. n. 210.
Beneficia per obitum civilem Beneficiarii in Curia, dicuntur in ea vacare, ſive ipſe Curialis fuerit, ſive non. T. 1. p. 49. n. 88.
Si quis in loco Curiæ vicino moriatur civiliter, nempe ſi Uxorem ducat, Profeſſionem emittat, Beneficio renunciet &c. adhuc Beneficium dicitur vacare in Curia. *ibid.* n. 93.
Recedente Papa ab Urbe, dicuntur vacare *in Curia* tam Beneficia, quæ vacant Romæ, quam ea, quæ vacant in loco, in quo Papa moratur. *ibid.* n. 95. 97.
Beneficium auctoritate Papæ, etiam in Menſe ordinario ab Ordinario erectum, dicitur prima vice vacare in Curia, & ad Papæ collationem ſpectat. Tom. 2. pag. 31. n. 128.
Vid. V. Beneficia quoad collationem.
Et, an conferri poſſit a Cardinali vigore Indulti. *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
Vacatio in Curia non cenſetur contumpta, ſi Abſens cui collatum fuit Beneficium, quod in Curia vacaverat antequam collationi conſenſerit, moriatur. Tom. 1. p. 49. n. 94.
Plura Vid. V. Curia Romana.

Beneficia quoad vacationem per contractum Matrimonii.

Per contractum Matrimonii vacant Beneficia. T. 4. p. 91. n. 1. & 3.
Et de origine dictæ vacationis? ibid. n. 4.
Beneficia per contractum Matrimonii vacant *ipſo jure*, nec requiritur ſententia privatoria. Et redduntur rationes. ibid. n. 5. 6. 7. & p. 96. n. 82.
Contrarium, quod neceſſaria ſit Sententia præfata. T. 4. p. 91. n. 6.
Sed fœdere diſtinctionis utraque opinio conciliatur. ibidem num. 7.
Beneficiatus in poſſeſſione Beneficii manuteneri debet, ſi de Matrimonio per ipſum contracto evidenter non conſtet. ibid. n. 8.
Renunciatio, & permutatio Beneficii expleta poſt contractum Matrimonium, nulla eſt, & de ratione? T. 4. p. 91. n. 9.
Amplia, quamvis ſequuta fuerit vigore Mandati Procuræ ad reſignandum exarati ante contractum Matrimonium. ibid. p. 10.
Beneficia obtenta per eum, qui Matrimonium contraxit, ſtatim tanquam vacantia impetrari poſſunt. T. 4. p. 92. num. 16.
Et a puncto contracti Matrimonii non facit ille amplius fructus ſuos. ibid. n. 17.
Sed ex gratia mandavit Sac. Congr. Concilii fructus reſtitui a die motæ litis a Cappellano, qui bona fide retinuit poſt Matrimonium Cappellaniam, quam exiſtimabat incompatibilem non eſſe ex lege fundationis eum Matrimonio. ibid. n. 18.
Beneficia vacant per contractum Matrimonii, etiamſi iſtud conſumatum non fuerit. ibid. n. 19.
Redditur ratio, quia conſenſus, & non carnalis commixtio Matrimonium facit. ibid.
Et quamvis copula non ſequuta, Uxor Religionem ingreſſa fuerit. ibid. n. 20.
Beneficia per contractum Matrimonii, quod ſit nullum ex defectu conſenſus, non vacant. ibid. n. 21.
Amplia, etiamſi conſenſus deficiat ex parte Mulieris, quia nempe ſit impubes, amens, aut furioſa. ibid. n. 22.
Secus, ſi vi, & metu cadente in conſtantem Virum inducta ſit ad contrahendum: & aſſignatur diſcriminis ratio. ibid. n. 23.
Et hoc caſu vacant Beneficia, ſive ſcienter, ſive ignoranter Beneficiatus Matrimonium contraxerit. Tom. 4. p. 93. n. 24.
Quemadmodum vacant Beneficia, ſi Fœmina ſit proxima pubertati. ibid. n. 25.
Beneficia vacantia per contractum Matrimonii, etiam nulli, præterquam ex defectu conſenſus, ſequuti in Menſe Apoſtolico, ſunt Pontifici reſervata, etiam in terminis Concordatorum Germaniæ. T. 2. p. 59. n. 387. 388. 389.
Non vacant *ipſo jure* Beneficia per contractum Matrimonii, quod ſit nullum non ex defectu conſenſus, ſed ex impedimento aliquo conſanguinitatis, vel affinitatis, aut ob non ſervatam formam a Concilio præſcriptam, ſed requiritur ſententia privationis. T. 4. p. 93. n. 26. & 28.
Et ſive ſcienter, ſive ignoranter ſit contractum Matrimonium. ibid. n. 27.
Contrarium, quod in ſupradictis caſibus vacent Beneficia *ipſo jure* abſque ſententia privatoria. ibidem num. 29. & 31.
Sicque reſolutum a Sac. Congregatione Concilii. ibidem n. 30.
Nec dictis caſibus poterit Beneficium reſignari. ibid.
Conciliatur utraque opinio, ut prima procedat, ſi Matrimonium ſit contractum a Conſanguineis in gradu moraliter non diſpenſabili, ſecunda, ſi gradus ſit moraliter diſpanſabilis. ibid. n. 32.
Sed rejicitur diſtinctio hæc, & quare? ibid. n. 34.
In caſibus ſupradictis, licet non requiratur ſententia privatoria, requiritur tamen declaratoria facti. ibidem numer. 37.
Redditur ratio, quia neceſſaria ſemper eſt declaratoria ad effectum, ut incurrantur pœnæ etiam *ipſo jure* ſtatutæ. ibid. n. 38.
Limita, ſi agatur de facto notorio, quod nulla tergiverſatione velari poſſit. T. 4. p. 94. n. 45.
Et lata ſententia declaratoria, ſit retrotractio ad tempus Matrimonii. ibid. n. 39.
Hine, ſi medio tempore poſt Matrimonium contractum, & ante ſententiam declaratoriam, ſit renunciatum Beneficio, renunciatio non ſubſiſtet. ibid. n. 41.
Beneficia, ut vacent per Matrimonium, requiritur, quod illud ſit per verba de præſenti contractum, nec ſufficiunt Sponſalia. Tom. 4. pag. 94. num. 42.
Hinc per Matrimonium inter Impuberes contractum, non vacant Beneficia, quia Matrimonium illud reſolvitur in Sponſalia. ibid. n. 43.
Et ſat eſt, quod Beneficiatus habeat Matrimonium pro contracto per verba de præſenti, quamvis ſuper illius validitate lis adhuc pendeat indeciſa. ibid. n. 44.
Exemplo Penſionis, quæ extincta remanet, quamvis lis adſit ſuper Matrimonio. *Vid. V. Penſio quoad extinctionem.*
Beneficia non vacant *ipſo jure* per Matrimonium contractum a Beneficiato in Sacris conſtituto. & de ratione? T. 4. p. 93. n. 33. & 36. p. 94. n. 48.
Sed illis privari debet per ſententiam. T. 4. p. 94. n. 48.
Per contractum Matrimonii non vacant Cappellaniæ mere Laicales, ſeu Legata Pia. ibid. n. 54.
Et poſſunt ea retineri, etiam ab Infantibus, & Mulieribus. ibid.
Limita, ſi concurrat mens Fundatoris, ſive expreſſa, ſive tacita, quod Cappellania Laicalis, ſeu Legatum Pium a Clerico tantummodo poſſideatur, quo caſu vacant per contractum Matrimonii, ſicut Beneficia. ibid. n. 55.
Nulla adeſt repugnantia, quod Cappellania diverſis reſpectibus ſit Laicalis, & Eccleſiaſtica. T. 4. p. 95. n. 56.
Ex quo Teſtator in erectione Cappellaniæ mere Laicalis mandavit -- *Che il Cappellano ſia tenuto celebrare, o far celebrare le Meſſe &c.* -- cenſetur noluiſſe, quod ab Uxoratum retineri poſſit. ibid. n. 57.
Et ea facultate celebrandi per alium, ſolum infertur, quod Cappellanus non debeat eſſe actu Sacerdos, vel ſi talis ſit, poſſit per alium celebrare, non quod illius capax ſit Laicus. ibid. n. 58.
Uxoratos, Mulieres, & Pueros capaces non eſſe obtinendi Cappellaniam mere Laicalem inſtitutam -- *Excluſo ſemper. & in omni caſu Superiore Eccleſiaſtico, ac injuncto onere Cappellano, quod teneatur celebrare, vel celebre facere &c.* -- cenſuit Sac. Congregatio Concilii. ibidem n. 59.
Quemadmodum vacaſſe per contractum Matrimonii cenſuit eadem Sac. Congregatio Cappellaniam erectam ad nutum Communitatis amovibilem, ſed cum onere Cappellanis celebrandi Miſſas. ibid. n. 60.
Necnon Cappellaniam erectam cum declaratione -- *Che la Cappellania debba reputarſi, & eſſere mero, e puro Beneficio laicale, e non Beneficio Eccleſiaſtico.* ibid. n. 61.
Lege fundationis caveri poteſt, quod Beneficium Eccleſiaſticum per contractum Matrimonii non vacet. ibid. n. 62.
Sed lex iſta indiget approbatione Pontificia. ibid. n. 63.
Nec ſufficit, quod ab Ordinario approbetur. ibid. n. 64.
Sacra Congregatio Concilii, nec in limine fundationis approbare ſolet legem, quod Beneficium Eccleſiaſticum retineri poſſit a Conjugato ſpirituali titulo Beneficii. ibid. n. 65.
Indulget tamen, quod retineri poſſit titulo laicalis adminiſtrationis, cum facultate percipiendi fructus, & ſatisfaciendi per alium oneribus Miſſarum. ibid. n. 66.
Et referuntur exempla. ibid. n. 67.
Idque etiam aliquando indulgere ſolet, quamvis lege fundationis expreſſe non caveatur, ſed aliqualiter obſecundet mens Fundatoris, & non adſit inter vocatos Perſona capax obtinendi Beneficium in titulum. ibid. n. 68.
Beneficium ubi providetur ex capite Matrimonii contracti in Menſa Apoſtolico apponitur in ejus proviſione clauſula -- *ſive præmiſſo &c. non tamen per obitum vacet.* T. 4. p. 98. n. 111.
Clauſula præfata non comprehendit alios vacationis modos, ſi ille per Matrimonium ſit diſpoſitive datus in Beneficii impetratione. ibid. n. 112.
Diſpoſitio *Cap. Præſenti de Præb. in 6.* quæ extendit reſervationem *Cap. 2. eod. Tit.* ad Beneficia eorum, qui intra duas Dietas decedunt, comprehendit etiam Beneficia in dictis locis vacantia per Matrimonium. T. 1. p. 111. n. 298.

Beneficia quoad vacationem per profeſſionem Regularem.

Vid. V. Novitius. V. Profeſſio Regularis.

Beneficia quoad valorem.

Vid. V. Regula L.

Beneficia Urbis.

Beneficia Urbis ſpectant ad collationem Pontificis uti Ordinarii, & Epiſcopi Urbis Romæ. T. 1. p. 388 n. 7.
Et ſolum Pontifex tanquam Urbis Romæ Epiſcopus intentionem

ſionem habet in jure fundatam pro collatione Beneficiorum in Urbe exiſtentium. T. 1. p. 394. n. 103.

Secus autem Cardinales quoad Beneficia in ſuis Titulis erecta. T. 1. p. 395. n. 104.

Vid. V. Cardinales Titulares.

Beneficia Urbis ad Pontificis collationem jure proprio, & ordinario ſpectantia, non ſubjacent reſervationibus, & Affectionibus Apoſtolicis. T. 2. p. 71. n. 6. p. 72. n. 14. & 15. Tom. 3. p. 108. n. 83. 84. p. 119. n. 236. p. 121. n. 253. & 257. p. 122. n. 270. & 283.

Et reſervatio contenta in Regula VIII. Cancellariæ eſt impropriæ reſervatio, & facta ad majorem cauthelam. T. 2. p. 71. n. 7. p. 72. n. 17.

Vid. V. Reg. VIII.

Subjacent tamen dictis Reſervationibus, & affectionibus Beneficia Urbis, quæ ex Pontificis conceſſione ad inferiores Collatores ſpectant. T. 3. p. 108. n. 84.

Beneficia inferiora Urbis ad collationem Capitulorum ſpectantia, ſunt vigore Regulæ IX. reſervata, ſi contingat eorum poſſeſſores extra Urbem, etiam intra duas Dietas, in uno ex Menſibus reſervatis decedere. T. 1. pag. 71. n. 9. & ſeqq.

Vid. V. Regula IX. quoad exceptiones in ea poſitas.

Et quomodo illorum collatio ſit diviſa inter Cardinales Archipresbyteros, & Capitula? *Vid. V. Baſilicæ Urbis, V. Cardinales Archipresbyteri Baſilicarum Urbis.*

Beneficia Urbis ſpectantia ad privativam collationem Papæ uti Ordinarii, & Epiſcopi Romæ, ſi vacent per obitum familiarium Cardinalium, libere abſque eorum conſenſu a Papa providentur. *Vid. V. Regula XXXII.*

Beneficia exiſtentia in Eccleſiis Titularibus Cardinalium, dum mortui ſunt Titulares, ſpectant ad Papam jure proprio, & uti Epiſcopus Urbis Romæ. Tom. 3. p. 121. num. 281.

Proindeque non ſubjacent Reſervationi Regulæ II. quæ diſpoſitioni Pontificis reſervat Beneficia vacantia poſt obitum eorum Collatoris. *Vid. V. Regul. II quoad Reſervationem Beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali vacante.*

Parochiales Urbis vacantes per Promotionem ſunt Pontifici reſervata, nec conferri poſſunt a Cardinalibus Titularibus vigore eorum Indulti. T. 1. p. 120. n. 9.

Vid. V. Cardinales Titulares. V. Regul. VIII.

Beneficia Urbis non ſubjacent Reſervationi ob vacationem *apud Sedem*, quando Beneficiatus in Urbe degebat ratione originis, vel Domicilii, & antea non erat Curialis, nec ratione Curiæ in Urbe morabatur. T. 1. p. 50. n. 117.

Requiritur ad effectum hujuſmodi reſervationis, quod vacent per obitum Curialium Curiam ſequentium, vel in Urbe occaſione Curiæ commorantium. *ibid.* num. 118. T. 3. p. 135. n. 55.

Ac inſuper, quod Curiales retinuerint Curialitatem uſque ad obitum, quodque in Curia moriantur. T. 1. p. 52. num. 129.

Beneficia Urbis obtenta per dictus Curiales dicuntur vacare *apud Sedem*, etiamſi fuiſſent ipſi originarii, vel Domiciliarii Urbis. *ibid.* n. 124.

Et quamvis Beneficia exiſtant in Eccleſiis Titularibus DD. Cardinalium. T. 1. p. 51. n. 121.

Et conſtito de Curialitate, ſunt Pontifici reſervata Beneficia Urbis, etiam obtenta ante Curialitatem. *ibid.* n. 125.

Sicque reſolutum in Congregatione particulari. T. 1. p. 52. n. 128.

Aſſignantur rationes, & explicatur *Text. in Cap. Præſens de Præben. in 6. & deciſ. 9. part. 5. recen.* Tom. 1. p. 51. n. 126. & 127.

Curialitas ex quibus probetur? qui Curiales dicantur? & quomodo Curialitas diſſolvatur? *Vid. V. Curialis, & Curialitas.*

Beneficia Urbis, ut vacare dicantur *in Curia*, requiritur, quod Curialis decedat in loco Curiæ, nec ſufficit quod moriatur intra duas Dietas, ſi inibi Domicilium habeat. T. 1. p. 58. n. 202.

Beneficia omnia in Urbe, illiuſque Diſtrictu exiſtentia, exceptis Titulis DD. Cardinalium, Archipresbyteratibus trium majorum Urbis Baſilicarum, & nonnullis Monaſteriis, ex Privilegio Leonis X. nonniſi *Civibus Romanis* conferri, ſeu commendari poſſunt. T. 2. p. 214. n. 137.

Exteri, ex Privilegio, quo gaudet Populus Romanus, Beneficia Urbis obtinere non poſſunt ſine conſenſu illius Conſervatorum. T. 2. p. 215. n. 140.

Traditur formula aliquando uſitata ſuper derogatione Privilegii Populo Romano conceſſi, in quo ſupponitur Privilegium, quod Beneficia Urbis nonniſi *Civibus Romanis originariis, aut Civium Romanorum originariorum filiis, conferri debeant.* *ibid.* n. 141.

Inſpecto hujuſmodi Privilegio, Beneficiorum Urbis capaces non ſunt, niſi ii, qui ibidem nati, aut qui ex ſolius Principis gratia originarii effecti ſunt. T. 2. p. 215. n. 142.

Riganti in Reg. Cancellariæ. Tom. IV.

Nomine *Civium Romanorum*, quibus ex Privilegio Leonis X. Beneficia Urbis conferri debent, an veniant Cives allecti in Civitatem ex Privilegio Senatus Romani? *ibid.* n. 143.

Traditur per extenſum formula hujuſmodi Privilegii. *ibid.* n. 144.

Proponitur Sententia affirmativa, & redduntur rationes. T. 2. p. 215. & ſeqq. a n. 145 uſque ad n. 166.

Contrarium, quod Cives ex Privilegio Senatus Romani non ſint capaces Beneficiorum Urbis. Et expenduntur hujus Sententiæ fundamenta tum a jure, tum a voluntate Pontificis deprompta. T. 2. pag. 216. & ſeq. a n. 166. & plurib. ſeqq.

Vid. V. Civis ex Privilegio.

Cardinales Pontificum Nepotes gaudent Indulto conferendi Beneficia Urbis, etiam Exteris, non obſtantibus Privilegiis Apoſtolicis favore Civium conceſſis. Tom. 2. p. 219. n. 189.

BENEFICIATUS.

Beneficiatus, an poſſit abſque cauſa ſuis Beneficiis a Papa privari? *Vid. V. Beneficia quoad privationem.*

Beneficiatus a pluribus annis abſens, de quo nulla habita fuit notitia, an præſumatur mortuus, poſſintque illius Beneficia impetrari? Et de Stylo, quem ſervat Dataria in conferendis Abſentium Beneficiis ſive ſimplicibus, ſive reſidentialibus? *Vid. V. Abſens.*

Beneficiatus in Beneficio Succeſſor, an fructus naturales, ſive induſtriales pendentes teneatur cum Hæredibus Anteceſſoris Beneficiati dividere? *Vid. V. Beneficia Eccleſiaſtica quoad fructus.*

Et, an teneatur cum defuncti Beneficiati hæredibus dividere tempore inciſionis, fructus Sylvæ cæduæ ad Beneficium ſpectantis, pro rata temporis, quo Anteceſſor Beneficium obtinuit? *Vid. V. Sylva cædua.*

Beneficiatus, an citari debeat in unione Beneficii effectum ſortitura poſt illius obitum? *Vid. V. Regula XXII.*

Beneficiatus, an Beneficiorum ſuorum fructus reditus, & proventus ad vitam diſtrahere poſſit, recepta anticipate ab emptore certa pecuniarum ſumma? *Vid. V. Beneficia Eccleſiaſtica quoad fructus.*

An locare poſſit Beneficiorum ſuorum fructus ultra annum anticipatis ſolutionibus? *Vid. V. Locatio V. Reg. LXIX.*

Beneficiatus, an, & quando teneatur per ſe ipſum Miſſam celebrare? *Vid. V. Cappellanus. V. Miſſa.*

Beneficiati Regulares, an de fructibus Beneficiorum, quæ obtinent, poſſint in vita diſponere? *Vid. V. Regulares Beneficiati.*

Obtinens Beneficium præciſe reſidentiale, non poteſt ob non reſidentiam eo privari, niſi prius mulctetur in fructibus juxta diſpoſitionem Concilii Tridentini. Tom. 1. p. 149. n. 18.

Beneficiatus, Beneficium Reſidentiale in aliquo loco obtinens, an afficiatur civis illius loci? T. 2. p. 216. n. 153. p. 218. n. 183.

Beneficiatus, an, & quomodo Sacris Ordinibus initiari poſſit ab Epiſcopo loci, in quo obtinet Beneficium? *Vid. V. Ordinarius ratione Beneficii.*

BENEPLACITUM APOSTOLICUM.

Exhibitio Inſtrumentorum alienationis rerum Eccleſiæ, in quibus non legitur Apoſtolicum Beneplacitum, non tollit præſumptionem, quod illud ante, vel poſt obtineri potuerit. T. 2. p. 35. n. 167.

Beneplacitum Apoſtolicum, ex lapſu longi temporis præſumitur interceſſiſſe, etiamſi non fuerit ab initio reſervatum. *ibid.* n. 168.

Privilegium alienandi in certis caſibus obtentum, fruſtraneum eſſet, ſi de jure libere fieri potuiſſet alienatio. *ibid.* n. 169.

Alienationes, a Loco Pio gaudente Privilegio ſua Bona alienandi abſque Apoſtolico Beneplacito factæ, cenſentur expletæ in vim ejuſdem Privilegii, nec evincunt laicalem illius qualitatem. *ibid.* n. 170.

Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur in affrancationibus Canonum, quia ſunt alienationes neceſſariæ. *ibidem* n. 171.

Alienationes bonorum Hoſpitalis abſque Apoſtolico Beneplacito, non probant illud eſſe laicale, quando aliunde conſtat, quod ſit Eccleſiaſticum. *ibid.* n. 172.

BOHEMIA.

Vid. V. Imperator.

BONA EMPHYTEUTICA.

Vid. V. Emphyteuſis.

BONA FEUDALIA.

Vid. V. Feudum.

BREVE APOSTOLICUM.

Si Breve Apoſtolicum diſcrepet a Minuta, hæc & non Breve attenditur. T. 3. p. 38. n. 75.
Vid. V. Supplicatio.

Litteris in forma Brevis, & non Litteris ſub Plumbo utuntur Pontifices, ſi ante Coronationem negocia expedire velint. *Vid. V. Pontifex quoad Coronationem.*

De Brevibus Apoſtolicis pro Ordinatione *extra tempora*, iis præſertim, quæ concedi ſolent tempore vacationis Sedis Epiſcopalis? *Vid. V. Litteræ Dimiſſoriales.*
Vid. V. Secretaria Brevium.

BRITTANNIA.

Brittannia, & Provincia Provinciæ vocantur *Patria Obedientiæ*, & quare? T. 2. p. 99. n. 281.

In Regionibus præfatis, ad quas Concordata Galliæ non ſe extendunt, vigent adhuc Reſervationes, & Regulæ Cancellariæ. T. 1. p. 8. n. 55. p. 22. n. 30.

Et præſertim Regula IX. T. 2. p. 99. n. 278.

In Provincia Brittanniæ, Ordinarii conferunt Beneficia in quatuor Menſibus ordinariis vacantia, non tam vigore Regulæ IX quam Compacti cum *Martino V.* ab illius Regionis Epiſcopis initi in Concilio Conſtantiæ. T. 2. p. 3. n. 5. p. 103. n. 4.

De geminis Edictis publicatis ab Henrico Secundo Rege Galliarum, quibus prohibetur Epiſcopis Brittanniæ, ne ſe ingerant in collatione Beneficiorum vacantium in octo Menſibus Apoſtolicis. *ibid.* p. 4. n. 6.

In Brittannia, reſervatio Menſium non expirat per obitum Pontificis, ſed Beneficia Sede Apoſtolica vacante in Menſibus reſervatis vacantia, ſunt reſervata favore Succeſſoris. T. 1. p. 51. n. 106. & T. 2. p. 4. n. 6. p. 103. n. 4.

In Brittannia conſuetudo viget, quod Patroni Eccleſiaſtici in Menſibus etiam Apoſtolicis, præſentationes expleant. T. 2. p. 34. n. 159.

Sed hujuſmodi conſuetudo removetur ex ampliſſimis clauſulis, quibus munita reperitur Reg. IX. *Vid. V. Regula IX. quoad Beneficia, quæ illius Reſervationi ſubjacent.*

Alternativa Menſium, quæ acceptatur ab Epiſcopis Brittanniæ expirat per obitum Pontificis, indigentque ipſi nova acceptatione tempore Succeſſoris, ſi ea uti velint. Tom. 2. p. 131. n. 5.

Epiſcopi Brittanniæ non gaudent Alternativa, niſi vigore Regulæ IX. in ea Regione receptæ, & recognitionis Litterarum acceptationis per Datarium fieri ſolitæ. *ibidem* n. 6.

Demonſtratur inſubſiſtens aſſertio Epiſcoporum Brittanniæ, quod clauſula apponi ſolita in Literis recognitionis præfatæ, quod nempe Alternativa durare debeat durante vita Pontificis concedentis, adjiciatur a Datariæ Miniſtris contra mentem Papæ. *ibid.* n. 7.

Doctores Galli agnoſcunt uti novum Indultum Papæ, Alternativam Epiſcopis Brittanniæ concedi ſolitam. *ibidem* n. 9.

Epiſcopis præfatis Alternativa primo conceſſa fuit a S. Pio V. ad quinquennium. *ibid.* n. 10.

Rex Chriſtianiſſimus initio Pontificatus ſan. mem. *Innocentii XII.* Epiſcopis Brittanniæ mandavit, ut in quolibet Pontificatu Alternativam de novo acceptarent. Tom. 2. p. 132. n. 11.

Beneficia a Monaſteriis Brittanniæ dependentia, & Abbate Commendatario defuncto, vacantia, non ſubjacent Reſervationi Regulæ II. ſed providentur ab Ordinariis, ſi ea ſolum Abbas, non conjunctim cum Monachis providebat. T. 5. p. 269. n. 433.
Vid. V. Gallia. V. Galliarum Concordata. V. Galliarum Rex. V. Patria Obedientiæ, & Patria reducta.

BULLA.

Pontifices, a quo tempore Plumbea Bulla eorum Litteras obſignare cœperunt? T. 2. p. 205. n. 24.

Epiſcopi quoque priſcis temporibus Plumbea Bulla utebantur. *ibid.* n. 25.

Bulla Pontificum ſculpta habet ex una parte Capita SS. Petri, & Pauli, ex altera Nomen regnantis Pontificis. T. 2. p. 106. n. 26.

Et, a quo tempore inolevit uſus exculpendi in Bulla Capita Apoſtolorum? *ibid.* n. 28.

In Bullis Plumbeis Pontificum, cur S. Pauli Caput dexteram partem, S. Petri ſiniſtram occupent? *ibid.* num. 29. & 30.

Pontifices, quæ Diplomata Bulla aurea obſignare conſueverint? *ibid.* n. 27.

Pontifex ante Coronationem, ſi negotia expedire velit, id peragit per Brevia, in quibus non utitur Bulla, ſed annulo Piſcatoris. T. 2. p. 104. n. 10.

At, quando Pontificibus ante Coronationem uti placuit Litteris Apoſtolicis, non integram, ſed dimidiam Bullam adhibere conſueverunt. *ibid.* n. 12. p. 105. n. 16. 17. 18. 22. & 23.

Et quæ ſit dimidia Bulla? *ibid.* n. 12. & ſeq.
Vid. V. Conſtitutiones Apoſtolicæ. V. Litteræ Apoſtolicæ. V. Papa.

Bulla Cruciatæ.

Dictum *Enſiquez* quod expediat aliquando exceſſivas Indulgentias revocari, reprehendit *P. Mendoz* reſpectu Indulgentiarum, quæ conceduntur in Bulla *Cruciatæ*. T. 4. p. 119. n. 45. & 46.

Indulgentiæ, & facultates vigore Bullæ præfatæ conceſſæ, non ſunt ſuſpenſæ per Regulam LXIII. *ibid.* n. 47.
Vid. V. Regula LXIII.

In Concilio Tridentino bis actum pro abroganda *Cruciata*, ſed nil reſolutum. *ibid.* n. 48.

Excommunicatus, abſolutus in Foro Conſcientiæ vigore Bullæ *Cruciatæ*, an poſſit ex æquitate, & ceſſante partis oppoſitione excuſari ab Inſordeſcentia? *Vid. V. Inſordeſcentia.*

Bulla S. Pii V. de non infeudando.

Vid. V. Feudum.

Bulla S. Pii V. quoad Illegitimos.

Vid. V. Diſpenſatio ſuper Defectu Natalium. V. Illegitimus. V. Legitimatio.

C

CALUMNIA, & CALUMNIATOR.

Vid. V. Lis quoad Calumniam.

CAMERA CAPITOLINA.

Vid. V. Curia Capitolina.

CAMERALES.

Vid. V. Munera.

CAMERÆ APOSTOLICÆ CLERICI.

Vid. V. Clerici Cameræ Apoſtolicæ.

CANCELLARIA APOSTOLICA.

CAncellaria Apoſtolica una cum ſuis Officialibus aderat longe ante *Joannem XXII.* electum anno 1316. T. 1. p. 4. n. 2.

Illiuſque negocia priſcis temporibus per certas Regulas, non tamen ſcriptas, ſed oretenus communicatas, explebantur. *ibid.* n. 3.

Et quales erant Regulæ præfatæ? *ibid.* n. 7.

Cancellaria Apoſtolica de ſtylo non utitur in ſuis Literis punctis, & virgulis. T. 4. p. 79. n. 17.

Cancellaria Apoſtolica eſt organum mentis Papæ. Tom 3. p. 120. n. 240.

Cancellaria Apoſtolica non mutat Executores datos a Papa. *Vid. Regula LXXII.*

Cancellaria Apoſtolica in quibus poteſt Literas Apoſtolicas corrigere? *Vid. eod. V. & V. Literæ Apoſtolicæ quoad correctionem.*

Cancellaria poteſt in expeditione Literarum ſupplere quidquid omiſſum fuit in ſupplicatione. T. 3. p. 38. n. 76.

Et ſic extendere clauſulas in ſupplicatione apponi conſuetas. *ibid.*

Intellige, quoties non adſit eſſentialis diſcrepantia inter ſuppli-

ſupplicationem, & Literas, ſecus vero ſi hæc intercedat. T. 3. p. 28. n. 77.

Et facta ſubſtantiali mutatione in Literis, præſumuntur illæ ſubreptitiæ, nec exequi debent. *ibid.* n. 79. & 80.

Cancellariæ Apoſtolicæ Officiales.

Officiales Cancellariæ, ultra emolumenta taxata, aliquid exigere non poſſunt, etiam ſub prætextu celerioris expeditionis, & nec etiam a ſponte dantibus. Tom. 4. p. 145. n. 1. & ſeqq.

Et, an exigere poſſint emolumenta quædam, quæ vocantur *Extraordinaria*, aut poculenta & eſculenta? *Vid. V. Regula LXVII.*

De pœnis quibus Officiales præfati aliquid ultra debitum exigentes, ſubjacent, & a quibus puniri valeant. *Vid. eod. V. Vid. V. Officiales.*

Cancellariæ Apoſtolicæ Regens.

Vid. V. Cardinalis Vice-Cancellarius. V. Reg. LXXII.

Cancellariæ Apoſtolicæ Regulæ.

Vid. V. Regulæ Cancellariæ.

Cancellariæ Apoſtolicæ Taxa.

Vid. V. Taxa.

CANCELLARIUS S. R. E.

Vid. V. Cardinalis Vice Cancellarius. Verb. Regula LXXII.

CANCELLATIO.

Vid. V. Falſificatio.

CANONICATUS.

Canonicatus Pœnitentiarius, & Theologalis.

Vid. V. Præbenda Pœnitentiaria, & Theologalis.

Canonicatus ſupranumerarius.

Epiſcopus, vel Capitulum erigere non poſſunt Canonicatum ſupranumerarium cum Præbenda primo vacatura. T. 4 p. 113. n. 26.

Amplia, quamvis ab immemorabili tempore ſimiles erectiones fieri conſueverint. *ibid.* n. 27.

Poſſunt tamen Epiſcopus, vel Capitulum Canonicatum ſupranumerarium erigere abſque Præbenda primo vacatura. *ibid* n. 28.

Sed vacante Præbenda, jus competit Canonico ſupranumerario pro illa aſſequenda. *ibid.* n. 29.

Nec tali caſu locum habet diſpoſitio Concilii Tridentini, qua prohibentur Expectativæ; & de ratione? *ibid.* numer. 30.

CANONICUS.

Canonici, munera ſibi incumbentia per ſe ipſos, & non per ſubſtitutum ſubire tenentur. T. 1 p. 377. n. 237.

Ex conſuetudine permittitur, ut unus Canonicus poſſit alium ejuſdem Ordinis ad breve tempus in ſervitio Chori ſubſtituere. *ibid* n. 138.

Canonici, Subcollectoris munus exercentes, ſi divinis Officiis non interſint, an lucrentur diſtributiones quotidianas? *Vid. V. Diſtributiones quotidianæ.*

Et, an eaſdem diſtributiones lucretur Canonicus, dum Vicarii Capitularis munere fungitur? *Vid. eod V.*

Canonicus mentecaptus, an poſſit per organum ſui Curatoris ſuffragium ferre in Capitulo, & jus Turni exercere? *Vid. V. Mentecaptus.*

Canonicus effectus Novitius, an ſit vocandus ad electionem faciendam, a Capitulo? T. 3. p. 386. n. 21. *Vid. V. Novitius.*

Canonici Regulares.

Canonici Regulares de jure capaces ſunt obtinendi Beneficia Secularia Curata cum ſola licentia Abbatis Generalis, & redduntur rationes. T. 3. p. 273. n. 103. p. 274. n. 107. p. 280. n. 153.

Eruitur itidem capacitas præfata ex Concilio Tridentino, *Seſſ.* 14. *cap* 11. *de Reformat.* T. 3 p. 273. n. 104.

Necnon ex formula Profeſſionis, quam ipſi emittunt. *ibid.* n. 105.

Et referuntur Doctores, qui hanc propugnant Sententiam. T. 3. p. 274. n. 106.

Canonicis Regularibus non eſt hodie permiſſum Beneficia ſecularia curata abſque Apoſtolicà diſpenſatione obtinere, nec in perpetuum, nec ad certum tempus. *ibid.* n. 107 p. 278 n. 133.

Idque declararunt *Gregorius* XIII. & *Sixtus* V. T. 3. p. 274. n. 108.

Et Decretum *Gregorii* emanavit per viam legis univerſalis, nec per illius obitum expiravit. T. 3 p. 275. n. 113. & 118. & p. 276. n. 119. & 121.

Nec afficit ſolos Canonicos Regulares Lateranenſes, ſed illos quoque aliarum Congregationum. Tom. 3. p 274. n. 106. & 109.

Sicque pluries fuit a Sac. Congregatione Concilii reſolutum. *ibid.* n. 109.

Necnon a Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium de ſpeciali mandato ſan. mem. *Clementis* X. Tom. 3. p. 275. n. 114. & 115.

Referuntur DD. qui huic adhærent Sententiæ. T. 3. p. 274. num. 110.

Canonici Regulares abſque Apoſtolico Indulto proviſi de Eccleſiis Parochialibus ſecularibus, an gaudeant favore Regulæ *de Triennali? Vid. V. Regula XXXVI.*

Decretum Concilii Tridentini dict. *cap.* 11. *ſeſſ.* 24. *de Reformat.* in verbis illis -- *Ac taliter tranſlatus, etiam ad Beneficia ſecularia, etiam curata omnino incapax ſit* -- non intelligitur de Canonicis Regularibus ad alias Religiones tranſlatis, ſed de Regularibus aliarum Religionum, qui ad Canonicos Regulares transferuntur. T. 3. p. 274. *ibid.* n. 111. & 112.

Canonici Regulares ad aliam Religionem, ſive laxiorem, ſive ſtrictiorem tranſlati, ut Beneficia ſecularia, quamvis curata, obtinere poſſint, duplici indigent diſpenſatione ob duplex obſtaculum, aliud ex Regularitate, aliud ex tranſlatione reſultans. T. 2. p. 297. n. 12. 14. & 15.

Refertur, quid mandaverit Sac Congreg. Concilii anno 1694. approbante ſan. mem. Innocentio XII. & poſtea ſ. m. Clemente XI. ad effectum, ut ex integro examinaretur capacitas, vel incapacitas Canonicorum Regularium pro obtinendis Beneficiis ſecularibus, præſertim Curatis abſque Apoſtolica diſpenſatione? T. 3. p. 276. n. 122. & 123.

Canonicos Regulares capaces eſſe obtinendi Beneficia ſecularia Curata cum ſola licentia Superioris generalis abſque Apoſtolica diſpenſatione, ſuppoſuit ſan. mem. *Benedictus XIII.* in ſua Conſtitutione confirmatoria Privilegiorum Congregationis Canonicorum Regularium S. Salvatoris. *ibid.* n. 124.

Sed Conſtitutio præfata publicata non fuit. Tom. 3. p. 277. n. 125.

Exſcribitur Diſcurſus exaratus a SSmo D. N. BENEDICTO XIV. ſuper incapacitate Clericorum Regularium obtinendi abſque Apoſtolica diſpenſatione quæcumque Beneficia Eccleſiaſtica ſecularia, ſive Curata, aut reſidentialia, ſive ſimplicia, & ſine Cura, idque tum in puncto Juris, tum vigore Concilii, tum eorum Profeſſionis, ac Inſtituti. T. 3. p. 288. & ſeqq. †

Necnon Conſtitutio laudati Pontificis ſuper eadem incapacitate edita. T. 3. p. 312. & ſeq. †

Eademque Conſtitutione præſcribuntur regulæ ſervandæ in caſibus, in quibus Canonici Regulares præſentantur ad Eccleſias Parochiales, aut Canonicatus de Jurepatr. in Cathedralibus, ſeu Collegiatis Eccleſiis †

Seu ubi locorum Ordinarii, de Canonicatibus, aut Parochialibus (in caſibus illis, in quibus Concurſus neceſſarius non eſt) eos providere credant †

Necnon in caſu quo iidem Canonici admitti inſtent ad Concurſum ad Parochiales Eccleſias, vel ad Præbendas Theologalem, & Pœnitentiariam, aut in dicto Concurſu nemine ex Clero Seculari comparente, Ordinarii aliquem ex præfatis Canonicis pro illis aſſequendis idoneum reputaverint. †

Eadem Conſtitutione § *Quæſitum* decernitur Canonicos Regulares, qui Parochialem Eccleſiam, vel Canonicatum ſecularem adepti ſunt, non poſſe a ſuis Superioribus Regularibus ad Clauſtra revocari, ſed contra ipſos delinquentes procedere debere Locorum Ordinarios prout de jure. †

Et demum diſponitur in §. *Denique* quod Canonicus Regularis ſi reſignaverit Eccleſiam Parochialem, aut Canonicatum ſecularem, quem obtinuerat, Habitum Regularem reſumere, & Religionis clauſtra iterum ingredi debeat. †

Idemque ſervandum, ſi Parochiali, aut Canonicatu per ſententiam privatus, vel a Parochialium munium exercitio perpetuo ſuſpenſus, ſive ad eas obtinendum, inhabilis declaratus fuerit.

ſecus vero ubi Coadjutorem in Parochia, aut in Canonicatu ei deputari contingat. †
Vel poſt laudabilem operam in Canonicatu per annos quadraginta aſſidue præſtitum, Privilegium Jubilationis fuerit ipſi conceſſum? †
Priſcis etiam temporibus raro Canonicis Regularibus a Sede Apoſtolica indulgebatur, ut Beneficia ſecularia Curata obtinere poſſent. T. 3. p. 277. n. 126.
Sed poſtea relaxatus rigor, & facilius diſpenſatio præfata indulgeri cœpit. ibid. n. 127.
Referuntur quamplurima hujuſmodi Diſpenſationum Indulta. ibid. n. 129.
Et quomodo concipi ſoleant? ibid. n. 128.
Canonicis præfatis aliquando indulta fuit Beneficiorum Curatorum adminiſtratio ad certum tempus. T. 3. p. 278. n. 130.
Et aliquando ad vitam. ibid. n. 131.
Canonicis Regularibus, ſæpe Pontifices indulſerunt, ut Beneficia ſimplicia ſecularia obtinere poſſent. ibid. n. 132.
Necnon Dignitates, & Canonicatus cura carentes in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis; Et referuntur exempla. T. 3. p. 276. n. 124. p. 278. n. 133. & 134.
Abbates pro tempore Monaſterii S. Ægidii Ordinis Canonicorum Regularium S. Auguſtini Leodien. obtinent uſque ab anno 1043. Canonicatum in Collegiata S. Dioniſii ejuſdem Civitatis. T. 3. p. 278. n. 135.
Et Canonicatum præfatum præſumi legitime, ac perpetuo unitum dicto Monaſterio, declaravit alias Sac. Congregatio Concilii. ibid. n. 136.
Canonici Regulares *Frigidi Montis Bruxellæ* ex Indulto Apoſtolico elargito uſque de anno 1257. obtinere poſſunt unum Canonicatum in Eccleſia *S. Gudulæ* ejuſdem Civitatis. ibid. n. 137.
Canonicis Regularibus indultum aliquando fuit, ut Canonicatus Eccleſiarum Collegiatarum obtinere poſſent in adminiſtrationem. ibid. n. 138.
Canonici Regulares, de jure ſunt capaces obtinendi abſque Apoſtolica diſpenſatione Beneficia ſecularia non curata. T. 3. p. 279. n. 139.
Contrarium, & redditur ratio. ibid. n. 140.
Canonici Regulares obtinere nequeunt abſque Apoſtolica diſpenſatione Penſiones ſuper Beneficiis ſimplicibus. ibid. n. 141.
Minuſque ſuper Curatis. ibid. n. 142.
Canonicus Regularis diſpenſatus ad Beneficia, non cenſetur diſpenſatus ad Penſiones obtinendas. ibid. n. 143.
Canonici Regulares diſpenſati ad Beneficia Curata obtinenda, non poſſunt habitum Regularem dimittere, & in eo Clericorum ſecularium incedere. ibid. num. 146. 147. & 148.
Contrarium ſervatur in praxi, & de rationibus. T. 3. p. 280. n. 151. & ſeqq.
Sed diſpenſati ad Canonicatus, aut Dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis, proprium habitum dimittere tenentur, & quare? T. 3. p. 279. n. 149.
Contrarium, quod nulla adſit repugnantia, quod proprium Habitum Regularem retineant. T. 3. p. 280. n. 150.
Canonici Regulares ad Epiſcopatus promoti, tam in Sacello Pontificio, quam extra, utuntur habitu ejuſdem coloris, & forma, quem Epiſcopi ſeculares adhibent. ibid. n. 152.
Contrarium. ibid. n. 153.
Canonicus Regularis extra Clauſtra degens ratione Beneficii Curati ſecularis, quod obtinet, Socium habere debet Regularem ejuſdem Congregationis. ibid. n. 156.
Intellige, ſi commode illum retinere poſſit; ſecus, ſi Beneficii tenues fructus ſint, & non ſufficiant pro Socii manutentione. ibid. n. 157.
Ex ſupra laudata Conſtitutione S.D.N. BENEDICTI XIV. §. *Illud vero*, Canonici Regulares de Parochialibus, aut Canonicatibus in Cathedralibus, & Collegiatis proviſi, & eorum ratione extra Clauſtra manentes, habitum Clericalem ſecularem aſſumere poſſunt, & Socium ſui Ordinis retinere non tenentur. T. 3. p. 312. †
Canonico Regulari proviſo de Parochiali ſeculari, aut Canonicatu, ſeu Dignitate in Cathedrali, vel Collegiata, & ob id extra Clauſtra degenti, an competat regreſſus ad Bona renunciata occaſione Profeſſionis per eum emiſſæ? T. 3. p. 281. n. 158.

CANONISSÆ.

De Canoniſſatum origine, progreſſu, & Inſtituto. Remiſſive. T. 2. p. 62. n. 415.
Enumerantur plura Collegia dictarum Canoniſſarum. ibid.
Canoniſſarum ſtatus licet non ſit expreſſe a S. Sede approbatus, earum tamen Capitula, & Collegia uti cætus Eccleſiaſtici conſiderantur in nonnullis Juris Canonici Decretalibus. T. 2. p. 62. n. 416.
Unde, ſi non explicitam, tacitam ſaltem approbationem, & publicam S. Sedis tolerantiam habere dicuntur. ibid.
Collegia Canoniſſarum non ſunt de illis improbatis in Concilio Lateranenſi II. & de ratione. ibid. n. 417.
Canoniſſæ, quæ Votis ad inſtar Canonicorum Regularium devinciuntur, prout ſunt Abbatiſſa, Prioriſſa, Præpoſita &c. Regulares ſunt, & inter Perſonas Eccleſiaſticas recenſentur. ibid. n. 418.
Reprobatur *Piton.* qui Abbatiſſam inter Perſonas ſeculares, & laicas enumerat. T. 2. p. 64. n. 423.
Et Abbatiſſæ hujuſmodi Collegiorum ad Synodos, non ſecus ac aliæ Abbatiſſæ Regulares, & Capitula Eccleſiarum Collegiatarum vocantur, eiſque ſubſcribunt. ibid.
Præbendæ, quas obtinent Abbatiſſa, Prioriſſæ, aliæque Canoniſſæ, quæ Vota Regularia emittunt, Beneficiorum Eccleſiaſticorum naturam ſapiunt. T. 2. p. 63 n. 419. & p. 64. n. 425.
Poſſunt reſignari. ibid.
Earumque reſpectu locum ſibi vindicant Regulæ Cancellariæ XIX. *de Viginti*, XXV. *de Annali*, & XXXVI. *de Triennali.* ibid.
Vid. V. Regula XIX. V. Regula XXV. & V. Regula XXXVI.
Conſtitutiones Apoſtolicæ declarantes nullas, irritas, & invalidas Pactiones, ſive Capitulationes, aut Concordata adverſus Sac. Canones, & Apoſtolicas Conſtitutiones ante Electionem factas, ex Decreto Congregationis Conſiſtorialis, comprehendunt etiam Monaſteria vel Capitula, ſeu Collegia hujuſmodi Canoniſſarum occaſione Electionis Perſonæ dictis Monaſteriis, ſive Capitulis, & Collegiis præponendæ. T. 2. p. 63. n. 420.
Et quamvis pactiones in Eccleſiarum, vel Monaſteriorum utilitatem cedant, quæque ſi per ſe ſpectentur, non judicentur illicitæ. ibid. n. 421.
Exſcribitur tenor Decreti Congregationis præfatæ a ſan. mem. Benedicto XIII. approbati. ibid. n. 421.
Pluries Sedes Apoſtolica in Germania diſpenſavit, ut plures Abbatiſſatus eorumdem Collegiorum inſimul ab una Canoniſſa retineri poſſint. T. 1. p. 153. n. 62.
Vid. V. Abbatiſſa. V. Abbatiſſatus.
Canoniſſæ, quæ vota non emittunt, propriis non renunciant, & quando volunt nubunt, ſunt Perſonæ ſeculares, & nonniſi improprio, & largo modo inter Perſonas Eccleſiaſticas recenſentur. T. 2. p. 62. n. 418.
Præbendæ, quas Canoniſſæ præfatæ obtinent, non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica, ſed naturam ſortiuntur redituum mere temporalium in præmium religioſi ſervitii, quod præſtant Eccleſiis, in quibus habent onus reſidendi, ac etiam recitandi Divina Officia. T. 2. p. 64. n. 422. & 423. p. 242. n. 63.
Et poſſunt abſque Simoniæ labe alienari. Tom. 2. p. 242. n. 63.
Dictæque Præbendæ non ſubjacent Regulis Cancellariæ, & Reſervationibus Apoſtolicis. T. 2. p. 64. n. 424. p. 242. n. 62.
Nec ſuper earum Proviſionibus, & Reſignationibus Dataria reſcribere conſueverit. T. 2. p. 64. n. 425.
Contrarium, quod ſolent aliquando ſuper illis reſcribere. T. 2. p. 242. n. 63.
Pontifices, ſi de Præbendis præfatis aliquando diſpoſuerunt, de illis non diſpoſuerunt uti de Beneficiis Eccleſiaſticis, ſed tanquam de rebus laicalibus aliquid ſpiritualitatis adnexum habentibus ratione ſervitii præfati. T. 2. pag. 64. n. 426. & ſeqq.
Et in eorum proviſionibus uſi ſunt clauſula -- *Per præſentes autem non intendimus ſtatum Eccleſiæ veſtræ in aliquo approbare* -- ibid. n. 429.

CANTORES CAPPELLÆ PONTIFICIÆ.

Cantores Cappellæ Pontificiæ, an, & pro quibus Apoſtolicis Gratiis gaudeant Privilegio expediendi *Gratis*? *Vid. V. Mandatum expediendi Gratis.*
An numerentur inter familiares Pontificum, eorumque Beneficia ſint reſervata ratione familiaritatis Pontificiæ? *Vid. V. Familiares Pontificis.*
Cantores Cappellæ Pontificiæ non veniunt appellatione Cappellanorum Papæ. T. 1. p. 103. n. 159.

CAPITOLIUM.

Vid. V. Curia Capitolina.

CAPITU-

CAPITULUM.

Capitulum de jure communi, an gaudeat facultate conferendi tam Canonicatus, & Dignitates, quam Beneficia inferiora Cathedralis ſimultanee cum Epiſcopo? *Vid. V. Simultanea.*
Et de pluribus modis, quibus ſimultanea præfata dividi poſſit, ejuſdemque diviſionis effectibus? *Vid. V. Simultaneæ diviſio.*
Capitulum, & Epiſcopus poſſunt de jure communi diviſim Beneficia conferre, ſed ex fundatione Statuto, vel Conſuetudine induci valet ut conjunctim conferant. Tom. 2. p. 77. n. 58.
Capitulo de jure communi non competit facultas conferendi Beneficia, præſertim extra Cathedralem exiſtentia, privative quoad Epiſcopum. T. 2. p. 103. n. 10.
Poteſt tamen hujuſmodi facultas ei competere vigore Privilegii, aut Conſuetudinis. *ibid.* n. 11.
Conſuetudo ad hunc affectum debet eſſe immemorabilis. *ibid.* n. 12.
Et probari debet completa ante editionem Reg. IX. promulgatæ anno 1447. *ibid.* n. 13. & 15.
Ex quaſi poſſeſſione Capituli conferendi Beneficia in quatuor Menſibus ordinariis, non reſultat probatio, quod penes ipſum reſideat jus univerſale conferendi. Tom. 2. p. 104. n. 16.
Requiritur ad hunc effectum, quod Beneficia contulerit in aliis octo Menſibus tempore Sedis Apoſtolicæ vacantis. *ibid.* n. 18.
Enumerantur plura Capitula, quæ adſunt in Italia, habentia totalem conferendi facultatem privativa quoad Epiſcopos. T. 2. p. 83. n. 129. p. 104. n. 14.
Gaudente Capitulo privative quoad Epiſcopum, facultate conferendi Beneficia, illorum devolutio an fiat ad Epiſcopum tanquam immediatum Superiorem? *Vid. V. Devolutio.*
Et, an vacante aliquo ex Beneficiis de privativa collatione Capituli, quod ſit reſervatum, poſſit illud a Cardinali Epiſcopo vigore Indulti conferri? *Vid. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
Capitula poſſunt Sede Apoſtolica vacante conferre in omnibus Menſibus Beneficia ad eorum privativam collationem ſpectantia. T. 2. p. 103. n. 7.
Intellige, quando penes Capitulum privative quoad Epiſcopum reſidet integrum jus conferendi in omnibus Menſibus, ſecus ſi illud ſit reſtrictum ad certos Menſes tantum. T. 2. p. 104. n. 16. & ſeq.
Exemptiones a Capitulis vigore immemorabilis conſuetudinis prætenſæ, ſublatæ ſunt per Concilium Tridentinum. T. 2. p. 78. n. 62.
Præſervantur illis tamen a Concilio exemptiones competentes ex Statutis fundamentalibus Eccleſiarum. *ibid.*
De conſenſu Capituli requiſito in unionibus Beneficiorum ab Epiſcopis faciendis vigore Concilii Tridentini? *Vid. V. Unio Beneficiorum vigore Concilii.*
Et de ejuſdem conſenſu in Diſmembratione partis Diœceſis pro erectione novæ Cathedralis? *Vid. V. Eccleſia Cathedralis quoad erectionem.*
Capitulum Cathedralis citari debet in Unionibus, & Diſmembrationibus Beneficiorum, quæ fiunt ab Ordinariis, vel a Legatis tanquam ordinariis, ſecus in iis, quæ fiunt a Papa, vel a Legatis nomine Papæ. T. 2. p. 285. n. 56. 57. & p. 286. n. 66.
Vid. V. Regula XXII.

Capitulum Sede Epiſcopali vacante.

Capitulum Sede Epiſcopali vacante ſuccedit in univerſa Epiſcopali Juriſdictione. T. 1. p. 231. n. 48.
Sed non in jure conferendi Beneficia. *ibid.* p. 242. n. 143. & 145.
Capitulum Sede vacante non ſuccedit in jure eligendi, nominandi, ſeu præſentandi quod Epiſcopo competebat ad Beneficia ſpectantia ad aliorum collationem, ſeu inſtitutionem. T. 1. p. 259. n. 330. 335.
Capitulum Sede vacante conferre poteſt Beneficia liberæ collationis, quæ ob negligentiam inferioris Collatoris ſpectarent jure devoluto ad Epiſcopum ſi viveret, aut ſi ad aliam Eccleſiam tranſlatus non fuiſſet, aut ſi Eccleſiæ non ceſſiſſet. T. 1 p. 242. n. 143.
Contrarium, quod devolutio fiat ad Papam, & de ratione. *ibid.* n. 144. & ſeqq.
Capitulum Sede vacante conferre poteſt jure devoluto Beneficia de Jurepatronatus quorum inſtitutio, Epiſcopo etiam vivente, ex lege fundationis, vel Privilegio, ſpectat ad ipſum Capitulum. *ibid.* n. 148.
Redditur ratio, quia devolutio datur ad illum, qui habet jus inſtituendi. T. 1. p. 242. n. 149 & 152.
Capitulum Sede vacante ſuccedit in jure recipiendi præſentationem, & inſtituendi præſentatum a Patronis, ſi ſit idoneus, quod alias Epiſcopo Sede plena competebat. *ibid.* n. 151.
Hinc ſequuta hujuſmodi generis Beneficiorum devolutione Sede vacante, illorum collatio ad Capitulum ſpectat. *ibid.* n. 150. 151 & 153.
Beneficia Juriſpatronatus, quæ debent ab Epiſcopo conferri ex lege fundationis uni ex Conſanguineis Patronorum, aut Concivibus, ſeu Perſonis, de certo Collegio, ſeu certo genere Perſonarum, non poſſunt Sede vacante conferri a Capitulo. Et de ratione. Tom. 1. p. 243. n. 154.
Et data hujuſmodi Beneficiorum devolutione Sede Epiſcopali vacante, collatio ex tali jure non ſpectat ad Capitulum, ſed ad Papam vigore Regulæ II. *ibid.* n. 155.
Vid. V. Regula II. quoad Reſervationem Beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali vacante. V. Sedes Epiſcopalis quoad vacationem. V. Vicarius Capitularis.

Capitulum quoad ſimultaneam Beneficiorum collationem cum Epiſcopo.

Vid. V. Simultanea. V. Simultaneæ diviſio.

CAPPELLANIA.

Cappellania, quæ adnexum habet ſervitium quotidianum in Cathedrali, vel Collegiata, eſt incompatibilis cum Canonicatu. T. 1. p. 149. n. 25.
Vel, ſi Cappellanus aſſiſtere teneatur omnibus Officiis, & functionibus peragendis in Eccleſia Parochiali. *ibidem* n. 26.
Vid. V. Beneficia quoad incompatibilitatem, & pluralitatem. V. Beneficiatus. V. Reſidentia.
Cappellania ad nutum amovibilis, an, & quando poſſit eſſe Titulus ſufficiens pro Sac. Ordinatione? *Vid. V. Beneficium manuale. V. Ordo quoad Titulum.*

Cappellania Laicalis.

Cappellaniæ mere Laicales, & Legata Pia retineri poſſunt etiam ab Infantibus, & Mulieribus. Tom. 4. p. 94. n. 54.
Nec vacant per contractum Matrimonii. *ibid.*
Limita, ſi concurrat voluntas Fundatoris, ſive expreſſa, ſive tacita, quod Cappellania, ſeu Legatum Pium non poſſit poſſideri, niſi a Clerico. *ibid.* n. 55.
Ex quo fundator mandavit, quod Cappellanus *ſia tenuto celebrare, a far celebrare*, cenſetur voluiſſe quod Cappellania a Clericis tantum obtineatur. T. 4. p. 95. n. 57. & 58.
Laici, Mulieres, & Pueri capaces non ſunt obtinendi Cappellaniam mere Laicalem inſtitutam, *excluſo ſemper Superiore Eccleſiaſtico, ac injuncto onere Cappellano, quod teneatur celebrare, vel celebrare facere.* *ibid* n. 59.
Vid. V. Beneficia quoad vacationem per contractum Matrimonii.
Plures Cappellaniæ Laicales, ſeu plura Legata Pia in Titulum Beneficiorum non erecta, non ſubjacent diſpoſitioni Conciliari circa prohibitam retentionem abſque Apoſtolica diſpenſatione duorum Beneficiorum ſimplicium, quando primum ſufficis ad congruam ſuſtentationem, vel trium, etiam ſi alia duo ſint inſufficientia. T. 1. p. 154. n. 78. 79. 80.
Et poſſunt inſimul ſub eod. Tecto, aut una cum Præbenda retineri. T. 1. p. 156. n. 99.

Cappellania in ſpecie.

De Cappellaniis *Innocentianis*, & *Gregorianis* fundatis in Baſilica Vaticana. *Vid. V. Baſilica Vaticana.*
Cappellaniæ ad Schalas Sanctas ſunt reſidentiales, & cum Epiſcopatu incompatibiles. T. 1. p. 149. n. 23.

CAPPELLANUS.

Cappellanus non tenetur celebrare per ſe ipſum, niſi lege fundationis id expreſſis verbis caveatur. T. 2. p. 408. num. 67.
Nec ſufficit ad hunc effectum, quod Fundator mandaverit Cappellanum eſſe debere Presbyterum, aut quod Miſſas celebret, ſeu quod in loco Cappellaniæ reſideat, cum hæc omnia compatibilia ſint cum facultate celebrandi per alium. T. 2. p. 408. n. 67.

Cappellanus, qui poteſt celebrare per alium, tenetur in caſu infirmitatis hoc onus adimplere, & alteri Eleemoſynam dare, ut celebret. *ibid.* n. 63.
Obligatus ad celebrandum per ſe ipſum, non tenetur tempore infirmitatis, vel alterius juſti impedimenti, Miſſarum onus adimplere per alium. T. 2. p. 407. n. 56.
Contrarium in caſu ſaltem longæ infirmitatis. Ac ita pluries a Sac. Congregatione Concilii reſolutum. Tom. 2. p. 408. n. 64. & 65.
Et prior Sententia locum ſibi vindicare poteſt in caſu brevis infirmitatis. *ibid.*
Vid. V. Beneficiatus. V. Miſſa.

Cappellani Pontificis.

Cappellani Pontificis numerantur *in Extravag. ad Regim.* inter Officiales Sedis Apoſtolicæ. T. 4. p. 102. n. 151.
Etiamſi fuerint Cappellani Honoris. *ibid.* n. 152.
Eorumque Beneficia ſunt vigore dictæ *Extravag.* & Regulæ I. reſervata. *ibid.* p. 153.
Amplia, etiamſi poſtea Cappellani eſſe deſierint. *ibid.*
Cappellanorum Pontificis appellatione, veniunt etiam Acolyti, quamvis tempore præfatæ *Extravag. ad Regim.* non adeſſent. *ibid.* n. 154. & p. 106. n. 215.
Vid. V. Acolyti.
Non veniunt tamen Cantores Papæ, quorum Beneficia ſunt reſervata ratione familiaritatis Pontificiæ qua gaudent, non quia Cappellani. T. 1. p. 103. n. 159.
Vid. V. Cantores Cappellæ Pontificiæ.

CARDINALATUS.

Dignitas Cardinalatus per contractum Matrimonii *ipſo jure* vacat. T. 4. p. 92. n. 11.
Et ita declararunt *Paulus V.* & *Urbanus VIII. ibid.* n. 11. 13. & 14.
Nec proinde, Matrimonio jam contracto, locus eſt amplius renunciationi Pileo Cardinalitio. *ibid.* n. 12.
Hinc *Paulus V* admittere noluit renunciationem illi factam a Cardinali Gonzaga poſt Matrimonium ab eo contractum. *ibid.* n. 13.
Et quomodo ſimilem renunciationem factam a Cardinali a Lotaringia poſt contractum Matrimonium admiſit ſanmem *Urbanus VIII*? *ibid.* n. 15.
Per Promotionem ad Cardinalatum, an, & quæ Beneficia a Promotis obtenta, vacent? T. 1. p. 41. n. 261.
Et, an vacent Officia Vacabilia per ipſos obtenta? *Vid. V. Officia Vacabilia Romanæ Curiæ.*
Præpoſitura Cappellæ Sanctiſſimi Præſepis in Baſilica S. Mariæ Majoris, non eſt incompatibilis cum Cardinalatu. T. 1. p. 141. n. 262.
Cardinalatus eſt ſumma Dignitas, honorabilior Epiſcopatu, & ſummus gradus poſt Pontificatum. T. 2. p. 231. n. 92.

CARDINALES.

Cardinalium numerus priſcis temporibus non ſemper idem, ſed quandoque major quandoque minor. T. 1. p. 402. num. 2.
Ex Conſtitutione *Sixti V.* redactus fuit ad ſeptuaginta, inter quos quatuordecim Diaconi, ſex Epiſcopi, reliqui Presbyteri eſſe debent. *ibid.*
Traditur ratio, ob quam *Sixtus V.* deſignavit quinquaginta tantum Titulos Presbyterales, cum numerus Cardinalium Presbyterorum quinquagenarium excedere non poſſit. *ibid.*
Cardinales conſtituunt cum Papa unum corpus univerſalis Eccleſiæ, quemadmodum Capitula inferiora particularium Eccleſiarum cum ſuo Prælato. T. 3. p. 118. n. 213.
Et dicuntur habere cum Papa non tantum unitatem, ſed quamdam identitatem. *ibid.* n. 214.
Sunt Pontificis Conſiliarii, & Coadjutores in exequutione Paſtoralis Officii. T. 3. p. 201. n. 199.
Cardinales æquiparantur Illuſtribus, ſeu Senatoribus, & clariſſimis Viris, T. 3. p. 197. n. 170.
Et ab aliis judicari non poſſunt, quam a Summo Pontifice. *Vid. V. Cardinales quoad Cauſas poſitivas.*
In Cauſis eorum depoſitionem, aut privationem reſpicientibus, quemadmodum, & in aliis graviſſimis Eccleſiæ negociis, licet non de neceſſitate, de honeſtate tamen debet Pontifex aliorum Cardinalium conſilium exquirere. T. 3. p. 201. n. 200. & 202.
Vid. V. Papa quoad Cardinales.
Cardinales, licet ſint pars Curiæ, & Conſiliarii Pontificis, non ſunt tamen Sedis Apoſtolicæ Officiales, & tanquam diverſi ab Officialibus conſiderantur in *Extravag. ad Regim.* & in Concordatis Germaniæ. T. 1. p. 92. n. 19.
Cardinales, an ſint Papæ Familiares? *Vid. V. Familiares & Familiaritas Papæ.*
Et an dici poſſint Curiales? *Vid. V. Curialis.*
Cardinales ſunt Cives Urbis. T. 2. p. 217. n. 176.
Privilegia Cardinalibus conceſſa benigna potius ſunt interpretatione amplianda, quam reſtringenda. T. 3. p. 118. n. 215.
Cardinales ſubjacent diſpoſitioni univerſali cujus ratio eſt ipſis adaptabilis. T. 1. p. 334. n. 4. & p. 336. n. 25.
Cardinalis Privilegiatus ſuo non utitur Privilegio adverſus alium Cardinalem pariter Privilegiatum. T. 3. p. 132. num. 6.
De Privilegio, quo Cardinales, eorumque Conſanguinei in certo gradu gaudent expediendi gratis Litteras Apoſtolicas ſuper Gratiis a Pontificibus iis elargitis? *Vid. V. Mandatum expediendi gratis.*
Cardinales ſunt ſpeciali nota digni, & in materiis odioſis, & exorbitantibus, non veniunt ſub generali legis diſpoſitione, nec ſub nomine Clericorum. T. 2. p. 231. n. 89. T. 3. p. 201. n. 199.
Pontifices, ſi in diſpenſatione aliqua Cardinales comprehendere volunt, illos ſpecifice nominant. T. 2. p. 231. num. 90.
Et comprehenduntur ſub quibuſcumque diſpoſitionibus bonum publicum, vel animarum ſalutem reſpicientibus. T. 2. p. 239. n. 26.
Cardinales, an, & quomodo comprehendantur ſub Conſtitutionibus Apoſtolicis, & Regulis Cancellariæ editis, vel edendis? *Vid. V. Regula LXX.*
Et, an diſpoſitio Regulæ LXX. qua decernitur Cardinales non comprehendi *ſub Conſtitutionibus, & Regulis edendis, niſi de illis expreſſa mentio fiat*, ſit tantummodo reſtricta ad Regulas Cancellariæ, vel ſe protendat ad quatcumque Pontificias Conſtitutiones, Diſpoſitiones, & Ordinationes, etiam particulares? *Vid. eod. V.*
Cardinales, ex declaratione ſa. mem. *Clementis XI.* cenſentur exempti a Datiis, & Gabellis impoſterum imponendis, ſi in eorum impoſitione non fiat de ipſis expreſſa mentio ad tramites Regulæ LXX. T. 4. p. 168. n. 57.
Cardinales Beneficia reſignantes, & infra viginti dies decedentes, ſubjacent diſpoſitioni Regulæ *de Viginti. Vid. V. Reg. XIX.*
Sunt etiam obnoxii Regulæ XX. *de Idiomate. Vid. V. Regula XX.*
Quemadmodum, & alteri *De non impetran. Beneficium per obitum Viventis. Vid. V. Reg. XXI.*
Cardinales in Curia præſentes, in Reſignatione ſuorum Beneficiorum conſenſum non præſtant per ſe ipſos, ut requiris Regula XLV. ſed per Schedulam, aut Chirographum ab iiſdem ſubſcriptum proprioque Sigillo munitum. T. 3. p. 340. n. 47.

Cardinales Archipresbyteri Baſilicarum urbis.

Cardinales Archipresbyteri trium Eccleſiarum Patriarchalium Urbis non ſunt earum Titulares. T. 1. p. 389. n. 38.
Et Eccleſiæ prætatæ ſunt diverſæ ab Eccleſiis Titularibus Cardinalium, nec inter Titulos recenſentur in Conſtit. *Sixti V.* *ibid.* n. 39.
Conſiderantur in dictis Eccleſiis non tanquam Prælati ordinarii, ſed uti primæ Dignitates, ſeu Caput, aut pars principalis corporis Capituli. *ibid.* n. 42. & T. 3. p. 108. n. 85.
Conferunt Beneficia inferiora in eis exiſtentia, vel tanquam Commendatarii ad vitam, vel tanquam Collatores extraordinarii jure dativo, & ex Privilegio Pontificis. T. 1. p. 249. n. 224. & p. 389. n. 40 & 41.
Et Beneficia præfata conferre poſſunt, etiamſi a Curia ſint abſentes, nec eorum reſpectu locum habet diſpoſitio ſecundæ partis Regulæ VIII. T. 1. p. 389. n. 37.
Reprobatur *Cohellius* contrarium exiſtimans. *ibid.* n. 43.
Cardinales Archipresbyteri, quomodo diviſam habeant cum Capitulis ſimultaneam Beneficiorum inferiorum collationem in eiſdem Baſilicis exiſtentium? Et an vigore Indulti conferre poſſint Beneficia reſervata, quæ in Turno Capituli vacant? *Vid. V. Baſilica S. Mariæ Majoris. V. Baſilica Lateranenſis. V. Baſilica Vaticana.*
Cardinales Archipresbyteri Baſilicarum Vaticanæ, & S. Mariæ Majoris, an conferre poſſint vigore Indulti Beneficia inferiora earumdem Baſilicarum, quæ in Turno Capituli extra Urbem vacant in Menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis? *Vid. V. Regula IX. quoad Exceptiones in ea parte.*
Cardinalis Archipresbyter unicam tantum vocem habens in collatione Beneficiorum ſpectante ad Capitulum, uti non poteſt Indulto, quod ei competat tanquam Prælato, non veluti Perſonæ de Capitulo. T. 1. p. 250. n. 231.
Cardinales Archipresbyteri Baſilicarum Urbis, an conferre
poſſint

poſſint vigore Indulti Beneficia devoluta ad privativam collationem Capitulorum ſpectantia? *Vid. V. Baſilicæ Lib. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*

Cardinales quoad Beneficia.

Beneficia quæ obtinent S. R. E. Cardinales, ſunt reſervata vigore *Extravag. ad Regim.* T. 1. p. 91. n. 1.
Et ſive ante, ſive poſt Cardinalatum fuerint acquiſita. *ibid.* n. 7.
In terminis etiam Concordatorum Germaniæ Beneficia Cardinalium ſunt Apoſtolicæ Sedi reſervata. T. 1. p. 93. n. 39.
Amplia, etiam ſi fuerint Beneficia Conſiſtorialia electiva, Epiſcopatus nempe, & Abbatiæ. *ibid.* n. 40.
Conſuevit tamen Sedes Apoſtolica indulgere Capitulis Germaniæ facultatem eligendi ſucceſſorem in locum defuncti Cardinalis Epiſcopi, vel Abbatis. *ibid.* n. 41.
Vel Cathedrali, aut Abbatiæ providere ex integro de eadem Perſona nulliter a Capitulo electa. *ibid.* n. 42.
Et referuntur in utroque caſu exempla. *ibid.* n. 41. 42.
Cardinalis, an poſſit vigore Indulti conferre Beneficia vacantia per obitum alterius Cardinalis? *Vid. V. Cardinales quoad indultum conferendi Beneficia reſervata. V. Card. Nepotes Pontif.*
Et quid? ſi fuerit Cardinalis a Latere Legatus? *Vid. V. Cardinales a latere Legati.*
Cardinalium, tanquam Papæ familiarium Beneficia ex Conſtitutione Julii III. comprehenduntur ſub reſervationibus, quibus ſubjacent Beneficia familiarium, & continuorum Papæ Commenſalium. T. 1. p. 92. n. 27. & p. 93. n. 33. p. 322. n. 62.
Vid. V. Familiares Papæ.
Per promotionem ad Cardinalatum, an vacent Beneficia per promotum obtenta? & an Præpoſitura Cappellæ Sanctiſſimi Præſepis in Baſilica S. M. Majoris, ſit incompatibilis cum Cardinalatu? *Vid. V. Cardinalatus.*

Cardinalis Camerarius.

Poteſt compeſcere exceſſus Officialium Romanæ Curiæ aliquid ultra emolumenta taxata exigentes, *Vid. V. Regula LXVII.*

Cardinales quoad Cauſas paſſivas.

Cardinalium Cauſæ in Galliarum Concordatis Judicio Sedis Apoſtolicæ, etiam in prima inſtantia reſervantur. T. 3. p. 194. n. 142. p. 197. n. 166.
Quamvis Cardinales extra Curiam degant, & reprobatur *Rebuff.* T. 3. p. 197. n. 167. & 169.
Et etiamſi agatur de delicto privilegiato, quia nempe Cardinalis ſit reus læſæ Majeſtatis. *Vid. V. Galliarum Concordata.*
In Cauſis depoſitionem, aut privationem Cardinalium reſpicientibus, debet Pontifex aliorum Cardinalium conſilia exquirere. T. 3. p. 201. n. 200.
Intellige de honeſtate, non de neceſſitate. *ibid.* n. 202.
Honeſtatem hanc ſequuti Pontifices, dum in Cardinales delinquentes animadverterunt, aliorum Cardinalium, vel aſſenſum, vel conſilium exquiſivere. *ibid.* n. 204.
Et referuntur exempla. *ibid.* n. 205.
Vid. V. Cauſæ Majores. V. Papa.

Cardinales quoad conſenſum præſtandum in proviſione Beneficiorum vacantium per obitum ſuorum Familiarium.

Vid. V. Regula XXXII. V. Regula XXXIII.

Cardinales Diaconi.

Cardinales Diaconi ex Conſtitutione *Sixti V.* quamvis Sacerdotio inſigniti, ad Ordinem Cardinalium Presbyterorum tranſire non poterant, quouſque ex Cardinalibus de novo creandis, numerus quatuordecim Diaconorum ſuppletus remanſiſſet. T. 1. p. 404. n. 18.
Sed ex Decreto *Clementis VIII* permittitur hujuſmodi tranſitus, ſi per decennium in Ordine Diaconatus perſeveraverint, & decem Cardinales Diaconi in eodem Ordine maneant. T. 1. p. 405. n. 19.
Et tranſeuntes ad Ordinem Presbyterorum, præcedunt Cardinalibus Presbyteris poſt ipſos ad Cardinalatum promotis. *ibid.*
Cardinales Diaconi tranſire non poſſunt immediate ad Ordinem Epiſcoporum, niſi præcedente tranſitu ad illum Presbyterorum. *ibid.* n. 20.
Privilegium a Sixto V. Cardinali Diacono antiquiori conceſſum optandi Epiſcopatum Suburbicarium in qualibet illius quarta occurrente vacatione, ad excluſionem Cardinalis antiquioris Præsbyteri, an hodie ſit in obſervantia, ſeu potius revocatum remanſerit a Decreto Clementis VIII. *Vid. V. Cardinales quoad optionem Titulorum, & Epiſcopatuum Suburbicariorum.*

Cardinales Epiſcopi.

Cardinales de Epiſcopatibus proviſi ſunt, immunes a Taxis pro expeditione Litterarum Apoſtolicarum ſolvi conſuetis. T. 1 p. 260. n. 349.
Nec ſubjacent diſpoſitioni *Extravag. Injunctæ* prorogantis vacationem Sedis Epiſcopalis uſque ad expeditionem Litterarum, earumque præſentationem Capitulo faciendam, poſtquam noviter Electus in Conſiſtorio præconizatur, vel confirmatur. *ibid.* n. 344.
Minuſque diſpoſitioni Regulæ II. ampliativæ dictæ *Extrav.* eamdem Eccleſiæ vacationem prorogantis uſque ad adeptam illius pacificam poſſeſſionem. *ibidem* numer. 342. & ſeqq.
Hinc poſſunt conferre Beneficia Eccleſiæ a die, quo ſunt præconizati in Conſiſtorio, Et ita pluries ſervatum. *ibid.* n. 345. & ſeqq.
Intellige de Beneficiis vacantibus poſt præconizationem, ſecus de illis, quæ antea vacabant. T. 1. p. 261. n. 354.
Sed Beneficia poſt præconizationem vacantia, nec conferre poſſunt Cardinales antequam ſolitum fidelitatis Juramentum, ſi in Literis Apoſtolicis demandetur, præſtent. *ibid.* n. 355.
Et ante præſtitum dictum Juramentum Eccleſias ſibi commiſſas nec adminiſtrare, nec regere poſſunt. *ibid.*
Beneficia ante præconizationem vacantia, an conferre poſſint Cardinales vigore Indulti? *Vid. V. Card. quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
Eccleſiæ Cathedrales in Germania vacantes per obitum Cardinalium ſunt reſervatæ; & de Indultis eligendi a Sede Apoſtolica aliquando indulgeri ſolitis Capitulis. *Vid. V. Cardinales quoad Beneficia. V. Germania.*
De exceptione Cardinalium Epiſcoporum a reſervatione Regulæ IX. & an exceptio præfata ſuffragetur Capitulis, ſi cum illis ſimultaneam habeant Beneficiorum collationem? *Vid. V. Regula IX. quoad exceptiones in ea poſitas. V. Simultanea.*

Cardinales Epiſcopi Suburbicarii.

Cardinales Epiſcopi Suburbicarii dicuntur Pontificis Collaterales, & ſucceſſerunt in locum Hebdomadariorum, qui ſingulis hebdomadis munia Pontificalia alternatim exercebant in Eccleſiis Patriarcalibus Urbis. T. 1. p. 391. n. 57.
Examinatur differentia, quæ intercedit inter jus conferendi, quod competit Epiſcopis ratione aliarum Eccleſiarum Cathedralium, & illud, quod competit ratione Eccleſiarum Suburbicariarum. T. 1. p. 397. n. 131.
Cardinales in Eccleſiis Suburbicariis conſiderantur uti Vicarii Papæ, quibus non aliter conceſſa fuit Beneficiorum collatio, quam ſub circumſtantia eorum reſidentiæ in Curia. *ibid.* n. 133.
Conferre non poſſunt Beneficia dictarum Eccleſiarum ſi a Curia, quamvis ex cauſa neceſſaria, abſint, & quamvis exiſtant tempore eorum vacationis intra duas Dietas. *Vid. V. Regul. VIII.*
Amplia, quamvis reſideant apud Eccleſias ipſas Suburbicarias, vel penes Eccleſias extraordinarias, quibus ex conceſſione Apoſtolica præſunt. *Vid. eod. V.*
Non prohibentur tamen conferre Beneficia, quæ tempore eorum abſentiæ a Curia, in Eccleſiis Extraordinariis vacare contingat. *Vid. eod V.*
Vid. V. Cardinales Titulares.
Cardinales Epiſcopi Suburbicarii Suffraganeum non habentes, ex Conſtit. *Alexandri VII.* non poſſunt pro Ordinibus, etiam Minoribus ſuſcipiendis, ſubditos ſuos ad alios dimittere, quam ad Cardinalem Vicarium Urbis. T. 2. p. 364. n. 175.
Poſſunt tamen Cardinales dictorum Epiſcopatuum Præſules ad ſuas Diœceſes accedere, & inibi Sac. Ordinationes peragere. *ibid.*
Conſtitutio *Alexandrina* non afficit ſubditos præfatos pro Tonſura recipienda, ſed pro ea dimitti poſſunt ad quemcumque Epiſcopum. *ibid.* n. 176.
Cardinalis Epiſcopus Suburbicarius quomodo Decanatum Sac. Collegii optare poſſit? *Vid. V. Cardinales quoad optionem Decanatus Sacri Collegii.*

Cardinales

Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia Eccleſiæ dimiſſæ.

Cardinalibus, qui Eccleſias Epiſcopales dimittunt, impertiri aliquando ſolet Indultum conferendi illius Beneficia in octo Menſibus Apoſtolicis vacantia, aliis quatuor Succeſſori Epiſcopo relictis. T. 1. p. 266. n. 407.
Indultum hujuſmodi eſt ſuperinductum, & extraordinarium, nec eſt ita ſavorabile ſicut ordinarium. *ibid.* n. 408. & p. 267. n. 411. T. 2 p. 81. n. 100. p. 85. n. 149. p. 104. n. 20. p. 125. n. 39. T. 3. p. 109. n. 91.
Amplia, etiamſi relationem habeat ad Indultum ordinarium. T. 1. p 266. n. 410. & T. 2. p. 104. n. 21.
Cardinales vigore hujuſmodi Indulti Beneficia conferunt jure novo, & auctoritate delegata Pontificis, non ex priori ordinaria, & originali poteſtate. T. 2. p 80. n. 96. p. 81. n. 101.
Referuntur, & rejiciuntur DD. exiſtimantes Indultum præfatum non eſſe extraordinarium, quodque Cardinalis in Menſibus ſibi reſervatis, adhuc remaneat ordinarius Collator. T. 1. p. 267. n. 412.
Sed quamvis Indultum præfatum ſit extraordinarium, jus tamen ex eo Cardinali quæſitum, non cenſetur ſublatum abſque expreſſa derogatione Regulæ *de Jure quæſito non tollendo.* T. 2. p. 125. n. 41.
Cardinalis dicto Indulto extraordinario gaudens, admittere non poteſt Reſignationes Beneficiorum, quia non eſt amplius ordinarius Collator T. 1 p. 266. n. 409.
Nec poteſt Sede Epiſcopali vacante Beneficia conferre in quatuor Menſibus dimiſſis, ſed ea remanent Pontificis diſpoſitioni vigore Regulæ II. reſervata. Tom. 1. p. 248. n. 213. p. 266. n. 407. & 411.
Amplia, etiamſi Indultum præfatum relationem habeat ad Indultum ordinarium, in quo legitur expreſſio, quod Cardinalis conferre poſſit Beneficia ratione Menſium, *& ex quavis alia cauſa diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervata.* Et redditur ratio. T. 1. p. 267. n. 415. & 416.
Cardinalis, qui Eccleſiam dimiſit cum Indulto conferendi Beneficia in octo Menſibus reſervatis, poteſt, Apoſtolica Sede vacante, in Epiſcopi excluſionem, conferre Beneficia vacantia in Menſibus alias Sede plena reſervatis, & aſſignantur rationes. T. 2. p. 104. n. 18.
Contrarium, quod collatio Beneficiorum dicto tempore vacantium ſpectet ad Epiſcopum. *ibid.* n. 19. & 22. p. 105. n. 34. & p. 106. n. 44.
Dummodo Beneficia præfata non ſint obnoxia aliis Reſervationibus perſonalibus, vel realibus. Tom. 2. p. 104. n. 23.
Epiſcopus, an poſſit acceptare Alternativam, & gaudere ſex Menſibus in præjudicium Cardinalis habentis Indultum conferendi Beneficia Eccleſiæ dimiſſæ in octo Menſibus Apoſtolicis? T. 2. p. 81. n. 103. & p. 125. n. 3. & ſeqq.
Vid. V. Alternativa quoad Beneficia, quæ ſub ea comprehenduntur.
Cardinalis, qui Eccleſiam dimiſit cum Indulto conferendi Beneficia in *omnibus menſibus*, ſolum conferre poteſt Beneficia vacantia in octo Menſibus Apoſtolicis, ſecus in quatuor ordinariis. T. 2. p. 80. n. 90. & p. 82. n. 109.
Redduntur rationes. T. 2. p. 80. n. 92. & ſeqq.
Et referuntur Vota ſuper hoc puncto edita a ſan. mem. Cardinali *Otthobono*, *&* *Hercule Ronconio.* T. 2. p. 80. n. 92. & p. 81. n. 100.
Si ad Eccleſiam a Cardinali dimiſſam cum Indulto conferendi in octo Menſibus Apoſtolicis, promoveatur alter Cardinalis, ad illum, & non amplius ad Cardinalem dimittentem ſpectat collatio Beneficiorum in Menſibus præfatis vacantium, & quare? T. 2. p. 82. n. 110. & 111.
Contrarium, quod collatio in dictis Menſibus reſervatis ſpectat ad Cardinalem, qui Eccleſiam dimiſit. *ibid.* n. 112. 113. & 114.
Cardinales, ex Conſtitutione LX. *Urbani VIII.* uti prohibentur pluribus Indultis pro duabus Eccleſiis altera dimiſſa, altera cui actu præſunt. Et quomodo id intelligatur? *Vid. V. Regula IX. quoad exceptiones in ea poſitas.*
Cardinalis de una ad alteram Eccleſiam tranſlatus cum Indulto conferendi Beneficia Eccleſiæ dimiſſæ in Menſibus Apoſtolicis, an poſſit in Eccleſia cui actu præeſt conferre Beneficia in iiſdem Menſibus vacantia jure ordinario, & vigore illius exceptionis a Regula IX. *Vid. eod. V.*
Cardinales, qui Eccleſiam dimiſerunt cum Indulto conferendi in octo Menſibus Apoſtolicis, conferre non poſſunt Beneficia ad privativam collationem Capitulorum ſpectantia, & vigore Reg. IX. reſervata. T. 2. p. 85. n. 148.
Vacante Parochiali Eccleſiæ dimiſſæ in Menſe reſervato; an Cardinalis Indultarius teneatur notificare Epiſcopo illius vacationem ad effectum, ut Concurſum indicere valeat. *Vid. V. Parochiales quoad Concurſum.*
Expleto Concurſu, nequit Cardinalis Indultarius cogere Epiſcopum, ut ad ipſum illius Acta tranſmittat. Tom. 1. p. 171. n. 37.
Prælectio magis digni ex approbatis in Concurſu ad Parochialem, quæ in Menſe reſervato vacavit, ſpectat ad Epiſcopum, & non ad Cardinalem Indultarium. *ibidem* n. 29. & ſeqq.
Sed in Parochialibus, alias quam ratione Menſis reſervatis, & in quibus a Papa demandatur Concurſus pro Inſtructione animi, Prælectio ſpectat ad Cardinalem Indultarium, qui cogere poteſt Epiſcopum ad tranſmittendum Acta Concurſus. *ibid.* n. 35 37.
Vid. V. Parochiales quoad Concurſum. V. Parochiales quoad prælectionem.

Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.

De Indulto gaudent quo Cardinales Pontificum Nepotes conferendi Beneficia reſervata. *Vid. V. Cardinales Nepotes Pontificum.*
In interpretandis Indultis Cardinalium non verborum cortex, ſed veroſimilis mens Pontificis attendi debet. T. 1. p. 322. n. 57.
Omniſque capienda eſt interpretatio, ne Indultum inefficax, & eluſorium remaneat. T. 1. p. 104. n. 175.
Indulta Cardinalium ſunt favorabiliter interpretanda contra Pontificem concedentem in caſibus tantummodo dubiis, ſed non ſunt extra ſuos fines extendenda. T. 1. p. 91. n. 34. & 35. T. 2. p. 83. n. 127. 128. p. 85. n. 143. T. 4. p. 170. n. 73.
Ac ita interpretari debent, ut Ordinariis Collatoribus in eorum juribus præjudicium non inferant. Tom. 2. p. 84. n. 140.
Moderna Indulta Cardinalium ſunt antiquis magis ampla. T. 1. p. 304. n. 41.
Contrarium, quod in ſubſtantia verborum non ſint diverſa ab antiquis. T. 2. p. 82. n. 119.
Et in quo differant inter ſe? T. 1. p. 396. n. 120. & ſeqq. T. 2. p. 83. n. 120.
Formulam Indultorum Cardinalium immutavit anno 1681. ſan. mem. *Innocentius XI.* T. 1. p. 396. n. 121.
Indulta Cardinalium non ſunt revocata per ſubſequentes Regulas Cancellariæ Beneficiorum reſervatorias. T. 1. p. 392. n. 78.
Cardinales poſſunt, ſi velint, Indultum non acceptare, & conferre Beneficia in omnibus duodecim Menſibus vacantia vigore exceptionis a Regula IX. Tom. 2. p. 80. n. 84.
Exceptio Cardinalium a Regula IX. an ſit tacitum Indultum? *Vid. V. Regula IX. quoad exceptiones in ea poſitas.*
Cardinalis, qui acceptavit Indultum qualificatum, non poteſt uti præſcriptione pro excludenda qualificatione. T. 1. p. 349. n. 57.
Et ſemel, ac approbavit Indultum pro ſe, tenetur illud recipere contra ſe. *ibid.* n. 58.
Cardinales habentes Indultum reſtrictum, & limitatum, illud excedentes, dicuntur in mala fide, & ideo non poſſunt præſcribere facultatem conferendi ultra limites ipſius Indulti. *ibid.* n. 59.
Cardinales Indultarii olim Beneficia reſervata jure proprio, & ordinario conferebant, ſed hodie poſt Conſtitutionem *Urbani VIII.* ea conferunt etiam jure delegato Pontificis, firmis remanentibus Reſervationibus. T. 1. p. 91. n. 12. p 123. n. 31. p. 170. n. 26. 28. 32. p. 380 n. 40.
Vid. V. Regula IX. quoad exceptiones in ea poſitas.
Sicque ea ſolum Beneficia reſervata conferre poſſunt, quorum collatio Papa iis ſpecialiter indulſit. T. 1. p. 91. n. 11. p. 138 n. 41.
Et enumerantur Reſervationes comprehenſæ ſub Indulto Cardinalium. T. 1. p 91. n. 14.
Indulta Cardinalium ea ſolum comprehendunt Beneficia, quæ, ſecluſis reſervationibus, ad eorum liberam collationem ſpectarent. T. 1. p. 303. n. 27. p. 304. n 36. & 41. p. 308. n. 74. 76.
Et in nova Proviſione, quæ a Sede Apoſtolica conceditur proviſis a Cardinalibus vigore Indulti, apponitur clauſula -- *Dummodo Beneficia præfata ſub Indulto comprehendantur.* T. 1. p. 304 n. 34. p. 306. n. 67.
Hinc nullum Jus Proviſio præfata tribuit, ſi talis deficiat comprehenſio. *ibid.*
Ob ſupradictam rationem, poſſunt Cardinales conferre Beneficia, & Dignitates Regulares, Præpoſituras nempe, Prioratus &c. etſi reſervatas, quæ, ſecluſa reſervatione, ad

ad eorum collationem ſpectarent. T. 1. p. 303. n. 27.31. & p. 304. n. 39.

Conferre tamen nequeunt Beneficia, & Dignitates Regulares exemptas, cum non ſint de Ordinariorum collatione, ſed ſpectent ad Abbatis, vel Pontificis diſpoſitionem. T. 1. p. 303. n. 26. & plur. ſeqq.

Et ita pluries deciſum, præſertim anno 1690. a Congregatione particulari, cujus Reſolutio confirmata fuit *Motu proprio* a ſan. mem. *Innocentio XII.* T. 1. p. 304. num. 43. & ſeqq. p. 307. n. 72.

Referuntur rationes dictæ Reſolutionis. T. 1. p. 303. n. 27. & ſeqq.

Facultas, quæ in Indultis tribuitur Cardinalibus conferendi Beneficia Regularia, vel intelligitur de iis, quæ pertinent ad ipſorum collationem ratione Monaſteriorum, quæ obtinent in Commendam. *ibid.* n. 30. 39.

Vel de Beneficiis Regularibus non exemptis, quæ ſecluſa reſervatione, ad eorum collationem pertinerent. *ibidem* n. 31. & 39.

Ex quibus vero dignoſcatur Beneficium regulare eſſe exemptum? *Vid. V. Beneficia Regularia exempta.*

Cardinales vigore Indulti conferre non poſſunt Beneficia ſuppreſſi Ordinis *Humiliatorum*, quia nunquam fuerunt de eorum collatione, ſed in limine ſecularizationis Ordinis, fuerunt per S. Pium V. expreſſe reſervata Sedi Apoſtolicæ, & excepta ab Indulto Cardinalium. Tom. 1. p. 304. n. 35. & 37.

Beneficia Regularia ſecularizata, & perpetuo Sedi Apoſtolicæ reſervata, Cardinales vigore Indulti conferre non poſſunt. T. 2. p. 31. n. 121.

Cardinales non poſſunt vigore Indulti conferre Beneficia erecta in ſolo Lateranenſi, quia exempta. *Vid. V. Solum Lateranenſe.*

Cardinales non poſſunt vigore Indulti conferre Monaſteria Conſiſtorialia, & Conventum habentia. T. 1. pag. 107. n. 97. n. 303. n. 14.

Minuſque Beneficia indefinite deſcripta, & taxata in libris Cameræ, quamvis Taxa ſit minor ea, quæ facit Beneficium Conſiſtoriale. T. 1. p. 107. n. 97.

Indulta Cardinalium non comprehendunt Beneficia per Sedem Apoſtolicam tantum conferri ſolita. T. 1. p. 304. n. 40.

Etiamſi alias jus dicta Beneficia conferendi ad ipſos Cardinales Indultarios ſpectaret. *ibid.*

Indulta Cardinalium non capiunt Beneficia, in quorum quaſi poſſeſſione conferendi alter reperitur, etſi jus habituale, ſeu proprietas Juris conferendi apud ipſos reſideat. T. 1. p. 143. n. 175. 176. T. 2. p. 83. n. 122.

Intellige, quando agitur de præjudicando inferioribus Collatoribus, ſecus in præjudicium Papæ concedentis. T. 2. p. 84. n. 141.

Indulta Cardinalium non comprehendunt Beneficia electiva in præjudicium eligere debentium. T. 2. p. 85. n. 144.

Cardinalis non poteſt vigore Indulti conferre prima vice Beneficium auctoritate Apoſtolica erectum: Et dantur exempla. T. 2. p. 31. n. 131.

Maxime, ſi fuerit erectum ex diſmembratione fructuum alterius Beneficii ob Indulto Cardinalis excepti. T. 2. p. 32. n. 132.

Cardinalis non poteſt vigore ejus ordinarii Indulti conferre Dignitates majores in Cathedralibus, & principales in Collegiatis. T. 1. p. 289. n. 38.

Indulſit tamen ſa. me. *Benedictus XIII.* D. Card. *Pereyra*, ut conferre poſſet Decanatum Dignitatem poſt Pontificalem majorem in ſua Eccleſia *Pharaonen.* *ibid.* n. 39.

Sed Dataria Indultum præfatum admittere noluit, & quare? *ibid.* n. 40.

Cardinalis Indultarius conferre nequit Beneficia Juriſpatronatus Laicalis, aut mixti competentis ex dotatione, & fundatione, quia Beneficia præfata ſunt exempta a reſervationibus. T. 2. p. 54. n. 334. p. 57. n. 360.

Confert tamen abſque Patronorum præſentatione Beneficia Juriſpatr. Eccleſiaſtici ratione Menſium, aut alias reſervata. T. 1. p. 308. n. 79. T. 2. p. 78. n. 67.

Cardinalis Epiſcopus ſimul, & Canonicus unicam vocem habens in Beneficiorum collatione, nec vigore exceptionis a Regula IX. nec vigore Indulti conferre poteſt Beneficia vacantia in Menſibus Apoſtolicis, ſed eorum collatio ſpectat ad Papam. T. 2. p. 77. n. 56. & 59.

Cardinales Epiſcopi non poſſunt vigore Indulti conferre Beneficia in Menſibus Apoſtolicis, aut alias reſervata vacantia, quæ ad collationem Capitulorum, vel aliorum inferiorem collatorum privative quo ad Epiſcopum, pertinent; & quare? T. 2. p. 82. n. 115. 116. & ſeqq.

Et enumerantur quamplura Capitula Eccleſiarum Cathedralium, quæ hujuſmodi jure privativo quoad Epiſcopum, conferendi Beneficia gaudent. T. 1. p. 83. n. 129. & p. 103. n. 10.

Contrarium, quod Cardinalis Epiſcopus poſſit vigore Indulti conferre Beneficia reſervata ad privativam inferiorum Collatorum proviſionem, ſecluſis reſervationibus, ſpectantia. Referuntur rationes, & explicantur contrarii Doctores. T. 1. p. 84. n. 130 & ſeqq p. 85. n. 145.

Et refertur Reſolutio Congregationis particularis de anno 1664. T. 2. p. 85. n. 147.

Quæ ſententia eo magis locum ſibi vindicat, ſi favore Cardinalis Epiſcopi concurrat obſervantia *ibid.* n. 146.

Regula *Clementis VII.* qua declarabatur Indulta Cardinalium non comprehendere Beneficia ſpectantia ad proviſionem inferiorum collatorum erat odioſa, fuit moderata a *Paulo III.* & nunc in totum ſublata. *ibid.* n. 142.

Indulta Cardinalium non comprehendunt Beneficia devolata, quæ ad privativam collationem inferiorum ſpectant. T. 1. p. 83. n. 124.

Contrarium. T. 2. p. 84. n. 137. *Vid. V. Devolutio.*

Cardinales extraordinarii Collatores, prout ſunt Archipresbyteri Baſilicarum Urbis, an conferre poſſint vigore Indulti Beneficia devolata ad privativam collationem Capitulorum ſpectantia? T. 2. p. 84. n. 136.
Vid. V. Cardinales Archipresbyteri Baſilicarum Urbis. V. Baſilica Urbis.

Cardinalis, qui Indulto gaudet conferendi Beneficia reſervata, conferre nequit Beneficia litigioſa. T. 3. p. 75. n. 176.

Et reprobatur *Card. de Luca*, qui contrarium exiſtimat. *ibid.* n. 177.

Amplia, etiamſi adſit in Indulto facultas conferendi Beneficia vacantia *apud Sedem.* Et redditur ratio, reprobata alia ratione tradita per Rotam. *ibid.* n. 179 & 181.

Amplia, itidem, quamvis Indultum comprehendat Beneficia affecta. T. 3. p. 76 n. 182.

Cardinalis poteſt conferre Beneficia litigioſa, ſi hujuſmodi facultas ei tribuatur in Indulto. *ibid.* n. 187.

Et regulariter hodie illis impertitur. *ibid.*

Gaudente Cardinali Indulto conferendi Beneficia litigioſa, an competat ſuperſtiti Colliganti ſubrogatio gratioſa in juribus defuncti? *Vid. V. Regula XXIX*

Cardinalis ad Eccleſiam promotus cum Indulto conferendi Beneficia reſervata, conferre poteſt ea quæ Sede Epiſcopali vacante ante illius promotionem vacarunt, ſi in Indulto adſit facultas conferendi Beneficia reſervata vacantia, etiam de præterito, ſecus, ſi facultas præfata non adſit. T. 1. p. 266. n. 402 & 404.

Expreſſio tamen præfata regulariter deficit in ordinariis Indultis Cardinalium. T. 1. p. 265 n. 385. & ſeqq.

Facultas quæ in Indulto Cardinalibus impertitur conferendi Beneficia ratione Menſium, *& ex quavis alia cauſa diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervata*, non eſt apta comprehendere Beneficia Sede Epiſcopali vacante, & vigore Regulæ II. reſervata. Et de ratione. T. 1. p. 267. n. 414. & ſeqq.
Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia Eccleſiæ dimiſſæ.

Cardinalibus tamen Pontificum Nepotibus concedi ſolet Indultum conferendi Beneficia de tempore illius conceſſionis jam vacantia. *Vid. V. Cardinales Nepotes Pontificum.*

Cardinalis non poteſt vigore Indulti conferre Beneficia vacantia per obitum Conclaviſtarum. Tom. 1. p. 91. n. 16. p. 325 n. 104.

Et exceptio præfata legitur etiam in Indulto Cardinalium Nepotum. *Vid. V. Cardinales Pontificum Nepotes.*

Intellige, ut conferre non poſſit Beneficia obtenta ante, vel vivente Pontifice in cujus Conclavi inſervierunt, ſecus Beneficia obtenta poſt obitum illius Pontificis. T. 1. p. 325. n. 104. & 105.

Contrarium, quod Beneficia obtenta per obitum Pontificis in cujus Conclavi inſervivit Conclaviſta ſpectent ad privativam Pontificis diſpoſitionem, nec a Cardinalibus Indultariis conferri poſſunt. T. 1. p. 327. n. 127.

Cardinalis non poteſt vigore Indulti conferre Beneficia Dapiferorum, & redditur ratio. *ibid.* n. 128. & 129.

Contrarium. Et ita reſolutum a Congregatione particulari. *ibid.* n. 130. p. 328. n. 142.

Cardinalis nequit vigore ſui ordinarii Indulti conferre Beneficia Curialium, ſive illa obtenta fuerint poſt, ſive ante Curialitatem. T. 1. p. 51. n. 125. & ſeqq.

Et qui ſint Curiales. *Vid. V. Curialis.*

Cardinalis nequit vigore Indulti conferre Beneficia vacantia per obitum alterius Cardinalis, & redduntur rationes. T. 1. p. 91. n. 10. & ſeqq. p. 92. num. 18. & ſeqq.

Contrarium. T. 1. p. 91. n. 8.

Sed prior ſententia verior eſt, & reſpondetur *Deciſioni* 111.

de Privilegiis, *coram Creſcentio*, & DD. contrarium ſentientibus. T. 1. p. 92. n. 32. & ſeqq.

Vid. V. Familiaritas, *& Familiares Papæ.*

Beneficia vacantia per obitum Cardinalium, an ſint comprehenſa ſub Indulto Cardinalium Nepotum? *Vid. V. Cardinales Nepotes Pontificum.*

Cardinales olim ex indultis *Sixti V.* aliorumque Pontificum, conferre poterant Beneficia vacantia per obitum familiarium aliorum Cardinalium. T. 1. p. 335. n. 16. 17. 18. 19. p. 338. n. 47.

Et Regula XXXII. nunc. XXXIII. Cancellariæ, edebatur ad tramites dictorum Indultorum, iiſque famulabatur. T. 1. p. 336. n. 20.

Sed moderata fuerunt Indulta præfata per Conſtitutiones *Gregorii XIV. & Pauli V.* facultatem hanc Cardinalibus adimentes. *ibid.* n. 21. 22. & 26. p. 338. n. 47. Tom. 3, p. 131. n. 8

Eaſdemque Conſtitutiones, quæ ſunt perpetuæ, ad unguem ſervari expreſſe mandatur in Indultis modo concedi ſolitis DD. Cardinalibus. T. 1. p. 336. n. 28. T. 3. p. 133. n. 15.

Vid. V. Regula IV. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium per obitum familiarium Cardinalium. V. Regula XXXII. V. Regula XXXIII.

Sed in Indultis quæ conceduntur a Pontificibus eorum Nepotibus impertitur facultas conferendi Beneficia ex familiaritate Cardinalitia reſervata.

Vid. V. Cardinales Nepotes Pontificum.

Cardinalis conferre nequit vigore Indulti Beneficia reſervata ex familiaritate Cardinalitia, quamvis ſit Ordinarius collator. T. 1. p. 335. n. 11.

Niſi gaudeat ſpeciali Indulto conferendi etiam Beneficia familiarium. *ibid.* n. 12.

Amplia, etiamſi fuerit Ordinarius collator ſimul, & Patronus. *ibid.* n. 13. & p. 337. n. 30. & 32.

Ejuſque favore concurrat longæva, & immemorabilis obſervantia. T. 1. p. 338. n. 46. & ſeqq.

Ac ita reſolutum a Congregatione particulari. T. 1. p. 335. n. 13.

Si Cardinalis Indulto gaudeat conferendi Beneficia reſervata ratione familiaritatis Cardinaliæ, & Beneficium vacet apud Sedem, itaut ab eo conferri non poſſit, an provideri debeat de illis, vel conſenſu Cardinalis Patroni, aut libere a Papa? *Vid. V. Regula XXXIII. V. Cardinales Nepotes Pontificum.*

Indulta Cardinalium excipientia Beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium, intelliguntur de Cardinalibus viventibus, non autem defunctis. Tom. 1. p. 143. num. 96.

Contrarium, quod ab Indultis excluduntur etiam Beneficia obtenta durante familiaritate; & vacantia poſt obitum Cardinalium Patronorum. Et redduntur rationes. T. 1. p. 92. n. 23 p. 343. n. 97.

Cardinales vigore Indulti conferre non poſſunt Beneficia, quæ veri familiares Papæ *ex mente*, & *dente* obtinebant. T. 2. p. 92. n. 26. p. 324. n. 87.

Vid. V. Regula IV. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium per obitum familiarium Pontificum.

Poſſunt tamen conferre Beneficia familiarium Papæ, qui tales non ſint *ex mente* & *dente*, ſed ex familiaritate Privilegiativa, etſi vera, & non ficta ſuperinducta Officialibus *a Paulo III.* T. 1. p. 324. p. 87. p. 325. n. 95.

Cardinalis, ſi Indulto gaudeat conferendi Beneficia, exceptis iis quæ obtinentur a familiaribus Pontificis viventis, an poſſit Pontifice defuncto, eorumdem familiarium Beneficia conferre? T. 1. p. 320. n. 46. & ſeqq. p. 321. n. 52. & ſeqq.

Cardinalis Indulto gaudens conferendi Beneficia, *etiamſi illa obtinentes aliquorum Prædeceſſorum*, *aut Succeſſorum Romanorum Pontificum defunctorum familiares &c.* an conferre poſſit Beneficia Militum piorum, aliorumque Officialium Pontificis viventis, quibus *Paulus III.* familiaritatem ſuperinduxit? T. 1. p. 319. n. 15. & ſeqq.

Cardinalis, an poſſit vigore Indulti conferre Beneficia Subſecretarii, ſeu Scriptoris Literarum Congregationis Sanctiſſimæ Inquiſitionis? *Vid. V. Familiares*, *& Familiaritas Papæ. V. Curiales.*

Et, an poſſit conferre Beneficia Subſecretarii, vel Scriptoris Literarum in Congregatione Epiſcoporum, & Regularium? *Vid. V. Curiales.*

Cardinales conferre nequeunt vigore Indulti Beneficia vacantia *apud Sedem*, cum facultas hæc ſit in Indulto excepta. T. 1. p. [illegible]. n. 99.

Et, an illa conferre poſſint Cardinales Nepotes? *Vid. V. Cardinales Nepotes Pontificum.*

Gaudebant olim Cardinales facultate conferendi Beneficia *apud Sedem* vacantia, ſed illam per eorum Conſtitut. revocarunt *Gregorius XIV. & Paulus V.* T. 1. p. 49. n. 99. & 100. T. 3. p. 132. n. 8.

Amplia, ut Cardinales conferre nequeant Beneficia *apud Sedem* vacantia, quamvis ſint de Jurepatronatus Eccleſiaſtico ea lege erecta, ut ad collationem alicujus Cardinalis ſpectare debeant, etiamſi *apud Sedem* vacaverint. T. 1. p. 49. n. 103. & p. 50. n. 104.

Contrarium, & ita pluries ſervatum in quatuor Cappellaniis *Innocentianis* cum dicta lege in Baſilica Vaticana erectis. T. 1. p. 50. n. 108. 115. & 116.

Vid. V. Baſilica Vaticana.

Cardinales poſſunt vigore Indulti conferre Beneficia, quæ improprie *apud Sedem*, & proprie vacant *in Curia* per mortem civilem, aut per reſignationem, promotionem, tranſlationem &c. Et redditur ratio. T. 1. p. 47. n. 75. 76. & 77.

Et exceptio, quæ legitur in Indulto Cardinalium, conferendi Beneficia *apud Sedem* vacantia, intelligitur de vacatione, quæ oritur per mortem naturalem Beneficiarii *in Curia.* T. 1. p. 48. n. 79.

Hinc Cardinalis poteſt vigore Indulti conferre Beneficia affecta per appoſitionem manus Papæ ex cauſa Reſignationis, quia talis affectio non inducit reſervationem clauſam in corpore Juris. *ibid.* n. 78. p. 76. n. 364.

Contrarium, quod ab Indultis Cardinalium reſtrictis ad Beneficia vacantia *extra Curiam*, ſint etiam excepta Beneficia improprie vacantia *apud Sedem*, quæ nempe *in Curia* vacant per mortem civilem Beneficiarii. Tom. 1. p. 48. n. 80.

Redditur ratio. Explicatur *Gonzalez*, & reſpondetur contrariis rationibus. *ibid.* n. 81. 82. 83. 84. 85.

Et hujuſmodi exceptio legitur etiam in Indulto Cardinalium Nepotum. *Vid. V. Nepotes Pontificum.*

Cardinales conferre non poſſunt Beneficia vacantia vigore decreti adjecti in actu Promotionis ad Epiſcopatum. T. 1. p. 262. n. 400. & 401. & ſeqq.

Nec Beneficia, quorum retentio conceſſa fuit Epiſcopo in actu Promotionis, etiamſi Beneficia ipſa *in partibus*, & non *in Curia*, vacent, & quare? Tom. 1. p. 136. n. 189.

Vid. V. Regula I. quoad VII. Reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.

Amplia, quamvis retentio fuerit ad certum tempus conceſſa. T. 1. p. 138. n. 226. & ſeqq.

Beneficia vacantia ob non factam publicationem Literarum Reſignationis ad formam *Conſtitut. Gregorii XIII.* dicuntur vacare *in Curia*, & non ſubjacent Indulto Cardinalium. T. 2. p. 256. n. 253. 254.

Vid. V. Beneficia quoad vacationem apud Sedem in Curia, *& intra duas Dietas.*

Cardinales non poſſunt vigore Indulti conferre Beneficia duplici reſervatione coæquali reſervata juxta Votum *Ubaldi & Veroſpii.* T. 1. p. 31. n. 19. p. 103. n. 171.

Idque per ſpecialem Conſtitutionem ſancivit etiam ſan. mem. *Urbanus VIII.* T. 1. p. 31. n. 10.

Ambæ reſervationes ita debent eſſe coæquales, ut una non ſit potentior altera. *ibid.* n. 21.

Hinc, ſi concurrat familiaritas Papæ, & altera Cardinalis, illa uti potentior hanc abſorbet. *ibid.*

Duplicitas reſervationis coæqualis non excludit Indultum, ſi in eo concedatur facultas conferendi Beneficia *multipliciter* reſervata. T. 1. p. 32. n. 23.

Et Indultum hujuſmodi elargiri ſolet Cardinalibus Nepotibus Pontificum. *ibid.*

V. Verb. Cardinales Nepotes Pontificum.

Ex Protonotariatu, & Subcollectoratu oritur duplex reſervatio perſonalis coæqualis excluſiva Indulti Cardinalitii. T. 1. p. 103. n. 172.

Ex duplici tamen Subcollectoratus officio in eadem Perſona concurrente, non oritur niſi unica reſervatio. Tom. 1. p. 104. n. 182.

Quemadmodum ex officio Militis Pii, aut alterius officii habentis adnexum Protonotariatum, & Familiaritatem Pontificiam, non oritur duplex reſervatio perſonalis, ſed unica tantum. T. 1. p. 103. n. 173.

Hinc ſub Indultis Cardinalium comprehenduntur Beneficia ſimilium Officialium, qui ſunt Protonotarii, & una ſimul Papæ Familiares. *ibid.* num. 174.

Ex duobus officiis diverſæ ſpeciei, & ſeparatim ab eadem Perſona acquiſitis, officii puta Militis Pii, & altero Militis Lauretani, non oriuntur duæ Reſervationes coæquales excluſivæ Indulti Cardinalitii. T. 1. p. 104. num. 176. & p. 108. n. 235.

Redduntur rationes. *ibid.* & p. 104. n. 177. 181. & 183.

Contrarium, quod pro excluſione Indulti poſſit ex uno officio deſumi reſervatio ratione *Protonotariatus*, & ab alio altera Reſervatio ratione *Familiaritatis.* Tom. 1. p. 104. n. 185. & 188. & p. 108. n. 237.

Et

Digitized by Google

Et ita reſolutum. T. 1. p. 108. n. 236.
Redditur ratio, & reſpondetur *Deciſ. 32. de Præben. in antiqu.* T. 1. p. 104. n. 186. & 187.
Beneficia illius, qui fuit Protonotarius ratione Officii Lauretani, aut Pii, & ſimul Scriptor Apoſtolicus, non ſunt duplici reſervationi obnoxia. *ibid.* n. 189.
Redditur ratio, quia Familiaritas Papæ, qua gaudent Scriptores, cæterique Papæ Officiales, non inducit novam reſervationem diverſam ab illa, quæ inducta fuerat per dictas Militias, & ſic tanquam reiteratio ejuſdem qualitatis non multiplicat reſervationes. *ibid.*
Contrarium attenta Conſtit. *Alexandri VII.* qua ſancitum fuit, Beneficia Officialium eſſe reſervata non ſolum ratione Familiaritatis Pontificiæ ſuperinductæ a Paulo III. ſed etiam ſolius Officii. T. 1. p. 105. n. 198. & p. 109. n. 265.
Vid. V. Officialis.
Et in eadem Conſtitutione declaratur, Protonotariatum ex Officio Lauretano, vel alio Officio deſumptum, & Scriptoratum ſeparatim acquiſitum, conſtituere duas Reſervationes coæquales excluſivas Indulti Cardinalium. T. 1. p. 105. n. 198. & p. 109. n. 266.
Et quid tempore *Clementis X.* actum fuerit pro obtinenda apertione oris adverſus dictam Conſtitutionem *Alexandrinam*? dict. n. 198.
Ex Referendariatu utriuſque Signaturæ, & ex Protonotariatu de numero participantium poſtea acquiſito, inſurgunt duæ reſervationes perſonales coæquales. T. 1. p. 105. n. 199.
Limita, ſi utraque Dignitas fuerit unitim acquiſita, quia tempe quis declaretur Protonotarius de numero participantium, & una ſimul Referendarius. *ibid.*
Aut, quia Referendariatus ſit adnexus alicui Officio, prout adnexus reperitur Officio Abbreviatorum, Auditoratui Rotæ &c. *ibid.* n. 200.
Contrarium, quod, etiam ſi quis una ſimul creatus fuerit Protonotarius, & Referendarius, adhuc ejus Beneficia erunt duplici reſervationi coæquali obnoxia. *ibid.* n. 201.
Beneficia illius, qui fuit familiaris Papæ, & Protonotarius, eſto Officium illud obtinuerit intuitu familiaritatis, ſunt duplici reſervatione coæquali reſervata, ac proinde excluſa ab Indulto Cardinalium. Et ita deciſum in Congregatione particulari. T. 1. p. 105. n. 202. & 203.
Duplici reſervationi perſonali ſubjacent Beneficia illius, qui prius fuit Referendarius, & poſtea Auditor Rotæ. *ibid.* n. 204.
Scriptoratus Apoſtolicus, & Abbreviatoria, duplicem gignunt coæqualem Reſervationem. *ibid.* n. 207.
Quemadmodum duplici reſervationi perſonali ſunt obnoxia Beneficia illius, qui fuit Nuncius, & Referendarius. *ibid.*
Aut Cubicularius, & Scriptor Apoſtolicus. *ibid.*
Familiaritas Cardinalis, & Scriptoratus, ſeu Abbreviatoria, duplicem producunt reſervationem perſonalem. Et redditur ratio. *ibid* n. 208. & 209.
Protonotariatus obtentus acceſſorie ad Conclaviſtatum, an inducat unicam, vel duplicem reſervationem? *ibid.* n. 211.
Cardinales poſſunt vigore Indulti conferre Beneficia vacantia per collationem aliorum incompatibilium ab ipſis factam uti Indultariis, non obſtante quod ſint reſervata vigore *Extravag. ad Regimen.* T. 1. p. 163. n. 185.
Amplia, etiamſi Proviſus de ſecundo teneatur ad formam Indulti novam proviſionem a Sede Apoſtolica reportare. *ibid.* n. 186. & 187.
Cardinalis Indultarius conferre nequit primum Beneficium vacans per aſſequutionem ſecundi incompatibilis ab eo collati, quando ſuper iſto imponenda eſt Penſio a Dataria. *ibid.* n. 188.
Cardinales poſſunt vigore Indulti conferre Parochiales ad Sedem Apoſt. devolutas. T. 1. p. 190. n. 22.
Cardinales poſſunt vigore Indulti conferre Beneficia affecta. T. 1. p. 439. n. 231.
Quamvis ſint affecta ex generali reſervatione. T. 1. p. 321. n. 55.
Et ſic conferre poſſunt Beneficia commendata. T. 1. p. 138. n. 229. & ſeqq.
Vacante *in partibus* Beneficio per obitum Titularis, ſi illud a Papa alteri commendetur, & Commenda ceſſet *in Curia*, illius proviſio ſpectat ad Cardinalem Indultarium. *ibid.* n. 229.
Si tamen Papa Indultarium præveniat, Pontificia proviſio ſuſtinetur ex vacatione *de facto.* T. 1. p. 139. n. 238.
Contrarium, quod in ſupradicto caſu collatio ſpectet ad Pontificem. Et ita reſolutum a Congregatione particulari. T. 1. p. 140. n. 246. p. 141. n. 260.
Indultum Cardinalis locum ſibi vindicat in ceſſatione Commendæ *extra Curiam.* T. 1. p. 140. n. 248.
Nec comprehendit Commendas vacantes *apud Sedem*, & *in Curia*, quæ conceſſio indiget ſpeciali mentione. *ibid.* & n. 249.
Vid. V. Regula I. quoad I. reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.
Poteſt Cardinalis vigore Indulti conferre Beneficium, quod una ſimul ſit affectum, & reſervatum. T. 1. p. 32. n. 24.
Intellige, ſi affectio ſit realis, ſecus ſi perſonalis. *ibid.* n. 25. p. 32. n. 29. & 30.
Et quæ ſit affectio realis, & quæ perſonalis? T. 1. p. 32. n. 26. 27. & 28.
Vid. V. Affectio.
Duæ affectiones perſonales coæquales ceſſare faciunt Indultum Cardinalium. *ibid.* n. 31.
Quemadmodum una reſervatio, & una affectio perſonalis, potiſſimum attenta Conſtitut. ſanct. mem. *Urbani VIII.* *ibid.* & n. 32.
Hinc familiaritas defuncti Pontificis, ex qua affectio perſonalis reſultat, una cum Protonotariatu, excludunt Indultum Cardinalium. Et ita pluries reſolutum. *ibidem* n. 33. & 34.
Duæ affectiones reales excludunt Indultum Cardinalis. T. 1. p. 33. n. 57.
Hinc, ſi Commendatario ad Epiſcopatum promoto conceditur retentio Beneficii commendati, ex his duabus appoſitionibus manus Papæ, inſurgunt duæ Affectiones reales excluſivæ Indulti Cardinalis. *ibid.* n. 36. 37.
Non multiplicantur tamen affectiones, ſi quis ſucceſſive promotus ad duas Eccleſias Epiſcopales, utraque vice obtinuerit retentionem Beneficiorum. *ibid.* n. 38.
Cardinales poſſunt vigore Indulti conferre Beneficia Officialium Sedis Apoſtolicæ. T. 1. p. 92. n. 9. p. 128. n. 251.
Intellige, ſi Officiales decedant extra Curiam, ſecus ſi in Curia. Et ita pluries ſervatum. T. 1. p. 92. n. 136.
Facultas in Indulto Cardinalibus tributa conferendi Beneficia *Abbreviatorum, Cubiculariorum, ſeu quorumcumque aliorum dictæ Curiæ, & Sedis Apoſtolicæ Officialium*, comprehendit ſolum Officiales ſimilis ſpeciei ſupra expreſſis. T. 1. p. 91. n. 19.
Contrarium, quod comprehendat Beneficia tam Officialium, qui in *Extravag. ad Regimen* enumerentur, quam aliorum quorumcumque, ſive ejuſdem, ſive diverſæ ſpeciei, etiam poſtea creatorum, & creandorum. T. 1. p. 109. n. 252.
Indultum, quo gaudent Cardinales conferendi Beneficia Officialium, comprehendit etiam Beneficia illorum, qui ſunt familiares ex Privilegio ipſius Pontificis. T. 1. p. 320. n. 44. p. 324. n. 87.
Indulto Cardinalium ſubjacent Beneficia vacantia per obitum familiarium Prælatorum, aliorumque Romanæ Curiæ Officialium. T. 1. p. 56. n. 180.
Intelliga, ſi familiares prædicti ſint deſtituti Curialitate, quia nempe decedant extra Curiam, ſecus ſi in Curia. *ibid.* n. 181.

Cardinales Legati a Latere.

Legatorum Apoſtolicorum tres ſpecies, alii Legati a Latere, & Cardinales; Alii cum facultatibus Legati a Latere, ſed non Cardinales; alii ratione Dignitatis in ſuis Provinciis. T. 1. p. 105. n. 30.
Legati a Latere non ſunt niſi Cardinales. Tom. 4. p. 166. n. 34.
Eorum poteſtas non expirat per obitum Pontificis. Tom. 2. p. 104. n. 35.
Legatis a Latere competere nequit poteſtas major ea, qua Pontifex potitur. T. 2. p. 272. n. 19.
Jura, quæ loquuntur de Proconſule, rite applicantur Legatis a Latere. T. 1. p. 101. n. 129.
Legatus a Latere, actus voluntariæ Juriſdictionis exercere nequit in ipſa Urbe præſente Summo Pontifice, ſed illos, juxta ſtylum, explere debet extra Portam aliquam, vel fingere, quod extra eam actus præfatos expleverit. *ibid.* n. 127. & ſeqq.
Et ſtylus hujuſmodi non invaluit tantummodo ob debitum Pontifici obſequium, ſed pro validitate actus. *ibid.* n. 131. & 132.
Contrarium, quod Legatus a Latere in quocumque loco extra demandatam ſibi Provinciam, etiam in Urbe ipſa præſente Pontifice, exercere poſſit actus voluntariæ Juriſdictionis. *ibid.* n. 133.
Quodque, ſtylus illos explendi extra Portam aliquam Urbis, actum in Urbe geſtum non irritet. *ibid.* num. 134. & ſeqq.
Vid. Verb. Juriſdictio. V. Protonotariatus quoad Reſervationem. V. Protonotarii.
Cardinalibus a Latere Legatis intra Montes non conceduntur

tur facultates ſpecifice, prout illis ultra Montes, ſed in eorum Legationis Breve inſeritur clauſula — *cum facultatibus ſolitis, & conſuetis.* T. 2. p. 184. n. 32.
Enumerantur quamplures facultates, quæ Cardinalibus a Latere Legatis a Sede Apoſtolica impetiri ſolent. T. 2. p. 183. n. 31.
Et, an illæ ſubjaceant revocationi Regul. XIV. *Vid. V. Regula XIV.*
Cardinales a Latere Legati non poſſunt vigore ſuarum ordinariarum facultatum Eccleſias Paſochiales in Collegiatas erigere. T. 2. p. 184. n. 33.
Minuſque Canonicis Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum elargiri Inſignia Cappæ magnæ, & Rocchetti, & quare? *ibid.* n. 34.
Cardinalibus Legatis a Latere indulgeri ſolet, ut Sac. Ordines tam per ſe ipſos, quam per alios Antiſtites intra Legationis fines, vel in Locis in quibus ipſi morari contingeret, conferre poſſint habentibus Literas Dimiſſoriales ſuorum Ordinariorum. T. 2. p. 382. n. 340.
De facultate Legatorum a Latere creandi Protonotarios Apoſtolicos etiam in ipſa Urbe. *Vid. V. Protonotariatus quoad Reſervationem. V. Protonotarii.*
Cardinales a Latere Legati facultatem habentes diſpenſandi in tertio, & quarto gradibus ſimplici, & mixto, diſpenſare non poſſunt in ſecundo, & tertio mixtis. T. 2. p. 186. n. 57. & ſeqq.
Sed, an facultate muniti diſpenſandi ſuper gradu ſuperiori, nempe tertio, diſpenſare poſſint ſuper inferiori, nempe quarto? T. 2. p. 188. n. 69. & ſeq. *Vid. V. Diſpenſationes Matrimoniales.*
Cardinalis Legatus de Latere vigore ſuarum ordinariarum facultatum diſpenſare non poteſt ſuper retentione Beneficiorum incompatibilium. T. 1. p. 150. n. 35.
Redditur ratio, quia diſpenſare nequit contra Decreta Conciliorum generalium, ex quibus interdicta fuit retentio Beneficiorum incompatibilium. *ibid.* n. 36.
Cardinales a Latere Legati Beneficia ſuarum Provinciarum non conferunt jure ordinario, ſed accidentali, & extraordinario. T. 2. p. 195. n. 70.
Contrarium, quod ſint ordinarii, & non extraordinarii Collatores. T. 2. p. 105. n. 31. p. 196. n. 76.
Quodque concurrere valeant cum ordinariis Collatoribus in eorum Menſibus. T. 2. p. 105. n. 31.
Cardinales a Latere Legati, an comprehendatur ſub exceptione Regulæ IX. ad effectum conferendi Beneficia in omnibus menſibus vacantia? *Vid. V. Regula IX. quoad exceptiones in ea poſitas.*
Et, an comprehendantur ſub exceptione Regulæ XV. quæ excipit ab ejus revocatione Indulta, & facultates conferendi Beneficia reſervata Cardinalibus conceſſas. *Vid. V. Regula XV.*
Cardinalis a Latere Legatus, & cum præfixione certi temporis deſignatus, eo elapſo Beneficia conferre non poteſt. T. 1. p. 237. n. 96.
Poteſt tamen ante Succeſſoris adventum Juriſdictionem ordinariam exercere. T. 1. p. 231. n. 45. p. 237. n. 97.
Cardinales a Latere Legati facultatem habentes conferendi Beneficia reſervata, conferre non poſſunt Beneficia vacantia per obitum Cardinalium. T. 1. p. 91. n. 11.
Cardinales præfati, an poſſint derogare Regulæ XIX. de Infirmis Reſignantibus? *Vid. V. Regula XIX.*
Poſſunt derogare Juſpatr. Eccleſiaſtico. T. 2. p. 185. n. 42. & 43.
An citare debeant Patronos Eccleſiaſticos in unione Beneficiorum, quas ipſi explent? *Vid. V. Regula XXII.*
Et, an procedentes jure ordinario, vel vice, & nomine Pontificis in Beneficiorum unionibus, teneantur citare Capitulum? *Vid. eod. V.*
In Beneficiorum impetrationibus a Cardinalibus Legatis, an neceſſaria ſit expreſſio valoris, illiuſque juſtificatio? T. 4. p. 61. n. 24. *Vid. Verb. Regul. LV.*

Cardinales Nepotes Pontificum.

Indulta, quæ a Pontificibus conceduntur Cardinalibus eorum Nepotibus late ſunt interpretanda. T. 1. p. 319. n. 32.
Et referuntur verba eorumdem Indultorum. *ibid.* n. 25.
Cardinalibus Nepotibus concedi ſolet Indultum conferendi Beneficia de tempore illius conceſſionis jam vacantia. T. 1. p. 265. n. 396.
Necnon Beneficia multiplici reſervatione coæqualis reſervata. T. 1. p. 32. n. 23.
Ac etiam Beneficia vacantia per obitum Cardinalium. T. 1. p. 92. n. 11.
Quemadmodum, & illa quæ vacant per eorumdem Cardinalium familiarium obitum. T. 1. p. 320. n. 39. & T. 3. p. 133. n. 27. p. 136. n. 78.
Vacantibus Beneficiis dictorum familiarium *apud Sedem*, an illa provideri debeant libere a Pontifice, ſeu potius de conſenſu Cardinalis Patroni, aut Cardinalis Nepotis Indulto gaudentis conferendi Beneficia reſervata ex familiaritate Cardinalitia? *Vid. V. Regula XXXIII.*
Cardinales Nepotes non poſſunt vigore Indulti conferre Beneficia eorum, qui fuerunt Papæ viventis familiares *in Mente, & Dente.* T. 2. p. 310. n. 41.
Poſſunt tamen conferre Beneficia eorumdem familiarium, diſſoluta familiaritate per obitum Pontificis decedentium. *ibid.* n. 35. & 38.
Et an Cardinales Nepotes conferre valeant Beneficia Officialium, aliorumque Pontificis viventis familiarium ex Privilegio? Tom. 1. pag. 319. num. 26. & ſeqq. p. 320. n. 44.
Ab Indulto Cardinalium Nepotum excipiuntur Beneficia *apud Sedem*, per obitum eorum poſſeſſorum, vacantia. Tom. 1. p. 49. n. 101. p. 266. n. 406. T. 3. p. 137. n. 98. & ſeqq.
Necnon Beneficia, quæ improprie *apud Sedem*, ſed proprie vacant *in Curia* per mortem civilem Beneficiariorum. T. 1. p. 48. n. 80 p. 266. n. 404. & ſeqq.
Excipiuntur iidem Beneficia Conclaviſtarum. T. 1. p. 320. n. 42. p. 326. n. 109.
Indulta teſtandi olim Cardinalibus Nepotibus concedi conſueta moderata fuerunt per *ſan. mem. Innocentium XII.* & quam ob cauſam? Tom. 4. p. 160. n. 51. *Vid. V. Regula LXIX.*

Cardinales quoad optionem Titulorum, necnon Epiſcopatuum Suburbicariorum.

Optio Titulorum inter S. R. E. Cardinales a quo tempore initium ſumpſit? T. 1. p. 402. n. 1.
De modo quo inter ipſos ſit Titulorum optio? T. 1. p. 404. n. 17.
Optio Titulorum expleri nequit, niſi a Cardinalibus in Curia, tempore eorum vacationis præſentibus, vel intra duas Dietas degentibus; & fieri debet ab ipſis in Conſiſtorio præſentibus, ac Pontifice approbante, & conſentiente. T. 1. p. 403. n. 5.
Limita, ſi Cardinalis in Urbe præſens, & optare cupiens, ſit infirmus, quo caſu optare poteſt in Conſiſtorio per Procuratorem. *ibid.* n. 6.
Cardinales, ob corporis infirmitates inhabiles ad Pontificales functiones exercendas, optare non poſſunt ex Decreto *Urbani VIII.* Epiſcopatus Suburbicarios. *ibidem* n. 7.
Et de cauſa, ob quam dictum Decretum emanavit? *ibid.*
Cardinales abſentes ex cauſa reſidentiæ apud Eccleſias, quibus præſunt, Eccleſias Suburbicarias optare non poſſunt. *ibid.* n. 8. & 10.
Indultum optandi unam tantum Eccleſiam Cardinali abſenti conceſſum, expirat ſequuta prima optione. T. 1. p. 404. n. 9.
Hodie per Conſtitut. Sanctiſſimi D. N. CLEMENTIS XII. ſublata ſunt Indulta optandi Eccleſias præfatas in abſentia, & per Procuratorem, etiam ex cauſa reſidentiæ Cardinalium apud alias Eccleſias, quibus præſunt. *ibid.* n. 11.
Cardinales non poſſunt hodie niſi duos tantum Epiſcopatus ſuburbicarios ſucceſſive optare; præſervatur tamen iis facultas optandi Eccleſiam Hoſtienſem, prævia dimiſſione prioris. *ibid.* n. 12.
Et in Inſtrumento optionis apponi debet ex Decreto ſan. mem. *Innocentii XI.* clauſula — *Servata forma Regulæ VIII. circa profeſſionem.* *ibid.* n. 13.
Stylus tamen circa appoſitionem dictæ clauſolæ non fuit uniformis. *ibid.* n. 14.
Et hodie apponitur in ſolo caſu, quo Cardinalis jam de una Eccleſia proviſus, vel jus habens conferendi Beneficia in Epiſcopatu quem dimiſit, optat alterum ex Epiſcopatibus Cardinalitiis. *ibid.* n. 15.
Aliquando adjecta fuit in optione Epiſcopatus Cardinalitii, tametſi Cardinalis, qui optavit, nec alium Epiſcopatum, nec jus conferendi in alia Eccleſia haberet. *ibid.* n. 16.
Cardinalis Diaconus antiquior ex Privilegio *Sixti V.* optare poterat Epiſcopatum Suburbicarium in qualibet illius quarta occurrente vacatione, ad excluſionem antiquioris Cardinalis Presbyteri. T. 1. p. 405. n. 21.
Exſcribuntur geminæ reſolutiones in duabus Congregationibus Rotalibus emanatæ, ſuper dicti Privilegii inobſervantia. *ibid.* n. 22.
De praxi ſervata temporibus *Clementis VIII.* & *Innocentii X.* ſuper hoc puncto. *ibid.* n. 23. & 24.
Refertur Reſolutio Congregationis particularis de anno 1715. quod Cardinalibus Diaconis amplius non competat Privilegium

Privilegium optandi Epiſcopatus Suburbicarios, quarta eorum vacatione occurrente. T. 1. p. 406. n. 25.

Expenditur ratio, ob quam Privilegium *Sixtinum* uſu receptum non fuit. *ibid.* n. 26.

De obſervantia a tempore *Sixti V.* uſque ad præſens ſuper optione Epiſcopatuum Suburbicariorum expleta ſemper a Cardinalibus Presbyteris, etiam quarta cujuſlibet illorum vacatione occurrente. *ibid.* n. 27.

Et reprobatur *Cohellius* nonnulla exempla in contrarium adducens. T. 1. p. 407. n. 28.

Privilegium *Sixtinum* abrogatum remanſit a Decreto *Clementis VIII.* & late expenditur ratio abrogationis præfatæ. *ibid.* n. 29.

Vid. V. Cardinales Diaconi.

Cardinales quoad optionem Decanatus Sac. Collegii.

Decanatus Sac. Collegii optari non poteſt, niſi ab eo Cardinali antiquiori Epiſcopo, qui præſens in Curia reperitur tempore illius vacationis, niſi dicto tempore ſit abſens ob cauſam publicam ex deſtinatione Romani Pontificis. T. 1. p. 408. n. 31.

Nec ſufficit, quod Cardinalis antiquior Epiſcopus reperiatur in itinere verſus Romam tempore, quo ſequitur Decanatus vacatio. *ibid.* n. 32.

Et, an ſufficiat, quod vacationis tempore maneat intra Diſtrictum Urbis, vel intra duas dietas? *ibid.* n. 33.

Cardinalis antiquior Epiſcopus tempore vacationis Decanatus Sac. Collegii a Romana Curia abſens ex cauſa reſidentiæ apud aliquam Eccleſiam ſibi commiſſam, an poſſit Decanatum prælatum optare, pluries diſcuſſum. *ibid.* n. 34. & pluribus ſeqq.

Refertur Votum Congregationis particularis, quod Decanatus deberetur Cardinali antiquiori Epiſcopo tempore illius vacationis in Curia præſenti, ad excluſionem Cardinalium antiquiorum extra Curiam commorantium, etiam ex cauſa reſidentiæ apud Eccleſias ſibi commiſſas. *ibid.* n. 39.

Et Votum præfatum approbavit ſan. mem. *Clemens XI.* illudque perpetuis futuris temporibus obſervari, & inter Acta Conſiſtorialia aſſervari præcepit. Tom. 1. p. 409. n. 41.

Contrarium ſua Conſtitutione ſancivit *Benedictus XIII.* mandando, quod Cardinalis in Epiſcopatu Suburbicario antiquior admitti debeat ad Optionem Decanatus, ſi tempore illius vacationis reſideat penes aliam Eccleſiam Cathedralem ſibi commiſſam. *ibid.* n. 42.

Quodque Cardinalis antiquior in Epiſcopatu, licet junior in Cardinalatu, præferri debet in aſſequutione Decanatus Cardinali antiquiori in Cardinalatu, ſed juniori in Epiſcopatu. *ibid.* n. 43.

Idque etiam præſcripſit Sanctiſſimus D. N. CLEMENS XII. ſua Conſtitutione, quæ incipit *Paſtorale officium.* *ibidem* n. 45.

Eadem Conſtitutio Sanctiſſimi, revocata Conſtitutione *Benedictina*, decernit, in Decanatu Sacri Collegii *ipſo jure* ſuccedere Cardinalem Epiſcopum antiquiorem tempore illius vacationis in Curia præſentem, vel, qui ex cauſa publica, & Romani Pontificis deſtinatione dumtaxat, non tamen ex cauſa reſidentiæ in altera Eccleſia, cui ex Indulto Apoſtolico præeſt, ab eadem Curia, tunc temporis abſens reperitur. *ibid.* n. 44.

Cardinales quoad præſentiam in Curia.

Cardinales de Jure communi tenentur in Curia reſidere, & Pontifici aſſiſtere. T. 1. p. 389. n. 35.

Ipſiſque improprium eſt Eccleſiarum Epiſcopalium regimen, nec ad illas antiquitus promovebantur. Tom. 1. p. 390. n. 46.

Et ex Conſtitut. *Leonis X.* tenentur reſidere in Curia ſub pœna privationis fructuum Beneficiorum, niſi abſint ratione Officii a S. Sede eis injuncti, vel de Pontificis mandato, aut licentia. *ibid.* n. 47.

Cardinales ante Concilium Tridentinum, ut plurimum, nec apud eorum Eccleſias, nec in Curia reſidebant. T. 1. p. 391. n. 64.

Cardinales a Curia abſentes, etiam de licentia Pontificis, & ex quacumque cauſa, etſi neceſſaria, & publica, conferre non poſſunt Beneficia in ſuis Titulis vacantia. *Vid. V. Cardinales Titulares. Vid. V. Regula VIII.*

Minuſque Beneficia in ſuis Eccleſiis Suburbicariis exiſtentia. *Vid. eod. V.*

Quamvis degant in Diſtrictu, vel intra duas Dietas. *Vid. eod. V.*

Nec poſſunt vigore Regulæ XXXII. conſenſum præſtare in proviſione Beneficiorum per obitum ſuorum familiarium vacantium. *Vid. V. Regula XXXII.*

Rigantii in Reg. Cancellariæ. Tom. IV.

De neceſſitate præſentiæ Cardinalis in Curia ad effectum optandi Titulos, & Epiſcopatus Suburbicarios, nec non Decanatum Sac. Collegii? *Vid. V. Card. quoad optionem Titulorum &c. V. Card. quoad optionem Decanatus Sac. Collegii.*

Cardinales abſentes ab Urbe ſine licentia Papæ, privati remanent jure conferendi eis, de jure, vel vigore Indultorum, competente. T. 1. p. 397. n. 132.

Cardinales abſentes a Curia non participant de media Annata, quæ a noviter promotis ad Eccleſias Epiſcopales perſolvitur. T. 3. p. 128. n. 380.

Cardinalis in Curia præſens, an poſſit conferre Parochialem in ſuo Epiſcopatu vacantem Perſonæ in Curia præſenti abſque Concurſu? *Vid. Parochiales quoad Concurſum.*

Cardinalis Epiſcopus, aut quilibet alius Cardinalis ordinarius Collator in Curia exiſtens, poteſt examen pro Eccleſia Parochiali de Jurepatron. Laicali committere Examinatoribus Urbis. T. 2. p. 24. n. 51.

Cardinales Protectores.

Cardinales Protectores non gaudent exceptione Regulæ IX. & proinde conferre non poſſunt Beneficia illius vigore reſervata. *Vid. V. Reg. IX. quoad exceptiones in ea poſitas.*

Alumni Collegii Anglicani Urbis, ex Indulto Apoſtolico poſſunt ad Sac. Ordines promoveri cum licentia Cardinalis Protectoris, & conſenſu Rectoris, abſque Litteris Dimiſſorialibus ſuorum Ordinariorum. T. 2. p. 380. n. 321. p. 381. n. 335.

Cardinales Titulares.

Cardinales Titulares gaudent in Eccleſiis ſuorum Titulorum Juriſdictione Epiſcopali, ſeu quaſi. Tom. 1. p. 388. n. 28.

Et de origine hujuſmodi Juriſdictionis? Remiſſive. *ibid.*

Cardinales Titulares ratione præſentiæ *in Curia*, & aſſiſtentiæ, quam Pontifici præſtant, majori ſunt proſequendi favore, quam Cardinales Epiſcopi a Curia abſentes. T. 3. p. 134. n. 48.

Cardinales Titulares jure gaudent conferendi Beneficia in ſuis Eccleſiis Titularibus exiſtentia. T. 1. p. 388. n. 19. p. 390. n. 49.

Quamvis ſint Beneficia Curata. T. 1. p. 388. n. 29. p. 390. n. 55.

Parochiales tamen Urbis vacantes per Promotionem conferre non poſſunt, ſed eorum proviſio ſpectat ad Pontificem. T. 1. p. 120. n. 9.

Jus conferendi Beneficia in ſuis Titulis exiſtentia Cardinalibus conceſſum fuit, ut allicerentur ad reſidentiam. T. 1. p. 389. n. 34. p. 390. n. 50. p. 395. n. 106. p. 397. n. 133.

Jus, quo gaudent Cardinales Titulares conferendi Beneficia in ſuis Titulis exiſtentia, non eſt ita pingue, ſicuti jus quo fruuntur Cardinales Epiſcopi in collatione Beneficiorum ſuarum Diœceſum. T. 3. p. 135. n. 57.

Cardinales Titulares, non poſſunt vigore Indulti conferre Beneficia in ſuis Titulis exiſtentia, ſi duplici coæquali reſervationi ſint obnoxia. T. 1. p. 51. n. 120.

Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.

Quemadmodum, nec Beneficia vacantia per obitum Curialium ratione Curiæ in Urbe morantium. *ibid.* num. 121. p. 62. n. 135.

Olim, ex Privilegio *Sixti IV.* in proviſione Beneficiorum Eccleſiarum Titularium a Pontifice facienda, requirebatur conſenſus Cardinalium Titularium. T. 3. p. 134. n. 35.

Sed Privilegium hujuſmodi, una cum ſuo Auctore, expiravit. T. 3. p. 136. n. 73.

Cardinalis Titularis nequit conferre Beneficia ſuæ Eccleſiæ Titularis, ſi Beneficiarius extra Curiam decedat in Menſe reſervato, ipſeque Indulto careat conferendi Beneficia reſervata. Et ita pluries ſervatum. T. 1. p. 53. n. 122.

Quemadmodum nec illa conferre poterit, ſi alter Cardinalis ſit in quaſi poſſeſſione ea conferendi, & referuntur exempla. T. 1. p. 388. n. 30. & 31.

Aut, ſi Cardinalis ipſe Titularis abſit a Curia ex quacumque cauſa, etiam neceſſaria, & de licentia Papæ, & quamvis exiſtat intra duas dietas, aut apud Eccleſiam Epiſcopalem ſibi commiſſam reſideat. *Vid. V. Regul. VIII.*

Cardinales tamen ſequentes Curiam dum alio transfertur, vel in Urbe manentes, non amittunt facultatem conferendi Beneficia in ſuis Titulis exiſtentia. T. 1. p. 399. n. 169.

Abſente a Curia; vel mortuo Cardinali Patrono, proviſio Beneficii vacantis per obitum ſui familiaris, & exiſtentis in Eccleſia Titulari, ſpectat ad liberam Pontificis collationem, & non ad collationem Cardinalis Titularis. T. 3. p. 133. n. 26. p. 134. n. 50.
Vid. V. Beneficia Urbis. V. Cardinales Epiſcopi Suburbicarii. V. Regula VIII. V. Regula XXXII. V. Regula XXXIII.

Cardinalis Vicarius Urbis.

Poteſt Exteros in Urbe commorantes prima Tonſura, non autem cœteris Ordinibus, abſque Literis Dimiſſorialibus ſuorum Ordinariorum, inſignire. Tom. 2. pag. 380. num. 320.
Exteri in Urbe commorantes non poſſunt cum Literis Dimiſſorialibus ſuorum Ordinariorum extra Urbem ad Ordines promoveri, niſi prævijs examine ſubeundo coram Urbis Examinatoribus, & licentia Cardinalis Vicarii; Et de pœnis adverſus aliter ordinatos? *Vid. V. Litera Dimiſſoriales.*
Et, an Clerici præfati dictas pœnas incurrant, ſi abſque præfato examine, vel in eo reprobati, accedant ad proprium Ordinarium, ut ab eo ordinentur? *Vid. eod. Verb.*
Subditi Epiſcopatuum Suburbicariorum Urbis, in quibus Suffraganei non adſunt, ad alios pro Ordinibus ſuſcipiendis, prima excepta Tonſura, dimitti non poſſunt, quam ad Cardinalem Urbis Vicarium. T. 2. p. 364. n. 175. & 176.

Cardinalis Vice-Cancellarius.

Romana Eccleſia Cancellarios olim habuit. T. 4. p. 175. n. 1.
Et de Cancellarii laudibus ex *S. Bernardo.* ibid.
Cancellarii Officium quanto tempore perduravit? & quis Vice-Cancellarii nomine primus uſus fuit? ibid. n. 2.
Exponitur, quam ob cauſam Cancellarii, Vice-cancellarii nomen uſurparunt? ibid. n. 3. 4. & 5.
Referuntur DD. qui de facultatibus Vice-Cancellarii agunt. T. 4. p. 176. n. 6.
Ad Vice-Cancellarios olim ſpectabat collatio nonnullorum Officiorum Cancellariæ, etiam de majoribus, & Prælatitiis. T. 4. p. 179. n. 62. & 66.
Sed illa a Vice-Cancellariatu diſmembravit ſan. m. *Innocentius* XI. & Cameræ Apoſtolicæ pleno jure reſtituit. ibid. n. 63.
Diſmembravit itidem laudatus Pontifex a fructibus Vice-Cancellariatus nonnullos redditus, ex quibus Montem Religionis erexit. ibid. n. 64.
Sed redditus præfatos, Vice-Cancellariatus Officio poſtea reſtituit ſan. mem. *Alexander VIII.* prævio Voto Congregationis particularis. ibid. n. 65. & 67.
Vice-Cancellarii poteſtas, an expiret Sede Apoſtolica vacante? T. 4. p. 183. n. 68.
Vice-Cancellarius publicare ſolet Regulas Cancellariæ, & eo deficiente, publicantur illæ a Cardinali Decano, vel Regente Cancellariæ. T. 1. p. 7. n. 43. *Vid. V. Regulæ Cancellariæ in genere.*
De facultatibus quibus gaudet Cardinalis Vice-Cancellarius, præſertim pro corrigendis Literis Apoſtolicis, ac pro Commiſſionibus Cauſarum. *Vid. V. Regula LXXII.*
Poteſt Vice-Cancellarius Officiales Cancellariæ, qui excedunt in exigendo plus debito, pœnis coercere. *Vid. V. Regula LXVII.*
Familiares Cardinalis Vice-Cancellarii in Urbe præſentis, fruuntur Privilegio expediendi gratis Gratias Apoſtolicas, & quomodo? T. 3. p. 41. n. 139.
Sed Cardinali præfato abſente, gaudent dicto Privilegio octo familiares Regentis Cancellariæ. *Vid. eod. V.*
Vid. V. Cancellaria.

CASUS *ſimplex*, *vel mixtus.*

Caſus mixtus comprehenditur ſub lege, aut diſpoſitione loquente de ſimplici, quando utriuſque reſpectu eadem ratio militat. T. 3. p. 344. n. 107.
Non comprehenditur tamen ſub diſpoſitione odioſa, aut a jure exorbitante, ſed remanet ſub diſpoſitione juris. T. 1. p. 337. n. 29. T. 3. p. 112. n. 118. p. 124. n. 326. p. 342. n. 67. p. 343. n. 88. p. 345. n. 130. p. 346. n. 137.
Intellige, quando de uno ſimplici facta eſt mentio, ſecus ſi de duplici ſeorſum, & ſeparatim facta ſit diſpoſitio; tunc enim indiſtincte ſub ſimplicibus continetur mixtus, etiamſi agatur in odioſis, & aſſignatur ratio. T. 1. p. 337. n. 31. & 32.
Maxime, ſi qualitates ſimplicium, ex quibus mixtum efformatur, ſint ſeparabiles. T. 1. p. 337. n. 33.
Duo ſimplicia inefficacia inſimul unita, non poſſunt conſtituere mixtum, quod ſit efficax. Et traditur exemplum. ibid. n. 35. & 36.
Ex duobus qualitatibus in caſu mixto concurrentibus, attendi debet illa, quæ nocet, non quæ juvat allegantem. T. 3. p. 124. n. 327.
Præſertim, quando fit reditus ad jus commune. ibid.

CATHEDRALES ECCLESIÆ.

Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales.

CAUSÆ.

Cauſæ omnes vigore Concilii Tridentini in prima Inſtantia cognoſci debent ab Ordinariis locorum. T. 4. p. 178. n. 41.
Intellige quoad Cauſas de partibus, ſecus quoad illas, quæ ex earum natura ſunt in Urbe committendæ, & terminandæ. ibid. n. 44.

Cauſarum Commiſſiones.

Commiſſiones Cauſarum poſt concluſionem in Cauſa non attenduntur, niſi expreſſe Concluſioni præfatæ, & Regulæ XXXVIII. derogetur. *Vid. V. Concluſio in Cauſa V. Regula XXXVIII.*
Cauſas in Curia committere, an poſſit Vice-Cancellarius, ſeu Regens Cancellariæ? *Vid. V. Regula LXXII.*
Commiſſiones Cauſarum ſuper Gratiis quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum factæ, nullius ſunt roboris, niſi Literæ Apoſtolicæ ſuper iiſdem Gratiis ſint expeditæ, ut decernit Regula XXXI. *Vid. V. Regul. XXXI.*
Nec amplius hodie conceduntur Commiſſiones cum clauſula *Literis non expeditis. Vid. eod. Verb.*
Vid. V. Lis.
Clauſula — *Deducens &c. Omne jus &c.* in Commiſſione adjecta, an operetur, ut cenſeatur introducta lis ſuper Titulo? *Vid. V. Reg. XXIX.*
Et, an id ipſum præſeferat clauſula — *quam & quas*? *Vid. eod. Verb.*

Cauſa quoad Deſertionem.

Vid. V. Lis quoad Deſertionem.

Cauſæ Majores.

Cauſæ majores quænam in jure ſint? T. 3. p. 194. n. 143.
Inter illas præcipue numeratur crimen læſæ Majeſtatis. T. 3. p. 198. n. 186.
Cauſæ Majores in jure expreſſe denominatæ, reſervantur in Concordatis Galliæ Sedis Apoſtolicæ Judicio, etiam in prima inſtantia. Tom. 3. pag. 194. n. 142. & p. 195. n. 149.
Cauſæ criminales contra Epiſcopos, quæ depoſitione, aut privatione dignæ ſunt, inter Cauſas Majores, præcipue numerantur. Tom. 3. pag. 194. num. 144. & 146. p. 195. n. 152.
Et, an hujuſmodi Cauſæ quoad Galliæ Epiſcopos, Romæ cognoſci debeant a Papa? *Vid. V. Galliarum Concordatum.*
Cauſæ majores Cardinalium Galliæ, etiamſi reſpiciant delicta, quæ Galli vocant *Privilegiata*, quale præſertim eſt illud læſæ Majeſtatis, non alibi, quam Romæ vigore Concordatorum cognoſci debent in prima inſtantia. *Vid. eod. V.*

CEDULA CONSISTORIALIS.

In Beneficiis majoribus, quæ in Conſiſtorio Papæ providentur, ſolum attenditur Cedula Conſiſtorialis tamquam Matrix. T. 3. p. 40. n. 99.
Hinc data diſcrepantia inter Literas Apoſtolicas, & Cedulam Conſiſtorialem, hæc potius attenditur, quam illæ. T. 1. p. 106. n. 86.
Sed data diverſitate inter Cedulam, & contra Cedulam, quæ fit a Cardinali Vice-Cancellario, Contracedula attendi debet. T. 3. p. 40. n. 100.

CENSURÆ.

Vid. V. Excommunicatio. V. Excommunicatus.

CENTENARIA.

Vid. V. Conſuetudo. V. Obſervantia.

CESSIO JURIS.

Ceſſio Joris, quod alicui compeoi ſuper Beneficio, abſque illius conſenſu expleri nequit, ad tramites Regulæ XLV. T. 3. p. 338. n. 21.

Vid. V. Regul. LXV.

Ceſſio Juris præfati regelaritas fraternizat cum Reſignatione. *ibid.* n. 22.

Sed proprie loquendo, dicitur reſignari Beneficium, quod poſſidetur, & cedi Juri ſuper ao competenti. *ibidem* n. 23.

Literis Apoſtolicis etiam non expeditis, ceditur juri competenti vigore ſupplicationis ſignatæ, & regiſtratæ. *ibid.* num. 24.

Sed ceſſio hujuſmodi non poteſt, niſi libere fieri. *ibidem* n. 25.

Aliquando tamen ex gratia ſpeciali admittitur etiam ad favorem. *ibid.* n. 26.

CITATIO.

Citaóo aſt de jure naturali. T. 3. p. 225. n. 16.

Ejuſque defectum non ſupplet clauſula *Supplentes*, *ibid.*

Sola Cuatio a Judice delegaio decreta, quamvis non exequuta vivanta Delegante, efficit, ot res non ſit amplius integra, & pes conſequens morte Delegantis, Delegari juriſdictio non expiret. T. 2. p. 152. n. 26.

Actus exequutionis Citationis eſt actus Curſoris, non actus Juriſdictionis Judicis. *ibid.* n. 27.

Contrarium, quod ſit actus Juriſdictionis, quia ex Commiſſione Judicis a Curſore axpletus. Tom. 2. pag. 163. n. 43.

Et in ea non conſideratur actus Facti, ſed Juris, qui ſit a Judice mandante citari. *ibid.*

Decretum citandi a Judica relaxatum, aſt actus præparatorius, & in fieri, qui ponitur io facto eſſe, cum citatio intimatur, & ex tunc lis dicitur quoad Raum inchoata. *ibid.* n. 45.

Citationis Decretum licet non efficiat, ut negocium dici poſſit inceptum quoad Reum, operatur tamen, ot ceptum dicatur quod perpetuandam Juriſdictionem Delegaó. *ibid.* n. 54.

Pro validitate citationis requiritus perſeverantia Juriſdictionis in Judice de tempore illius exequutionis. *ibidem* numer. 44.

Citaóo a Judica delegato vivente Pontifice axpedita, an poſſit legitime exequi poſt illius obitum Sede Apoſtolica vacante, itaut totus Proceſſus radicatus in hac ita exequuta citatione ſit validus necne? *Vid. V. Auditores Rotæ. V. Regula XII.*

Citatio, ad effectum, os pes eam cenſeatur introducta lis, debet aſſa legitima exequuta. T. 3. p. 58. n. 109. p. 150. n. 24. p. 165. o. 68. & 70.

Et quando citatur abſens ad formam *Clement. Cauſam, de Elect.* relinqui debet copia Citationis in publica forma. *ibid.*

Nec ſufficit, quod citandus Citaóonis ſcientiam habeat. T. 3. p. 58. n. 110.

Citatio, quando dici poteſt legitime exequuta? *ibidem* n. 111.

Citationis exequutio neceſſaria non eſt in præjudicium obtinentis. T. 3. p. 150. n. 25.

Et ſufficit Citatio legitime exequuta contra Procuratorem in cauſa conſtitutum, & legitimo mandato munitum. *ibid.* n. 26.

Citatio fieri debet coram Judice competente, nec ſuperveniens Juriſdictio eam validat. T. 3. p. 59. n. 118. p. 165. n. 68. & 70.

Hinc Monitorium coram A. C. expeditum in Beneficialibus non ſuffragatur, quia caret in illis Juriſdictiona. T. 3. p. 59. n. 119.

Vid. V. Auditor Cameræ.

Ultra citaóonem legitime exequutam, ut lis dicatur introducta, requiritus illius reproductio, & quare? T. 3. p. 58. n. 111. & 113.

Quemadmodum requiritur in eo, qui Commiſſionem obtinuit, & citationem axpedivit, Mandatum Procuræ ſaltem tacitum, ſive præſumptum. *ibid.* n. 114.

Sufficit etiam Mandatum generale ad omnes lites motas, & movendas, civiles. & criminales. Tom. 3. p. 59. n. 115.

Mandatum hujuſmodi juſtificari debet da tempore axercitii illius actus a quo lis incipit. *ibid.* o. 116.

Sufficit tamen, quod ſuperveniat ratificatio, aut Citatus compareat nihil oppoaendo da Mandato Procuræ. T. 3. p. 58. n. 117.

Vid. V. Auditores Rotæ. V. Delegatus. V. Lis.

Citatio ad ſententiam.

Loco citationis ad ſententiam, deſervit juxta ſtylum nonnullarum Regionum Concluſio in Cauſa. Et quid requiratur ad effectum, ut Concluſio in Cauſa hujuſmodi effectum operetur? *Vid. Verb. Concluſio in Cauſa.*

CIVIS, *& Civis ex Privilegio.*

Sub nomine Civium, comprehenduntur etiam Domiciliarii Civitatis ad effectum aſſequendi Beneficia ex Privilegio, aut Teſtatorum voluntate Civibus debita. T. 2. p. 216. n. 152.

Necnon, qui Beneficia reſidentialia inibi obtinent, quia Beneficium reſidentiale Clericum efficit Civem *ibidem* n. 153. p. 218. n. 183.

Nomine *Civium Romanorum*, quibus ex Privilegio *Leonis X.* ſolum conferri debent Beneficia Urbis, an veniant etiam allecti in Civitatem ex Privilegio Conſervatorum Urbis? *Vid. V. Beneficia Urbis.*

Exteri Civitate donati, ſunt proprie Cives, gaudentque Privilegiis omnibus, & honoribus, quibus Cives naturales fruuntur. T. 2. p. 215. n. 145.

Maxima, ubi agitur de re favorabili, & benigne interpretanda. *ibid.* n. 148.

Qeamvis Civilitas non a Principe, ſed a Magiſtratu conceſſa ſit. *ibid.* n. 146.

Creare Cives, non eſt prærogativa Principi reſervata, ſed eſt facultas, quæ Communitati etiam ſubditæ competit. *ibid.* n. 147.

Privilegium, quod Beneficia Civibus conferantur, ſuffragatur nedum Civibus naturalibus, ſed etiam Civibus per allectionem. *ibid.* n. 150.

Vocato ad Juſpatronatus paſſivum *Romano*, non cenſetur excluſus Civis Romanus ex Privilegio. Tom. 2. p. 216. n. 151.

Nec ad Cappellaniam debitam ex volontate Fundatoris Presbyteris Romanis, cenſetur excluſus Presbyter, ex Privilegio Senatus, Civis Romanus effectus *ibid.* n. 154.

Diſpoſitio concepta favore illorum, qui naſcuntur in Civitate *da Cittadino d'eſſa*, amplectitur etiam natos ab exteris Civitate donatis. *ibid.* n. 155.

Allecti in Civitatem a Magiſtratu Romano habentur uti Cives per veritatem, & non per fictionem. *ibid.* n. 156.

Et gaudent Privilegiis omnibus, & gratiis, quibus fruuntur Cives in Urbe nati. *ibid.* n. 157.

In Provinciis ultra Montes, allecti in Civitatem, redduntur capaces Beneficiorum, quæ Civibus debentur. *ibid.* n. 158.

In nonnullis quoque Italiæ ditionibus, ſtatim ac Exterus inter nobiles cooptatur, capax efficitur obtinendi illius loci Beneficia ſolis Civibus debita. *ibid.* n. 159.

Magiſtratus Civitatis impertiri nequit Extero Civitate donato ea, quæ ex Principis Privilegio elargita ſunt Civibus. *ibid.* n. 160.

Intellige directe, habilitando Exterum ad obtinenda Beneficia Civibus debita, ſecus indirecte, & in conſequentiam. *ibid.* n. 161.

Magiſtratus alliciendo Extraneum in Civem, nullum, aut ſatis ſemotum Civibus originariis præjudicium infert. *ibid.* n. 165.

Et hujuſmodi allectio commodum Civitatis reſpicit, cum Reipublicæ interſit numerum Civium, etiam per modum artificialem augeri. *ibid.*

Privilegium, quod Beneficia Civitatis conferri debeant Civibus, tunc eſt late interpretandum, quando non reſiſtit mens Principis, qui illud conceſſit. Tom. 2. p. 218. n. 180.

Vel quando agitur de Civilitate ab ipſo Principe elargita. *ibid.*

Civis ex Privilegio Magiſtratus, continetur appellatione Civis ſolum quoad Civitatem, & quoad jura, & privilegia ab ipſa Civitate propriis Civibus conceſſa, de quibus diſponere poteſt, ſecus quoad Principem, & quoad ea, quæ ab ipſo ſunt Civibus elargita, quæque ſub diſpoſitione Magiſtratus non ſunt. T. 2. p. 217. n. 167. & 173.

Et explicantur contrariæ Auctoritates. T. 2. p. 218. n. 181. 185. & ſeqq.

Privilegio a Principe impertito, quod Cives extra Civitatem in judicium trahi nequeant, non gaudent Cives per allectionem, ſed ſolum originarii. T. 2. p. 217. n. 167. & 168.

Quemadmodum Cives ex Privilegio, non ſunt exempti a Gabella contra exteros a Principe impoſita, ſecus ſi a Civitate. T. 2. p. 217. n. 169.

Et ideo Privilegia per Principem Civibus conceſſa, favent ſolum Civibus originariis, non per allectionem. *ibidem* n. 172.

Magiſtratus Civitatis nec expreſſe, nec tacite diſponere poteſt de Beneficiis Civibus debitis, ad illa extraneos habilitando. *ibid.* n. 174.

Amplia, nec etiam indirecte, & in conſequentiam per eorum allectionem in Cives. T. 2. p. 218. n. 181.

CLAUSULÆ.

Clauſulæ in genere.

Clauſulæ generales in Reſcriptis, & Literis Apoſtolicis adjectæ, non comprehendunt ea, quæ Papa non eſſet conceſſurus. T. 1. p. 92. n. 20.

Et adjectæ poſt certos caſus ſpecificatos, alios majores expreſſis non amplectuntur. *ibid.*

Clauſulæ præcedentes magis influunt in ſequentes, quam è contra. T. 3. p. 134. n. 38.

Clauſula præſeferens generalem reſervationem, an, & quando dari debeat in Literis Apoſtolicis. *Vid. V. Regula LVI.*

Clauſulæ in Literis Apoſtolicis adjectæ, quæque de jure ſubintelliguntur, non reddunt Gratiam conditionalem. T. 4. p. 112. n. 13. & 14.

Vid. V. Gratia in forma Dignum, vel Commiſſaria.

De Clauſulis circa legitimationem Prolis, quæ de ſtylo adjiciuntur in Literis ſuper diſpenſationibus Matrimonialibus, earumque effectibus? *Vid. V. Diſpenſationes Matrimoniales.*

Et, an eædem Clauſulæ dici mereantur in Gallia aut abuſivæ, aut de genere illarum, quæ vitiantur, & non vitiant Gratiam? *Vid. eod. V.*

Clauſulæ in ſpecie.

Clauſula -- *Abſolventes &c.* in Litteris Apoſtolicis adjicitur ad effectum, ut qui Gratiam obtinuit, ſi forte ſit excommunicatus, ea perfrui poſſit. T. 4. p. 134. n. 1.

De plurimis effectibus ejuſdem Clauſulæ, pluribuſque caſibus, in quibus ea non ſuffragatur. *Vid. V. Reg. LXVI.*

Clauſula præfata non tollit Irregularitatem, quia Irregularitas non eſt Cenſura. T. 4. p. 134. n. 8. & 9.

Clauſula — *alter alteri ſupervivens perpetuo abſque ſpe Conjugii remaneat* —, quibus in caſibus in Litteris ſuper Diſpenſationibus Matrimonialibus adjici ſoleat? & an Matrimonium contractum, non obtenta illius relaxatione ſit nullum? *Vid. V. Diſpenſationes Matrimoniales. V. Raptus. V. Reg. XLIX.*

Clauſula — *Conſtito Tibi legitime de narratis* — necnon altera — *Conſtito de idoneitate* —, an reddant Gratiam ab initio conditionalem? *Vid. V. Gratia in forma dignum, ſeu Commiſſaria.*

Clauſula -- *Conſtito Tibi de narratis* — æquipollet clauſulæ — *ſi eſt ita* -- T. 4. p. 109. n. 5.

Et etiam non expreſſa, in quibuſcumque Gratiis ſubintelligitur. *ibid.*

Clauſula — *Deducens &c. omne jus &c.* — in Commiſſione adjecta, an operetur, ut cenſeatur introducta lis ſuper Titulo? *Vid. V. Reg. XXIX.*

Clauſula - *Dummodo tempore Datæ præſentium non ſit alteri jus quæſitum* -- præſervat jus certum, fixum, & radicatum, non autem incertum, & eventuale. T. 2. p. 257. n. 272.

Præſervat jus ad rem. *ibid.* n. 278. & 279.

Et, an clauſula præfata reddat Gratiam ab initio conditionalem? *Vid. V. Gratia in forma Dignum, vel Commiſſaria.*

Clauſula -- *Dummodo Patronorum accedat aſſenſus* --, in proviſionibus Apoſtolicis Beneficiorum de Jurepatr. Laicalis adjici ſolita, quid operetur? *Vid. V. Juſpatr. Laicale.*

Clauſula -- *Etiamſi eius collatio devoluta fuerit* -- quomodo in Litteris Apoſtolicis extendi ſoleat? ac de illius effectibus? *Vid. V. Devolutio. V. Regula LVI.*

Clauſula -- *Etiamſi devolutum, affectum, reſervatum &c. exiſtat* -- quæ in Litteris Reſignationis Beneficiorum legitur, non oſtendit Papam certam habuiſſe ſcientiam, quod Beneficium reſignatum eſſet Reſervationi obnoxium. T. 2. p. 283. n. 121.

Et clauſula præfata adjicitur de ſtylo, etiam in Reſignatione Beneficii non reſervati, & quamvis adſit narrativa, quod reſervatum non ſit. *ibid.* n. 122.

Clauſula -- *Etſi pro Collitigante, vel ſubrogationem &c.* --, quæ legitur in Regula LVI. quid denotet? *Vid. V. Reg. LVI.*

Clauſula -- *Eique Cura, etiam Juriſdictionalis immineat Animarum* --, an præſeferat ſufficientem expreſſionem Curæ actualis in Impetratione Beneficii Curati neceſſario faciendam? *Vid. V. Regula LVII.*

Et, an pro expreſſione præfata ſufficiat altera clauſula -- *Quod Animarum Cura, ſi qua immineat, nullatenus negligatur?* -- *Vid. eod. V.*

Clauſula -- *Ex nunc prout ex tunc* --, quæ in Litteris Coadjutoriæ adjicitur, operatur, quod in eodem inſtanti obitus Coadjuti, vacatio Beneficii cenſeatur conſumpta favore Coadjutoris. T. 3. p. 339. n. 34.

Clauſula -- *libere, & licite* -- aliquando in Indultis Apoſtolicis commendandi Beneficia adjici ſolita, quid operetur? *Vid. V. Commenda.*

Clauſula — *quam, & quas, cum inciden. emergen. &c.* — in Commiſſione appellationis adjecta, an inducat litem etiam ſuper Titulo Beneficii? *Vid. V. Reg. XXIX.*

Clauſula -- *Rapta non fuerit* -- adjicitur in Litteris ſuper Diſpenſationibus Matrimonialibus, & de ejuſdem Clauſulæ effectibus? *Vid. V. Raptor Raptus. V. Reg. XLIX.*

Clauſula -- *Servata tamen forma Decreti Clementis VIII.* -- etiam non adjecta, ſubintelligitur in Brevibus Apoſtolicis obtentis a Regularibus pro eorum Ordinatione extra tempora. T. 2. p. 373. n. 261.

Vid. V. Literæ Dimiſſoriales pro ordinatione Regularium.

Clauſula -- *Seu per Conſtitutionem Execrabilis* -- dari poteſt in Beneficiorum impetrationibus vigore Regulæ LVI. T. 4. p. 78. n. 7.

Et, an ſit ſolum neceſſaria quando impetratur Beneficium curatum? *Vid. V. Reg. LVI.*

Clauſula -- *Si, & poſtquam vacationi locus factus fuerit* -- quæ adjicitur in Litteris Impetrationis Beneficii ob crimen, pro quo poſſeſſor privandus venit, etiam non appoſita, ſubintelligitur. T. 4. p. 112. n. 11. 12.

Proindeque non reddit Gratiam conditionalem. *ibid.*

Clauſula -- *Si eſt ita* -- apponenda eſt vigore Regulæ LXI. in proviſione Beneficiorum vacantium per *Conſtitutionem Execrabilis*, ac in quibuſcumque aliis Apoſtolicis Gratiis, in quibus Pontifici expoſita, facti informationem requirunt. *Vid. V. Reg. LXI.*

De effectibus clauſulæ — *Si eſt ita* —, an, & quando expoſcat narratorum verificationem? An illius vigore Exequutor fiat mixtus, & Cauſæ cognitionem adhibere debeat? An requirat Partis citationem? Et an reddat Gratiam conditionalem? *Vid. eod. V.*

Clauſula — *Si eſt ita Canonicatum, & Præbendam conferre auctoritate noſtra curetis* — importat mandatum de providendo, non collationem. T. 4. p. 111. n. 36.

Hinc mortuo Collitigante, non competit ſuperſtiti, qui cum dicta clauſula Beneficii proviſionem obtinuit, ſubrogatio gratioſa in illius juribus, & de ratione. *ibid.* n. 37.

Vid. V. Subrogatio gratioſa.

Clauſula — *Sine præjudicio venientium ab inteſtato* — quæ adjici ſolet in Literis Legitimationis, ac Diſpenſationis, ſuper defectu Natalium, quos effectus operetur? *Vid. V. Legitimatio, Legitimatus. V. Diſpenſatio ſuper defectu Natalium. V. Regula L.*

Clauſula — *Si petens idoneus ſit, aut aliud Canonicum non obſtet impedimentum* — debet vigore Reg. LIX. adjici in proviſione Beneficii Regularis petita a Seculari, qui habitum ſuſcipere, & profeſſionem emittere intendit. *Vid. V. Reg. LIX.*

Clauſula — *Si petens idoneus ſit* — aut altera — *Si idoneum eſſe reperteris* — *vel ſi per ſolertem inquiſitionem &c.* — an reddat Gratiam conditionalem? *Vid. V. Gratia in forma Dignum, vel Commiſſaria.*

Clauſula -- *Specialiter reſervatum, inter aliquos litigioſum ſit* --, an, & dari poſſit in Beneficiorum Impetrationibus? An legenda ſit continuative, vel apponendo commam poſt verbum *Reſervatum*, Et quæ illius ſit ſenſus? *Vid. V. Reg. LVI.*

Clauſulæ — *Si precibus veritas non ſubſit &c. Veris exiſtentibus narratis &c.* — æquipollent Clauſulæ — *Si eſt ita* — T. 4. p. 109. n. 5.

Clauſulæ præfatæ, etiam non expreſſæ, in quibuſcumque Gratiis ſubintelliguntur. *ibid.* n. 6.

Et, an reddant Gratiam conditionalem. T. 4. p. 110. n. 31. & ſeqq.

Clauſulæ — *Si Tibi videbitur* -- *Conſcientiam tuam onerando &c.* — an efficiant Exequutorem mixtum, ita ut partes Judicis teneatur ille aſſumere? *ibid.* n. 18. & ſeqq.

Vid. V. Reg. LXI.

Clauſula -- *Si vacet, vel quatenus vacet* — adjecta in proviſione Beneficii, Gratiam non reddit conditionalem, quia de jure ſubintelligitur. T. 4. p. 112. n. 15.

Clauſula — *ſive præmiſſo, ſive quovis alio vacationis modo &c.* — in

in Litteris proviſionis Beneficiorum adjici ſolita, originem habuit a Regula LVI. Cancellariæ. *Vid. V. Reg. LVI.*

Operatur, quod narrato in Impetratione Beneficii certo vacationis modo, ſi ille non ſubſiſtat, adhuc ſuſtineatur impetratio ex altero revera præexiſtente. T. 3. p. 392. n. 32.

In proviſione Beneficii de novo erecti, amittitur clauſula præfata, & dicitur -- *a primæva erectione, ut præfertur vacans* -- T. 4. p. 78. n. 6.

Et ubi Beneficium providetur ex capite Matrimonii contracti in Menſe Apoſtolico, apponitur in illius proviſione clauſula -- *ſive præmiſſo &c. non tamen per obitum vacet.* T. 4. p. 98. n. 111.

Et ſimilis clauſula ponitur etiam in Litteris ſuper proviſione Beneficiorum vacantium per Promotionem, Profeſſionem, aut aſſequutionem aliorum incompatibilium. *ibid.* n. 113.

Vid. V. Regula LVIII.

Clauſula tamen præfata non comprehendit alios vacationis modos, ſi ille per Matrimonium, Profeſſionem, Promotionem &c. ſit diſpoſitive datus in impetratione Beneficii. *ibid.* n. 113.

Ordinariis, an permiſſum ſit in eorum proviſionibus clauſulam -- *ſive præmiſſo &c.* -- adhibere. *Vid. V. Beneficia quoad collationem.*

Si in Beneficii impetratione exprimatur, quod illud vacet per reſignationem, venit ope clauſulæ -- *ſive præmiſſo &c.* -- etiam vacatio ob non promotionem ad Ordines. Tom. 3. p. 392. n. 33.

Quemadmodum, impetratio ob non delationem habitus, comprehendit vigore ejuſdem clauſulæ vacationem Beneficii ob Matrimonium. *ibid.* n. 34.

Et impetratio Parochialis jure devoluto ob non factum Concurſum in tempore a Conſtitutione Piana præſcriptum, ſuſtinetur, ſi illa ſit ex alio capite reſervata. *ibid.* n. 35.

Aut, ſi Beneficii impetratio facta fuit ex capite reſervationis vigore Menſis, & ſit nihilominus reſervatum ob illius reſignationem expletam intra tempus vacationis, & Apoſtolicæ proviſionis alterius incompatibilis. *ibidem* n. 36.

Vel, ex quo collatum fuit ab Ordinario Conſanguineo Reſignantis. *ibid.*

De quamplurimis limitationibus tradi ſolitis regulæ, quod clauſula -- *ſive præmiſſo &c.* -- comprehendat alium vacandi modum præter expreſſum? *ibid.* n. 37.

Clauſula -- *ſive præmiſſo &c.* -- non extenditur ad vacationem Beneficii ex alterius Perſona, niſi adſit major illius extenſio cum expreſſione -- *vel alterius cujuſcumque Perſonæ &c.* *ibid.* n. 38.

Et neceſſe eſt, quod Clauſulæ præfatæ legantur in Litteris, nec ſufficit, quod adſint in Supplicatione. *ibid.* n. 39.

Clauſula -- *Sive præmiſſo &c.* -- an comprehendat etiam vacationem Beneficii per obitum Beneficiarii apud Sedem? *ibid.* n. 40. 41. & 42.

Clauſula præfata, ut ſuum operetur effectum expoſcit, quod modus vacandi diſpoſitive narratus, verificetur ſaltem *de facto*. Et qua ratione? Tom. 3. p. 234. n. 26. p. 392. n. 43. p. 394. n. 70.

Hinc, ſi modus expreſſus ſit omnino falſus, Gratia ex clauſula præfata non ſuſtinetur, & quare? T. 3. p. 392. n. 44. & 45. p. 394. n. 71.

Proviſio Beneficii reportata jure devoluto, ob non factam a Patronis præſentationem, ſuſtineri non poteſt ex alio capite, quam expreſſo. Præſertim, ubi agatur de impetratione Beneficii certo modo facta, & ponitur exemplum. T. 3. p. 393. n. 46. 47. & 48.

Nec ſubſiſtit ope dictæ clauſulæ proviſio Parochialis expleta ob id, quod fuit quis in Concurſu ab Examinatoribus Synodalibus ad formam Concilii approbatus, ſi poſtea conſtet interveniſſe unum, qui non fuit in Synodo deputatus. *ibid.* n. 49.

Suſtinetur tamen, ſi intervenerint Examinatores Synodales, licet examen minus rite expletum fuerit. *ibid.* n. 50.

Aut, ſi doceretur Examinatores, qui examini interfuerunt, ab omnibus, uti tales reputatos fuiſſe, licet in jure diſputari poſſet ſuper eorum legitima deputatione. *ibidem* n. 51.

Modus vacationis principaliter expreſſus, ſtante clauſula -- *ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo* -- nec verificatione *de facto* indiget, quando Gratia fuit *Motu proprio* conceſſa. *ibid.* n. 52.

Verificatio narrativæ *de facto*, non ſufficit, quando jus, & titulus Beneficii reperitur penes alterum tranſlatus vigore anterioris Proviſionis Apoſtolicæ. Et de ratione. *ibid.* n. 53.

Maxime, ſi Beneficii poſſeſſionem fuerit ille adeptus. *ibid.*

Clauſula -- *ſive præmiſſo &c.* -- aliæque ſimiles, non capiunt futuras Beneficiorum vacationes, ſed exigunt præexiſtentiam vacationis tempore Datæ. T. 4. p. 113. n. 25.

Vid. V. Regula LXII.

Clauſula -- *ſive præmiſſo &c.* -- nil operatur, ſi Gratia in Litteris Apoſtolicis ſit diſpoſitive reſtricta ad certum aliquem vacationis modum. T. 3. p. 393. n. 54.

Hinc, impetratio reſtricta ad vacationem Beneficii in Menſe Apoſtolico, non comprehendit vacationem ſequutam in Menſe Ordinarii. *ibid.* n. 55.

Nec, qui Beneficium Sedi Apoſtolicæ devolutum impetravit uti reſervatum ex familiaritate Cardinalitia, illud capere poteſt vigore clauſulæ præfatæ. *ibid.* n. 56.

Limita, ſi amplioribus ſit illa concepta verbis, nempe -- *ſive præmiſſo &c. etiamſi devolutum exiſtat &c.* -- *ibid.* n. 57.

Reſtricto vacationis modo principaliter ad devolutionem, ea non ſubſiſtente, nequit proviſio vigore clauſulæ -- *ſive præmiſſo &c.* -- ſuſtineri, ſi Beneficium ſit reſervatum. *ibid.* n. 58.

Et vacationis modus in ſupplicatione expreſſus dicitur principaliter narratus, quando in ea modus alius expreſſus non legitur. T. 3. p. 395. n. 77.

Clauſula -- *ſive præmiſſo &c.* -- non amplectitur vacationem Beneficii ſequutam in Menſe reſervato. Tom. 3. p. 393. n. 59.

Redditur ratio, quia de Menſe, in quo vacat Beneficium, diſpoſitive mentio fieri debet vigore Regulæ IX. *ibid.*

Minuſque vacationem Beneficii ob non factam publicationem Litterarum Reſignationis, vel permutationis, ad tramites Conſtitutionis *Gregorii XIII.* *ibidem* numer. 60. & 61.

Nec vacationem Beneficii per obitum Reſignatarii, qui deceſſit intra viginti dies a die per ipſum præſtiti Reſignationi conſenſus. T. 3. p. 394. n. 62.

Aut vacationem aliam ſuperventam poſt Gratiam Impetrationis datam. *ibid.* n. 63.

Clauſula -- *ſive præmiſſo &c.* -- adjecta in Litteris Impetrationis factæ de Beneficio Viventis, non operatur, ut ſubſiſtat impetratio, etiamſi illud vacaret ob incapacitatem poſſeſſoris. T. 2. p. 272. n. 15.

Clauſula præfata non ſupplet vitium impetrationis Gratiæ, proveniens ob non ſervatam formam præſcriptam in aliqua Regula Cancellariæ. Et traditur exemplum. T. 3. p. 394. n. 64. & 65.

Pluribus modis vacationis Beneficii alternativa expreſſis, licet ſufficiat pro validitate Gratiæ, quod unus ex illis verificetur, id tamen procedit, ſi alternativa deſumatur ex parte principali diſpoſitivæ, ſecus, ſi ex clauſulis generalibus -- *ſive præmiſſo &c. ſive per liberam reſignationem &c.* *ibid.* n. 72. & ſeqq.

Hinc expreſſo per Impetrantem certo vacationis modo, nempe per obitum, cum clauſula -- *ſive præmiſſo, ſive alio &c.* -- & poſt illam addito altero vacationis modo, per alternativam, nempe -- *ſive per liberam Reſignationem &c.* -- ſi Beneficium non per obitum, ſed per ceſſionem vacet, Gratia non ſuſtinetur. Tom. 3. p. 394. n. 66. 74. & p. 395. n. 76.

Referuntur Auctores, qui contrariam ſententiam tuentur. T. 3. p. 394. n. 73.

Amplia priorem ſententiam, quamvis Papa Gratiam conceſſurus eſſet, ſi ſciviſſet, Beneficium vacare per dimiſſionem, & non per obitum. T. 3. p. 395. n. 84.

Clauſula *ſive præmiſſo* in Litteris Apoſtolicis adjecta, non præſefert conceſſionem generalis Reſervationis, niſi in corpore ſupplicationis ſpecialis, ac pura, non vero ſub conditione, de tali reſervatione mentio habeatur. T. 4. p. 80. n. 60.

Vid. V. Reg. LVI.

Clauſula *Supplentes* a Papa in ſuis Reſcriptis adjecta, operatur actus validitatem, etiamſi alias Gratia aliquo defectu laboret. T. 3. p. 325. n. 8.

Suppletque omnes defectus ſolemnitatum. *ibid.* n. 9.

Necnon defectus juris poſitivi. *ibid.* n. 10.

Intellige in terminis juris communis, ſecus in terminis Regulæ XXXI. quæ requirit, ut defectus explicentur, aut quod ſignatura Supplicationis ſit per verbum *Fiat ut petitur.* *ibid.* n. 11.

Limita, ſi Supplicatio ſignata fuerit *Motu proprio.* *ibidem* n. 12.

Clauſula *Supplentes*, etiam ad formam Regulæ XXXI. adjecta, diſpenſationem, atque habilitationem Perſonarum non præſefert. *ibid.* n. 13.

Unde non inducit abſolutionem ab Excommunicatione *ibid.* n. 14.

Clauſula *Supplentes*, defectus naturales non ſupplet. *ibid.* n. 13. & 23.

Et ſic non ſupplet defectum citationis, quæ eſt de jure naturali. T. 3. p. 225. n. 16.
Minuſque conſenſum contrahentium, qui juris pariter naturalis eſt. *ibid* n. 17.
Clauſula -- *Supplentes omnes defectus formales, & ſubſtantiales* -- defectum conſenſus non ſupplet. *ibid.* n. 20.
Electiones ad Cathedrales, & Monaſteria non confirmat Sac. Congregatio Conſiſtorialis cum clauſula -- *Supplentes* -- ubi deficit conſenſus naturalis Eligentium. *ibidem* n. 21.
Et in certis caſibus eadem Sacra Congregatio Electiones confirmare ſolet cum clauſula -- *Supplentes, etiam quoad defectus ſubſtantiales.* T. 3. p. 226. n. 28.
Vid. V. Electio.
Clauſula *Supplentes*, ſupplet conſenſum, qui de jure tantum poſitivo requiritur. T. 3. p. 225. n. 23.
Et ſic ſupplet defectum conſenſus Capituli in alienatione bonorum Menſæ Epiſcopalis de jure requiſiti. *ibid.* numer. 24.
Clauſula *Supplentes*, defectum Mandati non ſupplet. *ibid.* n. 25.
Minuſque ſupplet defectus ſubſtantiales. Tom. 3. pag. 226. num. 26.
Ac proinde defectus Cauſæ, & alia ſubſtantialia in alienatione bonorum Eccleſiæ requiſita, per illam non ſupplentur. *ibid.* n. 27.
Limita, ſi Gratia munita eſſet clauſula -- *Supplentes, etiam quoad Subſtantialia* -- tunc enim defectus etiam ſubſtantiales ſanati remanerent. *ibid.* n. 29.
Non tamen in præjudicium tertii. *ibid* n. 30.
Clauſula *Supplentes* non tollit defectum intentionis. *ibidem* n. 31.
Clauſula, *Ut aſſeris*, æquipollet clauſulæ *ſi eſt ita.* Tom. 4. p. 110. n. 32.
Et, an per eam Gratia reddatur conditionabilis? *ibid.* & num. 33. & ſeqq.

CLERICATUS.

Vid. V. Ordines. V. Prima Tonſura.

CLERICI *Cameræ Apoſtolicæ.*

Clerici Cameræ Apoſtolicæ non comprehenduntur ſub Officialibus, de quibus loquitur *Extravag. ad Regimen.* T. 1. p. 107. n. 221. 224.
Non gaudent hodie, uti prius, Privilegio expediendi gratis Literas ſuper Gratiis Apoſtolicis, quas obtinent. T. 3. p. 41. n. 136.

Clericus Conjugatus.

Clericus Conjugatus non gaudet niſi Privilegio Canonis, & Fori. T. 4. p. 91. n. 3.
An retinere poſſit Cappellanias mere laicales, ſeu Legata pia? *Vid. V. Beneficia quoad vacationem per contractum Matrimonii.*

COADJUTOR.

De Coadjutoribus Epiſcoporum *Vid. V. Epiſcopus quoad Coadjutorem, & Epiſcoporum Coadjutores.*
Coadjutor non habet jus perfectum ad Beneficium, ſed tantum in ſpe, & ad rem. T. 1. p. 280. n. 86.
Nec durante Coadjutoria Beneficii poſſeſſionem habet, ſed ea reſidet penes Coadjutum. T. 3. p. 55. n. 112.
Et poſt obitum Coadjuti tenetur novam Beneficii proviſionem adipiſci, nec ei ſuffragatur poſſeſſio vivente Coadjuto adepta. T. 2. p. 358. n. 116.
Coadjutor Canonici, an poſſit eſſe Delegatus Apoſtolicus? *Vid. V. Delegatus Apoſtolicus.*
Coadjutor cum futura ſucceſſione, an juvetur favore Regularum *de Annali & Triennali*? *Vid. V. Reg. XXXV. V. Reg. XXXVI.*
Coadjutor cum futura ſucceſſione, Coadjutoriæ Literas publicare non tenetur, licet Publicationem ullam peragere poſſit, ſi velit. T. 2. p. 551. n. 198.
Vid. V. Reſignatio quoad Publicationem.
Deputari ſperans in Coadjutorem, an valide reſignare poſſit Beneficium cum Coadjutoria incompatibile abſque incurſu in pœnas Regulæ III. *Vid. V. Regula III.*
Coadjuto Religionem ingreſſo, non fit favore Coadjutoris ſucceſſioni locus, niſi poſt Profeſſionem ab eo emiſſam. T. 3. p. 386. n. 18.
Coadjutor Religionem ingreſſus, ſi durante probationis anno habitum Regularem dimittat, admittendus eſt ad Coadjutoriam, ut prius. *ibid.* n. 19.
Et ſi interim mortuus ſit Coadjutus, ſuccedit in Beneficio. Tom. 3. pag. 386. n. 19.

COADJUTORIA.

Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione ex juſtis cauſis conceſſæ, juris fomentum habent, & ſunt favorabiles, non odioſæ. T. 3. p. 14. n. 30. & p. 15. n. 32.
An ſint loco Expectativarum ſubrogatæ, illarumque naturam ſapiant? T. 3. p. 13. n. 14. 17. & ſeqq. p. 14. n. 29. & ſeqq.
Veniunt ſub nomine Expectativarum in terminis Concordatorum, quæ ex cauſa publica cum Sede Apoſtolica ſunt inita, ſeu ubi agitur de Indultis ordinariis Collatoribus elargitis; ſecus in terminis Indultorum, quæ conceduntur Collegiis, & Univerſitatibus Studiorum. T. 3. p. 14. n. 31.
Et aſſignantur quamplurimæ diſcriminis rationes vigentes inter Concordata, ſeu Indulta ordinariis Collatoribus conceſſa, & Indulta extraordinaria Univerſitatibus Studiorum elargita. T. 3. p. 15. n. 33. & 34.
In Indultis Univerſitatibus Studiorum a Pontificibus conceſſis circa facultatem nominandi ad certi generis Beneficia, licet tollantur Expectativæ, non tolluntur Coadjutoriæ. T. 3. p. 14. n. 29. & ſeqq.
Vid. V. Univerſitas Studiorum Coloniæ.
Refertur quid actum fuit ſub *Alexandro VII.* cum Epiſcopo *Patavino*, qui Subditis ſuis mandaverat, ne abſque ipſius licentia Coadjutorias a Sede Apoſtolica obtinere poſſent? T. 3. p. 325. n. 8. & ſeqq.
Coadjutoria non eſt Beneficium Eccleſiaſticum. T. 2. p. 358. n. 115.
Ad illius Titulum, an poſſit quis ordinari? *Vid. V. Ordinatio quoad Titulum.*
An inducat ſubjectionem Coadjutoris pro Ordinibus ſuſcipiendis favore Epiſcopi, in cujus Diœceſi Beneficium, ſuper quo facta fuit Coadjutoria exiſtit? *Vid. V. Ordinarius ratione Beneficii. V. Ordinarius ratione Domicilii.*
Per Coadjutoriam, an impediatur optio Præbendæ ſuper qua expleta fuit? *Vid. V. Optio.*
Per Coadjutoriam, ſive in Germania, ſive in aliis Regionibus conceſſam, vacant omnia Beneficia reſidentialia a Coadjutore obtenta. T. 1. p. 132. n. 271.
Et, an conceſſa Coadjutori retentionis gratia, oriatur favore Pontificis, eorumdem Beneficiorum affectio? *Vid. V. Affectio. V. Germania.*
Coadjutoria, an ſi effectum ſortiri non poſſit, cauſet affectionem, etiam in Germania? *Vid. V. Affectio. V. Germania.*
Pro Coadjutoria expleta a familiari Cardinalis ſuper Beneficio, quod obtinet, an requiratur conſenſus Cardinalis? *Vid. V. Reg. XXXII.*
Diſpoſitio Regulæ LV. circa neceſſariam valoris Beneficii expreſſionem in illius impetratione, locum habet etiam in Coadjutoriis. T. 4. p. 63. n. 34.
Et valore expreſſo non juſtificato, Beneficium remanet affectum ob appoſitionem manus Papæ. *ibid.*
Pro validitate Gratiæ Coadjutoriæ exprimendus eſt etiam numerus Beneficiorum, quæ obtinet Coadjutor, illorumque valor. T. 4. p. 73. n. 168.
Sed hujuſmodi expreſſio de ſtylo fit in corpore ſupplicationis, licet omittatur in *Summariolo*, quod Papæ legitur. *ibid.* n. 169.
Dictaque expreſſione non facta, Beneficium remanet affectum ob appoſitionem manus Papæ. *ibid.* n. 170.
Coadjutoria non eſt Reſignatio, nec venit Reſignationis appellatione. T. 3. p. 339. n. 31.
Improprie tamen, & largo modo loquendo, venit ſub nomine Reſignationis. *ibid.* n. 38.
Exponuntur quamplurimæ differentiæ vigentes inter Coadjutoriam, & Reſignationem. *ibid.* n. 32. 35. 36. & 37.
Per Coadjutoriam non vacat Beneficium, ſed vacatio oritur poſt obitum Coadjuti. *ibid.* n. 33.
Sed ob clauſulam -- *ex nunc pro tunc* -- quæ adjicitur in Litteris Coadjutoriæ, eodem inſtanti obitus Coadjuti, vacatio dicitur conſumpta favore Coadjutoris. *ibidem* n. 34.
Et impedit, ne per obitum Coadjuti ulla detur Beneficii vacatio. T. 3. p. 15. n. 43.

Coadjutoria, quoad conſenſum Coadjuti.

In Coadjutoriis, præſtandus eſt a Coadjuto conſenſus. T. 3. p. 338. n. 28.
Et ratione hujuſmodi conſenſus Coadjutoria non eſt odioſa, nec expectativæ æquiparatur. T. 3. p. 14. n. 29. p. 338. n. 28. & 29.

Refertur

Refertur diſcrepantia inter *Lotterium*, & *Gonzalez* in aſſignanda ratione, ob quam neceſſarius ſit in Coadjutoria Coadjuti conſenſus. T. 3. p. 338. n. 30. & ſeqq.
Dementibus, & Mentecaptis Pontifices deputare ſolent Coadjutores in Beneficiis, quæ obtinent vel *Motu proprio*, vel prævio conſenſu Curatoris, congrua ipſis Coadjutoribus aliquando aſſignata; & referuntur exempla. T. 3. p. 339. n. 39.
Quemadmodum Beneficiatis ſanæ mentis, etiam invitis, aliquando Pontifices, juſtis concurrentibus cauſis, Coadjutores deputarunt. Pluraque exponuntur exempla. *ibid.* n. 40.
In Coadjutoriis, an poſſit admitti conſenſus Procuratoris poſt obitum Coadjuti? diſtinctione plurium caſuum Quæſtio dirimitur. T. 3. p. 350. n. 206.
In Coadjutoriis, ad differentiam Reſignationum, prius apponitur Supplicationi Data, & poſtea extenditur conſenſus. *ibid.* n. 207.
Et de ſtylo Datariæ in Coadjutoriis, quæ expediuntur ultra Montes, Data apponitur per duos Menſes ante diem ſolutionis Componendæ, & per Menſem in illis, quæ expediuntur in Italia. *ibid.* n. 208.
Et ſtylum bone laudant Doctores, uti valde æquum, & quare? *ibid.*
Gratia Coadjutoriæ ſignata, ſi ante ſolutionem Componendæ, notitia mortis Coadjuti in Menſe Ordinarii ſequutæ ſuperveniat, conſenſus amplius extendi non debet in præjudicium Ordinarii, & ab eo proviſi. *ibid.* n. 209. & 210.
Plerieſque mandatum fuit reſtitui Componendam poſt notitiam præfatam perſolutam. *ibid.*
Intellige, quando Gratia Coadjutoriæ eſt conditionalis, & relativa ad conſenſum Coadjuti, ſecus ſi facta *Motu proprio* Pontificis ſine conſenſu præfato, hoc enim caſu demandari poteſt expeditio Coadjutoriæ, & quare? *ibid.* n. 211.
Sequuto obitu Coadjuti in Menſe Sedi Apoſtolicæ reſervato ſola Supplicatione ſignata, plurimum operatur arbitrium Datarii pro extenſione conſenſus, & expeditione Coadjutoriæ. *ibid.* n. 212.
Et referuntur exempla permiſſæ hujuſmodi præſtationis conſenſus. *ibid.* n. 213.
Notitia obitus Coadjuti ſuperveniens poſt ſolutam Componendam, & Supplicationem datatam, non impedit, quominus Procuratoris conſenſus extendi poſſit. *ibid.* n. 214. p. 357. n. 305.
Redditur ratio. T. 3. p. 350. n. 214.
Et explicatur *Deciſio Rotæ* 1149. *coram Emerix. ibid.* numer. 215.
Coadjutoriæ Gratia nulla eſt, etiam Litteris Apoſtolicis expeditis, ſi probetur actus ſolutionis Componendæ, Datationis, & Conſenſus ſequutos fuiſſe poſt obitum Coadjuti. Et quare? T. 3. p. 350. n. 216. & 217.
Contrarium, quando Supplicatio ſignata fuit a Pontifice vivente Coadjuto; Et redditur ratio. T. 3. p. 351. n. 219. 220. 225. & ſeqq.
Amplia, etiamſi actus ſolutionis Componendæ, Datæ, & Conſenſus ſequuti fuerint, poſtquam Procurator notitiam habebat de obitu Coadjuti. Redditur ratio, & reſpondetur contrariis rationibus. *ibid.* n. 222. & ſeqq.
Conſenſus a Procuratore Coadjutoriæ præſtandus, extenditur de ſtylo Datariæ ſub eadem die, ſub qua apponitur Supplicationi Data. *ibid.* n. 225. & 227.
Et adverſus hujuſmodi ſtylum, nulla admittitur probatio, etiam deſumpta ex Partitis extractis a libris Componendæ, aut Regeſtri. *ibid.* n. 226.
In Coadjutoriis admitti poteſt conſenſus Procuratoris poſt obitum Coadjuti, quando illius notitia eſt vaga, & incerta, ſecus ſi certa, ac nota Officialibus; & ſi hoc caſu admittatur, Gratia eſt nulla, & quare? *ibid.* n. 231.
Vel quando abeſt omnis ſuſpicio fraudis, & colluſionis. *ibid.* n. 232. p. 352. n. 236.

COLLECTORES.

Collectores Decimarum extraordinariarum, & Spoliorum.

De reſervatione Beneficiorum, quæ obtinent Collectores præfati. *Vid. Verb. Regula V.*
Collectores Spoliorum ſunt exempti a Juriſdictione Ordinariorum, quia ſunt Papæ Officiales. Tom. 1. pag. 373. n. 186. & 187.
Vid. V. Subcollectores.

COLLEGIALITAS.

Vid. V. Eccleſia Collegiata.

COLONIA.

Vid. V. Univerſitas Studiorum Coloniæ.

COMITATUS.

Comitatus Roſſilionis.

In Comitatu Roſſilionis, viciniſque Ditionibus a *Ludovico XIV.* Rege Galliarum acquiſitis, vigent Regulæ Cancellariæ. T. 1. p. 8. n. 57.
Indulſit *Clemens IX.* Regi præfato jus nominandi ad Cathedralem *Elnen.* & Beneficia Conſiſtorialia in iiſdem Regionibus exiſtentia, etiam ſi *apud Sedem* vacarent; ſed in Indulto præſervavit jura ad Sedem Apoſtolicam ſpectantia. *Vid. V. Galliarum Rex.*

COMITES.

Vid. V. Principes.

Comites de Campeggis.

Poſſunt legitimare etiam abſque clauſula -- *ſine præjudicio venientium ab inteſtato.* T. 4. p. 25. n. 10.
Quemadmodum, & legitimare ad effectum, ut Legitimatus ſuccedat in Bonis Emphyteuticis, & Feudalibus Eccleſiarum. T. 4. p. 29. n. 69.
Vid. V. Legitimatio, Legitimatus.

Comites Palatini.

Privilegia Comitum *Palatinorum*, aliorumque facultate gaudentium legitimandi in tertii præjudicium, an deroget Regula? L. *Vid. V. Regula L.*
Doctores creati a Comitibus *Palatinis*, nec poſſunt Juriſdictionem exercere temporalem, nec capaces ſunt obtinendi Beneficia Doctoratum requirentia. T. 2. p. 209. n. 73.

Comites Petinenſes.

Comitibus *Petinen.* nullum competere jus nominandi, ſeu præſentandi Imperatori, uti Archiduci Auſtriæ, Perſonam, ad effectum, ut Imperator de illo mentionem faciat Pontifici in nominatione, quam expleſ ad Eccleſiam *Petinen.* declaravit Sac. Congregatio Conſiſtorialis anno 1712. Tom. 1. p. 186. n. 79.

Comites Riarii.

Privilegium creandi Comites *Palatinos* a Sixto IV. DD Comitibus de *Riariis* conceſſum, an ſit revocatum per Regulam XIV.? *Vid. V. Reg. XIV.*

Comites de Sfortia.

Privilegium creandi Doctores, Protonotarios, & Notarios, Paulum III. DD. Comitibus *Sfortia* conceſſiſſe fertur. T. 2. p. 209. n. 77.
Sed Privilegium hujuſmodi anno 1703. adinveniri non valuit. T. 1. p. 102. n. 139.
Doctoratus collatus a Comitibus Domus *Sfortiæ*, nec pro exercenda Juriſdictione temporali, nec pro aſſequendis Beneficiis Doctoratum requirentibus, inſervit. Tom. 2. p. 209. n. 73.
Protonotariatus, qui a Comitibus præfatis conceduntur, Reſervationem non inducunt. T. 1. p. 102. n. 139.
Facultas creandi Protonotarios, Doctores, Notarios &c. ſi conceſſa fuit DD. Comitibus *Sfortiæ*, an ſubjaceat revocationi Regulæ XIV. Cancellariæ? Tom. 2. p. 209. n. 73. & ſeq.
Vid. V. Doctor, Doctoratus. V. Reg. XIV.

COMMENDA.

Commenda in Beneficialibus.

De origine & progreſſu Commendarum, præſertim ſeculo XIV. ſub Pontificibus, qui Avenione reſiderunt? T. 3. p. 267. n. 46.
Vindicantur Commendæ noſtri temporis a mordacitate eorum, qui eas improbant, uti deſtructivas Monaſteriorum in ſpiritualibus, & temporalibus. *ibid.* n. 45. 47. & ſeqq. p. 268. n. 55. 56.
Praxi commendandi Beneficia, neque Jus Divinum, & naturale,

naturale, neque antiqui Canones adverſantur. Tom. 3. p. 267. n. 47.

Minuſque Concilia *Lateranenſe*, & *Tridentinum*. *ibid.* numer. 48.

Refertur reſponſio *Pii IV.* nomine data Germanis petentibus, ut nullæ deinceps Prælaturarum, & Beneficiorum Commendæ fierent. T. 3. p. 268. n. 57.

Monaſteria electiva regulariter Pontifices commendare non ſolent, & pluries rejectæ inſtantiæ in *Polonia* pro illorum Commendis. T. 1. p. 206. n. 92.

Pontifices frequenter Beneficia commendare conſueverunt, ubi agitur de continuanda eorum proviſione de Commenda in Commendam. T. 3. p. 268. n. 58.

Sed Monaſteria in titulum Regularibus conferri ſolita, commendare non ſolent, niſi ex juſtis cauſis, reſtaurandi ſcilicet eorum Ædificia, ac bona diſtracta recuperandi, & cum Decreto, quod ceſſante Commenda, Monaſterium ad priſtinam tituli naturam revertatur. *ibid.* num. 59. 60. p. 269. n. 62.

Et alias reſolutum, concedendam non eſſe Commendam, niſi prius habitis ſuper dictis Cauſis juſtificationibus a Locorum Ordinariis. T. 3. p. 269. n. 61.

Monaſterium, quod ceſſata Commenda, juxta ſupradictum Decretum, in titulum reverſum ſuit, non prohiberi iterum commendari, ſi neceſſitas urgeat, & eædem concurrant cauſæ. *ibid.* n. 64.

Et ſequuta nova Commenda, additur etiam Decretum reverſionis in titulum, cedente, vel decedente Commendatario. *ibid.* n. 65.

Satis tamen rationabile erit, ut in dubio, reiteratio Commendæ denegetur, & quare? *ibid.* n. 66. 70. & 71.

Nec habent, de quo juſte conqueri poſſint Principes jus nominandi, ſeu præſentandi ad Monaſteria habentes, ſi Pontifices eorum inſtantiis pro renovatione Commendæ non annuant. *ibid.* n. 67.

Referuntur exempla nonnullorum Pontificum, qui Commendæ reiterationem, Principibus pro ea inſtantibus, denegarunt. *ibid.* n. 71. & ſeqq.

Pontifices, juxta ſenſum Gallorum, Beneficia Regularia commendari ſolita, in Titulum reducere non poſſunt. *ibid.* n. 68.

Sed admittunt, quod a libera eorum voluntate pendeat, Beneficium Regulare in Commendam conceſſum cum decreto revertendi in Titulum, iterum poſtea commendare, vel non. *ibid.* n. 69.

Clemens XI. ad ſupplicationes Regis Chriſtianiſſimi, aliquando Gratiam reiteratæ Commendæ indulſit. Tom. 3. p. 270. n. 77. & 78.

Monaſteria, quæ ſunt *Capita Ordinum*, commendanda non eſſe expreſſo mandavit Concilium Tridentinum. T. 3. p. 271. n. 79.

Eaque in Gallia providentur ad electionem Monachorum. *ibid.* n. 81. & 82.

Monaſteria præfata aliquando, Regibus Chriſtianiſſimis ſupplicantibus, proviſa fuerunt Clericis Secularibus in Commendam. *ibid.* n. 83. & 85.

Sed Gratiam præfatam denegarunt *Innocentius X.* & *Innocentius XI.* *ibid.* n. 84.

De ſingulari Gratia, qua *Leo XI.* Beneficia omnia totius fere Catholici Orbis, etiam Regularia, & curata, uſque ad diem aſſumptionis ſuæ jam vacantia, commendavit quatuor Cardinalibus ad ſex menſes, & poſtea mediante Commendæ ceſſione in ſuis manibus, diſtribuenda Conclaviſtis, aliiſque Perſonis ab ipſis Cardinalibus nominandis. *Vid. V. Reg. LXVIII.*

Beneficia ab aliis commendari non poſſunt, quam a Pontifice, aut ab iis, quibus ipſe indulget commendandi facultatem. T. 3. p. 265. n. 28.

Et ex hac Pontificum prærogativa, bene eruitur plenaria eorum poteſtas ſuper Beneficiis. *ibid.* n. 29.

Facultatem hanc Beneficia commendandi, certis præſcriptis legibus, Pontifices nonnullis Perſonis benemeritis, & illuſtribus elargiri non ſunt dedignati. *ibid.* num. 30. & 31.

Refertur Reſolutio Congregationis particularis edita anno 1701. ſuper modo concedendi Indulta commendandi, & ſuper novis Commendis a Sede Apoſtolica faciendis. T. 3. p. 266. n. 32.

Sed ab hujuſmodi reſolutione aliqualiter deflexit ſan. mem. *Clemens XI.* *ibid.* n. 33.

In Indultis commendandi, quæ Cardinalibus conceduntur, apponitur clauſula — *libere*, & *licite*. — *ibidem* num. 34.

Sed favore aliarum Perſonarum, quamvis illuſtrium, fere nunquam, priſcis ſaltem temporibus, adjici conſuevit. *ibid.* n. 35.

Referuntur tamen nonnulla exempla Indultorum commendandi, in quibus clauſula præfata adjecta fuit? T. 3. p. 266. n. 36.

Clauſula — *libere*, & *licite* — quem effectum operatur? *ibid.* n. 37.

Et qui ſit effectus alterius clauſulæ in Indultis commendandi adjici ſolitæ — *ſolus commendare poſſis*, & *valeas*? — *ibid.* n. 38.

Clauſula — *libere*, & *licite* — non impedit, quominus Pontifex derogare poſſit *Regulæ de viginti* in Reſignatione Beneficii ſpectantis ad collationem illius, qui Indultum habet Apoſtolicum commendandi. *ibid.* n. 39.

Limita, ſi Indulto hujuſmodi gaudeant Cardinales Ordinarii Collatores. T. 3. p. 267. n. 40.

Jure antiquo permiſſum erat Ordinariis Eccleſias curatas commendare ad ſex Menſes, & interim Commendatarii ſtabant loco Oeconomorum. T. 3. p. 265. n. 23.

Sed facultas hæc eis ſublata fuit per Concilium Tridentinum, & quid circa Parochiales Eccleſias vacantes fuit ab illo diſpoſitum? *ibid.* n. 24.

Priſcis temporibus Commendæ indulgebantur ad tempus, & qua obligatione premebatur Commendatarius? T. 3. p. 264. n. 21.

Referuntur nonnulla exempla Eccleſiarum Cathedralium, quæ ad tempus commendatæ fuerunt. T. 3. p. 265. n. 22.

Sed hodie Commendæ conceduntur perpetuo, & ad vitam, ipſæque reſpiciunt principaliter non favorem Eccleſiæ, ſed Perſonæ, quæ Beneficii commendati fructus pleno jure acquirit. *ibidem.* n. 25.

Et in hujuſmodi Commendis duplex Gratia concurrit, proviſiva una, diſpenſativa altera. *ibid.* n. 26.

Beneficia ſecularia Regularibus, & Regularia Secularibus in Commendam dari prohibet Regula XLIII. niſi in Signatura Pontificis, vel per clauſulam ad partem de *Commenda ipſa* mentio fiat. *Vid. V. Regula XLIII.*

Commenda, quæ hodie uſitatur eſt verus titulus Canonicus, & Commendatarius dicitur Prælatus. T. 1. p. 141. n. 257.

Et nihil differt a proviſione in Titulum. T. 3. p. 86. n. 32.

Commenda non mutat ſtatum Beneficii. T. 1. p. 206. n. 94.

Amplia, etiamſi fuerit per quadraginta annos continuata. *Vid. Beneficia Regularia quoad ſtatum.*

Papa commendando Beneficium, non cenſetur tollere jus alteri quæſitum. T. 1. p. 139. n. 236.

Beneficium commendatum non vacat per mortem Commendatarii, ſed ut prius, ex Perſona illius, per cujus obitum facta fuit Commenda. *ibid.* n. 233.

Et ſic commendato Beneficio, quod vacavit *extra Curiam*, ſi Commendatarius poſtea decedat in Urbe, Beneficium non vacat *apud Sedem*. *ibid.* n. 232.

Sed decedente Commendatario *apud Sedem*, licet in ea non vacet Beneficium *de jure*, vacat tamen *de facto*. T. 3. p. 104. n. 25.

In Commenda, quæ ſit vacatio *juris*, & quæ vacatio *facti*? T. 1. p. 140. n. 247.

Ejuſque reſpectu attenditur vacatio *facti*, non *juris*. *ibid.* n. 253.

Pontifices, dum indulgent facultatem conferendi Beneficia commendata, reſpiciunt ad vacationem *de facto*, & non *de jure*, & redduntur rationes. *ibid.* num. 250. 251. & ſeqq.

Facultas conferendi Beneficia commendata *Commendis extra Curiam ceſſantibus*, quomodo intelligatur? Tom. 1. p. 139. n. 239. p. 140. n. 250.

Vid. V. Reg. I. quoad I. Reſervationem contentam in Extrav. ad Regim.

Cardinales, an poſſint vigore Indulti conferre Beneficia commendata, ſi Commenda ceſſet *in Curia*? *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*

Commenda inducit affectionem, qua ceſſante, vacat Monaſterium, & Monachi eligere non poſſunt. T. 1. p. 131. n. 189. *Vid. V. Affectio.*

Et, an affectionem inducat in Gallia, & in Germania. *Vid. V. Gallia. V. Germania.*

Beneficiorum proviſiones in Commendam expletæ, an ſubjaceant Regulæ *de veriſimili notitia*? *Vid. V. Regula XXX.*

Renunciationes, & ceſſiones Commendæ expletæ intra tempus vacationis, & proviſionis alterius Beneficii incompatibilis Apoſtolica auctoritate factæ, an ſubjaceant Cenſuris Regulæ III. & XXVI. *Vid. V. Regul. III. V. Regul. XXVI.*

Ceſſat Commenda, ſi deveniat ad ſtatum, a quo incipere non poterat, quia nempe Commendatarius elegerit ſtatum incompatibilem cum Commenda. T. 4. p. 103. n. 34. & 38.

Præſertim, ſi caſus ille evenit culpa Commendatarii. *ibid.* n. 36.

Proviſus

Proviſus in Commendam de Præceptoria Ordinis Militaris cum Decreto, quod Profeſſionem emittere non teneatur uſque ad annum trigeſimum, ſi ante dictum tempus ſtatum eſſumat incompatibilem cum Profeſſione emitti ſolita in dicto Ordine Militari, quia nempe ad Sac. Ordines promoveatur, Commenda ceſſat ex puncto ſuſcepti ſtatus incompatibilis, nec expectandus eſt annus 30. Et redduntur rationes. T. 4. p. 103. n. 32. & ſeqq.

Ratio incompatibilitatis æque militat in Beneficio collato in Titulum, quam in collato per Commendam. *ibidem* n. 39.

Vid. V. Reg. XLIII. V. Regulares quoad Beneficia ſecularia, & Seculares quoad Regularia.

COMMENDATARIUS.

Commendatariis, an ſuffragentur Regulæ *de Annali, & Triennali? Vid. V. Regula XXXV. V. Regula XXXVI.*

Commendatarius, ſi ad Epiſcopatum promoveatur cum retentione Beneficii commendati, nequit illud a Cardinali vigore Indulti conferri, & quare? *Vid. V. Cardinales quoad Indult. conferendi Beneficia reſervata.*

Commendatarius perpetuus non prohibetur eſſe Delegatus Apoſtolicus. T. 1. p. 373. n. 173.

Proviſus de Beneficio Regulari in Commendam, Profeſſionem emittere non tenetur. T. 4. p. 103. n. 28.

Limita, ſi Papam illam exquirat. *ibid.* n. 29.

Et hoc caſu poteſt Executor Literarum, Profeſſionem recipere, etiam anno Probationis non elapſo. *Vid. V. Regula LIX.*

Proviſi in Commendam de Monaſteriis, quæ ſunt *Capita Ordinum*, ac Abbatiis, ſive Prioratibus, tenentur vigore Concilii aut renunciare Commendæ, aut infra ſex Menſes Profeſſionem emittere. *ibid.* n. 23.

Proviſi in Commendam de Parochialibus, an pro validitate Proviſionis ſcire teneantur Idioma loci? *Vid. V. Regula XX.*

Decedente *apud Sedem* Commendatario Beneficii, quod prius in titulum collatum vacaverat *extra Curiam*; an illud ſit obnoxium reſervationi *Cap. 2. de Præbend. in 6. Vid. V. Reg. I. quoad primam reſervationem contentam in Extravag. ad Regim.*

Et quid, ſi Beneficium ante Commendam in Titulum collatum vacaſſet *in Curia*, poſteaque Commenda ceſſaret per obitum Commendatarii *extra Curiam*? *Vid. eod. Verb.*

COMMISSIONES CAUSARUM.

Vid. V. Cauſarum Commiſſiones.

CONCILIUM TRIDENTINUM.

Concilium Tridentinum, an ſit receptum in Gallia? *Vid. V. Gallia.*

Decreta Concilii Tridentini circa validitatem Matrimoniorum, quæ a filiis fam. Parentibus diſſentientibus, contrahuntur, non reſpiciunt mores, ſed doctrinam T. 4. p. 17. n. 120.

Quemadmodum, nec alia ejuſdem Concilii Decreta circa validitatem, vel invaliditatem Sacramentorum. *ibid.*

Eorumque obligatio non pendet a Populorum acceptatione. *ibid.* n. 121.

Concilium Tridentinum recipit paſſivam interpretationem e jure communi. T. 2. p. 394. n. 95.

Et quidquid Ordinariis a Concilio Tridentino non fuit ſublatum, id diſpoſitioni juris relictum intelligitur. *ibidem* n. 91.

Concilium Tridentinum quando Epiſcopis facultatem aliquam delegatam impertiri voluit, illam expreſſit. T. 2. p. 392. n. 76.

Pontifices diſponere poſſunt adverſus Decreta Concilii Tridentini, nulla de illis facta mentione. T. 4. p. 157. n. 12.

Concilium Tridentinum in illis caſibus, in quibus ſimpliciter, & in genere loquitur de Prælatis, de omnibus Prælatis, tam majoribus, quam minoribus intelligi debet. T. 3. p. 239. n. 94.

Reprobatur *Soavis*, qui impie exiſtimat, Concilium Tridentinum non fuiſſe Oecumenicum, ex quo Decretum quo mandatur Ordines minores iis ſaltem, qui linguam Latinam intelligunt, conferri debere, non comprehendit Aſiam, Africam, aliaſque Regiones, in quibus Latina lingua non addiſcitur. Tom. 1. p. 263. n. 71. & 72. *Vid. V. Lingua Latina.*

Beneficia, de quibus Ordinarii Collatores diſponunt contra Decreta Concilii Tridentini, vel contra eorumdem Decretorum formam, ſunt vigore Regulæ I. Pontifici reſervata. *Vid. V. Regula I. quoad reſervationem Beneficiorum de quibus contra Concilii Trid. men. &c.*

Et ex quibus cenſetur diſpoſitum, vel contra Concilii Decreta, vel contra illorum formam? *Vid. eod. V.*

CONCLAVE.

Vid. V. Pacta Conclavis.

CONCLAVISTA.

Conclaviſtæ ſunt familiares Papæ, eorumque Beneficia reſervata vigore Regulæ IV. T. 1. p. 325. n. 100. Tom. 3. p. 116. n. 182.

Priſcis temporibus reſervatio non oriebatur a Conclaviſtatu, ſed quia Conclaviſtæ a Pontifice noviter electo declarentur illius familiares. T. 1. p. 325. n. 101.

Et deficiente hac declaratione, ceſſabat reſervatio. *ibid.*

Sed hodie Conclaviſtatus ex Conſtitutione LIV. *Urbani VIII.* conſtituit novam reſervationis ſpeciem diverſam ab ea, quæ reſultat ex familiaritate Pontificis, quæque prius ſolum iverat Beneficiis Conclaviſtarum. T. 1. p. 325. n. 107. p. 329. n. 133. T. 3. p. 115. n. 167.

Et nova hæc reſervatio æquiparatur in eadem Conſtitutione reſervationi inſurgenti ex vacatione *apud Sedem*. T. 3. p. 115. n. 167.

Explicatur, in quibus terminis hujuſmodi æquiparatio procedat? T. 3. p. 116. n. 177.

Reſervatio ex Conclaviſtatu reſultans eſt perpetua, & perſonalis, infixa oſſibus Conclaviſtarum. T. 1. p. 326. n. 112. & 117.

Duratque etiam poſt obitum Pontificis in cujus Conclavi inſervierunt. T. 3. p. 115. n. 175. p. 124. n. 319.

Nec ceſſare facit alteram reſervationem perſonalem ex familiaritate Papæ reſultantem. T. 3. p. 116. n. 184.

Beneficia obtenta a Conclaviſta poſt obitum Pontificis electi in illo Conclavi, in quo inſervivit ut Conclaviſta, non ſunt reſervata. T. 1. p. 325. n. 102.

Sed contrarium verius poſt dictam Conſtitutionem *Urbani VIII.* *ibid.* n. 106. p. 327. n. 127.

Et in proviſionibus Apoſtolicis Beneficiorum, quæ Conclaviſtæ obtinuerunt poſt obitum Pontificis, in cujus electione interfuerunt Conclavi, Cancellaria dat ſpecialem reſervationem ex capite *Conclaviſtatus*. T. 1. p. 326. n. 111.

Cardinales, etiam Pontificum Nepotes, non poſſunt vigore Indulti conferre Beneficia Conclaviſtarum *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata. Verb. Cardinales Nepotes.*

Cardinales, an poſſint præſtare conſenſum in proviſione Beneficiorum vacantium per obitum ſuorum familiarium, qui fuerunt Conclaviſtæ? *Vid. V. Reg. XXXII.*

Conclaviſtarum Beneficia ſunt triplici reſervationi ſubjecta, ratione ſcilicet ipſius ſimplicis Conclaviſtatus, ratione familiaritatis Papæ, & ratione Protonotariatus. Tom. 1. p. 326. n. 114.

Non omnes tamen Conclaviſtæ ſunt Protonotarii, ſed illi ſolum, qui tales creantur a tribus Cardinalibus Capitibus Ordinum. *ibid.* n. 115. T. 3. p. 116. n. 193.

Et poteſt quis eſſe Conclaviſta abſque eo quod ſit Protonotarius. T. 3. p. 116. n. 194.

Reſervatio ratione Conclaviſtatus de ſtylo Datariæ, & Cancellariæ, reſtringitur ad Beneficia illorum, qui interfuerunt in Conclavi. T. 1. p. 327. n. 13[illegible].

Conclaviſtatus tanquam Reſervationis fundamentum debet concludenter probari: Et ex quibus probatio præfata reſultet? T. 1. p. 326. n. 117. & 119.

Privilegia a Pontifice noviter electo Conclaviſtis concedi ſolita, perpetua ſunt. T. 1. p. 326. n. 113.

Conclaviſtæ vigore Brevis, quod eis conceditur, indulgetur abſolutio ab irregularitate, etiam ad effectum ſuſcipiendi Sac. Ordines. *Vid. V. Irregularitas.*

Conclaviſtæ Indulto gaudent Apoſtolico transferendi uſque ad certam ſummam Penſiones, etiam alias pluries translatas. T. 1. p. 372. n. 65.

Gaudent Privilegio expediendi *Gratis* pro unica vice Penſiones, & Beneficiorum Proviſiones, etiam per Reſignationem, ſed non Proviſiones Eccleſiarum Cathedralium. T. 3. p. 422. n. 145.

In Conclaviſtam eligi non poteſt, niſi qui fuerit per annum verus familiaris, & Commenſalis Cardinalis. T. 1. p. 327. n. 137. 138.

CONCLUSIO IN CAUSA.

Poſt Concluſionem in Cauſa, non attenditur juxta Regul. XXXVIII. Commiſſio, niſi expreſſe eidem Concluſioni, &c.

Digitized by Google

ac Regulæ præfatæ derogetur. Tom. 2. pag. 211. num. 2. & 3.
Concluſio in cauſa quid ſit, & de illius effectibus? T. 3. p. 212. n. 6.
Juxta ſtylum nonnullarum Regionum deſervit loco citationis ad ſententiam, ſi Collitigantibus ſit legitime intimata. ibid. n. 7.
Sed de jure hunc non operatur effectum. ibid. n. 8.
Stylus præfatus æquitati innititur, & de ratione? ibidem n. 9.
Et viget in Hiſpaniis. ibid n. 10.
Non tamen in Portugallia. ibid. n. 13.
Viget etiam in Inſula Melevitana. ibid. n. 11.
Stylus præfatus, ubi viget, operatur effectum citationis ad ſententiam, etiamſi hæc poſt Concluſionem in cauſa ſequuta fuerit, ſed nulliter. ibid. n. 12.
Et concludenter probandus eſt ab allegante, & quidem in loco ubi lata fuit ſententia. ibid. n. 13.
Nec extenditur de loco ad locum. ibid.
Concluſio in cauſa, ut locum habeat citationis ad ſententiam, debet eſſe univerſalis ad totum Proceſſum. ibid. n. 14.
Et eſſe debet vera Concluſio, quod ſempe Judex interloquatur, ſuumque proferat Decretum. ibid. n. 15.
Nec ſufficit, quod inſtante parte, Judex mandet concludi in Cauſa. ibid. n. 16.
Requiritur itidem, quod Concluſio in cauſa ſequatur cum citatione perſonali Partium. ibid. n. 17.
Quodque ſententia lata non fuerit longe poſt Concluſionem ipſam, alias nova citatio requiritur. ibid. n. 18.
Et requiritur nova citatio, ſi lapſi fuerint plures menſes a die Concluſionis in cauſa. ibid. n. 19.
Contrarium; quod ſtante prædicto ſtylo, poſſit ſententia poſt concluſum in cauſa quandocumque proferri, etiam poſt annum abſque nova citatione. ibid. n. 20.
Maxime, ſi poſt Concluſionem interveniat Citatio aliqua, licet vaga, quod Partes in prima audientia compareant ad audiendam ſententiam definitivam, cum continuatione ad quamlibet diem non feriatam. ibid. n. 21.
Sed a priori ſententie non recedendum. Et de ratione. ibid. n. 22. & 24.
Vaga citatio ad ſententiam in prima die non feriali cum ſequentium continuatione, ſolum operari poteſt, ut ſententia lata poſt nonnullos dies valida cenſeatur. ibidem n. 23. & 25.
Quod tamen diſpoſitioni juris contrarium eſt. ibid. n. 23.
Stylus, quod Concluſio in cauſa vim habeat citationis ad ſententiam, locum ſibi non vindicat, quando Judex poſt concluſum in cauſa, Partes ad novas probationes admittit, vel ad alios actus judiciales procedit. T. 3. p. 213. n. 26.
Limita, ſi jura fuerint admiſſa ſine præjudicio Concluſionis in cauſa. ibid. n. 27.

CONCORDATA.

Concordata Galliarum.

Vid. V. Galliarum Concordata.

Concordata Germaniæ.

Vid. V. Germaniæ Concordata.

Concordata Poloniæ.

Vid. V. Poloniæ Concordata.

CONCURSUS.

Concurſus quoad Beneficia curata.

Modus providendi Beneficia curata prævio examine per Concurſum, quomodo adinventus in Concilio Tridentino? *Vid. V. Parochiales quoad Concurſum. V. Regula IX. quoad Beneficia, quæ illius Reſervationi ſubjacent.*
Concurſus, an requiratur in Proviſione Præbendarum Pœnitentiariæ, ac Theologalis exiſtentium in Eccleſiis Hiſpaniarum, Italiæ, Inſularumque adjacentium? *Vid. V. Præbenda Pœnitentiaria, & Theologalis. V. Reg. IX. quoad Beneficia, quæ illius Reſervationi ſubjacent.*
Concurſus fieri debet, etiam in Beneficiis non curatis, ſi lege fundationis caveatur, quod in iis conferendis ſervetur ordo a Tridentino præſcriptus in collatione Parochialium. T. 2. p. 23. n. 64.
Vicariæ perpetuæ provideri debent non ad nominationem, ſed per Concurſum, quando adeſt immemorabilis, vel centenaria obſervantia. T. 1. p. 27. n. 96.
Et ſecluſa etiam hujuſmodi obſervantia, mandarunt aliquando Pontifices Vicarias præfatas provideri per Concurſum. T. 1. p. 27. n. 97.
Concurſus non requiritur in Proviſione Dignitatum, quamvis principalium in Collegiatis, ac Canonicatuum curam animarum adnexam habentium. T. 1. p. 295. n. 24. & T. 4. p. 86. n. 58.
Minuſque Proviſorum examen, niſi adſit conſuetudo, vel Epiſcopi inhibitio, ne Cura abſque examine exerceatur. T. 4. p. 86. n. 59.
Regulariter tamen Pontifices pro eorum animi inſtructione Concurſum demandare ſolent. T. 1. p. 295. n. 23.
Vacantibus Dignitate, Canonicatu, aliove Beneficio curato Sedi Apoſtolicæ quocumque modo reſervato, debent Epiſcopi Concurſum indicere nulla petita venia, aut licentia Pontificis; quodque, ſi Beneficium curatum ſit reſervatum ratione Menſium, poſſunt ipſi *magis dignum* eligere, illumque Datariæ ſignificare, ſi vero alteri reſervationi obnoxium ſit, tenentur Acta Concurſus ad Datariam tranſmittere, & a prælectione ſe abſtinere, ut decernitur in Literis Encyclicis S. D. N. BENEDICTI XIV. exſcriptis. T. 3. p. 202. 1.

Concurſus quoad Parochiales.

Vid. V. Parochiales quoad Concurſum.

CONDUCTOR.

Vid. V. Locatio.

CONFESSARIUS.

Vid. V. Abſolutio a reſervatis. V. Error communis.

CONFRATERNITAS.

Confraternitas auctoritate Pontificis, aut alterius Superioris Eccleſiaſtici erecta, Religioſa eſt, & Eccleſiaſtica. T. 2. p. 43. n. 245.
Confraternitas in Archiconfraternitatem Apoſtolica auctoritate erecta, jam Religioſa, & Eccleſiaſtica effecta fuit. ibid. n. 246.
Confraternitates, niſi ſint canonice erectæ, non poſſunt alicui Archiconfraternitati aggregari. T. 2. p. 43. n. 247. p. 44. n. 258.
Confraternitas facultatem habens aggregandi alias Confraternitates Apoſtolica auctoritate erectas, perneceſſe debet eſſe Eccleſiaſtica. T. 2. p. 43. n. 247.
Omnes Urbis Confraternitates regulariter Eccleſiaſticæ ſunt, & Religioſæ. ibid. n. 248.
Confraternitas ad *Sancta Sanctorum* Religioſa eſt, & Eccleſiaſtica. ibid. n. 244.
Juſpatr. relictum Officialibus, & Miniſtris Laicis Confraternitatis Eccleſiaſticæ, an ſit Laicale, vel Eccleſiaſticum? *Vid. V. Juſpatr. Eccleſiaſticum. V. Perſona.*
Confraternitas Laicalis non repræſentat Eccleſiam, in qua per accidens coadunatur. T. 2. p. 50. n. 306.
Præſidentes Laici Confraternitatis Laicalis, nullum habent Officium Eccleſiaſticum. ibid. n. 307.
Unde Juſpatr. ipſis relictum, non acquiritur Confraternitati, quemadmodum nec relictum Confraternitati acquiritur Præſidentibus. ibid. n. 308.
Vid. V. Hoſpitale. V. Loca Pia.

CONGREGATIO.

Congregatio Doctrinæ Chriſtianæ.

De origine Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ. Tom. 5. p. 281. n. 162.
Presbyteri Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ, qui emittunt tria Vota ſimplicia, necnon Juramentum perſeverantiæ in Congregatione, non aliter ſunt capaces Beneficiorum Curatorum, & reſidentialium, quam prævia expreſſe relaxatione præfati Juramenti e Pontifice, vel e Capitulo Generali, aut Diffinitorio facienda, nec ſufficit ſola eorumdem Capituli, aut Diffinitorii licentia. Et ita reſolutum. ibid. n. 159. p. 282. n. 169.
Redditur ratio, & reſpondetur contrariis rationibus, & exemplis. ibid.
Clerici Congregationis præfatæ in Gallia, ex Indulto *Clementis X.* poſt emiſſa Vota ſimplicia, & Juramentum perſeverantiæ, poſſunt de licentia Præpoſiti Generalis, vel Provincialis, ad Sac. Ordines promoveri ad Titulum Congregationis. T. 2. p. 402. n. 18.
Et, an mortuo, vel ſuſpenſo Provinciali ab officio, poſſint ad

ad Sac. Ordines promoveri de licentia illius, qui vices Provincialis pro tempore gerit? *Vid. V. Ordinatio quoad Titulum.*

Alumnis Congregationis Doctrinæ Chriſtianæ in Urbe degentibus, indultum aliquando fuit, ut per Cardinalem ejuſdem Urbis Vicarium, abſque Literis Dimiſſorialibus ſuorum Ordinariorum, ad Sac. Ordines promoveri poſſent. T. 2. p. 381. n. 334.

Congregatio Miſſionis.

De Indultis Apoſtolicis conceſſis Clericis Congregationis Miſſionis in Regnis Poloniæ, Italiæ, & Hyberniæ, ut ad Titulum Menſæ communis poſſent ad Sac. Ordines promoveri? *Vid. V. Ordinatio quoad Titulum.*

Congregatio Oratorii.

Indulto, quod aſſeritur *Clementem VIII.* conceſſiſſe PP. Congregationis Oratorii, quod ad Sac. Ordines promoveri poſſent cum Litteris Dimiſſorialibus Præpoſiti Generalis, nunquam PP. præfati uſi ſunt. Tom. 2. p. 380. n. 326. & ſeqq.

Et ſatis veroſimile eſt, illud non fuiſſe expeditum, aut revocatum remanſiſſe per Conſtitutionem *Speculatores* ſan. memor. *Innocentii XII.* T. 2. p. 381. n. 330. & 331. *Vid. V. Litteræ Dimiſſoriales.*

Congregatio Piorum Operariorum.

Congregationi Piorum Operariorum denegavit ſan. mem. *Clemens XI.* Indultum, quod ejus Alumni ad Sac. Ordines promoveri poſſent cum Litteris Dimiſſorialibus Præpoſiti Generalis, & ob quas rationes? T. 2. p. 380. n. 324. & 325. p. 381. n. 336.

Sac. Congregationes Urbis.

Facultates SS. Congregationum Urbis Sede Apoſt. vacante non expirant, ſed eodem tempore durante, conquieſcunt. T. 2. p. 152. n. 33. p. 154. n. 61.

Reſponſa Sacrar. Congregationum in puncto juris ſuper caſibus particularibus emanata, amplectuntur caſus omnes ejuſdem naturæ. T. 2. p. 219. n. 187.

Falſificantes Litteras Sacrar. Congregationum, an incidant in excommunicationem latam in Bulla in *Cœna Domini*? *Vid V. Falſificatio.*

De Decretis Generalibus Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium editis ſub *Clemente VIII.* anno 1600. ſuper Appellationibus admittendis, ac inhibitionibus concedendis? *Vid. V. Appellatio. V. Appellatio a Decreto interlocutorio.*

Secretarii Sacrar. Congregationum Urbis gaudent Privilegio expediendi *Gratis*, etiam Proviſiones Beneficiorum per reſignationem. T. 3. p. 41. n. 137.

Secretarius minor, ſeu Scriptor Litterarum S. Congregat. Epiſcoporum, & Regular. eſt Curialis. *Vid. V. Curialis.*

Et eſt quoque Curialis Scriptor Literarum Sac. Conſultæ. *Vid. eod. V.*

Nec non Scriptor Litterarum, ſeu Secretarius minor Literarum Congregationis Sanctiſſ. Inquiſitionis? *Vid. eod. V.*

Et, an Scriptor præfatus ſit Familiaris Papæ *ex mente, & dente*? *Vid. V. Familiares, & Familiaritas Papæ.*

Cardinales, an poſſint vigore Indulti conferre Beneficia eorumdem Scriptorum? *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata. V. Familiares, & Familiaritas Papæ.*

Summiſta Congregationis Sanctiſſ. Inquiſitionis, an ſit Curialis? *Vid. V. Curialis.*

Et, an talis dicatur *Archiviſta* Sac. Congregationis de Propaganda Fide? *Vid. eod. V.*

Secretarius Congregationis præfatæ, an ſit Papæ Familiaris? *Vid. V. Familiares, & Familiaritas Papæ.*

CONSECRATIO EPISCOPORUM.

Vid. V. Epiſcopus quoad Conſecrationem.

CONSENSUS.

De conſenſu Coadjuti requiſito in Gratia Coadjutoriæ, & an, & quando præſtari poſſit a Procuratore poſt illius mortem? *Vid. V. Coadjutoria.*

De conſenſu requiſito in ceſſione Juris, quod quis habet ſuper Beneficio. *Vid. V. Ceſſio Juris.*

De conſenſu a Reſignante præſtando in reſignatione Beneficii ad favorem, & de obligatione illum præſtandi per ſeipſum, ſi præſens in Curia reperiatur? *Vid. V. Regula XLV.*

De conſenſu a Reſignante, vel Titulari præſtando in reſervatione Penſionis, & an illi aliquando Pontifices derogare ſoleant? *Vid. V. Reg. XLV. quoad Conſenſum reſervationi Penſionis præſtan.*

De conſenſu Titularis requiſito in revalidatione Penſionis nulliter impoſitæ, aut translatæ? *Vid. V. Penſio quoad Revalidationem.*

De conſenſu præſtando a Patronis in Proviſionibus, præſertim Apoſtolicis, Beneficiorum de Jurepatr. &, an eorum taciturnitas conſenſui æquipolleat? *Vid. V. Juſpatr. Laicale.*

De conſenſu præſtando a Cardinalibus Patronis in proviſionibus Beneficiorum vacantium per obitum ſuorum Familiarium? *Vid. V. Reg. XXVII. V. Reg. XXXIII.*

De conſenſu præſtando ab Epiſcopo pro congrua Suffraganei ſuper fructibus ſuæ Menſæ Epiſcopalis, & an conſenſui præfato aliquando derogatum fuerit? *Vid. V. Suffraganeus.*

De conſenſu Capituli requiſito in unionibus Beneficiorum ab Epiſcopo vigore Concilii faciendis? *Vid. V. Uniones Beneficiorum vigore Concilii.*

De conſenſu Capituli pro diſmembratione Diœceſis ad effectum erigendi novum Epiſcopatum? *Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales quoad erectionem. V. Eccleſiæ Cathedrales quoad unionem.*

Et, an pro hujuſmodi diſmembratione requiratur conſenſus Principis temporalis? *Vid. eod. V. & V. Principes.*

Clauſula -- *Supplentes &c.* -- in Reſcriptis Apoſtolicis adjecta, non ſupplet defectum conſenſus contrahentium, qui juris naturalis eſt. T. 3. p. 225. n. 16.

CONSERVATORES URBIS.

Vid. V. Curia Capitolina.

CONSTITUTIONES APOSTOLICÆ.

Conſtitutiones Apoſtolicæ, ita ſunt interpretandæ, ut earum diſpoſitio eluſoria non remaneat. T. 4. p. 51. n. 29.

Et pro illarum interpretatione plurimum obſervantiæ defertur. *ibid.* n. 30.

Conſtitutiones Apoſtolicæ interpretantur ex earum origine, formulis, & verbis quibus conceptæ ſunt, & rationibus quibus innituntur. T. 1. p. 274. n. 15. & 16.

Melius interpretari non poſſunt, quam ex actibus poſitivis Pontificum, qui eas ediderunt. Tom. 1. pag. 203. n. 65. T. 4. p. 167. n. 43.

Maxime, ſi actus præfati ſint proximi editæ Conſtitutioni. T. 1. p. 204. n. 69.

Pars una Conſtitutionis alteram declarat. Tom. 4. p. 118. n. 35.

Derogationes generales in fine Conſtitutionis adjectæ, mentem Pontificis declarant. *ibid.* n. 33.

Verba Pontificiarum Conſtitutionum accipi debent in ſuo proprio, & naturali ſignificatu. T. 2. p. 217. n. 171.

Conſtitutio, quæ emanavit in declarationem Regularum Cancellariæ, licet per obitum Pontificis conditoris expiret, tamen reviviſcit cum renovatione Regularum. T. 1. p. 323. n. 64.

Conſtitutio ad declarationem, & ampliationem alterius emanata, intelligenda eſt juxta terminos diſpoſitionis declaratæ, & extenſæ. T. 1. p. 199. n. 32.

Reductio, & moderatio Conſtitutionis, non importat illius abrogationem in totum. T. 3. p. 134. n. 42.

Adverſus Pontificias Conſtitutiones nulla introduci poteſt legitima conſuetudo abſque ſcientia Papæ. T. 3. p. 248. n. 211. p. 250. n. 234.

Ex quibus dignoſcatur Pontificiam Conſtitutionem veram eſſe, & legalem? T. 4. p. 49. n. 10. & ſeqq.

Et ex quibus eſſe apocrifam, & falſam. *Vid. V. Falſitas. Vid. V. Lex. V. Papa. V. Privilegium. V. Regulæ Cancellariæ.*

Sub Conſtitutionibus Apoſtolicis, an, & quando Cardinales comprehendantur? *Vid. V. Cardinales. V. Regula LXX.*

CONSUETUDO.

Conſuetudo, ut momenti ſit, probari debet in ſpecie caſus de quo agitur. T. 1. p. 235. n. 80.

Ex actibus facultativis conſuetudo non inducitur? T. 3. p. 214. n. 6.

Conſuetudo, & ſtylus localis, præſertim contra jus, limites loci

loci in quo inducti ſunt, non egrediuntur. T. 3. p. 249. n. 225. p. 251. n. 246.
Conſuetudo, maxime contra Jus, unico actu contrario eliditur. T. 1. p. 208. n. 112. T. 4. p. 65. n. 61.
Conſuetudo non inducitur per obſervantiam legis, aut ſtatuti, & quare? T. 3. p. 248. n. 204. p. 251. n. 143.
Contra Pontificis auctoritatem, ejuſque Conſtitutiones, & Cancellariæ Regulas, nulla introduci poteſt legitima conſuetudo abſque ſcientia Papæ. T. 3. p. 248. n. 211. p. 250. n. 234.
Conſuetudo eſt altera lex, & vim legis obtinet. T. 1. p. 107. n. 107.
Decretum irritans nedum tollit conſuetudinem in præteritum, ſed novæ conſuetudinis introductionem impedit. T. 1. p. 208. n. 114.
Conſuetudo, ſeu poſſeſſio introducta tempore, quo vigebat Privilegium, corruit eo revocato. T. 1. p. 339. n. 49.
Vid. V. Obſervantia. V. Stylus.

Conſuetudo immemorabilis.

Conſuetudo immemorabilis concludentes exigit probationes. T. 1. p. 338. n. 44.
De requiſitis neceſſariis ad hoc ut illa probari poſſit per Scripturas? *ibid.* n. 45.
Et quando probari intenditur per Teſtes, quid ipſi deponere debeant? *ibid.* n. 46.
Teſtes non deponentes de viſu per quadraginta annos ante motam litem, neque coarctantes negativam, non probant immemorabilem. T. 3. p. 293. n. 137.
Conſuetudo immemorabilis non operatur quoad ea, quæ de novo accidunt. T. 1. p. 339. n. 51.
Et de illius natura eſt, quod non conſtet de initio. *ibid.* n. 52.
Exigit, quod vere conſtet de poſſeſſione per ultimos 40. annos. *ibid.* n. 54.
Conſuetudo immemorabilis requirit, quod nihil factum, dictum, aut in contrarium ſit ſcriptum; & ex quocumque rumore in contrarium deſtructa remanet. Tom. 1. p. 340. n. 60. & ſeq. T. 3. p. 248. n. 207.
Adverſus Sedem Apoſtolicam, & Principes ſupremos, regulariter nec centenaria, nec immemorabilis ſuffragatur ſine eorum ſcientia. T. 1. p. 340. n. 62.
Maxime, ubi agitur de præſcribendis juribus incorporalibus. *ibid.* n. 63.
Immemorabilis conſuetudo, & Privilegium Apoſtolicum pari paſſu ambulant. T. 1. p. 241. n. 137.
Sed conſuetudo immemorabilis majoris eſt efficaciæ, quam Privilegium Apoſtolicum. T. 1. p. 242. n. 139.
Conſuetudo immemorabilis præſumere facit quemcumque titulum alleganti magis proficuum, ac Privilegium Apoſtolicum. T. 3. p. 247. n. 195.
Non tamen illud, quod Sedes Apoſtolica nunquam expreſſe concedere conſuevit. *ibid.* n. 200. & p. 251. n. 245.
Immemorabilis conſuetudo excluditur, ubi conſtat de initio. T. 3. p. 240. n. 105.
Vid. V. Obſervantia centenaria.

CORONATIO PONTIFICIS.

Vid. V. Papa quoad Coronationem.

CORRECTIO.

Literarum Apoſtolicarum correctio, quomodo, quibus in caſibus, & quorum mandato fieri debet? *Vid. V. Literæ Apoſtolicæ quoad correctionem.*
Corrigentes Literas, & Supplicationes Apoſtolicas, quas pœnas incidunt? *Vid. V. Falſificatio.*
Inſtantanea correctio in Reſcriptis, ac Apoſtolicis Conſtitutionibus omnino vitanda. T. 2. p. 105. n. 29.

CORRECTORES LITERARUM APOSTOLICARUM.

Correctores Literarum Apoſtolicarum ſunt Apoſtolicæ Sedis Officiales. T. 1. p. 102. n. 145.

CRUCIATA.

Vid. V. Bulla Cruciatæ.

CUBICULARII PONTIFICIS.

De quampluribus Cubiculariorum ſpeciebus, eorumque Beneficiorum reſervatione? *Vid. V. Regula VII.*
Cubiculari, etiam honoris, ſunt veri Pontificis familiares. T. 1. p. 317. n. 4.
Cubiculariorum honoris Pontificum Beneficia ſunt reſervata, nedum vigore Regulæ VII. ſed etiam Conſtitutionis *Pauli V.* T. 1. p. 328. n. 153. & 154.
Vid. V. Regula VII.
Cubicularii Secreti, & Honoris Papæ, an, & quomodo gaudeant Privilegio expediendi *Gratis* Literas Apoſtolicas ſuper Beneficiorum Proviſionibus, & Penſionibus eorum favore reſervatis? *Vid. V. Mandatum expediendi Gratis.*

CURA.

Cura actualis, habitualis, & Juriſdictionalis.

De Cura actuali inhærente Beneficio, quomodo facienda eſt mentio in illius impetratione vigore Regulæ LVII. *Vid. V. Regula LVII.*
Et an ſufficiat clauſula — *Quod Animarum Cura, ſi quæ immineat, nullatenus negligatur* — aut altera — *eique cura, etiam Juriſdictionalis immineat Animarum &c.* — *Vid. eod. Verb.*
De Cura habituali Beneficiis inhærente, an, & quomodo facienda ſit mentio in illorum impetratione? *Vid. V. Regul. LVII.*
Appellatione Curæ venit etiam Cura habitualis. T. 4. p. 85. n. 45.
Cura Juriſdictionalis in quo conſiſtat, & in quo cura Fori pœnitentialis? *ibid.* n. 42.
In impetratione Beneficii, an facienda ſit mentio de Cura Juriſdictionali. *Vid. V. Regul. LVII.*
Et hujuſmodi Cura de jure ineſt Dignitati Archidiaconatus in Cathedrali. T. 4. p. 84. n. 17.
Vid. V. Beneficia Curata.

CURIA.

Curia Capitolina.

Proprietas Officiorum Curiæ Capitolinæ reſidet penes Populum Romanum, eorumque tantummodo uſusfructus ſpectat ad Conſervatores Urbis. Tom. 4. pag. 124. numer. 31.
Conſervatores Capitolii poſſunt Officia Palatii Capitolini, cum vacant, de novo concedere. T. 4. p. 125. n. 44.
Eorumdemque Officiorum reſignationes admittere. *ibid.* n. 45.
Non poſſunt tamen jus ad Officia vacatura poſt Officialium obitum, aut illorum prorogationem, & extenſionem alterius favore concedere, in præjudicium Succeſſorum in Magiſtratu. *ibid.* n. 46.
Et confirmatio Apoſtolica ſuper hujuſmodi conceſſione adjecta, illius validitatem ſolum operatur, ſi conceſſa ſit in forma ſpecifica, ſecus communi. *ibid.* n. 47.
Ex quibus cenſetur, Pontificis confirmationem conceſſam fuiſſe potius in forma communi, quam ſpecifica? Remiſſive. *ibid.*
Officia Curiæ Capitolinæ conceduntur a Conſervatoribus non propria, ſed Pontificis auctoritate. T. 4. p. 123. n. 17. & p. 124. n. 32.
Et Pontifices aliquando de dictis Officiis, ad excluſionem Conſervatorum, diſpoſuerunt. T. 4. p. 123. n. 18. p. 124. n. 38. & 39.
Officia Curiæ Capitolinæ ſunt de Regalibus Principis. T. 4. p. 123. n. 19.
Et dicuntur Officia Romanæ Curiæ, quemadmodum, & alia, quæ Romæ fixa ſunt. *ibid.* n. 20. & 21.
Contrarium, quod appellatione *Officiorum Romanæ Curiæ*, non veniant Officia Curiæ Capitolinæ. T. 4. p. 124. n. 24. & ſeqq.
Et de differentia inter unam, & alteram Officiorum ſpeciem. *ibid.* n. 27.
Curia Capitolina eſt diſtincta a Curia Romana. *ibid.* n. 25.
Conſtitutio *Urbani VIII.* quæ loquitur de Officiis ad Sedem, & Cameram Apoſtolicam ſpectantibus, locum non habet in Officiis Capitolinis. *ibid.* n. 28.
Regula LXIV. qua revocantur facultates percipiendi pretium Officiorum Romanæ Curiæ pro tempore vacantium, & conceſſiones ab Anteceſſoribus Pontificibus factæ ad Officia vacatura, an comprehendat Officia Curiæ Capitolinæ? *Vid. V. Regula LXIV.*

Curia Romana.

Curiæ Romanæ appellatione, ſolum venit illa Civitas, ſeu locus, ubi Papa degit, una cum ſuis Suburbiis. Tom. 1. p. 398. n. 147. p. 399. n. 161. T. 2. p. 72. n. 20. & 21.
Ex declaratione *Alexandri VII.* loca intra Diſtrictum Urbis, ſeu intra duas Dietas, exiſtentia non dicuntur *Curia Romana.* T. 1. p. 399. n. 164. T. 2. p. 73. n. 27.

Idemque

Idemque declaravit ſan. mem. *Clemens XI.* T. 1. p. 399. n. 165. T. 2. p. 73. n. 28.

Curia Romana ad tramites Reg. VIII. ſolum intelligitur de Curia vera, non ficta, & interpretativa. T. 1. p. 398. n. 151. *Vid. V. Regula VIII.*

Quemadmodum, & in terminis Regulæ IX. reſervantis Beneficia *extra Romanam Curiam* in certis Menſibus vacantia. *Vid. V. Reg. IX. Quoad exceptiones in ea poſitas.*

Beneſitia vacantia in Epiſcopatibus diſtrictualibus Urbis, & ratione Menſium reſervata, providentur uti extra Romanam Curiam vacantia. T. 2. p. 72. n. 24.

Similiter in terminis Regulæ XXXII. circa præſentium Cardinalium in Curia, ad effectum præſtandi conſenſum in proviſione Beneſitiorum vacantium per obitum ſuorum familiarium, Curia intelligitur de vera, non ficta. T. 1. p. 398. n. 152. & p. 400. n. 167. *Vid. V. Regula XXXII.*

Diſpoſitio *Cap. Præſenti de Præben. in 6.* qua reſervatio Beneficiorum ob vacationem *in Curia*, ſeu *apud Sedem*, extenditur ad illorum vacationem intra duas Dietas, non procedit per declarationem Juris antiqui, ſed per novi Juris inductionem, & modum fictum. Tom. 1. p. 398. n. 148. & ſeqq.

Et prodiit, non gratia Perſonarum, quæ inibi deſignantur, ſed ad favorem Pontificis reſervantis, cui nihil intereſt, an præſentia *in Curia* ſit vera, vel ficta. Tom. 1. p. 399. n. 158. T. 2. p. 72. n. 23.

Beneficia decedentium in Urbe, juxta ſtylum Datariæ, providentur ſub expreſſione diverſa ab ea, qua providentur Beneficia decedentium intra duas Dietas. T. 1. p. 399. n. 156.

Curia Romana, in nonnullorum ſententia, ibi ſolum adeſſe dicitur, vel ubi eſt Papa, vel ubi adeſt Cauſarum Audientia, & Cancellaria, licet non adſit Papa. T. 1. p. 378. n. 8.

Contrarium, quod adſit utrobique. T. 1. p. 113. n. 6. p. 378. n. 9.

Idque declararunt nonnulli Pontifices, dum ab Urbe ad tempus receſſerunt T. 1. p. 379. n. 10.

Sed hoc caſu non duæ, ſed una eſt Romana Curia, quæ exiſtit in Urbe, & in loco ubi adeſt Papa. *ibid.* n. 11.

Papa ab Urbe recedens relicta ibi Audientia, non transfert alio Curiam, ſed eam extendit ad loca, in quibus ipſe de die in diem reperitur. *ibid.* n. 12.

Curiam Romanam ſequentes, dum illa de loco ad locum transfertur, ſi in quovis loco, quantumcumque a dicta Curia remoto decedant, eorum Beneficia ſunt vigore Regulæ VI. reſervata. *Vid V. Curiales. V. Regula VI.*

Appellatione Curiæ Romanæ, an veniat Curia Capitolina? *Vid. V. Curia Capitolina.*

CURIALIS, & CURIALITAS.

Curialitas reſultat ex *officio*, *ſervitio*, *& exercitio*. T. 1. p. 52. n. 130. p. 53. n. 141.

Curiales *ratione Officii* dicuntur Cardinales, nec non Prælati, Judices, Notarii, Abbreviatores, omneſque alii Officiales, tam deſcripti, quam non *in Extravag. a Regim.* dummodo actu, vel potentia neceſſitatem habeant ſequendi Curiam. T. 1. p. 52. n. 131. p. 54. n. 159.

Secluſa vero tali neceſſitate, non omnia Officia Curialitatem inducunt. T. 1. p 52. n. 132.
Vid. V. Officiales Sedis Apoſtolicæ.

Protonotarii honoris, ſive a Papa, ſive ab inferioribus creati, non dicuntur Curiales, quia nullum nexum habent cum Curia. *ibid.* n. 133.
Vid. V. Protonotarii.

Nec Curiales dicuntur Milites Pii, & alii obtinentes Officia venalia. *ibid.* n. 133.

Limita, ſi Officia præfata adminiſtrationem, exercitiumque aliquod Curiale habeant. *ibid.* n. 134.

Curiales *quoad ſervitium* dicuntur omnes ii, qui famulantur Pontifici, Cardinalibus, Prælatis, & aliis Officialibus Romanæ Curiæ. *ibid.* n. 137. Tom. 1. pag. 53. num. 139. p. 54. n. 153.

Quamvis a ſervitio recedere poſſint. T. 1. p. 56. n. 182.

Reprobatur *Lotter.* qui exiſtimat, Familiares, & inſervientes Romanæ Curiæ Officialibus, non eſſe Curiales, niſi improprie, & abuſive. Tom. 1. p. 53. n. 140. p. 56. n. 178.

Et explicatur, in quibus terminis illius aſſertio ſubſiſtere poſſit. T. 1. p. 53. n. 142. 144. p. 56. n. 176. 177.

Curiales dicuntur inſervientes Auditoribus Rotæ. Tom 1. p. 53. n. 138.

Nec non Commiſſario Cameræ, & Nunciis Apoſtolicis. *ibid.* p. 55. n. 162.

Corteſani, ſeu Aulici, qui occaſione Curiæ in Urbe morantur, Curiales dicuntur. T. 1. p. 53. n. 145.

Curialis tamen non dicitur, qui in munere *Sacriſtani*, aut alio ſimili, inſervit Baſilicis Urbis, *ibid.* n. 143.

Curiales *ob exercitium* omnes ii ſunt, qui habent aliquod actuale, vel potentiale miniſterium, ratione cujus ſunt addicti Curiæ, & illam ſequi tenentur. *ibid.* n. 146 p. 55. n. 167. & 170. p 57. n 194.

Tametſi Officium aliquod non habeant. T. 1. p. 53. n. 147. p 55. n. 163 & 168.

Officium, licet non fixum, facit etiam Curialem, dummodo illud obtinens Curiam ſequi teneatur. Tom. 1. p. 54. num. 160.

Curialem non facit major, aut minor negociorum numerus, ſed animus ſequendi Curiam, & redditur ratio. *ibid.* n. 153.

Nec pro Curialitate inducenda requiritur exercitium actu, ſed ſufficit in potentia, nempe, quod Curialis ſit paratus exercere, ſi occaſio ſe præbeat. T. 1. p. 57. n. 194.

Et Curialitas dicitur contracta ſemel, ac quis in Urbe moratur. T. 1. p 53. n. 151.

Explicatur *Text.* in *Cap. Præſenti*, *de Præben.* in 6. qui duo requirere videtur, Curialitatem nempe, & moram in Curia occaſione Curiæ. *ibid.* n 152.

Advocati, & *Procuratores* dicuntur Curiales. *ibidem* numer. 148.

Similiter *Sollicitatores*, *Expeditores*, & negociorum *Agentes*. *ibid.* n 149 p 55. n. 169.

Et quoad *Agentes*, pluries reſolutum a Congregationibus particularibus, & ſervatum. T. 1. p. 53. n. 150.

Secretarius minor, ſeu *Scriptor Litterarum* in Congregatione Sanctiſſ. Inquiſitionis, Curialis dici non poteſt, & qua ratione? T. 1. p. 54 n. 154. & ſeqq.

Contrarium; & ita deciſum a Congregatione particulari, & pluries ſervatum. *ibid.* n. 158. p 55. n 164.

Et redduntur rationes. T. 1. p. 54 n. 158 & ſeqq.

Secretarius præfatus eſt Officialis Sac. Congregationis, & non ſimplex Cardinalis Secretarii famulus *ibid.* n. 165.

Secretarius minor, ſeu *Scriptor Litterarum* in Congregatione Epiſcoporum, & Regularium dicitur Curialis, & quare? Tom. 1. p. 55. n. 165. & ſeqq. p. 56. num. 173. & 174.

Et ita reſolutum a Congregatione particulari. T. 1. p. 56. n. 184.

Scriptor Litterarum in Congregatione Sac. Conſultæ dicitur Curialis, quia inſervit Officio, & Secretariæ. *ibid.* n. 175.

Notarii Sac. Pœnitentiariæ, & Tribunalis Sanctiſſ. Inquiſitionis ſunt Curiales. T. 1. p. 54. n. 155. p. 56. n. 172.

Item ejuſdem Sac. Pœnitentiariæ *Conſultores*. Tom. 1. p. 57. n. 185.

Nec non *Summiſta* Congregationis S. Officii. *ibid* n. 186.

Ac *Secretarius* Collegii Protonotariorum. *ibid.* n 187.

Quemadmodum, & *Archiviſta* Sac. Congregationis de Propaganda Fide. *ibid.* n. 188.

Lectores in Archigymnaſio Sapientiæ Urbis, non ſunt Curiales, & quare? *ibid.* n. 190.

Curialis, an dicatur, qui fuit Auditor Baronis Romani ſimul, & Præfecti Arci S. Angeli, quique in dicta Arce Judicaturam exercuerat? *ibid* n. 191.

Curialis non dicitur, qui per interpoſitam Perſonam aſſiſtit aliquibus negociis ſibi per Amicos commiſſis *ibidem* n 189.

Curialitas ſemel contracta, præſumitur continuata uſque ad obitum, niſi contrarium probetur. *ibid.* n. 192. p. 58. n. 201.

Curialitatis dimiſſio probanda eſt contrariis factis, vel animi contrariis declarationibus, aut per ceſſationem cauſæ accidentalis. T. 1. p 57. n. 193.

Qui poſt adeptam Curialitatem, nolit eam amplius exercere, cenſetur ſolum dimiſiſſe exercitium, ſed non animum remanendi Curialem. *ibid.* n. 197.

Ex quo defunctus Beneficiatus bis tantum in ſua vita ſcripſit in Cauſis, quamvis deceſſerit octuagenarius, reſolutum fuit, quod acquiſitam Curialitatem non amiſerat. *ibid.* n. 198.

Curialitas interrupta non cenſetur per ſolam acquiſitionem Beneficii reſidentialis in Urbe. Tom. 1. pag. 58. numer. 199.

Limita, ſi concurrant mutatæ voluntatis probationes, quæ ſufficiunt leviores, etiam ex præſumptionibus deductæ. *ibid.* n. 200.

De reſervatione Beneficiorum Curialium, qui a Curia recedunt, & intra duas Dietas moriuntur? *Vid. V. Regula I. quoad VI. reſervationem contentam in Extrav. ad Regim.*

De reſervatione Beneficiorum Curialium, qui ſequuntur

Curiam Romanam; quando tranſfertur de loco ad locum, & in quovis loco quantumcumqoe a d. Curia te-moto decedant? *Vid. V. Regula VI. Vid. V. Officiales Sedis Apoſtolicæ.*

CURSORES PAPÆ.

De reſervatione Beneficiorum, quæ obtinent Curſores Papæ. *Vid. V. Regula VII.*

Curſores Papæ illi dicuntur, qui habent io Utbe Collegium, quod vulgo *Bancum Curſorum* dicitur; eorumque munus principale eſt intimare Cappellas, & Conſiſtoria Papæ. T. 1. p. 382. n. 24.

Et dicuntur Curſores ad differentiam *Mandatariorum* aliorum Tribunalium. *ibid.* n. 25.

Et in quo a *Mandatariis* differant? *ibid.* n. 28.

De quamplurimis Privilegiis, quibus gaudent Curſores? Remiſſive. *ibid.* n. 26.

D

DALMATI, & DALMATIA.

IN Dalmatia ſervantur Regulæ Cancellariæ. T. 1. p. 7. num. 52.

Dalmatis olim a Sede Apoſtolica permiſſum, ut in eorum Regionibus Miſſa, & Divina Officia lingua Sclavonica celebrari poſſent, ſed poſtea prohibitum. *Vid. V. Lingua Latina.*

DAPIPHERI.

Dapipheri ſunt veri, & indubitati Papæ Familiares. T. 1. p. 326. n. 120.

Eorumque Beneficia reſervata, ſi obtenta fuerint ante, ſeu durante familiaritate Pontificis, in cujus Conclavi inſervierunt, ſecus, ſi poſt illius obitum. T. 1. p. 327. n. 123. 125. & 127.

Dapipheri Beneficia, an conferri poſſint a Cardinali Indultario? *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*

Dapipher, ſi fuerit familiaris Cardinalis, Beneficia per eum obtenta provideri debent de conſenſu ejuſdem Cardinalis ad tramites Regulæ XXXII. T. 1. p. 328. n. 143. *Vid. V. Regula XXXII.*

Dapipheri non ſunt Conclaviſtæ, licet iiſdem fere gaudeant Privilegiis. T. 1. p. 327. n. 131.

Et qui proprie dicuntur Dapipheri, quique Conclaviſtæ? *ibid* n. 132.

Expreſſio emiſſa in Conſtit. IX. *Urbani VIII.* qua Dapipheri vocantur Conclaviſtæ, fuit erronea, & de ratione? *ibid.* n. 140.

Dapipheri improprio, & largo modo nuncupari poſſunt Conclaviſtæ, quatenus, ſcilicet in Conclavi inſervierunt. *ibid.* n. 141.

Reſpectu Beneficiorum, quæ obtinent Dapipheri nulla fuit inducta reſervatio ſpecialis ratione *Dapipheratus*, quemadmodum *ab Urbano VIII.* inducta fuit quoad Conclaviſtas ratione *Conclaviſtatus. ibid.* num. 134. T. 3. p. 117. num. 201.

Pontifices, aliquando ſpeciale Indultum pro Dapipheris conceſſerunt diſtinctum ab altero Conclaviſtarum. T. 1. p. 327. n. 135.

Et ex hoc eruitur argumentum, quod Depipheros pro Conclaviſtis non habuerunt. *ibid.*

Maxime, quia in eodem Indulto tanquam diſtinctas Perſonas ſpecificarunt Conclaviſtas, & Dapipheros. *ibid.*

In Dapipheros eligi poſſunt, qui nunquam Cardinalibus inſervierunt, ad differentiam Conclaviſtarum, qui ſaltem per annum eſſe debent veri familiares, & continui Commenſales Cardinalium. *ibid.* n. 137. 138.

Dapipheri Indulto gaudent Apoſtolico transferendi uſque ad certam ſummam Penſiones, etiam alias pluries tranſlatas. T. 3. p. 372. n. 66.

Dapipheri, an, & quomodo Privilegio gaudeant expediendi Gratis? *Vid. V. Mandatum expediendi Gratis.*

DATA.

Data eſt deſignatio temporis, quo Principis Gratia emanavit. T. 2. p. 204. n. 4.

Et eſt neceſſaria, ne contra Principis mentem, Gratia ſemel uni elargita, alteri poſtea concedatur. *ibid.* n. 5.

Gratia, licet quoad ſubſtantiam ſit perfecta ex ſole Signatura Pontificis, perfectio tamen hæc eſt illius voluntate incipit a die *Data.* T. 2. p. 207. n. 36. p. 277. n. 87. T. 3. p. 356. n. 191.

Gratia ante *Datam* non dicitur eſſe in rerum natura, etiam ex voluntate Pontificis, qui ſignando ſupplicationem, ſcit *Datam* eſſe apponendam a ſuo Datario. T. 3. p. 356. n. 192.

Intellige ad effectum exequutionis ejuſdem Gratiæ, ſecus pro deſumenda Beneficii affectione ob appoſitionem manus Papæ, nam hæc oritur ex ſimplici Supplicationis Signatura. T. 2. p. 207. n. 37. *Vid. V. Affectio.*

Prior in *Data* cœteris paribus potior eſt in jure. T. 2. p. 207. num. 42.

Et poſterior in *Data* non eſt legitimus Contradictor, nec parem titulum habet. *ibid.* n. 43.

Ad effectum dimetiendi anterioritatem Gratiæ, unice attenditur *Data* Supplicationis, non autem tempus illius Signaturæ, aut Regiſtrationis. *ibid.* n. 44.

Etiamſi *Data* Supplicationis diſcordet a *Data* Regeſtri. *ibid.* n. 45.

Datarius, ſui muneris vigore, demandare non poteſt, quod poſt datatam favore alicujus Supplicationem ſuper Beneficii proviſione, apponatur eadem *Data* Supplicationi alterius, qui idem Beneficium poſtea impetravit. Et quare? *ibid.* n. 46.

Niſi forte in aliquo eſſet erratum, quo caſu Datarius mandare poteſt, ut ſub eadem, immo anteriori *Data* poſterior Supplicatio ſignetur. T. 2. p. 208. n. 47.

Si in ſupplicatione ſuper proviſione Beneficii Juriſpatr. favore unius ex præſentis ſignata, erratum in aliquo fuerit, non ſignatur nova Supplicatio ſub *Data* primæ, ne jus tertio quæſitum tollatur. T. 2. p. 223. n. 236.

Limita, ſi aliter ſuadeant facti circumſtantiæ, aut nullum alteri præjudicium irrogetur. *ibid.* n. 237.

De pluribus proviſis in pari *Data* de eodem Beneficio a Papa, ex quibus circumſtantiis unus alteri præferri debeat in illius aſſequutione? *Vid. V. Regul. XXVII.*

Et inter proviſos ſub eadem *Data* a Papa, & Ordinario, vel a Legato, & Ordinario, cui debeatur prælatio? *Vid. V. Beneficia quoad Prælationem.*

Parva *Data* ſupplicationi apponitur ab Officiali Datarum, & quidem abbreviate. T. 2. p. 197. n. 5. p. 198. n. 18.

Et nullam de Gratia conceſſa, niſi apud Datarium, fidem facit in judicio. T. 2. p. 197. n. 6. p. 277. n. 92. p. 207. n. 38.

Nec reddit Gratiam perfectam, ſicuti *Data magna.* T. 2. p. 277. n. 92.

Signata Supplicatione ſub *parva Data*, ſi illa aliquo defectu laboret, poteſt nova Supplicatio ſub *Data* priori ſignari. T. 2. p. 207. n. 39.

Et principio novæ Supplicationis inſcribuntur verba, *Cui prius.* Et quid iſta denotent? *ibid. Vid. V. Gratia cui prius.*

Nec admittuntur articuli ad probandam, quod poſterior Supplicatio revera ſignata non fuerit ſub *Data* priori. *ibid.* n. 40.

Minuſque objici poteſt de jure medio tempore alteri quæſito. *ibid.* n. 41.

Data magna in Beneficialibus apponitur Supplicationi per Datarium, ſi eſt ſolvenda Compoſitio, ſin minus per Subdatarium. T. 2. p. 197. n. 7. & p. 207. n. 38.

Et in Materiis matrimonialibus, apponitur per Præfectum vacationibus per obitum. T. 2. p. 197. n. 7.

Data magna apponitur ſub die *Datæ parvæ*, & quomodo extendatur? *ibid.* n. 8. 9. p. 207. n. 38.

Adverſus *Datam magnam* nulla admittitur probatio in contrarium. T. 2. p. 278. n. 109. *Vid. V. Antidata.*

Data in ſupplicatione ſuper Gratia Coadjutoriæ quando apponi ſoleat? *Vid. Verb. Coadjutoria quoad conſenſum Coadjuti.*

Supplicationes de ſtylo antiquo non ſignabantur a Papa, niſi poſtquam iis appoſita fuiſſet *parva Data.* T. 1. p. 277. num. 88.

Stylus præfatus locum ſibi vindicabat in ſupplicationibus ſuper Reſignatione Beneficiorum; ſed in aliis materiis prius ſignabatur Supplicatio, & poſtea apponebatur *parva Data.* *ibid.* n. 89. & 92.

Parva Data, ſeu *parvus conſenſus* in Beneficiorum reſignationibus ſublatus eſt, & ejus loco ſucceſſit *Præſentata. ibid.* n. 90. T. 3. p. 349. n. 188. 189.

Contrarium, quod *Præſentata* ſubrogata non fuit loco antiquæ *parvæ Datæ, ſeu parvi conſenſus*, & redditur ratio. T. 2. p. 277. n. 90. T. 3. p. 349. n. 194. 195. 196.

Juxta modernum ſtylum *parva Data* in Beneficiorum Reſignationibus ſublata non eſt, ſed ſolum immutata ratione temporis, nam priſcis temporibus ante conſenſum formalem, hodie poſt illum apponitur. T. 3. p. 349. n. 194. & ſeq.

Non

Non obſtante *Præſentata* anteriori, non denegatur Data currens, ſi ea petatur. T. 3. p. 343. n. 101. & 102.
Vid. V. Præſentata. V. Regula XLV. quoad conſenſum Reſignationi præſtandum.

Data quoad Proviſiones Beneficiorum Galliæ.

Ex jure præventionis, quod in Beneficiorum collatione Pontifici competit in ea parte Regni Franciæ, quæ *Patria reducta* nuncupatur, ſpecialis in Dataria invaluit ſtylus circa *Datas* Gallicanas, quæ in eadem Regione expediuntur, & late ſtylus iſte exponitur. Tom. 2. p. 221. n. 223.
Attenditur *Data* illius temporis, quo Curſor appulit Romam. *ibid.* n. 224.
Et ſub hac *Data* expediuntur *parvæ Datæ*, quæ per plures dies, & Menſes exigi continuantur, itaut qui poſtea plures *Datas* obtinuerit, Beneficium conſequatur. T. 2. p. 222. n. 225.
Et de effectu multiplicum hujuſmodi Proviſionum cum *Datis* repetitis, etiam per plures menſes? *ibid.* n. 227.
De non abſimili praxi, quæ olim vigebat in Urbe, antequam Expectativæ per Concilium Tridentinum ſublatæ fuiſſent. *ibid.* n. 226.
Pontifex, quoad Beneficia *Patriæ reductæ* non eſt Collator neceſſarius, ſed poteſt ex juſta cauſa Proviſionis Gratiam denegare habenti plures *Datas*. *ibid.* n. 217. & 229.
Datæ Gallicanæ debent expediri, alias ſola retentio *Datæ* ſine expeditione non ſuffragatur. *ibid.*
Et *Data* expedita, retrotrahitur illius effectus ad diem retentionis. *ibid.* n. 230. & 231.
Ponderantur abſurda, quæ ſequerentur, ſi ſola retentio *Datæ* abſque expeditione jus tribueret. Tom. 2. peg. 223. n. 232.
Tempus expediendi *Datas* Gallicanas, juxta etiam antiquiſſimum ſtylum, eſt annus, eoque elapſo, amplius expediri non poſſunt. *ibid.* n. 233.
Et hujuſmodi ſtyli plures redduntur rationes. *ibid.* n. 234.
Datæ Gallicanæ expediri debent, prout jacent, nec in earum Regeſtris, aut foliis, additionem, correctionemque aliquam fieri convenit; & ita pluries deciſum. *ibid.* n. 235. & 238.
Inter *Datas*, quæ pro Beneficiis *Patriæ reductæ* obtinentur, miſceri non poſſunt *Datæ* pro Beneficiis *Patriæ Obedientiæ*. *ibid.* n. 239.
Et ſi per incuriam, aut malitiam immixtæ fuerint, reſcribitur folium, ſeu Regeſtrum cum illarum omiſſione. *ibid.* num. 240.

DATARIA.

Dataria nil firmat in ſui præjudicium, non data poſitiva ſcientia, & patientia Papæ. T. 1. p. 205. n. 83. T. 2. p. 34. n. 159. p. 283. n. 24.
Dataria regulariter nunquam denegat Beneficiorum impetrationes, quarum merita per Judices competentes poſtea diſcutiuntur. T. 1. p. 277. n. 50.
Beneficia confert, quatenus vera ſit vacatio, & collatio ad Pontificem ſpectet. *ibid.* n. 49.
Dataria, poſt Litteras Apoſtolicas expeditas, partes Judicis non aſſumit in his, quæ telam judiciariam, cauſæque cognitionem exquirunt. T. 2. p. 276. n. 77.
De Taxis Datariæ. *Vid. Verb. Taxa.*

DATARIÆ OFFICIALES.

In Datariæ Officialibus non præſumitur error circa ea, quæ illius ſtylum reſpiciunt. T. 2. p. 277. n. 100.
Datariæ Officiales, an aliquid ultra Taxam recipere valeant, etiam ſub prætextu celerioris Expeditionis? quibus pœnis, & a quibus ſi in eorum Officio exceſſerint, ſunt puniendi? &, an recipere poſſint Eſculenta, & poculenta? *Vid. V. Regula LXVII.*
Officialium Datariæ emolumentum præcipuum eſt illud Penſionis Hiſpanicæ eis diſtribui ſolitæ in Nativitate D. N. Jeſu Chriſti. T. 4. p. 147. n. 25.
Penſio hujuſmodi debetur Officiali anteceſſori, qui fere per totum annum inſervit, non autem Succeſſori, qui paucos ante dies Nativitatis Domini, ſuum munus exercere cœpit. *ibid.* n. 26. Redduntur rationes, & reſpondetur oppoſitis rationibus. *ibid.* n. 26. 27. & ſeqq.
Sed contrarium reſolutum a Congregatione particulari, & ex quibus fundamentis? Tom. 4. p. 148. a n. 44. uſque ad n. 58.
Penſio præfata, an conſiderari debeat tanquam ſalarium, ſeu potius tanquam munus Officialibus a Principe factum? T. 4. p. 147. n. 31. & ſeqq. & p. 148. a n. 45. uſque ad 53.
Etiam ſi conſideretur uti ſalarium, illius ſolutio eſt anticipata, non poſticipata. T. 4. p. 149. n. 52.
Strena, quæ Datariæ Officialibus in Feſto S. Joannis Baptiſtæ, & Nativitatis D. N. J. C. diſtribuitur, anticipate, non poſticipate perſolvitur. Et debetur Officialibus, qui tempore illius diſtributionis in Officio reperiuntur. T. 4. p. 148. n. 44.
Datariæ Officiales quomodo gaudeant Privilegio expediendi Gratis? *Vid. V. Mandatum expediendi Gratis.*
Inter Datariæ Officiales ad effectum gaudendi Privilegio præfato, numeratur etiam Auditor Datarii. *Vid. eod. Verb.*

DATARIUS.

De origine muneris Datarii, ejuſque dignitate, & præheminentia? T. 1. p. 13. n. 132.
Exhibetur Elenchus Datariorum a tempore *Martini V.* uſque ad annum 1732. T. 1. p. 14. n. 140. & ſeqq.
Adduntur alii ſub feliciſſimo SSmi D. N. BENEDICTI XIV. Pontificatu. T. 1. p. 18. †
Spatio 85. annorum, novem ex Sac. Rotæ Auditoribus, quorum nomina recenſentur, Datariæ Apoſtolicæ præfecti fuerunt. T. 1. p. 13. n. 133.
Sex Pontifices a *Gregorio XV.* uſque ad *Clementem X.* Datarios a Tribunali Rotæ ſelegerunt. *ibid.* n. 134.
Ab anno 1471. uſque ad annum 1732. trigintaquinque S. R. E. Cardinales Datarii munus exercuerunt. *ibidem* num. 135.
Et ex his, tres poſtea ad Pontificatus apicem evecti. *ibid.*
Datarii officium poſt obitum Pontificis omnino expirat. *ibid.* n. 136.
Datarius, an valeat poſt Pontificis mortem ſubſcribere Tranſumptis materiarum, quæ eo vivente expeditæ fuerunt, quæque expediendæ ſuperſunt in duabus Cancellariis haberi ſolitis poſt mortem Papæ? *ibid.* n. 137. & 139.
Datarius ſubſcribere nequit poſt mortem Pontificis Bullis, quibus ſubſcribere ſolet loco Secretariorum ſuppreſſorum, & quare? T. 1. p. 14. n. 138.
Datarius, mortuo Pontifice, tenetur Supplicationes omnes Gratiam, & Juſtitiam reſpicientes, etiam datatas, præſentare Collegio Cardinalium, ut futuri Pontificis diſpoſitioni reſerventur. T. 2. p. 137. n. 4. & p. 140. n. 42.
Datarius, quando demandare poſſit, quod Litteræ jam expeditæ reponentur? T. 2. p. 276. n. 74. & ſeqq.
Datarius facultate gaudet coercendi Officiales Cancellariæ in ſuo munere delinquentes. T. 4. p. 147. n. 22.
Contra factum Datarii mandantis in Supplicationibus apponi *antidatam*, non admittitur probatio. *Vid. V. Antidata.*
Datarius ſui muneris vigore, an demandare poſſit, quod poſt datatam favore alicujus Supplicationem ſuper Beneficii proviſione, apponatur eadem *Data* Supplicationi alterius, qui idem Beneficium poſtea impetravit? *Vid. V. Data.*
Datarius, & Subdatarius olim ſe abſtinebant a ferendo ſuffragio in Cauſis judicialibus reſpicientibus intereſſe Datariæ. T. 1. p. 342. n. 90.
Familiares Datarii non gaudent Privilegio expediendi *gratis*, ſed Collegium Scriptorum eis aliquando taxam remittit. T. 3. p. 41. n. 129.
Eo tamen gaudet Auditor Datarii, non uti illius Familiaris, ſed quia eſt Reviſor Memorialium, & ſic Officialis Datariæ. *Vid. V. Mandatum expediendi Gratis.*

DECANATUS.

Decanatus S. Collegii.

Vid. V. Cardinales quoad optionem Decanatus S. Collegii.

Decanatus S. Rotæ.

Vid. V. Auditores Rotæ.

DECIMÆ.

Decimæ ex conceſſione Apoſtolica Regibus conceſſæ, & ab ipſis Eccleſiæ donatis, non retinent naturam bonorum Regalium. T. 2. p. 33. n. 150.
Contrarium. T. 2. p. 34. n. 152.
Decimæ præfatæ non ſunt Eccleſiaſticæ, ſed temporales, & prophanæ. *ibid.* n. 151.

Decimæ Extraordinariæ.

Decimæ, quæ a Summis Pontificibus pro ſubventione Principum

eipom Chriſtianorum imponuntur, non ſunt proventus Cameræ, & de ratione? Tom. 1. pag. 365. n. 69. 72. & p. 366. n. 73. 74. 75.
Appellantur in Pontificio Diplomate *Peculium* aliarum Eccleſiarum T. 1. p. 365. n. 70.
Ad differentiam Decimarum Papalium, quæ ſunt Papæ debitæ ratione univerſalis Dominii, & guberntii Eccleſiæ Catholicæ, nec non pro ſui, & Cardinalium ſuſtentatione. T. 1. p. 366. n. 71. & p. 367. n. 91.
Contrarium; quod ſint debitæ Papæ, pænes quem, ejuſque Cameram reſidet illarum Dominium. T. 1. p. 366. n. 78. 79. 89. & ſeqq.
Et explicetur, qua ratione Decimæ præfatæ nuncupentur a Papa *Peculium* aliarum Eccleſiarum? Tom. 1. p. 367. n. 81.
Decimæ præfatæ exiguntur e Titularibus, etiam pro rata Penſionum, facta iiſdem ceſſione jurium Cameræ contra Penſionarios. *ibid.* n. 84.
Penſionarii, jure communi inſpecto, tenentur pro rata ſuarum Penſionum, contribuere ad ſolutionem Decimarum, aliorumque ſubſidiorum, quæ e Papa imponuntur. T. 4. p. 117. n. 20. & 21.
Limita, ſi Penſio impoſita fuerit libera, immunis, & exempta, ab omni onere, etiam Decimæ, & tam ordinario, quam extraordinario. *ibid.* n. 22.
Et hoc caſu, nec tenentur ipſi contribuere pro Decima impoſita a Principe ſeculari in caſu inſolito, quamvis in gradu ſuperlativo, licet tenerentur, ſi eſſent ſolum exempti ab oneribus ordinariis. *ibid.* n. 23. 24. & 25.
Penſionarii, quamvis exempti, contribuere tenentur pro rata ſuarum Penſionum ad ſolutionem Decimarum, ſi Pontifices in earum impoſitione Penſionariorum exemptioni deroget. *ibid.* n. 26.
Excuſatum in Hiſpaniis, idem eſt ac Decime, & ſingulis quinquenniis illius conceſſio a Sede Apoſtolica cum derogatione quibuſcumque exemptionibus, & immunitatibus ab illius ſolutione, renovari ſolet. *ibid.* n. 27.
Et hac ratione, Penſionarii ſolum pro primo quinquennio ſunt exempti ab illius ſolutione, ſecus pro ſequentibus. *ibid.*
Clauſulæ derogatoriæ adjici ſolitæ in Litteris conceſſionis Decimarum, aliorumque ſubſidiorum, non derogant pacto antecedenter inito inter Penſionarium, & Titularem a Sede Apoſtolica approbato, quod Titularis de ſuo proprio, etiam titulo donationis inter vivos, reficere debeat Penſionario quidquid occaſione dictorum ſubſidiorum ſolvere teneretur, & quare? *ibid.* num. 28. & 29.
Et refertur Decretum Camerale ſub *Urbano VIII.* editum, quo præſervantur pacta inter Penſionarios, & Titulares inita. *ibid.* n. 30.
Contrarium, quod per dictas clauſulas derogatorias cenſeatur derogatum pacto præfato, & redduntur rationes. *ibid.* n. 31. 32. & ſeqq.
Et poſteriorem hanc Sententiam ſervandam eſſe, per ſuam Conſtitutionem *motu proprio* editam, declaravit ſan. mem. *Alexander VII.* etiamſi præfatæ ſuæ Conſtitutioni renuntiatum foret. T. 4. p. 118. n. 38.
Conſtitutio hæc, licet emanaverit in caſu particulari, vim tamen legis generalis habet, & de ratione. *ibid.* numer. 39.
Idque etiam pro majori cauthele expreſſit ſan. mem. *Innocentius XI.* in impoſitione Decimarum pro Bello Ungarico contra Turcas demandata anno 1683. *ibid.* n. 40.
Si poſt reſervatam Penſionem, Clerus cum Apoſtolico Beneplacito Regi ſe obſtringat ſolvere ſubſidium Papale, non *obſtantibus quibuſcumque exemptionibus, & contractibus, etiam juratis initis ad favorem Penſionariorum*, tenentur illi pro rata ſuarum Penſionum contribuere, & quare? *ibid.* n. 41.
Ad differentiam caſus, ſi Penſio fuerit reſervata poſt Concordiam, aut Tertius ſe obſtrinxerit per Cedulam Bancariam integram Penſionem ſolvere, nam tunc Penſionarius contribuere non tenetur. *ibid.* n. 42.
Decimæ, aliæque impoſitiones, ex quavis cauſa a præcedentibus Pontificibus impoſitæ, ac facultates deſuper conceſſæ Subcollectoribus, & Nunciis, revocantur per Regulam LXIII. *Vid. V. Regula LXIII.*
Et, an Regula præfata comprehendat Reges, Cardinales, & Legatos, quemadmodum, & ſubſidia illa, quæ ad certum tempus in Regnis Hiſpaniarum favore Regum a Sede Apoſtolica imponi ſolent? *Vid. eod. V.*
Beneficia Collectorum, & Subcollectorum Decimarum, quæ e Pontificibus pro ſubſidio Principum Chriſtianorum imponuntur, an ſint reſerveta vigore Regulæ V.? *Vid. V. Regula V.*

DECRETUM.

Decretum definitivum.

De appellatione a Decreto, ſeu Sententia definitive? *Vid. V. Appellatio a Decreto definitivo. V. Regula XXXVII.*
Et de quamplurimis exemplis Sententiæ interloquutoriæ habentis vim Decreti definitivi? *Vid. V. Appellatio a Decreto interloquutorio.*

Decretum interloquutorium.

Decretum interloquutorium, quod dicatur? T. 3. p. 184. num. 34.
An, & quando inferat gravamen irreparabile? habeat vim definitivi? & ab eo appellare liceat? *Vid. V. Appellatio a Decreto interloquutorio. V. Regula XXXVII.*
Decretum *de exhibendo* eſt interloquutorium. T. 3. p. 185. n. 59.
Quemadmodum Decretum pro conceſſione Monitorialium. *ibid.* n. 60.

Decretum irritans.

Affectio ob appoſitionem manus Papæ, virtualiter continet Decretum irritans. T. 1. p. 6. n. 34.
Decretum irritans, quo Conſtitutiones Apoſtolicæ ſunt munitæ, quemcumque contrarium Titulum, & poſſeſſionem inficit. T. 1. p. 160. n. 153. T. 3. p. 247. n. 197.
Et nedum tollit conſuetudinem in præteritum, ſed novæ conſuetudinis introductionem impedit. Tom. 1. p. 208. n. 114. p. 339. n. 53.
Maxime, quando adjectum eſt Conſtitutioni editæ per viam legis generalis. T. 1. p. 339. n. 53.
Decretum irritans omnem inficit poſſeſſionem, & annullat quidquid ignoranter, & bona fide factum eſt. T. 1. p. 233. n. 61. p. 239. n. 110.
De Decreto irritanti, quo munitæ reperiuntur Regulæ Cancellariæ. *Vid. V. Regulæ Cancellariæ in genere.*

Decretum ſimplicis ſignaturæ.

Vid. V. Simplex Signatura.

Decretum vacationis.

De effectibus Decreti *vacationis eo ipſo* primi Beneficii obtenti, quod adjici ſolet in Litteris Apoſtolicis proviſionis ſecundi incompatibilis, nec non alterius Decreti *de dimittendo primum infra duos Menſes, aut cum poſſeſſio ſecundi pacifice adepta fuerit. Vid. V. Beneficia incompatibilia quoad eorum vacationem.*
Decretum vacationis primi Beneficii incompatibilis obtenti, adjectum cum altero Decreto irritanti -- *quod nemo alius de illo præter Romanum Pontificem &c. diſponere poſſit* --, non ſolum inficit titulum, & poſſeſſionem primi ab alio, quam a Pontifice collati; ſed etiam nudam illius detentationem. T. 3. p. 153. n. 92.
Decreta præfata operantur, quod primum Beneficium ſit ſpecialiter Pontificis diſpoſitioni reſervatum, & affectum. T. 1. p. 76. n. 363.
Et, an affectio hujuſmodi ſit privilegiata, & clauſa in corpore Juris? *ibid.* num. 364. *Vid. V. Affectio. V. Reſervatio clauſa in corpore Juris.*
Decretum, *quod nemo alius &c.* non inducit novam reſervationem, ſed adjicitur in ſequelam Reſervationis generalis. T. 1. p. 80. n. 407.
Decretum vacationis *eo ipſo* primi Beneficii quod ſit de Jurepatr. *quodque nemo alius præter Romanum Pontificem de illo diſponere poſſit &c.* an impediat Patronis facultatem præſentandi? *Vid. V. Juſpatr. Laicale. V. Præſentatio.*

DELEGATIO, & DELEGATUS APOSTOLICUS.

Poteſtas delegata ſtricte eſt intelligenda, nec extenditur ad caſus in delegatione non ſpecificatos. Tom. 1. p. 249. n. 225. T. 2. p. 394. n. 99. & 100.
Minuſque de Perſona ad Perſonam. T. 1. p. 91. n. 17. T. 3. p. 400. n. 56.
Si alicui nova tribuatur facultas, quæ antea nec de jure, nec vi proprii muneris ei competebat, conceſſio facta dicitur jure delegato, cum a ſola Delegantis auctoritate profluat. T. 1. p. 121. n. 26.
Amplia, etiam ſi facultas præfata pro parte ei antea competeret, nam integram facultatem poſtea recipiens, ſemper jure delegato eam exercere dicitur. *ibid.* n. 27.
Quæ a ſolo Pontifice fieri poſſunt, quoties ab inferiori peraguntur,

Digitized by Google

aguntur, auctoritate Sedis Apoſtolicæ expleri cenſetur. T. 1. p. 122. n. 34.

Qui actum gerit non ex lege, ſed ex Privilegio ſpeciali, actum illum jure ſuo proprio, & ordinario non gerit. T. 1. p. 121. n. 20.

Delegata per Pontificem alicui Juriſdictione, ea omnia conceſſa cenſentur, ſine quibus Juriſdictio exerceri non poteſt. T. 4. p. 178. n. 55.

Judices delegati, ſeu Exequutores Apoſtolici, an teneantur ab Epiſcopo requiſiti Litteras Apoſtolicas ante earum exequutionem in Cancellaria Epiſcopali exhibere? *Vid. V. Exequutores Apoſtolici.*

Delegatus nullam acquirit Juriſdictionem, niſi poſt ei præſentatas Litteras delegationis. T. 2. p. 394. n. 99.

Juriſdictionis exercitium ad effectum, ut in Judice delegato radicatum cenſeatur, inſpicitur tempus decretæ ab ipſo Citationis, non illius exequutio. Tom. 2. p. 152. n. 25. p. 153. n. 53.

Et citatio decreta efficit, ut res non ſit amplius integra, & per conſequens morte Delegantis Juriſdictio Delegati non expiret. T. 2. p. 151. n. 28.

Hinc præſentata Commiſſione uni ex Auditoribus Rotæ, & expedita vivente Pontifice citatione, legitime hæc exequi poteſt poſt illius obitum Sede Apoſtolica vacante, & rite ſubſiſtit Proceſſus in hac ita exequuta citatione radicatus. *ibid.* n. 24.

Contrarium. T. 2. p. 153. n. 37.

Vid. V. Auditores Rotæ. V. Citatio. V. Juriſdictio.

Delegatus immediate a Papa, debet eſſe in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus juxta formam *Cap. Statutum de Reſcript. in 6.* T. 1. p. 371. n. 153.

Locum ſibi vindicat dictæ *Decretalis* diſpoſitio in Judicibus delegatis ad lites contentioſas terminandas. *ibid.* n. 154.

Judices Compulſoriales, & Remiſſoriales non comprehenduntur ſub diſpoſitione dicti *Cap. Statutum. ibid.* n. 155. & 156.

Diſpoſitio *Cap. Statutum* non procedit in Delegatis principaliter ad certum miniſterium, licet illi poſſint in ejuſdem miniſterii exequutionem aſſumere partes Judicis. *ibid.* n. 157.

Maxime, ſi hæc neceſſaria Juriſdictio ſit voluntaria, & poſſit exerceri, vel non. *ibid.* n. 158. & 160.

Canonicus Coadjutor, ſi ex Litteris Coadjutoriæ fruitur omnibus Privilegiis veris Canonicis competentibus, non prohibetur eſſe Judex Eccleſiaſtices, & Delegatus Apoſtolicus. T. 1. p. 373. n. 171. & 172.

Commendatarius perpetuus poteſt etiam eſſe Apoſtolicus Delegatus. *ibid.* n. 173.

Delegatus a Principe, ſubdelegare non poteſt, quando eſt electa induſtria Perſona. Tom. 3. p. 397. n. 9. & p. 398. n. 16.

Per verba -- *præcipimus, & mandamus* -- quæ in Litteris in *forma dignum* leguntur, prohibetur Delegato ſubdelegandi facultas. T. 3. p. 397. n. 10. & 11.

Quemadmodum, & per clauſulam in iiſdem Literis adjici ſolitam -- *Conſcientiam tuam oneramus* -- *ibid.* n. 12.

Contrarium, quod Clauſula præfata ſonet potius in mentionem, quam in electionem Induſtriæ Perſonæ, nec ſubdelegationem impediat. T. 3. p. 398. n. 14. & 18.

Induſtria Perſonæ an, & quando cenſeatur electa? *Vid. V. Perſona.*

DEMENS.

Vid. V. Mentecaptus.

DENUNCIATIONES CANONICÆ.

Vid. V. Matrimonium quoad Denunciationes.

DEROGATIO.

Derogatio non trahitur ad incognita. T. 3. p. 14. n. 24.

Derogatio *Juri quæſito*, ex quibus clauſulis inducta cenſetur? *Vid. V. Regula XVIII.*

Derogatio Juripatr. laicali, quibus in caſibus a Papa expleri ſoleat? *Vid. Verb. Juſpatr. laicale quoad Derogationem.*

Derogatio legi fundationis. *Vid. V. Fundator Beneficii.*

Derogatio Conſtitutioni Sixtinæ circa Taxam Dotium. *Vid. V. Dos.*

Derogationes generales in fine Conſtitutionis adjectæ Mentem Pontificis declarant. T. 4. p. 118. n. 33.

DESERTIO LITIS.

Vid. V. Lis quoad deſertionem, & extinctionem.

DEVOLUTIO IN BENEFICIALIBUS.

De Parochialibus, quæ ab Ordinariis contra Decreta Concilii Tridentini providentur, devolutione. *Vid. V. Parochiales quoad devolutionem. V. Reg. I. quoad Reſervationem Beneficiorum de quibus contra Decreta Concilii &c.*

De Beneficiorum, quæ ſunt de Jurepatronatus, devolutione? *Vid. Verb. Jurepatr. quoad devolutionem.*

Beneficia diſpoſitioni Pontificis reſervata, vel affecta, devolutioni non ſubjacent, & quare? T. 3. p. 392. n. 30.

Si Capitulum gaudeat privative quoad Epiſcopum facultate conferendi Beneficia, iſtorum devolutio fit ad Epiſcopum tanquam immediatum ſuperiorem. Tom. 2. p. 84. n. 133. & n. 139.

Amplia, etiam ſi Epiſcopus in collatione Beneficiorum interveniat tanquam unus de Capitulo; licet alias dicendum, ſi interveniat tanquam Prælatus, prout in ſimultanea, tunc enim devolutio fit ad Superiorem. Et redditur diſcriminis ratio. T. 2. p. 83. n. 126. p. 84. n. 138. & ſeqq.

De quamplurimis Capitulis, quæ gaudent, privative quoad Epiſcopum, jure conferendi Beneficia. Tom. 2. pag. 83. n. 129.

Si Beneficia ſpectantia ad privativam Capitulorum collationem ſint reſervata, devolutio, an fiat ad Sedem Apoſtolicam, vel ad Cardinalem Epiſcopum Indulto gaudentem conferendi Beneficia reſervata? *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*

Epiſcopus gaudens ſimultanea Beneficiorum collatione cum Capitulo, ſi alternativam acceptaverit, & negligat conferre Beneficia in Menſibus alternatis vacantia, an illorum devolutio fiat ad Capitulum, aut ad Archiepiſcopum, vel potius ad Papam? *Vid. V. Alternativa quoad Beneficia quæ ſub ea comprehenduntur.*

Capitulum Sede vacante, an conferre poſſit Beneficia liberæ collationis, quæ ob negligentiam inferioris Collatoris ſpectarent jure devoluto ad proviſionem Epiſcopi, ſi viveret, aut tranſlatus non fuiſſet, aut Eccleſiæ non ceſſiſſet? *Vid. V. Capitulum Sede vacante. V. Regula II. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali, vel Abbatiali vacante.*

Et, an conferre poſſit jure devoluto Beneficia de jurepatr. quorum inſtitutio, Epiſcopo etiam vivente, ex lege fundationis, vel Privilegio, ſpectat ad ipſum Capitulum? *Vid. eod. V.*

In Beneficii impetratione poteſt vigore Regulæ LVI. apponi clauſula -- *& eius collatio devoluta fuerit* -- T. 4. p. 79. n. 28.

Quomodo clauſula præfata extendi ſoleat in ſupplicatione, & in Litteris Apoſtolicis? *ibid.* n. 29.

Et quid operetur? *ibid.* n. 30.

Devolutio Beneficii poteſt in ſupplicatione exprimi conditionaliter, aut diſpoſitive. Et exemplificatur. *ibid.* n. 29. 31. 32. & 33.

Si conditionaliter exprimatur in ſupplicatione, non poteſt diſpoſitive exprimi in Literis. *ibid.* n. 32.

Et expreſſa diſpoſitive, non poſſunt expediri Literæ cum clauſula conditionali -- *etiamſi devolutum exiſtat* -- Et quare? *ibid.* n. 33.

Amplia, quamvis adſit in ſupplicatione altera clauſula -- *ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo &c.* *ibid.* n. 34.

Devolutio diſpoſitive expreſſa, ita arctat Impetrantem ad illam præciſe probandam, ut Beneficium ex nullo alio vacationis modo capi poſſit. *ibid.* n. 35.

Nec ratione Menſis in eadem ſupplicatione expreſſi. *ibid.* n. 37.

DICTIONES.

Eadem Dictio in oratione poſita, non poteſt diverſum habere ſenſum, & omnia in oratione poſita inæqualiter reſpicere. T. 1. p. 320. n. 40.

Dictio *Alius* omnimodam ſimilitudinem in ſubſtantia denotat. T. 1. p. 243. n. 157. T. 2. p. 195. n. 73. & Tom. 3. p. 242. n. 124.

Maxime, ſi in eadem oratione poſita legatur. T. 3. p. 242. n. 125.

Limita, quando ratio ſubjectæ materiæ repugnat, vel aliquod ſequatur abſurdum. T. 2. p. 196. n. 79.

Aut, quando eſt juncta cum alia dictione *quicumque*, nam tunc porrigitur etiam ad omne genus diverſum. Tom. 1. p. 253. n. 158.

Dictio *aliqua* eſt præciſa, & omnia intelligit. T. 3. p. 45. n. 12.

Dictio *Aut* quando ponitur inter diverſa, reſolvitur in disjunctivam. T. 1. p. 320. n. 45.

Dictio *Cum* eſt conjunctiva plurium, & ſimultaneam importat. T. 2. p. 77. n. 57.

Dictio *Deinceps* reſpicit tempus futurum. Tom. 1. pag. 265. n. 390. & 391.

Dictio *Dum tamen* conditionem importat, & requirit neceſſariam verificationem actus, cui injungitur. Tom. 2. p. 375. n. 284.

Dictio *Et* eſt copulativa, maxime ubi adjecta reperitur inter plures in eadem oratione poſitos. Tom. 3. p. 223. n. 74.

Dictio *etiam* præſefert identitatem in omnibus. T. 3. p. 134. num. 41.

Supponit caſum minus dubitabilem, & exprimit magis dubitabilem. T. 3. p. 135. n. 63.

Dictio præfata eſt ampliativa, ſed aliquando accipitur reſtrictive, idem importans, ac dictio *videlicet*. Tom. 4. p. 85. n. 40. 44. & ſeqq.

Dictio *forſan* eſt nota dubitationis. T. 2. p. 410. n. 83.

Dictio *in præmiſſis* eſt de ſui natura reſtrictiva. T. 1. p. 399. n. 155.

Dictio *juxta* eſt reſtrictiva diſpoſitionis ad terminos relati. T. 2. p. 80. n. 92. p. 81. n. 108.

Et in fine prælata, firmat concluſionem, ac determinationem totius orationis. T. 2. p. 80. n. 94.

Dictio *Nec* juncta cum dictione *etiam*, eſt disjonctiva, & ampliativa caſus diverſi ab antecedenti. Tom. 1. p. 326. n. 110.

Dictio *per ipſum* eſt perſonaliſſima, & denotat immediatam Perſonam Concedentis. T. 4. p. 45. n. 15.

Dictio *præſertim* inter plures Perſonas poſita, includit unam, ſed non excludit alteram. T. 2. p. 5. n. 23.

Dictio *præſertim* exprimit caſum minus dubitabilem, & implicat caſus magis dubitabiles, & quoad omnes idem jus ineſſe demonſtret. T. 3. p. 68. n. 40.

Dictio *præterquam* eſt exceptiva, & importat contrarium ejus, quod in lege continetur. T. 3. p. 357. n. 313.

Dictio *quamdiu* eſt diviſiva temporum. T. 1. p. 399. n. 163.

Dictio *quandocumque* æquipollet dictioni *ſemper*. T. 2. p. 35. n. 172.

Et eſt omnium temporum comprehenſiva. T. 2. p. 31. n. 116.

Dictio *quemadmodum* fictionem denotat. Tom. 1. pag. 398. n. 150.

Et eſt reſtrictiva ad veram, & perſonalem reſidentiam. T. 1. p. 395. n. 115. p. 398. n. 140.

Et ſic intelligitur eadem dictio, quæ legitur in Regulis VIII. & IX. Cancellariæ. *ibid.*

Dictio *quicumque* generalis eſt, & Perſonam omnem comprehendit. T. 4. p. 118. n. 34.

Dictio *quotieſcumque*, dictioni *ſemper* æquipollet. Tom. 2. p. 35. n. 172.

Dictio *Si*, præſertim a lege prolata, conditionem importat. T. 4. p. 10. n. 42.

Dictio *tam*, *&* *quam* attribuunt æqualiter actum. Tom. 1. p. 251. n. 245.

Dictio *vel* eſt de ſui natura disjunctiva, & ponitur inter diverſa. T. 1. p. 326. n. 108.

Sed aliquando ſtat copulative. T. 1. p. 207. n. 108.

Dictio *videlicet* de ſui natura eſt reſtrictiva, quando diſpoſitio minus includit, quam id quod exponitur. T. 1. p. 107. n. 229. p. 108. n. 240. T. 4. p. 85. n. 40.

Dictio *uſque ad diem* ſtat incluſive ad diem ipſum expreſſum. T. 4. p. 154. n. 34.

Dictiones numerales.

Vid. V. Regula XVI.

DIES.

Dies, diverſis modis in jure accipitur, nempe pro artificiali, civili, legali, conventionali, & Eccleſiaſtico. Tom. 4. p. 46. n. 28.

Ubi agitur de Indulgentiis, Divinis Officiis, & aliis Eccleſiaſticis Ritibus, Dies accipitur ſecundum diſpoſitionem Eccleſiæ, in cæteris vero more Romano. *ibid.* n. 29.

Dies Eccleſiaſticus non eſt uniformis; ſed quinque modis reſpectu diverſorum effectuum conſideratus, nempe reſpectu eſus carnium, operum ſervilium, Sacrar. Ordinationum, Divinorum Officiorum, & reſpectu Indulgentiarum. *ibid.* n. 30.

Et pro eo, quod attinet ad effectum conſequendi Indulgentias, dies computatur a Veſperis Vigiliæ, uſque ad Veſperas diei ſequentis. *ibid.* n. 31.
Vid. V. Indulgentiæ.

Dies, in quo fieri debet viſitatio quatuor Eccleſiarum pro lucrando Jubileo Anni Sancti, an computetur a media nocte ad mediam noctem, vel potius a primis Veſperis ejus diei uſque ad occaſum Solis diei ſequentis? *Vid. V. Jubilæum.*

Dies termini non computatur in termino. Tom. 2. p. 243. n. 88.

Præcipue, quando dies termini præfigitur per præpoſitionem *a*, quæ de ſui natura excludit terminum. *ibidem* n. 89.

Dies termini computatur in termino, quando ejus intereſt, cui terminus præfigitus. *ibid.* n. 91.

Dies præſtiti a Reſignante conſenſus, an numeretur in termino viginti dierum ad effectum, ut excludatur, vel ſit reſpective locus diſpoſitioni Regulæ *de viginti*? *Vid. V. Reg. XIX.*

Dies cæptus in favorabilibus habetur pro completo. T. 2. p. 244. n. 94.

Intellige, quando tempus eſt deſignatum per annos, ſecus ſi per dies. *ibid.* n. 95. & 96.

DIETÆ.

Dietæ Legales computantur 20. milliaribus ſingulis diebus. T. 1. p. 112. n. 6.

De reſervatione Beneficiorum vacantium intra duas Dietas a Romana Curia diſtantes? *Vid. V. Beneficia quoad vacationem apud Sedem, in Curia, & intra duas Dietas. V. Regula I. quoad V. & VI. Reſervationem contentam in Extrav. ad Regim. V. Curia Romana.*

DIGNITAS.

Dignitas eſt adminiſtratio rerum Eccleſiaſticarum cum præheminentia in gradu; & quibus ex cauſis hæc præheminentia oriri ſolet? T. 1. p. 286. n. 8.

Dignitas, quæ præter nudum nomen, nullam habet adminiſtrationem, non dicitur proprie Dignitas. *ibid.* n. 9.

Et hujuſmodi Dignitas ventoſa venit appellatione Beneficiorum ſimplicium. *ibid.*

Habens Adminiſtrationem cum Juriſdictione dicitur habere Dignitatem. *ibid.* n. 11.

Sed ad effectum, ut Dignitas ſit reſervata vigore Regulæ IV. non eſt neceſſaria juriſdictio, ſed ſufficit præheminentia. *ibid.* n. 12.

Habens juriſdictionem habet Dignitatem, ſed non omnis, qui habet Dignitatem habet Juriſdictionem. *ibid.* n. 13.

De reſervatione Dignitatum, quæ ſunt majores poſt Pontificales in Cathedralibus, & Principales in Collegiatis? *Vid. V. Regula IV.*

Et, an reſervatio præfata duret Sede Apoſtolica vacante? *Vid. eod. V.*

Cardinales, an Dignitates præfatas vigore eorum Indulti conferre poſſint? *Vid. Verb. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*

Et, an præſtare valeant conſenſum in Apoſtolica proviſione earumdem Dignitatum, ſi vacent per obitum ſuorum Familiarium? *Vid. Verb. Regula XXXII.*

Dignitas, quod ſit major poſt Pontificalem in Cathedrali, debet concludenter probari. T. 1. p. 286. n. 16.

Et ad hunc effectum primo inſpiciendum eſt, quid cautum ſit in fundatione. T. 1. p. 287. n. 17.

Defertur plurimum in hoc antiquis libris Eccleſiæ, maxime adminiculatis ex dictis Hiſtoricorum. *ibid.* n. 18.

Item conſuetudini Eccleſiæ, eâ ea deficiente, Provinciæ, in qua ſita eſt. *ibid.* n. 19.

In Cathedrali Eccleſia *Neapolitana*, an Primiceriatus, ſeu potius Cimiliarcatus ſit Dignitas major poſt Pontificalem? *ibid.* n. 30.

In *Hiſpania*, & *Portugallia*, Decanatus dicitur major Dignitas poſt Pontificalem. *ibid.* n. 20.

In *Germania*, Dignitas major in Cathedrali regulariter eſt Præpoſitura. *ibid.* n. 21.

Maxime, ſi Præpoſitus ſedeat in Choro a parte dextera. *ibid.*

In *Italia*, ut plurimum Archidiaconatus. *ibid.* n. 23.

Qui etiam de Jure eſt Dignitas major in Cathedrali. *ibid.* n. 24.

Attenditur etiam communis æſtimatio, & fama ad effectum, ut Dignitas cenſeatur major in Cathedrali. *ibid.* n. 25.

Nec non proprietas nominis, quo reperitur Dignitas inſignita, ſi nempe in aliqua Eccleſia quis appelletur primus Diaconus. *ibid.* n. 26.

Quemadmodum, & Proviſiones Apoſtolicæ effectum ſortitæ de aliqua Dignitate tanquam majori poſt Pontificalem. *ibid.* n. 27.

Maxime, ſi concurrat ultimus ſtatus. *ibid.* n. 28.

De quampluribus aliis circumſtantiis denotantibus Dignitatem eſſe majorem in Cathedrali. *ibid.* n. 29.

Dignitas, ut ſit major, neceſſe non eſt, quod in omnibus prævaleat cæteris Eccleſiæ Dignitatibus, ſed ſufficit quod prævaleat in ſubſtantialibus. T. 1. p. 288. n. 31.

Duæ Dignitates coæquales ambæ poſt Pontificalem majores in eadem Cathedrali, an in praxi dari poſſint? & an ambæ eſſent vigore Regul. IV. reſervatæ? T. 1. p. 290. n. 48. 49. & ſeqq.

Dignitas *monocularis* in Cathedrali, an ſubjaceat Reſervationi *Reg. IV. Vid. V. Reg. IV.*

Dignitates in Cathedrali regulariter non ſunt liberæ collationis Epiſcopi. T. 1. p. 259. n. 324.

Maxime, ſi vigore Statuti, vel Indulti Apoſtolici ſubjaceant optioni. *ibid.* n. 325.

Et eo fortius, ſi Indultum Apoſtolicum tribueret facultatem optandi, etiam Dignitates reſervatas, & diſponeret, quod optio vim collationis haberet. *ibid.* & n. 328.

Prima Dignitas in Collegiata vocatur *principalis*, & eſt reſervata Sedi Apoſtolicæ. *Vid. V. Regula IV. quoad Reſervationem Dignitatum principalium in Collegiatis.*

Qui Collegio Canonicorum præeſt, dicitur habere primam Dignitatem, & ſolet denominari *Abbas*, *Prior*, vel *Archipresbyter.* T. 1. p. 293. n. 3.

Quamvis adſit alia major Dignitas cum Juriſdictione quaſi Epiſcopali. *ibid.* n. 4.

Et in Collegiatis habentibus Dignitatem cum dicta Juriſdictione, quæ veniat appellatione principalis ad effectum Regulæ IV. *ibid.* n. 5.

In *Hiſpaniis*, & *Luſitania*, principalis Dignitas in Collegiatis dicitur *Prioratus*, vel *Abbatie*. T. 1. p. 287. n. 21.

Dignitas major in Cathedrali, aut principalis in Collegiata curam adnexam habens ſive pœnitentialem, ſive juriſdictionalem, requirit in Impetrante ætatem annorum 25. inchoatorum. T. 4. p. 84. n. 10.

Ætatem vero annorum 22. completorum expoſcit, ſi cura ſit deſtituta. *ibid.* n. 11. & 12.

In impetratione dictarum Dignitatum facienda eſt expreſſa mentio, quod tales ſint. *Vid. V. Regula LVII.*

Dignitates, etiam majores, & principales in Cathedralibus, & Collegiatis curam animarum adnexam habentes, an provideri debeant per concurſum? *Vid. V. Concurſus.*

Beneficia ſpectantia ad collationem Dignitatis, quæ vigore Regulæ IV. vel ex alio capite ad Pontificis collationem pertineat, ſi vacent dum eadem Dignitas vacat, ſunt reſervata vigore Regulæ II. *Vid. V. Regula II. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali ſeu Abbatiali vacante uſque &c.*

Et quid, ſi Dignitas ſit quidem reſervata, ſed providetur a Papa ad nominationem alterius, an Beneficia ad dictæ Dignitatis collationem ſpectantia eidem ſubjaceant reſervationi? *Vid. eod. V.*

Dignitas Regularis.

Prioratus, aliaque Dignitas Regularis, in dubio præſumitur manualis. T. 1. p. 302. n. 13.

Sed præſumptio hæc locum non habet reſpectu Prioris Conventualis retinentis loco Abbatis primam Dignitatem in Monaſterio. *ibid.* n. 16.

Ad differentiam Prioris Clauſtralis, qui ad nutum Superioris amoveri poteſt. *ibid.* n. 17.

Prioratum eſſe Beneficium perpetuum, ex quibus probetur? T. 1. p. 303. n. 21.

Prioratus electivi cum Superioris confirmatione, ſunt perpetui. *ibid.* n. 18.

Qualitas Regularis Prioratus, ex quibus reſultet? *Vid. V. Beneficia Regularia.*

De reſervatione vigore Regulæ IV. Prioratuum, Præpoſiturarum, Præceptoriarum, aliarumque Dignitatum Regularium Conventualium? *Vid. V. Regula IV. quoad Reſervationem Prioratuum &c.*

Et, an Dignitates præfatæ conferri poſſint a Cardinalibus vigore eorum Indulti? *Vid. V. Beneficia Regularia. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*

Subjacent quoque ejuſdem Regulæ reſervationi Dignitas major poſt Pontificalem, in Cathedrali Regulari, ac principalis in Collegiata Regulari. T. 1. p. 304. n. 33.

De Reſervatione Præceptoriarum Generalium Ordinum quorumcumque, non tamen Militiarum? *Vid. V. Reg. IV. quoad Reſervationem Præceptoriarum &c.*

De Præceptoriis, & Prioratibus Ordinum S. Antonii *de S. Antonio Viennen. & S. Spiritus in Saxia. Vid. V. Ordo S. Antonii de S. Antonio Viennen. V. Ordo S. Spiritus in Saxia.*

DIMIDIA BULLA.

Vid. V. Bulla.

DIMISSORIÆ.

Vid. V. Litteræ Dimiſſoriales.

DIOECESANUS.

Diœceſani nomine, an comprehendatur Diœceſanus ex Privilegio? T. 2. p. 212. n. 110.

Appellatione *Diœceſanorum* veniunt habentes etiam domicilium in Diœceſi. *ibid.* n. 113.

Hinc non eſt ſubreptitia Gratia obtenta per eum, qui cum eſſet Diœceſanus *Piſanus*, ſe expreſſit de Diœceſi *Florentina*, in qua domicilium, vel Beneficium habebat. *ibid.* n. 112.

Contrarium, maxime de ſtylo Cancellariæ, & Datariæ, & quare? *ibid.* n. 114. 115. & 116.

Diœceſanus in pari Data præferri debet Extero in aſſequutione Beneficii. *ibid.* n. 108.

Vid. V. Beneficia quoad Prælationem. V. Domiciliarius, V. Reg. XVII.

DIOECESIS.

Diœceſum diviſio a *S. Dioniſio* Papa primum expleta. T. 2. p. 395. n. 102.

Contrarium, quod initio naſcentis Eccleſiæ facta, per Summos Pontifices *Clementem*, & *Anacletum* approbata fuit. *ibid.*

Diœceſis appellatione, venit etiam Civitas. Tom. 2. p. 212. num. 109.

DISMEMBRATIO.

Diſmembratio alicujus loci ab una Diœceſi, illiuſque applicatio alteri, demandari non ſolet a Sac. Congregatione Conſiſtoriali, niſi juſte concurrente cauſa, & ſervatis præſcriptis a Reg. XXII. T. 2. p. 287. n. 84.

Et hæc diſmembratio, & reſpective unio, aliquando demandari ſolet invito etiam, & irrationabiliter diſſentiente Epiſcopo, a cujus Diœceſi locus diſmembrari debet. *ibid.* n. 85.

In diſmembrationibus, unionibus, permutationibus &c. Beneficiorum, præſertim Conſiſtorialium, licet non requiratur conſenſus Principum temporalium, plurimum tamen Apoſtolica Sedes eorum ſupplicibus inſtantiis deferre ſolet. T. 2. p. 292. n. 118.

Diſmembrationes Beneficiorum, aut partis eorum fructuum, effectum non ſortitæ tempore Pontificis, qui illas explevit, ſubjacent revocationi Regulæ XIII. *Vid. V. Regul. XIII.*

Et revocationi dictæ Regulæ ſunt etiam obnoxiæ Diſmembrationes partis fructuum alicujus pii operis. *Vid. eod. V.*

In diſmembrationibus Beneficiorum, pro earum validitate mentio valoris Beneficiorum requiritur. *Vid. V. Regula XXII.*

Et fieri debet Commiſſio ad partes, vocatis, qui fuerint vocandi, & qui citari debeant? *Vid. eod. V.*

Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales quoad erectionem. V. Unio.

DISPENSATIO.

Diſpenſatio Apoſtolica.

Diſpenſationes Apoſtolicæ, Literis non expeditis, nec in judicio, nec extra illud ſuffragantur, juxta diſpoſitionem Regulæ LII. *Vid. V. Reg. LII.*

Et, an ſuffragentur in foro Conſcientiæ? *Vid. eod. V. & V. Literæ Apoſtolicæ quoad obligationem illas expediendi.*

Per contractum Matrimonii, an expirent Gratiæ diſpenſationum ſuper Irregularitate, Illegitimitate, aut retentione incompatibilium antea obtentæ, itaut iis, diſſoluto Matrimonio, diſpenſatus amplius uti non poſſit? *Vid. V. Matrimonium.*

De Apoſtolica diſpenſatione ſuper ætate requiſita ad Epiſcopatum. *Vid. V. Epiſcopus quoad ætatem.*

De Apoſtolicis diſpenſationibus ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium. *Vid. V. Beneficia incompatibilia quoad diſpenſationem ea inſimul retinendi. V. Reſidentia.*

Mandatum de diſpenſando, an contineat Gratiam ab initio puram, vel potius conditionalem? *Vid. V. Gratia in forma Dignum, vel Commiſſaria.*

Diſpenſatio

Diſpenſatio obtenta ſuper uno impedimento, non tollit alIud, ſed tot requiruntur diſpenſationes, quot ſunt impedimenta. T. 3. p. 376. n. 132.

Diſpenſatio, quæ expreſſe concedi non conſnevit, nec poteſt tacita præſumi. T. 4. p. 34. n. 5.
Vid. V. Conſuetudo immemorabilis.

Pontifex, dum aliquid ſcienter diſponit ad favorem inhabilis, cenſetur cum eo tacite diſpenſara, quamvis verbo *Diſpenſamus* non utatur. *ibid.* n. 1. & 3.

Referuntur nonnulla exampla. *ibid.* n. 1. & 3.

Pontifex certo ſciens Simoniaca pacta interceſſiſſe ſuper Beneficio, quod alicui confert, cenſetur cum eo ſuper crimina præfato diſpenſare. *ibid.* n. 4.

Enumerantur quinque requiſita neceſſaria ad effectum, ut dicta tacita diſpenſatio locum ſibi vindicet. *ibid.* n. 5.

Et reprobatur uti ſuperfluum, ſextum requiſitum a nonnullis volitum, derogatio nempe Regulæ *de jure quæſito non tollendo.* *ibid.* n. 6.

Concluſio, quod Supremi Principis diſpoſitio favore inhabilis ſcienter facta, præſefert tacitam diſpenſationem, procedit ſolum dé jure communi. *ibid.* n. 7.

Sed vigore Regulæ LI. in gratia a Pontifice inhabili, aut incapaci facta, non venit diſpenſatio, niſi hæc *ſpecialiter exprimatur.* *ibid.* n. 8. & 9.

Inducitur tameu vigore dictæ Regulæ tacita diſpenſatio, quando Gratia totaliter effectum diſpenſationis concernat, quia nempe diſpenſationa ſecluſa, Gratia nihil conferret, aut operaretur. *ibid.* n. 12. & 19. *Vid. V. Reg. LI.*

Cenſetur cum Equite Hieroſolymitano tacite diſpenſatum, ſi Papa ejus favore Penſionem reſervet. Tom. 4. pag. 35. n. 22.

Quemadmodum, & cum Epiſcopo, ſi illius pariter favore ſit reſervata Penſio. *ibid.* n. 23.

Non cenſetur tacite diſpenſatam ſuper defectu ætatis cum Imperrante Beneficium, etſi cum narrativa, quod ob defectum præfatum ſit inhabilis ad illud obtinendum, niſi diſpenſatio expreſſe indulta fuerit. T. 3. p. 34. n. 13.
Vid. V. Indultum.

Diſpenſatio Matrimonialis.

Super gradibus Matrimonium dirimentibus Pontifici ſolum privative quoad Epiſcopos permiſſam ab diſpenſare. T. 4. p. 5. n. 1. & 2.

Reprobatur abuſus vigens in Gallia, quod Epiſcopi ſuper gradibus præfatis aliquando diſpeuſarent. Tom. 4. pag. 6. n. 3.

Matrimonia inter Conſanguineos cum Epiſcoporum diſpenſatione contracta, Sedes Apoſtolica non revalidat in radice, ſed ea da novo, juxta formam Concilii Tridentini contrahi mandat. *ibid.* n. 4.

Niſi multitudo ſit in cauſa, & adſit bona fides, quo caſu ea in radice revalidat. *ibid.*

Et modernis temporibus nec revalidat, ſed reſcribere ſolet *Exiſtentes in bona fide non eſſe inquietandos.* *ibid.*

Nunciis Apoſtolicis, & Epiſcopis in partibus Germaniæ, indulgeri ſolet a Sede Apoſtolica facultas diſpenſandi ſuper nonnullis Conſanguinitatis, & affinitatis gradibus, & quibus ſub conditionibus? T. 2. p. 185. n. 50.

Hujuſmodi facultate gaudent etiam Epiſcopi Indiarum. T. 2. p. 186. n. 51.

Necnon Epiſcopi, & Vicarii Apoſtolici in Hybernia. *ibid.* n. 51. & p. 189. n. 79.

Quemadmodum Miſſionarii Germaniæ, Hungariæ, Poloniæ, Flandriæ, aliarumque Regionum, quas incolunt Hæretici. T. 2. p. 186. n. 53.

Ac itidem Miſſionarii in Anglia, Scotia, & Hybernia. *ibid.* n. 54.

In facultate tamen diſpenſandi ſuper gradibus prohibitis conceſſa Epiſcopo, non ſuccedit Sede Epiſcopali vacante Vicarius Capitularis. *Vid. V. Vicarius Capitularis.*

Et facultates diſpenſandi ſupradictis Perſonis conceſſæ, non ſubjacent revocationi Regulæ XIV. T. 2. p. 185. n. 49.
Vid. V. Regul. IV.

Epiſcopi Inſulæ Corſicæ, qua olim gaudebant Apoſtolica facultata diſpenſandi ſuper certis gradibus, & quomodo de præſenti facultas prælata iiſdem imperiri ſoleat? T. 2. p. 186. n. 55. & 56.

Cardinalibus da Latere Legatis imperiri ſolet a Sede Apoſtolica facultas diſpenſandi ſuper impedimento affinitatis cujuſcumque gradus ex occulta fornicatione provaniente. T. 2. p. 9. n. 30.

Nuntii Apoſtolici, Epiſcopi, aliique facultate gaudentes diſpenſandi in *tertio*, & *quarto* gradibus ſimplici, & mixto, an diſpenſare poſſint in *ſecundo*, & *tertio* mixto? T. 2. p. 186. n. 57. 58. & 59.

Qui ex Apoſtolico Indulto facultate gaudet diſpenſandi ſuper grada ſuperiori, nempe *tertio*, poteſt ſuper inferiori, *quarto* videlicet, diſpenſare. Et redditur ratio. T. 2. p. 188. n. 69. & 70.

Amplia, ut valida ſit etiam diſpenſatio ſuper *quarto* gradu da facto imperrita, quamvis Contrahentes *tertio* tantum ſint conjuncti. *ibid.* n. 71.

Contrarium, quia diſpenſatio ſtricti juris eſt, & tantum valet, quantum ſonat. *ibid.* n. 72.

Diſpenſandi facultas, quoad certum gradum imperita, comprehendit etiam eumdem gradum *duplicatum.* *ibid.* n. 73.

Sed Diſpenſatio de facto ſuper certo gradu tantummodo conceſſa ab hujuſmodi facultate gaudente, non ſuſtinetur, ſi Contrahentes ſint eodem gradu *duplicato* conjuncti. T. 2. p. 189. n. 74.

Facultate gaudens diſpenſandi in *ſecundo*, & *tertio* gradibus, non prohibetur diſpenſare, quamvis uterque gradus in eodem ſubjecto concurrat, & quare? *ibid.* n. 75. & 76.

Qui facultata gaudet diſpenſandi in certo gradu, nempe *tertio*, non poteſt diſpenſare, ſi gradus ille ſit mixtus cum *quarto.* *ibid.* n. 77.

Olim Epiſcopis, & Vicariis Apoſtolicis Hyberniæ, Congregatio Sac. Inquiſitionis indulgere conſueverat facultatem diſpenſandi in *ſecundo*, & *ſecundo*, in *ſecundo*, ac *tertio*, ac in *tertio*, & *tertio* Conſanguinitatis gradibus. *ibid.* n. 78.

Sed Decreto anni 1707. mandavit, concedendam eſſe in poſterum in *ſecundo*, & *ſecundo*, in *ſecunda*, ac *tertio*, cæteriſque Conſanguinitatis, & Affinitatis gradibus. *ibid.* n. 79.

Sedes Apoſtolica ſpatio pluſquam decem ſæcolorum Diſpenſationes ſuper gradibus Matrimonium dirimentibus indulgere noluit. T. 4. p. 6. n. 5.

Qui primus fuerit ex Pontificibus, qui illas conceſſit? *ibid.* n. 6. 7. & 9.

Reprobatur *Thomaſſin.* exiſtimans uſque ad tempus *Paſchalis II.* denegatas fuiſſe diſpenſationes ſuper Matrimoniis inter Conſanguineos, & Affinas male contractis. *ibidem* num. 7.

Clemens V. primus in Hiſpaniis diſpenſavit ſuper *ſecundo*, & *tertio* Conſanguinitatis gradibus, pro Matrimonio contrahendo. T. 4. p. 7. n. 10.

Et diſpenſationem in radice Matrimonii nulliter contracti, primus indulſit *Boniſacius VIII.* *ibid.* n. 11.

Super *primo* Conſanguinitatis gradu in linea recta, tanquam prohibito de jure naturæ, Pontifex diſpenſare non poteſt. *ibid.* n. 12.

Et, an jure præfato ſint prohibitæ Nuptiæ in aliis gradibus ejuſdem lineæ rectæ primo excepto? *ibid.*

Papa, an diſpenſata valeat in *primo* Conſanguinitatis gradu in linea tranſverſali? *ibid.* n. 13. & 14.

Diſpenſationem hanc ad noſtra hucuſque tempora Pontifices nunquam conceſſarunt. T. 4. p. 8. n. 15.

Eamque *Clemens VII.* denegavit filio naturali *Henrici VIII.* Anglorum Regis, qui Sorori nubere cupiebat. *ibid.*

Vindicatur *Martinus V.* ab impoſtura, quod cuidam permiſerit Sororem germanam in uxorem ducere. *ibidem* num. 16.

Matrimonium, quod Dux *Armaniacus* cum Sorore contraxit, initum fuit cum falſa diſpenſatione *Calixti III.* *ibid.* n. 17.

Pontifex, inter conjunctos *primo* Affinitatis gradu in linea recta diſpenſare non poteſt, cum inter illos Conjugia prohibita ſint de jure naturæ. *ibid.* n. 18.

Contrarium, quod Conjugia inter dicto gradu conjunctos ſint prohibita Jure Eccleſiaſtico, quodque permitti poſſint a Pontifice. *ibid.* n. 19. 20. & 21.

Et ſententiam hanc pluries ſequuta fuit Congregatio Sanctiſſimæ Inquiſitionis. *ibid.* n. 22.

Inſpecta tamen hujuſmodi Conjugiorum turpitudine, & indecentia, Pontifices nonquam ſuper *primo* gradu Affinitatis in linea recta diſpenſarunt. Tom. 4 pag. 9. n. 25. & 27.

Et referuntur exempla denegatæ hujuſmodi diſpenſationis. *ibid.* n. 25. & 26.

In *primo* gradu Affinitatis lineæ rectæ proveniente ex actu fornicario, Sedes Apoſtolica diſpeuſare conſuevit. T. 4. p. 9. n. 28.

Traditur differentia, quæ militat inter Affinitatem, quæ oritur ex actu fornicario, & illam, quæ ex legitimo Matrimonio reſultat. *ibid.* n. 29.

Super *primo* gradu Affinitatis in linea tranſvarſali, poſſunt Pontifices diſpenſare. *ibid.* n. 31. & 32.

Hac diſpenſandi facultate primus omnium uſus fuit *Martinus V.* T. 4. p. 10. n. 33.

Deinde-

Deindeque Succeſſores Pontifices, & ante, & poſt Concilium Tridentinum diſpenſationes hujuſmodi conceſſerunt, & referuntur exempla. T. 4. p. 16. n. 34.
Indulgeri tamen non ſolet diſpenſatio præfata, niſi concurrant graves, & urgentes cauſæ, quæ turpitudini dicti Conjugii præponderent. *ibid.* n. 35.
Innocentius III. cum *Livonienſibus* ad fidem converſis diſpenſavit, ut cum Relictis Fratrum, qui abſque Prole deceſſerunt, remanere poſſent. *ibid.* n. 38.
Diſpenſatio, ut Frater Relictam Fratris ducere poſſit, urgentiores cauſas requirit, ſi ex priori conjugio filii ſuſcepti fuerint. Et reſpondetur contrariis rationibus. *ibid.* n. 39. 40. & 41.
Referuntur nonnulla exempla conceſſæ hujuſmodi Diſpenſationis. T. 4. p. 11. n. 44.
Pro diſpenſatione ad effectum, ut fœmina nubat defuncti Viri Fratri, requiruntur cauſæ magis efficaces, quam ſi a Viro contrahendum eſſet Matrimonium cum defunctæ Uxoris Sorore. *ibid.* n. 43.
Contrarium, quod utroque caſu æquale ſit vinculum Affinitatis, & par turpitudinis ratio. *ibid.* n. 44.
In *ſecundo gradu*, diſpenſandum non eſt vigore Concilii Tridentini, niſi inter Magnos Principes. Tom. 3. p. 239. n. 96.
Magnorum Principum appellatione, ad effectum obtinendæ diſpoſitionis præfatæ, non veniunt ſolum Principes ſuprema Imperii jura habentes, ſed etiam Titulares Feuda cum Juriſdictione poſſidentes. *ibid.*
Vid. V. Baptiſma. V. Baldachinum. V. Regula XLII.
Matrimonium contractum a Conjunctis in *tertio*, & *quarto* gradibus, prævia diſpenſatione ſuper *quarto* tantum, & non obtentis Literis Declaratoriis ſuper *tertio*, juxta Conſtitutionem XIII. *S. Pii V.* an ſit nullum, & irritum? T. 2. p. 187. n. 60. 61. & ſeqq. & p. 188. n. 67. 68.
Conſtitutio præfata eſt una ex Regulis Cancellariæ, quæ vocantur ſecundæ editionis. T. 2. p. 187. n. 61.
In Litteris ſuper diſpenſationibus Matrimonialibus, quando apponi ſoleat Decretum, *quod alter alteri ſupervivens, perpetuo abſque ſpe Conjugii remaneat?* Tom. 4. pag. 15. n. 103.
Matrimonium tamen a ſuperſtite Conjuge contractum, non obtenta ejuſdem Decreti relaxatione, validum eſt, ſed illicitum. Et ita reſolutum. *ibid.* n. 107. & p. 16. n. 111. & 112.
Vid. V. Matrimonium adverſus interdictum Pontificis.
De clauſula -- *Rapta non fuerit* -- adjici ſolita in Litteris ſuper diſpenſationibus Matrimonialibus? *Vid. V. Raptor & Raptus. V. Reg. XLIX.*
Clauſulas ſuper legitimatione Prolis in Literis Apoſtolicis ſuper Diſpenſationibus præfatis adjici ſolitas, *Gallicæ* Pragmatici, vel abuſivas, & irritas eſſe exiſtimant. T. 4. p. 31. n. 113. & 114.
Vel eſſe de genere illarum clauſularum, quæ vitiantur, ſed non vitiant Reſcriptum. *ibid.* n. 114.
Refellitur hæc ſententia. *ibid.* n. 115. & p. 33. n. 124.
Ac diſtinguuntur plures caſus, in quibus clauſulæ præfatæ adjici conſueverunt. T. 4. p. 31. n. 116. & p. 32. n. 118. & ſeqq.
Reges ipſi Galliarum, Apoſtolicas Diſpenſationes ad contrahendum Matrimonium cum eorum Conſanguineis, vel Affinibus, cum iiſdem clauſulis obtinuerunt. T. 4. p. 32. n. 117. & 119.
Declaratio legitimationis prolis jam ſuſceptæ a Conſanguineis, nullo inter eos præcedente Matrimonio, a Papa facta in Litteris diſpenſationis eis conceſſæ, non intelligitur, niſi quoad effectus tantummodo ſpirituales. *ibid.* n. 120.
Contrarium, quod Proles ſic ſuſcepta efficiatur legitima, etiam quoad effectus Civiles. Et redditur ratio. *ibidem.* n. 121. & 123.
Et diſpenſatio hujuſmodi, licet vere, & proprie dici non poſſit diſpenſatio in *radice Matrimonii*, quia illud non præceſſit, dicitur tamen talis largo modo, & quare? T. 4. p. 33. n. 122.
Diſpenſationes Matrimoniales ante obitum Pontificis Executori nondum præſentatæ, an exequi poſſint Sede Apoſtolica vacante. T. 2. p. 151. n. 13. & 14. *Vid. V. Regul. XII.*
Vicario generali directæ, an exequi poſſint ab Epiſcopo? *Vid. V. Executor.*

Diſpenſatio in radice Matrimonii.

Diſpenſatio in *radice Matrimonii* primus omnium conceſſit *Bonifacius VIII.* T. 4. p. 31. n. 107.
Et indulgeri conſuevit a Succeſſoribus Pontificibus, nedum utroque Conjuge vivente, ſed etiam altero eorum mortuo. T. 4. p. 31. n. 108.
Non conceditur tamen Diſpenſatio præfata, niſi ex magna, & urgenti cauſa. *ibid.* n. 109.
Refertur exemplum denegatæ hujuſmodi diſpenſationis. *ibid.* n. 110.
Et alterum conceſſæ. *ibid.* n. 111.
Pontifex, diſpenſando in *radice Matrimonii* nulli jure Eccleſiaſtico, non autem Divino, vel naturali, efficit, ut filii ex eo procreati, capaces ubique terrarum exiſtant ſucceſſionum, aliorumque civilium effectuum. *ibid.* n. 106.
Contrarium. *ibid.* n. 112.
Declaratio legitimationis prolis jam ſuſceptæ a Conſanguineis, nullo inter eos præcedente Matrimonio, a Papa facta in Litteris Diſpenſationis eis conceſſæ, licet vere, & proprie dici non poſſit diſpenſatio *in radice Matrimonii*, quia iſtud non præceſſit, dicitur tamen talis largo modo, & quare? T. 4. p. 33. n. 121.
Et proles præfata efficitur legitima, nedum quoad effectus ſpirituales, ſed etiam civiles. Tom. 4. pag. 32. n. 121. & 123.
Matrimonia inter Conſanguineos inita cum diſpenſatione Epiſcoporum, qui Apoſtolica facultate diſpenſandi ſint deſtituti, an Pontifices revalidare ſoleant in radice? *Vid. V. Diſpenſatio Matrimonialis.*

Diſpenſatio ſuper defectu natalium.

Pontifex per totum Orbem diſpenſat cum Illegitimis ad effectus ſpirituales, recipiendi nempe Sacros Ordines, & obtinendi Beneficia Eccleſiaſtica. T. 4. p. 31. n. 105.
Et in Terris ſuæ Juriſdictioni temporali ſubjectis, poteſt Illegitimos reddere directe capaces ſucceſſionum omnium, vel civilium effectuum. *ibid.*
Diſpenſatio ſuper defectu Natalium differt a Legitimatione, & hæc eſt favorabilis, illa odioſa. T. 2. p. 182. n. 19. & 24. T. 4. p. 25. n. 6.
Facultas diſpenſandi ſuper defectu præfato, non comprehendit alteram legitimandi. T. 4. p. 25. n. 7.
Diſpenſatio ſuper defectu Natalium, quæ proprie dicatur, & quæ legitimatio? *ibid.* n. 14. & 15.
In Literis diſpenſationis ſuper defectu Natalium, ad effectum ſuccedendi in Bonis temporalibus, adjicienda eſt vigore *Regulæ L.* clauſula -- *ſine præjudicio venientium ab inteſtato* --. *ibid.* n. 1.
Et quorum Jura clauſula præfata præſervet? *Vid. V. Legitimatio, Legitimatus.*
Diſpenſatio ſuper defectu Natalium, requirit pro ſui validitate expreſſionem omnium qualitatum, quæ alterant naturam Concubitus, ſeu illegitimitatis, & exemplificatur. T. 4. p. 29. n. 70. 71. 72. 73. & ſeqq.
Diſpenſatio ſuper defectu Natalium non ſuffragatur filio naturali ad effectum ſucceſſionis, niſi contineat expreſſionem, *quod poſſit ſuccedere in Bonis temporalibus*, & quare? T. 4. p. 28. n. 64.
Et, ad effectum, ut diſpenſatus ſuccedere poſſit ad Bona feudalia, & emphyteutica Eccleſiarum, requiritur, quod de illis fiat expreſſa mentio, aut diſpenſatio ſit concepta verbis aptis dicta Bona comprehendere. *ibid.* n. 65.
In diſpenſatione præfata adjici ſolet clauſula -- *citra Bona emphyteutica, & feudalia Eccleſiarum.* *ibid.* n. 66.
Ad Bona præfata, nec Principes Sæculares, nec Imperator diſpenſare poſſunt. T. 4. p. 29. n. 68.
Vid. V. Legitimatio, V. Legitimatus. V. Diſpenſatio Matrimonialis. V. Diſpenſatio in Radice Matrimonii. V. Legitimatio, Legitimatus. V. Regula L.
De facultatibus, quibus gaudent Nuncii Apoſtolici diſpenſandi ſuper defectu Natalium, & an illæ ſint revocatæ per Regulam XIV.? *Vid. V. Nuncius Apoſtolicus. V. Regula XIV.*

Diſpenſatio ſuper Irregularitate.

Vid. V. Irregularis, Irregularitas.

DISTRIBUTIONES QUOTIDIANÆ.

Diſtributiones quotidianas, an lucretur Parochus, qui ex Indulto Apoſtolico retinet Canonicatum, aut Dignitatem in alio loco, ſi apud Parochialem reſideat? *Vid. V. Reſidentia.*
Diſtributiones quotidianas, an lucrentur Canonici Subcollectores, divinis Officiis, ac Horis Canonicis non intereſſentes? *Vid. V. Subcollectores Spoliorum.*
Vicarius Capitularis, cui aſſignatum fuit ſalarium, non gaudet in abſentia diſtributionibus. T. 1. p. 377. n. 232.
Vid. V. Vicarius Capitularis.
Diſtributiones in abſentia non debentur, niſi in tribus caſibus

bus infirmitatis nempe, juſtæ corporis neceſſitatis, & evidentis Eccleſiæ utilitatis. T. 1. p. 377. n. 133.
Diſtributiones quotidianæ a Beneficiario in ejus vita non exactæ, tranſmittuntur ad hæredes; & qua ratione? T. 4. p. 159. n. 36. & p. 160. n. 48.
Diſtributiones quotidianæ in Eccleſiis illis, in quibus non adſunt Præbendæ diſtinctæ, loco Præbendarum ſuccedunt. T. 1. p. 175. n. 151.
Intellige interpretative, & ex fictione juris, non vere. *ibid.* n. 153.
De unione Beneficiorum pro augmento diſtributionum quotidianarum in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis ab Epiſcopis vigore Concilii facienda? *Vid. V. Uniones Beneficiorum vigore Concilii.*
Pro augendis diſtributionibus quotidianis perſolvenda eſt Taxa, etiam ex fructibus Beneficiorum, quæ ſunt Seminario unita. T. 1. p. 165. n. 67.
An ex diſtributionibus quotidianis perſolvenda ſit Taxa pro erectione, & manutentione Seminarii? *Vid. V. Seminarium quoad Taxam.*

DISTRICTUS URBIS.

Diſtrictus Urbis, ſeu loca intra duas Dietas exiſtentia, an veniant appellatione Romanæ Curiæ? *Vid. V. Curia Romana.*

DOCTORES, DOCTORATUS.

Ex dictis DD. deſumi non poteſt argumentum a contrario ſenſu. *Vid. V. Argumenta.*
Doctori teſtanti de exiſtentia alicujus Apoſtolicæ Conſtitutionis, fides præſtanda non eſt, niſi de illius publicatione doceatur; præſertim, ſi loquatur de auditu. T. 3. p. 136. n. 74.
Doctorum auctoritati, quomodo in Cauſis judicandis ſit deferendum? T. 2. p. 112. n. 124.
Doctoris appellatione, non venit *Licentiatus*, & quare? T. 1. p. 209. n. 65.
In Gratia ſub *pari data* conceſſa; non Doctori præfertur Doctor, quamvis ſolo *verbo* a Papa creatus. *ibid.* n. 64.
Et refertur exemplum Doctoris *verbo* ſolum a Papa creati. *ibid.*
Sed Doctoratus in Medicina, nullam tribuit prælationem erga non Doctoratum in eadem facultate. *ibid.* n. 62.
Doctor creatus a Papa, vel Imperatore, præfertur *in pari data* Doctori ab inferiori Principe creato, multoque magis Doctoribus creatis a Comitibus Domus *Sfortiæ*, & Comitibus Palatinis. *Vid. V. Reg. XVII.*
Doctoratus a *Comitibus* præfatis obtentus, nec pro exercenda Juriſdictione temporali, nec pro aſſequendis Beneficiis Doctoratum requirentibus, nec ad alios effectus, inſervit. T. 2. p. 209. n. 76.
Doctor in publica Univerſitate laureatus, præfertur Doctori creato a Collegio Protonotariorum participantium, quia Collegium præfatum publicam Univerſitatem non efformat. *ibid.* n. 77.
Doctores a dicto Collegio creati, non ſunt capaces obtinendi Beneficia requirentia gradum in publica Univerſitate. *ibid.* n. 78.
Minuſque eligi poſſunt in Vicarios Capitulares, cum iſti eſſe debeant Doctores in publica Univerſitate laureati. *ibid.* n. 79. & 80.
Collegio Protonotariorum de numero participantium non licet hodie ex Conſtit. SSmi D. N. BENEDICTI XIV. ad Doctoratus gradum abſentes promovare, prævio examine in partibus explendo. T. 2. p. 210. †
Sed ſolum indulgetur ad Doctoratus gradum quatuor Perſonas ſingulis annis in Urbe vere, & realiter præſentes, prævio rigoroſo examine, perſonaliter, & collegialiter per ipſoſmet Protonotarios faciendo, promovere. *ibid.* †
Et numerus dictorum ſex Doctorum quavis de cauſa uno anno non completus, non poteſt ſubſequentibus annis compleri, vel reintegrari. *ibid.* §. *Volumus autem.* †
Sic tamen in Urbe a dicto Collegio Laureati, iiſdem gaudent Privilegiis, & favoribus, etiam ad effectum aſſequendi Eccleſias Cathedrales, quibus gaudent Laureati in Archigymnaſio Sapientiæ Urbis. *ibid.* §. *Quia vero.* †

DOMICILIARIUS, & DOMICILIUM.

Domiciliarii Civitatis, veniunt ſub nomine *Civium* ad effectum, ut ſint capaces aſſequendi Beneficia ex Privilegio, aut Teſtatorum voluntate, Civibus debita. T. 2. p. 216. n. 152.
Vid. V. Civis ex Privilegio.
Beneficium Reſidentiale efficit Clericum Domiciliarium illius loci, in quo Beneficium eſt ſitum. Tom. 2. p. 116. n. 153. p. 118. n. 183.
Vid. V. Diœceſanus.
Domicilium, ad effectum ſuſcipiendi Ordines ab Epiſcopo illius loci, in quo contractum fuit, quomodo probetur ad tramites Conſtitutionis ſan. mem. *Innocentii XII.*? *Vid. V. Ordinarius ratione Domicilii.*
Domicilium acquiritur natura, voluntate, & juris diſpoſitione. T. 1. p. 350. n. 33.
Qui expreſſe animum ſuum declarat perpetuo manendi in loco, ad quem ſe tranſtulit, illico inibi domicilium contrahit abſque ullo temporis lapſu. *ibid.* n. 34.
Amplia, etiamſi majorem ſubſtantiarum ſuarum partem ſecum non transferat. *ibid.* n. 35.
Et inibi degat ratione alicujus muneris, officii, aut negotiationis cauſa. *ibid.* n. 36.
Qui expreſſe animum declarat recedendi a loco, quem inhabitat finito officio, vel expleto negotio, aut concurrant conjecturæ animum præfatum ſuadentes, nunquam domicilium contrahit, etiamſi per centum annos inibi moretur. *ibid.* n. 37.
Domicilium, nulla etiam prædita animi declaratione, contrahitur factis animum ipſum demonſtrantibus, quamvis habitationis decennium non effluxerit. Et quibus circumſtantiis animus ipſe declaretur? *ibid.* num. 38. 39. & 40.
Domicilium in dubio, quando nec verbis, nec facto probari poteſt, ex lapſu decennii de jure præſumitur contractum. *ibid.* n. 41. & p. 351. n. 50.
Et legalis hæc præſumptio non indiget adminiculis, & conjecturis. T. 2. p. 350. n. 42.
Limita in iis, qui ex cauſa aliqua accidentali, puta Studii, Lecturæ, Negociationis &c. in aliquo loco per decennium morentur. *ibid.* n. 43.
Niſi poſt completum Studium, Lecturam, Officium &c. continuent habitationem, & concurrant circumſtantiæ ſuadentes animum perpetuo in eo loco habitandi. T. 2. pag. 351. num. 44.

DONATIO.

Donatio non eſt perfecta, niſi poſt inſinuationem, & antea revocari poteſt. T. 3. p. 353. n. 130.

DOS.

Derogatio Conſtitutioni *Sixti V.* circa Taxam Dotium, obtenta poſt diſſolutum Matrimonium per mortem alterius ex Conjugibus, ad effectum, ut exinde pinguius evadat lucrum dotale Conjugi ſuperſtiti debitum, an ſuſtineatur abſque derogatione juri quæſito hæredi Conjugi defuncti? *Vid. V. Regula XVIII.*
Dos a Monialibus non ſolvitur Monaſterio ob Profeſſionem in eo emittendam, ſed in recompenſam alimentorum, aliorumque onerum temporalium, quibus obſtringitur Monaſterium pro ſuſtentatione Monialis. T. 2. p. 307. n. 154.
Monialis, de licentia Sac. Congreg. ad aliud Monaſterium tranſlata, an ſecum ferat dotem primo Monaſterio traditam, ſeu novam ſecundo Monaſterio aſſignare teneatur? *Vid. V. Monialis quoad Tranſitum &c.*

DUCATUS DE CAMERA.

Ducatus de Camera conſtituitur ex uno ſcuto auri in auro, & uno julio argenteo. T. 3. p. 8. n. 8.
Verus annuus Beneficiorum valor in alia moneta non exprimitur, quam in ducatis de Camera. T. 4. p. 61. n. 12. & 13.
Et, an ducatus pro juſtificandis Beneficii fructibus æſtimari debeant juxta valorem currentem in Curia abſque detractione Cambii. T. 3. p. 6. n. 49. 50.
Vid. V. Scutum auri.

DUCES.

Vid. V. Principes.

DUX ALBÆ.

Apoſtolicum Indultum Duci *Albæ*, & *Cauriæ* conceſſum, præſentandi ad Præbendas, & Dignitates in Cathedralibus, & principales in Collegiatis, an comprehendat Decanatum Dignitatem majorem in Cathedrali *Caurien.*? T. 1. p. 288. n. 37.

Dux

Dux Sabaudiæ.

Sabaudiæ Duci *Nicolaus V.* Privilegium indulſit, a Succeſſoribus Pontificibus pluries confirmatum, de non præficiendo aliquem Cathedralibus, & Monaſteriis, *niſi habita prius intentione, & conſenſu ipſius Ducis.* Tom. 1. p. 179. n. 34.
Hujuſmodi Indulta non ſunt perpetua, ſed perſonalia, & aſſignantur rationes. *ibid.* n. 35. 36. 37. 38. 39. & 40.
Contrarium, quod ſint perpetua. Et ita reſolutum a Congregatione particulari anno 1675. Tom. 1. p. 180. n. 41. & 42.
Verba illa contenta in Indulto *Nicolai V.* -- *Habita prius intentione, & conſenſu ipſius Ducis* -- important facultatem nominandi. *ibid.* n. 43.
Redduntur rationes. *ibid.* n. 44.
Contrarium, quod nec jus nominandi, nec aliquid aliud, quod nominationi æquipolleat, præſeferant. *ibid.* n. 45. 46. & 47.
Et refertur reſolutio Congregationis particularis. T. 1. p. 181. n. 48.
Sed ex declaratione *Benedicti XIII.* ſupradicta verba *habita prius &c.* habentur, ac intelligi debent perinde, ac ſi per ea jus nominandi ſpecialiter, & expreſſe conceſſum fuiſſet. T. 1. p. 182. n. 49. & 51.
Sabaudiæ Duces, ante declarationem præfatam ſolum erant in poſſeſſione proponendi Pontifici Perſonas ſibi beneviſas ad Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria *Sabaudiæ.* T. 1. p. 181. n. 47.
Indultum *Nicolai V.* & Succeſſorum, comprehendit etiam Cathedrales, & Monaſteria exiſtentia in Principatu *Pedemontano.* T. 1. p. 182. n. 50.
Contrarium, quod ſit tantummodo reſtrictum ad Cathedrales, & Monaſteria Ducatus *Sabaudiæ.* *ibid.*
Sed priorem ſententiam ſequuta fuit Congregatio particularis de anno 1699. cujus reſolutionem approbavit ſan. mem. *Innocentius XII.* *ibid.*
Indultum *Nicolai V.* ex declaratione *Bened. XIII.* comprehendit Cathedrales, & Monaſteria exiſtentia in integro temporali dominio Ducis *Sabaudiæ*, exceptis Cathedralibus Eccleſiis *Caſalen. Aquen. & Alexandrin.* Provinciæ *Mediolanen.* *ibid.* n. 52.
Amplia, etiamſi contingat Cathedrales, & Monaſteria præfata *apud Sedem* vacare, juxta Reſolutionem Congregationis particularis de an. 1728. Tom. 1. p. 69. n. 300. & p. 182. n. 52.
Et Reſolutionem hanc, quemadmodum, & declarationem ſan. mem. *Benedicti XIII.* approbavit SSmus D. N. BENEDICTUS XIV. T. 1. p. 69. & p. 183. †
Sabaudiæ Duces, vigore Concordati initi an. 1727. inter Miniſtros ſan. mem. *Benedicti XIII.* & Ducis *Sabaudiæ*, poſſunt ſub Beneplacito Sedis Apoſtolicæ favore Perſonarum, quæ ſibi gratæ ſint, & acceptæ, imponere Penſiones ſuper fructibus Eccleſiarum Epiſcopalium, & Monaſteriorum ad eorum nominationem ſpectantium. T. 1. p. 182. n. 53.
Concordatum præfatum nullius roboris, & efficaciæ, declaravit *Clemens XII.* *ibid.* n. 54.
Sed illud exequutioni demandandam eſſe præcepit SSmus D. N. BENEDICTUS XIV. T. 1. p. 183. †
Carolo Sabaudiæ Duci indulſit *Clemens VII.* ut nominare poſſet ad Eccleſias *Gebennen.* & *Lauſanen.* ex quo præfatæ Civitates erant illius Ditioni limitrophæ. T. 1. p. 65. n. 261.

E

ECCLESIA.

Eccleſia Metropolitana.

De requiſitis neceſſariis ad effectum, ut Eccleſia Epiſcopalis erigi valeat in Archiepiſcopalem, & Metropolitanam. T. 2. p. 291. n. 109.
Diviſio Provinciæ in duas Metropolitanas, non aliter expleri ſolet a Pontifice, quam juſta concurrente cauſa, & auditis tam antiquo Metropolita, quam Epiſcopis Suffraganeis, eorumque Capitulis, & referuntur exempla. T. 2. p. 290. n. 103. & 105.
Intellige, ubi diviſio Provinciæ, & erectio novæ Metropolis fieri debeat ad alicujus Supplicationem, ſecus ſi expleatur a Papa de plenitudine poteſtatis. T. 2. p. 291. n. 106.
Et hac poteſtate pluries uſi ſunt Pontifices, vel non requiſitis, vel contradicentibus etiam antiquis Metropolitis. *ibid.* n. 107.
Si Eccleſia Epiſcopalis exemta, & Sanctæ Sedi immediate ſubjecta in Archiepiſcopalem erigatur abſque ulla aſſignatione Suffraganeorum, qui ab aliis Metropolibus diſmembrandi eſſent, nullius conſenſus exquirendus erit. *ibid.* n. 108. & 110.

Eccleſia receptitia.

Beneficia exiſtentia in Eccleſia receptitia, & quorum reſpectu non cadit vacatio, non ſubjacent reſervationi Regulæ IX. T. 2. p. 60. n. 396.
Quemadmodum nec Portiones, ſeu admiſſiones ad participationem Maſſæ communis, etiamſi perpetuæ ſint, & deſerviant pro titulo Ordinationis. *ibid.* num. 397. & 398. pag. 411. num. 103. & ſeq.

Eccleſia Regularis quoad Secularizationem.

Secularizata Eccleſia Regulari, an Beneficia manualia in ea exiſtentia efficiantur perpetua, & ſubjaceant reſervationibus Apoſtolicis? *Vid. V. Beneficia Regularia.*
Secularizata Eccleſia Cathedrali Regulari, an ſit Epiſcopo concedendum Indultum conferendi Dignitates, & Canonicatus, aliaque Beneficia reſervata? *Vid. V. Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
Secularizata Eccleſia Regulari, eaque in Collegiatam ſecularem erecta cum prima Dignitate, & Canonicatibus, & cum Indulto favore Canonicorum ad Dignitatem illam eligendi, an Indultum præfatum ſubjaceat revocationi Regulæ XV.? *Vid. Verb. Regula XV.*

Eccleſiæ Cathedrales.

De jure Romanorum Pontificum providendi de Paſtoribus Eccleſias Cathedrales. *Vid. V. Epiſcopus quoad Promotionem.*
Et ex eorum indulgentia jus eligendi Prælatum Canonicis, & Capitulis elargitum fuit. T. 1. p. 176. n. 3.
De reſervatione Eccleſiarum Cathedralium, ejuſque origine, & ratione. *Vid. V. Regula II. quoad reſervationem Eccleſiarum Cathedralium.*
De Eccleſiis Cathedralibus diſponunt hodie Pontifices, ſive libere, ſive ex eorum Indultis, ad Secularium Principum nominationem, præſentationem, & ſupplicationem. *Vid. eod. Verb. & V. Eccleſiæ Cathedrales in ſpecie.*
Quomodo Papa diſponat de Eccleſiis Cathedralibus.
Auſtriæ? *Vid. Verb. Imperator.*
Belgii? *Vid V. Belgium. V. Galliarum Rex.*
Bohemiæ? *Vid. V. Imperator.*
Corſicæ? *Vid. V. Reſpub. Januenſis.*
Galliarum? *Vid. V. Galliarum Rex. V. Galliarum Concordatum.*
Germaniæ? *Vid. V. Germaniæ Concordata.*
Hetruriæ? *Vid. V. Hetruria.*
Hiſpaniarum? *Vid. V. Hiſpaniarum Rex.*
Hungariæ? *Vid. V. Hungariæ Rex.*
Hyberniæ? *Vid. V. Hybernia.*
Italiæ? *Vid. V. Italia.*
Pedemontis? *Vid. V. Dux Sabaudiæ.*
Poloniæ? *Vid. V. Poloniæ Rex.*
Portugalliæ? *Vid. V. Portugalliæ Rex.*
Regni Neapolitani? *Vid. Verb. Neapolitanum Regnum. Verb. Siciliæ Rex.*
Sabaudiæ? *Vid. V. Dux Sabaudiæ.*
Sardiniæ. *Vid. V. Sardiniæ Rex.*
Siciliæ ultra Pharum? *Vid. V. Siciliæ Rex.*
Status Eccleſiaſtici? *Vid. V. Italia.*
Status Mediolani. *Vid. V. Italia.*
Status Veneti. *Vid. V. Reſpublica Veneta.*
Tranſilvaniæ. *Vid. V. Imperator.*
De jure, quo Reges *Angliæ* olim fruebantur in proviſione Eccleſiarum Cathedr.? T. 1. p. 107. n. 228.
Et de illo, quod Regibus *Scotiæ* competebat? T. 1. p. 193. n. 129.
De Eccleſiis Cathedralibus, quæ providentur ab Archiepiſcopo *Salisburgenſi*? *Vid. V. Archiepiſcopus Salisburgenſis.*
Proviſio Eccleſiarum Cathedralium, quam facit Papa in Conſiſtorio habet vim confirmationis, & electionis. T. 1. p. 176. n. 5.
Eccleſiæ Cathedrales, priſcis temporibus, aliquando commendabantur ad tempus, & referuntur exempla. T. 3. p. 266. n. 32. *Vid. V. Commenda.*
De ſtylo, quo Sedes Apoſtolica deputare ſolet Minores in futuros Cathedralium Eccleſiarum Præſules? *Vid. Verb. Epiſcopus quoad ætatem.*
De Eccleſiarum Cathedralium vacatione ob Epiſcoporum ceſſionem,

ceſſionem; depoſitionem; ſeu privationem, aut tranſlationem? *Vid. V. Epiſcopus quoad ceſſionem Eccleſiæ. V. Epiſcopus quoad depoſitionem, ſeu privationem. Vid. V. Epiſcopus quoad Tranſlationem.*

Eccleſiæ Cathedrales in ſpecie.

Eccleſia *Atrebaten.* ex Indulto ſan. mem. *Clementis IX.* providetur ad nominationem Regis Chriſtianiſſimi. T. 1. p. 189. n. 99.
Nec non Eccleſia *Audomaren.* ex Indulto ſan. mem. *Innocentii IX.* ibid.
Eccleſia *Auriacenſis* vulgo *Oranges*, ad liberam Pontificis proviſinoem ſpectat, nec ſubjacet Coocordatis Galliæ. T. 1. p. 191. n. 117.
Sed Ludovico XIV. Regi Chriſtianiſſimo indulſit *Clemens XI.* ut ad Eccleſiam præfatam, vita ſua durante, nominare poſſet. ibid. n. 118.
Eccleſia *Bambergenſis*, an comprehendatur ſub Concordatis Germaniæ? *Vid. V. Germaniæ Concordata.*
Eccleſia *Bethlemitica* providetur ad ſupplicationem Ducis *Nivernenſis* in cujus Ditionibus Epiſcopus reſidet. T. 1. p. 192. n. 119. & 120.
Eccleſia *Biſuntina* ſita eſt in Gallia Celtica extra limites Germaniæ. T. 2. p. 94. n. 225.
Libere prius a Sede Apoſtolica providebatur, modo ex Indultis Pontificum providetur ad nominationem Regis Galliarum. T. 1. p. 184. n. 64. & 65. T. 2. p. 93. n. 222.
Eccleſiæ præfatæ Beneficia, an, & quomodo ſubjaceant Concordatis Germaniæ? *Vid. V. Germaniæ Concordata.*
Illius Epiſcopi, ſæpe Alternativam vigore Regulæ IX. acceptarant. T. 2. p. 94. n. 224.
Eccleſia *Cameracenſis* olim de libera Pontificum diſpoſitione, nunc providetur ad nominationem Regis Chriſtianiſſimi. T. 1. p. 184. n. 62. & 63.
Et, an illius Beneficia ſubjaceant Concordatis Germaniæ? *Vid. V. Germaniæ Concordata.*
Eccleſiæ *Compoſtellanæ* conceſſit ſan. mem. *Clemens XI.* Indulgentiam plenariam perpetuam, cum facultate Confeſſariis in ea degentibus abſolvendi a caſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, præterquam in Bulla Cœnæ, nec non commutandi Vota, exceptis Votis utriuſque peregrinationis, Caſtitatis, & Religionis. T. 4. p. 54. n. 68.
De Jubileo, quod olim Eccleſia *Compoſtellana* gaudere contendebat ad inſtar Jubilei Anni Sancti Urbis? *Vid. V. Jubileum.*
Eccleſia *Herbipolenſis*, an ſit ſub Concordatis Germaniæ comprehenſa. *Vid. Germaniæ Concord.*
Eccleſia *Iprenſis* ex Indulto ſan. mem. *Innocentii XI.* providetur ad nominationem Regis Chriſtianiſſimi. T. 1. p. 190. num. 99.
De nonnullis Eccleſiis Cathedralibus Italiæ? *Vid. V. Italia.*
Eccleſia *Lauſanenſis* in Regione *Valeſiorum* poſita, ad liberam Pontificis diſpoſitionem pertinet. Tom. 1. p. 183. num. 60.
Sed *Carolo* Sabaudiæ Duci indulſerat ſan. mem. *Clemens VII.* ut ad Eccleſias *Lauſanen.* & *Gebennen.* tanquam Ditionibus ſuis finitrophas, nominare poſſet. T. 1. p. 65. n. 262.
Eccleſia *Liparenſis* libere a Pontifice providetur. T. 1. p. 178. n. 22.
Eccleſia *Mantuana* ad liberam Pontificis diſpoſitionem ſpectat. T. 1. p. 179. n. 32.
Indulſerat olim *Pius IV.* Duci *Mantuæ* jus nominandi ad Eccleſiam præfatam, ſed Indultum præfatum revocavit *S. Pius V.* ibid. n. 33.
Eccleſia *Miletenſis* providetur ad præſentationem Regis Siciliæ, qui Pontifici præſentat unum ex tribus a M. Magiſtro Ordinis Hieroſolymitani commendatis. T. 1. p. 177. n. 21.
Eccleſiæ *Meten. Tullen.* & *Virdunen.* nec non Beneficia, & Monaſteria in earum Diœceſibus exiſtentia, præterquam ſi *apud Sedem* vacent, providentur ex Indulto *Clementis IX.* ad Regis Chriſtianiſſimi nominationem. T. 1. p. 189. n. 99. p. 188. n. 23. p. 210. n. 129. *Vid. V. Germaniæ Concordata.*
Eccleſia *Petmen.* ad cujus nominationem, & quomodo provideatur? *Vid. V. Imperator.*
Eccleſia *Tornacen.* ex Indulto ſan. mem. *Clementis IX.* providetur ad Regis Chriſtianiſſimi nominationem. Tom. 1. p. 189. n. 99.
Eccleſia *Tridentina* poſt publicatum in ea Concilium, uſque ad tempus *Alexandri VII.* nunquam ex diſpenſatione Apoſtolica retenta fuit cum altera Cathedrali, ſed Indultum retentionis præfatæ *Sigiſmundo* ab Auſtria Epiſcopo Auguſtano, primus conceſſit laudatus Pontifex. T. 1. p. 134. n. 169. & 170.
Eccleſia *Sedunenſis* in *Valeſiorum* Regione poſita, providetur ad electionem Canonicorum. T. 1. p. 183. n. 59.
Referuntur abuſus, qui in electionibus Epiſcoporum Eccleſiæ præfatæ olim irrepſerunt. ibid.
Eccleſia *Viglevanenſis* in Statu Mediolani ad præſentationem ejuſdem Status Ducum providetur. Tom. 1. p. 183. n. 11.
Eccleſia *Warmien.* providetur ad ſupplicationem Regis Poloniæ. ibid. n. 61. T. 2. p. 93. n. 221.
Et Beneficia illius Diœceſis non ſunt ſubjecta Concordatis Germaniæ. T. 2. p. 93. n. 220. *Vid. V. Poloniæ Rex.*

Eccleſiæ Cathedrales quoad erectionem.

De Cauſis neceſſariis pro novæ Cathedralis erectione? T. 2. p. 288. n. 94.
Inter cauſas præfatas præcipue enumeratur talis excreſcentia Populi cum latitudine Diœceſis, ut unus Paſtor pro ſpirituali omnium indigentia non ſufficiat. ibid. n. 95. & p. 289. n. 97.
Sola vero Diœceſis amplitudo, nunquam habita fuit pro ſufficienti cauſa eam dividendi, novamque erigendi Cathedralem. T. 2. p. 288. n. 96.
Situatio Diœceſis intra Dominia temporalia duorum Principum, an juſtam cauſam ſuppeditet eam diſmembrandi, novamque erigendi Cathedralem in Territorio illius Principis, in quo erecta non reperitur? & quid, ſi alter Princeps contradicat? T. 2. p. 289. n. 98. 99. & ſeqq.
Exemptiones, & Privilegia a Juriſdictione Epiſcopi Collegiatæ Eccleſiæ competentia, ſublata cenſentur per illius erectionem in Cathedralem, niſi fuerint expreſſe præſervata. T. 2. p. 290. n. 102.
In diſmembratione facienda unius partis Diœceſis, ut in ea nova Eccleſia Cathedralis erigatur, ultra concurſum Cauſarum, requiritur etiam conſenſus Epiſcopi. T. 2. p. 287. n. 86. & 88.
Quod ſi hæc diſmembratio, & novæ reſpective Cathedralis erectio petatur Sede Epiſcopali vacante, Sacra Congregatio Conſiſtorialis ſuperſedere ſolet, donec Eccleſia provideatur de novo Epiſcopo. ibid. n. 89.
Licita, ſi Pontifex ad diſmembrationem, & reſpective novæ Cathedralis erectionem deveniat *Motu proprio*, ac de plenitudine poteſtatis. ibid. n. 87.
Hacque poteſtate quamplures Pontifices uſi ſunt. Et referuntur exempla. ibid.
In erectione loci *Nullius Diœceſis* in Cathedralem, exquirendus eſt conſenſus Epiſcopi vicinioris, & quare? ibid. n. 90 p. 292. n. 121.
Sed aliquando loca præfata in Cathedrales erecta fuerunt, diſſentientibus etiam Epiſcopis vicinioribus. T. 2. p. 288. n. 91.
In erectione novæ Cathedralis, præter conſenſum Epiſcopi e cujus Diœceſis fieri debet diſmembratio, requiritur etiam conſenſus Capituli. ibid. n. 92.
Sed tam Epiſcopo, quam Capitulo irrationabiliter conſenſum præſtare detrectantibus, novæ Cathedralis erectio, abſque eorum conſenſu indulgeri ſolet. ibid. n. 93.
Pontifices erigendo in Principum Ditionibus novas Eccleſias Cathedrales, aliquando liberam earumdem diſpoſitionem prima vice ſibi reſervarunt, indulgendo iiſdem Principibus jus præſentandi, vel nominandi in futuris vacationibus. T. 1. p. 191. n. 114.
Et referuntur exempla. ibid.
Etiam priſcis temporibus, dum Epiſcoporum electio erat penes Capitula, Pontifices Cathedrales noviter erectas, prima vice libere conferre conſueverunt. ibidem numer. 115.
Aliquando Indultum ad eas nominandi, ſeu præſentandi, tam prima vice, quam in futuris vacationibus Principibus ipſis conceſſerunt. ibid. n. 116.
Referuntur exempla ibid.
Sequuta novæ Cathedralis erectione in Germania, vel in Regno Franciæ, an illa ſubjaceat Concordatis? *Vid. V. Galliarum Concordata. V. Germaniæ Concordata.*
Sub Indulto alicui Principi conceſſo nominandi, aut præſentandi ad Eccleſias Cathedrales, an comprehendatur Cathedralis de novo erecta? *Vid. V. Principes. V. Hiſpaniarum Rex.*

Eccleſiæ Cathedrales quoad Unionem, ejuſque diſſolutionem.

De Cauſis, quæ neceſſariæ ſunt ad effectum, ut duæ Eccleſiæ Cathedrales æque principaliter, & perpetuo a Sede Apoſtolica uniantur? T. 2. p. 287. n. 80.
Sac. Congregatio Conſiſtorialis decernere non ſolet Cathedralium

thedralium unionez, niſi ſervatis iis, quæ a Regula XXII. præſcribuntur. T. 2. p. 287. n. 79.
Hinc requiritur pro unione præfata conſenſus Capitulorum, & Cleri utriuſque Eccleſiæ. ibid. n. 81.
Et licet neceſſarius non ſit conſenſus Principum temporalium, plurimum tamen Sedes Apoſtolica eorum ſupplicibus inſtantiis deferre ſolet. T. 2. p. 292. n. 118.
Diſſolutio unionis duarum Eccleſiarum Cathedralium, regulariter expleri ſolet ex cauſis contrariis illis, ob quas conceſſa fuit unio. T. 2. p. 287. n. 82.
Et in ea decernenda, ſervari debent præſcripta a Regula XXII. ibid. n. 83.
Vid. Verb. Regula XXII.

Eccleſiæ Collegiatæ.

Collegiatas Eccleſiæ non præſumitur, ſed probanda eſt, & quibus mediis probari ſoleat? Tom. 1. pag. 296. numer. 36. 37.
Ad probandam Collegialitatem neceſſe non eſt, quod concurrant omnia ſigna eam præſeferentia, ſed ſufficit, quod aliqua adſint. ibid. n. 38.
Et leviores probationes ſufficiunt, quando incidenter agitur de Collegialitate; concludentes vero requiruntur, ubi agitur de Statu Eccleſiæ in petitorio. ibid. n. 39.
Maxime, ſi probetur Eccleſiam ab initio fuiſſe ſimplicem Parochialem, & diu in eodem ſtatu permanſiſſe. ibid. n. 40. & 42.
Pro dignoſcendis ſignis univocis Collegialitatis, tradi non poteſt certa Regula, ſed totum remittitur arbitrio Judicis. ibid. n. 43.
Et *Sac. Rota Romana* in hac materia ſæpe variavit, modo admittendo, modo nonnulla ſigna reprobando. *ibidem* n. 44. & 45.
Et proceditur cum Regula, ut ſingula, quæ non proſunt, unita juvent. ibid.
Collationes Apoſtolicæ pluries expletæ de Dignitate, uti principali in Collegiata vigore *Regulæ IV.* univocum præſeferunt Collegialitatis argumentum. Tom. 1. p. 297. n. 46.
Maxime, ſi fuerint ab Ordinariis exequutioni demandatæ. ibid. n. 47.
Ipſique nunquam de dicta Dignitate diſpoſuerint. ibid. numer. 48.
Omiſſio Concurſus in proviſione Eccleſiæ Curatæ, eſt ſignum, quod ſit Collegiata, & non ſimplex Parochialis. ibid. n. 49.
Narrativa, quæ legitur in Literis Apoſtolicis -- *Dudum ſiquidem omnes Dignitates principales &c.* denotat Papam diſponere de Dignitate, uti principali in Collegiata. ibid. n. 50.
Amplia, etiamſi in Litteris præfatis adeſſet expreſſo Menſis reſervatio. ibid. n. 51.
Et quid ſtante clauſula -- *ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo &c.?* ibid. n. 52. 54. & ſeqq.
Ex quo Eccleſia Collegium habet Beneficiatorum, qui Canonici nuncupantur, quique a Pontifice, & Ordinario in ſuis reſpective Menſibus providentur, arguitur illam eſſe Collegiatam. ibid. n. 57.
Præſertim, ſi convenire ſoleant in certo loco ad pertractanda negocia Collegii, & capitulariter congregari occaſione Viſitationis, & Synodi. ibid.
Contrarium, quod ſigna hujuſmodi non præſeferant Collegialitatem Eccleſiæ ibid. n. 58. & ſeqq. Tom. 1. p. 198. n. 65.
Sed declara, ut ibid. n. 66. & 67.
Collationes expletæ ab Ordinariis de Canonicatibus, cum enunciativa, quod ſint Canonicatus Collegiatæ, recte probant Eccleſiam eſſe talem, & quare? T. 1. p. 198. n. 60. & ſeqq.
Poſſeſſio Canonicatuum tradi ſolita capitulariter, cum aſſignatione Stalli in Choro, & loci in Capitulo, arguit Collegialitatem. ibid. n. 63.
Quemadmodum hujuſmodi circumſtantiarum defectus præſefert argumentum Collegialitatis excluſivum. *ibidem* n. 64.
Ex Sigillo, Arca communi, & deputatione Syndici de Gremio, an arguatur Collegialitas? & an ex eorum defectu excludatur? ibid. n. 70. & ſeqq.
Ex quo Capitulum Statuta pro recto Collegii regimine exarare ſolet, eruitur argumentum, quod Eccleſia ſit Collegiata. T. 1. p. 299. n. 78.
Sed quomodo hoc ſit intelligendum? ibid. n. 79. 80.
Enumerantur quamplurima alia ſigna Collegialitatem evincentia? ibid. n. 81.
Communis reputatio, & fama, etiam immemorabilis, regulariter non probat Collegialitatem. Tom. 1. pag. 299. num. 82.
Præſertim, ſi concurrant circumſtantiæ in contrarium. ibid. n. 83.
Deſerviunt tamen pro aliquali Collegialitatis adminiculo. ibid. n. 84.
Prout deſerviunt antiquæ enunciativæ. ibid. n. 85.
Hiſtorici de Collegialitate alicujus Eccleſiæ fidem perhibentes, quando attendi debeant? ibid. n. 86.
Teſtibus ſuper Collegialitate non creditur, niſi referant ſigna eam neceſſario concludentia. ibid. n. 87.
Et redditur ratio. ibid. n. 88.
Referuntur, & reprobantur quamplurima ſigna, ex quibus nonnulli exiſtimant erui poſſe Collegialitatis probationem. ibid. n. 89. 90. & 91.
Collegialitas excluditur, ſi Presbyteri ſervitio Eccleſiæ adſcripti, numquam titulo Canonicorum, & Inſignibus gaviſi ſunt. T. 1. p. 300. n. 92.
Item, ſi in Relationibus Status Epiſcopatus ab Epiſcopis ad S. Sedem tranſmitti conſuetis, nunquam mentio facta ſit de Eccleſiæ Collegialitate. ibid. n. 93.
In dubio, magis attendi debent ſigna excluſiva Collegialitatis, cum habeant pro ſe aſſiſtentiam juris. *ibidem* num. 94.
Epiſcopi ante annum 1623. ſimplices, ſeu Parochiales Eccleſias in Collegiatas, ad omnes juris effectus, erigere poterant. ibid. n. 95.
Cardinales a Latere Legati non poſſunt vigore ſuarum ordinariarum facultatum Eccleſias Parochiales in Collegiatas erigere. *Vid. V. Cardinales Legati a Latere.*

Eccleſiæ Collegiatæ in ſpecie.

Eccleſiæ Collegiatæ *Nivellenſis*, *Thenenſis*, *ac Traječti ad Moſam*, an ſubjaceant Concordatis Germaniæ? *Vid. V. Germaniæ Concordata.*
Referuntur rationes ob quas in Collegiatis Eccleſiis *Trajecti ad Moſam* locum habere debeant Proviſiones Apoſtolicæ, non obſtante quod Civitas præfata in poteſtatem Provinciarum fœderatarum devenerit; & quid actum fuerit in hac controverſia de annis 1634. & 1672.? T. 2. p. 91. n. 211. p. 93. n. 218.
Eccleſia Collegiata *S. Michaelis Archangeli in Monte Gargano*, Indulto gaudet Apoſtolico, quod illius Canonici deputare poſſint Confeſſarios per Ordinarium approbandos, qui certis anni temporibus, facultate gaudeant abſolvendi a Reſervatis, & commutandi Vota. Tom. 4. pag. 51. n. 32.

Eccleſiæ Parochiales.

Vid. V. Parochiales.

Eccleſiæ Urbis.

Pro viſitatione ſeptem Eccleſiarum Urbis, an ſint aliquæ Indulgentiæ præſcriptæ? Tom. 4. pag. 46. n. 38. & 39.
Septem Urbis Eccleſiæ a viris doctis, & piis, viſitari ſolent eodem die Eccleſiaſtico, viſitando ſero Baſilicam S. Petri, & de mane uſque ad Veſperas alias Eccleſias? ibid. n. 37.
Vid. V. Indulgentiæ.
De Stationibus Eccleſiarum Urbis. *Vid. eod. V.*

ELECTIO, & ELECTUS.

Electiones ad Prælaturas majores dum vigebant, ſi in Curia explebantur, Principum conſenſus non expectabatur. T. 1. p. 42. n. 16.
Priſcis temporibus, ſi Epiſcopus decedebat *in Synodo*, aut ab eo degradaretur, Synodus ipſa Succeſſorem eligebat. T. 1. p. 43. n. 19.
Sed electiones haſce *Græci* ſemper impugnarunt. ibid. n. 20. & 21.
Priſcis etiam temporibus Synodus in locum dejecti Epiſcopi alium eligebat, & referuntur exempla. T. 1. p. 82. n. 16.
Caſſata, vel repulſa electione, ſeu renunciata, & renunciatione a Pontifice admiſſa, Prælatura remanet Sedi Apoſtolicæ reſervata vigore *Extravag. ad Regim. Vid. V. Reg. I.*

V. Reg. I. quoad III. reſervationem contentam in Extrav. ad Regim.

In Germania frequentia ſunt exempla caſſationis electionum, & proviſionis Eccleſiæ, vel Monaſterii ex integro. T. 1. p. 84. n. 6.

Sed aliquando indultum eligentibus, ut novam peragere poſſent electionem. *ibid.* n. 7.

Si electio caſſetur ob id, quod ſuit contemptus aliquis ex Vocalibus, an Beneficium remaneat reſervatum? *ibid.* n. 10.

Canonicus Religionem ingreſſus, an vocandus ſit ad electionem faciendam a Capitulo, dum in Noviliatu manet. *ibid.* n. 11.

Electo non comparente in termino juris pro confirmatione ſuæ electionis, licet compareant Electores, adhuc libera proviſio Eccleſiæ ſpectat ad Papam. *ibid.* n. 14.

Priſcis temporibus, dum Epiſcoporum electio erat penes Capitulum, Pontifices Cathedrales noviter erectas prima vice conferre conſueverunt. T. 1. p. 191. n. 114.

Jus eligendi Prælatum in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis, Canonicis, & Capitulo elargitum ſuit a Pontificibus, penes quos plenum aderat jus de præfatis Eccleſiis diſponendi. T. 1. p. 175. n. 2. & 3.

De priſco modo eligendi Epiſcopos. T. 1. p. 176. n. 6.

Dataria, & Cancellaria non approbant, nec de ſtylo, confirmant electiones, niſi in tribus caſibus, Concordati nempe, conſuetudinis immemorabilis, & Privilegii. T. 1. p. 202. n. 57. 58.

Et refertur ſuper hoc Notabile Cancellariæ. *ibid.* n. 58.

Jus eligendi Prælatum in Eccleſiis Conventualibus, nec fundatione, nec conſuetudine acquiritur, ſed ſolum ex Privilegio Apoſtolico in limine fundationis elargito. T. 1. p. 121. n. 25.

Electiones ad Cathedrales, & Monaſteria non confirmat Sac. Congregatio Conſiſtorialis cum clauſula *Supplentes*, ubi deficit conſenſus naturalis Eligentium. T. 3. p. 225. n. 21.

Et in certis caſibus, eadem Sac. Congregatio electiones confirmare ſolet cum clauſula -- *Supplentes, etiam quoad defectus ſubſtantiales* -- *ibid.* n. 28.

Vid. V. Clauſula in ſpecie, verſic. Clauſula Supplentes.

Electio expleta cum conſenſu majoris partis Capituli, habito reſpectu ad totum Capitulum, naturali jure ſubſtinetur, & ſtricte dici poteſt canonica. T. 3. p. 225. n. 22.

Improba eſt conſuetudo, quod in electione Prælati, Capitulum unam, vel plures exprimat Perſonas auribus Patriarchæ, vel Principis, qui poſtea unam ex nominatis eligat. T. 1. p. 210. n. 139.

De abuſu, qui irrepſerat tempore, quo vigebant electiones ad Eccleſias, quod Prælati ad illas ſine Regum aſſenſu eligi non poterant. T. 3. p. 252. n. 254.

Et de ſolemni renunciatione huic abuſui facta a Petro Rege Aragoniæ. *ibid.*

Facta ceſſione Eccleſiæ Cathedralis in manibus Capituli, nulla eſt electio expleta a Capitulo, quod tamen privatum non remanet jure eligendi, ſed privari poteſt. T. 1. p. 70. n. 304. & 305. *Vid. V. Epiſcopus quoad ceſſionem Eccleſiæ.*

Vid. V. Abbas quoad electionem. V. Germania.

Pactiones, Concordata, & Statuta adverſus Sacrorum Canonum, & Conſtitutionum Apoſtolicarum diſpoſitionem, ante electionem, ſeu poſtulationem ad Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria, inter Electores initas, nullas, & invalidas præ cæteris declaravit *Innocentius XII.* T. 2. p. 63. n. 420. 421.

Amplia, quamvis pactiones præfatæ Eccleſiis ipſis, ac Monaſteriis utiles ſint, ac intrinſecus, & per ſe conſideratæ, nullam mali ſuſpicionem redoleant, ſed quæ ideo malæ ſunt, quia jure humano, & per Sacros Canones, ac Apoſtolicas Conſtitutiones, eam præterum *Innocentii XII.* interdicuntur. *ibid.* n. 421.

Conventiones vero, & pactiones præfatæ poſt ſequutam electionem, ſeu poſtulationem initæ, exequi non poſſunt, niſi ad Summum Pontificem delatæ, ab ipſo approbatæ fuerint. *ibid.*

Conſtitutioni *Innocentianæ*, ſubjacent etiam Collegia, & Capitula Canoniſſarum, quæ in Germania, & Flandria exiſtunt. *ibid.*

Electus ad Prælaturam, ante confirmationem Apoſtolicam jus tantum habet eam proſequendi, ſed non poteſt dicere Prælaturam eſſe ſuam. T. 1. p. 71. n. 312.

Eoque in Curia ante confirmationem decedente, Prælatura non remanet Sedi Apoſtolicæ reſervata vigore *Cap. 2. de Præb. in 6.* *ibid.* n. 312. & 313.

Limita, ſi ante obitum electioni de ſe factæ in manibus Pontificis renunciaverit, & fuerit renunciatio admiſſa. *ibid.* n. 315.

Vid. V. Regula I. quoad I. reſervationem contentam in Extrav. ad Regim.

Electus, qui ante confirmationem, Beneficii poſſeſſionem adipiſcitur, an, & quando dicatur intruſus, ad effectum, ut inhabilis ad idem Beneficium obtinendum reddatur? *Vid. V. Intruſio, Intruſus.*

EMOLUMENTA.

Emolumenta, ſtatis temporibus dari conſueta Officialibus, debentur illis pro rata temporis ſervitii, ſi poſticipate ſolvantur; integra vero debentur iis, qui tempore diſtributionis in Officio ſunt, quando fit eorum ſolutio anticipate. T. 4. p. 147. n. 28.

Emolumenta debita Univerſitati, ſeu Collegio inter illius Officiales dividenda, percipi non poſſunt ab Officialibus, qui tempore diſtributionis non ſunt amplius de Univerſitate, aut Collegio, Secus, ſi debeantur illis uti ſingulis, quo caſu habetur ratio ad tempus, quo in Officio permanſerunt. *ibid.* n. 30.

Officialis diſpenſatus a reſidentia cum facultate percipiendi emolumenta ſolita Officii, percipere nequit ea emolumenta, quæ ſunt debita ratione laboris, & perſonalis ſervitii. T. 4. p. 150. n. 68.

Intellige ut *ibid.* n. 69.

Vid. V. Dataria Officiales. V. Munera. V. Salarium.

EMPHYTEUSIS.

Ad Bona emphyteutica Eccleſiarum, an poſſint Principes ſeculares legitimare? T. 4. p. 28. n. 66.

Illegitimus a Papa diſpenſatus ſuper defectu Natalium, an, & quando capax in ſucceſſionis in Bonis emphyteuticis Eccleſiarum? *Vid. V. Diſpenſatio ſuper defectu Natalium.*

EPISCOPATUS.

Epiſcopatus, juxta Canoniſtarum Sententiam, eſt verus Ordo ab Ordine Presbyteratus diſtinctus. T. 2. p. 328. n. 13.

Epiſcopatus, quam ætatem requirat de jure, & ex Concordatis Galliæ? *Vid. V. Epiſcopus quoad ætatem.*

Per promotionem ad Epiſcopatum Titularem, an, & quando vacent Beneficia? *Vid. V. Epiſcopi Titulares.*

Et, an Epiſcopatus Titularis, ſit cum alio Epiſcopato Titulari incompatibilis? T. 1. p. 126. n. 77. *Vid. eod. V.*

Epiſcopatus, an vacet per electionem Epiſcopi in Summum Pontificem? *Vid. V. Papa.*

Epiſcopatus plures ex diſpenſatione Apoſtolica obtineri in Germania permittitur. *Vid. V. Germania.*

De Jure Romanorum Pontificum providendi de Paſtoribus Epiſcopatus? *Vid. V. Eccleſiæ Epiſcopales. V. Epiſcopus quoad promotionem.*

EPISCOPUS.

De neceſſitate Epiſcopi callendi idioma loci ad cujus Cathedralem promovetur? *Vid. V. Reg. XX.*

In primitiva Eccleſia, Pontificibus annuentibus, quamplures Epiſcopi Succeſſores ſibi elegerunt, Epiſcopatu interim non abdicato. T. 3. p. 327. n. 25.

Epiſcopi, poſt eorum Conſecrationem, ſunt incapaces obtinendi Beneficia. T. 1. p. 126. n. 73.

Limita in Epiſcopis Titularibus. *ibid.* n. 74.

Beneficia ab Epiſcopo obtenta poſt promotionem, non ſunt reſervata. T. 1. p. 137. n. 194.

Epiſcopus non poteſt ſuo Epiſcopatu privari abſque legitima cauſa, & ſine citatione. T. 2. p. 231. n. 91.

Epiſcopi non comprehenduntur ſub Conſtitutionibus Apoſtolicis, præſertim in pœnalibus, niſi de iis expreſſa mentio fiat. T. 3. p. 376. n. 126.

Nec ſub exorbitanti, & odioſa diſpoſitione generaliter loquente de Clericis. T. 3. p. 199. n. 192.

Priſcis Eccleſiæ ſeculis, quando neceſſitas urgebat, ut duo eidem Cathedrali præficerentur Epiſcopi, altero defuncto, ſuperſtes Eccleſiæ Regimini ſolus præerat. Et referuntur exempla. T. 3. p. 47. n. 3.

Epiſcopi, an, & quomodo actus voluntariæ Juriſdictionis exercere poſſint in Urbe præſente Pontifice? *Vid. V. Juriſdictio.*

Si de morte Epiſcopi per longum tempus a Diœceſi abſentis certa notitia non habeatur, deputandus eſt Eccleſiæ Adminiſtrator, & ita alias ſervatum. Tom. 2. p. 275. n. 61.

Vid. V. Abſens.

Cauſæ criminales contra Epiſcopos, quæ depoſitione, aut privatione dignæ ſunt, inter majores præcipue numerantur. *Vid. V. Cauſæ majores.*

Et, an vigore Concordatorum Galliæ Cauſæ præfatæ Epiſcoporum illius Regionis debeant in prima Inſtantia Romæ cognoſci? *Vid. V. Gallia.*

Epiſcopus quoad Ætatem.

De Ætate in primis duodecim Eccleſiæ ſæculis requiſita pro Epiſcopatu obtinendo? T. 2. p. 328. n. 13.
Referuntur quamplurima exempla Virorum, qui Eccleſiæ primordiis ob vitæ Sanctitatem, valde Juvenes Eccleſiis Epiſcopalibus præfecti fuerunt. *ibid.* n. 14.
Et de abuſu, qui poſtea, deferveſcente Charitate, invaluit in præficiendo Eccleſiis Juvenes adhuc imberbes, & puerulos. T. 2. p. 329. n. 15.
Hodie ex Concilio Lateranenſi, ætas pro Epiſcopatu eſt annorum triginta. *ibid.* n. 16.
Et annus trigeſimus debet eſſe completus. *ibid.* num. 17. & 19.
Illeque numerari debet a die Nativitatis, non Baptiſmi. *ibid.* n. 18.
Ætas quoque annorum triginta completorum requiritur pro Coadjutore Epiſcopi cum futura ſucceſſione. *ibidem* numer. 20.
In promovendis ad Eccleſias Epiſcopales Galliarum, quæ ætas ſit neceſſaria? *Vid. V. Galliarum Concordatum.*
Ad Eccleſias Cathedrales, an poſtulari poſſit minor annorum viginti ſeptem? *Vid. V. Poſtulatio.*
Pontifices, quandoque diſpenſare ſolent ad effectum, ut minores triginta annis in Epiſcopos præfici valeant. T. 2. p. 330 n. 28.
Diſpenſatio aliquando indulgetur, ut Minor ante legitimam ætatem Eccleſiam Cathedralem in titulum obtinere, & munus conſecrationis recipere valeat. *ibid.* n. 29.
Et plura hujuſmodi Diſpenſationum referuntur exempla. *ibid.* num. 32.
Aliquando vero deſignatur Minor in futurum Eccleſiæ Præſulem *ex nunc*, poſtquam ad legitimam ætatem pervenerit, & Conſecrationis munus ſuſceperit. *ibid.* n. 30.
Referuntur exempla. T. 2. p. 333. n. 35.
Clemens XII. *Ludovicum* Hiſpaniarum Infantem *nonum* agentem annum, in futurum Eccleſiæ Toletanæ Præſulem deſignavit, & quomodo? T. 2. p. 337. †
Eumdemque *Ludovicum* in ætate decem & ſeptem annorum conſtitutum, SS.mus D. N. BENEDICTUS XIV. futurum Eccleſiæ Hiſpalen. Archiepiſcopum pariter deſignavit *ibid.*
Ante Concilium Tridentinum frequentes erant Minorum præfectiones in futuros Eccleſiarum Præſules, ſed hodie nonniſi ex magnis cauſis, & favore Minorum, qui ſint de familiis Magnorum Principum, & Sedis Apoſtolicæ benemeritis, explentur. T. 2. p. 332. n. 34.
Deſignationes, Minorum in futuros Eccleſiarum Præſules fieri ſolent per viam *Acceſſus*, & *Ingreſſus*. Et quid denotent *Acceſſus*, & *Ingreſſus*? Tom. 2. pag. 337. num. 36.
Acceſſus, & *Ingreſſus*, quemadmodum, & *Regreſſus*, licet a Tridentino prohibiti, ob Eccleſiæ tamen utilitatem, & neceſſitatem aliquando a Papa indulgentur. *ibid.* n. 37.
Apoſtolica Sedes deſignando Minorem in futurum Eccleſiæ Præſulem, etiam Adminiſtratores tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus deputare non omittit. *ibid.* n. 38.
Vid. V. Adminiſtratores Eccleſiarum Cathedralium.

Epiſcopus quoad ceſſionem Eccleſiæ.

Vacatio Eccleſiæ, quam dimittit Epiſcopus, incipit a tempore, quo ab illius vinculo abſolvitur in Conſiſtorio a Pontifice. T. 1. p. 227. n. 10.
Et habita notitia abſolutionis præfatæ, ſe abſtinere debet Epiſcopus ab exercitio ordinariæ Juriſdictionis, in qua ſuccedit Capitulum. *ibid.* n. 11.
Contrarium, quod vacatio Eccleſiæ incipit a die, quo Pontifex acceptavit dimiſſionem. *ibid.* n. 13. & 15.
Etiamſi Epiſcopus acceptationem præfatam ignoraverit. T. 1. p. 228. n. 21 p. 234. n. 65. p. 240. n. 117.
Traditur exemplum liberæ ceſſionis Eccleſiæ. T. 1. p. 228. n. 16.
Epiſcopus, qui Eccleſiæ renunciavit, poteſt in nonnullorum Sententia ante Succeſſoris adventum ordinariam exercere Juriſdictionem, ſed non Beneficia conferre. T. 1. p. 231. n. 46.
In proviſione Eccleſiæ dimiſſæ, non fit in Conſiſtorio abſolutio a vinculo Eccleſiæ, niſi ubi Epiſcopus eſt transferendus T. 1. p. 227. n. 14. & 15.
Fructus Epiſcopatus medio illo tempore, quod intercedit inter admiſſam a Papa Eccleſiæ renunciationem, & ſcientiam Epiſcopi, ad ipſum non ſpectant. T. 1. p. 228. n. 19. p. 234. n. 65.
Nec præfato intermedio tempore ad ipſum pertinet Beneficiorum collatio. T. 1. p. 228. n. 19 p. 234. n. 65 p. 240. n. 117.
Redditur ratio, quia valet argumentum a pertinentia fructuum ad pertinentiam collationis Beneficiorum. T. 1. p. 227. n. 9. p. 228. n. 18. & 20. p. 230. n. 40. p. 241. n. 133. p. 265. n. 398.
Eo prorſus modo, quo Epiſcopus translatus, a puncto translationis, titulum, & poſſeſſionem Eccleſiæ amittit, fructus non facit ſuos, nec Beneficia conferre poteſt. *Vid. V. Epiſcopus quoad Translationem.*
Et valet argumentum a Ceſſione ad Translationem de conſenſu factam, quæ in effectu eſt vera renunciatio. T. 1. p. 234. n. 66. p. 240. n. 118.
Petentes licentiam cedendi Epiſcopatui, ſi poſtea pœniteant, an, & quando ei cedere cogantur? diſtinguuntur plures caſus. T. 1. p. 228 n. 22.
Et juxta eorumdem caſuum diſtinctionem diſſeritur, an qui petiit renunciandi licentiam, poſſit, Beneficia poſtea vacantia conferre? *ibid.* n. 23.
Epiſcopi, ſi juſta aliqua cauſa ſubſit, poſſunt cenſura Eccleſiaſtica compelli ad renunciandum. T. 1. p. 229. n. 25.
Et creſcente ſententia, haberi debent, ac ſi vere renunciaſſent. *ibid.* n. 26.
Epiſcopi, etiamſi renunciare cogantur, adhuc eorum Renunciatio de libero conſenſu regiſtratur. Tom. 1. p. 228. n. 24.
Ceſſiones Eccleſiis Epiſcopalibus fieri non poſſunt, niſi in manibus Papæ. T. 1 p. 70 n. 304.
Renunciatio Eccleſiæ explota in manibus Capituli, eſt nulla, & pariter nulla Electio ſubſequuta. *ibid.* n. 305.
Non eſt tamen Capitulum privatum facultate eligendi, ſed poteſt privari. *ibid.*
Plures tamen Pontifices Capitulis Germaniæ indulſerunt, ut non obſtante ceſſione Eccleſiarum a ſuis Prælatis facta in Capitulorum manibus, poſſent ad novi Præſulis electionem procedere. *ibid.* n. 306.
Vid. V. Germania.

Epiſcopus quoad Coadjutorem, & Epiſcoporum Coadjutores.

Epiſcopi in remotis degentes, aut ſenes, ſeu ægritudine confecti, non poſſunt, niſi auctoritate Apoſtolica Coadjutores temporaneos ſibi eligere. Tom. 1. pag. 121. numer. 36.
Nec Metropolitanus Suffraganeo ſuo inhabili ad Pontificale munus exercendum, Coadjutorem temporalem propria auctoritate dare poteſt. *ibid.*
Epiſcopis etiam invitis, Pontifices aliquando juſtis de cauſis Coadjutores concedunt. T. 3 p. 340. n. 41.
Coadjutoria ſuper Epiſcopatu conceſſa in Germania, an cauſet affectionem, quæ impediat Capitularem electionem? *Vid. V. Affectio. V. Germania.*
Ex indulto Coadjutoribus Epiſcoporum retentione Beneficiorum, oritur favore Papæ illorum affectio T. 1. p. 132. n. 150.
Canonicatus, cujus retentio conceſſa fuit Coadjutori Epiſcopi, donec ſuus fuerit ſucceſſioni locus, an eo ſequuto, remaneat Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni affectus? & quid, ſi Coadjutor prædeceat Coadjuto? *Vid. V. Affectio*
De Decreto apponi hodie ſolito in Coadjutoriis ſuper Eccleſiis Epiſcopalibus Germaniæ, dum Coadjutori indulgetur retentio Beneficiorum, quæ obtinet, ad effectum, ut illa reſervata remaneant? *Vid. V. Germania.*
Ætas triginta annorum completorum requiritur pro Coadjutore Epiſcopi cum futura ſucceſſione. T. 2. p. 329. n. 15. *Vid. Verb. Suffraganei.*
Sed aliquando diſpenſare ſolet Apoſtolica Sedes, ut minores etiam triginta annis in Epiſcoporum Coadjutores deputentur. T. 2. p. 337. n. 38.
Præſertim in Germania, & referuntur exempla. *ibid.*
Vid. V. Epiſcopus quoad ætatem.
Coadjutor Epiſcopi cum futura ſucceſſione, non poteſt renuente Capitulo, Coadjutoriæ Literas publicare cum ſollemnitatibus illis peragi ſolitis, quando Epiſcopus Eccleſiæ poſſeſſionem adipiſcitur. T. 2. p. 251. n. 200.

Epiſcopus quoad collationem Beneficiorum.

Vid. V. Beneficia quoad collationem. Verb. Simultanea.

Bigantis in Reg. Cancellaria. Tom. IV.

Epiſcopus quoad Collationem SS. Ordinum.

Vid. V. Literæ Dimiſſoriales. V. Literæ Dimiſſoriales pro Ordinatione Regularium. V. Literæ Teſtimoniales. V. Ordo. V. Ordinarius ratione Beneficii. V. Ordinarius ratione Domicilii. V. Ordinarius ratione familiaritatis. V. Ordinarius ratione originis. V. Ordinarius vicinior pro collatione SS. Ordinum.

Epiſcopus quoad Conſecrationem.

Priſcis Eccleſiæ ſæculis, Epiſcopi in eorum Conſecratione Nomen in Baptiſmate acceptum ſibi mutare conſueverunt. T. 3. p. 143. n. 20.
Epiſcopo electo trimeſtre tempus eſt a jure præfixum ad munus Conſecrationis ſuſcipiendum. Tom. 2. pag. 314. n. 15.
Quod, ſi Epiſcopus electus non adhuc ſit Presbyter, Ordinationum tempora pro ſuſcipiendo Presbyteratu expectare tenetur, quamvis interim Trimeſtre præfatum labi contingat. *ibid.* & n. 14.
Conſecratio Epiſcoporum fieri poteſt die Dominico, & Natalitiis Apoſtolorum, ac etiam annuente Pontifice, feſtivo die. T. 2. p. 316. n. 28.
Et ſic priſcis etiam Eccleſiæ ſæculis ſervatum, & qua ratione? *ibid.* n. 30.
Epiſcopus electus, ſi Conſecrationis munus ſuſcipiat ante legitimam ætatem, pœnas a Conſtitutione *Pii II.* inflictas adverſus eos, qui ante ætatem legitimam ad Sac. Ordines promoventur, non incurrit. T. 2. p. 387. n. 25.
De quamplurimis exemplis factæ Epiſcopis a Sede Apoſtolica indulgentiæ, ſuſcipiendi munus Conſecrationis ante annum trigeſimum? *Vid. V. Epiſcopus quoad ætatem.*
Beneficia promoti ad Epiſcopatum, de Jure non vacant, niſi poſt Conſecrationem, licet aliter ſervetur de ſtylo Curiæ. *Vid. V. Regula I. quoad VII. reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.*

Epiſcopus quoad depoſitionem, & privationem.

In proviſione Eccleſiæ, a qua Epiſcopus fuit depoſitus, non fit in Conſiſtorio abſolutio ab illius vinculo, quæ ſolum expletur, ubi Epiſcopus eſt transferendus. T. 1. p. 227. n. 14.
In Depoſitione, abſolutio oritur a ſententia. *ibid.* n. 15.
Sententia depoſitionis Epiſcopi a Papa in Conſiſtorio emiſſa, afficit etiam ignorantem, itaut actus ab eo ignorante geſti, non ſubſiſtant. T. 1. p. 234. n. 63. p. 240. n. 119.
Cauſæ criminales contra Epiſcopos, quæ depoſitione, aut privatione dignæ ſunt, inter cauſas majores præcipue numerantur. T. 3. p. 194. n. 144. 146. p. 195. n. 152.
Vid. V. Cauſæ majores.
Et, an hujuſmodi Cauſarum cognitio, quoad Galliæ Epiſcopos, fieri debeat in partibus, vel potius Romæ vigore Concordatorum? *Vid. V. Germaniæ Concordata.*
Eccleſiæ, & Beneficia vacantia per depoſitionem Epiſcoporum, ſunt vigore *Extravag. ad Regimen* reſervata. *Vid. V. Regula I. quoad II. Reſervationem contentam in Extravag. ad Regim.*
Et, an hæc reſervatio dici poſſit clauſa in corpore juris? *Vid. eod. V.*
De quamplurimis exemplis Proviſionum Eccleſiarum vacantium ob privationem a Pontificibus expletarum? *Vid. eod. V. Verb. Germania.*

Epiſcopus quoad promotionem.

Poteſtas creandi ordinario, & pleno jure Epiſcopos, ad Romanum Pontificem, uti Paſtorem univerſalem, & Chriſti Vicarium ſolummodo ſpectat. Tom. 1. p. 122. n. 33.
Et poteſtas hæc adeo fuit privativa in *D. Petro*, ut cœteri Apoſtoli Epiſcopos per totum Orbem, nonniſi poteſtate extraordinaria, & delegata, quæ cum ipſis expiravit, creaverint. *ibid.*
Proviſiones, quas explet Archiepiſcopus *Salisburgenſis* de quatuor Eccleſiis Epiſcopalibus ſibi Suffraganeis, non jure Metropolitico, ſed delegato Sedis Apoſtolicæ explentur. *Vid. V. Archiepiſcopus Salisburgenſis. Verb. Metropolitanus.*
De ſimili Indulto pro Archiepiſcopis *Mexicanis* petito, ad effectum providendi de Paſtore Eccleſiam *de Manile* in Inſulis Philippinis; & quid a Sac. Congregatione Conſiſtoriali reſolutum? T. 1. p. 185. n. 49. & 71.
Referuntur quamplurima exempla indultæ Epiſcopis a Seda Apoſtolica facultatis alios Epiſcopos creandi. *ibid.* n. 70. *Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales.*
Promotus ad Epiſcopatum non adhuc Presbyter, Ordinationum tempora pro ſuſcipiendo Presbyteratu expectare debet, quamvis interim labi contingat Trimeſtre ad munus Conſecrationis ſuſcipiendum Epiſcopis a jure præfixum. T. 2. p. 314. n. 14. & 15.
Nec priſcis Eccleſiæ ſæculis a Pontificibus permiſſum, ut Epiſcopi non adhuc Sacerdotes electi, ad Sacerdotium extra Ordinationum tempora promoverentur. *ibid.* n. 16.
Traditur formula, qua non Sacerdos ad Epiſcopalem Eccleſiam promovetur. *ibid.* n. 17.
Vid. V. Epiſcopus quoad Conſecrationem. Ordinatio quoad tempora in quibus peragi debet.
Epiſcopus promotus ad Eccleſiam Epiſcopalem non adhuc vacantem, an efficiatur inhabilis ad alias Eccleſias aſſequendas? *Vid. V. Regula XXI.*
Per Promotionem ad Eccleſias Epiſcopales, quando vacent Beneficia per Promotos obtenta, illorumque reſervatione? *Vid. V. Regula I. quoad VII. reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.*
Et, an vacent Beneficia obtenta per Promotos ab Archiepiſcopo Salisburgenſi ad quatuor Eccleſias Epiſcopales, quas ex Indulto Apoſtolico pleno Jure providet? *Vid. eod. V. & Verb. Archiepiſcopus Salisburgenſis.*
De ſtylo Sedis Apoſtolicæ concedendi Promotis ad Eccleſias Epiſcopales Indultum retinendi Beneficia, ſive ſimplicia, ſive reſidentialia, tam in Italia, quam in aliis Regionibus. *Vid. Reg. I. quoad VII. reſervationem &c. & V. Germania. V. Gallia.*
Epiſcopo ſpoliato Beneficiis, quæ ante Promotionem obtinebat, non datur reintegratio, niſi oſtendat Gratiam retentionis. T. 1. p. 119. n. 3.
Conceſſa Epiſcopo retentione compatibilium, an ſub ea comprehendantur Beneficia de Jurepatr. Laicali, maxime ſi ſint de Jurepatr. Regio? *ibid. Vid. V. Reg. I. quoad VII. reſervationem contentam in Extravag. ad Regim.*
Beneficia promoti ad Epiſcopatum, non ſunt vigore Promotionis reſervata, quia Epiſcopatus non inducit reſervationem, ſed incompatibilitatem. T. 1. p. 106. n. 205.
Sed ideo ſunt reſervata, quia Papa data eorum retentione, manus apponit, unde oritur affectio. *ibid.* n. 206.
Per promotionem ad Epiſcopatum, an ceſſent Penſiones? *Vid. V. Reg. I. quoad VII. reſervationem contentam in Extravag. ad Regim.*
Et, an ceſſet Indultum eas transferendi, quo Promotus antea gaudebat? *Vid. V. Penſio quoad translationem.*
Per promotionem ad Epiſcopatum Titularem, an vacent Beneficia? *Vid. V. Epiſcopus Titularis.*
De examine ſubeundo a promovendis ad Eccleſias Epiſcopales Italiæ, Inſularumque adjacentium?
Vid. V. Epiſcopus quoad ſcientiam.

Epiſcopus Regularis.

Epiſcopi Regulares poſſunt de fructibus ſuarum Eccleſiarum inter vivos diſponere. T. 3. p. 326. n. 237.
Vid. V. Regulares Beneficiati.
Canonici Regulares ad Epiſcopatus promoti, tam in Sacello Pontificio, quam extra, utuntur Habitu ejuſdem coloris, & formæ, quem Epiſcopi ſeculares adhibent. T. 3. p. 280. n. 152.
Contrarium. *ibid.* n. 153.

Epiſcopus quoad Scientiam.

Epiſcopi ea doctrinæ, ac ſcientiæ copia abundare debent, qua dignitas Epiſcopalis eget. T. 2. p. 263. num. 30.
Mediocris doctrina non mediocribus ornata virtutibus, Epiſcopis non officit. *ibid.* n. 31.
Epiſcopi debent eſſe in latina lingua periti. *ibid.* n. 32.
Et ob latinæ linguæ imperitiam, *Gulimerus* rejectus fuit ab Archiepiſcopatu Rhemenſi, ad quem fuerat electus. *ibid.* n. 33.
Honorius III. ab adminiſtratione Eccleſiæ amovit Epiſcopum, qui Grammaticam non didicerat, nec legerat *Donatum.* *ibid.* n. 34.
Hodie, vix dari poteſt caſus, quod ob defectum ſcientiæ quis excludatur ab Epiſcopatu. *ibid.* n. 35.
Clemens VIII. Congregationem inſtituit Examinis coram Pontifice ſubeundi a promovendis ad Eccleſias Epiſcopales Italiæ, Inſularumque adjacentium. *ibid.* n. 36.
Examen hujuſmodi ſubire tenentur etiam Examinatores ipſi Epiſcoporum. *ibid.* n. 37.
Sed ab acceſſu ad Urbem, & examine ſubeundo, ſan. mem. *Innocentius XII.* exemit Epiſcopos promovendos ad Eccleſias de novo erigendas in Provinciis a Turcarum tyrannida armis Reipublicæ Venetæ liberatis. T. 1. p. 178. n. 29. T. 2. p. 263. n. 38.

Inſtructio

Inſtructio de qualitatibus, & ſcientia promovendorum ad Cathedrales extra Italiam, Inſulaſque adjacentes, a quibus ſit ſumenda? T. 2. p. 263. n. 39.
Neminem ex capite ignorantiæ fuiſſe ab Epiſcopatu dejectum, & ſuo tempore, & priſcis etiam temporibus, teſtatur *Fagnanus*. *ibid.* n. 40.
Sed tempore *Clementis XI.* excluſus fuit ab Epiſcopatu electus ad illum ob linguæ Latinæ ignorantiam. *ibidem* n. 41.

Vid. V. Lingua Latina. Verb. Regula XX.

Epiſcopus Suffraganeus.

Vid. V. Suffraganeus.

Epiſcopus Titularis.

Per Promotionem ad Epiſcopatum Titularem, non vacant Beneficia, nec ea remanent Sedi Apoſtolicæ reſervata. T. 1. p. 126. n. 69. & 71. p. 137. n. 198.
Vacant tamen de ſtricto Juris rigore, quia Epiſcopatus Titularis eſt vere Epiſcopatus. T. 1. p. 126. n. 70.
Solent Pontifices quandoque decernere, ut Beneficia Promoti ad Eccleſiam Titularem vacent *eo ipſo. ibid.* p. 138. n. 225.
Si contingat Populum Eccleſiæ Titularis ad fidem Catholicam converti, & Epiſcopum ad reſidendum in ea accedere, Beneficia per ipſum obtenta cenſerentur vacare per promotionem, & eſſent reſervata. T. 1. p. 137. n. 198.
Et redditur ratio. T. 1. p. 138. n. 216 & ſeqq.
Epiſcopi Titulares non indigent diſpenſatione pro retinendis Beneficiis obtentis, & ſi conceditur, ad uberiorem cauthelam indulta cenſetur. T. 1. p. 126. n. 71.
Epiſcopi poſt eorum Conſecrationem, licet ſint incapaces obtinendi Beneficia, ea tamen obtinere poſſunt Epiſcopi Titulares. *ibid.* n. 74.
Epiſcopatus Titularis, an ſit cum alio Titulari Epiſcopatu incompatibilis? *ibid.* n. 77.
Epiſcopus Titularis, dum ad alium Epiſcopatum Titularem transfertur, ſolet hodie abſolvi a vinculo quo prioris Eccleſiæ tenebatur. *ibid.* n. 78.
Per deputationem Epiſcopi Titularis ad exercendum Suffraganei munus in aliqua Diœceſi, an vacent Beneficia reſidentialia per ipſum obtenta? Et, an & quando Apoſtolica Sedes eorumdem Beneficiorum retentionem concedere ſoleat? *Vid. V. Suffraganeus.*
Epiſcopus Titularis, an poſſit Beneficia obtenta reſignare, cedere, aut permutare, intra tempus Proviſionis & Promotionis ad Eccleſiam Titularem contra cenſuram Regulæ XXVI. *Vid. V. Reg. XXVI.*
Et quid, ſi deputetur in Suffraganeum cum Decreto, quod Beneficia per ipſum obtenta, vacent *ipſo Iure*, an ante expeditionem Suffraganeatus illa cedere, reſignare, aut permutare poſſit? *Vid. Verb. Suffraganeus.*

Epiſcopus quoad Tranſlationem.

Epiſcoporum Tranſlationes de una ad aliam Eccleſiam, a quo tempore per Sedem Apoſtolicam fieri cœperint? T. 1. p. 82. n. 11.
Exſcribitur formula Tranſlationis Epiſcopi ab una ad alteram Eccleſiam. T. 1. p. 229. n. 28.
Tranſlatio Epiſcopi ad aliam Eccleſiam propter illius neceſſitatem, vel utilitatem expleta, ſtatim abſque illius conſenſu, & acceptatione, inducit ſolutionem a vinculo prioris Eccleſiæ, ſecus ſi facta fuerit ob meritum Perſonæ. T. 1. p. 96. n. 77.
Eccleſia, a qua volens transfertur Epiſcopus, vacat ab eo tempore, quo idem Epiſcopus ab illius vinculo abſolvitur in Conſiſtorio Sanctitatis Suæ, etiam ante expeditionem Litterarum Apoſtolicarum, vel adeptam poſſeſſionem ſecundæ Eccleſiæ. T. 1. p. 229. n. 29. & 30 p. 230. n. 33. 34 35 40. & 41. p. 237 n. 89. p. 241. n. 134.
Amplia, ut vacare cenſeatur, etiamſi Tranſlatus abſolutionem præfatam ignoret. T. 1. p. 234. n. 62. p. 239. n. 109. 111. & 113. p. 241. n. 134.
Et cenſetur quoad Eccleſiam, a qua fuit tranſlatus, civiliter mortuus. T. 1. p. 230. n. 36. & 37.
Hinc Epiſcopus a puncto, quo eſt abſolutus a vinculo prioris Eccleſiæ, nedum illius titulum, ſed etiam poſſeſſionem tam civilem, quam naturalem amittit, & donec Eccleſiæ, ad quam eſt tranſlatus, poſſeſſionem adipiſcatur, nullum poſſidet Epiſcopatum. T. 1. pag. 235. n. 76. p. 236 n. 87. & 91.
Epiſcopus tranſlatus, a die abſolutionis a vinculo factæ in Conſiſtorio, non facit amplius ſuos fructus prioris Eccleſiæ, & perceptos reſtituere tenetur. Tom. 1. p. 230. num. 38. p. 233. num. 58. pag. 235. n. 76. p. 236 n. 87. & 1.
Conſequitur tamen de jure ab eadem die fructus ſecundæ Eccleſiæ, ad quam eſt tranſlatus. Tom. 1. p. 230 n. 39. p. 236. n. 88.
Maxime juxta conſuetudinem vigentem in Hiſpaniis. T. 1. p. 230. n. 39. & 42. p. 235. n. 81. & p. 241. n. 134.
Epiſcopus tranſlatus nequit amplius a momento, quo abſolutus fuit a vinculo prioris Eccleſiæ, Beneficia vacantia conferre, ſed ea remanent Sedi Apoſtolicæ vigore Regulæ II. reſervata. *Vid. V. Regula II. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali, vel Abbatiali vacante, uſque ad promotionem Succeſſorum &c.*
Et ſic ſervatur etiam in Hiſpaniis. T. 1. p. 235. n. 81.
Limita, ſi immemorabilis vigeat conſuetudo quod Beneficia a tranſlatis collata fuerint uſque ad tempus adeptæ pacificæ poſſeſſionis ſecundæ Eccleſiæ. Tom. 1. pag. 241. n. 135. 138. & 141.
Et hoc jure vivitur in Gallia. T. 1. p. 242. n. 140.
Contrarium, quod immemorabilis non ſuffragetur, & quare? T. 1. p. 241. n. 136.
Collatio Beneficii expleta ab Epiſcopo poſt abſolutionem a vinculo Eccleſiæ, ſuſtineri nequit ratione bonæ fidei, & ignorantiæ abſolutionis præfatæ. T. 1. p. 233. n. 60. p. 234. n. 63. p. 240. n. 120. p. 241. n. 129.
Maxime, ſi agatur non de reſcindenda proviſione jam facta, ſed ſolum, an Turnus ſit imputandus ipſi Prælato putativo, vel potius Capitulo, quod ſimultanee contulit. T. 1. p. 234 n. 66. p. 235. n. 78. p. 240. n. 125.
Epiſcopus poſt tranſlationem, exercere non poteſt ea, quæ ſpectant ad legem Diœceſanam. T. 1. p. 233. n. 58.
Rite tamen exercet uſque ad illius notitiam Juriſdictionem, quæ in ſuſpenſo ſtare non poteſt. T. 1. pag. 235. n. 77. & p. 233. n. 58. & p. 237. n. 94.
Exemplo Proconſulis, qui finito Officio manet in Provincia ad publicam utilitatem pro explicandis negociis publicis, quæ ſtare non poſſunt in ſuſpenſo. T. 1. p. 237. n. 93.
Aſſignatur differentia inter Juriſdictionem ordinariam, & jus conferendi Beneficia, & cur Epiſcopus tranſlatus ante notitiam ſuæ abſolutionis a vinculo prioris Eccleſiæ, Juriſdictionem exerceat, ſed Beneficia conferre non poſſit? T. 1 p. 233. n. 59. & p. 237. n. 95.
Geſta per Vicarium Generalem poſt tranſlationem Epiſcopi, etſi ignoratam, non ſubſiſtentur, & quare? T. 1. p. 235 n. 74. & p. 240. n. 121.
Si Epiſcopus de una ad aliam Eccleſiam transferatur, debentur primæ Eccleſiæ bona illius intuitu, & ex illius fructibus quæſita. T. 2 p. 305. n. 123.
Per tranſlationem Epiſcopi ab una ad aliam Eccleſiam, vacant Beneficia per ipſum obtenta, & ſunt vigore *Extrav. ad Regim.* Apoſtolicæ Sedi reſervata. *Vid. V. Reg. I. quoad II. reſervationem contentam in Extrav. ad Regim.*
Et novam acceptare debet Alternativam pro novo Epiſcopatu, ſi ea uti velit. T. 2. p. 232. n. 15.
Epiſcopus, cui in promotione conceſſa fuit retentio Beneficiorum compatibilium obtentorum, ſi ad aliam transferatur Eccleſiam, an indigeat novo retentionis Indulto? *Vid. V. Reg. I. quoad VII. reſervationem contentam in Extrav. ad Regim.*

Epiſcopi aſſiſtentes.

Transferre non poſſunt vigore Indulti transferendi Penſiones, quo gaudent, Penſiones alias tranſlatas. T. 3 p. 372. n. 66.
Creare poſſunt Protonotarios Apoſtolicos. *ibid.* n. 45.

EQUITES.

Equites Militiarum Chriſti, S. Jacobi de Spata, S. Jo. Hieroſolymitani, SS. Mauritii, & Lazari, S. Stephani, &c.

Vid. V. Ordines Militares.

Equites Lauretani, Pii &c.

Vid. V. Milites Lauretani, & Pii.

Equites levis Armaturæ.

Vid. V. Penſio quoad extinctionem. V. Penſio quoad revalidationem.

ERROR COMMUNIS.

Diſpoſitio *L. Barbarius ff. de Offic. Prætor.* locum non habet contra Conſtitutiones Pontificias *Decreto irritanti* munitas. T. 1. p. 234. n. 68. & p. 240. n. 123.

Nec quando Titulus reducitur ad non titulum. T. 1. p. 234. n. 69.

Minaſque in iis, quæ geruntur ut a privato ratione proprii, & non ratione publici Officii. *ibid.* n. 72. & p. 240. n. 125.

Locum tamen ſibi vindicat ejuſdem *Textus* diſpoſitio, quando movetur quæſtio pro expellendo Proviſum de Beneficio a Prælato putativo. T. 1. p. 234. n. 70. & p. 240. n. 124.

Limita, ſi concurrat alter habens titulum a vero Prælato, nam præfertur habenti a Prælato præſumpto, & putativo, qui non debet veritati & tertio præjudicare. T. 1. p. 234. n. 71. & p. 240. n. 126. 127. & 128.
Vid. V. Titulus.

Diſpoſitio *leg. Barbarius* non ſuffragatur Epiſcopo tranſlato poſtquam a vinculo prioris Eccleſiæ abſolutus fuit in Conſiſtorio, ut fructus poſt dictam tranſlationem perceptos, retinere valeat, etiamſi præfatam abſolutionem ignoraret. T. 1. p. 240. n. 126.

Minuſque ſuffragatur Proviſo ab eodem de Beneficio. *Vid. V. Regula II. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali &c.*

Diſpoſitio *Legis Barbarius* procedit etiam in materia ſpirituali. T. 4. p. 49. n. 9. *Vid. V. Abſolutio a Reſervatis. V. Votorum commutatio.*

EUNUCHUS.

Qui cauſa conſervandi vocem evirari ſe faciunt, ſunt irregulares. T. 3. p. 375. num. 116.

EXAMEN.

De examine Ordinandorum, etiam Regularium ab Epiſcopo facienda? *Vid. V. Ordinandi quoad examen.*

De examine coram Examinatoribus Urbis ſubeundo ab Exteris in Urbe commorantibus, ad effectum, ut poſſint extra Urbem cum Literis Dimiſſorialibus ſuorum Ordinariorum ad Sacros Ordines promoveri? *Vid. V. Litteræ Dimiſſoriales.*

Cardinales Epiſcopi, aliique Ordinarii Collatores committere poſſunt Examen ad Eccleſias Parochiales ſuarum Diœceſum, quæ ſint de Jurepatr. Examinatoribus Urbis, ſi ad illas præſentati ſint *in Curia* præſentes. T. 2. p. 14. n. 51.

De examine Promovendorum ad Eccleſias Epiſcopales. *Vid. V. Epiſcopus quoad ſcientiam.*

EXCEPTIO.

Exceptio a Regula operatur, ac ſi illa quoad caſum exceptum non emanaſſet. T. 3. p. 134. n. 46.

Exceptio, ſeu limitatio Conſtitutioni exorbitantis a jure, late interpretari debet, ad effectum, ut Conſtitutio ipſa minus a jure exorbitet. *ibid.* n. 39.

Caſus exceptus non recipit innovationem a diſpoſitione a qua excipitur, ſed remanet in eodem ſtatu, in quo prius reperiebatur. T. 1. p. 294. n. 18.

EXCOMMUNICATIO.

De excommunicatione, quam incurrunt falſificantes Litteras, & Supplicationes Apoſtolicas, ſive a Papa ſignatas, ſive a Vice-Cancellario, aut gerentibus vices eorum. *Vid. Verb. Falſificatio.*

Appellatio interpoſita a citatione ad *dicendum Cauſam quare &c.* vel a comminatione declaratoriæ incurſus in excommunicationem; aut a ſententia excommunicationis, ſive a ſententia declaratoria incurſus in excommunicationem, an ad utrumque effectum ſuſpenſivum ſc. & devolutivum admitti debeat? *Vid. V. Appellatio ab excommunicatione.*

EXCOMMUNICATUS.

Excommunicatus, de jure incapax eſt Beneficiorum. T. 4. p. 134. n. 4.

Etiamſi a Confeſſario abſolvatur vigore Bullæ Cruciatæ, aut Jubilei. *ibid.* n. 5.

Sed redditur capax vigore Clauſulæ *Abſolventes*, quæ in Litteris Apoſtolicis proviſionis Beneficii adjici ſolet vigore Regulæ LXVI. T. 4. p. 134. n. 6.

Clauſula tamen præfata ei non ſuffragatur, ſi per annum in Cenſuris inſorduerit. T. 4. p. 135. n. 16.

Et ad effectum contrahendi inſordeſcentiam, quæ requirantur? *Vid. V. Inſordeſcentia.*

Excommunicatus nequit vigore dictæ clauſulæ Beneficii fructus ſuos facere, celebrare, Divinis intereſſe, ad Ordines promoveri, aut aliud Beneficium aſſequi, ſi novam pro hujuſmodi effectibus non obtineat abſolutionem. T. 4. p. 135. n. 11.
Vid. V. Regula LXVI.

Excommunicatus, ſi in Ordinibus miniſtraverit, poterit declarari Irregularis. T. 4. p. 139. n. 69.

Et ſi in Irregularitate celebraverit, erit ab Ordine deponendus. *ibid.* n. 70.

Excommunicatus miniſtrando in Ordinibus incurrit Irregularitatem, quamvis a Sententia excommunicationis appellaverit. T. 4. p. 138. n. 54.

Amplia, etiamſi contenderet, ſe nulliter, & injuſte excommunicatum, niſi excommunicationis Sententia ſit manifeſte erronea. *ibid.* n. 55.

Excommunicatus a Judice, ſi contendat Sententiam eſſe nullam, non prohibetur audiri, quamvis abſolutionem nec pure, nec ad cauthelam petierit. T. 4. p. 139. n. 66.

Et probata Sententiæ nullitate, non indiget amplius abſolutione. *ibid.* n. 67.

Excommunicatus, quamvis Sententia excommunicationis ſit *ipſo jure* nulla, ſi celebret cum ſcandalo Populi, peccat mortaliter, & poteſt ordinaria pœna puniri. T. 4. p. 138. n. 56. & 57.

Excommunicatus denunciatus, & evitandus, an gaudeat favore Regulæ de Triennali? *Vid. V. Regula XXXVI.*

EXCUSATUM.

Vid. V. Subſidium, & Excuſatum.

EXEQUUTORES APOSTOLICI.

Exequutores Apoſtolici, ſive Judices delegati, an teneantur ab Epiſcopis requiſiti Litteras Apoſtolicas ante earum exequutionem in Cancellaria Epiſcopali exhibere? T. 3. p. 400. n. 66. & plurib ſeqq.

Referuntur quamplurimæ Pontificum Conſtitutiones, quibus ſancitum fuit, Exequutores Litterarum Apoſtolicarum abſque Reſcripto *vidimus*, ſeu *placet*, ac etiam licentia, ſeu aſſenſu quorumcumque Prælatorum, libere eaſdem Litteras exequi poſſe, & debere. T. 3. p. 401. n. 74. & 75.

Signatura Juſtitiæ mutare poteſt Exequutores datos in Litteris in forma Gratioſa expeditis. Tom. 3. p. 399. n. 48. & 51.

Et nedum ad inſtantiam Proviſi Apoſtolici, ſed etiam Collitigantis. *ibid.* n. 50.

Maxime, ſi Litteræ Exequutori præſentatæ non fuerint. *ibid.* n. 52.

Exequutores præfati mutari poſſunt in Cancellaria per Reſcriptum *Corrige.* *ibid.* n. 49.

Signatura Juſtitiæ Exequutores a Papa datos in Litteris expeditis in forma *Dignum*, ſive antiqua, ſive noviſſima, mutare non poteſt. Et quare? *ibid.* n. 53. & 54.

Certus Exequutor, puta Ordinarius vicinior a Papa in Supplicatione datus, nequit a Cancellaria mutari. Tom. 3. p. 400. n. 55.

Certus Exequutor datur a Papa in Supplicationibus, quando Litteræ expediri debent in forma *Dignum*, ſeu Commiſſaria, ſecus ſi in forma *Gratioſa*; & quomodo iſtarum reſpectu dentur Exequutores? Tom. 3. p. 397. n. 2. & 3. p. 398. n. 24. p. 399. n. 34.

Si in Supplicatione manu Pontificis, vel de ejus mandato ſignata, detur certus Judex, in Litteris poſtea expediendis fieri debet expreſſio, quod idem Judex *exequutionem faciat per ſe ipſum*, ut diſponit Regula XLVIII. *Vid. V. Reg. XLVIII.*

Et, an dictæ Regulæ diſpoſitio procedat tam ſi Litteræ expediantur in forma *Dignum*, quam in forma *Gratioſa*? *Vid. ead. V.*

Exequutor datus in Litteris in forma *Dignum* cum expreſſione, quod *per ſeipſum procedat*, non poteſt alterum ſubdelegare. T. 3. p. 397. n. 8. & p. 398. n. 19. & 20.

Contrarium. T. 3. p. 397. n. 13. & 15.

Exequutores in Litteris Apoſtolicis jam datos, difficillime Pontifices mutare ſolent. T. 3. p. 400. n. 58.

Et de caſibus, in quibus concedi ſoleat eorum mutatio? Remiſſive. *ibid.* n. 60.

Litteras Apoſtolicas, quæ ſint Vicario directæ, an exequi poſſit Epiſcopus? *Vid. Verb. Litteræ Apoſtolicæ quoad exequutionem.*

Litteras in quibus certus datus eſt Exequutor, an exequi poſſit A. C. vel Auditor Rotæ? *Vid. V. Auditor Cameræ. V. Auditor Rotæ.*
Exequutores Apoſtolici Litterarum proviſionis Beneficii Regularis expletæ favore ſecularis, qui habitum recipere, & Profeſſionem emittere intendat, an poſſint Profeſſionem recipere, etiam anno probationis non elapſo? *Vid. V. Reg. LIX.*
Beneficii poſſeſſione vacua exiſtente, Exequutor Apoſtolicus Pontificiæ proviſionis neminem citare tenetur, nec aſſumere partes Judicis. T. 3. p. 263. n. 7.
Maxime, ſi Litteræ Apoſtolicæ ſint expeditæ in forma gratioſa. *ibidem* 8.
Œconomus Eccleſiæ Parochialis vacantis, citari non debet in exequutione Litterarum illius, qui in titulum de ea proviſus fuit. *ibid.* n. 9.
Citatio Poſſeſſoris neceſſaria non eſt, ubi conſtat ei obſtare Decretum irritans. *ibid.* n. 11.
Exequutores deputati in Literis, in quibus adeſt clauſula, *ſi eſt ita*, aut clauſula *Conſtito &c.* partes Judicis aſſumere, & cauſæ cognitionem adhibere tenetur. *Vid. V. Reg. LXI.*
Et quid, ſi Gratia commiſſa fuerit ejus arbitrio cum clauſula — *Si Tibi videbitur*, aut *Conſcientiam tuam onerando &c.*? *Vid. eod. V.*
Neceſſaria eſt partis citatio, ſi Litteræ proviſionis Beneficii expeditæ fuerint *certo modo*, ob non reſidentiam nempe, ob non publicationem Reſignationis &c. T. 4. p. 116. n. 29.
Exequutor Apoſtolicus non poteſt in parte exequi, & in parte non Litteras Apoſtolicas, quæ in ſubſtantia a Supplicatione ſunt difformes, ſed eas dimittere debet ad Officiales Cancellariæ pro correctione. T. 2. p. 138. n. 15. *Vid. V. Litteræ Apoſtolicæ quoad correctionem.*
Exequutores Apoſtolici exequi non poſſunt Litteras Apoſtolicas infra annum. Prædeceſſore Pontifice vivente, expeditas, ſed ante illius obitum ipſis non præſentatas. *Vid. V. Reg. XII.*
Et, an poſſint illas, vivente Pontifice ſibi præſentatas, exequi? *Vid. eod. V.*
Diſpenſationes Matrimoniales ante obitum Pontificis ſibi non præſentatas, an exequi valeat Sede Apoſtolica vacante? *Vid. eod. V.*
Et, an exequi poſſint Gratiam, ſi in *evidentem*. *Vid. eod. V.* *Vid. V. Auditor Cameræ. V. Auditores Rotæ. V. Delegatia, & Delegatus. V. Litteræ Apoſtolicæ quoad exequutionem. V. Reg. XLVIII.*

EXPECTATIVÆ.

Quid tempore *Pauli II.* actum fuit pro Expectativis ad Beneficia concedendis, vel denegandis? Tom. 3. p. 12. num. 3.
Expectativæ, & Gratiæ ad Beneficia vacatura, ſublatæ manent per Concil. Tridentinum. *ibid.* n. 4.
Et ob id, an ſuperfluæ videantur Reg. XXVI. LVIII. & LXII. Cancellariæ? *Vid. V. Reg. XXVI. Verb. Reg. LVIII. Verb. Reg. LXII.*
Expectativas, etſi a Concilio ſublatas, poſſunt hodie Pontifices concedere, ſi velint. T. 3. p. 12. n. 8.
Et nonnullas conceſſere *Gregorius XIV.* & *Sixtus V.* *ibid.* n. 9. & 10.
Tempore *Clementis VIII.* diſcuſſum, an congruum eſſet Expectativas a *Gregorio*, & *Sixto* conceſſas, revocare, & quid reſolutum? *ibid* n. 11.
Expectativam quoque ad Canonicatum primo vacaturum indulſit *Gregorius XV.* *ibid* n. 12.
Sed hac poteſtate num quam uti voluit *S. Pius V.* & quid Regi Poloniæ, non ſemel, ſed bis, pro conceſſione Expectativarum ſupplicanti, reſcripſerit? *ibid.* n. 13.
Acceſſus, & *Regreſſus* ad Beneficia, ſpeciem præſeferunt Expectativæ, & ſunt etiam favore Cardinalium a Concilio Tridentino prohibiti. T. 3. p. 24. n. 155. & 156. *Vid. V. Acceſſus. V. Regreſſus.*
Preces primariæ a Sede Apoſtolica Imperatoribus electis concedi ſolitæ, an naturam Gratiæ Expectativæ ſortiantur, & ſint per Concilium Tridentinum revocatæ? *Vid. V. Primariæ preces.*
Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione, an ſint loco Expectativarum ſubrogatæ, illarumque naturam ſapiant? *Vid. V. Coadjutoria.*

EXTERI.

Clerici exteri in Urbe commorantes, ex Edicto *Clementis VIII.* ab *Alexandro VII.* confirmato, non poſſunt extra Urbem cum Litteris Dimiſſorialibus ſuorum Ordinariorum ad Ordines promoveri abſque præviis examine coram Examinatoribus Urbis ſubeundo, & licentia Cardinalis Vicarii. T. 2. p. 364. n. 177. p. 365. n. 180.
Et de pœnis, quas incurrunt Edicto *Clementino* contravenientes? *ibid.*
Clerici prædicti accedentes ad proprium Ordinarium pro Ordinatione abſque dicto examine, vel in eo reprobati, an ſubjaceant pœnis præfatis. *Vid. V. Litteræ Dimiſſoriales.*
Exteri a Magiſtratu Civitate donati, an veniant ſub nomine Civium ad effectum, ut capaces ſint Beneficiorum, quæ ex Indulto Apoſtolico *ſolis Civibus* debentur? *Vid. V. Civis ex Privilegio. V. Beneficia Urbis.*
Exteris in pari Data, Indigenæ præferri debent pro aſſequutione Beneficii. *Vid. Verb. Beneficia quoad Prælationem.*
Conſtitutiones Principum Secularium, excludentes Exteros ab aſſequutione Beneficiorum alicujus Regni, Provinciæ, vel Civitatis, nullæ prorſus, & irritæ ſunt, ſi Privilegio Apoſtolico non ſint munitæ. *Vid. eod. V.*

EXTRAVAGANTES.

Extravagantes tam communes, tum *Joannis XXII.* Juris Canonici Corpus, & ipſæ efformant. T. 1. p. 13. n. 45.
Reſervationes tamen in eis contentæ, an dicantur clauſæ in corpore juris? *Vid. V. Reſervatio clauſa in corpore juris.*
Extravag. ad Regim. fuit temporalis, illiuſque diſpoſitio a quolibet Pontifice innovatur in Regula I. Cancellariæ. T. 1. p. 41. n. 1. & 2. p. 44. n. 30. p. 78. n. 386.
Emanavit pro declaratione, tam *Cap. 2. de Præbend. in 6.* quam *Extravag. ex Debito.* T. 1. p. 44. n. 29.
Extrav. præfatæ diſpoſitio, an deroget Decretali in *Cap. Si Apoſtolica, de Præben. Vid. V. Parochiales quoad Reſervationes.*
Extravag. ad Regim. licet materialiter una, continet tamen diverſas, & diſtinctas reſervationes. Tom. 1. pag. 277. num. 52.
Et quænam illæ ſint? *Vid. V. Regul. I.*
Reſervationes præfatæ ſunt quaſi rudimenta Regularum Cancellariæ. T. 1. p. 5. n. 12.
Et ſunt favorabiliter interpretandæ. T. 1. p. 109. n. 158.
Maxime ubi agitur non contra Ordinarios, ſed contra Cardinales Indultarios. *ibid.*
Extravag. ad Romani, qua decernitur Beneficia per Pontificem reſervata, ſemper reſervata remanere, etiam ſi iis cura Animarum immineat, nec ab Ordinariis poſt Pontificis obitum conferri poſſe, procedit in Dignitatibus, & Præbendis Curatis, ſecus in Parochialibus. T. 2. p. 148. n. 30. & ſeq. *Vid. V. Beneficia Curata.*
Et, an per dictam *Extravag.* ſit correcta diſpoſitio Decretalis in *Cap. Si Apoſtolica, de Præb. in 6. Vid. V. Parochiales quoad Reſervationes.*
Extravagant. Cum Mathæus de Hæretic. & Divina in eminenti, de Priv. eximunt Sedis Apoſtolicæ Officiales a Juriſdictione Ordinariorum. T. 1. p. 373. n. 188.
Protonotarii tamen non participantes, etſi immediate creati a Papa, non connumerantur inter illos Officiales, de quibus *Extravag.* præfatæ loquuntur. *ibid.*
Minoſque Subcollectores Spoliorum pro R. Camera Apoſtolica. *ibid.*
Extrav. Etſi in temporalium diſpoſitio, an deroget Decretali in *Cap. Si Apoſtolica de Præb. in 6.*? *Vid. V. Parochiales quoad Reſervationes.*
Extravag. ex Debito fuit temporalis, & cum illius Conditore expiravit. Tom. 1. p. 13. n. 47. p. 44. n. 28. p. 45. n. 44.
Declarat diſpoſitionem *Cap. 2. de Præbend. in 6.* T. 1. p. 44. n. 27.
Et in ejuſdem *Extravag. ex Debito* declarationem, emanavit *Extrav. ad Regim.* *ibid.* n. 29.
Extravag. Execrabilis de Præben. Pontificis diſpoſitioni reſervat Beneficia eorum, qui duo Beneficia incompatibilia eodem tempore, abſque Apoſtolica diſpenſatione, retinere præſumunt. T. 1. p. 164. n. 1.
Reſervatio per dictam *Extrav.* inducta, perpetua eſt, nec morte Pontificis expirat. T. 1. p. 11. n. 108.
Execrabilitas ex quibus reſultet? An *Extravagantis* præfatæ diſpoſitio procedat etiam in Beneficiis Curatis? Quid Impetrans Beneficia vigore ejuſdem *Extrav.* probare teneatur? Et, an Poſſeſſor relevetur ab onere oſtendendi Titulum, ſi requiratur ab Ordinario, vel Beneficia impetrentur ex capite *Execrabilitatis*? *Vid. V. Regula I. quoad Reſervationem Beneficiorum vacantium per Extrav. Execrabilis.*

Extrav.

Digitized by Google

Extrav. Injunctæ diſpoſitio prorogat vacationem Eccleſiæ Epiſcopalis, vel Abbatialis, uſque ad expeditionem Litterarum Apoſtolicarum, earumque præſentationem Capitulo faciendam, & ex ea originem habuit Regula II. Cancellariæ. *Vid. V. Regula II. quoad Reſervationem Beneficiorum Sede Epiſcopali vacante vacantium.*

Extravagantis præfatæ cenſuræ non ſubjacent Cardinales ad Eccleſias promoti, qui ſtatim ac in Conſiſtorio præconizantur, etiam ante Litterarum expeditionem, Beneficia conferre poſſunt. *Vid. eod. V.*

Extravag. Piæ Sollicitudinis diſpoſitio, perpetua eſt, nec expirat per obitum Pontificis. T. 3. p. 11. n. 108.

An per eamdem *Extravag.* revocata ſit diſpoſitio *Cap. Statutum de Præb.* decernentis, quod Beneficia *apud Sedem* vacantia, conferri poſſint ab Ordinariis, ſi intra menſem a die eorum vacationis, Papa de illis non diſpoſuerit? *Vid. V. Beneficia quoad collationem.*

F

FACULTAS REMOVENDI BENEFICIATUM.

Vid. V. Beneficia Manualia. V. Beneficia Regularia.

FALSIFICATIO.

Falſificantes Literas Apoſtolicas, ſunt vigore Bullæ *in Cœna Domini* excommunicati. T. 4. p. 176. n. 9.

Ampliа, etiamſi ignorantes id egerint, ut in Regula LXXII. dicitur. ibid. n. 10.

Aut per ſimplicitatem, & non malitiam, necnon in qualitate mere accidentali, ſine dolo, & damno alicujus. *ibid.*

In excommunicationem incidunt etiam ii, qui in una litera, in una ſyllaba, aut uno puncto, addendo, vel delendo, Litteras Apoſtolicas corrigunt. *ibid.* num. 12. & 17.

Contrarium ex Decretali *in Cap. Ex conſcientia, de Crim. falſ.* ibid. n. 13. & 14.

Niſi de facili. & abſque ullo moræ diſpendio adiri poſſit Officialis deputatus Literis Apoſtolicis corrigendis. *ibid.* n. 19.

Errores, etſi leviſſimi, in una Syllaba, aut verbo, qui in Literis Apoſtolicis irrepſerunt, nec ab illarum Scriptoribus, ſed de licentia Regentis Cancellariæ, aut alterius Officialis, corrigendi ſunt. *ibid.* n. 18.

Vid. V. Litera Apoſtolica quoad correctionem.

Sunt etiam vigore Bullæ *in Cœna Domini* excommunicati, qui ſupplicationes, quamvis in re minima, corrigunt, aliquid addendo, vel minuendo. *ibid.* n. 20.

Sed in praxi hujuſmodi correctio vix ſequi poteſt, & quare? *ibid.* n. 21.

Soli vero Datario, ejuſque Subſtitutis, aut Reviſoribus permiſſum eſt ſupplicationes corrigere, addendo, & minuendo. *ibid.* n. 22.

Et excommunicationem prædictam incurrunt, nedum qui corrigunt ſupplicationes a Papa ſignatas, ſed etiam, ut præſcribit Bulla *in Cœna Domini*, ſignatas per Vice-Cancellarium, ſeu gerentes vices eorum, aut de mandato ejuſdem Pontificis ſignatas. *ibid.* n. 23.

Ei tamen non ſubjacent falſificatores Literas Congregationum Cardinalium, Sacræ Pœnitentiariæ, Legatorum a Latere, aliorumque, qui proprio eorum, non autem Papæ, aut Vice-Cancellarii nomine, illas expediunt. *ibid.* n. 24.

FALSITAS.

De falſitate ſuſpecta eſt Conſtitutio Pontificis, ſi contineat ſigillum, aut ſignum diverſum ab iis, quibus in aliis Conſtitutionibus Pontifex ipſe uti conſuevit. T. 4. pag. 52. n. 45. & 46.

Eademque ſuſpicione laborat Conſtitutio edita ſeculo XII. quæ *Datam* habeat numeris Abacalibus, ſeu Ziffris Arabicis ſcriptam. T. 4. p. 53. n. 47. & 48.

Redditur ratio, quia numeri præfati non adhuc dicto ſeculo noti erant in Europa, & introduci cœperunt circa ſeculum XIV. T. 2. p. 198. n. 18. & T. 4. p. 53. n. 47.

De Falſitatis ſuſpicione laborant Pontificiæ Conſtitutiones editæ ſeculo XII. in quibus prius legitur clauſula -- *ad perpetuam rei memoriam* -- & poſtea nomen Pontificis, & quare? T. 4. p. 52. n. 33.

Error in *Indictione*, argumentum eſt falſitatis Pontificiæ Conſtitutionis; quemadmodum, & cujuſcumque ſcripturæ. T. 4. p. 53. n. 49. & 51.

Reddit pariter de falſitate ſuſpectam Pontificiam Conſtitutionem error circa Annos Pontificatus. *ibid.* n. 52.

Argumentum Apocriphæ qualitatis alicujus Conſtitutionis, aut Privilegii eſt, ſi de illo veteres Scriptores non meminerant. T. 4. p. 53. n. 61.

Literæ Apoſtolicæ redargui non poſſunt de falſitate ex motivo, quod in illis adſit raſura facta pro correctione erroris, quamvis correctio alieno charactere facta ſit. T. 3. p. 44. n. 178.

Abraſiones, quæ factæ non ſunt a publico Officiali, non vitiant de jure Reſcriptum, nec illud de falſitate ſuſpectum reddunt, quando paucas litteras reſpiciunt, & ſunt ſcriptæ eodem charactere, & in loco non ſuſpecto. *ib.* n. 180.

FAMILIARES, & FAMILIARITAS.

Familiaritas ad effectum, ut quis ordinari poſſit ab Epiſcopo cui inſervit, quomodo eſſe debeat? *Vid. V. Ordinarius ratione familiaritatis.*

Familiares Officialium Romanæ Curiæ, *Commiſſarii* Cameræ, *Nunciorum* Apoſtolicorum, *Auditorum* Rotæ, an dicantur Curiales? *Vid. V. Curialis.*

Familiares Cardinalis Vice-Cancellarii, aut Regentis Cancellariæ, an gaudeant Mandato expediendi *Gratis*? *Vid. V. Cardinalis Vice-Cancellarius.*

Et, an hujuſmodi Privilegio gaudeant familiares Datarii? *Vid. V. Datarius.*

Monaſteria, Collegia, Loca pia, Tribunalia, aliaque id genus corpora inanimata, ſuos habere poſſunt familiares, eorumque reſpectu termini veræ familiaritatis verificantur. T. 3. p. 111. n. 165.

FAMILIARES CARDINALIUM.

De reſervatione Beneficiorum, quæ obtinent familiares Cardinalium? *Vid. Verb. Regula IV. quoad Reſervationem Beneficiorum vacantium per obitum familiarium Cardinalium.*

Et, an Cardinalis poſſit vigore Indulti conferre Beneficia vacantia per obitum familiaris alterius Cardinalis? *Vid. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*

De conſenſu a Cardinalibus præſtando in proviſione Beneficiorum vacantium per obitum ſuorum familiarium? *Vid. V. Regula XXXII. V. Regula XXXIII.*

Familiares Cardinalium ſunt Curiales. Tom. 3. p. 105. n. 55. *Vid. V. Curiales.*

Familiares etiam dicuntur ii, qui Anticameræ non aſſiſtunt, & Dominum non comitantur, dummodo eorum reſpectu concurrant requiſita *Mentis*, & *Dentis*. T. 1. p. 347. n. 143. p. 350. n. 173. 174. 175. p. 352. n. 187.

Nec non, qui vivunt expenſis Cardinalis, licet nunquam de illius voluntate ſerviant. T. 1. p. 347. n. 143. p. 352. n. 186.

Eorumque reſpectu locum habent Regulæ Cancellariæ de familiaritate loquentes. T. 1. p. 352. n. 187.

Familiares itidem dicuntur illi, qui propoſitum inſerviendi habent, licet faciem Domini non videant, cum familiaritas non a facie, ſed a *Burſa*, & *Menſa* Domini pendeat. *ibid.* n. 193. p. 353. n. 197.

Omnes, qui Cardinali inſerviunt in Studio, Secretaria, & circa ejus bona, redditus, & negocia, ſunt veri illius familiares, ſi requiſitis *Mentis*, & *Dentis* polleant. T. 1. p. 346. n. 133. p. 350. n. 169. p. 347. n. 140.

Auditor Domeſticus Cardinalis, inſerviens Cardinali, ex inconcuſſo ſtylo Datariæ, ſemper habitus fuit uti verus illius familiaris. T. 1. p. 347. n. 145. p. 350. n. 171.

Et, an Familiares ſint *Procuratores*, *Advocati*, *Agentes*, cæterique liberales artes exercentes, & Cardinali inſervientes? T. 1. p. 348. n. 146. p. 351. n. 182.

Cuſtos Bibliothecæ Cardinalis, inter illius familiares numeratur, ſi in eo concurrant requiſita *Mentis*, & *Dentis*. T. 1. p. 349. n. 156.

Necnon *Magiſter Linguæ Græcæ* iiſdem requiſitis pollens. T. 1. p. 351. n. 180.

Quemadmodum & *Medicus*. *ibid.* n. 181.

Secretarius, *Magiſter Domus*, *Veſtiarius*, ſunt familiares Cardinalis, illorumque ſervitium Perſonam reſpicit Cardinalis. T. 1. p. 350. n. 171. & 177.

Sollicitator Cauſarum, etiam uti talis in Rotulo deſcriptus, dicitur familiaris, conſtito de ſervitio ex parte illius, & de ſtipendio ex parte Cardinalis. Tom. 1. p. 345. num. 127.

Et ita deciſum anno 1702. a Congregatione particulari. T. 1. p. 349. n. 158. p. 351. n. 182.

Familiaris Cardinalis eſt, qui ei inſervit in munere *Conſiliarii*. T. 1. p. 346. n. 135. p. 350. n. 174.

Aut in munere *Concionatoris*. Tom. 1. p. 346. n. 136. p. 350. n. 176.

Ratiocina-

Ratiocinator, ſeu *Computiſta* Cardinalis, poſitis requiſitis *Mentis*, & *Denus*, dicitur verus, & indubitatus illius familiaris. T. 1. p. 346. n. 134. p. 350. n. 168.
Et redduntur rationes. T. 1. p. 350. n. 169. & 170. p. 352. n. 190.
Quamvis non omnes Cardinales certos Officiales, & Miniſtros retinere ſoleant, adhuc reſpectu eorum, qui illos retinent, Officiales, & Miniſtri præfati, ſunt familiares. T. 1. p. 352. n. 192.
Subfamiliares, ii nempe qui ſerviunt familiaribus Cardinalis, ſi illius vivant expenſis, ſunt ejuſdem Cardinalis Familiares, eorumque Beneficia reſervata vigore Regulæ IV. T. 1. p. 350. n. 172.
Conſanguineus Cardinalis, qui aliquando in aliquo munere ei inſerviit, veluti Præfecti Cubiculo, ſed in Rotulo non deſcriptus, illius non dicitur Familiaris. T. 1. p. 344. n. 113.
Qui Perſonæ Cardinalis non inſerviunt, ſed illi uti *Epiſcopo*, vel *Abbati*, non ſunt Familiares Cardinalis ad effectum, ut reſpectu Beneficiorum, quæ obtinent intret Reſervatio Regulæ IV. T. 1. p. 347. n. 140. 141. & 145. p. 354. n. 210.
Hinc *Vicarius*, ſeu *Auditor* generalis, aliique Miniſtri, & Officiales Epiſcopatus, vel Abbatiæ, non ſunt Familiares Cardinalis, quia non inſerviunt Perſonæ, ſed Dignitati. T. 1. p. 325. n. 97. p. 347. n. 141. 142. & 145. p. 351. n. 178. & 179. T. 3. p. 110. n. 102. p. 112. n. 116.
Nec ob eamdem rationem familiares Cardinalis ſunt *Viſitator*, *Examinator*, cœterique Officiales, & Miniſtri Epiſcopatus per Cardinalem obtenti. T. 1. p. 347. n. 142. p. 353. n. 208.
Intellige, ſi *Vicarius*, *Auditor*, aliique Officiales, & Miniſtri Epiſcopatus, vel Abbatiæ ſint abſentes, ſecus, ſi morentur in Domo Cardinalis. T. 1. p. 354. n. 209.
Hinc *Agens*, qui in remotis partibus retinetur pro ſerviriis, & negociis Epiſcopatus, vel Abbatiæ, familiaris Cardinalis dici non poteſt. T. 1. p. 351. n. 179.
Sed diſtinguendum, aut Perſonæ præfatæ prius erant familiares Cardinalis, & fuerunt deinde deſtinati Officiales Epiſcopatus, Abbatiæ &c. & hoc caſu ſive in Domo Cardinalis, ſive extra morentur, locum habet quoad eorum Beneficia reſervatio. T. 1. p. 354. n. 210.
Aut, poſt obtentum Epiſcopatum in illius Officiales deputentur a Cardinali Epiſcopo, & hoc caſu, ſive in Palatio degant, ſive extra cohabitent, non dicuntur Familiares Cardinalis, ſed Epiſcopi, cui ratione Epiſcopatus inſerviunt. *ibid.*
Vicarius, *Oeconomus*, aliique Miniſtri Eccleſiæ Titularis, vel Suburbicariæ per Cardinalem obtentæ, ſunt illius familiares. T. 3. p. 111. n. 107.
Canonicus, qui ſit familiaris Cardinalis, non prohibetur, dimiſſa Præbenda, quam obtinet, aliam pinguiorem optare. T. 3. p. 385. n. 157.
Sed, an reſervata remaneat Præbenda, quæ dimittitur, ſeu potius altera, quæ optatur? T. 1. p. 133. n. 159. p. 329. n. 157.
Legato a Cardinali ſuis familiaribus relicto, & proportionabiliter pro rata ſervitii diſtribuendo, an pro majori illius participatione reſpectus haberi debeat etiam ad tempus familiaritatis ante Cardinalatum contractæ? T. 3. p. 129. n. 410.

Familiaritas Cardinalis, & ex quibus inducatur.

Familiaritas Cardinalis offuſcatur ex familiaritate Papæ. T. 1. p. 354. n. 215.
Intellige favore ipſius Papæ, non autem in illius præjudicium, & ponitur exemplum. T. 1. p. 106. n. 210. p. 354. n. 216. 217.
Familiaritas Cardinalis vera vincit familiaritatem fictam erga Pontificem. T. 3. p. 113. n. 134.
Familiaritas Cardinalitia, ut inducatur, requiritur copulativus concurſus duplicis requiſiti *Mentis* ſcilicet, & *Dentis*. T. 1. p. 324. n. 93. 96. p. 343. n. 101.
Denis requiſitum in eo conſiſtit, quod familiaris vivat expenſis Cardinalis. T. 1. p. 344. n. 102.
Ultra panem, & vinum requiruntur etiam obſonia, *ibid.* n. 103.
Contrarium, quod ſufficit ſola pars panis, & vini intuitu ſervitii. *ibid.* n. 107. p. 346. n. 130.
Sufficit etiam, quod Familiaris loco victus recipiat menſtruum ſalarium. T. 1. p. 323. n. 78. & 79. p. 344. n. 104.
Et majus, vel minus ſalarium, non eſt argumentum excluſivum, vel inductivum familiaritatis. T. 1. pag. 346. num. 129.
Etiam ſi non habeat habitationem in Palatio Cardinalis, ſed extra illud habitet. T. 1. p. 344. n. 105. & p. 346. n. 128. T. 3. p. 374. n. 99.
Et e contra, cohabitatio cum Cardinali abſque Menſa, & victu, vel ſtipendio, non inducit familiaritatem. T. 1. p. 344. n. 106.
Familiaris dicitur ille, qui uti noluit *Tinello*, vel recipere expenſas pro victu ſibi aſſignatas. Et redditur ratio. *ibid.* n. 108.
Non ſufficit ſola receptio Victus, quando poteſt referri ad Parentelam, vel Amicitiam. *ibid.* n. 109.
Mentis requiſitum exemplificatur in deſtinatione Perſonæ ad honeſtum ſervitium. T. 1. p. 323. n. 78. p. 324. n. 93. 96. p. 343. n. 101.
Non requirit tamen familiaritas deputationem ad certum, & particulare ſervitium, ſed ſufficit, quod quis recipiatur ad aliquod honeſtum munus Domino impendendum. T. 1. p. 344. n. 110. p. 350. n. 169. p. 352. n. 191.
Et munus hoc neceſſe non eſt, quod ſit materiale, Cardinalem veſtibus induendo, & exuendo, ſed ſufficit; quod reſpiciat quoquomodo illius Perſonam, uti Cardinalem. T. 1. p. 347. n. 140.
Hinc ſufficit, quod quis inſerviat uti *Gentiluomo di Spalliera*, Anticameræ aſſiſtat, & vocanti Domino cito reſpondeat. Tom. 1. p. 344. n. 111. p. 346. n. 132. p. 352. n. 186.
Nuncupantur hujuſmodi generis familiares *Tapetes picti*. T. 1. p. 344. n. 112.

Familiaritas Cardinalis ex quibus probetur.

Familiaritas Cardinalitia, ad effectum reſervationis, debet concludentiſſime probari. T. 1. p. 343. n. 98.
Secus, quando agitur ad effectum juſtificationis gratiæ, vel expediendi Litteras Apoſtolicas *Gratis*. *ibidem* numer. 99.
Familiaritas eſt difficilis probationis, quia ſuper ea non celebratur Inſtrumentum. *ibid.* n. 100.
Et a familiaritate ante Cardinalatum, non bene infertur ad familiaritatem poſt Cardinalatum. T. 1. p. 354. n. 211.
Familiaritas rite probatur per Teſtes, etiam ſingulares, & quid deponere debeant? T. 1. p. 344. n. 114. & 115.
Et in concurſu, Teſtes deponentes de familiaritate, præferuntur eam negantibus. *ibid.* n. 116.
Familiaritas probatur ex eo, quod fuerit quis Conclaviſta Cardinalis. *ibid.* n. 117.
Inſuper ex libro Rotuli adminiculis fulcito, in quo ſit uti familiaris deſcriptus. *ibid.* n. 118. p. 346. n. 132. p. 359. n. 161.
Maxime, ſi liber præfatus ſit ſubſcriptus a Cardinali cum expreſſione, quod omnes in eo adnotati ſint de ejus familia. T. 1. p. 345. n. 124. p. 349. n. 161. & 162.
Familiaritati non officit, quod in eodem Rotulo ſint etiam deſcripti Cuſtodes Hortorum, Fabri, cœterique Artifices, in quibus non cadit reſervatio, & quare? Tom. 1. p. 348. n. 148. & 149.
Deſcriptio aliquorum in Rotulo ſub nomine *di Straordinarj*, non excludit familiaritatem, quando indifferenter & ipſi habiti fuerunt, ut cæteri Familiares. T. 1. p. 345. n. 126.
Excluditur e contra familiaritas, ſi quis non reperiatur in Rotulo deſcriptus. T. 1. p. 344. n. 119.
Contrarium, quod omiſſa deſcriptio in Rotulo non evincat negativam familiaritatis, quæ aliunde, quam ex libris Rotuli probari poteſt. T. 1. p. 345. n. 120.
Limita, ſi conſtet de ſtylo Cardinalis non recognoſcendi alios pro familiaribus, quam deſcriptos in Rotulo. *ibid.* n. 121.
Familiaritatis probatio ex deſcriptione in Rotulo reſultans, coadjuvatur, ſi defunctus in eo deſcriptus recipiebat ſingulis menſibus, dum viveret, Syndones mundas, ſicuti cœteri familiares. T. 1. p. 348. n. 151.
Si ei perſolvebantur Franchigiæ ſingulis annis, quemadmodum cœteris familiaribus. *ibid.* n. 152. p. 349. n. 163.
Si habuerit poſt obitum Domini veſtes lugubres, quæ nonniſi veris familiaribus dantur. T. 1. p. 348. n. 153. p. 350. n. 166.
Multoque fortius, ſi perſoluta ei fuerit *Quarantena*, quæ ſolvi non ſolet niſi familiaribus. *ibid.* n. 166.
Si ad participationem Legati a Cardinali defuncto familiæ relicti, admiſſus fuerit. T. 1. p. 349. n. 154. p. 350. n. 167.
Vel, ſi aliquid ei Cardinalis legaverit tanquam familiari ſuo. T. 1. p. 349. n. 155.
Atteſtationes Cardinalium, multum familiaritatis probationem coadjuvant. T. 1. p. 345. n. 122.
Quemadmodum illæ Conſanguineorum, vel hæredum Cardinalis defuncti. *ibid.* n. 125.
Enunciativa Cardinalis in proviſione Beneficii emiſſa, magnum præſtat familiaritatis adminiculum. T. 1. p. 349. n. 164.

Idem de enunciativa in Proviſionibus Apoſtolicis emiſſa. T. 1. p. 349. n. 165.

Sed, ex quo Cardinalis conferendo alicui Beneficium uſus non fuit formula, qua familiaribus Beneficia conferri ſolent, oritur argumentum, quod ſuus familiaris non extiterit. T. 1. p. 353. n. 200.

Familiaritas non excluditur ex eo, quod Familiaris ſedeat, comedat, vel capite cooperto loquatur cum Domino. T. 1. p. 354. n. 112.

Nec ex eo, quod obtinet Eccleſiam Parochialem, aut aliud Beneficium reſidentiale. ibid. n. 213.

Familiaritas Cardinalis ex quibus continuata, vel diſſoluta cenſetur.

Familiaritas ſemel contracta præſumitur durare, donec probetur diſſoluta. T. 1. p. 353. n. 198. p. 354. n. 210.

Familiaris eſſe non deſinit, qui aliquando abeſt pro ſuis, vel alienis negociis. T. 1. p. 348. n. 147.

Ac etiam ſi aliis, tolerante, vel permittente Domino, inſerviat. ibid. n. 150. T. 3. p. 125. n. 334.

Vel, ſi diverſas Perſonas repræſentando, pluribus inſerviat in Officiis compatibilibus, & plura ſtipendia conſequatur. T. 1. p. 352. n. 195. & 196.

Hinc familiaritas non cenſetur diſſoluta ex eo, quod quis in eodem munere nedum Cardinali, ſed etiam ejus Fratri, vel Matri inſerviat, quamvis, & ab iiſdem ſalarium recipiat. T. 1. p. 353. n. 104.

Et relicto a Cardinali legato ſuis familiaribus, adhuc ipſi ad illius participationem admitti debent. Tom. 3. p. 124. n. 323.

Munus *Agentis Regii*, an tollat antecedentem familiaritatem, quam quis contraxerat cum Cardinali uti illius Secretarius? T. 1. p. 353. n. 199.

Familiaritas Cardinalis non amittitur, ex quo familiaris incumbat etiam negociis Eccleſiæ. ibid. n. 201.

Nec ob Domini abſentiam, quando quis in ſervitio continuat. ibid. n. 202.

Familiaris Cardinalis deputatus Miniſter, ſeu Officialis Abbatiæ, aut Epiſcopatus, familiaritatem antea contractam non amittit. ibid. n. 203. & 205.

Diſceſſus familiaris a Domo Cardinalis, non arguit diſſolutionem familiaritatis. ibid. n. 205.

Niſi alius in ejus locum ſubrogetur, vel conſtet de animo utriuſque non continuandi in familiaritate. ibidem numer. 206.

Si familiaris fuerit per Cardinalem licentiatus, familiaritas omnis diſſolvitur. ibid. n. 207.

Familiaritas, & familiares Papæ.

De reſervatione Beneficiorum, quæ obtinent Familiares Papæ. *Vid. V. Regul. IV. quoad reſervationem Beneficiorum Familiarium Papæ.*

Familiaritas Papæ quomodo probetur? Et quid requiratur ad illam inducendam? T. 1. p. 330. n. 168.
Vid. V. Familiaritas Cardinalium.

Non probatur ex aſſertione emiſſa a Pontifice in proviſione Beneficii, vocando proviſum Familiarem ſuum. *ibid.* n. 169.

Amplia, etiamſi proviſio emanaverit motu *proprio*, & quare? ibid. n. 170. & 171.

Amplia ulterius, quamvis Proviſus eſſet deſcriptus in Rotulo Familiarium Papæ, niſi illius reſpectu concurrant requiſita *Mentis*, & *Dentis*. ibid. n. 172.

Familiaritas Papæ, licet ex Officiis proveniens, eſt major, & potentior familiaritate Cardinalis. T. 1. p. 329. n. 155. & n. 169. p. 330. n. 173.

Et ideo offuſcat Familiaritatem Cardinalis. T. 1. p. 354. n. 214.

Intellige favore ipſius Papæ, non autem in illius præjudicium. Et traditur exemplum. ibid. n. 216. & 217.

Familiaritas Papæ, uti fundamentum Gratiæ, eſt ſemper probanda. ibid. n. 215.

Familiaritas Papæ duplex, altera privata, & domeſtica, quæ reſpicit particularem illius Perſonam, altera publica, ſive officiativa, quæ verſatur circa ſervitium Papæ ratione Dignitatis, & Sedis Apoſtolicæ. T. 3. pag. 110. n. 104.

Enumerantur Papæ Familiares. T. 1. p. 317. n. 2.

Officiales Sedis Apoſtolicæ ex Conſtit. III. *Pauli III.* ſunt veri familiares, & continui Commenſales Papæ. ib. n. 3.

Et, qui ſint Sedis Apoſtolicæ Officiales? *Vid. V. Officiales Sedis Apoſtolicæ.*

Officiales præfati ſunt Papæ familiares, licet non habitent in Palatio, partem non habeant, & Pontifici non inſerviant, ſed ſolum percipiant emolumenta ſuorum Officiorum. T. 1. p. 317. n. 6. p. 323. n. 71. & 73.

Et ante Conſtitut. *Pauli III.* erant etiam Familiares Papæ, ſed ficti, & per Privilegium. T. 1. p. 317. n. 7. p. 318. n. 20. & 21.

Traditur ratio, cur Officiales effecti fuerint a *Paulo III.* Familiares Papæ, quando eorum Beneficia jam erant reſervata vigore *Extrav. ad Regim. de Præ. in 6.* T. 1. p. 318. n. 11. 12. 13. & 19.

Et rejicitur ratio aſſignata per *Lotterium.* ibid. n. 10.

Cardinales ſæpe conqueſti fuerunt de Conſtitutione *Pauli III.* & quare? ibid. n. 15.

Referendarii Signaturæ ſunt *veri* Papæ Familiares ad effectum, ut eorum Beneficia reſervationi ſubjaceant, quidquid ſit ad effectum exemptionis a Juriſdictione Ordinariorum. T. 1. p. 317. n. 4.

Cubicularii etiam honoris, ſunt *veri* Pontificis Familiares. ibid. n. 5.

Nec non *Protonotarii* creati a Papa, quamvis non participantes ex dicta Conſtitut. *Pauli III.* ibid. n. 6. p. 323. n. 72.

Protonotarii tamen creati a Legatis, & a Nunciis, non ſunt vigore ejuſdem Conſtitutionis *veri* Papæ Familiares. T. 1. p. 317. n. 7. p. 319. n. 23.

Remanent tamen in ſtatu familiaritatis fictæ, prout erant ante Conſtitutionem *Pauli III.* T. 1. p. 318. n. 20. 21. & 23.

Prælati, qui ex Palatio Apoſtolico panem ſolum habent ratione perſonæ, & non Officii, licet in eodem Palatio non habitent, ſunt veri, & indubitati Pontificis Familiares. ibid. n. 8.

Conclaviſtæ ſunt Pontifices Familiares ex privilegio. T. 1. p. 320. n. 42. *Vid. V. Conclaviſta.*

Sed *Dapiferi* ſunt veri, & indubitati Papæ Familiares. T. 1. p. 326. n. 150. *Vid. V. Dapiferi.*

Quemadmodum, & *Cantores* Cappellæ Pontificiæ ex Conſtitut. *Sixti V.* T. 1. p. 323. n. 66. p. 346. n. 137. p. 350. n. 176.

Et hæc familiaritas eis inerat etiam antequam emanaret Conſtitutio *Sixtina.* T. 1. p. 347. n. 138.

Sunt etiam *veri* Papæ Familiares *Minutantes* Secretariæ Status. T. 1. p. 323. n. 67.

Nec non *Scriptores* in Bibliotheca Vaticana. *ibid.* num. 68. p. 347. n. 139. p. 349. n. 156. p. 350. n. 176.

Item verus Papæ Familiaris eſt *Notarius* Sac. Pœnitentiariæ. T. 1. p. 323. n. 70.

Subſecretarius, ſeu *Scriptor* Litterarum Tribunalis S. Inquiſitionis eſt Sedis Apoſtolicæ Officialis, & per conſequens Papæ Familiaris, ejuſque Beneficia reſervata T. 1. p. 323. n. 69. & 71. p. 324. n. 83. Tom. 3. p. 109. n. 96. p. 111. n. 113.

Quemadmodum Familiares ſunt *Officiales* omnes eidem Tribunali inſervientes. T. 3. p. 123. n. 97. p. 125. n. 114.

Subſecretarius præfatus eſt verus Papæ Familiaris *ex Mente, & Dente.* T. 1. p. 324. n. 88. 89.

Proindeque illius Beneficia conferri non poſſunt a Cardinali vigore Indulti. ibid. n. 86. & 87.

Contrarium, quod non ſit Familiaris Pontificis *ex Mente, & Dente.* ibid. n. 93.

Quodque poſſit Cardinalis vigore Indulti illius Beneficia conferre. ibid. n. 87. p. 325. n. 95.

Officiales omnes Tribunalis Sac. Pœnitentiariæ ſunt Papæ Familiares. T. 3. p. 110. n. 98.

Secretarius Sac. Congregationis de Propaganda Fide eſt Papæ Familiaris, quia Sedis Apoſtolicæ Officialis, ejuſque Beneficia ſunt reſervata. T. 1. p. 324. n. 85.

Cardinales, an dicantur Familiares continui Commenſales Papæ? T. 1. p. 95. n. 27. p. 322. n. 59. 61. & 62.

Et, an Cardinalis poſſit vigore Indulti conferre Beneficia per obitum alterius Cardinalis vacantia. T. 1. p. 91. a n. 8. uſque ad n. 38. p. 322. n. 60. p. 323. n. 67.
Vid. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.

Familiares Familiarium Pontificis, qui ſunt ab eo deſignati, & illius expenſis vivunt, ſunt etiam Pontificis Familiares ad effectum reſervationis Beneficiorum. T. 1. p. 363. n. 163.

Familiares Pontificis, an ſint Curiales? *Vid. V. Curialis.*

Canonicus, qui ſit Familiaris Papæ, poteſt optare alteram Præbendam, & dimittere illam, quam obtinet. T. 1. p. 329. n. 157.

Sed, an reſervata remaneat Præbenda, quæ dimittitur, ſeu potius altera, quæ optatur? T. 1. p. 133. n. 159. p. 329. n. 157.

Vid. V. Officiales Sedis Apoſtolicæ.

FEUDATARII.

Feudatarii jure Supremi Principatus non gaudentes, an veniant appellatione *Ducum*, *Marchionum*, & *Principum*, ad effectum, ut non cenſeatur eorum Juſpatr. derogatum, niſi de ipſis fiat expreſſa mentio ad tramites Regul. XLV.? *Vid. V. Regul. XLV. V. Juſpatr. Regium, ac Supremis Principibus competens. V. Principes.*

An veniant appellatione *Magnorum Principum* ad effectum, ut cum ipſis juxta Concilium Tridentinum in *ſecundo* gradu diſpenſari poſſit? *Vid. V. Principes? V. Diſpenſatio Matrimonialis.*

An iis competat uſus Baldachini, ſeu Troni elevati in Eccleſiis? *Vid. V. Baldachinum.*

An eorum filii baptizari poſſint in privatis Domibus ad tramites *Clement. Unicæ de Baptiſm.*? *Vid. V. Baptiſma.*

FEUDUM.

Ex Conſtit. *S. Pii* Civitates, & loca S. R. E. ad Sedem Apoſtolicam quomodolibet devoluta, *eo ipſo*, abſque alia declaratione, incorporata cenſentur Cameræ Apoſtolicæ, eorumque perhibetur alienatio, aut novæ Inveſtituræ conceſſio. T. 4. p. 125. n. 49.

Eidemque *Pianæ* Conſtitutioni, nec non revocationi Regul. LXIV. ſubjacent etiam novæ Inveſtituræ, aut prorogationes antiquarum, de Feudis, & locis juriſdictionalibus, quamvis non devolutis. *ibid. n.* 48.

Amplia, etiamſi nova Inveſtitura, vel antiquæ prorogatio, fierent in vim contractus, & ex titulo oneroſo, ac concurrant vera, & evidens utilitas, aut neceſſitas Eccleſiæ. *Vid. V. Regula LXIV.*

Bona Cameræ Apoſtolicæ non ſubjacent Conſtitutioni *Pianæ*. T. 4. p. 127. n. 67.

Regula LXIV. & Conſtitutio *S. Pii* non comprehendunt Inveſtituras, earumque prorogationes de Feudis non adhuc devolutis, quæ fierent in Camera, & cum conſilio, & conſenſu Cardinalium. *ibid.* n. 70.

Minuſque *Pianæ* Conſtitutioni ſubjacet alienatio fructuum, & emolumentorum provenientium ex juriſdictione Caſtrorum, & quare? T. 4. p. 128. n. 71.

Et, an ſub ea comprehendantur Tenutæ, Molendina, Domus, aliaque bona in dictis Caſtris exiſtentia? Remiſſive. *ibid.*

Conſtitutio *Piana*, juxta alteram Conſtitutionem *Clementis VIII.* amplectitur etiam Caſtra, & Loca juriſdictionalia per Cameram Apoſtolicam a Baronibus acquiſita, ſi intra triennium a die eorum acquiſitionis, non fuerint vere, realiter, & effective alienata. *ibid.* n. 72.

Et ex Conſtit. *Alexandri VII.* prohibetur dicti termini prorogatio, eoque elapſo, & dictis Locis non alienatis, cenſentur abſque alia declaratione *ipſo jure*, & *facto* Sedi, & Cameræ Apoſtolicæ incorporata. *Ibid.*

Feuda confiſcata ex delicto, quod ex ſui natura, & de Conſuetudine, Feudorum præſefert illorum devolutionem ad Dominum directum, ſubjacent Conſtitutioni *Pianæ*. *ibid.* n. 73. & 75.

Sicque ſervatum a *Clemente VIII.* *ibid.* n. 76.

Sed contrarium antea ſervaverat *Gregorius XIV.* *ibid.* num. 77.

Sequuta Confiſcatione ſive ad tempus, vitam nempe Feudatarii, ſive perpetuo, ob delictum privatum, ob quod Feudum de ſui natura ad Dominum non devolvitur, an ſit locus Conſtitutioni *Pianæ*? *ibid.* n. 78. 79. 80 & 81.

Loca Juriſdictionalia S. Sedis, non poſſunt vigore Conſtitutionis *S. Pii* concedi in Gubernium perpetuum, & in adminiſtrationem ultra triennium. T. 4. p. 127. n. 62. & 63.

Prælatis Eccleſiarum inferiorum, earumque adminiſtratoribus, prohibitum eſt ex Conſtitutione *Urbani VIII.* Feuda, & Loca Juriſdictionalia ad ipſas ſpectantia, de novo inveſtire, ſeu de iiſdem non adhuc devolutis, Inveſtituram prorogare. *ibid.* n. 65.

Id tamen facere non prohibetur Pontifex, nec ex Conſtitutione *S. Pii*, aliiſque Apoſtolicis Ordinationibus, nec vigore Regul. XLIV. *ibid.* n. 66.

Intellige de Feudis, & Locis Juriſdictionalibus Eccleſiarum inferiorum, quæ ſunt extra Statum Eccleſiaſticum, ſecus Eccleſiarum exiſtentium in ſtatu prælato, & quare? *ibid.* n. 68. & 69.

Vid. V. Regula LXIV.

Legitimatio, an reddat Legitimatum capacem ſuccedendi in Bonis feudalibus Eccleſiarum? Et an Imperator, & Principes Seculares ad dicta Bona legitimare poſſint? *Vid. V. Diſpenſatio ſuper defectu Natalium. V. Legitimatio, Legitimatus.*

FICTIO.

Fictio reſtringitur ad caſum expreſſum, nec ultra extenditur. T. 1. p. 399. n. 154.

Fictio alicujus favore in uno caſu inducta, non debet contra illum in altero caſu retorqueri. *ibid.* n. 159.

Fictionem denotat dictio *quemadmodum*. T. 1. p. 398. num. 150.

Fictio reſpectu alicujus effectus a jure reſultantis, prævalet aliquando veritati. T. 1. p. 329. n. 156.

Duæ Fictiones circa idem, in jure non admittuntur. T. 2. p. 246. n. 135.

Princeps dum fingit in iis, quæ juris ſunt, efficit, ut id quod fingit, ſit verum. T. 2. p. 245. n. 117.

In materia correctoria Juris communis, diſpoſitio loquens de actu vero, non comprehendit actum fictum. T. 3. p. 27. n. 201.

Vid. V. Actus.

FIDEJUSSOR.

Fidejuſſor de præſentando Debitorem, non liberatur a pœna, ſi Debitor fuit alibi ex propria culpa carceratus. T. 3. p. 361. n. 352.

Secus, ſi præſentari non poſſit, quia abſque culpa ſua a Magiſtratu detinetur. *ibid.* n. 353.

Aut, ſi factum Judicis in cauſa fuit, quod Reus aufugerit. *ibid.* n. 354.

FILIUSFAMILIAS.

De validitate Matrimoniorum, quæ contrahuntur a Filiisfamilias diſſentientibus Parentibus. *Vid. V. Matrimonia filiorumfamilias.*

Et, an Matrimonia præfata valida ſint in Gallia, & in Belgio? *Vid. eod. V.*

Senatus Conſ. Macedonianum irritat contractum Mutui, etſi bona fide celebratum cum filio fam. T. 1. p. 279. n. 76.

FILIUS LEGITIMATUS.

Vid. V. Legitimatio, Legitimatus. V. Diſpenſatio ſuper defectu Natalium.

FLORENUS.

Florenus nunquam fuit moneta imaginaria, ſed vera, & realis. T. 3. p. 4. n. 18.

A quibus adinventus? quo tempore cudi cœpit, & cur ita nuncupetur? T. 3. p. 3. n. 6. & p. 4. n. 18. & 21.

Florenum a nemine cudi poſſe, præterquam a Florentinis ejus adinventoribus, ſtatuit *Joannes XXII.* ſed prohibitionem hanc ipſe primus tranſgreſſus fuit, dum Florenos cudi mandavit, iiſdemque uſus fuit pro Taxis Beneficiorum Conſiſtorialium. T. 3. p. 3. n. 7. & p. 4. n. 19. & 20.

Et de iiſdem Florenis in quamplurimis Regulis Cancellariæ mentionem habuit. T. 3. p. 4. n. 20.

Florenus importat unum Ducatum de Camera, qui conſtituitur ex uno ſcuto auri in auro, & uno Julio argenteo. T. 3. p. 3. n. 8.

De valore Ducati de Camera, & ſcuti aurei? *Vid. V. Ducatus de Camera. V. Scutum auri.*

FŒMINA.

Fœminis de Jure prohibitum eſt Beneficia Eccleſiaſtica conferre. T. 2. p. 58. n. 378.

Poteſt tamen jus præfatum illis competere ſive ratione Dignitatis, ſive ex Privilegio, ſive ex immemorabili præſcriptione. *ibid.* n. 379.

Et poſſunt in iiſdem Beneficiis Eccleſiaſticis inſtituere, etiam quod ſint curata, accedente tamen quoad iſta, inſtitutione auctorizabili Epiſcopi. *ibid.*

Referuntur quamplurima exempla Fœminarum Regularium gaudentium facultate conferendi Beneficia Eccleſiaſtica. T. 2. p. 59. n. 380.

Vid. V. Abbatiſſa.

Sed Fœminæ omnino Laicæ, *Innocentius III.* concedere noluit facultatem conferendi Præbendam in Capitulo ab ipſa fundato, & dotato. *ibid.* n. 383.

Beneficia ad hujuſmodi Fœminarum collationem ſpectantia, ſubjacent Apoſtolicis reſervationibus. Tom. 2. p. 58. n. 378. & 381.

Fœminæ poſſunt ex Indulto Apoſtolico acquirere Juriſdictionem Eccleſiaſticam, earum vicario nomine exercendam a Viris Eccleſiaſticis. T. 3. p. 284. n. 194.

De capacitate Fœminarum, præſertim in Gallia, obtinendi Penſiones; Ac an, & quomodo earum favore aliquando a Sede Apoſtolica reſervatæ fuerint? *Vid. V. Penſio quoad reſervationem. Verb. Gallia.*

FORMA.

Verba per ablativum abſolutum ſive a lege, ſive ab homine prolata, formam, & conditionem important. T. 3. p. 360. n. 343.
Quemadmodum verba -- *& non aliter, nec alio modo* -- formam inducunt pro validitate actus præciſe ſervandam. T. 4. p. 172. n. 21.
Modus præſcriptus ad effectum evitandi fraudes, pro forma repoſitus cenſetur. T. 3. p. 362. n. 374.
Adimpleri nequit per æquipollens forma, quæ a legibus præſcripta fuit in Teſtamentis condendis. T. 3. p. 344. n. 110.
Vid. V. Axiomata, & Regulæ Juris.

FRUCTUS.

Fructus percepti vigore tituli invalidi, & reſoluti, reſtitui debent a die actus nulliter celebrati. T. 1. p. 235. n. 79., & T. 4. p. 75. n. 204.
Fructus debentur a die motæ litis, a quo tempore poſſeſſor conſtituitur in mala fide. T. 4. p. 75. n. 205.
Intellige, quando petuntur acceſſorie ad rem petitam, ſecus, ſi jure dominii, & tanquam ſors principalis, tunc enim debentur etiam ante motam litem. ibid. n. 208.
Poſſeſſor bonæ fidei, fructus perceptos, & conſumptos, reſtituere non tenetur, niſi probetur ex illis factum fuiſſe locupletiorem. ibid. n. 206. & 207.
Intellige, ſi fructus petantur acceſſorie, ſecus ſi jure Dominii, & tanquam ſors principalis, nam hoc caſu reſtitui debent, etiamſi bona fide fuerint conſumpti, nec poſſeſſor locupletior ex illis evaſerit. ibid. n. 208.
De fructibus Beneficiorum, & quomodo dividendi ſunt inter Succeſſorem in Beneficio, & hæredes defuncti Beneficiati? *Vid. Verb. Beneficium quoad Fructus. V. Beneficiatus. V. Sylva Cedua.*

FUNDATOR BENEFICII.

Fundator Beneficii cenſetur ſe uniformare voluiſſe Regulis omnibus, & Conſuetudinibus, cum quibus Juſpatronatus regulatur. T. 3. p. 252. n. 253.
Fundatori permiſſum eſt legem præſcribere, quod Beneficium ſit a quacumque reſervatione, etiam in corpore juris clauſa, exemptum. T. 3. p. 234. n. 35. & 36.
Et, quod ſi contingat ejus vacatio *apud Sedem*, Juſpatronatus derogari non poſſit. ibid. n. 38. & p. 243. n. 149.
Aut, quod ſi Pontifex quoquomodo de Beneficio diſponat, fructus non percipiantur a Proviſo Apoſtolico, ſed in alios uſus convertantur. T. 3. p. 234. n. 31.
In fundatione quoque Beneficii de Jurepatr. Eccleſiaſtico, Apoſtolicæ Reſervationes excludi poſſunt, dummodo fundatio ſit expleta de Bonis propriis fundatoris, & non Eccleſiaſticis. T. 2. p. 35. n. 162. & ſeqq.
Vid. Verb. Juſpatr. Eccleſiaſticum.
Sicuti poteſt Fundator legem adjicere, quod Patroni præſentare poſſint quandocumque, nec Beneficium ſit devolutioni obnoxium. T. 3. p. 234. n. 29. & 39.
Quodque, donec ſequatur præſentatio, Beneficii fructus percipere valeant. ibid. n. 30.
Ut tamen ſupradictæ conditiones ſubſiſtant, approbari debent ab Ordinario in actu erectionis Beneficii. T. 3. p. 234. n. 32. 33. & 34.
Vid. V. Juſpatr. quoad derogationem ex cauſa vacationis Beneficii apud Sedem. V. Reſervationum exemptio.
Lex fundationis, quod Patronis non currat tempus ad præſentandum, intelligi debet arbitrio boni Viri, ſeu Ordinarii, qui elapſo quadrimeſtri, congruum illis tempus præfigere debet ad præſentandum, addita pœna devolutionis eo tranſacto. T. 3. p. 235. n. 40.
Ante tamen dicti temporis præfixionem, non intrat devolutio, etiamſi per longum tempus Beneficium vacare contingat. ibid. n. 42.
Lege fundationis, an caveri poſſit, quod Beneficium Eccleſiaſticum per contractum Matrimonii non vacet? Et quomodo lex iſta approbari ſoleat a Sac. Congregatione Concilii? *Vid. V. Beneficia quoad vacationem per contractum Matrimonii.*
Et, an caveri poſſit, quod quis retinere valeat plura Beneficia ſimplicia abſque Apoſtolica Diſpenſatione, etiamſi primum ſit ſufficiens ad congruam ſuſtentationem? *Vid. V. Beneficia quoad incompatibilitatem, & pluralitatem.*
Beneficii Fundator mandare poteſt, quod duo Beneficia retineri poſſint ſub eodem tecto, & legem hanc approbare tenetur Epiſcopus. T. 1. p. 156. n. 98.
Fundatorum Conſanguineis, an, & quando in paritate Vocum debeatur prælatio pro aſſequutione Beneficii? *Vid. V. Gratificatio.*
Fundationibus Eccleſiaſticis, æque ac a laicis, numquam cenſetur derogatum abſque ſpeciali earum mentione. T. 1. p. 119. n. 109.
Nec ſufficiunt clauſulæ generales derogatoriæ. *ibid.* n. 110. & ſeqq.
Derogatio Legi fundationis Beneficii, etiam a Clerico expletæ, non ſuſtinetur, niſi explicite Pontifici narrentur illius forma, & qualitates derogandæ. *ibid.* n. 113. & 114.

G.

GALLIA.

IN Galliis quænam Regiones dicantur *Patria reducta*, & quænam *Patria obedientiæ*? *Vid. V. Patria reducta, Patria obedientiæ.*
De ſtylo, qui invaluit circa *Datas* in proviſionibus Beneficiorum exiſtentium in *Patria reducta*? *Vid. eod. V.*
Sententiæ cum quibus in materia Beneficiali vivitur in Gallia, ſectandæ non ſunt in Italia, & quare? T. 3. p. 253. n. 262.
In Gallia, an locum habeant Regulæ Cancellariæ, & affectiones, ac Reſervationes Apoſtolicæ? T. 3. p. 249. n. 223.
In Gallia, Commenda non facit affectionem. T. 1. p. 26. n. 84. & 85. p. 131. n. 129.
Gallia ante *Bonifacium VIII.* quomodo adverſata eſt Reſervationibus Apoſtolicis? *Vid. V. Reſervationes quoad earum originem.*
Romani Pontifices pluries ante Concordata, Regibus ipſis inſtantibus, diſpoſuerunt de Cathedralibus, & Monaſteriis Galliarum, quamvis extra Curiam vacantibus. T. 1. p. 61. n. 221. & ſeqq.
Gallia numquam adverſata eſt Reſervationi Beneficiorum Conſiſtorialium, dum *apud Sedem* vacabant. T. 1. p. 60. n. 217. p. 61. n. 229.
Etiam tempore, quo vigebat Pragmatica Sanctio. T. 1. p. 60. n. 220.
Beneficia Conſiſtorialia Galliarum, quando etiam non comprehenderentur ſub diſpoſitione *Cap. 2. de Præb. in 6.* reſervantis Beneficia *apud Sedem* vacantia, adhuc ex aliorum Pontificum, præſertim genere Gallorum, Conſtitutionibus, dum *apud Sedem* vacant, ad ſolius Pontificis diſpoſitionem ſpectant. *ibid.* n. 216.
Et quomodo de Beneficiis præfatis *apud Sedem* vacantibus Pontifices hodie diſponant? *Vid. V. Galliarum Concordata. V. Galliarum Rex.*
In Gallia, nonnullæ Regulæ Cancellariæ ſunt regiſtratæ in Parlamento, & effectæ leges Regni, nec per obitum Pontificis expirant. T. 1. p. 12. n. 120.
Regula II. qua reſervantur Beneficia vacantia Sede Epiſcopali, vel Abbatiali vacante, non habet locum in Gallia. T. 1. p. 269. n. 431.
Et Beneficia Curata in Galliis vacantia, Sede Epiſcopali vacante, conferuntur a Capitulis. *ibid.* n. 432.
Beneficia a Monaſteriis dependentia, & vacantia Abbate Commendatario defuncto, providentur in Gallia ab Ordinariis, ſi ea ſpectent ad privativam Abbatis collationem, & non ſimultaneam cum Monachis. *ibid.* n. 433.
Idemque ſervatur in Britannia. *ibid.*
Regula IV. locum non habet in Gallia quoad Reſervationem Prioratuum Conventualium, quia vigore Concordatorum ſpectant ipſi ad Regis nominationem. *Vid. V. Galliarum Concordata. V. Reg. IV. quoad Reſervationem Prioratuum &c.*
Regula de publicandis Reſignationibus, recepta eſt in Gallia, & effecta Lex Regni. T. 2. p. 249. n. 174.
Nec inibi admittitur derogatio eidem Regulæ. T. 2. p. 256. n. 261.
Regul. XIX. de viginti eſt una de receptis in Gallia, publicata in Parlamento, & pro Lege Regni recepta. T. 2. p. 238. n. 11. p. 247. n. 147.
Et ſervatur, etiam in Reſignatione Beneficiorum, quæ ſunt de Jurepatron. Regio collativo. T. 2. p. 238. n. 12.
Diſpoſitioni *Regul. XIX.* ſolum ſubjacent in Gallia Reſignationes, quæ fiunt coram Pontifice, vel Legato, ſecus quæ in manibus Ordinariorum explentur. T. 2. p. 242. n. 72. & 73.
Permutationes e contra Beneficiorum, quæ coram Galliæ Ordinariis fiunt, a diſpoſitione dictæ Regulæ non ſunt immunes. T. 2. p. 243. n. 74.
Sed in Gallia viginti dies numerantur, non a die præſtiti

per

per Reſignantem conſenſus, ſed a dio admiſſæ per Collatorem Reſignationis. T. 2. p. 143. n. 86.
Et decedente Reſignatario infra viginti dies, eſt locus diſpoſitioni Regulæ, ſive conſenſus præſtetur vivo Pontifice, ſive eo mortuo. T. 2. p. 347. n. 145.
Derogatio Pontificia Regulæ *de viginti*, an, & in quibus caſibus admittatur in Gallia? *Vid. V. Regula XIX.*
Regula XX. de Idiomate recepta eſt in Gallia, nec admittitur diſpenſatio contra illius diſpoſitionem. Tom. 2. p. 262. n. 9.
Regula XXII. an recepta ſit in Gallia tam quoad primam ejus partem reſpicientem expreſſionem valoris Beneficiorum, quæ uniuntur, quam reſpectu ſecundæ demandantis; quod ſemper in Beneficiorum *Unionibus*, *Diſmembrationibus &c.* fiat Commiſſio ad partes, vocatis, qui fuerint vocandi? *Vid. V. Reg. XXII.*
Regula XXX. de veroſimili notitia eſt una ex receptis in Gallias, regiſtrata in Parlamento, & effecta Lex Regni. *Vid. V. Reg. XXX.*
Regula XXXV. de Annali, olim recepta erat in Gallia, ſed hodie quoad ſecundam ejus partem non amplius inibi ſervatur. *Vid. V. Reg. XXXV.*
Regula XXXVI. de Triennali recepta eſt, & viget in Gallia. T. 3. p. 162. n. 11.
Regula XXXIX. de Litteris Religioſorum expediendis, an ſit recepta in Gallia? *Vid V. Regula XXXIX.*
Regulæ XLV. diſpoſitio circa conſenſum Reſervationi Penſionis a Titulari præſtandum, ſervatur in Gallia. T. 3. p. 377. n. 145.
Sed aliquando ei e Pontifice derogari ſolet. T. 3. p. 370. n. 48.
Regula XLVII. quæ requirit expreſſionem certi vacationis modi in Beneficiorum impetrationibus, an locum habeat reſpectu Beneficiorum Galliæ? *Vid. V. Regula XLVII.*
Regula LV. de Valore, an recepta ſit in Gallia? Et quomodo in impetratione Beneficiorum illius Regni fiat valoris expreſſio? *Vid. V. Regul. LV. V. Galliarum Concordata.*
In Gallia Sedes Apoſtolica diſpanſare non conſuevit ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium. T. 1. p. 153. n. 63.
Refertur exemplum indultæ retentionis Canonicatus cum Parochiali favore Perſonæ de Sede Apoſtolica optime meritæ. *ibid.* n. 64.
In Gallia aliquando diſpenſatum, ut una Monialis munus Abbatiſſæ in duobus Monaſteriis exercere poſſet. *ibid.* n. 65.
In Gallia paſſim indulget Sedes Apoſtolica Promotis ad Eccleſias Epiſcopales retentionem Monaſteriorum, quæ obtinent. T. 1. p. 134. n. 171.
Sed raro cum ipſis diſpenſat ſuper retentione Canonicatuum, & Dignitatum in Collegiatis, præſertim in eadem Civitate, vel Diœceſi, quibus Epiſcopus præficitur. *ibid.* n. 172.
Refertur exemplum Indulti conceſſi Archiepiſcopo Turonenſi de anno 1711. pro retentione ad ſex annos Decanatus, Dignitatis principalis in Collegiata S. Martini ejuſdem Diœceſis; ſed denegari poſtea ejus Succeſſori. *ibid.* n. 173. & 174.
Recenſentur etiam alia exempla Retentionum Beneficiorum reſidentialium, quæ conceſſa fuerunt promovendis ad Eccleſias Epiſcopales in Gallia, ſed ex gratia ſpeciali. *ibid.* n. 175.
Reſignationes Beneficiorum cum reſervatione fructuum, Pontifices in Gallia admittere non conſueverunt. T. 3. p. 368. n. 20.
Et ſimilis Reſignationis gratia a *Clemente XI.* denegata fuit Filio naturali Ducis *Aurelianenſis* Regni Regentis. T. 3. p. 369. n. 21.
Reſignatarii Parochialium in Gallia neceſſe eſt, quod ſint conſtituti in ætate annorum 30. ut in aliis Regionibus. T. 3. p. 329. n. 39.
In Reſignationibus Beneficiorum Galliæ datur tempus unius anni ad præſtandum conſenſum. *ibid.* n. 41.
Ordinarii conferunt in Gallia Beneficia litigioſa, nec inibi locum habet diſpoſitio *Cap. 1. & 2. ut Lit. penden. in 6.* T. 3. p. 249. n. 214. & 226.
In Gallia, an Pontifices derogare ſoleant Juripatr. ex cauſa Beneficii litigioſi? T. 3. p. 249. n. 221. & ſeq.
In Gallie, Monaſteria, quæ ſunt *Capita Ordinum* providentur ad electionem Monachorum. T. 3. p. 371. n. 81, & 82.
Sed aliquando ad preces Regum Clericis ſæcularibus commendata. *Vid. V. Commenda.*
Juxta praxim, quæ viget in Gallia, ſi quis in infirmitate conſtitutus Beneficium ſive ſimpliciter, ſive ad favorem reſignat, & poſtea convaleſcat, regreſſum ad Beneficium reſignatum habet, nedum contra ſuum Reſignatarium, ſed etiam contra illius Succeſſorem. T. 2. p. 238. n. 15. 16. & 17.
Sed praxis hæc eſt contra Jus. T. 2. p. 238. n. 14.
In Gallia, Penſiones, accedente etiam conſenſu Titularis, quibus in caſibus admitti ſoleant? T. 3. p. 377. n. 152.
Et de Edicto Ludovici XIV. Galliarum Regis ſuper modo gravandi Penſionibus Præbendas Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum, necnon Beneficia Curata? *ibid.* n. 153.
Admittuntur tamen in Gallia extra cauſas prædictas Penſiones Apoſtolica auctoritate reſervatæ de conſenſu Regis ſuper Beneficiis ad ipſius nominationem ſpectantibus. T. 3. p. 378. n. 154. & 156.
De Supplicatione a Clero Gallicano exhibita Regi, ne Penſionibus Eccleſias Archiepiſcopales, & Epiſcopales gravare permitteret, & de Reſponſione Regis. *ibid.* n. 155.
In Gallia juxta aſſertionem *Richard.* reluctante etiam Titulari, reſervantur e Papa Penſiones ad inſtantiam Regis Chriſtianiſſimi ſuper Beneficiis ad ejus nominationem ſpectantibus. T. 3. p. 379. n. 171.
Sed aſſertio hæc rejicitur. *ibid.* n. 172. & ſeqq.
In Penſionibus, quæ ad Regis Galliarum inſtantiam a Papa reſervantur ſuper Beneficiis ad ejus nominationem ſpectantibus, duplici modo præſtatur e Titularibus conſenſus, & quomodo? T. 3. p. 379. n. 166.
De nominatione Superiorissæ Generalis Ordinis *Fontis Ebraldi* in Gallia facta a *Ludovico XIII.* ad Penſionem ſuper fructibus cujuſcum Monaſterii Virorum. *ibid.* num. 172.
Et de reclamationibus Cleri Gallicani ad Pontificem, ne præfatam nominationem admitteret. Tom. 3. p 380. nom. 180.
Refertur Reſolutio Congregationis particularis ſuper hoc puncto edita. *ibid.* n. 181. & ſeqq.
Nec non Epiſtolæ Cardinalis *Corradi* Pro-Datarii ſan. mem. *Alexandri VII.* ad Epiſcopum *Montis Feſſulani* ſcripta. *ibid.* n. 184.
Referuntur nonnulla exempla Penſionum, quæ a Sede Apoſtolica reſervata fuerunt favore Familiarium in Gallia. T. 3. p. 379. n. 173.
Sed non expedire, ut Penſiones in Gallia ad Regis inſtantiam reſervantur favore Abbatiſſarum Monaſteriorum, reſpondit anno 1656. Congregatio particularis. T. 3. p. 380. n. 183. & 184.
Vid. V. Penſio quoad Reſervationem.
Penſiones impoſitæ ſuper Beneficiis Conſiſtorialibus Regni Franciæ, exiguntur vigore Cedulæ Conſiſtorialis, aut Supplicationis a Papa ſignatæ, abſque expeditione Litterarum. T. 3. p. 3.. n. 20.
Et, an exigi poſſint e dicto Regiæ nominationis, ſeu expeditionis, ut vulgo dicitur *de brevetto*. *Vid. V. Belgium.*
In Proviſione Beneficiorum non Conſiſtorialium *Patriæ reductæ* in Regno Franciæ, non expediuntur Litteræ, ſed ſufficit ſola Supplicationis Signatura in debita forma recognita. T. 3. p. 37. n. 63.
Idem ſervatur pro Beneficiis *Patriæ Obedientiæ*, licet priſcis temporibus ſuper illis, Litteræ Apoſtolicæ expediri conſueverint. T. 3. p. 38. n. 64. & 65.
Galli tenentur Litteras expedire in proviſionibus Eccleſiarum Epiſcopalium, & Beneficiorum, quæ taxata reperiuntur in Libris Cameræ. *ibid.* n. 66.
Nec non pro Prioratibus omnibus Conventualibus, ſive taxatis, ſive non, in libris præfatis, dummodo quoad non taxatos, Conventualitas ſuppreſſa non fuerit, vel agatur de Prioratu habitu, non tamen actu a quadraginta annis, & ultra, Conventuali. *ibid.* n. 67.
Quemadmodum in Proviſionibus Apoſtolicis Dignitarum in Cathedralibus poſt Pontificales Majorum, & Principalium in Collegiatis. T. 2. p. 143. n. 70. T. 3. p. 38. n. 68.
Et pro Monaſteriis Monialium. *ibid.* n. 69.
Demandarentur tamen in Gallia exequutioni Proviſiones hujuſmodi Beneficiorum, ſi exhiberetur tantummodo Supplicatio Manu Papæ ſignata. *ibid.* n. 70.
Sed hoc ne ſequatur, ſatis Romæ conſultum. *ibid.*
Conveniens eſſet, quod in Diſpenſationibus *pro Illegitimis*, quæ in Galliis conceduntur, præfigeretur terminus ad expediendas Litteras, prout fieri ſolet in Italia, & Germania. T. 2. p. 143. n. 71.
Concilium Tridentinum anno 1615. fuit generaliter acceptatum a Clero Gallicano. T. 4. p. 17. n. 118.
Et eſt in Gallia receptum quoad omnia, & ſingula Decreta fidei, Canoneſque ſuper controverſæ Doctrinæ capitibus conditos. *ibid.* n. 119.
In Gallia, non ſervatur Decretum Concilii Tridentini quoad prohibitam retentionem plurium Beneficiorum ſimplicium ebſque Apoſtolica diſpenſatione, quando primum ſufficit pro congrua ſuſtentatione. T. 1. p. 154. n. 74.
Refertur diſputatio hac de re habita inter Theologos Pariſienſes de annis 1235. & 1238. *ibid.* n. 76.

Nec non inſtantia nomine Regis Chriſtianiſſimi PP. Concilii Tridentini exhibita, ut unum tantum Beneficium uni conferretur, ſublata differentia inter compatibilia, & incompatibilia. T. 1. p. 174. n. 77.
Matrimonia filiorum familias, diſſentientibus Parentibus in Gallia contracta, an ſint valida? *Vid. V. Matrimonium filiorum famil.*
In Gallia, an valida ſint Matrimonia ſine Canonicis denunciationibus contracta? *Vid. V. Matrimonium quoad Denunciationes.*
Clauſulæ circa legitimationem Prolis ſuſceptæ, aut ſuſcipiendæ, in Literis Apoſtolicis ſuper diſpenſationibus Matrimonialibus adjici ſolitæ, an dici merantur a DD. Gallis abuſivæ, ſeu de genere, illarum quæ vitiantur, & non vitiant? *Vid. V. Diſpenſationes Matrimoniales.*
Et, an poſſit in eo Regno Pontifex Prolem legitimare quoad bona temporalia, Officia, & Honores? *Vid. eod. V.*

Galliarum Concordata.

De Concordatorum origine, & cauſis ob quas inita fuerunt? T. 1. p. 187. n. 81.
Succeſſerunt Concordata loco Pragmaticæ Sanctionis, quæ abrogata remanſit. T. 2. p. 99. n. 274.
Sunt late interpretanda, quia favorabilia, & magis, quam Indulta Cardinalium. ibid. n. 275.
Et in quibus differant a Concordatis Germaniæ? ibid. n. 276.
Per Concordata ſublatæ fuerunt in Gallia omnes Reſervationes præter quatuor, in Epiſcopatibus nempe, & Abbatiis, in Beneficiis vacantibus *apud Sedem*, in Præventione, & in Mandatis. T. 1. p. 22. n. 27. & 28.
Sublatis per Concilium Tridentinum Expectativis, ceſſarunt etiam Mandata. ibid. n. 49.
Concordata Galliarum habent vim Contractus, quorum, vel unum caput violare, nec Pontifici, nec Regi integrum eſt. T. 1. p. 67. n. 269. & p. 188. n. 85.
Poſſunt eorum vigore Galliarum Reges nominare ad Eccleſias Cathedrales & Metropolitanas in Regno *Franciæ*, *Delphinatu*, & *Comitatu Dienſi*, ac *Valentinen.* pro tempore vacantes. T. 1. p. 187. n. 80.
Nec non ad Monaſteria, & Prioratus Conventuales, & vera electivos. ibid.
Pro hujuſmodi nominatione facienda, licet Concordata terminum trium Menſium Regibus præfigant, praxis tamen inolevit, quod Sedes Apoſtolica ſemper, & quandocumque eorum nominationes admittat. T. 1. p. 77. num 372.
Tenentur Reges vigore Concordatorum ad Eccleſias Cathedrales Perſonas idoneas, agentes ſaltem vigeſimum ſeptimum annum, & ad Monaſteria, ſaltem in vigeſimo tertio anno conſtitutas, nominare. T. 1. p. 187. n. 80. & 83. T. 1. p. 329. n. 21.
Et coram quo examen, & Proceſſus Nominatorum fieri debeat? T. 1. p. 187. n. 80.
Vigeſimus ſeptimus annus pro nominandis ad Eccleſias Epiſcopales Galliæ, an debeat eſſe completus, vel ſufficiat inceptus? T. 2. p. 329. n. 22.
Sed Pontifices aliquando indulgere ſolent, ut minores ætate annorum viginti ſeptem, promoveantur ad Eccleſias Cathedrales in Regno Franciæ, & referuntur exempla. T. 2. p. 330. n. 28. & 31.
Si Rex Perſonam minus idoneam nominaverit, poterit Pontifex illam recuſare, & Rex tenetur hoc caſu intra alios tres Menſes denuo nominare, alias Papa libere de Eccleſia, vel Monaſterio diſponet. T. 1. p. 187. n. 83.
Quemadmodum, poteſt Papa ex juſtis cauſis non admittere Regias nominationes ad Prælaturas. Tom. 2. p. 282. n. 128.
Referuntur exempla recuſationum a Pontificibus factarum de Perſonis minus idoneis nominatis a Regibus. T. 1. p. 187. n. 83.
Rege dignum nominante, non poteſt Pontifex, ſalva juſtitia, nominationem recuſare. T. 1. p. 188. n. 84.
Sed admiſſa per Pontificem nominatione, permiſſum Regi non eſt ab ea reſilire, & alium nominare. ibid. n. 86.
Refertur exemplum in contrarium. ibid. n. 87.
Rex Chriſtianiſſimus, vigore Concordatorum, Jus habet nominandi etiam ad Cathedrales de novo erectas poſt Concordata, & quare? T. 2. p. 190. n. 105.
Contrarium, quod earum proviſio ſpectet ad liberam Pontificis diſpoſitionem. ibid. n. 107. & ſeqq.
Civitas, vel Provincia Regni Franciæ, quæ ante Concordata diſtracta fuit, ſi poſt Concordata Regno iterum accedat, ſub iiſdem non comprehenditur, nec Regi Jus nominandi ad illius Eccleſias, & Monaſteria competit; & ita reſolutum. T. 1. p. 189. n. 92.
Diſtracta vero poſt Concordata, in eorum nexum reincidit, ſi Regno denuo reincorporari contingat. ibid. n. 93. & ſeqq.
Rex Chriſtianiſſimus vigore Concordatorum jus habet nominandi, etiam ad Cathedrales, & Monaſteria exiſtentia in Provinciis de novo acquiſitis. T. 1. p. 188. n. 88.
Contrarium verius. Redditur ratio, & explicatur *Duarenus.* ibid. n. 89. 90. & 91.
Concordatis Galliæ, non ſunt obnoxiæ Provinciæ a Rege Chriſtianiſſimo acquiſitæ in *Belgio*, & *Germania*, nec ea pars Comitatus *Burgundiæ*, quæ ejus Dominio ſubeſt. T. 2. p. 99. n. 282.
Sed, quoad Eccleſias, Monaſteria, & Beneficia Conſiſtorialia in dictis Regionibus exiſtentia, Reges Galliarum jure gaudent nominandi ex Indultis Apoſtolicis. ibid.
Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales in ſpecie. V. Galliarum Rex.
Regiones della *Breſſe*, *Bugey*, *Valromay* & *Gex* ab Henrico IV. acquiſitæ in compenſationem Marchionatus Salutiarum Sabaudiæ Duci ceſſi, ſub Concordatis Galliæ comprehenduntur. ibid. n. 283.
Contrarium, & reprobatur *Thomaſſin.* T. 1. p. 100. n. 284.
Beneficia ſita extra Regnum Franciæ, ſed ſpectantia ad collationem Ordinariorum Franciæ, an illius Concordatis ſubjaceant? ibid. n. 285. & ſeqq.
Vid. V. Primatiæ Præces.
Præceptoriæ S. Spiritus in Saxia, non cadunt ſub Concordatis, & quare? T. 1. p. 310. n. 9. & 13.
Nec Regiæ nominationi ſubjacent Præceptoriæ *S. Antonii de S. Antonio Vienen.*, quia non providentur per electionem, ſed per collationem. T. 1. p. 314. n. 58.
Abbatiæ temporales, non ſubjacent Concordatis, nec quoad illas Jure nominandi Rex gaudet. T. 1. p. 210. n. 137.
Excipiuntur itidem a Concordatis Monaſteria, & Prioratus, quorum Capitula gaudent Privilegio Apoſtolico eligendi proprium Prælatum. T. 1. p. 209. n. 122.
Sed, an hujuſmodi exceptio hodie ſervetur? ibid.
Quemadmodum excipiuntur Monaſteria, quæ non ſunt vere electiva, quia nempe in Abbatum electione non ſervatur forma *Cap. Quia propter, de Elect.* ibid. n. 123.
Sed ex antiqua conſuetudine Rex nominat etiam ad Monaſteria non electiva. ibid. n. 124.
Et quomodo hujuſmodi nominatio concipiatur? ibid.
Prioratus Conventuales electivi, ſpectant ex Concordatis ad Regis nominationem. ibid. n. 125. & p. 308. n. 82.
Sed non electivi providentur ab iis, ad quos de jure ſpectat collatio. T. 1. p. 209. n. 126.
Et aliquando a Pontifice jure præventionis. ibid. n. 127.
Concordata Galliæ comprehendunt etiam Beneficia litigioſa. T. 2. p. 100. n. 288.
Redditur ratio, quia in Gallia locum non habet diſpoſitio *Tex. in Cap. 1. & 2. Ut lit. pendent.* ibid. n. 289.
Regi Chriſtianiſſimo competit vigore Concordatorum jus nominandi etiam ad Monaſteria Monialium per Abbatiſſas perpetuas regi ſolita. T. 1. p. 214. n. 151.
Contrarium, & redditur ratio. ibid. n. 152.
Idque declaravit *Henricus II.* Galliarum Rex anno 1550. ibid.
Reges Galliæ ad Monaſteria præfata nominare contendunt ex Apoſtolico Indulto, ſi non vigore Concordatorum. T. 1. p. 215. n. 154.
Et jus nominandi extendit Ludovicus XIV. ad Monaſteria Monialium *Urbaniſtarum.* ibid. n. 155.
Contrarium, quod Reges præfati nullo gaudeant Apoſtolico Indulto nominandi ad Monaſteria præfata. ibid. & n. 156.
Providentur tamen dicta Monaſteria a Sede Apoſtolica Perſonis Regi gratis, & acceptis; ſed in Literis Apoſtolicis nulla Regiæ nominationis fit mentio. ibid. n. 157.
Monaſteria, quæ per Abbatiſſas Triennales reguntur, Regiæ nominationi non ſubjacent. ibid. n. 159.
Minuſque illa, quæ ſunt Ordinis S. Franciſci. ibid.
Beneficia omnia Galliarum, etiam majora, Epiſcopatus nempe, & Abbatiæ *apud Sedem* vacantia, non ad Regis nominationem, ſed vigore Concordatorum, ad liberam Pontificis diſpoſitionem pertinent. T. 1. p. 58. n. 203. p. 64. n. 241. & 245.
Amplia, etiam ſi Epiſcopus, vel Abbas decedat intra duas Dietas. T. 1. p. 66. n. 274.
Intellige, quando vacant *apud Sedem* proprie, & per obitum naturalem Epiſcopi, vel Abbatis, ſecus ſi improprie, per ceſſionem nempe, tranſlationem, privationem &c. T. 1. p. 58. n. 204. p. 61. n. 224. & p. 76. n. 359.
Aliquando tamen Pontifices libere diſpoſuerunt de Cathedralibus Eccleſiis Galliarum, quæ *apud Sedem* vacarunt per obitum civilem, depoſitionem nempe &c. Tom. 1. p. 60. n. 218.

Refertur, & rejicitur aſſertio nonnullorum Galliæ Pragmaticarum, quod Beneficia majora, ſeu Conſiſtorialia Galliarum, etiam *apud Sedem* vacantia, conferri debeant ad Regis nominationem. T. 1. p. 58. n. 205. & ſeqq.
Pontifices pluries vigore Concordatorum diſpoſuerunt de Beneficiis Conſiſtorialibus Franciæ, dum *apud Sedem* vacarunt. T. 1. p. 61. n. 229. 231. & ſeqq. p. 64. n. 242.
Et aliquando ſuper iiſdem Beneficiis Penſiones Perſonis ſibi gratis, & acceptis reſervarunt. T. 1. p. 61. n. 230.
Et reſpondetur contrariis exemplis. T. 1. p. 63. n. 234. 235. & 238. p. 64. n. 244.
Reſervatio Beneficiorum Conſiſtorialium Galliæ ob eorum vacationem *apud Sedem* vigore Concordatorum, ſæpiſſime a Regibus Galliarum agnita, & approbata fuit. T. 1. p. 61. n. 225.
Ipſique Galliarum Reges Indulta Apoſtolica impetrarunt nominandi ad Cathedrales, & Monaſteria *apud Sedem* vacantia cum derogatione Concordatis. *ibid.* n. 227. & 228. p. 65. n. 254.
Beneficia inferiora in Regno Franciæ exiſtentia, dum *apud Sedem vacant*, ſunt Pontifici reſervata, etiamſi ſpectent ad collationem S. R. E. Cardinalium. Tom. 1. p. 64. n. 245.
Ampla, quamvis dependeant ab Abbatiis Regularibus iiſdem Cardinalibus commendatis. *ibid.* n. 246.
Beneficia Conſiſtorialia Galliarum *apud Sedem* vacantia, poſſunt libere a Pontifice conferri, etiam elapſo menſe a die eorum vacationis. T. 1. p. 65. n. 248.
Etſi *apud Sedem* vacent tempore illius viduitatis, adhuc abſque Regis nominatione a novo Pontifice providentur. *ibid.* n. 249.
Beneficia Conſiſtorialia Franciæ non vacant *apud Sedem*, ad effectum excludendi Regis nominationem, ſi eorum poſſeſſor in Curia degeret tanquam Legatus pro Regiis negociis. *ibid.* n. 250.
Contrarium verius, & redditur ratio. *ibid.* n. 251. 252. & 253.
Eccleſiæ Epiſcopales Regno Franciæ limitrophæ, & *apud Sedem* vacantes, non ſubjacent Concordatis, ſed provideri debent ad Regis nominationem. *ibid.* n. 255.
Contrarium verius. *ibid.* n. 256. p. 66. n. 267.
Et explicatur *Rebuff.* T. 1. p. 65. n. 257.
Solent tamen Pontifices in earumdem Eccleſiarum proviſione ex urbanitate ſignificare Regi Perſonas eligendas, ne minus gratas, & fideles eligant. T. 1. p. 63. n. 237. p. 65. n. 157. 259. & 260.
De Indultis, quibus gaudent Reges Chriſtianiſſimi nominandi ad Eccleſias, & Monaſteria Provinciarum, quæ de novo Coronæ acceſſerunt, in quorum aliquibus indulgetur nominatio, etiamſi *apud Sedem* vacare contigerint, in aliquibus excluditur. T. 1. p. 65. n. 264.
Pontifices Regibus Galliarum pluries indulſerunt, ut tam quoad majora Beneficia *apud Sedem* vacantia, quam reſpectu aliorum, quæ Concordatis ſubjacent, nominare poſſent. T. 1. p. 66. n. 265.
Et referuntur exempla. *ibid.* n. 265. & 272.
Rejicitur uti falſa opinio *Hieronymi a Coſta*, quod nominatus ad Beneficium Conſiſtoriale a Rege Chriſtianiſſimo ſub conditione obtinendi Indultum *ne vacet apud Sedem*, ſi illud non obtineat, præſervatum adhoc remanet jus Regis, contingente ejuſdem Beneficii vacatione *apud Sedem*. *ibid.* n. 266.
Reprobatur itidem *Pinſonius*, qui cenſet id procedere, etiamſi nominatio abſque dicta conditione expleta fuerit, ex quo ſubintelligi debet. *ibid.* n. 267.
Cauſæ majores in jure expreſſæ denominatæ, reſervantur in Concordatis Galliæ Sedis Apoſtolicæ Judicio, etiam in prima inſtantia. T. 3. p. 194. n. 143.
Et Concordata reſervando Sedis Apoſtolicæ Judicio Cauſas præfatas, reſpectum habuerunt ad *Gratiani* Decretum, & Decretales. *ibid.* n. 145.
Et vigore dictorum Canonum, Cauſæ Criminales contra Epiſcopos, quæ depoſitione, aut privatione dignæ ſunt, inter *Cauſas majores* præcipua numerantur. *ibid.* n. 144. & 146. p. 195. n. 152.
Cauſæ Epiſcoporum Galliæ cognoſci debent a Summo Pontifice, etiamſi agatur de delicto Privilegiato, quia neme ſint ipſi læſæ Majeſtatis rei. T. 3. p. 198. n. 183. & ſeqq.
Crimen læſæ Majeſtatis numeratur inter *Cauſas majores*, de quibus fit mentio in Concordatis. *ibid.* n. 186.
Rejicitur Sententia Gallorum, quod Cauſæ hujuſmodi Romæ a Pontifice cognoſci non poſſint, ſed delegari debeant Judicibus in partibus. T. 3. p. 194. n. 147. & 148.
Nec non interpretatio, quam Concordatis tradere nituntur. *ibid.* n. 148. 150. & ſeqq.
Cauſarum Majorum cognitio in Gallia, etiam ante Concordata, privative ſpectabat ad Sedem Apoſtolicam. *Rigantis in Reg. Cancellariæ.* Tom. IV. T. 3. p. 195. n. 156. p. 196. n. 157. & ſeqq.
Et referuntur exempla. T. 3. p. 196. n. 157. & ſeqq.
Referuntur itidem exempla *Cauſarum Majorum*, quæ in Gallia poſt Concordata Pontificis judicium in prima inſtantia ſubierunt. *ibid.* n. 161. 162. & ſeqq.
Et reſpondetur nonnullis exemplis Delegationum, quæ ab *Innocentio X. Alexandro VII. & Clemente IX.* in Cauſis Epiſcoporum Galliarum factæ fuerunt in partibus. T. 3. p. 197. n. 164. & 165.
Cardinalium Cauſæ, in Galliarum Concordatis judicio Sedis Apoſtolicæ, etiam in prima inſtantia reſervantur. T. 3. p. 194. n. 144. p. 197. n. 166.
Quamvis Cardinales extra Curiam degant, & reprobatur *Rebuff.* T. 3. p. 197. n. 167. & 169.
Cardinalium Cauſæ in delictis Privilegiatis, illo præſertim læſæ Majeſtatis, cognoſci poſſunt in Gallia a poteſtate ſeculari, & referuntur exempla. *ibid.* num. 172. & ſeqq.
Contrarium, quod Cauſæ Cardinalium, qui ſint Majeſtatis Rei, ab alio, quam a Pontifice cognoſci non poſſunt. Redduntur rationes, & reſpondetur ſingillatim exemplis contrariis. T. 3. n. 198. n. 183. & plur. ſeqq.
Crimen læſæ Majeſtatis a Cardinalibus perpetratum, numeratur inter *Cauſas majores*, de quibus fit mentio in Concordatis. *ibid.* n. 186.
Concordata, nedum Sedi Apoſtolicæ reſervant Cardinalium Cauſas, quæ *Fidem* reſpiciunt, ſed generaliter, & indiſtincte quaſcumque alias. T. 3 p. 199. n. 187. *Vid. V. Cauſæ majores.*
In impetratione Beneficiorum omnium inferiorum Regni Galliæ, exprimendus eſt ad tramites Concordati verus illorum valor juxta communem æſtimationem. T. 3. p. 5. num. 37.
Et de controverſiis ſuper hoc puncto exortis inter Regem, ac Parlamentum, & Univerſitatem Pariſienſem, & de Bulla *Leonis X.* mandante, ut eorumdem Beneficiorum valor exprimatur in Ducatis 24. *ibid.*
Hinc Regula LV. de exprimendo vero Beneficiorum valore, recepta non eſt in Gallia. T. 4. p. 64. n. 52.
Et Concordatum Gallicanum in ea parte, qua hujuſmodi expreſſionem demandat, ſemper controverſum, nunquam ſervatum fuit. *ibid.* n. 53. & 54.
In Regno præfato, exceptis Beneficiis Conſiſtorialibus, praxis eſt, quod in proviſione aliorum, fiat expreſſio valoris in Ducatis viginti quatuor. T. 2. p. 283. n. 16. T. 4. p. 64. n. 55.
Et unde praxis hæc originem habuit? T. 2. p. 183. n. 15. T. 4. p. 65. n. 56.
Sed ubi agitur de unione Beneficiorum in Galliis, exprimi debet verus illarum valor. Et reſpondetur contrariis exemplis. T. 2. p. 183. n. 14 & ſeqq.
De Taxa Beneficiorum Conſiſtorialium in Gallia? *Vid. V. Taxa.*
Rejicitur Sententia eorum, qui exiſtimant Taxas præfatas non poſſe vigore Concordatorum adaugeri abſque conſenſu Regis, & Prælatorum Regni. Tom. 3. p. 5. num. 36. & ſeqq.

GALLIARUM REX.

De jure nominandi, quo Galliarum Reges gaudent vigore Concordatorum ad Eccleſias Cathedrales, Monaſteria, aliaque Beneficia Conſiſtorialia? *Vid. V. Galliarum Concordata.*
Reges Galliarum nominare non poſſunt vigore Concordatorum ad Eccleſias, & Monaſteria exiſtentia in Provinciis de novo acquiſitis, ſed indigent Apoſtolico Indulto. T. 1. p. 188. n. 89 & 90.
Indulta præfata iiſdem Regibus, pluries Sedes Apoſtolica elargita fuit, & recenſentur nonnulli Auctores, qui de illis meminerunt. T. 1. p. 189. n. 99.
Dum Regibus Indulta præfata concedebantur, ipſi ſuis Litteris mandabant, illæſa, & integra ſervari jura Sedi Apoſtolicæ in iiſdem Provinciis competentia. Et referuntur exempla. T. 1. p. 190. n. 102.
Traditur ratio, cur Litteræ præfatæ obtentæ non fuerint a Regibus Chriſtianiſſimis ſub *Sixto V.* & *Clemente VIII.*? *ibid.* n. 103.
Reges Galliarum ex Indulto a *Leone X.* conceſſo *Franciſco I.*, jure gaudent nominandi ad Beneficia Conſiſtorialia exiſtentia in *Britannia*, & *Provincia Provinciæ*, quæ ſunt Regiones ſub Concordatis non comprehenſæ. T. 1. p. 198. n. 23. & p. 210. n. 128.
In Indulto Apoſtolico, quo Galliarum Reges gaudent nominandi ad Eccleſias, & Monaſteria exiſtentia in *Patria Obedientiæ*, excluditur vacatio *apud Sedem*. T. 1. p. 64. num. 243.

Galliarum Reges Indulto gaudent Apoſtolico nominandi ad Eccleſias *Meten. Tullen.* & *Virdunen.* ac Monaſteria, & Dignitates in earum Diœceſibus exiſtentes, præterquam ſi *apud Sedem* vacent, ab *Alexandro VII.* primum, deinde a *Clemente IX. Ludovico XIV.* conceſſo. T. 1. p. 189. n. 99. p. 198. n. 23. p. 210. n. 129.

Nec non jure nominandi ad Eccleſiam *Elnen.* & Beneficia Conſiſtorialia in *Comitatu Roſſilionis*, *Confluentiæ*, & *Cerdanæ* exiſtentia, etiam ſi *apud Sedem* vacarent. T. 1. p. 189. n. 99. p. 198. n. 23. p. 210. n. 130.

Sed in Indulto præfato expreſſe Pontifex præſervavit Jura Sedi Apoſtolicæ in iiſdem Regionibus competentia. T. 1. p. 190. n. 104.

Gaudent pariter Galliarum Reges Indulto nominandi ad Eccleſias *Atrebaten.* & *Tornacen.*, nec non Monaſteria, & Beneficia Conſiſtorialia exiſtentia tam in Ditione Belgica Coronæ Franciæ ſubjecta, quam in illa de novo acquiſita. T. 1. p. 189. n. 99. p. 210. n. 131.

Quemadmodum, & Apoſtolica facultate nominandi ad Eccleſias *Ipren.* & *Audomaren.* T. 1. p. 190. n. 99.

Ac ad Abbatias, Monaſteria, & Prioratus Conventuales *Burgundiæ*, & locorum ab ea dependentium. T. 1. p. 198. n. 23. p. 210. n. 131.

Et ad Beneficia Conſiſtorialia exiſtentia in ea parte *Belgii*, quæ per Tractatum *Noviomagenſem* a Rege Catholico Coronæ Franciæ ceſſa fuit. T. 1. p. 210. n. 133.

Indulſit etiam Regibus Galliarum *Innocentius XII.* facultatem nominandi ad Eccleſias Cathedrales *Biſuntinam*, & *Cameracenſem.* T. 1. p. 190. n. 99.

Et *Clemens XII.* jus nominandi ad omnia Monaſteria, etiam Conſiſtorialia exiſtentia in Ditionibus *Lotharingiæ*, & *Bari*, præterquam ſi *apud Sedem* vacarent, exceptis iis, quæ ſunt Capita Ordinum. T. 1. p. 210. †

Reges Galliarum Indulto gaudentes Apoſtolico nominandi ad Monaſteria in ſupradictis Regionibus exiſtentia, ad ea nominare poſſunt, etiamſi actu Conventum habeant, & in titulum perpetuum conferri ſoleant. T. 1. p. 198. n. 24.

Ad Regum Galliarum Supplicationes, aliquando Pontifices Monaſteria, quæ in Gallia ſunt *Capita Ordinum*, commendarunt. *Vid. V. Commenda.*

Regi Chriſtianiſſimo, Reginæ, ac Univerſitati Pariſienſi Jus nominandi ad Beneficia indulſit *Joannes XXII.* T. 1. p. 22. n. 18.

Reges Galliæ, an Indulto gaudeant Apoſtolico nominandi ad Monaſteria Monialium per Abbatiſſas perpetuas regi ſolitas? *Vid. V. Galliarum Concordata.*

Galliarum Reges Indulto gaudent Apoſtolico nominandi cuilibet Prælato Regni ſemel tantum in vita ſua, ad Beneficia certi reditus primo vacatura, Supremum Regni Cancellarium, Præſides, Conſiliarios, aliosque Officiales Parlamenti Pariſienſis. T. 3. p. 23. n. 142. & 143.

Nominatio hujuſmodi, licet ſapiat Gratiam expectativam, non ſubjacet tamen revocationi Conciliari. *ibidem* num. 144.

Reges Galliarum facultate gaudent dirigendi Preces pro collatione Beneficiorum ad Regni Collatores ob jucundum eorum adventum ad Coronam. *ibid.* n. 148.

Sed jus iſtud, nec Sedes Apoſtolica, nec Galliarum Parlamenta agnoverunt. *ibid.* n. 149.

Galliarum Rex, an poſſit nominare Fœminas ad Penſiones in Galliis? *Vid. V. Gallia.*

Penſiones, quæ ad Supplicationem Regis Galliarum imponuntur ſuper Eccleſiis Epiſcopalibus, & Monaſteriis *Belgii* ſibi ſubjecti, an exigi poſſint a die earum nominationis, ſeu expeditionis, ut vulgo dicitur *del Brevetto*? *Vid. V. Belgium.*

GERMANIA.

In Germania, an, & quæ Regulæ Cancellariæ vigeant? *Vid. V. Regulæ Cancellariæ in genere.*

In Impetrationibus Beneficiorum Germaniæ, an neceſſaria ſit veri valoris expreſſio, illiuſque juſtificatio ad tramites Regulæ LV. Cancellariæ? *Vid. V. Germaniæ Concordata. V. Regula LV.*

Et, an expreſſio præfata requiratur in eorumdam Beneficiorum Unionibus, Diſmembrationibus, Suppreſſionibus &c. ad tramites Regulæ XXII.? *Vid. V. Germaniæ Concordata. V. Reg. XXII.*

Beneficia Germaniæ, quæ reſignantur, permutantur, aut ceduntur intra tempus vacationis, & promotionis ad Prælaturam, an ſubjaceant cenſuræ Regulæ XXVI.? *Vid. V. Regula XXVI.*

Dignitates poſt Pontificalem majores in Cathedralibus, & Principales in Collegiatis Germaniæ, ſunt Pontifici reſervatæ vigore Regulæ IV. & non Concordatorum; & de Indulto Apoſtolico nonnullis Capitulis conceſſo ad ea eligendi? *Vid. V. Germaniæ Concordata. V. Regula IV. quoad Reſervationem Dignitatum poſt Pontificales majorum &c.*

Et in Cathedralibus Germaniæ, Dignitas major in Cathedrali regulariter eſt Præpoſitura. T. 1. p. 287. n. 21.

Beneficia Prothonotariorum non participantium a Papa creatorum, an in Germania ſint reſervata? *Vid. V. Prothonotariatus quoad reſervationem.*

Reſervatio ex capite hæreſis, an locum habeat in Germania? T. 1. p. 47. n. 72.

Diſpoſitio *Cap. Si Apoſtolica* locum habet etiam in Parochialibus Germaniæ, nec ei per Concordata derogatum. T. 1. p. 78. n. 388.

Hinc Parochiales Eccleſiæ Germaniæ *apud Sedem* Apoſtolicam vacantes tempore illius viduitatis, ſunt exemptæ a reſervationibus, & conferri poſſunt ab Ordinariis. T. 1. p. 13. n. 129.

Beneficia Juriſpatr. Eccleſiaſtici, etiam in Germania ſubjacent reſervationibus Apoſtolicis. T. 2. p. 34. n. 157.

Et de reſponſione data a *Pio IV.* Oratoribus Principum Germaniæ de hujuſmodi reſervatione ſe conquerentium? *ibid.* n. 158.

In Germania derogant Pontifices Juripatron. laicali ex cauſa Beneficii litigioſi. T. 3. p. 249. n. 219.

Præpoſitura in Germania, licet ſit prima Dignitas in Cathedrali, vel Collegiata, non eſt incompatibilis cum altero Beneficio reſidentiali, & redditur ratio? T. 1. p. 148. n. 10.

De Statutis nonnullarum Eccleſiarum Germaniæ, quod proviſi de Canonicatibus carere debeant per aliquot annos eorum fructibus; & an ſequuta hujuſmodi Canonicatuum proviſione, Beneficia incompatibilia ante obtenta vacent *eo ipſo*, ſeu potius vacatio ſequatur elapſis annis carentiæ? *Vid. V. Beneficia quoad incompatibilitatem, & pluralitatem.*

In Germania paſſim diſpenſatur ſuper retentione plurium Canonicatuum in diverſis Eccleſiis Cathedralibus. Et refertur exemplum indultæ retentionis ſex Canonicatuum in ſex Cathedralibus Eccleſiis. T. 1. p. 152. n. 55. 56. & 57.

Et ex Indulto hujuſmodi retentionis, nulla inducitur affectio favore Pontificis, quia Papa manus non apponit ad effectum conferendi, ſed diſpenſandi. T. 1. p. 130. n. 125. 127. & 128.

Indulgeri etiam ſolet aliquando in Germania retentio Canonicatus cum Parochiali. *Vid. V. Beneficia incompatibilia quoad Diſpenſationem ea inſimul retinendi.*

Diſpenſatio ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium in Germania, indulgeri conſuevit nedum expreſſe, ſed etiam tacite, & exponitur praxis hujus tacitæ diſpenſationis. *Vid. eod. V.*

In Germania, ſæpe diſpenſatum fuit a Sede Apoſtolica, ut plures Abbatiſſatus Dignitates principales in Collegiatis utriuſque ſexus, retineri poſſent per eamdem Canoniſſam. T. 1. p. 153. n. 62. & ſeqq.

In Germania, promotis ad Eccleſias Cathedrales paſſim conceditur retentio Canonicatuum in aliis Cathedralibus, ne electionem paſſivam ad illas amittant. Tom. 1. p. 133. n. 163.

Sed quandoque indulgeri ſolet ad tempus Pontifici beneviſum. *ibid.* n. 164.

Quod uniforme eſt antiquæ Eccleſiæ praxi. *Vid. V. Beneficia vacantia per promotionem quoad Gratiam eorum retentionis.*

Et, ſi plura ſunt Beneficia incompatibilia, quæ promovendus obtinet, apponi ſolet aliquando clauſula, *dimiſſo altero quem maluerit.* *ibid.* n. 164. & 165.

Canonicatuum Germaniæ retentio indulta aliquando fuit etiam promotis ad Eccleſias extra Germaniæ limites exiſtentes, & referuntur exempla. *ibid.* n. 166.

Plures Epiſcopatus in Germania, ut inſimul ab eadem Perſona retineri poſſint, non raro indulgere conſuevit Sedes Apoſtolica, & quare? *ibid.* n. 167.

Referuntur exempla hujuſmodi diſpenſationum. *ibidem.* num. 168.

Poſt publicatum Concilium Tridentinum, uſque ad tempus *Alexandri VII.*, nunquam fuit diſpenſatum ſuper retentione Eccleſiæ *Tridentinæ* cum alia Eccleſia in Germania. Et exempla percutiunt tempus ante Concilium. T. 1. p. 134. n. 169.

Retentionem hanc primus indulſit Pontifex præfatus *Sigiſmundo* ab Auſtria Epiſcopo Auguſtano, ad Eccleſiam Tridentinam poſtulato. *ibid.* n. 170.

Eccleſiæ Epiſcopales Germaniæ vacantes per earum Epiſcoporum translationes ad alias Eccleſias, ſpectant ad liberam Pontificis diſpoſitionem. T. 1. p. 325. n. 55.

Sed

Sed quandoque Pontifices jus eligendi Capitulis indulſerunt, & referuntur exempla. T. 1. p. 125. n. 56.
In Germania pluries indultum Capitulis, ut non obſtante ceſſione Eccleſiæ facta in eorum manibus, ad electionem novi Præſulis devenire poſſent. T. 1. p. 70. n. 306.
Vid. V. Epiſcopus quoad ceſſionem Eccleſiæ.
Epiſcopis Titularibus Germaniæ deputatis Suffraganeis perpetuis in alienis Diœceſibus, paſſim Apoſtolica Sedes indulget retentionem Beneficiorum reſidentialium. T. 1. p. 129. n. 107.
Et quomodo concedatur ipſis retentio Parochialium? *ibid.* num. 112.
Ex retentione præfata, an oriatur affectio ob appoſitionem manus Papæ? T. 1. p. 130. n. 125. & 134.
Vid. V. Suffraganeus. V. Affectio.
Affectio non oritur in Germania ex Commenda Monaſteriorum, ſed ea ceſſante, Monachi Abbatem eligere poſſunt. Et dantur exempla. T. 1. p. 131. n. 131.
Affectio non oritur ex Coadjutoria cum futura Succeſſione in Germania, & niſi accedat Ordinariorum conſenſus, aut derogatur Concordatis, mortuo Coadjutore, non impeditur, vel collatio Ordinariis, ſi Coadjutoria ſit ſuper Beneficiis inferioribus, vel electio capitularis, ſi facta ſuper majoribus. T. 1. p. 26. n. 87. p. 131. n. 133.
De ſtylo Datariæ, etiam in Germania per Coadjutoriam vacant omnia Beneficia reſidentialia a Coadjuto obtenta. T. 1. p. 132. n. 151.
Canonicatus, cujus retentio conceſſa fuit Coadjutori Epiſcopi in Germania, donec factus fuerit Succeſſioni locus, eo ſequuto, an remaneat diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ affectus? & quid ſi Coadjutor prædecedat Coadjuto? *Vid. V. Affectio.*
Hodie in Coadjutoriis ſuper Epiſcopatibus Germaniæ apponitur, vel Decretum vacationis Beneficiorum, quæ Coadjutor obtinet, ſuſpenſo ejuſdem vacationis effectu, donec factus fuerit Succeſſioni locus. Tom. 1. pag. 133. num. 154.
Vel alterum, quod facto Succeſſioni loco, de Beneficiis, quorum retentio Coadjutori conceſſa fuit, per Sedem Apoſtolicam tantum diſponi poſſit. *ibid.*
Et ex dictis Decretis inducitur vacatio *in Curia*, & per conſequens reſervatio in Concordatis Germaniæ præſervata. *ibid.* n. 156.
Affectio non oritur in Germania ex Indulto retinendi plures Eccleſias Epiſcopales, ſed earum vacatione ſequuta, Capitula eligunt. Tom. 1. pag. 132. num. 127. & 128.
In Germania, Sedes Apoſtolica non raro indulgere ſolet, ut Minores deſignentur in futuros Eccleſiarum Cathedralium Præſules, in Titulum poſtea eis præficiendi, cum ad ætatem legitimam pervenerint. *Vid. V. Epiſcopus quoad ætatem.*
Canonicis Coadjutoribus cum futura Succeſſione in Canonicatibus Germaniæ, regulariter Sedes Apoſtolica permittit, quod ad jus Turni admitti valeant. Tom. 1. p. 158. n. 321.

Germaniæ Concordata.

Concordata, qua ratione inita fuerunt a *Nicolao V.* cum Natione Germanica? Tom. 1. pag. 10. num. 94. T. 2. p. 87. n. 159.
Inita fuerunt non ſolum nomine Pontificis, ſed æque principaliter nomine Romanæ Eccleſiæ. Tom. 1. pag. 11. num. 104.
Sunt Nationi Germanicæ favorabilia, & in dubio ejus favore contra Pontificem interpretanda. Tom. 1. pag. 9. num. 83.
Sed favor iſta non eſt adeo ampliandus, ut rationem vincat, Concordatis ipſis vim inferat, & Concedentis mentem lædat. Tom. 1. p. 12. n. 124.
Per concordata *Nicolaus V.* favere voluit, & non præjudicium inferre Ordinariis Germaniæ. Tom. 1. p. 294. num. 14.
Nec per ea cenſetur Papam plus detrahere voluiſſe Ordinariis Germaniæ, quam detrahere conſuevit aliarum Provinciarum Ordinariis. T. 1. p. 9. n. 84.
Per Concordata quamplures Gratiæ ſingulares conceſſæ ſunt Nationi Germanicæ, & quales illæ ſint? Tom. 1. p. 12. n. 121.
Papa poteſt derogare Concordatis Germaniæ; ſed quoad Eccleſias ſub ipſis contentas per viam comprehenſionis, derogatio debet eſſe expreſſa; quo vero ad contentas per viam extenſionis, ſufficiunt Clauſulæ amplæ, & generales contentæ in Conſtitutionibus Pontificiis. T. 1. p. 131. n. 135. & 136. T. 2. p. 87. n. 165. & 166. p. 94. n. 232. & ſeq. p. 97. n. 264.
Papa abſque juſta, & rationabili cauſa, Concordatis derogare non ſolet. T. 2. p. 87. n. 165. & 166.
Ex Conſtitut. *Clement. VIII.* damnatur quælibet prætenſa obſervantia contra Concordata. T. 2. p. 26. n. 73.
Potiſſimum, ſi non probetur Collationes Ordinariorum fuiſſe a Pontifice approbatas. T. 2. p. 88. n. 176.
Obſervantia præfata non probatur ex documentis extractis a privato Archivo Capituli, maxime ſi Ordinariorum collationes non oſtendantur effectum ſortitæ, & concurrat aliquis actus in contrarium. *ibid.* n. 177.
Pontifex tenetur intra tres menſes conferre Beneficia vacantia in ſex menſibus ſibi aſſignatis in Concordatis, alias collatio redit ad Ordinarium. Tom. 2. pag. 89. num. 182.
Dies vacationis non computatur in dicto termino trium Menſium. *ibid.* n. 183.
Minuſque computatur tempus, vel legitimi Papæ impedimenti ob infirmitatem, aliamve Cauſam, vel Sedis Apoſtolicæ vacantis. *ibid.* n. 184.
Et redditur ratio. *ibid.* n. 185.
Diſpoſitioni *Cap. Statutum* præſcribenti Pontifici tempus unius Menſis ad conferendum Beneficia *apud Sedem* vacantia, an ſit derogatum per Concordata Germaniæ, quæ tempus trium Menſium Pontifici aſſignant? T. 1. p. 77. n. 380. & 381.
Et an dicti *Cap. Statutum* diſpoſitioni ſit derogatum per *Extravag. ad Regimen*, & *Piæ ſollicitudinis, de Præben.*? *Vid. V. Beneficia quoad Collationem.*
Terminus unius Menſis præſcriptus in *Cap. Statutum de Præbend. in 6.* ad conferendum Beneficia vacantia in *Curia*, non currit Sede Apoſtolica vacante. T. 2. p. 89. num. 186.
Proviſio Apoſtolica dicitur expleta intra trimeſtre, quamvis gratia non ſit ſignata, & datata, dummodo aliunde conſtet de voluntate Papæ. *ibid.* n. 187.
Hæc voluntas probatur ex Teſtimonio Datarii aſſerentis collationem fuiſſe a Pontifice expletam. *ibid.* n. 188.
Item evincitur *ex Liſta*, ſeu Catalogo Proviſionum, juxta morem in Dataria publicari ſolito. *ibid.* n. 189.
Proviſio a Papa expleta intra trimeſtre non redditur nulla, ex quo dicto tempore durante non fuerit in Partibus inſinuata. *ibid.* n. 190.
Idque ex Conſtitutione præſertim *Gregorii XIII.* quæ in tota Germania eſt recepta *ibid.* n. 191. 192.
Conſtitutio præfata licet mandet teſtimonium Proviſionis Apoſtolicæ deberi intra trimeſtre in partibus notificari, id tamen non diſponit ſub pœna nullitatis Gratiæ. T. 2. p. 90. n. 192. 193.
Pontifex, lapſo etiam trimeſtri, poteſt jure præventionis conferre Beneficia Germaniæ. *ibid.*
Et aſſignatur ratio. *ibid.*
Expreſſio valoris in Impetrationibus Dignitatum, Canonicatuum, aut Beneficiorum Germaniæ, non fit niſi in ducatis 24. etſi longe excedat. T. 2. p. 283. n. 15. T. 4. p. 64. n. 46.
Intellige ad tramites Concordatorum, in illorum nempe proviſionibus per obitum, ſecus in iis, quæ fiunt ex cauſa Reſignationis cum reſervatione Penſionis, aut in Unionibus, & Diſmembrationibus, in quibus verus Beneficii valor eſt exprimendus. T. 2. p. 283. n. 14. & ſeqq. T. 4. p. 64. n. 50.
Et reſpondetur contrariis exemplis. T. 2. p. 283. n. 19. & ſeqq.
Vid. V. Regula XXII.
Nec indulta habentes conferendi, aut nominandi ad Beneficia Germaniæ certum annuum valorem non excedentia, conferre, aut nominare poſſunt ad Beneficia illum excedentia ſub prætextu, quod ex Concordatis Germaniæ fructus omnes exprimuntur in ducatis 24. T. 4. p. 64. n. 51.
Vid. V. Univerſitas ſtudiorum Lovanii.
Valor in ducatis 24. reſpectu Beneficiorum Germaniæ exprimitur, etiam dum obtinetur Apoſtolicum Indultum retinendi plura Beneficia incompatibilia ejuſdem Regionis. *ibid.* n. 48.
Et ita reſolutum a Sac. Congregatione Concilii. *ibid.* n. 49.

Germaniæ Concordata quoad Beneficia, quæ ſub illis comprehenduntur.

Concordata Germaniæ capiunt Beneficia omnia vacantia in ſex Menſibus Pontifici aſſignatis. T. 2. p. 87. n. 160.
De inſtantia facta ab Epiſcopis Germaniæ *Pio IV.* ut Parochiales in omnibus Menſibus vacantes ab Ordinariis conferrentur, & de reſponſione eis a Pontifice tradita. T. 1. p. 23. n. 38.
Ante Concordata nulla aderat partitio Menſium inter

Sedem Apoſtolicam, & Nationem Germanicam. T. 1. p. 13. n. 117.

Concordata quoad dictam Menſium partitionem, an ſint ſubrogata loco Regulæ IX.? T. 1. p. 9. n. 81. & ſeqq. p. 11. n. 112. & ſeqq.

Recenſentur differentiæ, quæ vigent inter Concordata Germaniæ, & Regulam IX. T. 1. p. 12. n. 114. & T. 2. p. 88. n. 180.

Alternativa Menſium per Concordata Ordinariis Germaniæ conceſſa amplior eſt ea, quæ indulgetur Epiſcopis per Regulam IX. T. 2. p. 87. n. 161.

Papa per Concordata Germaniæ non acquiſivit novum jus quoad Beneficia vacantia in Menſibus prius ſibi reſervatis, ſed antiquum ſibi præſervavit. T. 2. p. 11. n. 51.

Concordatis Germaniæ ſubjaceant Beneficia in Menſibus Apoſtolicis vacantia per contractum Matrimonii, etiamſi illud fuerit nullum, præterquam ex defectu conſenſus. T. 2. p. 59. n. 389.

In Proviſionibus Beneficiorum Germaniæ vacantium in Menſibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis, an neceſſaria ſit ſpecifica mentio Menſis, in quo ſequuta fuit vacatio? T. 2. p. 10. a n. 49. & ſeqq.
Vid. V. Regulæ IX. Reſervatio quoad Menſes pro quibus inducta eſt.

Appoſitio manus Papæ ſuper Beneficiis Germaniæ, nunquam affectionem inducit, quando ex ea derogatio Concordatis, & præjudicium Ordinariorum reſultare poſſit. T. 1. p. 130. n. 125.

Collatio Beneficiorum in Menſibus Ordinariorum in Germania vacantium, nequit illis impediri per quaſcumque Apoſtolicas diſpoſitiones, ſub quacumque verborum forma conceptas. *ibid.* n. 128.
Vid. V. Germania.

Concordata Germaniæ in ea parte, quæ reſpicit partitionem Menſium inter Pontificem, & Ordinarios, expirant Sede Apoſtolica vacante, & omnes Menſes remanent ordinarii. Et redduntur rationes. T. 1. p. 9. n. 80. & ſeqq.

Contrarium, quod per obitum Pontificis non ceſſet reſervatio Menſium in Concordatis Sedi Apoſtolicæ aſſignatis, & quare? T. 1. p. 10. n. 93. & ſeqq. T. 2. p. 103 n. 4.

Papa concurrere poteſt cum Ordinariis Germaniæ in collatione Beneficiorum vacantium in ſex Menſibus per Concordata iiſdem aſſignatis. T. 2. p. 87. n. 163.

Et, an id explere poſſit Cardinalis Legatus a Latere? *ibid.* n. 164.

Ordinarii Germaniæ, ſicuti cæteri aliarum Provinciarum Ordinarii, poſſunt in omnibus Menſibus conferre Beneficia in eorum manibus dimiſſa. T. 1. p. 10. n. 87. p. 12. n. 125. T. 2. p. 75. n. 35.

Amplia, etiam inter Conſanguineos, & quamvis Beneficia ſint electiva accedente conſenſu Electorum. T. 2. p. 75. n. 36. 37.
Vid. V. Permutatio.

Concordata Germaniæ comprehendunt Beneficia de Jurepatronatus Eccleſiaſtico ad inſtar Regulæ IX. T. 2. p. 88. n. 169.

Limita, ſi in limine erectionis Fundator reſervationes excluſerit. *ibid.* n. 170.

In fundatione Beneficii expleta de bonis laicalibus, ſufficiunt pro excluſione Reſervationum leves conjecturæ, expreſſa vero derogatio iiſdem reſervationibus requiritur, ubi agitur de fundatione facta de Bonis Eccleſiaſticis. *ibid.* n. 171.

Amplia, etiamſi hujuſmodi ſecundi generis Beneficia erecta fuerint ante Concordata. *ibid.* n. 172.

Reſervationes Concordatorum non cenſentur excluſæ ex verbis Indulti Apoſtolici, quod Collatio Beneficii, prima vice excepta, ſpectet ad Capitulum. *ibid.* n. 173.

Amplia, ſive hujuſmodi Indultum conceſſum fuerit ante, ſive poſt Concordata. *ibid.* n. 174. & 175.

Privilegia excluſiva reſervationum, licet non tollantur per Concordata, tolluntur tamen per Regulam IX. *ibid.* n. 178.

Contrarium, quia Regulæ Cancellariæ non habent locum in Germania. *ibid.* n. 179.

Et aſſignatur etiam altera ratio. *ibid.* n. 181.

Concordatis Germaniæ ſubjacent Officia Eccleſiaſtica in Titulum perpetuum conferri ſolita, quia ſunt Beneficia Eccleſiaſtica. T. 2. p. 61. n. 411.
Vid. V. Officia Eccleſiaſtica.

Concordatis Germaniæ ſubjacent Beneficia electiva. T. 2. p. 87. n. 168.

Congregatio tamen Conſiſtorialis admittit Indulta eligendi in quibuſcumque Menſibus, pleriſque Germaniæ Capitulis conceſſa, non obſtante cenſura Regularum IX. & XV. T. 2. p. 98. n. 272.

Prælatura, ad quam in concordia, vel diſcordia electi, ſeu poſtulati, facta fuit electio, vel poſtulatio, quæ poſtmodum fuit caſſata, vel repulſa, remanet in terminis etiam Concordatorum, Sedi Apoſtolicæ reſervata. T. 2. p. 84. n. 10.
Vid. V. Regula I. quoad tertiam Reſervationem contentam in Extravag. ad Regim.

Et paſſim in Germania caſſantur Electiones, & Prælaturæ ex integro providentur, licet ut plurimum, de eadem Perſona electa. *ibid.* n. 6.

Sed aliquando indultum Eligentibus, ut novam electionem peragere poſſent. *ibid.* n. 7.

Si electio caſſatur ob id, quod fuit contemptus aliquis ex Vocalibus, an Prælatura remaneat reſervata? *ibid.* n. 8. & ſeqq.

Electo non comparente in termino juris pro confirmatione ſuæ electionis, licet compareant Electores, adhuc libera proviſio Eccleſiæ ſpectat ad Papam. *ibid.* n. 11.

Beneficia vacantia per aſſequutionem aliorum incompatibilium, quæ Apoſtolica auctoritate conferuntur, non aliter in Germania ſunt vigore etiam Concordatorum reſervata, quam ſi collatio immediate fiat a Papa. *Vid. V. Regula I. quoad VIII. Reſervationem contentam in Extrav. ad Regim.*

Beneficia vacantia per promotionem ad Eccleſias Epiſcopales, ſunt Apoſtolicæ Sedi reſervata etiam vigore Concordatorum, ſive promotio immediate fiat a Papa, ſive ab inferiori ex ejus delegatione. T. 1. p. 120. n. 10. & 17.

Hinc dictæ ſubjacent reſervationi Beneficia obtenta per illos, qui ab Archiepiſcopo Salisburgen. promoventur ad quatuor Eccleſias Epiſcopales ſibi ſuffraganeas. *ibid.* a n. 13. uſque ad n. 51.

Eccleſiæ Cathedrales Germaniæ non ſubjacent reſervationi Regulæ II. ſed jus eligendi Epiſcopos ſpectat ad Capitula vigore Concordatorum. T. 2. p. 183. n. 56.

Si nova in Germania erigeretur Cathedralis, adhuc jus eligendi Epiſcopum ad Capitulum pertineret. *ibid.* n. 57.

Beneficia Germaniæ vacantia Sede Epiſcopali, vel Prælatura vacante, non ſunt reſervata vigore Regulæ II. Cancellariæ, ſed eorum diſpoſitio vigore Concordatorum Succeſſoribus Epiſcopis relinquitur. T. 1. p. 11. n. 101.

Nec Beneficia præfata conferre poteſt Adminiſtrator Eccleſiæ tempore illius vacationis a Pontifice deputatus, etiam cum omnimoda Juriſdictione Epiſcopali, & cum facultate percipiendi fructus perinde, ac ſi eſſet Epiſcopus. T. 1. p. 269. n. 430.

Dignitas major poſt Pontificalem in Cathedrali, & Principalis in Collegiata Germaniæ, ſunt Pontifici vigore etiam Concordatorum reſervatæ, tametſi vacent Apoſtolica Sede vacante. T. 2. p. 288. n. 33. p. 294. n. 12. & ſeqq. T. 1. p. 11. n. 102.

Gaudent tamen nonnulla Capitula Germaniæ Apoſtolico Indulto eligendi ad Dignitates præfatas. *Vid. V. Regula IV.*

Et ubi Dignitates hujuſmodi ſunt Conſiſtoriales, Sac. Congregatio Rebus Conſiſtorialibus præpoſita, Electiones ad eas rite expletas confirmat. T. 2. p. 182. n. 54. & 55.

Sed, an Indulta præfata ſubjaceant revocationi Regul. XV.? *Vid. V. Reg. XV.*

Beneficia Germaniæ *apud Sedem* vacantia, ſunt etiam vigore Concordatorum Apoſtolicæ Sedis diſpoſitioni reſervata. T. 1. p. 69. n. 301.

Et, ſive vacent per mortem naturalem, ſive per reſignationem, privationem, aliumque modum fictum, vel per obitum civilem. *ibid.* n. 302. p. 76. n. 369.

Eccleſiæ Epiſcopales, aliaque Beneficia electiva Germaniæ, ſi *apud Sedem* vacent, ſpectant, etiam vigore Concordatorum, ad liberam Pontificis diſpoſitionem. T. 1. p. 69. n. 303. & p. 133. n. 55.

Et ſive vacent per obitum naturalem illorum Poſſeſſorum, ſive per tranſlationem, privationem, poſſeſſionem &c. *ibid.*

Et plura referuntur exempla. *ibid.*

Paulus III. de Archiepiſcopatu Colonien. Archiepiſcopo ob hæreſim privato, abſque ulla Capituli electione libere diſpoſuit. T. 1. p. 82. n. 16.

Recenſentur quampluríma Indulta a Sede Apoſtolica conceſſa Capitulis Germaniæ eligendi Epiſcopum in caſu vacationis Eccleſiarum *apud Sedem*, vel privationis, tranſlationis, ceſſionis &c. T. 1. p. 70. n. 306.

Indultum etiam aliquando fuit, ut ad Abbatiam Germaniæ in manibus Pontificis dimiſſam, Capitulum eligere poſſet. *ibid.* n. 307.

Indulta a Sede Apoſtolica Capitulis Germaniæ, aliquando ex ſpeciali gratia conceſſa, eligendi ad Prælaturas *in Curia* vacantes, non ſunt in neceſſitatem trahenda. *ibid.* n. 308. & 310.

Denegatum fuit ſimile Indultum Capitulo Auguſtano occaſione

Digitized by Google

occaſione renunciationis eidem Eccleſiæ factæ in manibus Pontificis, & oretenus inſinuatum, ut Cardinalium proponeret duas, aut tres Perſonas idoneas ſupplicando Pontifici, ut de una earum Eccleſiæ providere dignaretur. T. 1. p. 70. n. 309 & 311.
Beneficia, quamvis majora, & electiva, Epiſcopatus nempe, & Monaſteria Germaniæ, quæ obtinentur a Cardinalibus, ſunt etiam vigore Concordatorum reſervata; ſed aliquando Sedes Apoſtolica indulget Capitulis jus eligendi, aut providet ex integro de Eccleſia, vel Monaſterio nulliter electum. *Vid. V. Cardinal. quoad Beneficia.*
Beneficia Officialium Sedis Apoſtolicæ, an ſint in terminis Concordatorum Germaniæ Pontifici reſervata? *Vid. V. Regul. I. quoad IV. Reſervationem contentam in Extrav. ad Regim.*
In Concordatis Germaniæ reſervantur Sedi Apoſtolicæ Beneficia vacantia per obitum Prothonotariorum Apoſtolicorum. T. 1. p. 95. n. 55.
Et, an eidem reſervationi ſubjaceant Beneficia vacantia per obitum Prothonotariorum honoris, qui ſint a Papa creati? *Vid. V. Prothonotariatus quoad reſervationem Beneficiorum.*
Beneficia Familiarium Papæ non remanent in terminis Concordatorum Germaniæ Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervata. T. 1. p. 329. n. 164.
Contrarium, & reſpondetur *Deciſioni* 23. *cor. Mohedan.* ibid. n. 166. & 167.
In Concordatis Germaniæ Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervantur Beneficia vacantia per obitum Familiarium Papæ, qui tales fuerunt ex *Mente*, & *Dente*. Tom. 1. p. 95. n. 54.
Familiaritas vero Papæ, quæ oritur ex Officiis, etſi vera, & non ficta juxta Conſtitutionem *Pauli III.*, inducit reſervationem quoad Beneficia exiſtentia in Eccleſiis contentis ſub Concordatis per viam extenſionis, ſecus per viam comprehenſionis. *ibid.* n. 56. p. 318. n. 14.
Operatur tamen familiaritas ſuperinducta a *Paulo III.*, ut Ordinarii Eccleſiarum Germaniæ, quæ Concordatis ſubjacent per viam comprehenſionis, ſi Indulto gaudent conferendi Beneficia reſervata vacantia in Menſibus Apoſtolicis, conferre nequeant Beneficia dictorum Familiarium, Tom. 1. p. 95. n. 57. & ſeqq. p. 318. num. 18.

Germaniæ Concordata quoad Eccleſias, quæ illis ſubjacent.

Ut Civitas aliqua ſub Concordato comprehendatur, non ſufficit, quod ſit Romano Imperio ſubjecta, ſed requiritur quod adſcripta fuerit inter illas cum quibus inita fuerunt. T. 2. p. 94. n. 226.
Concordata Germaniæ locum habent in omnibus Eccleſiis Germanicæ Nationis. T. 2. p. 90. n. 195.
Et adverſus ea non ſuffragatur exceptio acceptationis, non uſus, præſcriptionis, vel contrariæ conſuetudinis. *ibid.* n. 196.
Contrarium, quod requiratur acceptatio, & de ratione. *ibid.* n. 197. & 199. p. 94. n. 226.
Concordata non fuerunt acceptata in Diœceſibus *Bambergenſi*, & *Herbipolenſi*. T. 2. p. 90. n. 198.
In Diœceſi *Leodienſi* ſervari cœperunt anno 1518. ex Mandato Imperatoris *Maximiliani*, & poſtea ex altero Mandato *Caroli V.* *ibid.* n. 200.
Hujuſmodi Mandata non amplectuntur eam partem Diœceſis *Leodien.*, quæ Romano Imperio non ſubeſt. *ibid.* n. 201.
Sed in tota Diœceſi *Leodien.* Concordata ſervari, mandavit *Julius III.* *ibid.* n. 202.
In Civitate, & Diœceſi *Cameracen.* vigent etiam Concordata ex Mandatis *Caroli V.* & Imperatoris *Ferdinandi.* T. 1. p. 206. n. 88. & T. 2. p. 90. n. 203. & 204.
Et Dataria, de Canonicatibus Eccleſiarum ejuſdem Civitatis, & Diœceſis, non aliter diſponit, quam vigore Concordatorum Germaniæ. T. 2. p. 90. n. 205.
Sede *Cameracenſi* vacante, Canonicatus, & Dignitates non ſubjacent reſervationi Regulæ II. per Concordata excluſæ. T. 2. p. 91. n. 206.
Cameracenſis Diœceſis extenditur per Germaniam, Galliam, & Hannoniam; Et Archiepiſcopus in prima ſervat Concordata Germaniæ, in ſecunda Concordata Galliæ, & in tertia Regulas Cancellariæ. *ibid.* n. 207.
Eccleſia *Cameracen.* licet ſubjecta Concordatis, libere antiquitus providebatur a S. Sede; modo ſpectat ad nominationem Regis Chriſtianiſſimi. *ibid.* n. 208.
Concordata non ſervantur in *Belgio*, licet veniat appellatione Germaniæ inferioris. *ibid.* n. 209.
Excipiuntur *Trajectum ad Moſam*, & Eccleſiæ *Nivellenſis*, & *Thenenſis*. *ibid.* n. 210.
Diœceſis *Warmien.* non comprehenditur ſub Concordatis Germaniæ; & Cathedralis Eccleſia providetur ad ſupplicationem Regis Poloniæ. T. 2. p. 93. n. 220 & 221.
Eccleſia *Biſuntina*, quæ modo ad Regis Chriſtianiſſimi nominationem providetur, non ſubjacet quoad Beneficia inferiora Concordatis Germaniæ. T. 2. p. 94. n. 223.
Et illius Epiſcopi ſæpe Alternativam vigore Regulæ IX. acceptarunt. *ibid.* n. 224.
Subeſt tamen Concordatis circa Alternativam Menſium quoad ea tantummodo Beneficia, quæ ſunt de collatione Capituli. *ibid.* n. 227.
Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales in ſpecie.
Eccleſiæ *Metten. Tullen. & Virdunen.* in Lotharingia ſubjacent Concordatis Germaniæ per viam extenſionis, non comprehenſionis. *ibid.* n. 228. & 230.
Lotharingia tamen ipſa, Concordatis non ſubjacet. *ibid.* num. 229.
Ordinarii Collatores dictarum Eccleſiarum conferre non poſſunt Beneficia vacantia in ſex Menſibus Ordinariis Germaniæ per Concordata aſſignatis. *ibid.* n. 231. & 236.
Concordata Germaniæ quoad dictas Eccleſias non habent vim contractus, ſed Privilegii Apoſtolici. *ibid.* n. 233.
Proindeque cenſetur iis derogatum per ampliſſimas clauſulas contentas in Regula IX. *ibid.* n. 234. & 236 p. 97. n. 164.
Helvetia comprehenditur ſub Concordatis Germaniæ. T. 1. p. 195. n. 58.
An Capitula, quæ Concordatis Germaniæ non gaudent, poſſint illa de novo acceptare? Et an facienda ſit eorumdem Concordatorum extenſio ex gratia? *ibid.* n. 66.

GRATIA.

Gratia ſtat in Lingua Principis, teſtimonium in ſcriptura & commodum in exequutione. T. 1. p. 29. n. 116.
Et, an ſuper Gratia *verbo* tantum a Prædeceſſore Pontifice facta, expediri poſſint Literæ Apoſtolicæ in forma rationi congrua tempore Succeſſoris? *Vid. V. Reg. X.*
Gratia Pontificis quoad ſubſtantiam eſt perfecta per ſolam Supplicationis ſignaturam, etiam ante expeditionem Litterarum. T. 3. p. 34. n. 7.
Dicitur tamen informis, & rudis, ac embrioni comparatur. *ibid.* n. 8. & 9.
Gratiarum Supplicationes a Papa ſignatæ, ſæpe per Officiales in Litteris declarantur, moderantur, & reſtringuntur. *ibid.* n. 10.
Gratia ante ſupplicationem datatam, & regiſtratam, plenum, & conſiderabile jus non tribuit impetranti. T. 2. p. 227. n. 33. & T. 3. p. 322. n. 56. & 58.
Gratia ſemel ac eſt datata, dicitur perfecta, & conſummata. T. 2. p. 275. n. 70.
Gratia Apoſtolica, ſequuta ſupplicationis Regiſtratione, perfecta eſt, quamvis ob mortem illius, qui eam obtinuit exequi non poſſit. T. 3. p. 248. n. 215.
De neceſſitate expediendi Literas Apoſtolicas ſuper Gratiis à Pontifice obtentis, ac tempore, quo expediri debent? *Vid. V. Literæ Apoſtolicæ quoad obligationem illas expediendi. Vid. V. Literæ Apoſtolicæ quoad tempus illarum expeditionis.*
Omiſſa mentio qualitatum quæ de jure inſunt Beneficio, Gratiam non reddunt ſubreptitiam. T. 4. p. 84. n. 18.
Gratiæ Apoſtolicæ non expirant, licet Pontifex ante expeditionem Litterarum obierit. T. 2. p. 137. n. 2.
Exequi tamen non poſſunt ſine Literarum expeditione. *Vid. V. Reg. XXVII. V. Reg. XXXI. V. Reg. LII.*
Gratia obreptionis vitio non ſubjacet, quando taciturnitas veritatis non procedit ex malitia, ſed ex juſta ignorantia. T. 4. p. 69. n. 134.
Vid. V. Signatura. V. Supplicatio.

Gratia cui prius.

Si Supplicatio ſub *parva Data* ſignata, defectu aliquo laboret, poteſt ſub eadem priori *Data* ſignari nova ſupplicatio, quæ vocatur *Gratia cui prius* pro defectu illo ſanando. T. 3. p. 320. n. 8. & 9.
Nequit tamen ſub eadem *Data* ſignari nova ſupplicatio Reformatoria. *ibid.* n. 7. *Vid. V. Reg. XLIV.*
Signata ſupplicatione Gratiæ *Cui prius* ſub *Data* prioris, non admittuntur articuli ad probandum contrarium. T. 3. p. 320. n. 14.
Qui Gratiam *Cui prius* defectuoſam obtinuit, non prohibetur novam ſupplicationem cum omnium neceſſariorum expreſſione exhibere. Tom. 3. pag. 323. n. 62.
In Supplicatione ſuper Gratia *Cui prius* non inſeritur tenor primæ Supplicationis, ſed ſolum in ejus corpore exprimitur qualitas in prima omiſſa. Tom. 3. pag. 320 n. 10.
Et in calce inſcribuntur verba *Cui prius*, quæ denotant, apponen-

apponendam ei eſſe *Datam* prioris Supplicationis. T. 3. p. 320. n. 11.

Quibus in caſibus detur *Reformatio*, & in quibus Gratia *Cui prius*, pendet ab Officialium Datariæ arbitrio. *ibid.* num. 22.

Sed regulariter Gratia *Cui prius* conceditur ob omiſſionem earum qualitatum, quæ expreſſæ, de facili conceſſæ fuiſſent, ſecus vero ſi reſpiciant præjudicium tertii. *ibid.* n. 13.

Conceſſa tamen in juris præfati præjudicium, de eo opponi non poteſt, & quare? *ibid.*

Gratia *Cui prius* non conceditur Literis Apoſtolicis expeditis, ſed ſolum quando Supplicatio fuit datata, & non regiſtrata. *ibid.* n. 23. & p. 321. n. 25. & 26.

Nec illius vigore poſſunt ab Officialibus Literæ Apoſtolicæ corrigi. T. 3. p. 320. n. 20.

Vid. V. Gratia Revalidatoria, ſeu Perinde valere. V. Reg. XLIV.

Gratia in forma dignum, vel Commiſſaria.

Gratiæ in forma Commiſſaria expeditæ, & Mandata *de diſpenſando, abſolvendo &c.* ſuum non operantur effectum, niſi poſtquam exhibitæ fuerint Judici Commiſſario, & ab eodem exequutioni demandatæ. Tom. 4. p. 41. n. 63. & 65.

Redditur ratio, quia aliud eſt Diſpenſatio, aliud Mandatum de diſpenſando. *ibid.* n. 63.

Maxime, ſi agatur de Mandato de diſpenſando ab Irregularitate, & de ratione. *ibid.* n. 64. & p. 42. n. 73.

Vid. V. Irregularis, & Irregularitas. V. Regula LXI.

Gratia in forma Commiſſaria eſt ſolum a principio perfecta in ſtatu ſuo, nimirum in genere Commiſſionis, & Mandati de providendo. *ibid.* n. 27. & p. 42. n. 74.

Et tribuit impetranti tantummodo jus ad rem, ideſt ad Diſpenſationem obtinendam, non jus in re. Tom. 4. p. 42. n. 67.

Jus tamen præfatum præſervatum ſemper cenſetur per clauſulam -- *Dummodo tempore Datæ præſentium non ſit alteri jus quæſitum* --. T. 2. p. 257. n. 278. & 279.

In gratia duplex conſideratur perfectio, altera ex parte Concedentis, altera reſpiciens uſum, & commodum ex parte Impetrantis. T. 4. p. 42. n. 68. & ſeqq.

Et exercitium, & commodum Gratiæ eſt quid diverſum a perfectione Gratiæ. *ibid.* n. 68. 70. & ſeqq.

Gratia in forma Commiſſaria eſt perfecta quoad Concedentem, nec per ejus obitum expirat. *ibid.* n. 69.

Sed ante exequutionem eſt quoad illius uſum, & commodum incompleta, & imperfecta. *ibid.* n. 70. 71. 80. & 82.

Et interim ſtat in ſuſpenſo, donec qualitates expreſſæ verificentur. *ibid.* n. 81.

Gratia, ubi eſt exequibilis, dicitur ab initio pura, & facta cenſetur in ipſo inſtanti Reſcripti Apoſtolici, non vero in illo exequutionis. T. 2. p. 257. n. 277. T. 4. p. 104. n. 47.

Maxime, ſi contineat clauſulam -- *Dummodo tempore Datæ præſentium &c.* *ibid.* n. 48.

Et contraria procedunt, ubi narrativa Gratiæ non eſt verificata, non verificabilis. *ibid.* n. 49.

Conditionalis, & non pura eſt Gratia, quæ munita ſit clauſula -- *Si Tibi conſtiterit, illum eſſe idoneum* --. *ibid.* n. 50. & 51.

Maxime, ſi dictum fuerit -- *conſtito Tibi legitime &c.* Et de ratione. *ibid.* n. 52.

Contrarium, quod clauſula -- *conſtito Tibi de narratis* -- aut -- *veris exiſtentibus narratis* -- Gratiam non reddat conditionalem. T. 4. p. 110. n. 31.

Et, an pura, vel conditionalis ſit Gratia in cujus reſcripto adeſt clauſula -- *ſi ita eſt* -- *Vid. V. Regula LXI.*

Clauſula -- *ſi per ſolertem inquiſitionem idoneum eſſe repereris* -- Gratiam reddit conditionalem. Tom. 4. pag. 104. n. 53.

Gratia in forma Commiſſaria dici poteſt ab initio perfecta, & non conditionalis, ſi contineat qualitates, quæ inſunt de jure, & ſunt certæ in rerum natura, quæque expoſcunt ſolum extrajudicialem informationem pro inſtructione animi Exequutoris, & exemplificatur. T. 4. p. 42. n. 72. & p. 104. n. 54. & 58.

Et ſive ſimpliciter dicatur -- *ſi idoneum eſſe reperiris* --, ſive -- *conſtito de idoneitate* --, ſive -- *per ſolertem inquiſitionem &c.* T. 4. p. 104. n. 54.

Ac etiam ſi contineat clauſulam -- *ſi ita eſt* --. T. 4. p. 111. num. 35.

Dicitur vero Gratia in forma Commiſſaria conditionalis, ſi contineat qualitates extrinſecas, & circumſtantias, quæ tacite non inſunt, nec ſonant in monitionem, ſed Papa mandet, eas juſtificari coram Exequutore cum clauſula -- *conſtito &c.* -- *de præmiſſis Te informes &c.* -- *ſi ita eſt* --. Tom. 4. p. 42. n. 73. p. 104. n. 55. & p. 111. n. 35.

Et in his terminis intelligi debent DD. qui ajunt, clauſulam -- *conſtito &c.* reddere Gratiam conditionalem. Tom. 4. p. 104. n. 57.

Gratia, etiam in forma Commiſſaria, dicitur ab initio pura, quando Exequutor eſt neceſſarius, non voluntarius. T. 4. p. 41. n. 53. & p. 42. n. 76.

Intellige, quando Exequutor eſt neceſſarius neceſſitate poſitiva, & abſoluta, ſecus ſi Exequutor fuerit mixtus, & cum exercitio Juriſdictionis, facultate nempe exequendi, ſi vera ſint expoſita. Et redditur ratio. T. 4. p. 42. n. 78.

Gratia ſemper dicitur conditionalis quoad ſubſtantiam, quando illius exequutio non pendet a libera voluntate Exequutoris, ſed a judiciali verificatione expoſitorum. *ibid.* n. 79.

Clauſula -- *ſi, & poſtquam vacationi locus factus fuerit* -- adjecta in Literis impetrationis Beneficii ob crimen, etiam non expreſſa, de jure ineſt, proindeque Gratiam non reddit conditionalem. T. 4. p. 112. n. 13. & 14.

Gratia proviſionis Beneficii facta cum clauſula -- *ſi vacet* --, vel -- *quatenus vacet* -- non dicitur conditionalis, quia de jure pariter ſubintelligitur. *ibid.* n. 15.

Gratia ſuper diſpenſatione ab Irregularitate, an ſit pura, & perfecta ab initio? *Vid. V. Irregularitas.*

Gratia conceſſionis *ſi in evidentem*, quamvis Ordinario in forma Commiſſaria directa, eſt ab initio pura, & non conditionalis. T. 4. p. 41. n. 56.

Sed in Diſpenſationibus Matrimonialibus, quæ diriguntur Ordinariis, Gratia non dicitur perfecta, niſi verificatis expoſitis, fuerit exequutioni demandata. *ibid.* n. 57.

Gratia in forma Dignum, vel in forma Commiſſaria, in cujus exequutione tenetur Exequutor aſſumere partes Judicis, & procedere cum cauſæ cognitione, expirat morte Concedentis re integra. T. 2. p. 151. n. 10.

Nec poteſt Exequutor Sede Apoſtolica vacante ad illius exequutionem procedere. Et reprobatur contraria Sententia. *ibid.* n. 11. & 12.

Vid. V. Clauſulæ in ſpecie. V. Exequutores Apoſtolici. V. Literæ Apoſtolicæ quoad exequutionem. V. Regul. LXI.

Gratia in forma Gratioſa.

Gratiæ in forma Gratioſa per obitum Pontificis concedentis non expirant. T. 2. p. 151. n. 6.

Gratiæ, & diſpenſationes in forma Gratioſa expeditæ, ſuum non ſortiuntur effectum, niſi prius ab Exequutore dignoſcatur, an preces veritati innitantur. T. 4. p. 42. n. 66.

Vid. V. Exequutores Apoſtolici. V. Literæ Apoſtolicæ quoad exequutionem.

Gratia in forma rationi congruit.

Vid. V. Regul. X.

Gratia Motu proprio.

Gratia cenſetur *Motu proprio* conceſſa, quando id fuit expreſſum a Papa in Signatura Supplicationis, licet in corpore dicta expreſſio non adſit. T. 2. p. 208. n. 58. & 59.

Quemadmodum expreſſio *Motus proprii* in corpore Supplicationis, & non in Signatura Papæ adjecta, non operatur quod Gratia dicatur *Motu proprio* conceſſa. *ibid.* num. 60.

Qui habet Gratiam *Motu proprio* conceſſam, præferendus eſt in pari Data alteri ſimilem Gratiam non habenti. *ibid.* n. 57.

Motus proprius nihil operatur in iis, quæ ſunt facti, de quibus Papa non eſt inſtructus. T. 2. p. 273. n. 16.

Binus juſſus Principis habetur pro *Motu proprio*, vel certa ſcientia. T. 4. p. 81. n. 69.

Gratia per Simplicem Signaturam.

Vid. V. Simplex Signatura.

Gratia perindevalere, ſeu Revalidatoria.

Si Literæ Apoſtolicæ ſint expeditæ, pro revalidatione Gratiæ ex aliquo defectu nullæ, requiritur altera Gratia Revalidatoria, quæ nuncupatur *Perinde valere*. T. 3. p. 320. n. 24.

Gratia *Perinde valere* ſimilitudinem habet, & connexionem cum Gratia *Reformationis*. *ibidem* num. 22. & p. 321. n. 31.

Et

Et Regula XLIV. licet loquatur de *Reformationibus*, comprehendit ex identitate rationis etiam Gratias revalidatorias, ſeu *Perinde valere*. T. 3. p. 321. n. 32.

Io Gratia *Perinde valere* narratur integer tenor Gratiæ prius conceſſæ. *ibid.*

Exhibita Supplicatione pro Gratia *Perinde valere*, reſcribitur in illius calce ab Officiali -- *doceat de literis* --, quibus exhibitis, ſubditur -- *Docuit* --, & tunc Supplicatio ſignatur. T. 3. p. 320. n. 24.

Reſcriptum *Perinde valere* innititur æquitati, & debetur etiam ex juſtitia vigore Clauſularum, quæ leguntur in Literis Gratiæ principalis. T. 3. p. 321. n. 27.

Retrotrahitur ad tempus ejuſdem Gratiæ, cujus ſpiritum ſuſcitat, operaturque *ex nunc* prout *ex tunc*, perinde, ac ſi ab initio nullus adfuiſſet defectus, & omnia in primis Literis expreſſa eſſent. *ibid.* n. 28. & 29.

Et, an hujuſmodi retrotractio locum ſibi vindicet etiam in præjudicium tertii, qui medio tempore Beneficium impetravit? *ibid.* n. 30. & ſeq. & n. 34. & ſeq.

De ſtylo Datariæ in Literis *Perinde valere* apponi conſuevit clauſula, quod *valeant a Data præſentium duntaxat*(?) *modo*. T. 3. p. 321. n. 33.

Clauſula præfata -- *à Data præſentium* &c. -- ſolum apponitur in Literis *Perinde valere*, quando Gratia principalis eſt de ſui natura impetrabilis a tertio, ſecus ſi Impetrationi non ſubjaceat. *ibid.* n. 36.

Hinc omittitur in Literis præfatis pro ſanatione Coadjutoriæ ob non factam a Coadjutore expreſſionem Beneficiorum obtentorum. *ibid.*

Gratia *Perinde valere* ſolum operatur ab illius *Data*, & non retrotrahitur in præjudicium juris tertio medio tempore quæſiti, quando jus fuit illi valide, ac perfecte quæſitum, ſecus, ſi nulliter. *ibid.* n. 38.

Sed retrotrahitur ad tempus Gratiæ principalis, ſi tempore ejuſdem conceſſionis nondum facta fuit Impetranti Beneficii collatio. *ibid.* n. 39.

Vel quando Impetratio ſequuta fuit ex alio capite, quam ex illo, pro quo reportata fuit Gratia *Perinde valere*. *ibid.* n. 40.

Hac ratione, Gratia *Perinde valere* obtenta ob non factam in Literis Gratiæ principalis expreſſionem Beneficiorum obtentorum, rite ſuſtinetur, non obſtante Beneficii impetratione medio tempore ex alio capite facta. *ibid.*

Gratia *Perinde valere*, lite pendente obtenta, expoſcit pro ſui validitate, quod litis mentio Pontifici fiat. T. 3. p. 322. n. 41.

Amplia, etiamſi lis ſit in poſſeſſorio. *ibid.* n. 42.

Et quamvis Gratia *Perinde valere* Motu proprio conceſſa fuerit. *ibid.* n. 43.

Litis mentio fieri debet explicite, non ſub involucro verborum, unde non ſufficit clauſula -- *de Proceſſibus habitis, vel habendis &c.* *ibid.* n. 44.

Et, an ſufficiat clauſula -- *Et inter aliquos lis &c.* in Literis Gratiæ principalis adjici ſolita? *ibid.* n. 45. 46. 47. 48. 49. & 50.

Clauſula -- *ſine præjudicio litis pendentiæ* -- in Gratia *Perinde valere* adjecta, quando Colliriganti ſuffragetur? T. 3. p. 322. n. 51.

Mentio litis neceſſaria non eſt in Gratia *Perinde valere*, ſi præjudicium Colliiigantis non adſit. *ibid.* n. 52.

Et præjudicium hoc quando ceſſare dicatur? *ibid.* num. 53.

In Concurſu duorum, quorum alter ſupplicet pro Gratia *Perinde valere*, alter vero, qui habet Supplicationem ſuper Impetratione ſignatam, ſed non regiſtratam, inſtet pro illius relaxatione, cui ſit annuendum? *ibid.* n. 54. & 55.

Gratia *Perinde valere*, an ſuſtineatur, ſi appareat Datata ante Datam Gratiæ principalis? *ibid.* n. 59.

Requirit novam Litterarum expeditionem pro ſui exequutione. T. 3. p. 323. n. 60.

Et, an debeat concedi novum *Perinde valere*, ſi in primo error aliquis irrepſit? *ibid.* n. 61.

Gratia *Perinde valere*, an expediri poſſit in forma *Rationi congruit* in Pontificatu Succeſſoris Pontificis? *ibid.* n. 63.

Et quando concedi debeat pro revalidanda Penſione nulliter impoſita, ſeu tranſlata, aut poſtea extincta? *ibid.* num. 64.

Gratia *Perinde valere* non requirit ad ſui perfectionem Litterarum expeditionem, quando jam fuerunt expeditæ Litteræ ſuper Gratia principali. T. 3. p. 92. n. 19.

Sed ſufficit, quod Litteræ expediantur, quando petitur ejuſdem Gratiæ exequutio. *ibid.* n. 18.

Vid. V. Gratia Cui prius. *V. Reg. XLIV.*

Gratia pro præſentato.

Gratia pro præſentato denegari non ſolet a Sede Apoſtolica habenti medietatem Vocum Patronalium. T. 3. p. 75. n. 166.

Maxime, ſi per illam nemini inferatur præjudicium. *ibid.* n. 167.

Gratia pro præſentato cum derogatione medietati Vocum Patronalium obtenta ante veroſimilem notitiam obitus Beneficiati, an ſubjaceat diſpoſitioni Regulæ *De veroſimili notitia? Vid. V. Regula XXX.*

Vid. V. Gratificatio Apoſtol. V. Juſpatr. quoad derogationem medietati Vocum Patronalium.

Gratia Reformatoria.

Vid. V. Gratia Cui *prius*. V. Gratia *Perinde valere*, ſeu Revalidatoria. V. Regula XLIV.

Gratia ſignata per verbum Fiat, vel conceſſum.

Vid, V. Signatura per *Fiat*. V. Signatura per *Conceſſum*.

Gratia ſi neutri, & ſi nulli.

Gratia *ſi Neutri* tanquam litium nutritiva, eſt Gratia exorbitans. T. 3. p. 73. n. 136.

De ſtylo Datariæ non conceditur, niſi proviſo Apoſtolico, & quare? *ibid.* n. 135.

Sed ſtylus iſte non eſt inconcuſſus, dum aliquando etiam contrarium ſervatum fuit. *ibid.*

Gratia *ſi Neutri* dari non deberet, niſi Colliriganti. T. 4. p. 80. n. 45.

Sed quandoque datur tertio, & magis proprie vocatur tali caſu Gratia *ſi Nulli*. *ibid.* n. 46.

Concedenda tamen non eſſet Gratia *ſi Neutri* contra Proviſum Apoſtolicum. *ibid.* n. 47.

Lis eſt anima Gratiæ *ſi Neutri*, nec ſine lite Gratia præfata ſubſiſtit. *ibid.* n. 48.

Eaque ſpecifice narranda venit. *ibid.* n. 44.

Et requirit litem præexiſtentem ſuper Titulo Beneficii. *ibid.* n. 49.

Unde non ſufficit lis introducta ſuper illius unione. *ibid.* n. 50.

Quamvis in Commiſſione adſit clauſula -- *Quam, & quas* -- *ibid.* n. 51.

Gratia *ſi Neutri* requirit præexiſtentiam litis tempore *Datæ*. *ibid.* n. 52.

Nec ſufficit Citatio exequuta ſolum tempore ejuſdem *Datæ*, quamvis poſt illam reproducta. *ibid.* n. 53.

Sufficit tamen lis *de facto*, dummodo ſit ſuper titulo Beneficii. T. 4. p. 92. n. 14. & T. 4. p. 80. n. 54.

Et reprobatur *Amayd.* contrarium exiſtimans. T. 4. p. 80. n. 55.

Limita, ſi adſit defectus Juriſdictionis in Judice, nam tunc non dicitur adeſſe lis, neque *de facto* ad effectum Gratiæ *ſi Neutri*. *ibid.* n. 56.

Minuſque lis præfata adeſſe dicitur, ſi Commiſſio ſit præſentata Literis Apoſtolicis non expeditis, juxta Regulam XXVII. Cancellariæ. T. 4. p. 92. n. 14. & T. 4. p. 80. n. 57.

Non requirit tamen Gratia *ſi Neutri* ad ſui perfectionem Literarum expeditionem, quando jam fuerunt expeditæ Literæ ſuper Gratia principali. T. 4. p. 92. n. 17.

Sed ſufficit, quod Literæ expediantur quando petitur ejuſdem Gratiæ exequutio. *ibid.* n. 19.

Regulæ XLVII. diſpoſitio, qua cavetur, ut impetrans Beneficium teneatur certum illius vacationis modum exprimere, procedit etiam in impetratione Gratiæ *ſi Neutri*. T. 3. p. 390. n. 5.

Vid. V. Reg. XLVII.

Qui Gratiam *ſi Neutri* obtinuit ob reſignationem Beneficii nulliter factam, etſi poſſeſſor, ejuſdem Gratiæ Literas ad tramites Conſtit. *Gregorii XIII.* publicare tenetur. T. 2. p. 250. n. 188.

Vid. V. Reg. XXXI.

GRATIFICATIO.

Gratificatio Apoſtolica in Beneficialibus.

Stante pari *Data* inter duos æqualiter præſentatos ad Beneficium de Jurepatronatus, qui gratiam Apoſtolicæ gratificationis habet, alteri præfertur. T. 2. p. 219. n. 196.

Dictaque gratificatio ſemper conceſſa intelligitur ſine præjudicio juris alteri quæſiti. *ibid.* n. 197.

Locum ſibi vindicat, quando paria ſunt merita, ſecus ſi unus ex præſentatis ſit dignior altero. *ibid.* n. 198.

Traditur formula hujuſmodi Pontificiæ gratificationis. T. 2. p. 220. n. 199.

Gratificatio ordinarii in Beneficialibus.

Ex duobus cumulative præſentatis ab eodem Patrono, ſeu a pluribus in paritate vocum, poteſt Ordinarius alterum ex illis gratificare. T. 2. p. 210. n. 200.

Et hujuſmodi gratificatio fieri debet noo ex abrupto, ſed penſatis, diſcuſſiſque meritis utriuſque præſentati. *ibid.*

Gratificatio per Ordinarium expleta intra terminum ſancitum in Edicto eſt nulla. *ibid.* n. 201.

Expleri poteſt etiam inter plures coæqualiter præſentatos ad Cappellanias laicales. *ibid.* n. 202.

In paritata meritorum, obtinenti Beneficium ad congruam ſuſtentationem ſufficiens, præferri debet qui nullum obtinet Beneficium. *ibid.* n. 203.

Sacerdos Clerico, & ſi ambo ſint Sacerdotes, gratificandus eſt ſenior. *ibid.*

Clericus gratificandus eſt in concurſu cum Laico præſentato ſub conditione, quod Tonſura inſigniri debeat. *ibid.*

Et qui poſſet qualitatibus illis, quæ in Regula XVII. perpenduntur, ad effectum, ut unus alteri, ſtante pari Data in Proviſionibus Apoſtolicis, præferri debeat, in gratificationa quoque ab Ordinario explenda, præferendus eſt illi, qui dictis qualitatibus aſt deſtitutus. *ibid.*

Ordinarii gratificatio locum ſibi non vindicat quando alteri ex coæqualiter præſeotatis competit prælatio de Jure. *ibid.* n. 204.

De jure præferendus eſt, qui pinguiorem vocem habet; & ſic præſentatus a Patrono ratione fundationis, & dotationis, præferri debet præſentato a Patrono rationa conſtructionis tantum. *ibid.* n. 205.

Quemadmodum debetur prælatio præſentato a Patrono inſtituto hærede io majori parte hæreditatis. *ibid.* n. 206.

Nec non præſentato ab uno Patrono privative, & ab altero cumulative. *ibid.* o. 207.

Compatronus in paritate vocum, de jure præfertur alteri compreſentato, qui Patronus non ſit. *ibid.* n. 208.

Si ex duobus Patronis unus extraneum præſentet, alter Epiſcopo pro ſe ipſo ſupplicet, iſte extraneo eſt præferendus. *ibid.* n. 209.

Spectante Jurepatronatus pro medietate ad Univerſitatam, ſi aliquis ex iis, qui illam efformant præſentetur, non poterit prælationem petere tamquam Patronus. Et redditur ratio. *ibid.* n. 210.

Conſanguineus Fundatoris Beneficii, extraneo in paritate vocum aſt de Jure præferendus. T. 2. p. 222. n. 211.

Amplia, etiam in concurſu cum Compatrono a medietate vocum præſentato. *ibid.* n. 212.

Niſi Compatronus eſſet etiam Conſaoguineus Fundatoris, quo caſu præferendus eſſet ſoli Conſanguineo. *ibid.* n. 213.

Conſanguineus Fundatoris ex utroque latere, Paterno ſcilicet, & Materno, præferendus eſt Conſanguineo ex uno latere tantum. *ibid.* o. 214.

Præſentato, qui ſit de ſanguine Patrooorum, competit prælatio in concurſu cum extraneo a medietate aliorum Patroaorum præſentato. *ibid.* n. 215.

Intelliga, dummodo Juſpatronatus ſpectet ad Patronum conſanguineum ex propria Perſona, ſecus ſi rationa Officii, Dignitatis, aut ex quo ſit unus ex illis, qui Collegium, cui Juſpatronatus competit, efforment. *ibid.* n. 216.

Illegitimus itidem Patroni Conſanguineus ad Beneficia obtinenda diſpenſatus, præferri debent Extraneo. *ibid.* n. 217.

Limita, ſi agatur de Beneficio Juriſpatronatus Faudo adnexi. Et redditur ratio. *ibid.* n. 218. & 219.
Vid. V. Illegitimus.

Gratificatio expleta ab Ordinario favore alterius ex præſentatis a medietate Patronorum, ſi io forma publici Inſtrumenti exarata non ſit, non attenditur ob ſuſpicionem Antidatæ, e conſpectu Gratificationis Apoſtolicæ ab altero præſentato per aliam medietatem obtentæ, quamvis in Data poſterioris. T. 4. p. 153. n. 29.
Vid. V. Beneficia quoad prælationem. Verb. Gratia pro præſentato. V. Juſpatr. quoad derogationem medietati vocum Patronalium.

GRÆCI.

Græci Orientales quocumqoe tempore, extra illa a jure ſtatuta, & quocumque die, Sac. Ordinibus initiari poſſunt. T. 2. p. 316. o. 28.

Tempore tamen Quadrageſimæ Presbyteri apud Græcos non conſecrantur, niſi diebus Sabbathi, Dominicis, & in Feſto Annunciat. B. Virginis. *ibid.*

Græci ſemper obſtiterunt Electionibus ad Eccleſias Cathedrales, quæ a Synodo explebantur, dum Epiſcopi apud ipſam moriebantur, vel a Synodo deponebantur. T. 1. p. 43. n. 20. & 21.

Quemadmodum & Proviſionibus de Eccleſiis ipſis in Curia vacantibus a Papa expleri ſolitis. *ibid.*
Vid. V. Reg. I. quoad I. Reſervationem contentam in Extrav. ad Regim.

Græci Orientales abſque ſufficienti Titulo ad Sac. Ordines promoveri non poſſunt. T. 2. p. 402. n. 4.

Quemadmodum nec Italo-Græci. *ibid.* n. 5.

GUBERNATORES CIVITATUM STATUS ECCLESIASTICI.

Gubernatores ſingularum Civitatum Status Eccleſiaſtici ſunt Officiales Sedis Apoſtolicæ, & veniunt ſub nomine *Rectorum in Terris Eccleſiæ Romanæ*, de quibus ſit mentio in *Extravag. ad Regimen*, proindeque eorum Beneficia obnoxia ſunt reſervationi in eadem *Extrav.* contentæ. *Vid. V. Rectores in Terris Eccleſiæ.*

Loca Juriſdictionalia S. Sedis non poſſunt vigore Conſtit. *S. Pii* concedi in Gubernium perpetuum. T. 4. p. 127. n. 62. & 63. *V. V. Feudum.*

H.

HÆRESIS, & HÆRETICUS.

Hæreticorum Beneficia vacant *ipſo Jure* in Inſtanti lapſus in Hæreſim. T. 1. p. 47. o. 67.

Et poſſunt impetrari, etiam ante ſententiam declaratoriam. *ibid.* n. 68.

Nec neceſſe eſt, quod in ſententia declaretur Hæreticum eſſe privatum Beneficiis. *ibid.* n. 69.

Hæreticorum Beneficia ſunt Apoſtolicæ Sedi ſpecialiter reſervata. *ibid.* n. 70.

Et quid, ſi ſint de Jurepatronatus laicali? *ibid.* n. 71.

Reſervatio ex capite Hæreſis, an habeat locum in Germania? *ibid.* n. 72.

Beneficia Hæreticorum, an dicantur vacare in Curia, ubi lata fuit ſententia declaratoria delicti, vel potius in partibus, ubi fuit commiſſum delictum? *ibid.* n. 66.
Vid. V. Beneficia quoad vacationem apud Sedem, in Curia, & intra duas Dietas.

Patronus, qui in hæreſim incidit, an amittat Juſpatr., & an in proviſione Beneficii eidem Juripatr. ſubjecti a Sede Apoſtolica facienda, ſit ei derogandum? *Vid. V. Patronus. V. Juſpatr. quoad derogationem.*

De Hæreſi ſuſpectus eſt excommunicatus, qui per annum ioſordeſcat in Cenſuris, & quomodo procedi debet contra illum pro Beneficiorum privatione? *Vid. V. Inſordeſcens. V. Inſordeſcentia in Excommunicatione.*

HETRURIA, & M. DUX HETRURIÆ.

Magnus Dux *Hetruriæ* ſibi ſubjectæ, jure nominandi ad Eccleſias Epiſcopales in ſua Dimone exiſtentes non gaudet, ſed earum occurrente vacatione, proponit quatuor Perſonas, ut ex eis Pontifex unam ſeligat. T. 1. p. 178. n. 24.

Sed vacante Archiepiſcopali Eccleſia *Senen.* Magiſtratus Civitatis, quem *Baliam* vocant, nominat M. Duci octo, ex quibus ipſe quatuor Pontifici proponit. *ibid.*

In Dominiis Magni Ducis *Hetruriæ* ſemper admiſſæ fuerunt Gratiæ ſubrogationis gratioſæ in Beneficiis, litigioſis de Jurapatr. laicali. T. 3. p. 147. n. 198.

In iiſdem Dominiis nolla viget immemorabilis, aut centenaria conſuetudo, non admittendi Apoſtolicas derogationes Juripatr. laicali attenta lite inter patronos, & plura adſunt exempla hujuſmodi derogationum admiſſarum. *ibid.* n. 201. p. 248. n. 208. & ſeqq. p. 250. n. 234. & ſeqq.

Quemadmodum & alia derogationis in totum Juripatr. laicali ob mortem Beneficiarii *apud Sedem.* T. 3. p. 248. n. 209.

HISPANIA.

De *Subſidio*, & *Excuſato* in Hiſpaniis. *Vid. V. Subſidium, & Excuſatum.*

Subſidia præfata, aliaque Regibus Hiſpaniarum a Sede Apoſtolica concedi ſolita, poſſunt a Pontificibus, ſi velint, denegari; *& Sixtus V.* concedere noluit *Subſidium.* T. 4. p. 116. n. 19.

De Bulla Cruciatæ. *Vid. V. Bulla Cruciatæ.*

In Hiſpania, Decanatus dicitur major Dignitas in Cathedrali poſt Pontificalem; Et in Collegiatis principalis Dignitas eſt Prioratus, vel Abbatia. T. 1. p. 287. n. 20 & 21.

Ex

Ex legibus Hiſpaniarum; contrahentes Matrimonium abſque Canonicis denunciationibus, puniuntur pœna Confiſcationis bonorum, Exhæredationis, & Exilii. Tom. 4. p. 21. n. 173.

Vid. V. Matrimonium quoad Denunciationes.

In Tribunalibus Eccleſiaſticis Hiſpaniarum, viget ſtylus, quod Concluſio in Cauſa deſerviat loco citationis ad ſententiam, ſi Collitigantibus ſit legitime intimata. T. 3. p. 212. n. 10.

Vid. V. Concluſio in cauſa.

De *Perſonatibus*, qui in Hiſpaniis, præſertim in Provincia Cathaloniæ, erigi ſolent. *Vid. V. Perſonatus.*

Erectio Beneficiorum ad tempus in Hiſpaniis, prohibita fuit per Concordatum initum anno 1713. inter Sedem Apoſtolicam, & Regem Hiſpaniarum. T. 2. p. 21. n. 23.

Hiſpaniarum Beneficia, quæ vacant per promotionem ad Eccleſias, & Monaſteria de Jurepatr. Regis, conferuntur a Papa Perſonis a Rege deſignatis, nulla in Litteris hujuſmodi deſignationis facta mentione. T. 1. p. 136. n. 185. T. 3. p. 27. n. 196.

Et Papa Beneficia præfata confert, quamvis promotus nondum Eccleſiæ poſſeſſionem adeptus fuerit, ſed ſolum poſt Literas Apoſtolicas expeditas. T. 1. p. 136. num. 188.

Reprobantur nonnulli *DD. Hiſpani* aſſerentes, quod Beneficia præfata præventive a promotis reſignentur favore Perſonarum, quas Rex deſignat. *ibid.* n. 189.

Beneficia præfata, an reſignari, permutari, vel renunciari poſſint intra tempus vacationis, & promotionis ad Eccleſias, & Monaſteria? *Vid. V. Reg. XXVI.*

Promotis ad Eccleſias Epiſcopales Hiſpaniarum, indulgere non ſolet Apoſtolica Sedes retentionem Canonicatuum, aliorumque Beneficiorum reſidentialium in Cathedralibus, & Collegiatis Eccleſiis. T. 1. p. 133. n. 161. & ſeq.

Nec diſpenſare ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium. *Vid. V. Beneficia incompatibilia quoad diſpenſationem ea inſimul retinendi.*

In Cathedralibus Hiſpaniæ conſuetudo viget a Sede Apoſtolica non improbata, quod abſque illius diſpenſatione, retineri poſſint ſub *eodem Tecto* duo Beneficia difformia, etſi reſidentialia, nempe Canonicatus cum Dignitate, vel Perſonatu. T. 1. p. 157. n. 110.

Et, an vigore ejuſdem Conſuetudinis retineri poſſint Canonicatus Pœnitentiarius, vel Magiſtralis cum Dignitate, aut Perſonatu? *Vid. V. Beneficia quoad incompatibilitatem, & pluralitatem.*

Canonicatus Pœnitentiarii, & Theologales, ſeu Magiſtrales in Hiſpaniis non ſubjacent reſervationi Regul. IX. ſed ex Indultis Apoſtolicis quocumque Menſe vacant, providentur ab Ordinariis per Concurſum. T. 1. p. 173. n. 138. & 140.

Improba eſt Conſuetudo, quæ vigere dicitur in Hiſpaniis, quod poſſit Epiſcopus plura Beneficia ſimplicia alicui conferre, quamvis primum ſit ad congruam ſuſtentationem ſufficiens. T. 1. p. 154. n. 72. & 73.

Maxime poſt Conſtitut. ſan. mem. *Innocentii XIII.* confirmatam a ſan. mem. *Benedicto XIII.* *ibid.* n. 74.

Conſuetudo olim vigebat in Hiſpaniis, quod Patroni Eccleſiaſtici in omnibus Menſibus præſentarent. T. 2. p. 34. n. 160.

Conſuetudini præfatæ reſiſtunt ampliſſimæ clauſulæ, quibus munita reperitur Regula IX. *Vid. V. Regula IX. quoad Beneficia, quæ illius reſervationi ſubjacent.*

In Hiſpaniis, paſſim Pontifices derogant in totum Juripatr. laicali attenta lite inter Patronos. T. 3. p. 246. n. 183. p. 249. n. 217. p. 252. n. 249.

Reprobatur *Covar.* qui hujuſmodi derogationem improbat, & explicantur alii Doctores Hiſpani qui de illa loquuntur. T. 3. p. 250. n. 234. p. 252. n. 249.

Hiſpaniarum Rex.

Regibus Catholicis indulſit *Adrianus VI.* jus præſentandi ad Eccleſias omnes Cathedrales, & Monaſteria quæcumque Conſiſtorialia in Hiſpaniis exiſtentia, præterquam, *ſi apud Sedem* vacarent. Tom. 1. pag. 67. n. 284. p. 192. num. 122.

Privilegium hujuſmodi prius revocavit, deinde confirmavit *Clemens VII.* & ſucceſſive *Paulus III.* illud ampliando etiam ad Cathedrales, & Monaſteria *apud Sedem* vacantia. T. 1. p. 68. n. 286. p. 210. n. 134.

Et ita pluries in praxi ſervatum. T. 1. p. 68. n. 287.

Exponitur rationabilitas hujuſmodi Indultorum ſecundum DD. Gallos, & Hiſpanos. *ibid.* n. 288. & ſeqq.

Præciſive etiam ab hujuſmodi Indultis, contendebant Hiſpani jus Regibus competere præſentandi ad Eccleſias & Monaſteria, quamvis *apud Sedem* vacantia. Tom. 1. p. 67. n. 281.

Riganti in Reg. Cancellariæ. Tom. IV.

Sed prætenſio hæc a Romanis Pontificibus rejecta. *ibid.* n. 282. & 283.

Monaſteria Hiſpaniarum non ſubjacent Regum præſentationi, niſi probetur, quod tempore Conceſſionis Indulti fuerint Conſiſtorialia. T. 1. p. 210. n. 135.

Et quomodo Conſiſtorialitas probari ſoleat? *Vid. V. Monaſteria Conſiſtorialia.*

Ad Monaſteria præfata Hiſpaniarum Reges præſentant, etiamſi Conventum habeant, & in Titulum Regularibus conferantur. T. 1. p. 198. n. 24.

Abbatiæ Triennales ſub Indulto præſentandi non comprehenduntur. T. 1. p. 210. n. 136. & p 211. n. 141.

Nominat tamen, ſeu præſentat Rex vigore Concordiæ a Sede Apoſtolica approbatæ, ad Abbatiam de *Bellipodio* Canonicorum Præmonſtratenſium *Urgellen. Diœc.* Abbatem Triennalem unum ex tribus Monachis, qui a Conventu ſibi proponuntur. T. 1. p. 210. n. 138. & p. 211. num. 143.

Monaſteria Monialium, quæ Abbatiſſam ad vitam eligunt, non ſubjacent Regiæ præſentationi. T. 1. p. 214. n. 150.

Si Cathedralis aliqua de novo in Hiſpaniis erigatur, an provideri debeat ad Regis præſentationem? Tom. 1. p. 207. n. 106. *Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales quoad erectionem.*

De jure nominandi, quo gaudent Reges Hiſpaniarum ad Monaſteria in *Belgio* exiſtentia? T. 1. p. 198. n. 22. & 23. p. 211. n. 144. & 145.

HISTORICI.

Hiſtoricorum probatæ fidei aſſertioni multum deferendum eſt. T. 2. p. 40. n. 229.

Et ex illorum dictis probatur qualitas antiquarum fundationum. T. 2. p. 42. n. 237.

HOMICIDA.

Homicida voluntarius, an ſit capax obtinendi Penſiones abſque Apoſtolica diſpenſatione? *Vid. V. Penſio.*

HOROLOGIUM.

Vid. V. Nox.

HOSPITALE.

In Hoſpitalium conſtructione mos erat priſcis temporibus Pontificis conſenſum adhibere. T. 2. p. 44. n. 254.

Fundator Hoſpitalis non dicitur, qui eleemoſinam aliquam pro illius reparatione elargitur. T. 2. p. 43. n. 242.

Hoſpitale per reædificationem, ejuſque reductionem in ampliorem ſtructuram, non deſinit formaliter eſſe idem. *ibid.* n. 243.

Adminiſtratio, & Cura Hoſpitalis de Jure pertinet ad Epiſcopum. T. 2. p. 50. n. 303.

Hoſpitalia mere laicalia non ſolent a Papa impetrari. T. 2. p. 41. n. 229.

Aliquando tamen Hoſpitalia laicalia, auctoritate Papæ, a laico ad favorem alterius laici reſignantur. T. 2. p. 64. n. 427. p. 241. n. 64. & 65.

Enumerantur ſigna, quæ conſtituunt Hoſpitale Eccleſiaſticum, & Religioſum. T. 2. p. 40. n. 221. & p. 41. n. 233. & p. 45. n. 266.

Et ad hunc effectum ſufficiunt leviſſima quæque ſigna. T. 2. p. 40. n. 222.

Eccleſia, & Cœmeterium Hoſpitali adnexum, ſunt præcipua ſigna illius Eccleſiaſticæ qualitatis. *ibid.* n. 223. & 224.

Debet tamen Cœmeterium pertinere ad Hoſpitale, & non ad Eccleſiam. Et ex quibus hujuſmodi pertinentia evincatur? T. 2. p. 41. n. 231.

Hoſpitalia de jure poſſunt habere Cœmeterium. *ibidem.* n. 232.

Amplia, etiamſi Eccleſia ſit acceſſorie unita Hoſpitali, & redditur ratio. *ibid.* n. 227.

Et non ſit in ipſo Hoſpitali, ſed ei contigua. *ibid.* n. 225.

SSmæ Euchariſtiæ retentio in Eccleſia Hoſpitalis, quamvis non ipſo Hoſpitali, denotat Eccleſiaſticam illius qualitatem. *ibid.* n. 233.

Hoſpitale fundatum, & dotatum a viro Eccleſiaſtico, cenſetur Eccleſiaſticum, quemadmodum laicale, ſi a laicis fundatum, & dotatum fuerit. T. 2. p. 42. n. 234.

Quinimmo Hoſpitale certam dotem habens ex bonis etiam prophanis, cenſetur Eccleſiaſticum. *ibid.* n. 235.

Dotatum a Perſona Eccleſiaſtica inſignes reditus Eccleſiaſticos poſſidente, dotatum præſumitur ex provenibus Eccleſiaſticis. T. 2. p. 42. n. 236.

Hoſpitalitas per ſæcula jugites exercita, inducit præſumptionem qualitatis Eccleſiaſticæ loci. T. 2. p. 44. n. 253.

Hoſpitale aliquod æquiparatum aliis Hoſpitalibus Eccleſiaſticis, reputari debet, & ipſum Eccleſiaſticum. *ibid.* n. 262.

Exemptio Hoſpitalis a Juriſdictione Epiſcopi, evincit illud eſſe Eccleſiaſticum, & Religioſum. T. 2. p. 45. n. 263.

Maxime, ſi receptum ſit ſub protectione *S. Petri*, & ſub immediata protectione Summi Pontificis. *ibid.* n. 264.

Ex indulta Adminiſtratoribus Hoſpitalis facultate alienandi illius Bona abſque Apoſtolico Beneplacito, deprehenditur Eccleſiaſtica qualitas ejuſdem Hoſpitalis. *ibid.* n. 265.

Et ſecluſo etiam Indulto præfato, alienationes Bonorum Hoſpitalis abſque Apoſtolico Beneplacito factæ, non probant illud eſſe laicale, quando aliunde conſtat quod ſit Eccleſiaſticum. T. 2. p. 45. n. 272.

Si Hoſpitale in Archihoſpitale erigatur, ex hoc dignoſcitur illud eſſe Eccleſiaſticum. T. 2. p. 44. n. 261.

Archihoſpitalia non poſſunt eſſe laicalia, & quare? *ibid.* num. 262.

Privilegium Apoſtolicum Hoſpitali conceſſum, ut in ipſo ægrotantes in eorum mortis articulo conſequantur peccatorum omnium ſuorum plenariam remiſſionem, & indulgentiam, magnum præfeſert Eccleſiaſticæ illius qualitatis argumentum. *ibid.* n. 255.

Et quæ Hoſpitalia hac ſingulari gratia gaudeant? *Vid. V. Indulgentia.*

Religioſum non definit eſſe Hoſpitale, quamvis inſtitutio, & deſtitutio Gubernatorum fiat a Confraternitate. T. 2. p. 46. n. 278.

Hoſpitalia Eccleſiaſtica alia conferuntur in titulum Beneficii, alia committuntur Perſonis Eccleſiaſticis, alia reguntur per Collegia Religioſorum, vel Confraternitates a quibus deputantur Adminiſtratores ad nutum amovibiles. *ibid.* n. 273.

Et hujus poſtremæ ſpeciei ſunt Hoſpitalia Urbis. *ibidem.* num. 274.

Hoſpitalia non deſinunt eſſe Eccleſiaſtica, & Religioſa, quamvis a Laicis, & Uxoratis adminiſtrentur, & quare? *ibid.* n. 275. & p. 49. n. 301. & ſeqq.

Et explicatur *Deciſio* 130. *cor. Durano.* T. 2. p. 50. n. 305.

Laici poſſunt ex Privilegio Apoſtolico, vel alio legitimo Titulo acquirere jus eligendi Miniſtros Hoſpitalis Religioſi. T. 2. p. [illegible]. n. 276.

Amplia, etiam ſine Epiſcopi auctoritate. *ibid.* n. 277.

Juſpatr. relictum Adminiſtratoribus laicis Hoſpitalis Eccleſiaſtici, quando cenſetur relictum intuitu Hoſpitalis, itant judicari debeat Eccleſiaſticum? T. 2. p. 47. a n. 281. & ſeqq.

Vid. V. Juſpatr. Eccleſiaſticum.

Hoſpitale auctoritate Epiſcopi erectum, eſt ſimplex Officium, & illius Rector dicitur potius habere Officium, quam Beneficium. T. 2. p. 62. n. 413.

Nec facit ſuos fructus Hoſpitalis, niſi illud obtineat in titulum perpetui Beneficii Eccleſiaſtici. T. 2. p. 46. n. 280.

Hoſpitalia, quæ non dantur in adminiſtrationem, ſed perpetuo in Titulum Beneficii, ſubjacent reſervationibus Apoſtolicis. T. 2. p. 62. n. 414.

Et comprehenduntur ſub Conſtitutionibus Apoſtolicis loquentibus de proviſione Beneficiorum. T. 2. p. 41. n. 226.

Hoſpitalia præfata ſubjacent cenſuræ *Regulæ De viginti*, ſi reſignentur, & Reſignans intra viginti dies decedat. *Vid. V. Regul. XIX.*

Nec non diſpoſitioni *Regulæ XXVI.* ſi cedantur, reſignentur, aut permutentur intra tempus vacationis, & proviſionis Beneficii incompatibilis Apoſtolica auctoritate factæ. *Vid. V. Regula XXVI.*

Hoſpitale, ut ſit Titulus Beneficialis, requiritur, quod Eccleſia ei adnexa ſit principalis, & non acceſſoria. T. 2. p. 41. n. 226.

Epiſcopis, etiam Cardinalibus, an permiſſum ſit unire Seminariis Hoſpitalia, eorumque fructus, quamvis Perſonæ juxta eorumdem Hoſpitalium inſtitutum contemplatæ, omnino defecerint, aut ad modicum numerum redactæ ſint? *Vid. V. Seminarium.*

Fructus Hoſpitalis, deficientibus Perſonis contemplatis, converti debens in alium pium uſum, qui proximior ſit ejus inſtituto, & intentioni Fundatoris. T. 2. p. 168. num. 98.

Si Hoſpitale inſtitutum ſit pro Leproſis, & iſti non adſint, debent fructus applicari alteri Hoſpitali, in quo recipiuntur infirmi eo morbo, qui ad Lepram magis accedit. *ibid.* n. 101.

Deficientibus Infirmis, pro quibus erectum fuit Hoſpitale, fructus converti poſſunt in alimoniam Senium, pro quibus alterum Hoſpitale erectum reperitur. T. 2. p. 168. n. 102.

Quemadmodum poſſunt fructus Hoſpitalis erecti, pro Febricitantibus, ſi illi non adſint, applicari pro illis, qui Peſtilentia infecti ſunt. T. 2. p. 16[illegible]. n. 103.

Monaſterium non poteſt ſine Papæ auctoritate in Hoſpitale converti. T. 2. p. 44. n. 252.

Hoſpitalia Urbis.

Hoſpitalia Urbis regulariter ſunt Eccleſiaſtica. T. 2. p. 43. n. 251.

Eccleſiaſticum eſt Hoſpitale *S. Spiritus in Saxia.* T. 2. p. 44. n. 259.

Et in eo ægrotantes lucrantur in extremo vitæ ſpiritu plenariam Indulgentiam, & peccatorum ſuorum Remiſſionem. *ibid.* n. 255.

Hoſpitale *S. Jacobi Incurabilium* pariter Eccleſiaſticum eſt. *ibid.* n. 259.

Hoſpitale *S. Joannis ad Lateranum* fundatum fuit a Cardinali *Joanne Columna.* T. 2. p. 41. n. 233.

Et oſtenditur, quod Inſcriptiones, quæ leguntur in Muris ejuſdem Hoſpitalis non excludant, quod illius Fundator fuerit laudatus Cardinalis. T. 2. p. 42. n. 238. 240. & 241.

Hoſpitale præfatum eſſe Religioſum, & Eccleſiaſticum pluribus rationibus oſtenditur. Tom. 2. pag. 40. n. 221. & ſeqq.

Quodque proinde, *Juſpatr.* illius *Guardianis* relictum intuitu ejuſdem Hoſpitalis, eſt Eccleſiaſticum, reſervationibus Apoſtolicis obnoxium. *ibid.* n. 219. & p. 47. n. 281. & plur. ſeqq.

Sed contrarium fuit a Congregatione particulari reſolutum. T. 2. p. 40. n. 218.

Gaudet Hoſpitale *Lateranenſe* Indulto Apoſtolico, ut ægrotantes in eo decedentes, Indulgentiam plenariam, ſuorumque peccatorum Remiſſionem conſequantur. T. 2. p. 44. n. 255.

Quemadmodum, & Hoſpitale *Pauperum Invalidorum.* *ibid.* n. 255.

HUNGARIA.

In *Hungaria*, an ſerventur Regulæ Cancellariæ? T. 1. p. 8. n. 64.

Regnum *Hungariæ*, an ſubjaceat Concordatis Germaniæ? *ibid.* n. 65.

Hungariæ Rex.

Rex Hungariæ jus habet nominandi ad Eccleſias Cathedrales in dicto Regno exiſtentes. T. 1. p. 185. n. 72. & p. 186. n. 74.

Sed in Litteris nominationis uti non poteſt verbo *eligimus*, & quare? T. 1. p. 185. n. 73.

Gaudet jure nominandi ad illas tantum Eccleſias, quarum Prælati interſunt Dietis uti Proceres Regni, ſecus quoad alias, quarum Prælati hujuſmodi non gaudent prærogativa. T. 1. p. 186. n. 75.

Item jus non habet nominandi ad Eccleſias exiſtentes in Regionibus, quæ ab Hungaria dependent. *ibid.* n. 76.

Sed hodie Imperator uti Rex Hungariæ, eſt in quaſi poſſeſſione nominandi ad Eccleſias præfatas. Et quænam illæ ſint? *ibid.* n. 77.

Vid. V. Imperator.

HYBERNIA.

Gratiæ omnes Apoſtolicæ in Regno *Hyberniæ* gratis expediuntur. T. 3. p. 42. n. 151.

Epiſcopis, & Vicariis Apoſtolicis in *Hybernia* indulgeri ſolet a Sede Apoſtolica facultas diſpenſandi ſuper nonnullis Conſanguinitatis, & Affinitatis gradibus, & quibus ſub conditionibus? *Vid. V. Diſpenſationes Matrimoniales.*

Epiſcopi *Hyberniæ* facultate gaudent Apoſtolica conferendi Ordines extra tempora a jure ſtatuta, & an vigore ejuſdem facultatis illa conferre valeant diebus, in quibus celebratur in Choro Officium ritu duplici, quamvis non feſtivis de præcepto? *Vid. V. Ordines quoad tempora in quibus de jure conferri debent.*

De Eccleſiis *Hyberniæ* diſponebant olim Pontifices ad Regis ſupplicationem, ſed ab *Innocentio XI.* proviſæ fuerunt ad Regis *Jacobi* nominationem. T. 1. p. 193. n. 130.

I.

IDIOMA.

IDiomatum diverſitas, humanæ Societatis deſtructiva. T. 2. p. 261. n. 5.
Tempore *Veſpaſiani* Imperatoris Provinciarum Regimini non præficiebantur, niſi earum idiomatis periti. *ibidem.* num. 6.
De nullitate Proviſionum Apoſtolicarum ſuper Beneficiis Curatis expletis eorum favore, qui locorum idioma non intelligunt. *Vid. V. Regula XX.*
Et de obligatione, qua tenentur promovendi ad Eccleſias Cathedrales, callendi idioma Regionum. *Vid. eod. V.*
Populis noviter ad fidem converſis, an indulgendum ſit a Sede Apoſtolica, quod Miſſam, & Divina Officia celebrare poſſint vulgari ſuarum Regionum idiomate? *Vid. V. Lingua Latina, Græca, & Vulgaris.*

JESUITÆ.

Jeſuitæ ex Pontificum Indultis ad Sacros Ordines promoveri poſſunt poſt emiſſa tria vota ſimplicia, licet ſolemnem adhuc Profeſſionem non emiſerint. Tom. 2. p. 417. num. 170.
Jeſuitæ ad titulum Societatis ordinati, & ab ea dimiſſi, ſuſpenſi remaneot ab Ordinis exercitio, ſi non habeant aliunde congruam ſuſtentationem. T. 2. p. 418. n. 176.
Contrarium. T. 2. p. 403. n. 29.
Jeſuitis a Societate dimiſſis, præſertim abſque eorum culpa, an teneatur Societas congruam ſuſtentationem loco Patrimonii ſuppeditare? T. 2. p. 418. n. 177. & ſeq.
PP. Jeſuitæ Privilegio gaudent, ut ad SS. Ordines promoveri poſſint extra tempora a jure ſtatuta. Tom. 2. p. 318. n. 46.
Nec comprehenduntur ſub Decreto S. M. *Innocentii XII.* moderatorio Indultorum ſuſcipiendi Ordines Sacros *extra tempora.* *ibid.*
Nec ſub Decreto *Clementis VIII.* quod dimitti debeant pro Ordinationa ad Epiſcopum diœceſanum, ſed a quocumque, quem maluerint Catholico Antiſtite ordinari poſſunt. T. 2. p. 373. n. 262.
Et ab Epiſcopo Ordinatore examini quoad doctrinam, ſubjici non poſſunt. T. 2. p. 376. n. 290.
Vid. V. Literæ Dimiſſoriales pro Ordinatione Regularium.
De tribus Claſſibus Religioſorum qui dantur in Societate Jeſu. T. 4. p. 387. n. 31.
Beneficia obtenta a Profeſſis Societatis Jeſu non vacant per ſola Vota ab ipſis emiſſa expleto biennio Probationis, ſed poſt ſolemnem Profeſſionem, aut poſtquam in gradum Coadjutorum admiſſi fuerunt. *ibid.* n. 30.
Ex præſcripto tamen Societatis, completo probationis biennio, antequam Vota ſimplicia emittant, tenentur Beneficia, quæ obtinent, reſignare. *ibid.* n. 32.
Jeſuitæ tranſire non poſſunt ad arctiorem Religionem, niſi de licentia P. Generalis. T. 2. p. 298. n. 34.
Vid. V. Regulares quoad Tranſitum ad aliam Religionem.
Ex Decreto Congregationis SSmæ Inquiſitionis, quod per Breve confirmavit ſan. mem. *Paulus V.* permiſſum fuit PP. Jeſuitis, ut traducere poſſent Sac. Bibliam in Linguam Sinarum non vulgarem, ſed eruditam. Tom 2. p. 266. n. 84.
Sed Breve præfatum nec Ieſuitis traditum, nec exequutioni demandatum fuit. T. 2. p. 268. n. 111.

ILLEGITIMUS.

Illegitimi, an creari poſſint in Prothonotarios? *Vid. V. Prothonotarii.*
Et, an deputari poſſint in Subcollectores? *Vid. V. Subcollectores.*
De Illegitimorum diſpenſatione ſuper defectu Natalium. *Vid. V. Diſpenſatio ſuper defectu Natalium.*
Vid. V. Legitimatio, Legitimatus.
Illegitimus, an vigore ſolius legitimationis, promoveri poſſit ad Sac. Ordines abſque Apoſtolica diſpenſatione? *Vid. eod. V.*
Illegitimus quamvis diſpenſatus, non ſuccedit in Feudo. T. 2. p. 221. n. 230.
Illegitimus, qui ſit Patroni Conſanguineus, ad Beneficia diſpenſatus, an præferri debeat extraneo præſentato? *ibid.* n. 217.
Et quid, ſi agatur de Beneficio Juripatr. Feodo adnexi? *ibid.* n. 218. & ſeq.
Vid. V. Diſpenſatio ſuper defectu Natalium. V. Legitimatio, Legitimatus.

IMMEMORABILIS.

Vid. V. Conſuetudo immemorabilis. V. Obſervantia Centenaria.

IMPEDIMENTA.

Impedimento aliquo legitimo præpedito, tempora non currunt. T. 3. p. 152. n. 52.
Agenti de lucro captando, non ſuffragatur impedimentum, qood ei tantum prodeſt, qui agit de damno vitando. *ibid.* n. 49.

Impedimenta Matrimonii, ac Apoſtolica ſuper illis diſpenſatio.

Vid. V. Diſpenſatio Matrimonialis, V. Matrimonium quoad Impedimenta.

IMPERATOR.

Imperator, talis non vocatur, niſi Corona ſuſcepta; & Coronationis dies dicitur ortus Imperii. T. 2. p. 204. n. 8.
Priſcis temporibus annorum Imperii calcolus, non a dia Electionis daducebatur, ſed a die quo Electus in Imperatorem Corona a Pontifice redimitus erat. *ibid.* n. 9.
De Indulto Primariarum Precum Imperatoribus electis, a Sede Apoſtolica elargiri ſolito? *Vid. V. Primariæ Preces.*
De jure quo Imperator, uti Rex Hungariæ, gaudet nominandi ad omnes Eccleſias Cathedrales in dicto Regno exiſtentes, aliaſque ab eo dependentes. *Vid. V. Hungariæ Rex.*
Jure gaudet nominandi ad Eccleſiam *Tranſilvanien.* vulgo nominatam *Alba Julia* in Tranſilvania. T. 1. p. 186. num. 78.
Nec non, uti *Archidux Auſtriæ*, nominandi ad Eccleſias *Viennen.* in Auſtria, *Jaurinen.* in confinio Auſtriæ, *Labacen.* in Carniola, *Tergeſtin.*, & *Petinen.* *ibidem.* num. 79.
Sed Comiti *Petinen.* nullum competere jus nominandi, ſeu præſentandi Imperatori, uti *Archiduci Auſtriæ* Perſonam, ad effectum, ut Imperator in Literis ſuæ nominationis Pontifici mentionem de illa faciat, declaravit S. Congreg. Conſiſtorialis anno 1712. *ibid.* n. 79.
Imperator, uti *Rex Bohemiæ*, jus habet nominandi ad Eccleſias Archiepiſcopales *Pragen.*, & Epiſcopales *Reginheradacen.* & *Lithomaricen.* *ibid.* n. 78.

IMPETRATIO BENEFICIORUM.

Vid. V. Beneficia quoad Impetrationem.

INCOMPATIBILITAS BENEFICIORUM.

Vid. V. Beneficia quoad incompatibilitatem.

INDICTIONES.

Indictiones pro annorum numeratione adinvenit anno 312. *Conſtantinus M.*, earumque conſuetudo in Italia obtineri cœpit ſub *Theodoſio* Gothorum Rege. T. 2. p. 206. num. 35.
Iiſque, omiſſa numeratione annorum a Faſtis Conſularibus, qua prius utebantur Pontifices in ſuis Diplomatibus, primus uſus fuit *Pelagius II.* electus anno 578. *ibid.*
Sed, a quo tempore Pontifices annos numerare cœperunt ab Incarnatione D. N. J. C.? *Vid. V. Annus.*
Enumerantur ſingulæ Indictiones ab anno 1170. uſque ad annum 1180. T. 4. p. 53. n. 50.
Error in *Indictione* argumentum eſt falſitatis Pontificiæ Conſtitutionis, quemadmodum, & cujuſcumque Scripturæ. *ibid.* n. 49. & 51.

INDULGENTIÆ.

Indulgentiæ *locales* illæ ſunt, quæ conceduntur cum dependentia a determinato loco, cui ſunt affixæ, ita ut nemo illas lucrari poſſit, niſi in eo loco exiſtat. T. 2. p. 44. n. 255.
Hoſpitalia *Pauperum Invalidorum* canonice erecta, ſeu impoſterum canonice erigenda, *S. Spiritus in Saxia*, & *S. Joannis in Laterano*, Indulto gaudant Apoſtolico, ut in illis ægrotantes conſequantur in eorum mortis articulo plenariam peccatorum ſuorum Remiſſionem, & Indulgentiam, *ibid.* n. 255. *Vid. V. Hoſpitalia Urbis.*

Sæculo VII. non conſuevere Pontifices Indulgentias *locales*, adnexas nempe Eccleſiis, de facili concedere, & illæ, quas elargiebantur, vix unius anni tempus excedebant. T. 4. p. 52. n. 36. & 40.

Eaſdemque Indulgentias Eccleſiæ a ſe conſtructæ in Civitate *Beneventi*, concedere noluit *Gregorius VIII. ibid.* num. 40.

Indulgentiæ plenariæ, in quo differant a Jubileo? Tom. 4. p. 51. n. 26.

Et qua circumſpectione ad præſcriptum Concilii Tridentini ſunt concedendæ? T. 4. p. 54. n. 63.

Primis Eccleſiæ ſæculis, Indulgentias plenarias non adeo frequenter, ut in poſterioribus, Pontifices elargiri conſueverunt. T. 4. p. 50. n. 19. & 21. & p. 52. n. 40. & p. 53. n. 56.

Sed referuntur nonnulla exempla hujuſmodi conceſſionum. T. 4. p. 50. n. 22. & 24.

Sæculo XII. liberales erant Pontifices in concedendis Indulgentiis perſonalibus, iis præſertim, qui pro expeditione Terræ Sanctæ arma ſumebant. T. 4. p. 52. n. 41. & p. 53. n. 55.

Sed *Alexander III.* qui eodem ſæculo XII. vixit, Indulgentiam tantummodo duorum annorum ſumentibus arma contra Hæreticos elargitus fuit. T. 4. p. 52. n. 42.

De falſitate ſuſpectæ ſunt Indulgentiæ ab eodem *Alexandro III.* Eccleſiæ Compoſtellanæ conceſſæ; Et ex quibus falſitas earum Diplomatis eruatur? *ibid.* a n. 53. & plurib. ſeqq.

Eaſque confirmare noluit S. Congregatio SS̄mæ Inquiſitionis. T. 4. p. 54. n. 68. *Vid. V. Jubileum.*

Indulgentiarum Diploma anno 1093. ab *Urbano II.* conceſſum Viſitantibus nonnullis Anni diebus Eccleſiam Monaſterii *S. Mariæ Bantini Ordinis S. Benedicti ad Cavam Mateilianam*, falſum exiſtimat *Morinus.* Tom. 4. p. 53. num. 53.

Indulgentias a *S. Sylveſtro Papa* Eccleſiæ Lateranenſi conceſſas, & deſcriptas in Tabula, quæ vocatur *Magna*, Apocryphas declararunt Sac. Congregationes SS̄mæ Inquiſitionis, & Indulgentiarum. *ibid.* n. 57.

Quemadmodum, & Apocrypha a nonnullis exiſtimatur Indulgentia perpetua conceſſa ab *Alexandro III.* Eccleſiæ S. Marci Venetiarum. *ibid.* n. 58.

Indulgentiæ, ſuper quibus probabile emergit dubium, quod Apocryphæ ſint, non expedit quod a Sede Apoſtolica confirmentur, nec cum clauſula *Supplentes.* T. 4. p. 54. n. 63.

De Indulgentiis Abbatiæ *Caſamarii* conceſſis, & a *Julio II.* confirmatis? *ibid.* n. 64.

In Indulgentiarum Litteris, quæ alicui Eccleſiæ conceduntur, adjici ſolet juxta *Regulam LIII.* Cancellariæ Clauſula, quod nullæ ſint, ſi eidem Eccleſiæ, aliqua alia Indulgentia perpetua, vel ad tempus nondum elapſum, conceſſa fuerit. *Vid. V. Regula LIII.*

De quibus Indulgentiis dicta clauſula intelligitur? Et, an de quacumque alia Indulgentia ſimili, vel diverſa? Et ſive ab eodem, vel diverſo Pontifice conceſſa? *Vid. eod. V.*

De Indulgentiis *ad inſtar* earum, quibus aliæ gaudent Eccleſiæ, vel loca, non concedendis. *Vid. V. Regula LIV.*

Indulgentiæ plenariæ, etiam ratione expeditionis contra Turcas, & Infideles conceſſæ, nec non facultates omnes, illæ præſertim eligendi Confeſſarium, in iiſdem Indulgentiis impertitæ, ſuſpenduntur per Regulam LXIII. *Vid. V. Regula LXIII.*

Indulgentiæ tamen, & facultates, quæ jam ſuum ſortiri cœperunt, & in parte ſortitæ ſint affectum, præſervantur in Regula præfata. *Vid. eod. V.*

Minuſque ſubjacent ſuſpenſioni Regulæ Indulgentiæ, & facultates conceſſæ vigore *Bullæ Cruciatæ. Vid. V. Bulla Cruciatæ.*

Indulgentias plenarias, quas anno 1685. ſan. mem. *Innocentius XI.* conceſſit omnibus adjutrices manus præſtantibus in Bello Ungarico contra Turcas, præſervarunt in ſuis Regulis, ex quo Bellum adhuc durabat, *Alexander VIII. & Innocentius XII.* Succeſſor. *Vid. V. Regula LXIII.*

Exceſſivas Indulgentias expedit aliquando revocari, quia nimia Indulgentia parit abuſum. T. 4. p. 119. n. 45.

Sed hujuſmodi dictum in terminis Indulgentiarum, quæ conceduntur in *Bulla Cruciatæ*, reprehendit *P. Mendo. ibid.* n. 46.

Pro Indulgentiis conſequendis, dies computatur a Veſperis vigiliæ uſque ad Veſperas diei ſequentis. Tom. 4. p. 46. n. 31.

Expreſſio, quæ fit in conceſſione Indulgentiarum, quod durare debent a primis Veſperis, uſque ad occaſum Solis diei ſequentis, non inducit aliquid de novo, ſed declarat id, quod de Jure ineſt. *ibid.* n. 33.

Hinc, etiam ſine tali expreſſione, inciperent Indulgentiæ a primis Veſperis, & durarent uſque ad Veſperas diei ſequentis. T. 4. p. 46. n. 34. *Vid. V. Dies.*

Pro lucrandis Indulgentiis tempore Jubilei Romani, viſitatio quatuor Eccleſiarum fieri debet unica die. Et, an dies præfata computanda ſit a media nocte ad mediam noctem, vel potius a primis Veſperis unius diei uſque ad occaſum Solis diei ſequentis? *Vid. V. Jubileum.*

Stationes Romanæ Indulgentias plenarias continens, & quis primo illas inſtituit? T. 4. p. 50. n. 24.

Et Indulgentiæ præfatæ non irritantur per clauſulam adjici ſolitam in Litteris Indulgentiarum vigore Regul. LIII. *Vid. V. Regul. LIII.*

Pro viſitatione ſeptem Eccleſiarum Urbis, an ſint aliquæ Indulgentiæ præſcriptæ? T. 4. p. 46. n. 38. & 39.

Et quomodo Eccleſiæ præfatæ a Viris piis, & doctis, viſitati ſoleant? *ibid.* n. 37.

In Litteris omnibus Indulgentiarum, quæ pro Confraternitatibus, ſive ſub Plumbo, ſive ſub Annulo Piſcatoris expediuntur, apponitur clauſula, quod Confraternitas illa Canonice erecta exiſtat. T. 2. p. 44. n. 257.

INDULTUM.

Indultum Apoſtolicum.

Indulta, & Gratiæ conceſſæ pro hominibus, vel Eccleſiis Regni Franciæ v. g. vel in Regno Franciæ exiſtentibus, amplectuntur ſolum homines, & Eccleſias exiſtentes intra terminos Regni Franciæ. T. 1. p. 188. n. 90.

Secus, ſi conceſſa fuerint pro hominibus, & Eccleſiis Regni, aut de Regno ſuo, nam tunc includuntur omnes, qui in Regis dominio exiſtunt. *ibid.*

Pontifices per conceſſiones, & Indulta perpetua non poſſunt Succeſſoribus legem imponere, eorumque Juriſdictionem a ſolo Deo dependentem, coarctare. T. 1. p. 180. n. 44.

Indultum, percipiendi fructus Beneficiorum primi anni, an comprehendat Beneficia noviter erecta? T. 1. p. 191. num. 109.

De Indultis commendandi Beneficia Regularia Secularibus, & e contra, quæ Abbatibus a Sede Apoſtolica, aliquando conceduntur, & quibus ſub conditionibus? *Vid. V. Commenda.*

De Indulto transferendi Penſiones. *Vid. V. Penſio quoad tranſlationem.*

De Indultis a Prædeceſſoribus Pontificibus conceſſis locandi ultra unicum annum Bona Eccleſiarum, & Beneficiorum anticipatis ſolutionibus, eorumque revocatione, quæ fit in Regula LXIX. *Vid. V. Regula LXIX. Verb. Locatio.*

De revocatione Indultorum ſupervivientiæ, ac facultatum obligandi, aut diſponendi, poſt eorum obitum, de fructibus Beneficiorum, quæ a Pontificibus Beneficiariis conceſſa ſunt. *Vid. V. Regula LXIX.*

Referuntur nonnulla Indulta ſupervivientiæ a *Clemente VIII. Urbano VIII. & Clemente IX.* conceſſa. Tom. 4. p. 161. n. 65. 66. & 67.

De Indultis, quod Juripatr. laicali denegari non poſſit, ſi contingat Beneficium vacare *apud Sedem? Vid. V. Juſpatr. quoad derogationem ex cauſa vacationis Beneficii apud Sedem.*

De Indulto Apoſtolico, quo gaudet Epiſcopus *Salisburgenſis* providendi de Paſtoribus quatuor Eccleſias Epiſcopales ſibi Suffraganeas? *Vid. V. Archiepiſcopus Salisburgenſis.*

De Indultis retinendi plures Eccleſias Epiſcopales in Germania. *Vid. V. Germania.*

De ſtylo, quo Sedes Apoſtolica ſervat indulgendi Promotis ad Eccleſias Epiſcopales, tam in Germania, quam in aliis Regionibus, Beneficia ſive compatibilia, ſive incompatibilia, & reſidentialia in aliis Eccleſiis exiſtentia. *Vid. eod. Vid. V. Gallia. V. Germania. V. Regula I. quoad VII. reſervationem contentam in Extrav. ad Regim.*

De Indulto retinendi plura Beneficia reſidentialia in diverſis Eccleſiis, ſive in Germania, ſive extra. *Vid. V. Beneficia incompatibilia quoad diſpenſationem ea inſimul retinendi. V. Germania. V. Reſidentia.*

Gubernatori Inſularum Philippinarum indulgere noluit Pontifex Indultum eligendi unum ex tribus ab Archiepiſcopo *Manilæ* nominandis, qui Eccleſias Cathedrales in dictis Inſulis exiſtentes, ac pro tempore vacantes, adminiſtraret, uſque ad earum proviſionem. T. 1. p. 211. num. 140.

Indultum conferendi Beneficia reſervata, aut ad illa eligendi, nominandi, & præſentandi.

Indulta conferendi Beneficia reſervata, quæ Pontifex Epiſcopis, aliiſque Ordinariis Collatoribus elargitur, ſunt favorabilia, lateque interpretanda. T. 3. p. 109. n. 89.

Exorbitantia vero ea, quæ conceduntur non habentibus originariam conferendi facultatem. *ibid.* n. 90.

Indultum conferendi Beneficia reſervata ordinario Collatori elargitum, comprehendit Beneficia, etiam multiplici reſervationi obnoxia. T. 1. p. 31. n. 16.

Maxime, ſi fuerit conceſſum *Motu proprio.* *ibid.* n. 17.

Vel, ſi in eo ſint exceptæ reſervationes aliquæ favore Papæ, cæteris Indultario elargitis. *ibid.* n. 18.

Contrarium, quod Indultum præfatum non amplectatur Beneficia multipliciter reſervata. T. 1. p. 32. n. 22.

De Indultis conferendi Beneficia reſervata Cardinalibus concedi ſolitis. *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata. V. Cardinales Nepotes Pontificum.*

Indultum conferendi Beneficia reſervata, nunquam comprehendit Beneficia *apud Sedem* vacantia, niſi id expreſſe, & individualiter concedatur. *Vid. V. Regul. I. quoad I. reſervationem contentam* in *Extrav.* ad *Regim.*

Sed facultas conferendi Beneficia vacantia per obitum civilem *in Curia*, etſi non expreſſa, cenſetur comprehenſa ſub verbis, & clauſulis aptis illam comprehendere. *Vid. eod. V.*

Indulta conferendi Beneficia reſervata, quæ ſive Cardinalibus, ſive aliis conceduntur, clauſulam in ventre habent, quod de iis proviſi, debeant a Dataria novam proviſionem reportare. T. 2. p. 38. n. 86.

Indultum conferendi Beneficia vacantia *in Curia*, non comprehendit facultatem conferendi alia minoribus reſervationibus obnoxia. T. 3 p. 121. n. 266.

An in ſecularizatione Eccleſiæ Cathedralis Regularis concedenda ſit Epiſcopo facultas conferendi Dignitates, Canonicatus, aliaque Beneficia reſervata? T. m. 2. p. 113. num. 51.

Et refertur Reſolutio Congregationis particularis in Cauſa *Cephaluden.* Secularizationis. *ibid.* n. 54.

Indultum conferendi Parochiales reſervatas, pro quibus aſſequendis ob redditų̄um tenuitatem nemo in Concurſu compareret, Sedes Apoſtolica elargiri non conſuevit, ſed indulget, ut a Dataria conferentur per ſimplicem Signaturam Perſonis, quas Ordinarii exiſtimant pro qualitate locorum aptiores. T. 2. p. 26. n. 74. & ſeqq.

Quibus Indultis conferendi Beneficia vigore Menſium reſervata deroget Regula IX.? *Vid. V. Regula IX. quoad derogationem Indultis conferendi Beneficia in Menſibus Apoſtolicis vacantia.*

De Indultis diſponendi de Beneficiis reſervatis favore filiorum Patrimonialium, aut certi generis Perſonarum; Et an ſubjaceant revocationibus Regularum IX. & XV.? *Vid. eod. V. Reg. XV.*

De Indultis Apoſtolicis conceſſis nonnullis Capitulis Germaniæ eligendi ad Dignitates Majores in Cathedralibus, & Principales in Collegiatis? *Vid. V. Regula IV. V. Germania. V. Germaniæ Concordata.*

Et, an hujuſmodi Indulta ſint revocata per Regulam XV. *Vid. V. Regula XV.*

Ac de Indultis iiſdem Capitulis conceſſis eligendi Epiſcopum, vel Abbatem in caſibus vacationis Eccleſiarum, vel Monaſteriorum *apud Sedem*, privationis, tranſlationis, ceſſionis &c.? *Vid. V. Germaniæ Concordata.*

De Indultis Apoſtolicis Regibus, ac Supremis Principibus conceſſis nominandi, aut præſentandi ad Eccleſias Epiſcopales, Monaſteria, & Beneficia Conſiſtorialia in eorum Ditionibus exiſtentia? *Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales. V. Monaſteria. V. Principes.*

Indulta hujuſmodi ſic interpretari debent, ut quominus fieri poſſit, Pontificis libertatem in conferendo lædant. T. 1. p. 92. n. 12.

De Indultis nominandi ad certi reditus Beneficia, etiam reſervata, Univerſitatibus Studiorum Germaniæ, præſertim Coloniæ, & Lovanii, a Sede Apoſtolica conceſſis, &, an ſubjaceant illa revocationi Regul. XV.? *Vid. V. Regula XV. V. Univerſitas Studiorum Coloniæ. V. Univerſitas Studiorum Lovanii.*

Indulta teſtandi.

Indulta teſtandi, ac diſponendi de fructibus non recollectis, & inexactis Beneficiorum a Prædeceſſoribus Pontificibus conceſſa, revocantur per Regulam LXIX. *Vid. V. Regula LXIX.*

Ex Conſtit. *Urbani VIII.* in quibuſcumque Indultis teſtandi de fructibus Beneficiorum a Pontificibus concedendis, ſemper præſervata intelliguntur jura Cameræ, & Succeſſorum in Beneficio, nec non diſpoſitio Regul. LXIX. T. 4. p. 160. n. 54.

Et Conſtitutioni præfatæ non aliter derogatum cenſetur, quam ſi derogatio fuerit expreſſa. *ibid.* n. 55.

De moderatione Indultorum teſtandi, quibus olim fruebantur Cardinales Nepotes facta ab *Innocentio XII. Vid. V. Reg. LXIX.*

Facultas teſtandi de rebus ſuis ex diſpenſatione Apoſtolica Regularibus competens, Voto paupertatis non derogat. T. 3. p. 284. n. 198.

Indultum teſtandi conceſſum Regulari, licet removeat obſtaculum a Profeſſione cauſatum, adhuc operatur, quod Teſtamentum exaratum dicatur vigore Indulti. T. 2. p. 79. n. 78.

INDUSTRIA PERSONÆ.

Vid. V. Perſona.

INFEUDATIO.

Vid. V. Feudum.

INHIBITIO.

Vid. V. Appellatio.

INGRESSUS AD BENEFICIA, VEL ECCLESIAS EPISCOPALES.

Vid. V. Acceſſus. V. Regreſſus ad Beneficia.

SAC. INQUISITIO, INQUISITORES.

Officiales, & Conſultores Tribunalis SS^mæ Inquiſitionis Urbis gaudent Mandato expediendi gratis etiam Eccleſias Cathedrales. T. 3. p. 42. n. 146.

Secretarius minor, ſeu Scriptor Litterarum in Congregatione SS^mæ Inquiſitionis, an dici poſſit Curialis. *Vid. V. Curiales.*

Et, an ſit Sedis Apoſtolicæ Officialis, & per conſequens familiaris Papæ, ejuſque Beneficia reſervata? *Vid. V. Familiaris Papæ.*

Summiſta Sac. Congregationis Inquiſitionis dicitur Curialis. *Vid. V. Curiales.*

Et, an tales dicantur Notarii Tribunalis SS^mæ Inquiſitionis? *Vid. eod. V.*

Vid. V. Sac. Congregationes Urbis.

Inquiſitores Generales Provinciarum, Civitatum, & Locorum Status Eccleſiaſtici, privilegio gaudent expediendi gratis. T. 3. p. 42. n. 148. & 149.

Quomodo procedunt contra Inſordeſcentes in cenſuris? *Vid. V. Inſordeſcentia, & Inſordeſcens in Cenſuris.*

Inquiſitores, qui ſint Epiſcopi, abſentes ex cauſa proprii muneris a Diœceſi, an gaudeant Alternativa Menſium? *Vid. V. Alternativa quoad reſidentiam.*

INSORDESCENTIA & INSORDESCENS IN CENSURIS.

Inſordeſcentiam fuiſſe contractam, concludenter probari debet. T. 4. p. 135. n. 20.

Pro contrahenda inſordeſcentia plura requiruntur, nempe quod excommunicatio ſit valida. *ibid.* n. 21.

Quod vere pervenerit ad notitiam Excommunicati. *ibid.* num. 22.

Sed poteſt hujuſmodi ſcientia evinci præſumptionibus, & conjecturis, nec neceſſe eſt, quod probetur per intimationem Sententiæ. T. 4. p. 136. n. 23.

Quod tempus unius anni ſit completum, & continuum. *ibid.* n. 24.

Annus vero ad dictum effectum incipit a die, quo quis contracta excommunicatione, fuit denunciatus. *ibid.* num. 25.

Et, an ex eo, quod Excommunicatus obtinuit intra annum Gratiam Apoſtolicam cum clauſula *abſolventes*, cenſeatur annus præfatus interruptus, itaut eo elapſo, dici nequeat inſordeſcens? *ibid.* n. 26. & 27.

Requiritur itidem pro contrahenda inſordeſcentia, ultra annalem perſeverantiam in Cenſuris, animus pertinax, & induratus in contemptum Clavium. *ibid.* n. 28. & p. 141. n. 74.

Nec poteſt dici inſordeſcens, qui aliqua excuſatione juvetur. Et redditur ratio. T. 4. p. 136. n. 28.

Diligentiæ ab Excommunicato peractæ pro obtinenda abſolutione, excludunt contemptum Clavium, & per conſequens inſordeſcentiam. *ibid.* n. 29.

Excludit pariter inſordeſcentiam abſolutio a Cenſuris reportata cum reincidentia, quamvis hæc ſtatim poſtea ſequuta fuerit. T. 4. p. 136. n. 30.
Et quamvis abſolutio præfata eſſet nulla. *ibid.*
Qui ſuper Excommunicatione tanquam injuſta, litem introduxit, ea pendente, non poteſt dici obduratus, & inſordeſcens. *ibid.* n. 31.
Amplia, quamvis credulitas injuſtitiæ Excommunicationis eſſet inanis, & conjuncta cum ſupina ignorantia. *ibid.* n. 32.
Abſolutus in foro conſcientiæ vigore Jubilei, aut Bullæ Cruciatæ, poteſt ex æquitate, & ceſſante partis oppoſitione, excuſari ab inſordeſcentia. Sed æquitas hæc non placuit Rotæ. *ibid.* n. 33.
Ubi agitur de privatione Beneficii ex cauſa inſordeſcentiæ, præter iſtius Juſtificationem modo quo ſupra, requiritur etiam, quod tranſacto anno, citetur Excommunicatus ad diluendam ſuſpicionem inſordeſcentiæ. *ibid.* n. 35.
Nec locus erit privationi Beneficii, niſi poſt declarationem inſordeſcentiæ, ſteterit Excommunicatus per alterum annum in Excommunicatione. *ibid.*
Citatio Excommunicati poſt annum ad ſe expurgandum, requiritur, ubi agitur ad privationem Beneficii, ex quo præſumatur ipſe ſuſpectus de hæreſi ob annalem inſordeſcentiam in Excommunicatione. T. 4. p. 137. n. 36.
Secus ubi agitur de eo privando principaliter propter inſordeſcientiam ipſam in Excommunicatione lata ob crimen, quod mereatur privationem. *ibid.*
Referuntur, & reprobantur Doctores aſſerentes, quod ubi agitur de privatione Beneficii, requiratur etiam de ſtylo Datariæ, triennium permanentiæ in Excommunicatione. *ibid.* n. 37. 38. & 39.
Inſordeſcens in Excommunicatione lata ob crimen, quod inducit privationem Beneficii *ipſo jure*, cenſetur & *ipſo jure* privatus Beneficio, inſordeſcentia declarata. *ibid.* n. 40.
Si crimen, ob quod lata fuit excommunicatio tale ſit, propter quod Excommunicatus veniat Beneficio privandus, prolata inſordaſcentia, locus erit privationi. *ibid.* n. 41.
Sed privari nequit ob inſordeſcentiam, ſi crimen pœnam privationis Beneficii non mereatur. *ibid.* n. 42.
Hinc non ſubſtinetur privatio Beneficii ob inſordeſcentiam in excommunicatione, quæ lata fuit ex cauſa civili. *ibid.* & n. 43.
Limita, ſi Excommunicatus per triennium ſteterit animo obſtinato in Excommunicatione præſata. *ibid.* n. 44.
Excommunicatus inſordeſcens, an capax ſit obtinendi Coadjutorem in Præbenda, quam poſſidet? *ibid.* n. 45. 46. & ſeqq.
Signatura, ſtante nimia inſordeſcentia, aliquando dare ſolet Commiſſiones, ut fructus Beneficiorum, quæ Excommunicatus obtinet, ſequeſtrentur. *ibid.* n. 48.
Adverſus inſordeſcentes per annum in excommunicatione, poteſt vigore Concilii Tridentini procedi tanquam de hæreſi ſuſpectos. T. 4. p. 135. n. 18. p. 137. n. 49. p. 139. n. 66. p. 141. n. 73.
Et ſive inſorduerint in excommunicatione lata ex cauſa Fidei, ſive generaliter ex quacumque alia cauſa, etiam civili. T. 4. p. 137. n. 50. p. 141. n. 73.
Requiritur tamen citatio contumacis ad ſe expurgandum a ſuſpicione hæreſis, necnon ſententia declaratoria ſuper inſordeſcentia. T. 4. p. 141. n. 75. 76.
Et Proceſſus ex Conſtitut. *S. Pii V.* inſtrui debet coram Inquiſitoribus Sanctiſſimæ Inquiſitionis. T. 4. p. 142. n. 88.
Nec fieri poteſt ab A. C. vigore ſuarum ordinariarum facultatum. *ibid.*
Inquiſitores, juxta modernam praxim, ſolum procedunt contra Inſordeſcentes, tanquam de hæreſi ſuſpectos, quando excommunicatio eſt lata in cauſa fidei, ſecus, ſi aliam ob cauſam. T. 4. p. 138. n. 51.
Pluries tamen ab iiſdem, de ſpeciali mandato Papæ, proceſſum fuit contra Inſordeſcentes excommunicatos, etiam ex alia cauſa, quam fidei. *ibid.* n. 52.
Sed non aliter Inquiſitoribus facultas hujuſmodi concedi ſolet, niſi poſtquam A. C. vel Ordinarii ex delegatione Papæ procedant, prout de jure, circa declarationem inſordeſcentiæ tantum. *ibid.* & p. 141. n. 80. p. 142. n. 83. & 84.
Præſertim, ſi præter contemptum Cenſurarum negativum, negligentiam nempe in obtinendo abſolutionem, concurrat poſitivus, ideſt irreverentia erga Cenſuras. T. 4. p. 138. n. 53. p. 142. n. 82.
Exponitur, quid in materia inſordeſcentiæ actum fuerit in celebri Cauſa *Cæſaraugustana Cathedralitatis*, diſcuſſa in Congregatione particulari. *ibid.* n. 82.
Et quid actum, & reſolutum in ſimili materia in Cauſa *Syracuſana.* T. 4. p. 141. n. 72. 73. & ſeq. & p. 142. n. 85.
Inſordeſcentibus per annum in Excommunicatione, non ſuffragatur abſolutio generalis a Cenſuris, quæ in quibuſcumque Literis Apoſtolicis impertiri ſolet, niſi inſordeſcentia Papæ innotuerit. T. 4. p. 135. n. 16.
Vid. V. Reg. LXVI.
Inſordeſcens in excommunicatione, ſi in Ordinibus miniſtraverit, poterit declarari Irregularis. T. 4. p. 139. n. 69.
Et ſi in Irregularitate celebraverit, erit ab Ordine deponendus. *ibid.* n. 70.
Inſordeſcentes, qui in celebrando Miſſam incurrant Irregularitatem, non excuſat prætextus, quod a Sententia Excommunicationis appellaverint. T. 4. p. 138. n. 54.
Amplia, etiamſi contenderent ſe nulliter, & injuſte excommunicatos, niſi Excommunicationis ſententia ſit manifeſte erronea. *ibid.* n. 55.
Vid. V. Excommunicatus, V. Appellatio ab Excommunicatione.

INSTITUTIO.

Sententia ſuper inſtitutione ad Beneficium, an vim definitivæ habeat, & ab ea appellare liceat ad effectum ſuſpenſivum; Maxime ſi adſit conſuetudo, vel Conſtitutio Synodalis illam prohibens? *Vid. V. Appellatio a Decreto Interloquutoria.*
A Decreto ſuper inſtitutione ad Eccleſias Parochiales de Jurepatr. laicali favore potius unius, quam alterius ex præſentatis lato, an appellari poſſit ad utrumque effectum? *Vid. eod. Verb.*
Lis inter præſentatos ſuper inſtitutione, an efficiat Beneficium litigioſum, ad effectum ſubrogationis gratioſæ? *Vid. V. Reg. XXIX.*
Poſſeſſio Beneficii ante inſtitutionem adepta, an, & quando ſit intruſiva? *Vid. V. Intruſio.*
De Jure nullum Ordinariis præfixum eſt tempus ad inſtituendum in Beneficio præſentatum a Patronis. Tom. 3. p. 233. n. 2. *Vid. V. Juſpatr. quoad devolutionem.*
Inſtitutio ad Beneficia de Jurepatr. laicali *apud Sedem* vacantia, non ad Papam, ſed ad Ordinarios ſpectat. T. 1. p. 72. n. 316.

INTRUSIO, INTRUSUS.

De Intruſione in Beneficio ad effectum, ut Intruſus excludatur a ſubrogatione gratioſa in Juribus defuncti Collitigantis. *Vid. V. Reg. XXIX.*
Et de Intruſione pro excludendo Poſſeſſorem Triennalem a favore Regulæ de Triennali. *Vid. V. Regula XXXVI.*
Et, an intruſus in Beneficio reſervato, etiam ex reſervatione clauſa in corpore Juris, gaudeat favore Regulæ *de Annali? Vid. V. Reg. XXXV.*
De jure communi pluribus modis quis dici poteſt intruſus. T. 3. p. 65. n. 3.
Et quis dicatur vere, & propria intruſus? *ibid.* n. 6. p. 66. n. 23. & ſeqq.
Intruſio non præſumitur, ſed probanda eſt ab eo, qui in illa ſe fundat. T. 3. p. 65. n. 13.
Poſſeſſio Beneficii adepta vigore Tituli nulli, & invalidi, an ſit intruſiva? T. 3. p. 66. n. 21. & 23.
Et, an intruſus dicatur, qui Beneficii Sedi Apoſtolicæ reſervati poſſeſſionem naniſcitur vigore collationis expletæ ab Ordinario? *ibid.* n. 22. & ſeqq.
Intruſus non dicitur, qui Beneficii poſſeſſionem adeptus fuit de manu Exequutoris vigore Literarum Apoſtolicarum, etiamſi ille nulliter proceſſerit. T. 3. p. 65. n. 7.
Et, an intruſus dicatur, qui Beneficii poſſeſſum adeptus fuit vigore Literarum exequutorialium ſine Citatione partis victæ? *ibid.* n. 8. 9. & 11.
Qui pendente appellatione, Beneficii poſſeſſionem adipiſcitur vigore ſententiæ favorabilis, intruſus non dicitur. *ibid.* n. 10.
Talis tamen dicitur, qui a Judice, juris ordine non ſervato, in Beneficii poſſeſſionem immiſſus fuit. *ibid.* n. 11. & 12.
Intruſus dicitur proviſus Apoſtolicus, qui ante expeditionem Literarum Apoſtolicarum Beneficii poſſeſſionem adipiſcitur. T. 3. p. 66. n. 34.
Et redditur perpetuo inhabilis ad idem Beneficium poſtea obtinendum. *ibid.*
Et, an requiratur ad hunc effectum, quod ultra poſſeſſionem, fructus quoque percipiat, aut in ſpiritualium adminiſtratione ſe immiſceat? *ibid.* num. 35. 36. & 38.
Intruſionem tamen non incurrunt præſentati, ſeu electi, qui ante Inſtitutionem, ſeu confirmationem, Beneficii poſſeſſionem naniſcuntur, niſi ulterius poſſeſſio fuerit conſummata cum perceptione fructuum, & occupatio Beneficii fuerit doloſa, ac nullo colore excuſabilis. *ibid.* n. 37.

INVESTITURA.

Vid. V. Feudum.

INVITUS.

Invitus, an poſſit nobilitari? T. 1. p. 97. n. 82.
Invito debitore non prohibetur quis æs alienum perſolvere, illiuſque conditionem meliorem efficere. *ibid.*
Invitus poteſt a ſervitute, ab Infirmitate, e præcipitio, ab excommunicatione liberari. *ibid.*
Invitis non ſunt conferanda Beneficia. *ibid.*

IRREGULARIS.

Irregularis valide, ſed illicite ordinatur. T. 3. p. 376. n. 120.
Etiam ad primam Tonſuram, quæ juxta Canoniſtarum ſententiam eſt vere, & proprie Ordo. *ibid.* n. 121.
Irregularis, primam Tonſuram, ac reliquos Ordines ſuſcipiendo, non contrahit novam irregularitatem. *ibid.* n. 122.
Irregulari non ſuffragatur Clauſula *abſolventes a Cenſuris &c.* quæ in Literis Apoſtolicis adjici ſolet ad effectum, ut Excommunicatus Gratia perfrui valeat, quia irregularitas non eſt cenſura. T. 4. p. 134. n. 8. & 9.
Vid. V. Reg. LXVI.
Irregularis, an incapax ſit abſque Apoſtolica diſpenſatione obtinendi Penſiones, maxime ſi irregularitas proveniat ex homicidio voluntario? *Vid. V. Penſio.*
Tranſlatio Penſionis favore Irregularis expleta a Cardinali gaudente Indultum transferendi in eos, qui Clericali Caractere ſaltem ſunt inſigniti, aut alias Penſionum hujuſmodi capaces, an ſubſiſtat? *Vid. V. Penſio quoad Tranſlationem.*
Diſpenſatus ab irregularitate, non prohibetur Beneficium impetrare, & Literas poſtea expedire. T. 4. p. 38. num. 17.
Diſpenſatus ab irregularitate cum Literis in forma Commiſſaria Exequutori directis, & exequutioni demandatis, cenſetur diſpenſatus *ex tunc*, a puncto nempe conceſſionis Gratiæ, & non *ex nunc*, a tempore nempe factæ exequutionis. T. 4. p. 40. n. 48. & n. 50. & ſeqq.
Hinc *Rota* cenſuit, vocatum a Fundatore, qui ante vacationem Beneficii reportaverat Mandatum *de diſpenſando* ab irregularitate, Exequutori præſentatum elapſo quadrimeſtri, & ab eo exequutioni demandatum, præferendum eſſe Extraneo intra quadrimeſtre præſentato, ſed tempore exequutionis ejuſdem Mandati, non adhuc inſtituto. *ibid.* n. 49. & p. 41. n. 60. & 61.
Mandatum *de diſpenſando* ſuper irregularitate, ſtatim poſt ſignatam ſupplicationem, Gratiam continet puram, non conditionalem, redditque diſpenſatum capacem obtinendi Beneficia. T. 4. p. 41. n. 51. & 58.
Intellige. *ibid.* n. 58. & ſeqq.
Maxime, ſi præceſſerit Votum Sac. Congregationis Concilii pro Gratia diſpenſationis concedenda. *ibid.* n. 52.
Et fuerit Mandati exequutio demandata Exequutori non per viam conceſſionis facultativæ, ſed præcepti, & neceſſitatis, ſi preces veritati nitantur, quo caſu Exequutor eſt neceſſarius. *ibid.* n. 53. & p. 42. n. 56.
Clauſula adjecta in Mandato *de diſpenſando* ab Irregularitate -- *quatenus legitime ſibi conſtaret de narratis* -- non operatur, quod Gratia ab initio ſit conditionalis, quando erat juſtificabilis, & de facto fuit juſtificata. T. 4. p. 41. n. 54.
Mandatum *de diſpenſando* ab irregularitate, tunc præſefert Gratiam ab initio puram, quando continet qualitates, quæ de jure inſunt, & ſunt certæ in rerum natura; At vero ſi contineat clauſulas extrinſecas, & circumſtantias, quæ tacite de jure non inſunt, nec ſonent in monitionem, ſed Papa mandet eas juſtificari coram Exequutore, tunc Gratia dicitur ab initio conditionalis, & ſuum ſortitur effectum a die exequuti Mandati. *ibid.* n. 62. & ſeqq.
Hinc, ſi quis impetraverit Mandatum *de diſpenſando* ab irregularitate ob patratum homicidium ſub narrativa circumſtantiarum facti delictum excuſantium, & Papa mandaret Ordinario, quod conſtito ſibi legitime de præmiſſis, diſpenſaret, Gratia eſſet conditionalis, nihilque poneret in eſſe, niſi a die exequuti Mandati. Tom. 4. p. 104. n. 56.
Vid. V. Gratia in forma Dignum, & Commiſſaria.

IRREGULARITAS.

Irregularitas non eſt cenſura. T. 4. p. 134. n. 9.
Irregularitatem incurrunt; qui cauſa conſervandi vocem evirari ſe faciunt. T. 3. p. 375. n. 116.
Maxime, ſi eviratio ſequatur in ea ætate, in qua irregularitas contrahi poſſit. *ibid.* n. 117.
Epiſcopus, qui a collatione Ordinum ſuſpenſus fuit, ſi Miſſam celebret, aut Ordines minores conferat, an fiat irregularis? T. 2. p. 389. n. 40.
Promoti ad Sacerdotium, vel ad Subdiaconatus, aut Diaconatus Ordines ſine Canonicis requiſitis, celebrando cum Epiſcopo, ut moris eſt in ipſa Ordinatione, aut in eadem in proprio munere Epiſcopo miniſtrantes, an præter ſuſpenſionem incurrant etiam irregularitatem? T. 2. p. 388. n. 27. & ſeqq.
Et quid, ſi Epiſcopus ante Ordinationem anathemate percutiat accedentes ſine Canonicis requiſitis ad Ordines ſuſcipiendos? *ibid.* n. 29. & ſeqq.
Excommunicati in Ordinibus miniſtrando, an incurrant irregularitatem, ſi excommunicatio fuerit nulla, aut ab illa appellaverint? *Vid. V. Excommunicatio quoad appellationem.*
Conclaviſtæ vigore Brevis ab electo Pontifice eis concedi ſoliti, abſolvuntur ab irregularitate, etiam ad effectum ſuſcipiendi Ordines. T. 2. p. 387. n. 18.
Epiſcopi facultate non gaudent diſpenſandi ſuper irregularitate, ſed abſolutio petenda eſt a Pontifice. Tom. 2. p. 389. n. 47.
Intellige dummodo irregularitas occulta non ſit. *ibid.*

INTERSTITIA.

Vid. V. Ordo quoad Interſtitia.

ITALIA.

Promotis ad Eccleſias Epiſcopales non indulgetur in Italia retentio Beneficiorum incompatibilium. T. 1. p. 133. n. 162.
In Italia, an Sedes Apoſtolica diſpenſare conſueverit ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium? *Vid. V. Beneficia incompatibilia quoad diſpenſationem ea inſimul retinendi.*
In Italiæ Cathedralibus, ut plurimum Archidiaconatus eſt Dignitas poſt Pontificalem major. T. 1. p. 287. n. 23.
Eccleſiæ Cathedrales in Statu Eccleſiaſtico exiſtentes libere a Papa providentur. T. 1. p. 176. n. 11.
De Eccleſiis *Lucæ*, *Mutinæ*, *Parmæ*, *Placentiæ*, *& Rhegii* Pontifices libere quoque diſponunt. T. 1. p. 179. n. 32.
Eccleſiæ Status Mediolanenſis, excepta Eccleſia *Viglevanenſi*, quæ eſt de Jurepatr. Ducum Mediolani, libere a Papa providentur. T. 1. p. 178. n. 23.
Eccleſiæ Reipublicæ Venetæ, Regnorum V. Siciliæ, Pedemontis, Reipublicæ Januenſis, Inſularumque Italiæ adjacentium, quomodo a Pontifice provideantur? *Vid. V. Dux Sabaudiæ. V. Reſpublica Januenſis. V. Reſpublica Veneta. V. Sardiniæ Rex. V. Siciliæ Rex. V. Eccleſia Cathedrales in ſpecie.*
Pontifices in Italia ſemper derogare conſueverunt Juripatronatus laicali ex cauſa Beneficii litigioſi. Tom. 3. p. 249. n. 219.

ITALO-GRÆCI.

Vid. V. Græci.

JUBILEUM.

Jubileum, in quo differt ab Indulgentiis plenariis? T. 4. p. 51. n. 26.
Jubilei Anni Sancti Urbis, quis primus fuerit Inſtitutor? T. 4. p. 50. n. 20.
Jubileum, quoad nomen ignotum erat ante Sæculum XIV. T. 4. p. 52. n. 34.
Primuſque ex Pontificibus, qui Jubilei nomen uſurpavit, fuit *Clemens VI.* electus anno 1304. *ibid.* n. 35.
Et ex Scriptoribus *Cardin. Stephaneſius Bonifacii VIII.* Nepos. *ibid.* n. 36.
Incertum quoque ante ſæculum præfatum erat Jubileum quoad ſubſtantiam, reſpectu nempe quantitatis Indulgentiarum, ac temporis earum durationis. *ibid.* n. 37. & 38.
Jubileum Anni Sancti Urbis, implicitam olim, ut modo expreſſam, continebat facultatem commutandi Vota. T. 4. p. 51. n. 27.
Obſervantia declarat, quæ facultates ſint vigore Jubilei Confeſſariis conceſſæ. *ibid.* n. 31.
Portæ Sanctæ Urbis aperiuntur in Vigilia Nativitatis D. N. J. C. ante Veſperas, & clauduntur in ſubſequenti pervigilio Nativitatis poſt Veſperas. T. 4. p. 46. n. 35.

Et ex puncto earum apertionis incipiant Indulgentiæ. T. 4. p. 46. n. 36.

Viſitatio quatuor Eccleſiarum pro conſequutione Jubilei tempore Anni Sancti in illius Bulla demandata, fieri poteſt interpolatis diebus. T. 4. p. 45. n. 22.

Contrarium, quod explenda ſit unica die, tum vigore Bullæ, tum declarationis *Gregorii XIII.* tum praxis. *ibid.* n. 23.

Et ita reſolutum a Congregatione particulari de anno 1700. T. 4. p. 47. n. 44.

Prior tamen Sententia in jure probabilis eſt. T. 4. p. 46. n. 24.

Dies præfata computatur a media nocte, ad mediam noctem. *ibid.* n. 25.

Et hanc ſententiam probavit anno 1700. ſan. mem. *Innocentius XII.*, publicatumque fuit edictum pro ſervanda Pontificis determinatione. T. 4. p. 47. n. 44.

Contrarium, quod computari debent a primis Veſperis unius diei uſque ad occaſum Solis diei ſequentis. Et redduntur rationes. T. 4. p. 46. n. 27. & 32.

Et huic Sententiæ adhæſit major pars Votantium, qui Congregationi præfatæ interfuerunt. *ibid.* n. 43. *Vid. V. Dies. V. Indulgentiæ.*

Eccleſiæ Compoſtellanæ indulſiſſe fertur *Alexandrum III.*, ut anno quo Feſtum *S. Jacobi* eveniret die Dominico, Chriſtifideles eam viſitantes, fruerentur Jubileo *iiſdem modo, & forma quo Eccleſia Romana habet.* T. 4. p. 49. num. 7.

Refertur inſtantia a Capitulo Compoſtellano ſan. mem. *Clementi XI.* facta pro confirmatione Indulti præfati, ac declaratione, quod ſub eo comprehendatur facultas commutandi Vota, aut pro gratia conceſſionis ejuſdem facultatis ex integro. *ibid.*

Et quid reſolutum a Sac. Congregatione SS^mæ Inquiſitionis, ad quam inſtantia remiſſa fuit? T. 4. p. 54. n. 68.

Ponderantur plures circumſtantiæ ſuadentes Bullam *Alexandri III.* eſſe legalem, & non apocrypham. T. 4. p. 49. n. 11. & ſeqq.

Et exponuntur itidem argumenta, ex quibus evincitur, Bullam præfatam eſſe apocrypham, nec non contrariis argumentis reſpondetur. T. 4. p. 52. n. 33. & ſeqq.

Monacis Monaſterii *S. Petri de Roden.* ſupplicantibus pro obſervantia cujuſdam Privilegii ab *Urbano II.* eorum Eccleſiæ conceſſi, quo elargiebatur Jubileum, quando Feſtum Inventionis *SS. Crucis* eveniebat die Veneris, quid a Sac. Congregatione Concilii reſponſum fuit? T. 4. p. 54. n. 68.

JUDEX.

Judices, quamvis S. R. E. Cardinales, & Sac. Rotæ Auditores, judicare non poſſunt juxta formam Supplicationis, ſed Literarum expeditarum. *Vid. V. Reg. XXVII. Reg. XXXI. Reg. LII.*

Et enumerantur nonnulli caſus, in quibus judicare poſſunt juxta formam Supplicationis. *Vid. V. Regula XXVII.*

Judices, an prohibeantur recipere eſculenta, & potulenta, quæ paucis diebus conſumi poſſunt ſponte a partibus oblata? *Vid. V. Munera.*

Sportulæ, & Mulctæ debentur Judicibus, & Notariis exiſtentibus tempore latæ Sententiæ, non autem Anteceſſoribus, qui proceſſum inſtruxerunt. Tom. 4. p. 148. n. 34. & p. 149. n. 55.

Contrarium, & reſpondetur præcipuo fundamento prioris Sententiæ. T. 4. p. 148. n. 35. & 36.

Vid. V. Auditores Rotæ.

Judex Delegatus.

Vid. V. Delegatio, & Delegatus Apoſtolicus. V. Auditores Rotæ.

JURISDICTIO.

Actus voluntariæ Juriſdictionis poſſunt a Legatis extra Provinciam, & ab Epiſcopis extra propriam Diœceſim exerceri. T. 1. p. 101. n. 127.

Limita, ſi adſit ſpecialis prohibitio, ne actus præfati alibi, quam in proprio Territorio exerceantur. *ibid.* n. 128.

Actus præfati exerceri non poſſunt in Urbe Roma, ac in præſentia Pontificis. *ibid.*

Sed praxis invaluit, quod Legati, Nuncii, Epiſcopi &c. ſi illos in Urbe exercere velint, vel expleant extra Portam aliquam, aut fingant, quod a Porta exierint, ponendo *Datam* extra Portam *Flamineam*, vel ſimilem. *ibid.*

Hæcque praxis non invaluit tantummodo in obſequium, & reverentiam Pontificis, ſed pro validitate actus. *ibid.* n. 131. & 132.

Contrarium, quod actus voluntariæ Juriſdictionis poſſint de Jure exerceri a Legatis, Nunciis, Epiſcopis &c. extra proprium Territorium, ubique Locorum, etiam in Urbe, Summo Pontifice non abſente. Et ita reſolutum T. 1. p. 101. n. 133.

Actoſque præfati, etſi a dictis Perſonis de ſtylo ſiant, vel expleri fingantur extra Urbem in obſequium Pontificis, ſtylus tamen prælatus, illos in ipſa Urbe geſtos non irritat. *ibid.* n. 134.

Vid. V. Prothonotarii. V. Prothonotariatus quoad reſervationem.

Juriſdictio Judicis ad Cauſarum univerſitatem deputati, prorogari poteſt. T. 1. p. 389. n. 46.

Vid. V. Auditor Cameræ.

Juriſdictio Epiſcopalis, non poteſt ab inferioribus Collatoribus præſcribi privative ab Epiſcopo, tanquam ab ipſo avulſa. T. 2. p. 84. n. 131.

Limita, ſi eſſent exempti cum Territorio ſeparato. *ibid.*

Jus conferendi Beneficia, an pertineat ad legem Juriſdictionis? Et, an ſub generali conceſſione Juriſdictionis, cenſeatur quoque conceſſa facultas conferendi Beneficia? *Vid. V. Beneficia quoad collationem.*

Juriſdictio Delegata.

Vid. V. Delegatio, & Delegatus Apoſtolicus.

JUS.

Jus accreſcendi, vel non decreſcendi.

Jus accreſcendi, vel non decreſcendi in collatione Beneficiorum ſimultaneæ collationis, non admittitur, quando proprietas Juris conferendi eſt diviſa per Turnum. T. 1. p. 247. n. 200.

Vid. V. Card. Archipresbyteri Baſilicarum Urbis. V. Baſilica S. Joannis. V. Baſilica S. M. Majoris. V. Baſilica S. Petri. V. Simultaneæ diviſio.

Jus accreſcendi in propinanis locum non habet, quando Teſtator diſtinctas partes inter plures diviſit, & diſtribuit. T. 1. p. 248. n. 202.

Nec in Jure nominandi ad ſubſidium dotale diſtributo in certas, & diſtinctas partes. *ibid.* n. 203.

Legato duobus ejuſdem Prædii uſufructu, ut alterius anni eo fruantur, altero ex illis defuncto, ejus portio alteri non accreſcit, ſed proprietati conſolidatur juxta *Text. in leg. 2. ff. quib. mod. uſufr. amittat.* *ibid.* n. 204.

Cenſura *dict. leg.* 2. etſi loquatur de uſufructu applicatur juri conferendi, quod eſt cauſa fructuum productiva. *ibid.* n. 206.

Diviſo per Turnum exercitio Juriſpatronat. mixti inter duos Patronos Eccleſiaſticum, & Laicum, an vacante Beneficio in Turno Eccleſiaſtici in menſe reſervato ſit illud Pontifici reſervatum. *Vid. V. Juſpatr. mixtum.*

Jus amovendi.

Vid. V. Beneficia manualia. V. Beneficia Regularia.

Jus commune.

In materia correctoria juris communis, nec ex identitate rationis admittitur extenſio de caſu ad caſum. T. 1. p. 277. n. 44.

Juris communis diſpoſitio, ſi in Statutum redigatur, abrogato, ſeu modificato jure, non cenſetur abrogatum, ſeu modificatum jus ipſum in Statuto diſpoſitum. T. 1. p. 12. n. 118.

Jus conferendi Beneficia.

Vid. V. Beneficia quoad collationem.

Juſpatr. Eccleſiaſticum.

De tempore Patronis Eccleſiaſticis præſcripto ad præſentandum. *Vid. V. Præſentatio.*

Proviſo de Jurepatr. Eccleſiaſtico, uti de libero, an ſuffragetur Regula *de Triennali?* *Vid. V. Regula XXXVI.*

Beneficia de Jurepatr. Eccleſiaſtico obnoxia ſunt reſervationibus Apoſtolicis. T. 2. p. 33. n. 144.

Et aſſignatur ratio. T. 2. p. 34. n. 154. & 155.

Non obſtante quacumque conſuetudine in contrarium. T. 2. p. 26. n. 72. p. 33. n. 144. p. 34. n. 160. & p. 38. n. 200.

Vid. V. Reg. IX. quoad Beneficia, quæ illius reſervationi ſubjacent.

Et ſubjacent præſertim Reſervationi ex vacatione *apud Sedem.* T. 1. p. 61. n. 231.

Beneficia

Beneficia de Jurepatr. Eccleſiaſtico etiam in *Belgio* & in *Germania*, ſubjacent Reſervationibus Apoſtolicis. T. 2. p. 34. n. 157. *Vid. V. Germania.*

Beneficia Juriſpatronatus Eccleſiaſtici non ſubjacent Reſervationi *Reg. LX.* aliiſque Reſarvationibus, quando Fundator in limine fundationis conditionem appoſuit illarum excluſivam. T. 2. p. 35. n. 162.

Hanc tamen legem adjicere poteſt, ſi Beneficium dotaverit de Bonis propriis, ſecus ſi de Bonis Eccleſiaſticis. *ibid.* n. 163.

Et poſſunt Apoſtolicæ reſervationes, nedum expreſſe, ſed etiam tacite excludi. *ibid.* n. 164.

Et qoibus ex verbis cenſeantur tacite excluſæ? *Vid. V. Reſervationum excluſio.*

Pontifex valide diſponit de Jurepatr. Eccleſiaſtico ſine Patronorum conſenſu, abſque eo quod illi expreſſe deroget; ſed diſpoſitio ipſa præſeſert derogationem ſpecialem. T. 1. p. 235. n. 81.

Juſpatronatus, ex quibus evincatur, qood ſit Eccleſiaſticum? T. 2. p. 38. n. 196.

Eſt Eccleſiaſticum, quando ex Bonis Eccleſiaſticis eſt ſundatum. *ibid.* n. 197.

Nec ſufficit, quod fundatum fuerit a Perſona Eccleſiaſtica ex Bonis temporalibus, & relictum favore Laicorum. *ibid.* n. 198.

Amplia, etiamſi Fondator profeſſus fuerit illud erigere cum Bonis *ſibi a Deo datis.* *ibid.* n. 199.

Limita, ſi expreſſeris Beneficium dotaſſe cum Boois, & Eleemoſyois *ſibi a Deo collatis.* *ibid.* n. 200.

Non eſt Eccleſiaſticum, ſed Laicale Beneficium fundatum cum redditibus Eccleſiaſticis, de quibus Fundator ex Indulto Apoſtolico libere diſponere poterat. *ibid.* n. 201.

Eccleſiaſticum eſt Juſpatronatus relictum Perſonis Eccleſiaſticis, etſi cum bonis laicalibus fundatum. *ibid.* n. 202.

Quinimmo, & Joſpatr. relictum Perſonis laicis efficitur Eccleſiaſticum, ſi poſtea ad Perſoons Eccleſiaſtiams tranſeat. T. 2. p. 33. n. 145.

Juſpatronatus relictom Confratribus, Operariis, Præfectis Fabricæ, Advocatis, Adminiſtratoribus Bonorum, Miniſtris, aliiſque Officialibus laicis Eccleſiarem, an, & quando cenſeatur relictum intuitu Eccleſiæ, itaut judicari debeat Eccleſiaſticum ſubjectum Apoſtolicis reſervationibus? T. 2. p. 38. n. 203. & ſeqq. p. 47. n. 281. & ſeqq. p. 49. n. 300. & ſeqq. *Vid. V. Perſona.*

Juſpatronatus relictum Capitulo, ſeu Collegio compoſito ex Canonicis, & Canoniſſis, eſt Eccleſiaſticum, & non mixtum. T. 2. p. 39. n. 213.

Immo eſt Eccleſiaſticum, ſi relictum ſit ſolis Canoniſſis. *ibid.* n. 214. & p. 54. n. 332.

Aut *Beguinis.* Et de earumdem Beguinarem origine, & progreſſo. *Remiſſive.* T. 2. p. 39. n. 215.

Juſpatronatus relictum Cuſtodibus Confraternitatis SSmi Salvatoris *ad Sancta Sanctorum*, non eſt Eccleſiaſticum, ſed Laicale. T. 2. p. 39. n. 216.

Joſpatr. relictum Adminiſtratoribus, Miniſtris, & Officialibus laicis Hoſpitalis Eccleſiaſtici, an ſit Eccleſiaſticum, vel Laicale? T. 2. p. 47. n. 281. & ſeqq. & p. 48. n. 286. & ſeqq.

Hoſpitale, ex quibus dicatur Eccleſiaſticum? *Vid. V. Hoſpitalia.*

Juſpatr. relictom Guardianis Hoſpitalis *ad Lateranum* eſſe laicale, reſolutum fuit a Congregatione particolari de anno 1718. T. 2. p. 40. o. 218.

Contrarium. *ibid.* n. 220. & ſeqq. & p. 47. n. 281. & ſeqq.

Juſpatr. quod competit Regi ratione alicujus Militiæ ejus Coronæ unitæ, eſt Eccleſiaſticum. T. 2. p. 49. n. 293.

Juſpatr. quoad fundationem.

Vid. V. Fundator.

Juſpatr. Laicale.

Juſpatr. ſuper Beoeficiis, ex mera Sedis Apoſtolicæ indulgentia provenit. T. 3. p. 246. n. 186.

Et in Italia indulgeri cœpit circa octavum ſæculum. *ibid.*

Cognitio Juriſpatr. Laicalis non ſubjacet judicio Judicis Secularis. T. 3. p. 201. n. 202. p. 254. n. 263.

Beneficia Juriſpatr. Laicalis nulli ſunt obnoxia reſervationi, nec illi, quæ clauſa eſt in corpore juris. T. 1. p. 72. n. 332. p. 73. n. 340. T. 2. p. 54. n. 335. T. 3. p. 173. n. 179. p. 239. n. 98.

Vid. V. Regula IX. quoad Beneficia, quæ illius reſervationi ſubjacent.

De Beneficiis Juriſpatronatus laicorum non devolutis, Pontifex aliter non diſponit, quam, ſi Patronorum accedat aſſenſus, ut Regula XLII. præſcribit. T. 3. p. 235. n. 52.

Maxime, ſi reſervando alicujus favore Joſpatronatus, indulſerit, quod ei non poſſit derogari, niſi accedente Patronorum aſſenſu. T. 3. p. 236. n. 55.

Ex Regula præfata ortum habuit ſtylus, quod in Literis Reſignationis ad favorem ſimilium Beneficiorum inſeratur clauſula -- *Accedente conſenſu Patronorum.* *ibidem* num. 52.

Et, ſi Reſignans ſit Patronus, & unicus, adhuc ponitur in Literis -- *dummodo accedat conſenſus dicti Patroni reſignantis.* *ibid.* n. 53.

De antiqua praxi Sedis Apoſtolicæ, quæ vigebat etiam temporibus *Gregorii IX.* non irrogandi præjudicium Patronis, nec Beneficia de Jurepatronatus abſque eorum aſſenſu conferendi. *ibid.* n. 54.

Conſenſus Patronorum in diſpoſitione Beneficii de Jurepatronatus a Pontifice requiſitus per clauſulam, *dummodo accedat conſenſus Patronorum*, ao debeat eſſe expreſſus, vel ſufficiat tacitus, inductus ex taciturnitate Patroni toto tempore, quo gaudet ad præſentandum? *ibid.* n. 56. & 57. p. 237. n. 74. p. 239. n. 94.

Collatio Beneficii facta ab Ordinario abſque Patronorum conſenſu, non eſt ipſo jure nulla, ſed annullatur iis reclamantibus. T. 3. p. 236. n. 58.

Claoſula -- *Accedente conſenſu Patronorum* -- Vel -- *quorum ad id accedit aſſenſus* -- ſi in Literis Apoſtolicis adjecta reperiatur, inducit præſumptionem conſenſus jam præſtiti. *ibid.* n. 59. & 61.

Secus ſi appoſita legatur in Supplicatione, nam tunc reddit gratiam conditionalem, quatenus nempe accedat dictus conſenſus. *ibid.* n. 60.

Conſenſus Patronorum poteſt præcedere, vel ſubſequi Proviſionem Apoſtolicam. *ibid.* num. 62. p. 237. n. 68. & 72.

Et, ſi antea præſtitus fuerit, non eſt neceſſe, quod poſt expeditas Literas Apoſtolicas, novus præſtetur aſſenſus. T. 3. p. 236. n. 63.

Atque ita ſemper ſervatum in Praxi. T. 3. p. 237. n. 70.

Decretum appoſitum in Apoſtolica proviſione Beneficii incompatibilis cum altero Juriſpatronatus, *quod nemo alius præter Pontificem de eo diſponere poſſit*, non adimit Patronis facultatem præſentandi. Et de ratione. *ibid.* n. 64.

Solumque operatur, quod præſentatio fieri debeat coram Pontifice, nec fieri queat coram Ordinario. *ibid.* n. 65.

Et expleri poteſt, etiam ante ſignatam Supplicationem, vel expeditas Literas Apoſtolicas, ſicque reſolutum. *ibid.* n. 66. 71. & 73.

Conſenſus Patronorem in proviſionibus Beneficiorum de Jurepatronatus vacantium *juxta Decretum*, non requiritur pro validitate Proviſionis Apoſtolicæ, ſed favore, & gratia eorundem Patronorum. *ibid.* n. 67. p. 242. n. 141.

Ad differentiam conſenſus requiſiti in Reſignatione, vel Gratia pro præſentato, nam tunc requiritur pro validitate Gratiæ. T. 3. p. 242. n. 141.

De jure ſuſtinetur proviſio Apoſtolica Beneficii Jurepatr. litigioſi, etiam abſque mentione Juriſpatr. illiuſque derogatione. *Vid. V. Juſpatr. quoad derogationem ex Cauſa Beneficii litigioſi.*

De ſtylo tamen non aliter de Beneficio Juriſpatr. litigioſi hodie Pontifices diſponunt, quam ei derogando. *Vid. eod. V.*

Si quæſtio Juriſpatr. intra quatuor Menſes a die vacationis Beneficii inter Patronos laicos non terminetur, poteſt Epiſcopus juxta SS. Canones libere de beneficio diſponere. T. 3. p. 246. n. 188. p. 254. n. 266.

Sed Canooes præfati receſſerent ab aula. T. 3. p. 251. n. 236.

Proviſus de Beneficio Juriſpatr. laicalis uti de libero, an juvari poſſit favore Regulæ *de Triennali*? *Vid. V. Regula XXXVI.*

Conceſſa Promoto ad Eccleſiam Epiſcopalem retentione compatibilium, an ſub dicto Decreto comprehendantur Beneficia de Jurepatr. laicali? *Vid. V. Reg. I. quoad VII. reſervationem contentam in Extr. ad Regimen.*

Juſpatr. Laicale quoad acquiſitionem ex privilegio, vel ex cauſa onerosa.

Juſpatronatus Laicale ex privilegio acquiſitum ſubjacet reſervationibus Apoſtolicis. T. 2. p. 54. n. 335.

Vid. V. Regula IX. quoad Beneficia, quæ illius reſervationi ſubjacent.

Et præſertim reſervationi ex vacatione *apud Sedem.* T. 1. p. 72. n. 331.

Amplia, etiam concurrente quaſi poſſeſſione præſentandi. T. 2. p. 54. n. 336.

Amplia ſecundo, etiamſi in Privilegio dicatur, quod Juſpatronatus ſit ejuſdem naturæ, ac ſi eſſet ex fundatione, vel dotatione. *ibid.* n. 337.

Dummodo tamen Papa aſſertive non dicat, quod Juſpatronatus ſit ex vera fundatione, & dotatione. Tom. 2. p. 55. n. 338.
Juſpatronatus dicitur ex Privilegio de novo acquiſitum, & non antiquum confirmatum, quando Papa utitur verbis, *Reſervamus, concedimus &c.* ibid. n. 339.
Juſpatronatus ex Privilegio præſeferente cauſam oneroſam, vel alteram æquipollentem, non cadit ſub Reſervationibus Apoſtolicis. ibid. n. 340.
Non ſufficit, quod dos antiqua ſit major novo augmento. ibid. n. 341. & 342.
Requiritur, quod augmentum præponderet antiquæ doti, vel ſaltem ſit cum ea coæquale. ibid. n. 343. & 344.
Exiſtente Patrono in quaſi poſſeſſione præſentandi, etiam in Menſibus reſervatis, augumenti præponderantia præſumitur, & contrarium probandum eſt a Proviſo Apoſtolico, ſecus ſi Patronus ſit in tali quaſi poſſeſſione ſolum in Menſibus ordinariis. ibid. n. 345.
Juſpatronatus, etiamſi conſtet acquiſitum ex Privilegio gratioſo, reputari debet, ac ſi fuiſſet obtentum ex cauſa oneroſa præponderante Gratiæ, quando jugiter Patroni cum effectu præſentarunt per centum annos, etiam in Menſibus Apoſtolicis. ibid. n. 346.
Juſpatronatus auctoritate Pontificis fundatum ex bonis laicalibus ad alios uſus pios deſtinatis, cenſetur acquiſitum ex cauſa oneroſa. T. 2. p. 56. n. 348.
Suppreſſa Confraternitate habente Juſpatronatus laicale, ſi illud reſervetur Confratribus ſingulari nomine, donec viverent, reputatur ex Privilegio eiſdem acquiſitum. ibid. n. 349.
Juſpatronatus acquiſitum ex cauſa recuperationis Bonorum Beneficii, dicitur ex cauſa oneroſa. ibid. n. 350.
Et in cauſam oneroſam calculantur expenſæ erogatæ pro reſtauratione, vel reædificatione Eccleſiæ dirutæ, & pro comparanda Sacra Supellectili. ibid. n. 351.
Cauſa oneroſa, pro excludendo Juſpatronatus ex mero Privilegio, depromitur ex meritis inſignibus cum Seda Apoſtolica contractis ob augumentum Catholicæ Religionis. ibid. n. 352.
Nec Juſpatronatus ex dicta cauſa acquiſitum cadit ſub Indulto Cardinalium. ibid. n. 353.
Juſpatronatus conceſſum iis, qui proprio ſanguine, & labore Regna, Provincias, aut Civitates e manibus Infidelium vindicarunt, dicitur magis ex juſtitia, quam illud ex fundatione, vel dotatione acquiſitum. ibid. n. 354.
Maxime, ſi Pontifex in Literis Apoſtolicis cauſam dictorum meritorum æquiparaverit veræ fundationi, & dotationi. ibid. n. 355.
Aut, ſi fuerit conceſſum, etiam ex motivo alliciendi alios ad ſimilia egregia facinora perpetranda. ibid. n. 358.
Omnis cauſa oneroſa, ex qua Juſpatronatus ſolet acquiri, æquiparatur veræ fundationi, & dotationi. ibid. n. 356.
Juſpatronatus ex Privilegio habente vim contractus inter Sedem Apoſtolicam, & eum, cui fuit acquiſitum, non cadit ſub reſervationibus Apoſtolicis. ibid. n. 357.
Concilium Tridentinum revocando Juſpatr. ex Privilegio, non excipit, niſi illud, quod Regibus, & Principibus jura Supremi Imperii habentibus competit, ſecus illud quod ad Principes inferiores pertinet. T. 3. p. 241. n. 119.

Juſpatr. Laicale quoad amiſſionem.

Vid. V. Patronus.

Juſpatr. Laicale quoad derogationem.

Pontifices, invitis etiam Patronis, plena gaudent poteſtate diſponendi libere de Beneficiis Juriſpat. laicalis, eique derogandi. T. 3. p. 238. n. 78. & p. 246. o. 184.
Sed hac poteſtate citra magnam, & urgentem neceſſitatem uti non ſolent. T. 3. p. 238. n. 79. & p. 250. n. 229.
Derogatio, quæ fit Juripatr. laicorum eſt odioſa, & a jure exorbitans. T. 3 p. 239. n. 99.
Derogare, vel non derogare Juripatronatus laicali in caſibus illis, in quibus Pontifex derogare conſuevit, eſt actus facultativus ab illius libera voluntate dependens. T. 3. p. 243. n. 138.
Juripatronatus Privatorum derogatum non cenſetur, niſi derogatio ſit ſpecifica, & determinata. T. 3. p. 238. n. 80. & p. 242. n. 133.
Et reprobantur DD. qui contrarium exiſtimant. Tom. 3. p. 238. n. 80.
Nec eam præſeferunt clauſulæ *ex certa ſcientia*, aut *Motu proprio.* T. 3. p. 242. n. 134.
Minuſque clauſula -- *ad cujuſcumque collationem, vel præſentationem Beneficium pertineat.* ibid. n. 135.
Juripatr. vero Eccleſiaſtico neceſſe non eſt quod Papa deroget, ſed ſola Beneficii proviſio præſefert ſpecialem derogationem. T. 3. p. 238. n. 81.
Juripatr. mixto, partim nempe Eccleſiaſtico, & partim laicali, an derogari ſoleat. *Vid. V. Juſpatr. mixtum.*
Juripatr. Regibus, Ducibus, Marchionibus, aliiſque Principibus, competenti, non cenſetur derogatum, niſi *diſpoſuerit*, ac *ſpecifice* mentio fiat quod ad ipſos *Reges, Duces* &c. pertinet. *Vid. V. Regula XLII.*
Et appellatione *Ducum, Marchionum, & Principum*, an veniant ſolum Duces, & Principes jura Supremi Imperii habentes, vel etiam Feudatarii minores Superiorem recognoſcentes? *Vid. eod. V. & V. Principes.*
Edicta Principum, ut Literæ Apoſtolicæ derogationis Juripatr. laicorum executioni non demandentur, nullo modo ſubſiſtunt. T. 3. p. 249. n. 218. p. 250. n. 234.
Derogatur Juripatronatus in totum de ſtylo Cancellariæ, ſi Patronus Simoniam committat. T. 3. p. 255. n. 279. & ſeqq. & n. 285.
Non derogatur tamen Juripatronatus, ſi præſentatus Simoniam commiſerit non cum Patrono, ſed cum Procuratore deputato ad præſentandum. ibid. n. 286.
Juripatronatus derogatur *in totum* de ſtylo Cancellariæ, ſi Patronus Bona Beneficialia propria diſtraxerit auctoritate, aut indebite uſurpaverit. ibid. n. 280. & 283.
Juripatr. derogare ſolet Dataria, ſi Patronus Eccleſiæ Rectorem occidat, aut occidi mandaverit. T. 3. p. 256. n. 288.
Juripatronatus derogari conſuevit, ſi Patronus incidat in hæreſim. ibid. n. 289. & 290.
Juripatronatus in totum derogari debet favore unius ex Compatronis ſupplicantis pro ſe ipſo. ibid. n. 292.
Quamvis coæquale jus non habeat cum alio Compatrono, qui extraneum præſentat. ibid. n. 293.
Sed derogatio illhæc concedi non conſuevit. ibid. n. 294.
Quemadmodum nec hodie derogatur Juripatronatus favore Nepotis, aut filii unius ex Patronis, ſicuti tempore *Alexandri VI.* derogari conſueverat. ibid. n. 295.
Minuſque derogatur Juripatronatus pro duabus ex tribus partibus, etiamſi urgentiſſimæ cauſæ concurrerent. ibid. n. 296.
Olim, de ſtylo, derogabatur Juripatronatus in Permutationibus, & Reſignationibus Beneficiorum. ibid. n. 297.
Sed ſtylus iſte receſſit ab Aula uſque a Pontificatu fel. mem. *Clementis X.* ibid. n. 298.
Et irritæ ſunt Beneficiorum reſignationes, & permutationes, ſi Patronorum non accedat aſſenſus. ibidem. num 299.
Vacante Beneficio Juriſpatronatus ob non Publicationem Literarum reſignationis, indulgeri non conſuevit derogatio Juripatronatus. T. 3. p. 257. n. 306.
Nec item in caſu, quo Clericus Apoſtolica diſpenſatione deſtitutus, ante legitimam ætatem præſentatus fuerit ad Beneficium. ibid. n. 307.
Vacante Beneficio de Jurepatronatus, cujus Patroni ſint a pluribus annis abſentes, an illius proviſio fieri debeat a Sede Apoſtolica cum derogatione Juripatronatus? ibid. n. 308. *Vid. V. Abſens.*

Juſpatr. Laicale quoad derogationem ex cauſa Beneficii litigioſi.

Juripatronatus laicorum derogari de ſtylo conſuevit in totum, ſi Beneficium ſit litigioſum. T. 3. p. 245. n. 169.
Et qua ratione hujuſmodi ſtylus introductus fuit? ibid. & n. 180. p. 250. n. 232. & ſeqq.
Derogatio hæc fit ad cauthelam, quia de jure ſuſtinetur proviſio Apoſtolica Beneficii litigioſi, etiam abſque mentione Juriſpatronatus, illiuſque derogatione. T. 3. p. 245. n. 170. 171. p. 247. n. 191. p. 252. n. 251. p. 254. n. 265.
Quamvis agatur de Jurepatronatus Regio. T. 3. p. 250. num. 231.
Beneficium efficitur litigioſum, quando lis viget inter præſentatos ſuper illius adjudicatione, & inſtitutione, ſecus ſi inter Patronos, qui contendant ſuper jure præſentandi. T. 3. p. 245. n. 172.
Sed ad effectum derogandi Juripatronatum, ſufficit etiam lis inter Patronos ſuper pertinentia Patronatus. ibid. n. 173. & p. 252. n. 248.
Derogari etiam ſolet Juripatronatus, ſi ante vacationem Beneficii orta fuerit lis inter Patronos, qui mutuo ſe impediant præſentare. T. 3. p. 245. n. 174.
Proviſio de Beneficio litigioſo cum derogatione Juripatronatus, ſufficit verificare litem eo modo, quo eam Pontifici narravit. ibid. n. 175.
Exiſtente lite ſuper pertinentia Juriſpatronatus Regii, an illius derogationi locus ſit? ibid. n. 176. & 178. p. 252. num. 250.

Derogatio

Derogatio Juripatronatus laicali, attenta lite, eſt odioſa, & quare? T. 3. p. 245. n. 178.
Contrarium, quod ſit potius juſta, & rationabilis, & aſſignatur ratio. *ibid.* n. 179. p. 246. n. 187. 189. 190. p. 249. num. 226.
Nec poſſunt Patroni juſte conqueri de præfata derogatione. T. 3. p. 242. n. 130. p. 252. n. 251.
Derogatio Juripatronatus litigioſo non eſt apta retrahere fideles a fundatione Beneficiorum, & de ratione. T. 3. p. 252. n. 251.
Nec adverſatur voluntati Fondatorum. *ibid.* n. 252.
Juripatronatus in totum, paſſim quoque derogari ſolet in reſignatione Beneficii litigioſi ad favorem expleta. T. 3. p. 245. n. 181.
Et hæc pariter derogatio rationabilis eſt, & quare? *ibid.*
Et præjudicium Patroni, ſi quod adſit in hujuſmodi derogatione, eſt incertum, & eventuale, pendens ab exitu litis. T. 3. p. 246. n. 182.
Derogatio Juripatronatus, attenta lite, locum non habet in Regionibus illis, in quibus ex conſuetudine Patroni, etiam pendente lite, præſentent. Tom. 3. p. 247. num. 192.
Contrarium, & explicatur in quibus terminis contrarii Doctores loquuntur. *ibid.* n. 193. & ſeqq.
Difficillimæ tamen probationis eſt conſuetudo præfata, & de ratione. *ibid.* n. 196. & 199.
In Dominiis M. Ducis Hetruriæ nulla viget immemorabilis, aut centenaria conſuetudo non admittendi Derogationes Juripatronatus, attenta lite inter Patronos. *ibid.* n. 201. p. 248. n. 208. & ſeqq. p. 250. n. 234. & pluribus ſeqq.
In Hiſpaniis paſſim Pontifices derogant in totum Juripatronatus laicali, attenta lite inter Patronos. T. 3. p. 246. n. 183. p. 249. n. 217. p. 258. n. 234.
Nec non in Italia, præſertim in Statu Mediolani, Regno Neapolitano, & Regione Pedemontis. T. 3. p. 249. n. 219. p. 252. n. 247.
Necnon in Germania, & Polonia. T. 3. p. 249. n. 219.
An etiam in Luſitania, & explicantur *Cabed. & Antunez.* *ibid.* n. 220.
Et quid ſervatur in Gallia? *ibid.* n. 221. & ſeqq.
Derogatio Juriſpatronatus, attenta lite inter Patronos conceſſa, ſuſtinetur, etiam ſi Patroni ad actum præſentationis devenerint. T. 3. p. 254. n. 267. & 270.
Et quamvis eorum præſentato, ante Proviſionem Apoſtolicam, conceſſa fuerit ab Ordinario inſtitutio. *ibid.* n. 271.
Maxime, ſi lis inter Patronos fuerit etiam ſuper poſſeſſorio. *ibid.* n. 269.
Derogatio Juripatronatus, attenta lite inter Patronos, ut ſuum ſortiator effectum, requirit, quod lis adſit *de facto* ante vacationem Beneficii, ſi vacet per obitum, aut tempore Supplicationis ſignatæ, ſi per reſignationem vacet. T. 3. p. 255. n. 274.
Nec ſuffragatur, ſi introducatur ante literas expeditas, ob clauſulam in eiſdem literis adjici ſolitam -- *attenta lite vere, & legitime introducta* -- *ibid.* n. 275.
Derogatio non juvat, ſi lis, quæ prius aderat inter Patronos ſuper pertinentia Juriſpatronatus, ſit per tranſactionem ante Beneficii vacationem extincta. *ibid.* n. 276.
Concordia vero inter ſolos præſentatos, qua unus alterius favore, ſub reſervatione beneplaciti Apoſtolici, certa penſione conventa, jus ſuum cedat, non impedit executionem derogationis. *ibid.* n. 277.
Lis, ad effectum, ut ſit locus derogationi Juripatronatus, debet eſſe juſta, & non calumnioſa, aut fraudulenter introducta. *ibid.* n. 278.
Et de circumſtantiis, & conjecturis hujoſmodi dolum, & fraudem ſuadentibus. *ibid.*

Juſpatr. Laicale quoad derogationem medietati vocum Patronalium.

Duobus a Patronis æqualiter præſentatis, Pontifex Beneficium uni confert, derogando Juripatronatus ad alteram medietatem Patronorum ſpectanti. T. 3. p. 244. num. 158.
Requiritur tamen expreſſa mentio, & expreſſa derogatio Juripatronatus. *ibid.* n. 159.
Derogatio medietati vocum Patronalium favorabilis eſt, non odioſa, nullumque infert præjudicium Patronis, vel Præſentato ab eorum medietate. *ibid.* n. 161. & p. 278. n. 178.
Et præſefert ſpeciem quandam illius gratificationis, quæ inter plures æqualiter præſentatos exerceri poteſt ab Ordinariis. T. 3. p. 245. n. 162.
Pro validitate derogationis medietati vocum Patronalium, ſat eſt, quod altera medietas accedat favore Proviſi Apoſtolici de tempore executionis Gratiæ, licet tempore illius Datæ non adeſſet. T. 3. p. 245. n. 163.
Et ſufficit ſolus eorum conſenſus, etiam per Procuratorem datus, aut aliunde deſumptus, abſque neceſſitate formalis præſentationis. *ibid.* n. 164.
Impetrans tamen Gratiam pro *Præſentato*, cum derogatione medietati vocum Patronalium, debet juſtificare, ſe fuiſſe præſentatum, vel a medietate Patronorum exiſtentium in quaſi poſſeſſione præſentandi. *ibid.* n. 165.
Vel ab iis, qui ex Patronis præfatis in hujuſmodi quaſi poſſeſſione, dum viverent, exiſtentibus, deſcendunt. T. 3. p. 244. n. 166.
Aut ab iis, qui licet ſint tali quaſi poſſeſſione, etiam ex perſona ſuorum Auctorum, deſtituti, docuerunt nihilominus ante executionem Gratiæ de ſuo jure per confeſſionem Partis, aut per Rem judicatam, ſive aliud publicum documentum. *ibid.* n. 167.
Clauſula -- *Dummodo tempore Datæ præſentium, non ſit alteri jus quæſitum* -- adjecta in Literis derogationis medietati vocum Patronalium, præſervat jus certum, & radicatum, non incertum, & eventuale. T. 3. p. 254. num. 268.
Spectante Jurepatronatu ad Univerſitatem, non datur Gratia derogatoria medietati vocum ad favorem electi per medietatem hominum Univerſitatem repræſentantium, *ibid.*
Et conceſſa, etiam ſub expreſſione facta Pontifici, quod Juſpatronatus ſpectat ad Univerſitatem, de ſtylo Curiæ non ſuffragatur. *ibid.*
Vid. V. Gratia pro præſentato. V. Gratificatio in Beneficialibus.

Juſpatr. Laicale quoad derogationem ex cauſa vacationis Beneficii apud Sedem.

Beneficia Juriſpatronatus laicalis, licet ſint exempta a reſervatione clauſa in corpore juris, de illis tamen *apud Sedem* vacantibus ſolent Pontifices diſponere derogando in totum Juripatronatus. T. 1. p. 72. n. 332. p. 73. n. 340. T. 3. p. 241. n. 135. p. 246. n. 185.
Et derogatio hujuſmodi operatur validitatem Pontificiæ collationis, ſed non reducit reſervationem. T. 3. p. 105. n. 46. p. 120. n. 246.
Papa derogat Joripatr. etiamſi Beneficium vacet in *locis Curiæ vicinis intra duas Dietas.* Et referuntur exempla. T. 1. p. 73. n. 336. & 337.
Et hæc derogatio eſt uniformis voluntati Fundatorum. *ibid.* n. 333.
Declara, ut derogari ſoleat, ubi agitur de Jurepatronatus activo, ſecus ſi concurrat etiam paſſivum, cui licet poſſit, nunquam tamen in præjudicium vocatorum, Pontifex derogat. T. 1. p. 72. n. 334.
Inſuper, quando Beneficium vacat per obitum naturalem Beneficiarii *apud Sedem*, vel in locis *Curiæ vicinis*, ſecus ſi per mortem civilem, aliumque modum fictum, quo caſu Pontifex Juripatr. non derogat, ſed de illo diſponit ad præſentationem Patronorum. T. 1. p. 24. n. 53. p. 73. n. 335. & 336. T. 3. p. 242. n. 138.
Hinc in proviſione Beneficii de Jurepatr. Laicali vacantis *juxta Decretum* adjectum in Apoſtolica proviſione alterius incompatibilis, Papa non derogat Juripatr., ſed Beneficium confert ad præſentationem Patronorum. T. 3. p. 242. n. 139.
Derogatur Joripatr. ſi Beneficium vacet *in Curia* per promotionem ad Epiſcopatum. T. 3. p. 268. n. 75. p. 243. n. 143.
Sed contrarium alias ſervatum, & facta illius proviſio ad præſentationem Patronorum. T. 3 p. 243. n. 143.
Papa derogat Juripatronatus in totum decedente Beneficiato *apud Sedem*, etiam in Beneficiis *Hiſpaniarum*, & exhibentur exempla. *ibid.* n. 143.
Fundator Beneficii poteſt in limine fundationis, de ſolius Ordinarii conſenſu, legem præſcribere, quod Juripatronatus derogari non poſſit, etiamſi Beneficium vacet *apud Sedem*. T. 1. p. 74. n. 345. & 347. T. 3. p. 225. n. 38. p. 243. n. 149.
Refellitur *Amayden.* qui exiſtimat legem hanc, niſi a Pontifice ſit approbata, attendendam non eſſe. T. 1. p. 74. n. 346.
Beneficio vacante *apud Sedem*, derogari non ſolet, Juripatr. ſi adſit Indultum Pontificium, quod illud eximat a derogatione. T. 3. p. 243. n. 148.
Plurieſque Pontifices Indultum hujuſmodi in limine fundationis Beneficiorum de Jurepatr. laicali conceſſerunt, & referuntur exempla. *ibid.* n. 148. & 150.
Et quandoque idem Indultum conceſſerunt longe poſt ſecutas Beneficiorum fundationes. T. 1. p. 75. n. 351.

Indulta

Induha tamen hujuſmodi circumſpecte elargiri ſoleot & quandoque denegantur. T. 1. p. 75. n. 352.

Pontifices, licet poſſint, ſi velint, nonquam tamen derogare ſolent Juripatronatus ad Reges ſpectanti, ſi Beneficium *apud Sedem* vacare contingat. Tom. 3. p. 243. n. 151.

Intellige, ubi agitur de vero, & proprio Jurepatronatus, etiam ex privilegio competente. *ibid.* n. 155.

Juripatronatus, quod competit Ducibus, Marchionibus, aliiſque Principibus, an derogari ſoleat vacante Beneficio *apud Sedem*? T. 3. p. 243. n. 149. 152. & 153.

Derogationi Juripatronatus ob vacationem Beneficii *apud Sedem*, non eſt locus, ſi alteri ſit jus quæſitum, quia nempe, antequam Pontifex conferret, Patroni jam præſentaverint. *ibid.* n. 145.

Hinc, ne Patroni præveniant in præſentando, inolevit ſtylus epponendi Apoſtolicæ proviſioni *Datam* de die obitus Beneficiarii. *ibid.* n. 146.

Hæc tamen Data anterior non apponitur ab Officialibus Dataria ex Officio, ſed Proviſo eam petente. *ibid.* n. 147.

Declaretur ioanis cauthela tradita e *Pitonio* ad effectum, ut Pontifices derogare non valeant Juripatronatus laicorum in caſu vacationo Beneficii *apud Sedem*. T. 1. p. 73. n. 338. 339. & 341.

Poſſet tamen cauthela *Pitonii* habere locom, ſi contingeret Beneficii vacatio *apud Sedem* tempore, quo illa vacat per obitum Pontificis. *ibid.* n. 342.

Juſpatr. quoad devolutionem.

Patrono intra legitima tempora præſentante, quamvis Ordinarius differat inſtituere, non eſt locus devolutioni. T. 3. p. 233. n. 11.

Et de jure nullum eſt præfixum tempus Ordinariis ad inſtituendum præſentatum. *ibid.* n. 12.

Nec Patrono extra legitima tempora præſentante devolutioni locus eſt, ſi lege fundationis caveatur, quod poſſit præſentare quandocumqoe abſqoe eo quod Beneficium ſit obnoxium devolutioni. Tom. 3. p. 234. n. 19. & 39.

Sed in quibus terminis lex illa intelligenda eſt? *Vid. V. Fundator.*

Præſentatione non facta a Patrono intra legitima tempora, devolutio juxta *Lateranenſis* Statuta Concilii, prius fit ad Epiſcopum, ab eo ad Archiepiſcopum, poſtea ad Sanctam Sedem. T. 3. p. 233. o. 13.

Sed antequam ad Sedem Apoſtolicam fiat, probanda eſt per gradus diſtinctos. *ibid.* n. 9. & 18.

Pontifex ad tramites *Regulæ XLII.* libere diſponit de Beneficiis Juriſpatronatus Laicorum ad Sedem Apoſtolicam devolutis. *ibid.* n. 8.

Papa diſponit etiam de Beneficiis Juriſpatronatus, quando *tempus Patronis Laicis ad præſentandum a jure præfixum lapſum exiſtat*, ut eadem *Regula XLII.* in ſecundo caſu decernit. T. 3. p. 233. n. 17.

Verba prædicta non ſunt ſuperflua, quamvis Papa in primo caſu Regulæ XLII. diſpoſitioni ſuæ reſervaverit Beneficia devoluta. Et de ratione. *ibid.* n. 18.

Beneficia Juriſpatronatus Laicorum devoluta, duobus modis impetrari poſſunt a Papa, vel tanquam devoluta ad *Sedem Apoſtolicam*, vel ut devoluta ad Inferiores. T. 3. p. 234. n. 22.

Et quomodo in unoquoque ex dictis caſibus concipi ſoleat Supplicatio? *ibid.* n. 22. & 23.

Ut ſit locus devolutioni Beneficii Juriſpatronatus laicalis, concludenter probari debet, lapſum fuiſſe tempus præfinitum Patronis ad præſentandum. *ibid.* n. 24.

Nec ſufficit clauſula apponi ſolita in Literis Apoſtolicis, *ſive præmiſſo, ſive alio quovis modo.* Maxime, quia clauſulam præfatam comitatur alia -- *Dummodo tempore Datæ præſentium &c. tempus Patronis laicis ad præſentandum a jure præfixum lapſum exiſtat.* *ibid.* n. 25. & 27.

Pontifex de Beneficiis Juriſpatronatus devolutis juxta primum, & ſecundum caſum a *Regula XLII.* expreſſum, non aliorum favore diſponit, quam vocatorum ex lege fondationis, ſi adſint. T. 3. p. 235. n. 50.

Inferiores Collatores gaudent a die ſcientiæ tempore ſemeſtri ad conferendum jure devoluto. Tom. 3. pag. 233. oum. 14.

Si juſto aliquo impedimento, ſive Juris, ſive facti præpediti fuerint conferre intra ſemeſtre, non fit devolutio, etiamſi dictum tempus labatur. *ibid.* n. 15.

Et ſufficit quælibet probabilis cauſa, ob quam Collator inferior credere potuerit, impeditam ſibi fuiſſe facultatem conferendi. *ibid.* n. 16.

Juſpatr. Laicale quoad diviſionem.

Juſpatr. reſervatum Titio, & Collegio, utrique pro æquali parte competit. T. 1. p. 251. n. 238.

Juriſpatronatus proprietas, quippe quæ in ſolidum reſidet penes omnes Patronos, dividi non poteſt. T. 1. p. 248. n. 207.

Poteſt tamen inter illos dividi ſolum Juriſpræſentandi exercitium. *ibid.*

Sed altero ex Patronis contradicente, diviſioni præfatæ non erit locus. *ibid.*

Habentes plures voces in exercitio Juriſpatr. ſi negligat, vel non poſſit præſentare, totum jus conſolidatur in eo, qui unicam tantum vocem habet. T. 1. p. 252. n. 250.

Diviſo Juriſpatr. exercitio per Turnum inter duos Patronos, ſi unus non præſentet, totum exercitium per jus non decreſcendi remanet penes alium. Tom. 1. p. 248. num. 207.

Vid. V. Jus accreſcendi.

Juſpatr. mixtum.

Juſpatr. relictum Perſonæ Eccleſiaſticæ ea lege, quod præſentare debeat cum conſenſu, & voluntate laicorum, non eſt Eccleſiaſticum, ſed mixtum. T. 2. p. 57. n. 366.

Et quid ſi Laico fuerit reſervatum jus nominandi & Perſonæ Eccleſiaſticæ jus præſentandi, vel e contra, an Juſpatr. dicatur laicale, Eccleſiaſticum, vel mixtum? T. 2. p. 58. n. 367.

Juſpatr. mixtum, partim ſcilicet laicale, partim Eccleſiaſticum, quoad omnes juris effectus reputatur in totum laicale. T. 3. p. 256. n. 301.

Limita, quoad effectum præſentandi, nam etiamſi pro minima parte ſpectet ad Patronum Eccleſiaſticum, reputatus in totum Eccleſiaſticum, ad effectum, ut Patroni omnes gaudeant ſemeſtri ad præſentandum. T. 3. p. 235. n. 44 & p. 256. n. 301.

Juripatronatus mixto, nempe partim Eccleſiaſtico, & partim laicali paſſim olim derogabatur. T. 3. p. 256. n. 300.

Sed a tempore *Clementis X.* non amplius indulgetur derogatio, quamvis Juſpatronatus ad Patronum laicum non ſpectet, niſi pro minima parte. *ibid.* n. 301.

Poteſt tamen Juripatronatus mixto derogari, ſi accedat conſenſus Patronorum laicorum. T. 3. p. 257. n. 302.

Contrarium tamen ſervatur, & quare? *ibid.* n. 303.

Maxime, ſi aliquis ex illis diſſentiat. Et ita reſolutum. *ibid.* n. 305.

Beneficia Juriſpatronatus mixti, partim nempe laicalis, & partim Eccleſiaſtici, non ſubjacent Apoſtolicis reſervationibus. T. 2. p. 57. n. 359.

Hinc, ſi vacent per obitum familiarium Cardinalium, non ſubjacent reſervationi Regulæ IV. & reprobatur *Cardinalis de Luca.* T. 1. p. 341. n. 76. & 77.

Juſpatr. mixtum, ex quo eſt exemptum a reſervationibus; non ſubjacet Indulto Cardinalium, quod ſolum comprehendit Beneficia reſervata. T. 2. p. 57. n. 360.

Beneficia Juriſpatr. mixti ſunt exempta a reſervationibus, ſi Juſpatr. pro æquali, vel majori parte ſpectet ad Patronos laicos, ſecus ſi pro minori. *ibid.* n. 361.

Contrarium, quod ſint immunia a reſervationibus, etiamſi Juſpatr. in minima parte pertineat ad laicos. *ibidem.* num. 362.

Juſpatr. mixtum, ſi pro majori parte ſpectet ad Perſonas Eccleſiaſticas, an ſubjaceat reſervationi ex vacatione *apud Sedem*? T. 1. p. 72. n. 330.

Beneficia Juriſpatr. mixti vacantia *in Curia*, de ſtylo Cancellariæ non providentur a Papa uti reſervata, ſed cum derogatione Juripatronatus, quamvis iſtud pro majori parte ſpectet ad Eccleſiaſticos. T. 2. p. 57. n. 363.

Derogatio Juriſpatr. ſub expreſſione, quod ſit mixtum, rite ſubſiſtit, quamvis in totum ſit Eccleſiaſticum. T. 4. p. 86. n. 65.

Diviſo per Turnum præſentandi exercitio inter Patronum Eccleſiaſticum, & laicum, ſi contingat in Menſe aliquo Apoſtolico vacare Beneficium in Turno Eccleſiaſtici, reſervationibus ſubjectum non remanet. T. 2. p. 57. n. 364.

Contrarium. Tom. 1. p. 248. n. 21 [illegible] p. 253. n. 265. p. 257. n. 300. T. 2. p. 57. n. 365.

Et redditur ratio. T. 3. p. 258. n. 308.

Concurrente tamen Cardinali Indultario, reſervatio non cedit favore Dataria, ſed ipſius Cardinalis nomine Pontificis conferentis. T. 2. p. 254. n. 266.

Diviſo Jurepatr. per Turnum inter Patronum laicum & Papam, Cardinalis Indultarius confert nomine Papæ in Turno ipſi aſſignato. *ibid.* n. 267.

Diviſo

Diviſo exercitio Juriſpat. mixti inter Patronum Eccleſiaſticum, & laicum, defuncto Patrono Eccleſiaſtico Juſpatronatus redit ad priſtinam naturam. T. 1. p. 157. n. 305.

Juſpatr. Regium, & ad Supremos Principes ſpectans.

Referuntur DD. agentes de Jurep. Regibus, ac Supremis Principibus competente. T. 1. p. 193. n. 132.

De Jurepatr. Perſonis præfatis ex Privilegiis Apoſtolicis ſpectan. ſuper Eccleſiis Epiſcopalibus, & Monaſteriis in eorum Ditionibus exiſten. *Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales. V. Monaſteria.*

Pontifices, an poſſint ſupradicta Privilegia revocare. *ibid.* n. 133.

Regula II. qua reſervatur liberæ Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni Cathedralium Eccleſiarum proviſio, Privilegiis prælatis non derogat. *ibid.* n. 131.

Juſpatronatus Regium Eccleſiæ, vel Dignitati Eccleſiaſticæ donatum, efficitur Eccleſiaſticum, reſervationibus obnoxium. T. 2. p. 33. n. 146.

Juſpatronatus Regium non numeratur inter Bona Regalia Coronæ. *ibid.* n. 147. 149. & p. 34. n. 153.

Si tranſit una cum Feudo, cui ſit annexum in perſonam Eccleſiaſticam, non amittit naturam Juriſpatronatus Regii. T. 2. p. 33. n. 148.

Regibus nullum eſt præfixum tempus ad præſentandum, & quare? T. 3. p. 235. n. 41.

Juſpatr. Regium tranſlatum in Marchionem, quamvis Regium nomen amittat, adhuc ſubjacet diſpoſitioni Regul. XLII. T. 3. p. 239. n. 89.

Conceſſa promoto ad Eccleſiam Epiſcopalem retentione Beneficiorum compatibilium, an ſub dicto Decreto comprehendatur Beneficium de Jurepat. Regio, vel Penſio ſuper eo impoſita? *Vid. V. Regula I. quoad VII. Reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.*

Beneficia Juriſpatr. Regii, etiam ex Privilegio competentis, aut Juriſpatr. collativi, *apud Sedem* vacantia, an ſubjaceant reſervationi *Cap. 2. de Præben. in 6. Vid. V. Regul. I. quoad I. Reſerv. contentam in Extravag. ad Regim.*

De derogatione Juripatr. Regii, aliiſque Supremis Principibus ſpectantis, ſi Beneficium *apud Sedem* vacare contingat? *Vid. V. Juſpatr. laicale quoad derogationem ex cauſa vacationis Beneficii apud Sedem. V. Regul. XLII.*

An derogari ſoleat, ſi lis adſit ſuper pertinentia Juriſpatr. Regii? *Vid. V. Juriſpatr. quoad derogationem ex cauſa Beneficii litigioſi.*

De jure ſuſtinetur proviſio Apoſtolica Beneficii litigioſi, quamvis de Jurepatr. Regio abſque derogatione Juriſpatr. T. 3. p. 150. n. 231.

Competente ſupremis Principibus jurepræſentandi ad aliqua Beneficia *extra Curiam* vacantia, ſi illa vacent in Curia, ceſſat Indultum, & Papa de illis libere diſponit. T. 3. p. 144. n. 156. & 157.

Jus quæſitum.

Juri tertio quæſito, an, & in quibus caſibus neceſſaria ſit derogatio? & ex quibus verbis cenſeatur illa inducta? *Vid. V. Regul. XVIII.*

Principum conceſſiones ita ſunt interpretandæ, ut aliorum jura non lædant. T. 1. p. 226. n. 4.

L

LAICI.

Laici, etſi Principes, non poſſunt ſine expreſſo Privilegio Apoſtolico Eccleſiaſtica Beneficia conferre. T. 1. p. 66. n. 174. T. 2. p. 59. n. 382.

Nec nominare, vel præſentare ad Eccleſias Cathedrales vigore earum fundationis, vel dotationis, ſed indigent ſpeciali Privilegio Apoſtolico. T. 1. p. 68. n. 291.

Laici, & Uxorati poſſunt Hoſpitalia etiam Eccleſiaſtica, & Religioſa adminiſtrare. Tom. 4. p. 46. n. 173. & 175. & p. 50. n. 302.

Et poſſunt ex Privilegio Apoſtolico, vel alio legitimo Titulo acquirere jus eligendi Miniſtros Hoſpitalis Religioſi, etiam abſque Epiſcopi auctoritate. T. 2. p. 46. n. 176. & 177.

Favore Laicorum indulſerunt aliquando Pontifices, ut fructus omnes Beneficii, etiam in ſtatu laicali, percipere poſſent, remanente Titulo penes Eccleſiaſticam Perſonam. T. 4. p. 95. n. 69.

Lege fundationis, an caveri poſſit, quod Beneficium Eccleſiaſticum retineri poſſit a Laico? *Vid. V. Beneficia Riganti in Reg. Cancellariæ.* Tom. IV. *quoad vacationem per contractum Matrimonii.*

Laici, etiam infantes, quin & Mulieres, capaces ſunt obtinendi Cappellanias mere laicales, & Legata pia, niſi voluntas fundatoris reſiſtat, & unde hæc voluntas eruatur? *Vid. V. Cappellania Laicalis.*

Laici, an, & quomodo capaces ſint obtinendi Penſiones Eccleſiaſticas? *Vid. V. Femina. V. Penſio quoad Reſervationem.*

LATERANENSE HOSPITALE.

Vid. V. Hoſpitalia Urbis.

LATERANENSIS BASILICA.

Vid. V. Baſilica S. Joannis in Laterano.

LAUDEMIUM.

Laudemia non debentur Beneficiato Anteceſſori, ſed Succeſſori, qui in poſſeſſione Beneficii reperitur tempore, & momento præſtiti conſenſus. T. 4. p. 148. n. 37.

Intellige, ut *ibid.* n. 38.

LEGATUM.

Legato a Cardinali ſuis familiaribus relicto, & diſtribuendo proportionabiliter pro rata temporis ſervitii, an pro majori, vel minori illius participatione reſpectus haberi debeat etiam ad tempus familiaritatis ante Cardinalatum contractæ? T. 3. p. 119. n. 410.

Ex eo, quod quis admiſſus fuit ad Legatum a Cardinali ſuæ familiæ relictum, arguitur quod fuerit familiaris Cardinalis. T. 1. p. 350. n. 167.

Relicto Legato a Cardinali ſuis familiaribus, ad illius participationem admitti debet familiaris Cardinalis, qui etiam illius fratri, vel Matri, recepto ab iis ſtipendio, inſerviebat. T. 3. p. 124. n. 313.

Vid. V. Familiares Cardinalium.

Legatum annuum ſolvendum eſt a die obitus Teſtatoris, & non motæ litis, quia debetur tanquam ſors, & non fructus acceſſorie ad fundum. Tom. 4. p. 75. num. 209. *Vid. V. Fructus.*

Legatum pium.

Vid. V. Cappellania Laicalis.

LEGATUS.

Legatus Apoſtolicus.

Papa non cenſetur Legatis ſuis indulgere voluiſſe, ut collationem Beneficiorum alio modo expleant, quam ipſe eſſet facturus. T. 3. p. 86. n. 27.

Legati, an extra Provinciam, & in ipſa Urbe Roma actus voluntariæ Juriſdictionis exercere poſſint? *Vid. V. Juriſdictio.*

Vid. V. Cardinales Legati a Latere. V. Nuncii Apoſtolici.

Legatus Avenionenſis.

Vid. V. Vice-Legatus Avenionenſis.

Legatus a Latere.

Vid. V. Cardinales Legati a Latere.

LEGITIMATIO, LEGITIMATUS.

Legitimatio differt a diſpenſatione ſuper defectu Natalium; & hæc eſt odioſa, illa favorabilis. T. 1. p. 182. n. 19. & 14. T. 4. p. 25. n. 6.

Et ex facultate legitimandi alicui impertita, non infertur ad facultatem diſpenſandi ſuper defectu Natalium. T. 4. p. 25. n. 7.

Legitimatio, quæ proprie dicatur, & quæ diſpenſatio ſuper defectu Natalium? *ibid.* n. 14. & 15.

Clauſula -- *ſine præjudicio venientium ab inteſtato* -- adjicienda eſt ſolum vigore Regulæ L. in diſpenſationibus ſuper defectu Natalium, non in Legitimatione. *ibid.* numer. 5.

Legitimationes omnes, quæ fiunt in Statu Eccleſiaſtico, expletæ intelliguntur cum clauſula præfata. *ibid.* n. 3.

Clauſula -- *ſine præjudicio &c.* -- non ſubintelligitur, ſed exprimi debet in Inſtrumento Legitimationis. *ibidem* numer. 8.

Intellige, quando Legitimatio fit ab eo, qui plena gaudet legitimandi

legitimandi facultate, etiam ſine dicta clauſula, ſecus ſi legitimare non poſſit, niſi cum eadem clauſula. T. 4. p. 25. n. 9.
Comites *de Campeggis* poſſunt legitimare, etiam ſine clauſula præfata. *ibid.* n. 10.
Secus Collegium Archivii Urbis. *ibid.* n. 11. & 12.
Legitimatio, dicitur plene facta, quamvis limitata ſit cauſa ſucceſſionis, & contineat clauſulam — *ſine præjudicio &c.* *ibid.* n. 16.
Plana itidem dicitur, ſi Papa utatur verbo *legitimamus.* T. 2. p. 183. n. 25. & T. 4. p. 25. n. 17.
Et clauſula -- *ſine præjudicio venientium ab inteſtato* — Legitimationi adjecta, eam non limitat, ſed coarctat ſolum effectum ſucceſſionis, ut non præjudicet venientibus ab inteſtato. T. 2. p. 183. n. 26.
Verbum *Diſpenſamus* e Papa uſurpatum, legitimationem importare poteſt. T. 1. p. 182. n. 18.
Diſpenſatus, & non legitimatus dicitur Spurius natus ex iis, inter quos conſiſtere non poterat Matrimonium. *ibidem* num. 19.
Clauſula -- *ſine præjudicio &c.* adjecta in Literis Diſpenſationis ſuper defectu Natalium, aut Legitimationis, an præſervet jus ſuccedendi ab inteſtato favore tantummodo Deſcendentium, & Aſcendentium, ſeu favore quoque Tranſverſalium, & in quo gradu? T. 4. p. 26. n. 20. & ſeqq.
Et, an jus præfatum præſervet favore Tranſverſalium, ſi agatur de ſucceſſione illius, qui legitimationi conſenſum præſtitit? *ibid.* n. 26. & ſeqq.
Clauſula -- *ſine præjudicio &c.* favet fœminis excluſis a Teſtatore. *ibid.* n. 19.
Juvat tamen fœminas excluſas a Statuto propter maſculos, & reſpondetur rationi in contrarium. *ibid.* n. 31. & 32.
Clauſula præfata, jus non præſervat favore venientium ab inteſtato, ſi Pater Teſtamentum condat, & hæredem inſtituat legitimatum. *ibid.* n. 33.
Etiamſi legitimatus fuerit ſpurius. *ibid.* n. 34.
Filius tamen plus petere non poteſt, quam ſibi a Patre relictum fuerit. *ibid.* n. 35.
Nec vigore paternæ inſtitutionis aſpirare valet ad ſucceſſiones Majorum provenientes ex fideicommiſſo, aut ex pacto, & providentia, ſive ex quacumque alia anteceſſorum diſpoſitione. *ibid.* n. 36. & 39.
Derogatio Regulæ *de jure quæſito non tollendo*, non eſt neceſſaria in legitimatione filii illegitimi, & quare? T. 2. p. 228. n. 38.
Minuſque neceſſaria eſt derogatio Regulæ præfatæ in legitimatione a Principe elargita ad Feuda ex pacto, & providentia. T. 1. p. 229. n. 65.
Vid. V. Regula XVIII.
Filii legitimati deficere faciunt conditionem *ſi ſine filiis*, & ſubſtitutum excludunt. T. 2. p. 228. n. 37.
Limita, ſi legitimatio concepta ſit cum clauſula -- *ſine præjudicio venientium ab inteſtato* -- *ibid.* n. 38.
Legitimatus cum clauſula præfata, non prohibetur petere ex teſtamento paterno totum id, quod ſibi relinquitur, dummodo præjudicium non inferatur vel legitimæ aliorum filiorum legitimorum, & naturalium, vel Aſcendentium. *ibid.* n. 39.
Legitimatus cum clauſula -- *ſine præjudicio &c.* poteſt contratabulare Teſtamentum paternum ex cauſa præteritionis, & petere legitimam, ſive illius ſupplementum, ſi minus relictum fuerit. *ibid.* n. 41.
Contrarium, & redditur ratio. *ibid.* n. 42.
Amplia poſteriorem hanc ſententiam, etiamſi fuerint inſtituti hæredes Tranſverſales, dummodo exiſtant intra quartum gradum. T. 4. p. 27. n. 49.
Nec neceſſe eſt, quod inſtituti fuerint Tranſverſales proximiores, qui ab inteſtato erant ſucceſſori, ſed ſufficit inſtitutio etiam remotiorum, dummodo intra gradum præfatum. *ibid.* n. 50.
Tranſverſalibus non exiſtentibus, & extraneis hæredibus inſtitutis, an poſſit legitimatus præteritus in Teſtamento paterno, illud contratabulare, & legitimam, aut illius ſupplementum petere? *ibid.* n. 51. & 52.
Extraneis hæredibus inſtitutis, & Tranſverſalibus honoratis, Legitimatus legitimam petere non poteſt. T. 4. p. 28. num. 53.
Contrarium, redditur ratio, & reſpondetur *Deciſioni* 135. *&* 101. *cor. Gregor.* *ibid.* n. 54. & 56.
Filii cum clauſula -- *ſine præjudicio &c.* legitimati, concurrere non poſſunt ad diminuendam legitimam aliis filiis legitimis, & naturalibus de jure debitam. Tom. 4. p. 27. n. 44. & 47.
Etiamſi fuerint hæredes a Patre inſtituti. *ibid.* n. 44.
Nec concurrere poſſunt ad minuendam legitimam, quæ Matri illius, qui legitimationi conſenſit, debetur. *ibid.* p. 46. & 47.
Numerantur tamen ad effectum augendi legitimam filiorum legitimorum, & naturalium de triente ad ſemiſſem. T. 4. p. 27. n. 48.
Filiis legitimatis, legitima ſuper bonis Paternis non debetur. *ibid.* n. 45.
Quemadmodum nec Patri ſuper Bonis filii legitimati. *ibid.* n. 43.
Extraneo hærede inſtituto, exiſtentibus filiis legitimis, & naturalibus, non prohibetur filius legitimatus poſt detractam illorum legitimam, ex reſiduo hæreditatis legitimam petere. T. 4. p. 28. n. 57.
Filius legitimatus hæres inſtitutus, & gravatus hæreditatem reſtituere, an poſſit in illius reſtitutione legitimam detrahere? *ibid.* n. 58. 59. & 60.
Clauſula -- *ſine præjudicio venientium ab inteſtato* -- comprehendit alteram clauſulam — *ſine præjudicio vocatorum ad fideicommiſſum.* *ibid.* n. 61.
Et clauſula hæc -- *ſine præjudicio vocatorum ad fideicommiſſum* — nil operatur, ſi legitimati ſint a Teſtatore ad fideicommiſſum vocati. *ibid.* n. 62.
Et quid, ſi voluntas fideicommittentis non aſſiſtat, ſed potius reſiſtat? *Remiſſive.* *ibid.* n. 63.
Filio naturali non ſufficit ad effectum ſucceſſionis legitimatio, niſi contineat illa expreſſionem, *quod poſſit ſuccedere in bonis temporalibus*, & quare? *ibid.* n. 64.
Sed legitimatio præfata non reddit Legitimatum capacem ſuccedendi in Bonis Feudalibus, & Emphyteuticis Eccleſiarum, niſi expreſſam de illis faciat mentionem, aut concepta ſit verbis apta eadem bona comprehendere. *ibid.* n. 65.
In hujuſmodi legitimationibus, ſicut & in Diſpenſationibus, apponi conſuevit clauſula *citra bona Emphyteutica & Feudalia Eccleſiarum.* *ibid.* n. 66.
Pontifices facilius legitimatos habilitant ad Feuda Eccleſiæ Romanæ, quam Eccleſiarum inferiorum. Et de ratione. T. 4. p. 29. n. 67.
Ad bona Emphyteutica, ſeu Feudalia Eccleſiarum, nec Princeps ſecularis, nec Imperator legitimare, aut Illegitimum diſpenſare poſſunt. *ibid.* n. 68.
Ad hæc tamen bona legitimare poſſunt DD. de *Campeggis.* *ibid.* n. 69.
Legitimatio requirit pro ſui validitate expreſſionem omnium qualitatum, quæ alterant naturam Concubitus, ſeu illegitimitatis. *ibid.* n. 70.
Hinc, ſi quis ſit dupliciter ſpurius, de utraque ſpurietate facienda eſt mentio. *ibid.* n. 71.
Quemadmodum natus ex duplici Adulterio id exprimere debet. *ibid.* n. 72.
Et quid, ſi Pater reticeat Illegitimum fuiſſe ex Serva conceptum, an valida ſit legitimatio? *ibid.* n. 73.
Sufficit tamen expreſſio, quod ſit *naturalis*, cum illa comprehendat omnem qualitatem, & maculam Natalium. *ibid.* n. 74.
Maxime, ſi Papa a legitimato, vel diſpenſato abſtergere voluerit defectum omnem, & quamcumque inhabilitatem abolere. *ibid.*
Dicitur etiam facta mentio de omnibus Impedimentis, ſi Legitimatio, ſeu Diſpenſatio contineat clauſulam, ex qua dignoſci poſſit Principem de illis cogitaſſe. *ibid.* n. 75.
Qualitates, quæ ſpeciem concubitus mutare non faciunt, ſed aggravant ſolum vitium, ſeu delictum Parentum, Diſpenſationem, aut Legitimationem non irritant, ſi reticeantur. *ibid.* n. 76.
Et referuntur exempla. *ibid.* n. 77.
Suſtinetur legitimatio, quamvis Principi expreſſa non fuerit qualitas ſtupri cum ea, ex qua filius natus eſt. *ibidem* n. 78.
Reticentia Uxoricidii a Viro commiſſi, ut liberius cum Amaſia, ex qua filium procreavit, libidinem explere poſſet, non autem animo Matrimonium cum ea contrahendi, legitimationis, aut Diſpenſationis gratiam non vitiat. *ibid.* n. 79.
Et reſpondetur diſpoſitioni Regulæ XLIX. Cancellariæ. *ibid.* n. 80.
Legitimatio expleta non facta mentione filiorum, aut aliorum deſcendentium legitimorum ipſius legitimantis, irrita eſt in eorum præjudicium, licet valida ſit quoad cœteros effectus. *ibid.* n. 81.
Et nullitas hæc ab ipſis ſolum filiis, aut deſcendentibus legitimis, non autem ab aliis, quamvis tranſverſalibus, opponi poteſt. T. 4. p. 30. n. 98. & 99.
Facienda eſt itidem mentio de filiis legitimis eorum, ad quorum bona ſucceſſio prætenditur, nempe, Aviæ, Patrui &c. ſi ad jus illis ſuccedendi, fuerit quis legitimatus. T. 4. p. 19. n. 82.
Quemadmodum de filiabus. T. 4. p. 30. n. 83.
Necnon de Statuto illas excludente. *ibid.* n. 84.

Non

Digitized by Google

Non requiritur tamen mentio filiæ dotatæ, & a Statuto excluſæ. T. 4. p. 30. n. 85.
Quamvis legitimatio ſequuta fuerit cum clauſula -- *ſine præjudicio venientium ab inteſtato.* -- *ibid.*
Limita, ſi legitimatione non ſequuta, Filia a Statuto excluſa ſuccederet. *ibid.* n. 86.
Concluſio, quod pro validitate legitimationis neceſſaria ſit mentio filiorum legitimorum, non procedit, ſi Princeps de illis in genere cogitare potuit? *ibid.* n. 87. 88. 89. 90. 91. & 104.
Inſuper ſufficit, quod fiat mentio de filiis legitimis primi gradus, non vero de Nepotibus ex illis. *ibid.* n. 92.
Et quid, ſi defunctis tempore legitimationis filiis primi gradus adſint Nepotes ex iis, an de illis facienda ſit mentio? *ibid.* n. 93. 94. 95.
Mentio filiorum, qui in vita Patris illius ſucceſſioni renunciarunt, neceſſaria non eſt pro validitate legitimationis. *ibid.* n. 96.
Quemadmodum nec aliorum filiorum illegitimorum. *ibid.* n. 97.
Minuſque Tranſverſalium. *ibid.* n. 100.
Et ſive agatur de legitimatione, ſive de diſpenſatione. *ibid.* n. 100. & 101.
Limita, ſi agatur de Agnatis jus habentibus, vel quæſitum, vel in ſpe probabili ad ſucceſſionem; tunc enim de illis facienda eſt mentio. *ibid.* n. 102.
Sufficit tamen, quod in legitimatione adſit clauſula apta comprehendere Agnatos, & exſcribatur formula clauſulæ præfatæ. *ibid.* n. 103.
Illegitimus, an poſſit vigore ſolius legitimationis, & abſque Apoſtolica diſpenſatione promoveri ad Sac. Ordines? T. 2. p. 182. n. 21. & ſeqq.
Vid. V. Diſpenſatio in Radice Matrimonii. V. Diſpenſatio ſuper defectu Natalium. V. Regul. L.

LEX.

Lex poſterior priori contraria, eam corrigit, & abrogat. T. 2. p. 148. n. 46.
Lex generalis poſterior non derogat legi ſpeciali priori, ſi de illa expreſſe non meminit. T. 1. p. 78. n. 387. p. 80. n. 415.
Lex generaliter loquens, non tollit aliam legem in ſpeciali caſu emanatam. T. 1. p. 276. n. 37.
Præſertim, quando reſpectu illius caſus particularis viget diverſa ratio. *ibid.* n. 38.
Lex generaliter loquens comprehendit Perſonas quomodocumque exiſtentes. T. 1. p. 109. n. 253.
Lex generaliter loquens de Monaſteriis hactenus exiſtentibus, porrigitur etiam ad Monaſteria poſtea ædificata. *ibid.* n. 255.
Lex nova, quamvis generalis, non comprehendit caſus ſpeciales legis antiquæ, ſed ad illius terminos reſtringi, & limitari debet. T. 2. p. 148. n. 28. & 45.
Lex quæ generaliter & indefinite loquitur, generaliter & indefinite intelligi debet. T. 3. p. 197. n. 168. p. 198. n. 184.
Lex generalis non derogat conſuetudini particulari, niſi de ea faciat mentionem. T. 1. p. 193. n. 39.
Lex generalis non derogat Privilegio particulari, niſi concepta ſit Verbis aptis derogationem præſeferre. Tom. 3. p. 369. n. 33. & ſeq.
Leges, etſi aliquando concordent ad invicem, non exinde tollitur diverſitas ſpecierum in eis comprehenſarum. T. 1. p. 278. n. 56.
Lex adaptatur iis, quæ frequentius accidunt. T. 2. p. 239. n. 22.
Et generaliter edita ad occurrendum fraudibus, adhuc comprehendit caſum particularem, quamvis illius reſpectu ceſſet ſuſpicio fraudis. *ibid.* n. 23.
Hinc Fœminæ omnes, etſi pudicæ, a poſtulando repelluntur, licet lex eas excluſerit ob *Calphurniæ* impudicitiam. *ibid.* n. 24.
Lex ubi ſimilitudinem inter duo requirit, ſufficit quod ea verificetur ſive in genere, ſive in ſpecie. T. 3. p. 240. n. 108.
Lex ubi fundatur in præſumptione, hæc pro foro interno non attenditur, ſed ſtatur veritati. Tom. 4. p. 39. n. 29. & 30.
Lex obligat etiam in Foro Conſcientiæ. *ibid.* num. 32. & p. 40. n. 39.
Et graviter peccat, qui aliquid molitur contra mentem Principis in lege expreſſam. T. 4. p. 42. n. 39. *Vid. Verb. Regul. LII.*
Leges ad hoc non ſunt aditæ, ut impoſſibile præcipiant. T. 1. p. 391. n. 67.
Actus geſtus contra legis diſpoſitionem, nullus eſt quamvis lex expreſſe illum non prohibeat. Tom. 2. pag. 147. n. 23.
Et dum aliquid Lex prohibet, ex ſola prohibitione inſurgit nullitas actus contra legem exarati. Tom. 2. p. 197. n. 15.
Ubi lex certam formam præſcribit, illius omiſſio nullitatem actus *ipſo jure* operatur. T. 2. p. 198. n. 16.
Lex una alteram declarat, & interpretatur T. 2. p. 276. n. 84. p. 387. n. 19.
Lex ubi non diſtinguit, nec Nos diſtinguere debemus. Tom. 1. pag. 237. n. 90. T. 3. p. 239. n. 92. T. 4 p. 160. num. 45.
Legis auxilium fruſtra invocat, qui in illam delinquit. T. 4. p. 135. n. 17.
Legis declaratio a Principe emiſſa, cenſetur eidem Legi ab initio ineſſe. T. 4. p. 167. n. 49.
Ratio legis cui convenit, & illius diſpoſitio adaptari debet. T. 4. p. 168. n. 52.
Caſus, qui ſub ratione legis comprehenditur, ſatis expreſſus dicitur, quamvis de illo in lege mentio facta non fuerit. T. 4. p. 170. n. 72.
Lex, quæ loquitur de caſu ſimplici, an, & quando comprehendat caſum mixtum? *Vid. Verb. Caſus ſimplex, vel mixtus.*
Lex, ne eluſoria remaneat, benigna omnis capienda eſt interpretatio. T. 4. p. 168. n. 55.
Veroſimile non eſt, quod lex velit uni favere, ut alterum lædat. T. 3. p. 73. n. 142.
Leges abrogatæ publicantur aliquando cum aliis non abrogatis, ut earum notitia habeatur, ac pro aliarum legum interpretatione deſerviant. T. 3. p. 12. n. 6.
Et inſertæ in volumine una cum non abolitis, adhuc pro abrogatis habentur. T. 3. p. 133. n. 20.
Leges abrogatæ tanquam Doctrinæ magiſtrales attenduntur. T. 1. p. 323. n. 65.
In legibus præſertim Pontificiis, omnis capienda eſt interpretatio pro earum correctione, vel contrarietate vitanda. T. 2 p. 387. n. 20.
Leges reſpiciunt tantummodo caſus futuros non præteritos. T. 4. p. 21. n. 181.
Vid. Verb. Axiomata, & Regulæ Juris.

Lex Fundationis Beneficii.

Vid. Verb. Fundator.

LICENTIATUS.

Vid. Verb. Baccalaureus. Verb. Doctor. Ver. Regula XVIII.

LINGUA LATINA, GRÆCA, & VULGARIS.

Miſſa, & alia Divina Officia, ſecluſo Privilegio Apoſtolico, alia lingua, quam latina celebrari non debent. T. 2. p. 265. n. 74.
De graviſſimis incommodis, quæ Populis ex uſu linguæ vulgaris, & tritæ in ſacris Miſteriis peragendis, orirentur. *Remiſſive.* *ibid.* n. 75.
Uſus linguæ vernaculæ debet per Sedem Apoſtolicam permitti in celebranda Miſſa, & adminiſtrandis Sacramentis pro aliquo Populo infideli noviter ad fidem converſo, ſeu convertendo, ſi non adſint, qui calleant linguam latinam, Et redduntur rationes. *ibid.* a n. 76. & ſeqq.
Contrarium. T. 2 p. 267. n. 88 & ſeqq.
Adrianus II. conceſſit *SS. Cyrillo*, & *Methodio*, qui in *Moravia* Chriſti Fidem diſſeminaverant, ut Horas Canonicas, & Miſſæ Sacrificium propria ſe converſarum Nationum idiomate, ut prius decreverant, celebrare permitterent. T. 2 p 266. n. 78.
Hanc eamdem licentiam Divina Officia, & Miſſam *Sclavonica* lingua celebrandi *Moravis* confirmavit *Joannes VIII.* anno 880. *ibid.* n. 79.
Licet mandaverit, ut in ipſa *Sclavorum* Miſſa, Evangelium latine prius legeretur. T. 2. p. 267. n 98 p 268 n. 103.
Nec non *Innocentius IV.* anno 1248. T. 2. p 266 n. 81.
Eccleſia Græca *Ruthenis*, ſeu *Moſcis* ad Chriſti fidem converſis permiſit, ut propria lingua, quæ *Sclavonica* ipſidem eſt, Miſſam, Divinaque Officia celebrarent. *ibid.* n 82.
Eccleſia permittente, Alexandrini, & & Ægyptii *Arabice*, Armeni *Syriace*, Dalmati *Dalmatice*, aliique Populis ſuis vulgaribus linguis Sacra faciunt. *ibid.* n. 84.
Decreto Sac. Congregationis SSmæ Inquiſitionis a *Paulo V.* per Breve confirmato permiſſum fuit PP. Jeſuitis, ut traducere poſſent Sac. Bibliam in linguam *Sinarum* non vulgarem, ſed eruditam. *ibid.* n. 86.

Nec non Sinis ad Sac. Ordines promotis, ut celebrare poſſent in eadem lingua erudita *Sinarum* Miſſas, & Divina Officia. T. 2. p. 266. n. 87.

Sed Breve præfatum, nec PP. Jeſuitis traditum, nec exequutioni demandatum fuit. T. 2. p. 268. n. 111.

Apoſtoli non ſcripſerunt niſi *Hebraice*, *Græce*, & *Latine*. T. 2. p. 267. n. 89.

Et eum dictis tribus linguis inſcriptus fuit Titulus SS.mæ Crucis D. N. J. C. *ibid.* n. 90.

Quemadmodum Eccleſia, Apoſtolorum exemplo, linguis præfatis tantummodo, ſemper uſa fuit. *ibid.*

In Synodo omnium Prælatorum Dalmatiæ, & Croatiæ tempore *Alexandri II.* celebrata, ſtatutum fuit, ne de cœtero Divina Myſteria in lingua *Sclavonica* celebrentur, ſed tantum *Latina*, & *Græca*. *ibid.* n. 91.

Gregorius VII. Bohemiæ Duci, totius Gentis ſuæ nomine ſupplicanti, licentiam denegavit celebrandi Divina Officia lingua *Sclavonica*. *ibid.* n. 92. & p. 268. n. 104.

Reprehenduntur *Paſqualig.* & *Pax Jordan.* quorum primus factum hujuſmodi tribuit *Urbano III.* alter *Gregorio III.* T. 2. p. 267. n. 93.

Corcilii Tridentini Decreto anathemate percutiuntur, qui aſſerunt lingua vulgari tantum celebrandam eſſe Miſſam *ibid.* n. 94.

In Concilio Tridentino actum inter PP. an congruum eſſet Sacr. Scripturam verti in linguam vernaculam, eademque lingua Miſſam celebrari? ſed nil innovandum eſſe reſolutum fuit *ibid.* n. 95.

In Eccleſia *Conſtantinopolitana* conſuevit olim dum Miſſa celebraretur, Epiſtolam, & Evangelium *Latine* prius, & poſtea *Græce* cantari. *ibid.* n. 99.

Idem obtinebat Romæ, ut ſolemnioribus Feſtis, prius *Græce*, & tum *Latine* recitarentur Evangelium, & Epiſtola, ad oſtendendam geminæ Eccleſiæ unitatem. *ibid.* n. 100.

Uſus vernaculæ linguæ in Sacris peragendis, quemadmodum priſcis temporibus a Sede Apoſtolica conceſſus fuit, ita poſſet etiam hodie indulgeri, ſi neceſſitas urgeret, ne tota Gens periret. T. 1. p. 268. n. 112.

Explicantur Reſcripta *Joannis VIII.* & *Gregorii VIII.* quorum primus uſum linguæ *Sclavonicæ* in Divinis Officiis peragendis indulſit, ſecundus eam denegavit. *ibid.* n. 113. 114. & 115.

Redarguitur *Suavis*, qui laudatorum Pontificum Reſcripta de contrarietate notat. *ibid.* n. 113.

Neceſſitas indulgendi uſum linguæ vernaculæ in Sacris peragendis quando intercedere dicatur, ex facti cujuſcumque circumſtantiis pendet. *ibid.* n. 116.

Sed hujuſmodi neceſſitate concurrente indulgendus non eſt uſus illius linguæ, quæ eſt vulgaris, & omnibus nota, ſed quæ eſt erudita, & propria Literatorum. *ibid.* n. 117.

Linguæ latinæ intelligentia non eſt neceſſaria pro illis Nationibus, quæ in Divinis Officiis, Sacriſque peragendis eadem non utuntur. T. 2. p. 265. n. 73.

Epiſcopi eſſe debent in lingua latina periti. T. 2. p. 263. n. 32.

Et ob latinæ linguæ imperitiam nonnulli ab Epiſcopatu rejecti. *ibid.* n. 33. p. 264. n. 41.

Vid. V. Epiſcopus quoad ſcientiam.

Sed præter linguam latinam, in idiomate loci cui præficitur, Epiſcopus peritus eſſe debet. *Vid. V. Epiſcopus quoad ſcientiam. V. Regula XX.*

Linguam latinam præter idioma loci, in quo curam exercet, callere debet Rector Parochialis, & de ratione. Tom. 2. p. 265. n. 69.

Minores Ordines, juxta Concilii Tridentini Decretum, his, qui ſaltem latinam linguam intelligunt, conferri debent. *ibid.* n. 70.

Reprobatur *Suavis* impie exiſtimans Concilium Tridentinum non fuiſſe Œcumenicum; ex quo Decretum præfatum non comprehendit Aſiam, Africam, aliaſque Regiones, in quibus latina lingua non addiſcitur. *ibid.* n. 71. & 72.

Vid. V. Idioma.

L I S.

Lis ex quibus introducta cenſetur, maxime ſuper Titulo Beneficii? *Vid. V. Citatio. V. Reg. XXIX.*

De lite ad effectum ſubrogationis Gratioſæ. *Vid. V. Regula XXIX.*

Nec non ad effectum Gratiæ *ſi Neutri. Vid. V. Gratia ſi Neutri.*

Et ad effectum Regulæ *de Annali. Vid. V. Regula XXXV.*

Et ex quibus introducta cenſetur ad effectum, ut interrupta dicatur pacifica Triennalis poſſeſſio? *Vid. V. Regula XXXVI.*

De mentione litis neceſſaria in impetratione Gratiæ *Perinde valere* obtentæ eadem lite pendente? *Vid. V. Gratia Perinde valere, ſeu Revalidatoria.*

De Lite ſuper Beneficio Juriſp. laicalis ad effectum, ut Pontifex illi derogari poſſit? *Vid. V. Juſpatr. quoad derogationem ex cauſa Beneficii Litigioſi.*

Lis ſuper Beneficio non inducit affectionem, ſed ſolum inhibitionem temporalem inferiori ne conferat. T. 1. p. 331. n. 27.

Vid. V. Beneficia litigioſa. V. Regula XXXI.

In cujuſcumque Gratiæ impetratione neceſſaria eſt mentio litis antea introductæ. T. 4. p. 79. n. 10.

Et præter litis ſtatum, exprimi etiam debent merita Cauſæ, nec non ſententiæ ſuper ea latæ. *ibid.* n. 22.

Sed hujuſmodi expreſſioni ſatisfactum remanet per clauſulam -- *cujus litis ſtatum &c.* *ibid.* n. 23.

Dummodo ſententia tranſitum non fecerit in judicatum. *ibid.*

Mentio litis in Gratiarum impetrationibus tunc facienda eſt, quando impetratio cedit in præjudicium juris Collitigantis, quod fuit in judicium deductum. *ibidem* n. 24.

Secus, ſi tantummodo impetretur jus quoddam tertium, a jure, ſuper quo lis adeſt, ſeparatum. *ibid.* n. 25.

Non eſt facienda mentio litis, ſi Collitiganti nullum jus competat. *ibid.* n. 26.

Aut, ſi poſſeſſio Collitigantis ſit infecta, & a jure improbata. *ibid.* n. 27.

Impetrans Beneficium uti de vacante, & reſervato, quamvis litigioſo, non tenetur litem ſpecifice exprimere, ſed ſufficit de illa inter clauſulas generales mentionem facere. T. 4. p. 80. n. 43.

Vid. V. Regula LVI.

Lis quoad calumniam.

In decernendo, an lis fuerit calumnioſa, Judicis arbitrio plurimum defertur. T. 3. p. 72. n. 116.

Pro excludenda calumnia ſufficit ſola poſſibilitas boni juris, & quælibet colorata cauſa litigandi. Tom. 3. pag. 71. n. 114.

Calumniator non dicitur, qui deduxit juſtificationes ad Cauſam facientes, licet poſtea ſuccubuerit. *ibid.* n. 115.

Multoque minus, qui ſuccubuit poſt obtentam Sententiam favorabilem. T. 3. p. 72. n. 117.

Quemadmodum, nec qui ſuccubuit, poſtquam propoſita Cauſa in Rota, dilata fuit reſolutio ob ſuffuram Votorum. *ibid.* n. 118.

Calumnioſa non dicitur lis introducta ſuper nullitate præſentationis, tamquam expletæ tempore quo altera lis pendebat ſuper pertinentia Patronali, quando alter Collitigans reportavit Gratiam Apoſtolicam ſuper derogatione Juripatronatus in totum attenta lite. Et redditur ratio. *ibid.* n. 119.

Pro excludendo Collitigante tanquam calumnioſo a favore ſubrogationis gratioſæ, requiritur, quod lis fuerit calumnioſa uſque ab initio, quodque calumnia ſit talis, quod nullo velamine celari poſſit. Tom. 3. p. 71. n. 113. 114.

Vid. V. Regula XXXI.

Lis quoad extinctionem, & deſertionem.

Lis cenſetur extincta per renunciationem eidem factam. T. 3. p. 59. n. 123.

Liti tamen renunciare non cenſetur, qui jura ſua producit, & opponit de ſubreptione Gratiæ Collitigantis. *ibid.* n. 124.

Cenſetur itidem extincta lis per ceſſionem, ſeu renunciationem Beneficio. *ibid.* n. 125.

Quamvis Renunciatio fuerit tacita, quia nempe obtentum fuerit aliud Beneficium incompatibile. *ibidem* numer. 126.

Lis extinguitur etiam per Tranſactionem. *ibid.* n. 129.

Sed, an cenſeatur extincta, etiam ante ejuſdem Tranſactionis confirmationem a Pontifice obtinendam? *ibid.* n. 130. & 131.

Lis extincta cenſetur per ſententiam, quæ tranſiit in rem judicatam, & plene exequuta fuit. *ibid.* n. 132.

Si tamen ſuperſint aliquæ litis reliquiæ, ſeu conſumata non fuerit exequutio, debetur ſuperſtiti Collitiganti ſubrogatio in juribus defuncti. *ibid.* n. 133.

Res judicata exorta ob lapſum fatalium non perimit totaliter litem, cum adhuc Appellans obtinere poſſit a Signatura facultatem illam proſequendi cum Reſcripto -- *de præfixione termini.* *ibid.* n. 134.

Requiritur ad hunc effectum, quod lata fuerit ſententia ſuper

ſuper deſertione, & conſumpta exequtio. T. 3. p. 59. n. 135.
Lis non proſequuta ſpatio decem annorum præſumitur deſerta, ſi clare conſtet de malo jure negligentis proſequi litem. T. 3. p. 60. n. 136.
Non obſtante, quod inſtantia de Jure Canonico ſit perpetua. Et redditur ratio. ibid. n. 137.
Deſertio litis, ubi de malo jure non conſtat, non inducitur, niſi concurrat vel lapſus triginta annorum. ibid. n. 138. 140 & 144.
Vel cum minori temporis lapſu concurrat factum aliquod declarativum animi derelinquendi litem. ibid. n. 138.
Et animus hic reſultat vel ex revocatione Procuratoris, vel ex acceptatione Beneficii incompatibilis cum litigioſo, vel ex quocumque alio actu etiam tacito. ibid. num. 139. & 142.
Vel demum Judicis declaratio ſuper litis deſertione. ibid. n. 143. & 144.
Per mortem Actoris extinguitur lis, ſi Reus ſuperſtes illam proſequi nolit. ibid. n. 145.
Poteſt tamen Reus eam proſequi, & hoc modo obtinere abſolutionem. ibid. n. 146.
Et per hunc modum evitatur Penſio, qua Dataria gravare ſolet ſubrogandum. ibid. n. 147.
Et recuperantur etiam fructus a defuncto percepti. ibidem n. 148.
Lis extinguitur per liberam dimiſſionem Beneficii a Collitigante factam in manibus Papæ, qui illud alteri Collitiganti conferat. ibid. n. 149.

LITERÆ APOSTOLICÆ.

Literæ Apoſtolicæ, ſi diſcrepant a ſupplicatione, an hæc, vel illæ attendi debeant? *Vid. V. Supplicatio.*
Literæ originales, & non Regeſtrum Bullarum attenditur, quando illud ab illis diſcrepat. T. 3. p. 39. n. 95.
Deperditis ſupplicatione, & Literis, ſi earum Regeſtrum ſit dubium, recurritur ad libros Componendæ, vel ad libros Cancellariæ, qui dicuntur *minoris Gratiæ*. ibidem n. 97.
Quando Literæ Apoſtolicæ diſcordant a libris Componendæ, attendendæ ſunt Literæ ipſæ. Tom. 3. p. 40. n. 98.
Literæ Apoſtolicæ, ſi diſcrepent a Cedula Conſiſtoriali, an hæc attendi debeat? *Vid. V. Cedula Conſiſtorialis.*
De revalidatione Literarum Apoſtolicarum Gratiam, & juſtitiam reſpicientium, quæ expeditæ infra annum Prædeceſſore Pontifice vivento, Exequutoribus ante illius obitum præſentatæ non fuerunt? *Vid. V. Literæ Apoſtolicæ quoad exequutionem. Vid. V. Regula XII.*
De Literis Apoſtolicis in forma *Dignum*, vel *Commiſſaria*. *V. Gratia in forma Dignum, vel Commiſſaria.*
De Literis Apoſtolicis in forma *rationi congruit*. *Vid. V. Regula X.*
Literis Apoſtolicis jam expeditis, quibus in caſibus demandari ſolet a Datario, ut reponantur? Tom. 2. p. 276. n. 75. & ſeqq.

Literæ Apoſtolicæ quoad correctionem.

Literæ Apoſtolicæ, quæ in ſubſtantia diſcrepant a ſupplicatione, remitti debent ad Cancellariam pro correctione. T. 3. p. 42. n. 157.
Et diſcrepantia inter Literas, & Supplicationem ex quibus reſultare poſſit? T. 3. p. 43. n. 160. & 161.
Vid. V. Supplicatio.
Remitti itidem debent Literæ ad Cancellariam pro correctione, quando minus recte ſunt expeditæ. T. 3. p. 42. n. 158.
Et utroque caſu Exequutor ab earum exequutione, donec corrigantur, ſe abſtinere debet. Tom. 2. pag. 138. n. 15. & T. 3. p. 42. n. 158. & p. 43. n. 159.
Nec exequi poſſunt in ea parte, qua ſunt conformes cum ſupplicatione. T. 2. p. 138 n. 15. *Vid. V. Regula X.*
Remitti etiam debent ad Cancellariam pro correctione, quando ſunt expeditæ *per præoccupationem*, & quid verbum iſtud denotet. *Vid. V. Regula XXVII.*
Judex, vel Exequutor in quibus caſibus tenentur Literas, quæ a Supplicatione diſcrepant ad Cancellariam remittere? T. 3. p. 43. n. 162. 163. 164.
Datarius etiam mandare poteſt, ut Literæ pro correctione ad Cancellariam reponantur, & interim Exequutoribus inhibere, ne ad illarum exequutionem procedant. ibid.
Et quidquid in ſpretum hujuſmodi inhibitionis actum fuerit, uti attentatum revocari debet. ibid. numer. 165. & 166.
Literis Integraliter non expeditis, & adhuc in Cancellaria *Rigantis in Reg. Cancellariæ*. Tom. IV. exiſtentibus, poteſt Datarius Regenti ejuſdem Cancellariæ injungere, ut Supplicationem, ſeu Literas ipſas retineat. T. 3. p. 43. n. 167.
Sequuta Literarum correctione, iſta ad diem obtentæ Gratiæ retrotrahitur. ibid. n. 168.
Pro correctione Literarum ſignatur quandoque nova Supplicatio ex integro vigore Gratiæ, quæ nuncupatur, *Cui prius*, cum data prioris Supplicationis. ibidem numer. 169.
Et refertur notabile exemplum in Rota examinatum. ibid. n. 170. & 171.
Vid. V. Gratia Cui prius.
Correctio Literarum in ea parte, qua diſcrepant a Supplicatione, fieri poteſt pendente lite, & parte non citata. T. 3. p. 44. n. 172.
Si tam Supplicatio, quam Literæ Reſignationis, ſeu Permutationis Beneficiorum differant a Mandato, poſſunt Supplicatio, & Literæ corrigi ad formam Mandati. ibid. n. 173.
Contrarium. Et redditur ratio, quia Regula XXVII. loquitur, quando Literæ a Supplicatione diſcordant, non autem quando Supplicatio eſt difformis a Mandato. ibidem n. 174.
Literarum correctio, per quos Officiales, & quomodo fieri debet. ibid. n. 175.
Correctio erroris, qui in Literis irrepſit ex facto Officialis Cancellariæ fieri debet expenſis illius Abbreviatoris, cui fuit diſtributa Bulla ad dignoſcendum, an ſit conforme Supplicationi. ibid. n. 176.
Sed in Praxi id vix ſervatur. ibid. n. 177.
Correctio poſt Literarum Plumbationem fieri non poteſt, niſi auctoritate Regentis Cancellariæ. ibid. n. 179.
Sed ante Plumbationem de ſtylo Cancellariæ (parum tamen laudabili) a Partibus ipſis fieri poteſt. ibid. *Vid. V. Regula XXVII.*
De pluribus caſibus, in quibus mandari poſſit per Vice-Cancellarium, ſeu Regentem Cancellariæ correctio Literarum Apoſtolicarum. *Vid. V. Regula LXXII.*
De excommunicatione quam incurrunt ii, qui aliquid addendo, vel minuendo, corrigunt propria auctoritate Literas Apoſtolicas. *Vid. V. Falſificatio.*

Literæ Apoſtolicæ quoad exequutionem.

De requiſitis neceſſariis ad effectum ut rite exequi poſſint Literæ Apoſtolicæ ſubrogationis gratioſæ in Juribus defuncti Collitigantis a ſuperſtite obtentæ. *Vid. Verb. Regul. XXIX.*
Literæ Apoſtolicæ Vicario Epiſcopi directæ, poſſunt ab Epiſcopo exequutioni demandari. T. 3. p. 400. n. 61.
Hinc diſpenſationem Matrimonialem Vicario commiſſam, exequi poſſe ab Epiſcopo, reſpondit Sac. Congreg Concilii. ibid. n. 63.
Contrarium, quod nempe Epiſcopus exequi nequeat Apoſtolicas Literas ſuo Vicario directas. ibid. n. 51.
Et hanc Sententiam ſequuta fuit Dataria an. 1697. ibidem num 66.
A. C. an exequi poſſit Literas Apoſtolicas in quibus certus datur a Papa Exequutor? *Vid. V. Auditor Cameræ.*
Et, an illas exequi poſſint Auditores Rotæ? *Vid. eod. V. & V. Auditores Rotæ.*
Literæ Apoſtolicæ redargui non poſſunt de falſo, nec earum exequutio retardari valet ex motivo, quod in illis adſit raſura pro correctione erroris, etiamſi correctio alieno caractere facta fuerit. T. 3 p. 44 n. 178.
Literæ in forma Dignum, ſeu in forma Commiſſaria, in quarum exequutione tenetur Exequutor aſſumere partes Judicis, & procedere cum cauſæ cognitione, expirant morte Concedentis re integra. T. 2. p. 151. n. 10.
Nec poteſt Exequutor, Sede Apoſtolica vacante, ad illarum exequutionem procedere. ibid. n. 11.
Et reprobatur contraria ſententia. ibid. n. 12.
Literæ Juſtitiæ, quæ nempe lites concernunt, expirant morte Papæ concedentis. ibid. n. 6.
Literas Apoſtolicas, illas præſertim, quæ Diſpenſationes Matrimoniales, aut *Gratiam ſi in evidentem* reſpiciunt, vivente Papa ſibi non præſentatas, an Exequutores exequi poſſint? *Vid. Verb. Exequutor Apoſtolicus. Verb. Regula XII.*
Literæ Apoſtolicæ Gratiam, & juſtitiam reſpicientes expeditæ infra annum Prædeceſſore Pontifice vivente, ſed Exequutori ante illius obitum non præſentatæ, revalidantur per Regulam XII. ut exequutioni demandari poſſint. *Vid. V. Regula XII.*
Vid. V. Exequutor Apoſt. V. Sede Apoſt. vacante.
Literæ in forma gratioſa expeditæ, per obitum Pontificis concedentis non expirant, & poſſunt per Exequutores,

Sede Apoſtolica vacante, exequutioni demandari. T. 2. p. 151. n. 7. & 8.

Literæ Apoſtolicæ ſuper Gratia erectionis Collegiatæ elargita cum clauſula -- *quatenus Dos fuerit aſſignata* -- dicitur perfecta, & probatis redditibus, mortuo etiam Pontifice, exequi debet. *ibid.* n. 9.
Vid. V. Exequutor Apoſtolicus. V. Regula XII. V. Sede Apoſtolica vacante.

Literæ Apoſtolicæ quoad obligationem illas expediendi.

Super neceſſitate expediendi Litteras Apoſtolicas ad effectum, ut Judices juxta Literarum, & non ſupplicationis tenorem judicare poſſint? *Vid. V. Regula XXVII.*

De neceſſitate expediendi Literas Apoſtolicas ad effectum, ut valeant Commiſſiones Cauſarum ſuper Gratiis quorumcumque Beneficiorum? *Vid. V. Regula XXXI.*

Super neceſſitate expediendi Literas ſuper Diſpenſationibus Apoſtolicis, ut illæ ſuffragentur? *Vid. V. Regula LII.*

Regulæ prælatæ eumdem finem reſpiciunt. T. 3. pag. 33. n. 2.

Sed quod ſint inter ſe diſtinctæ, & in quo diverſitas conſiſtat? *ibid.* n. 3.

Obligatio expediendi Literas Apoſtolicas, an procedat in foro Poli, itaut ſi quis utatur Gratia Apoſtolica, illis non expeditis, ſit tutus in conſcientia? *Vid. Verb. Regula LII.*

Et, an Penſio tuta conſcientia ante Literarum expeditionem exigi poſſit? T. 4. p. 40. n. 47.
Vid. V. Penſio.

De neceſſitate expediendi Literas Apoſtolicas ſuper Regulis Cancellariæ, in quibus earum tenor inſeratur, quando extra Curiam produci debeant, ut fidem faciant? *Vid. V. Regula XXXVIII.*

Gratia ob illius uſum ante expeditionem Literarum tunc nulla eſt, ſi contineat Decretum *irritans*, ſecus ſi illo ſit deſtituta. T. 4. p. 40. n. 41.

Literæ Apoſtolicæ dicuntur perfecte expeditæ, quando ſunt plumbatæ. T. 4. p. 38. n. 7.

Intellige de illis, quæ tranſeunt per Cancellariam, ſecus per Cameram, & de ratione. *ibid.* n. 8.

Contrarium, quod etiam Literæ quæ tranſeunt per Cameram dicuntur perfecte expeditæ, dum ſunt Plombatæ. *ibid.* n. 9.

Penſiones, quibus fructus Eccleſiarum Epiſcopalium, & Monaſteriorum *Belgii* gravantur, exiguntur vigore Cedulæ Conſiſtorialis, aut Supplicationis ſignatæ a Papa abſque expeditione Literarum. *Vid. V. Belgium.*

Et, an Penſiones ſuper nonnullis ex dictis Eccleſiis, quæ ad nominationem Regis Chriſtianiſſimi a Papa imponuntur, exigi poſſint a die Regiæ nominationis, ſeu expeditionis, ut vulgo dicitur *del Breviato*? *Vid. eod. V.*

Super Penſionibus, quibus Hiſpaniarum Beneficia gravari ſolent favore quidem *Hiſpani*, ſed ad commodum Italorum Literæ Apoſtolicæ non expediuntur. T. 3. p. 34. n. 18.

Expediuntur tamen ſuper hujuſmodi generis Penſionibus, quæ ad Italorum pariter commodum ſuper Beneficiis Portugalliæ reſervantur. *ibid.* n. 19.

Pro Penſionibus, & Beneficiis ſive Conſiſtorialibus, ſive non, ac Dignitatibus poſt Pontificalem majoribus in Cathedralibus, & Principalibus in Collegiatis Regni Franciæ, an expediantur Literæ Apoſtolicæ? *Vid. V. Gallia.*

Sollicitatores Literarum Apoſtolicarum, quamvis ſe obligent in quamplurimis [illegible] Literas expedire, nunquam tamen ad illas expediendas, nec ad quidquam de proprio ſolvendum obſtricti fuerunt. T. 2. p. 278. n. 108.

Literæ Apoſtolicæ quoad tempus illarum expeditionis.

Pro expediendis Literis Apoſtolicis, vivente eodem Pontifice, qui Gratiam conceſſit, nullum tempus eſt præfixum. T. 2. p. 143. n. 62. T. 4. p. 38. n. 12.

Et quandocumque expediantur, ſuffragantur a puncto Gratiæ conceſſæ, & ſignatæ Supplicationis. Tom. 4. p. 38. n. 13.

Geſtaque medio tempore valida ſunt, etiamſi tempore expeditionis Literarum res non eſſet amplius integra. *ibid.* n. 14.

Si quis poſt ſignatam ſupplicationem ſuper facultate teſtandi, & ante Literas expeditas, Teſtamentum condat, & moriatur, Teſtamentum erit validum. *ibid.* n. 15.

Signata gratia ſuper deputatione Coadjutoris, ſi Coadjutus ante Literarum expeditionem decedat, adhuc locus eſt ſucceſſioni favore Coadjutoris. *ibid.* n. 16.

Diſpenſatus ab Irregularitate, non prohibetur Beneficium impetrare, & Literas diſpenſationis poſtea expedire. *ib.* n. 17.

Diſpenſatus ad retinendam Penſionem, etiam poſt emiſſam Regularem Profeſſionem, poteſt ſupplicatione ſignata potiri, & poſtea Literas expedire. T. 4. p. 38. n. 18. & p. 39. n. 23.

De fraudibus, quæ committi ſolent ab iis, qui ſupplicationes ſignari faciunt, ſed negligunt Literarum expeditionem. T. 2. p. 143. n. 62.

Alias quæſitum, an ad occurrendum dictis fraudibus expediret edere Regulam generalem cum præfixione certi termini ad expediendum Literas Apoſtolicas? *ibidem* num. 64.

Referuntur plures rationes pro ſententia negativa, quæ fuit amplexa. *ibid.*

Et traditur modus, quo abuſibus præfatis conſuli poſſit abſque neceſſitate edendi Legem generalem cum præfixione termini ad Literas Apoſtolicas expediendas. *ibid.* n. 65. 66. 67. & 68.

Edicto Cardinalis *Corradi* Pro-Datarii *Alexandri VII.* prohibetur relaxari Supplicationes ſignatas ſuper Gratiis *Perinde valere*, *Subrogationis*, *Si Neutri*, *Novis Proviſionibus*, abſque Gratiis ſanatoriis, niſi præſtita cautione expediendi Literas intra tres Menſes a die illarum *parvæ Datæ*, vel relaxationis. *ibid.* n. 69.

In Diſpenſationibus, pro *Illegitimis*, quæ conceduntur in Italia, & Germania præfigi ſolet terminus ad expediendum Literas. *ibid.* n. 71.

Et conveniens eſſet, quod præfigeretur etiam in illis quæ conceduntur in Galliis. *ibid.*

Proviſiones omnes Beneficiorum ſive ſimplicium, ſive reſidentialium per obitum vacantium tam intra, quam ultra Montes, expediri debent vigore Edicti Datariæ intra ſex Menſes a die, quo publicantur in ejuſdem Datariæ Aula; & non facta intra dictum tempus Literarum expeditione, impetrari poſſunt. T. 2. p. 144. n. 72.

Referuntur exempla nonnullorum Pontificum, qui priſcis temporibus certum præfixere terminum ad expediendum Literas Apoſtolicas ſuper Gratiis ab ipſis elargitis. *ibid.* n. 73. & 74.

De tempore præfixo ad expediendas Literas in forma *Rationi congruit. Vid. V. Regula X.*

Probatio, quod Literæ fuerint congruo tempore, vel extra illud expeditæ, ad quos ſpectet? *Vid. Verb. Regula XXXI.*

Vice-Cancellarius, ſeu Regens Cancellariæ, an prorogare poſſit tempus præfixum in ſupplicatione ad expediendum Literas Apoſtolicas ſub pœna nullitatis Gratiæ? *Vid. V. Regula LXXII.*

Literæ Dimiſſoriales.

De antiquo jure concedendi Literas Dimiſſoriales pro Sac. Ordinatione, & forma, qua concipiebantur. T. 2. p. 363. n. 168.

Ordinarii *Originis*, *Domicilii*, aut *Beneficii* poſſunt nedum per ſe ipſos Subditis ſuis Ordines conferre, ſed illos ad alienos Epiſcopos ordinandos dimittere. *ibid.* n. 167.

Quemadmodum Epiſcopus *Patronus* Literas Dimiſſoriales pro ordinatione Familiaris ſui Triennalis concedere poteſt. *ibid.* n. 170.

Redditur ratio, quia a pari procedunt ordinare, & concedere Literas Dimiſſoriales, & ad quem ſpectat Ordinatio, pertinet earumdem Literarum conceſſio. *ibidem* n. 167.

Dimiſſoriæ in Regno Neapolitano pro Ordinandis ad primam Tonſuram, & minores Ordines, dirigi debent ad certum, & determinatum Epiſcopum. *ibid.* n. 171.

Nec concedi poſſunt, ut vulgo dicitur *in bianco*, non deſcripto nomine Epiſcopi ad quem diriguntur. *ibid.*

Et, an in Literis Dimiſſorialibus, quas Epiſcopus *Beneficii* ſuo Subdito concedit, mentionem facere teneatur tam de ſufficientia redditaum Beneficii, quam de literis Teſtimonialibus Epiſcoporum *Originis*, & *Domicilii*, itaut illarum omiſſio illicitam reddat Ordinationem? *Vid. V. Ordinarius ratione Beneficii.*

Epiſcopi Subditos ſuos non aliter, quam probatos, & examinatos ad alienum Epiſcopum ordinandos admittere debent. T. 2. p. 364. n. 172.

Epiſcopus, cui hujuſmodi commiſſio facta eſt, non tenetur inquirere ſuper idoneitate dimiſſi, & an habeat Titulum ſufficientem pro Ordinatione. *ibid.* n. 173. & pag. 375. n. 286.

Non prohibetur tamen ſi velit, inquiſitionem hanc peragere. *ibid.*

Similiter inquirere non tenetur, an dimiſſus polleat requiſitis præſcriptis a Conſtitutione *Innocentii XII.* licet aliqua ſubſiſtente cauſa, poſſit, & debeat id explere. T. 2. p. 364. n. 174.

Subditi ſex illorum Epiſcopatuum Suburbicariorum Urbis, qui Suffraganeum non habent, non poſſunt ex Conſtit. *Alexandri VII.* pro Ordinibus, etiam Minoribus ſuſcipiendis, ad alios dimitti, quam ad Cardinalem Urbis Vicarium. T. 1. p. 364 n. 175.

Poſſunt tamen Cardinales dictorum Epiſcopatuum Præſules, ad ſuas Diœceſes accedere, & inibi Ordinationes peragere. *ibid.*

Conſtitutio *Alexandrina* non afficit Subditos præfatos pro Tonſura recipienda, ſed pro ea dimiſſi poſſunt ad quemcumque Epiſcopum. *ibid.* n. 176.

Clerici exteri in Urbe pro tempore commorantes ex Edicto *Clementis VIII.* ab *Alexandro VII.* confirmato, non poſſunt ad Ordines vigore Literarum Dimiſſorialium ſuorum Ordinariorum extra Urbem promoveri, niſi prævio examine ſubeundo cor. Urbis Examinatoribus, & licentia Cardinalis Vicarii. *ibid.* n. 177. & p. 365. n. 180.

Et aliter Ordinati, ſuſpenſionem incurrunt; ac ſi in ſuſceptis Ordinibus miniſtraverint Irregularitatem, a qua indulgeri ſolet per Sedem Apoſtolicam diſpenſatio arbitrio Urbis Vicarii, peracto prius in eadem Urbe examine. *ibid.* n. 178.

Clerici in Urbe commorantes ad effectum, ut ſub Edicto *Clementino* comprehendantur, illi dicuntur, qui habitant in Urbe, & in ea ſaltem per quatuor Menſes moram traxerunt. *ibid* n. 181.

Clerici præfati accedentes ad proprium Ordinarium, & ab eo ſuſcipientes Ordines abſque eo quod examen ſubierint in Urbe, ſupra laudato Edicto non afficiuntur, ſecus ſi ab alieno Epiſcopo ordinentur, etiam cum Literis Dimiſſorialibus proprii Antiſtitis. *ibid.* n. 182.

Amplia, ut Ordines abſque dicto examine recipere poſſint nedum ab Epiſcopo Originis, ſed etiam Domicilii, Beneficii, & ab eo, cui triennale ſervitium præſtiterunt, ſervata tamen forma Conſtitutionis ſan. mem. *Innocentii XII.* *ibid.* n. 184.

Reprobati tamen ab Examinatoribus Urbis incidunt in pœnas Edicti, etiamſi a proprio Epiſcopo poſtea approbati, ab eo ad Ordines promoveantur. *ibid.* n. 183.

Pontifex, cujuſlibet Epiſcopi ſubditos ſine illius Literis Dimiſſorialibus, ad Ordines promovere poteſt. T. 1. p. 379. n. 317.

Et inſignitus aliquo Ordine a Pontifice, non poteſt ſine illius licentia ad Superiores Ordines a proprio Epiſcopo promoveri. *Vid. V. Ordines.*

Exteri in Urbe commorantes poſſunt a Cardinali Urbis Vicario prima Tonſura, non autem cæteris Ordinibus abſque Literis Dimiſſorialibus eorumdem Ordinariorum, inſigniri. T. 1. p. 380 n. 320.

Duci *Brunſvicenſi* indulſit *Clemens XI.* ut ad Minores, & Sacros Ordines ſine Literis Dimiſſorialibus ſui Ordinarii promoveri poſſet. *ibid.* n. 323.

Alumni Collegii Anglicani Urbis Indulto gaudent Apoſtolico ſe promovendi ad Sac. Ordines ſine Literis Dimiſſorialibus ſuorum Ordinariorum. *ibid.* n. 321. & p. 381. n. 335.

Eodem fruuntur Privilegio Alumni Græci degentes in Collegio Græco Urbis. T. 1. p. 380. n. 322.

Sed Congregationi PP. Piorum Operariorum denegavit idem Pontifex Indultum, quod ejus Alumni ad Sacros Ordines promoveri poſſent cum Literis Dimiſſorialibus Præpoſiti Generalis, & ob quas rationes? *ibid.* n. 314. & 315. p. 381. n. 336.

Reſpondetur exemplo ſimilis Indulti, quod prætenditur a ſan. mem. *Clemente VIII.* elargitum fuiſſe PP. Congregationis Oratorii, qui tamen nunquam eo uſi ſunt. T. 1. p. 380. n. 326. & ſeqq.

Vid. V. Congregatio Oratorii.

Alumnis Congregationis PP. Doctrinæ Chriſtianæ in Urbe degentibus indultum aliquando fuit, ut per Cardinalem ejuſdem Urbis Vicarium, abſque Literis Dimiſſorialibus ſuorum Ordinariorum, ad Sac. Ordines promoveri poſſent. T. 1. p. 381. n. 334.

Nuncio Apoſtolico Hiſpaniarum non licet illius Regionis Clericis Ordines conferre ſine Literis Dimiſſorialibus ſuorum Ordinariorum; minuſque iiſdem Clericis Literas eaſdem concedere. T. 2. p. 382. n. 337.

Poteſt tamen Nuncius præfatus Clericos prædictos ſuorum Ordinariorum Literas habentes, per ſe ipſum ordinare, aut aliis Epiſcopis pro iis ordinandis facultatem delegare. *ibid.* n. 338.

Vid. V. Nuncii Apoſtolici.

Cardinalibus a Latere Legatis indulgeri ſolet in Literis eorum facultatum, ut Sacros Ordines tam per ſe, quam per alios Antiſtites intra Legationis fines, vel in locis, in quibus ipſos morari contigerit, conferre poſſint habentibus Literas Dimiſſoriales ſuorum Ordinariorum. *ib.* n. 340.

Proprius Ordinarius ad effectum concedendi Literas Dimiſſoriales pro Ordinibus ſuſcipiendis, eſt etiam Sede Epiſcopali vacante, Vicarius Capitularis. Tom. 2. p. 365. num. 185.

Literas tamen præfatas, etiam pro prima Tonſura, concedere non poteſt, niſi poſt annum a die vacationis Sedis Epiſcopalis. *ibid.* n. 186.

Amplia, etiamſi Capitulum haberet Territorium diſtinctum, & ſeparatum, vigore cujus ordinariam exerceret Juriſdictionem. *ibid.* n. 188.

Dignitas Cathedralis, quæ ex immemorabili conſuetudine, aut Privilegio Apoſtolico ſuccedit, Sede Epiſcopali vacante, in omnimodam Epiſcopi juriſdictionem, nec Literas Dimiſſoriales intra annum vacationis ejuſdem Sedis concedere poteſt. *ibid.* n. 189.

Poteſt Vicarius Capitularis infra annum vacationis Sedis Epiſcopalis, Literas Dimiſſoriales concedere iis, qui vivente Epiſcopo obtinuerunt Breve Apoſtolicum de ſe promovendis *Extra tempora* cum Literis Dimiſſorialibus proprii Ordinarii. T. 2. p. 367. n. 207.

Quemadmodum, & illas infra annum concedere *arctatis* ratione Beneficii obtenti, ſeu obtinendi. T. 2. p. 366. n. 197.

Et qui dicantur *arctati* ratione Beneficii obtenti, vel obtinendi? *Vid. V. Arctati.*

Sac. Congregationes Urbis indulgere conſueverunt Vicariis Capitularibus per Literas vulgo *facultativas* nuncupatas, ut etiam intra annum vacationis Sedis Epiſcopalis Dimiſſorias concedere poſſent. T. 2. p. 367 n. 208.

At ſan. mem. *Benedictus XIII.* præfatas Literas *facultativas* non amplius concedi mandavit. *ibid.* n. 209.

Prohibitio tamen hæc non percutit caſum, quo ratione Beneficii obtenti, vel obtinendi; quis ad Sacr. Ordines ſuſcipiendos infra annum ſit arctatus. T. 2. p. 368 n. 210. & 211.

In Brevibus *Extra tempora*, quæ, non adhuc elapſo anno vacationis Sedis Epiſcopalis, indulgentur a Sede Apoſtolica, facultas concedendi Dimiſſorias non Vicario Capitulari, ſed Epiſcopo viciniori, in caſu quo ipſe Ordinationem habere nolit, impertitur. *ibid.* n. 212.

Et Ordinatio abſque dictis Literis Dimiſſorialibus expleta, eſt illicita, & tam Ordinatus, quam Epiſcopus Ordinator incidunt in pœnas a jure præſcriptas. *ibidem* n. 213.

Sed Ordinandis vigore Brevium præfatorum, an poſſit Vicarius Capitularis Literas Teſtimoniales ſuper eorum vita, & moribus concedere? *Vid. V. Literæ Teſtimoniales.*

In Regno Neapolitano, vigore Concordati initi anno 1741. inter Sedem Apoſtolicam, & V. Siciliæ Regem, nequeunt Vicarii Capitulares Laicis, etſi arctatis pro Tonſura ſuſcipienda, ſine Voto majoris partis Capituli, Literas Dimiſſoriales concedere. T. 2. p 370 †

Quemadmodum, nec Clericis arctatis vigore Cappellaniæ, aut Beneficii certum Ordinem requirentis. *ibid.* †

Iis vero, qui arctati non ſunt, nec poſt annum Luctus Eccleſiæ, Dimiſſorias abſque licentia Sac. Congregationis concedere poſſunt. *ibid.* †

Literæ Dimiſſoriales a Vicario Capitulari conceſſæ, ſive arctatis, infra annum, ſive non arctatis poſt annum Sedis Epiſcopalis vacantis, ſi non fuerint eadem Sede vacante effectum ſortitæ, poſſunt a novo Epiſcopo revocari. T. 2. p. 368. n. 219.

Et hac ratione caute ſe gerere debent Epiſcopi in Ordinandis ſibi dimiſſos a Vicario Capitulari, quando ſciunt novum Præſulem Eccleſiæ poſſeſſionem adeptum fuiſſe. *ibid.* n. 220.

Vicarius Capitularis Literas Dimiſſoriales infra annum Sedis Epiſcopalis vacantis, ſi aliis, quam arctatis concedat, pœna ſuſpenſionis punitur. T. 2. p. 370. n. 237.

Amplia, etiamſi ii, quibus Literæ præfatæ conceſſæ ſunt, illis uſi non fuerint. *ibid* n. 238.

Promoti vero cum Literis præfatis ad Ordines Sacros, ab eorumdem exercitio ad beneplacitum futuri Prælati, ſunt *ipſo jure* ſuſpenſi. *ibid.* n. 239.

Et Ordinati in Minoribus, nullo Privilegio Clericali, præſertim in criminalibus, poſt Superioris tamen declarationem, gaudent. *ibid.* n. 240.

Poſſunt tamen ſic in Minoribus ordinati in ſuſceptis Ordinibus miniſtrare, & Beneficia obtinere. T. 2. p. 371. n. 241.

De pœnis, quas incurrunt Ordinati, vel intra annum vacationis Sedis Epiſcopalis, ſi ſint arctati, vel poſt annum, ſi arctati non ſint, abſque Literis Dimiſſorialibus Vicarii Capitularis? *Remiſſive.* *ibid* n. 242.

Et quibus etiam pœnis ſubjaceant Ordinati Sede Epiſcopali vacante vigore Brevium *Extra tempora* ſine Literis Dimiſſorialibus

miſſorialibus Epiſcopi vicinioris? Et, an poſſint ab incurſa pœna abſolvi per Vicarium Capitularem? Tom. 2. p. 371. n. 241.
Vicarius Apoſtolicus Sede Epiſcopali vacante deputatus, poteſt Literas Dimiſſoriales poſt annum non arctatis, & arctatis intra annum vacationis ejuſdem Sedis concedere. T. 2. p. 366. n. 190.
Sed regulariter hodie facultas hæc concedendi Literas Dimiſſoriales Vicariis Apoſtolicis expreſſe prohibetur. ibid. num. 191.
Stante hujuſmodi prohibitione, nec iis, qui Reſcriptum a Sacra Congregatione obtinuerunt, attamen expectent, Vicarius Apoſtolicus poſt ſuperventam ... , Literas præfatas concedere poteſt. ibid. n. 192.
Facultate tamen Vicario Apoſtolico indulta concedendi Literas Dimiſſoriales, eo non poteſt ejus Pro-Vicarius, etſi cum ampliſſima poteſtate deputatus, & in ejus abſentia. ibid. n. 193.
Vicarius Apoſtolicus Epiſcopo deputatus, poteſt Sede vacante Literas Dimiſſorias ſtatim concedere. ibid. n. 194. & 196.
Prælati inferiores, ſive Seculares, ſive Regulares Juriſdictione quaſi Epiſcopali, & Territorio ſeparato gaudentes, non poſſunt hodie poſt Concilium Tridentinum ſuis Subditis ſecularibus Dimiſſorias pro Ordinibus ſuſcipiendis concedere. T. 2. p. 371. n. 243. & 244.
Sed indigent pro Literis præfatis concedendis ſpeciali Privilegio Apoſtolico. ibid. n. 245.
Enumerantur nonnulli Prælati inferiores, qui hujuſmodi Privilegio fruuntur. ibid. n. 246. & p. 379. n. 316.
Prælati inferiores, aut omnimoda Juriſdictione quaſi Epiſcopali gaudentes, aut illa deſtituti, an poſſint ſaltem Literas Teſtimoniales ſuis Subditis ſecularibus concedere? Vid. V. *Literæ Teſtimoniales.*
Conſtitutio *Sixti V.* qua plures infliguntur pœnæ Epiſcopis ad Sacros Ordines ſcienter promoventibus deſtitutos Literis Dimiſſorialibus proprii Ordinarii, redacta fuit a *Clemente VIII.* ad terminos Juris communis, Conſtitutionis *Pii II.* & Concilii Tridentini. T. 2. p. 389. n. 58.
Qui vero alienos Subditos, ſcienter, ſeu ignorantia affectata, ſine Literis Dimiſſorialibus proprii Ordinarii ad Ordines promovet, de Jure antiquo ſuſpenſus erat per annum a celebratione Miſſæ, jure vero novo per Conſtitutionem *Pianam*, & Tridentinum innovato, remanet per annum ſuſpenſus a collatione Ordinum. ibid.
De pœnis quibus jure communi inſpecto ſubjacent promoti ad Sac. Ordines ſine licentia proprii Ordinarii? Tom. 2. p. 386. n. 12.
Laicus vero ab alieno Epiſcopo ſine Literis Dimiſſorialibus proprii Ordinarii tonſuratus, nullam juxta antiquos Canones pœnam incurrit. ibid. n. 13.
Sed juxta Conſtitutionem *Pii II.* ſic abſque proprii Ordinarii licentia ordinati, a ſuorum Ordinum exercitio *ipſo jure* ſuſpenſi remanent, etſi durante ſuſpenſione, in iiſdem Ordinibus miniſtrare præſumpſerint, *eo ipſo* irregularitatem incurrunt. ibid. n. 14.
Et ſuſpenſio præfata eſt inflicta per viam veræ Cenſuræ, non exceſſus, ſeu peccati. T. 2. p. 391. n. 71.
Subjacent iidem vigore ejuſdem Conſtitutionis aliis pœnis in ipſos generaliter a jure inflictis, ac Beneficiis Eccleſiaſticis poſſunt jure privari. ibid.
Et hujuſmodi ſuſpenſio per Conſtitutionem *Pianam* inflicta, eſt perpetua, donec obtineatur abſolutio. ibid.
Suſpenſio e Conſtitutione *Piana* inflicta Ordinatis ſine Literis Dimiſſorialibus ſuorum Ordinariorum incurritur, nedum quoad Ordinem illegitime ſuſceptum, ſed etiam quoad alios antea rite collatos. T. 2. p. 387. n. 16.
Contrarium, & redditur ratio. ibid. n. 17. & 22.
Et poſterior hæc ſententia, magis conformis eſt diſpoſitioni Concilii Tridentini, & Conſtitutioni ſan. mem. *Innocentii XII.* ibid. n. 18.
Pœnæ contentæ in Conſtitutione *Piana* non afficiunt Promotos ad Ordines minores ſine licentia proprii Ordinarii, & quare? ibid. n. 19. & 25.
Debent tamen ſic male promoti, ſi abſit bona fides, ab exercitio Ordinum ſuſpendi. ibid. n. 24.
Promotus ad Sacerdotium ſine licentia proprii Ordinarii, concelebrando cum Epiſcopo, ut moris eſt in ipſa Ordinatione, ſolam ſuſpenſionem, non autem irregularitatem incurrit. T. 2. p. 388. n. 27.
Idem dicendum de Ordinatis abſque licentia præfata ad Subdiaconatus, vel Diaconatus Ordines, Epiſcopo in ipſa Ordinatione in eorum munere miniſtrando. ibid. n. 28.
Sed, an incurrunt pœnam etiam irregularitatis, ſi Epiſcopus ante Ordinationem anathemata percutiat accedentes ſine Canonicis requiſitis ad Ordines ſuſcipiendos? ibid. n. 29. & ſeqq.
Pro evitandis pœnis inflictis a Conſtitutione *Piana*, ſufficit, quod in promoto ad Ordines ſine licentia proprii Ordinarii, concurrat juſta aliqua, & veroſimilis facti, aut juris ignorantia. T. 2. p. 388. n. 35. & p. 389. n. 37.
Epiſcopi poſſunt ab incurſa ſuſpenſione abſolvere proprios Subditos abſque eorum licentia ab alienis Epiſcopis ordinatos. Tom. 2. pag. 390. n. 48. & ſeqq. pag. 391. n. 69. p. 394. n. 96.
Vicarius tamen Epiſcopi, abſque ſpeciali facultate ei impertita, abſolvere nequit male promotum ſine Literis Dimiſſorialibus ejuſdem Epiſcopi. T. 2. p. 396. n. 115.
Epiſcopi, cui alieni Subditi dimiſſi ſunt, eos abſolvere nequeunt ab incurſa ſuſpenſione, ſi ab alio ſe promoveri faciant, ſed abſolutio ad proprium Ordinarium ſpectat. T. 2. p. 395. n. 106.
Abſolvere Subditos Prælati inferioris N. Diœceſis abſque Literis Dimiſſorialibus Epiſcopi vicinioris, Ordinatos, ad Epiſcopum ipſum viciniorem ſpectat. T. 2. p. 393. n. 84. & p. 395. n. 102. & ſeqq.
Facultas abſolvendi male promotum cum Literis Dimiſſorialibus Vicarii Capitularis intra annum vacationis Sedis Epiſcopalis eſt futuro Prælato reſervata. Tom. 2. p. 394. n. 96.
Vicarius Capitularis non poteſt proprios Subditos aliquo Beneficio arctatos intra annum vacationis Sedis Epiſcopalis, vel non arctatos poſt annum, abſque ſuis Literis Dimiſſorialibus ordinatos, a ſuſpenſione abſolvere. Et redditur ratio. T. 2. p. 391. n. 61. & 62.
Contrarium, quia abſolutio a ſuſpenſione eſt actus Juriſdictionis, in qua Sede vacante ſuccedit Vicarius Capitularis. ibid. n. 66. 67. 68.
Vicarius Capitularis abſolvere nequit a ſuſpenſione Clericos ordinatos intra annum vacationis Sedis Epiſcopalis vigore Brevium Apoſtolicorum *Extra tempora* abſque Literis Dimiſſorialibus Epiſcopi vicinioris, ſed abſolutio ſpectat ad Epiſcopum ipſum viciniorem. Et redditur ratio. ibid. p. 393. n. 81. & 82.
Et ita reſolutum. T. 2. p. 396. n. 109. & 110.
Contrarium, quod abſolutio ſpectet ad Vicarium Capitularem. T. 2. p. 393. n. 86. p. 394. n. 91. & ſeqq. p. 395. n. 107. & 108. & ſeqq.
Limita, ſi fuerit ipſe a Papa ſubjectus Adminiſtratori Apoſtolico Eccleſiæ vacantis deputato, eo modo, quo Vicarius Epiſcopi ab ipſo Epiſcopo dependere debet, quo caſu abſolutionem impertiri non poterit abſque ſpeciali facultate ejuſdem Adminiſtratoris. T. 2. p. 396. n. 115. & ſeqq.

Literæ Dimiſſoriales pro Ordinatione Regularium.

Superiores Regulares poſſunt Subditis ſuis Regularibus Literas Dimiſſoriales pro Ordinibus ſuſcipiendis concedere. T. 2. p. 372. n. 250.
Sed in earum conceſſione ſervare tenentur præſcripta a Decreto *Clementis VIII.* quod exſcribitur *ibidem* numer. 251.
Non poſſunt tamen Litteras præfatas concedere Noviiis. ibid. n. 253.
Tenentur Superiores Regulares, ut in eodem Decreto ſancitur, Literas Dimiſſoriales dirigere ad Epiſcopum Diœceſanum. ibid. n. 254.
Amplia, etiam ſi Epiſcopus Diœceſanus Ordinationem non habeat in Cathedrali, ſed in quacumque alia Diœceſis parte, etſi diſſita a Monaſterio. ibid. n. 255.
Amplia *ſecundo*, quamvis Epiſcopus Diœceſanus non per ſe ipſum, ſed per alium Antiſtitem Ordinationem eſſet habiturus. ibid. n. 256.
Amplia *tertio*, tametſi Regulares obtinuerint Apoſtolicum Indultum, ut ad Sacros Ordines promoveri poſſint *extra tempora* a quocumque, quem maluerint Catholico Antiſtite. ibid. n. 257.
In Indultis hujuſmodi, quæ expediuntur per organum Magiſtri Brevium, aut per Literas Apoſtolicas ſub Plumbo, inſeritur clauſula — *Servata tamen forma Decreti Clementis VIII.* ibid. n. 258. & p. 379. n. 287.
Clauſula præfata ante annum 1711. non inſerebatur in Indultis expediri ſolitis per Secretariam Brevium, ſed poſt dictum annum inſeri conſuevit, & quare? T. 2. p. 373. n. 259. & 260.
Et ex præſcripto Concilii Romani, etiam non inſerta, ſubintelligi debet. ibid. n. 261.
Regulares habentes Privilegium Apoſtolicum, ut a quocumque, quem maluerint Catholico Antiſtite ad Sacros Ordines promoveri valeant, poſſunt ab eorum Superioribus pro Ordinatione dimitti ad Epiſcopum, etiam non Diœceſanum. ibid. n. 262.
Superiores Regulares tenentur Literas Dimiſſorias ad Epiſcopum Diœceſanum dirigere, non obſtante conſuetudine

dine immemorabili eas dirigendi ad alios Antiſtites. Et redduntur rationes. Tom. 2. p. 373. n. 263. 264. p. 274. n. 266. & 268.
Nomine Epiſcopi *Diœceſani*, ad quem Literæ Dimiſſoriæ ſunt dirigendæ, venit Epiſcopus Diœceſanus illius Monaſterii, in cujus familia, ab iis, ad quos pertinet, Regularis ordinandus poſitus ſit. T. 2. p. 374. n. 269.
Dummodo inibi non ponatur ex induſtria per aliquot dies in fraudem Epiſcopi vere Diœceſani. *ibid.* n. 270.
Fraus hæc non præſumitur, ſed concludenter probari debet ad effectum, ut Superior Regularis incurrat pœnas in Decreto *Clementino* contentas. *ibid.* n. 271.
Sed quanto tempore Regulares ordinandi morari debent in Monaſterio Diœceſis Epiſcopi Ordinatoris, ad effectum, ut de illius familia dici poſſint? *ibid.* n. 272.
Si Monaſterium, in quo degunt Regulares ordinandi, ſit vere Nullius Diœceſis, tunc Litteræ Dimiſſoriæ dirigi debent ad Epiſcopum viciniorem. *ibid.* n. 273.
Si Epiſcopus Diœceſanus ſit abſens, vel non ſit habiturus Ordinationem generalem, de qua conſtare debet prævio publico Edicto, poteſt Superior Regularis Dimiſſorias ad alium Antiſtitem dirigere. *ibid.* n. 274. & 276.
Amplius, etiam ſi ab Epiſcopo Diœceſano fieret Ordinatio privata pro aliquibus. *ibid.* n. 275.
Subditi Regulares ab eorum Superioribus pro Ordinatione dimiſſi in caſibus ſupradictis ad alienum Antiſtitem, non indigent Litteris Dimiſſorialibus proprii Epiſcopi Diœceſani, ut licite ordinari valeant. *ibid.* n. 277.
Minuſque Litteris commendatitiis ejuſdem Epiſcopi Diœceſani. T. 2. p. 375. n. 278.
Tenentur tamen Superiores Regulares in Litteris, quas dirigunt ad alienum Antiſtitem, exprimere cauſam abſentiæ Epiſcopi Diœceſani, vel Ordinationis Generalis ab eo non peragendæ. *ibid.* n. 279.
Et hujuſmodi expreſſione omiſſa, incidunt in pœnas contentas in Decreto *Clementino*. *ibid.* n. 280.
Limita, ſi Epiſcopo non Diœceſano certo conſtet Diœceſanum eſſe abſentem, aut Ordinationes non eſſe habiturum. *ibid.* n. 281.
Regulares, ſive ab Epiſcopo Diœceſano, ſive ab alio, in caſibus a Decreto *Clementino* permiſſis ad Ordines promovendi, an examinari debeant, quoad doctrinam ab Epiſcopo Ordinatore? *ibid.* n. 282. & ſeq.
Epiſcopus Ordinator, examine excepto, inquirere nequit ſuper aliis requiſitis Regularium ordinandorum, ætatis nempe &c. T. 2. p. 376. n. 291.
Superiores Regulares Litteras Dimiſſorias ad alium, quam Epiſcopum Diœceſanum, contra præſcriptum Decreti *Clementini* dirigentes, ſubjacent pœnis privationis Officii, & Dignitatis, ſeu adminiſtrationis, necnon vocis activæ, & paſſivæ, aliiſque arbitrio Pontificis. *ibid.* n. 292.
Amplius, quamvis Regularis dimiſſus, Litteris prælatis poſtea non utatur. *ibid.* n. 293.
Pœnæ hujuſmodi non ſunt latæ, ſed ferendæ Sententiæ. Et redduntur rationes. *ibid.* n. 295.
Contrarium, quod ſint latæ Sententiæ. *ibid.* n. 296. & ſeqq.
Regulares vero contra formam Decreti *Clementini* ad Ordines promoti, ſuſpenſionis pœnam incurrunt. T. 2. p. 377. num. 300.
Contrarium, quod ab omni pœna ſint immunes? Et ita a Sacra Congregatione Concilii reſolutum. *ibid.* n. 301. & 302.

Literæ facultativæ.

Literas, vulgo nuncupatas *facultativas*, quibus a Sac. Congregatione indulgebantur Vicariis Capitularibus, ut intra annum vacationis Sedis Epiſcopalis Literas Dimiſſoriales concedere poſſent, non amplius concedi mandavit ſan. mem. *Benedictus XIII.* T. 2. p. 367. n. 208. & 209.
Prohibitio tamen hæc non percotit caſum, quo, ratione Beneficii obtenti, vel obtinendi, quis ad Ordines ſuſcipiendos infra annum ſit arctatus. T. 2. p. 368. n. 210. & 211.
Vid. V. Literæ Dimiſſoriales.

Literæ Teſtimoniales.

De formula qua concipi ſolent Literæ Teſtimoniales pro Ordinibus ſuſcipiendis? T. 2. p. 356. n. 98.
Epiſcopus *Originis*, vel *Domicilii* poteſt ad SS. Ordines promovere proprium Subditum abſque Literis Teſtimonialibus illius Epiſcopi in cujus Diœceſi Studiorum cauſa moram traxit. T. 2. p. 349. n. 31.
Natus ex accidenti in aliquo loco, ſi inibi tamdiu maneat, ut Canonico aliquo impedimento irretiri poſſit, indiget Literis teſtimonialibus Epiſcopi illius loci, ut ordinari licite valeat ab Epiſcopo paternæ Originis. *ibid.* n. 29.
Quemadmodum, ſi quis ordinari velit ab Epiſcopo *Domicilii*, indiget Teſtimonialibus Epiſcopi *Originis*, ſi ab hujus loco diſceſſerit in ætate, qua impedimentum aliquod contrahere potuit. T. 2. p. 349. n. 30.
Literis Teſtimonialibus Epiſcopi *Originis* indiget qui ordinari velit ab Epiſcopo *Domicilii*. *ibid.* n. 31.
Et tam Epiſcopi *Originis*, quam Epiſcopi *Domicilii* neceſſariæ ſunt Literæ Teſtimoniales, quando Ordinatio expletur ab Epiſcopo *Beneficii* T. 2. p. 353. n. 75. & p. 354. n. 80.
Sed Epiſcopus *Beneficii* tenetur in collati Ordinis documento mentionem facere tam de Literis præfatis, quam de ſufficientia redditiuum Beneficii, alias Ordinatus poterit per Epiſcopum *Originis*, aut *Domicilii* ab exercitio Ordinis ſuſpendi. T. 2. p. 359. n. 129.
Vid. V. Ordinarius ratione Beneficii.
Literæ Teſtimoniales Epiſcopi *Originis*, & *Domicilii* neceſſariæ, ut quis licite ordinari valeat ab Epiſcopo *Beneficii*, percutere ſolum debent mores, natalem, & ætatem Ordinandi. T. 2. p. 354. n. 85.
Nec neceſſarium eſt, quod exprimant valorem Beneficii juxta taxam Synodalem loci, in quo erectum reperitur, prævia illius juſtificatione facienda coram eodem Epiſcopo *Originis*, aut *Domicilii*. Et ita reſolutum. *ibidem* n. 86. & p. 35 . n. 91.
Poteſt tamen tam Epiſcopus *Originis*, quam *Domicilii* inquirere ſuper ſufficientia valoris Beneficii poſt Ordines collatos ab ejuſdem Beneficii Epiſcopo. Tom. 2. p. 355. n. 88.
Literæ Teſtimoniales Epiſcopi tam *Originis*, quam *Domicilii* pro Ordinatione explenda ab Epiſcopo *Beneficii*, debent eſſe in forma ſpecifica conceſſæ. *ibid.* n. 92. & p. 356. n. 97.
Hinc Clerico ad Sacros Ordines promovendo, non ſuffragantur Literæ Teſtimoniales conceſſæ pro Ordinibus minoribus ſuſcipiendis. T. 2. p. 355. n. 93.
Amplia, etiamſi poſt ſuſceptos minores Ordines ſemper permanſerit in loco Beneficii. *ibid.* n. 94.
Minuſque ſufficere poſſunt Literæ patentes, quas de prima Tonſura ſibi collata quis reportavit ab Epiſcopo *Originis*, licet poſt eas obtentas ſtatim a Patria receſſerit. T. 2. p. 356. n. 95.
Literæ eædem concedi ſolitæ quibuſcumque Clericis e Diœceſi diſcedentibus, quod nempe ſint bonis, & honeſtis moribus præditi, & nullo Canonico impedimento irretiti, deſervire nequeunt pro Teſtimonialibus Epiſcopi *Originis*, aut *Domicilii*. *ibid.* n. 96. & 102.
Contrarium. *ibid.* n. 99.
Literæ præfatæ ab Epiſcopo *Originis*, & *Domicilii* impetrandæ, exprimere non debent cauſam, ob quam conceduntur, videlicet ſuſcipiendi Ordines ab Epiſcopo *Beneficii*, ſed ſufficit, quod earum vigore in genere conſtet de Vita, & moribus Ordinandi. *ibid.* n. 99. & 102.
Contrarium. *ibid.* n. 102.
Literæ ab Epiſcopo *Originis* obtentæ pro aſſequendo Beneficio ſimplici a Dataria, an deſervire valeant loco Teſtimonialium pro obtinendo Subdiaconatu ab Epiſcopo *Beneficii*? *ibid.* n. 102.
Qui poſt ſuſceptum aliquem ex Sacris Ordinibus ab Epiſcopo *Beneficii* cum Literis Teſtimonialibus Epiſcopi *Originis*, & *Domicilii*, continuo in loco *Beneficii* permanſit, novis non indiget Teſtimonialibus, ut ad cæteros Ordines ab eodem *Beneficii* Epiſcopo promoveatur. *ib.* n. 103.
Literis tamen præfatis indigeret, ſi poſtea ad locum *Originis*, aut *Domicilii* rediret, & inibi per aliquod conſiderabile tempus moratus fuerit. T. 2. p. 357. n. 104.
Epiſcopus *Beneficii*, ſi Subditum ſuum ordinandum ad alium dimittat, an teneatur in Literis Dimiſſorialibus mentionem facere de Literis Teſtimonialibus Epiſcoporum *Originis*, & *Domicilii*? *Vid. V. Ordinarius ratione Beneficii.*
Literæ Teſtimoniales tam Epiſcopi *Originis*, quam *Domicilii* ſunt neceſſariæ ad effectum, ut Epiſcopus familiarem ſuum Triennalem ordinare poſſit. Tom. 2. p. 359. n. 134. 136. & 137.
Et de hujuſmodi Literis Epiſcopus Patronus mentionem facere tenetur in Teſtimonio Ordinis collati. T. 2. p. 363. n. 166.
Literæ Teſtimoniales Prælati inferioris omnimoda Juriſdictione quaſi Epiſcopali gaudentis, neceſſariæ ſunt, ad effectum ut illius Subditi ab Epiſcopo viciniori ordinari poſſint, vel ad alium, ut ordinentur, ab Epiſcopo ipſo dimitti. T. 2. p. 371. n. 247.
Quinimmo Epiſcopus vicinior in Literis Dimiſſorialibus, quas Subditis præfatis concedit, tenetur inſerere clauſulam -- *Receptis Literis Teſtimonialibus ſui Ordinarii* --. *ibid.* n. 246.
Subditos Prælati inferioris, qui Juriſdictione quaſi Epiſcopali

pali non gaudeat; poteſt Epiſcopus vicinior abſque illius Literis Teſtimonialibus ordinare, aut ad alium ordinandos dimittere. T. 2. p. 372. n. 249.
Literas Teſtimoniales concedere poteſt Vicarius Capitularis ſuis Subditis, qui Breve *Extra tempora* pro Ordinibus Sacris ſuſcipiendis Epiſcopo viciniori directas, a Sede Apoſtolica obtinuerunt. T. 2. p. 368. n. 214.
Sed juxta ſtylum, & praxim Romanæ Curiæ, Literæ Teſtimoniales in Brevibus præfatis exquiruntur ab Epiſcopo viciniori. *ibid.* n. 215.
Praxim hanc ita nonnulli interpretantur, ut Epiſcopus vicinior una ſimul cum Vicario Capitulari, Literas Teſtimoniales concedere debeat. *ibid.* n. 216.
Verum diſtinguitur, aut qui Breve *Extra tempora* obtinuit promovetur ab alio, quam ab Epiſcopo viciniori cum illius tamen Literis Dimiſſorialibus, & neceſſariæ ſunt Literæ Teſtimoniales Vicarii Capitularis. *ibidem* numer. 217.
Aut promovetur ab ipſomet Epiſcopo viciniori, & licita eſt ordinatio etiam abſque dictis Literis Teſtimonialibus Vicarii Capitularis. *ibid.* n. 218.
Vid. V. Ordinarius ratione Beneficii. V. Ordinarius ratione Domicilii. V. Ordinarius ratione Familiaritatis. V. Ordinarius ratione Originis.

LOCA.

Loca Juriſdictionalia.

Vid. V. Feudum.

Loca pia.

Locus pius, & Religioſus ex quibus efformetur? T. 2. p. 48. num. 187.
Loca pia Urbis regulariter ſunt Eccleſiaſtica. Tom. 2. p. 43. n. 251.
Adminiſtratores loci Religioſi, durante adminiſtratione, non poſſunt conſiderari ſeorſim a loco. Tom. 2. pag. 48. n. 188.
Loca pia, quibus competit Juſpatr. uti corpus inanimatum, præſentare non poſſunt. T. 2. p. 49. n. 298.
Juſpatr. relictum Officialibus, Miniſtris, & Adminiſtratoribus laicis Locorum piorum, an, & quando cenſeatur relictum eorum intuitu, vel potius intuitu ipſius Eccleſiæ, ad effectum, ut judicari debeat Eccleſiaſticum, vel Laicale? *Vid. V. Juſpatr. Eccleſiaſticum. V. Perſona.*
Vid. V. Confraternitas. V. Hoſpitale.

LOCATIO.

Locationes Bonorum Eccleſiæ anticipatis ſolutionibus, prohibitæ ſunt a Concilio Tridentino, quocumque Privilegio, ac Indulto non obſtante. T. 4. p. 156. n. 4. p. 157. num. 11.
Et Succeſſor in Beneficio poteſt Penſiones a Conductore anticipate ſolutas de novo exigere, remanente Conductori actione pro illis repetendis ab hærede Locatoris. T. 4. p. 157. n. 6. & ſeq.
Et, an anticipatis ſolutionibus locari poſſint Beneficii bona, quæ ſingulis triennis, ſexenniis, aut decenniis, fructum ferunt? T. 4. p. 157. n. 7. p. 159. n. 31.
Facultatem deveniendi ad hujuſmodi locationes denegare ſolet: Sac. Congregationes Epiſcoporum, & Concilii. T. 4. p. 157. n. 8. p. 159. n. 31.
Neceſſitate Eccleſiæ concurrente, poſſunt illius bona ultra annum anticipatis ſolutionibus locari, & quare? T. 4. p. 157. n. 9. & 10.
Quemadmodum, ſi concurrat Indultum Apoſtolicum. *ibid.* n. 11. & 13.
Indulta a Prædeceſſoribus Pontificibus conceſſa Beneficiatis locandi anticipatis ſolutionibus, ultra unicum annum, fructus ſuorum Beneficiorum, revocantur per Regulam LXIX. T. 4. p. 156. n. 1.
Et, an Regula præfata revocet ſimilia Indulta conceſſa Capitulis, Collegiis, aliiſque corporibus inanimatis? *Vid. V. Regula XLIX.*
Locationes Bonorum Beneficii, an probent verum illius valorem? *Vid. V. Regula LV.*
Decedente intra quinquennium uſufructuario Servi, qui illius operam ad dictum tempus locavit eum pacto, ut nonniſi eo completo perſolvi deberet Penſio, hæc pro rata temporis, quo vixit uſufructuarius, illius hæredi debetur, & quare? T. 4. p. 159. n. 40. & p. 160. n. 47.

LOTHARINGIA.

Lotharingia non comprehenditur ſub Concordatis Germaniæ. T. 1. p. 203. n. 60. & p. 204. n. 66.
Nec reſpectu Monaſteriorum in ea exiſtentium viget immemorabilis conſuetudo eligendi, ſed de illis ſemper Papa diſpoſuit vel in Titulum, vel in Commendam. T. 1. p. 203. n. 64.
Monaſteria omnia, etiam Conſiſtorialia, exiſtentia in Ditionibus *Lotharingiæ*, & *Bari*, exceptis Monaſteriis, quæ ſunt Capita Ordinum, providentur ex Indulto ſan. mem. *Clementis XII.* ad Regis Chriſtianiſſimi nominationem, dummodo eorum vacatio *apud Sedem* non ſequatur. *Vid. V. Galliarum Rex.*

LOVANIUM.

Vid. V. Univerſitas Studiorum Lovanii.

LUCRUM DOTALE.

Vid. V. Dos.

M

M. DUX HETRURIÆ.

Vid. V. Hetruria.

MANDATARII.

Vid. V. Curſores.

MANDATUM.

Mandatum expediendi gratis.

Cardinales, qui poſt eorum Promotionem per ſex menſes continuos in Curia morati ſunt, gaudent Privilegio expediendi *Gratis* Proviſiones omnes Beneficiorum, ſive per obitum, ſive per Reſignationem, nec non Penſionum Reſervationes. T. 3. p. 40. n. 101.
Sed aliquando iis indultum fuit mandatum expediendi *Gratis*, etiamſi per dictum tempus Romæ moram non traxerint. *ibid.* n. 102.
Non gaudent tamen dicto Privilegio, qui ante Cardinalatum Beneficii poſſeſſionem vigore Brevis *de capienda poſſeſſione* adepti ſunt, licet Literas poſt Cardinalatum expedierint. *ibid.*
Cardinales ſolvunt Componendam pro emptione Officiorum vacabilium. *ibid.* n. 103.
Cardinalium Fratres Germani, Nepotes, ac Pronepotes, ſive ex Fratribus, ſive Sororibus Germanis, cæterique illorum Conſanguinei, & Affines, an, & pro quibus Gratiis gaudeant Mandato expediendi *Gratis*? *ibid.* a n. 105. ad n. 116.
Imperator, Reges, & Principes Supremi, inter quos Dux *Mantuæ*, *Parmæ &c.* eorumque Filii, etiam *naturales*, Privilegio gaudent expediendi *Gratis*. Tom. 3. pag. 41. n. 117.
Dummodo Gratia ipſorum commodum reſpiciat, ſecus ſi ad eorum Supplicationem favore tertii ſit elargita. *ibid.* n. 120.
Deſcendentibus tamen a ſanguine Regio, ſi *ex Corpore* Principis Regnantis progeniti non ſint, Privilegium hujuſmodi non competit. *ibid.* n. 118.
Sed ex gratia ſpeciali ipſis quoque, etſi naturalibus, indultum aliquando fuit Mandatum expediendi *Gratis*. *ibid.* num. 119.
Nepotes, & Conſanguinei Regnantis Pontificis, pro quibuſcumque materiis gaudent Privilegio expediendi *Gratis*, & exempti ſunt, etiam a ſolutione Componendæ, in emptione Officiorum vacabilium. *ibid.* n. 121.
Gaudent hujuſmodi Privilegio *Cubicularii Secreti* Pontificis, nedum in Proviſionibus Beneficiorum per obitum, ſed etiam per Reſignationem, & in Penſionibus. *ibid.* n. 122.
Quemadmodum *Cubicularii honoris*, & *Prælati domeſtici* in proviſionibus Beneficiorum per obitum tantum. *ibidem* n. 123.
Mandatum tamen expediendi *Gratis* alicui conceſſum, non evincit illum eſſe Papæ familiarem. T. 3. p. 112. n. 115.
Sed ſolum deſervit pro adminiculo probandæ familiaritatis, ſi aliæ concurrant circumſtantiæ eam ſuadentes. *ibid.*

Filius

Digitized by Google

Filiis Familiarium Papæ indulgetur Mandatum expediendi *Gratis*, quando eorum Patres eo gaudere non poſſunt. T. 3. p. 41. n. 125.
Familiares Conſanguineorum Pontificis gaudent Mandato expediendi *Gratis*. *ibid.* n. 126.
Familiares Datarii pro tempore exiſtentis, non gaudent Privilegio expediendi *Gratis*, ſed Collegium Scriptorum aliquando iis Taxam remittit. *ibid.* n. 129.
Sed Privilegio præfato gaudet *Auditor* Datarii, & quare? *ibid.* n. 128.
Privilegio expediendi *Gratis*, an, & pro quibus Gratiis gaudeant *Dataria Officiales*? *ibid.* n. 127.
Confidentiarii Penſionum Hiſpaniarum? *ibid.* n. 130.
Scriptores Apoſtolici, eorumque Parentes, Conſanguinei, & familiares? *ibid.* n. 131. & ſeqq. & p. 42. n. 140.
Jannizzeri, ſeu Apoſtolicarum Literarum Sollicitatores. T. 3. p. 41. n. 134.
Theſaurarius Generalis? *ibid.* n. 135.
Sed Clerici Cameræ Apoſtolicæ non amplius hodie, ut priſcis temporibus, dicto gaudent Privilegio. *ibid.* n. 136.
Privilegio expediendi *Gratis*, etiam Beneficiorum Proviſiones per reſignationem, gaudent *Secretarii Sacrarum Congregationum Urbis*, *Nuncii Apoſtolici*, *Sacræ Rotæ Auditores*, *& Protonotarii Apoſtolici de numero Participantium*. *ibid.* n. 137.
Nec non *Abbreviatores de Parco Majori*, ac *Abbreviatores de Minori Præſidentia*, eorumque Parentes, & Conſanguinei. *ibid.* n. 138.
Et quid de eorum *Subſtitutis*? *Ibid.* n. 138. & 140.
Privilegium præfatum, exceptis expeditionibus Officiorum, & Beneficiorum Conſiſtorialium, competit familiaribus Card. *Camerarii* in Urbe præſentis. *ibid.* n. 139.
Sed Cardinali præfato abſente, gaudent dicto Privilegio octo familiares *Regentis Cancellariæ*. *ibid.*
Oratores Principum apud Sedem Apoſtolicam, gaudent Privilegio expediendi *Gratis* pro ſe, Fratribus, & Nepotibus. T. 3. p. 42. n. 141.
Non tamen in Proviſione Beneficiorum Conſiſtorialium. *ibid.* n. 143.
Reſidentibus Ducum *Sabaudiæ* pluries Mandatum expediendi *Gratis* indultum fuit. *ibid.* n. 142.
Sed *Pro-Regibus*, & *Gubernatoribus* Provinciarum Regis Catholici, hujuſmodi Privilegium elargiri non conſuevit. *ibid.* n. 144.
Conclaviſtæ, & *Dapiferi*, quomodo gaudeant mandato expediendi *Gratis*? *ibid.* n. 145.
Gaudent Mandato expediendi *Gratis*, etiam Eccleſias Cathedrales, *Officiales*, & *Conſultores* Tribunalis Sanctiſſimæ Inquiſitionis Urbis. *ibid.* n. 146.
Necnon *Notarii & Subſtituti* ejuſdem Tribunalis. *ibidem* n. 147.
Ac *Inquiſitores* etiam Generales Provinciarum Civitatum, & Locorum. *ibid.* n. 148.
Et ita pluries in praxi ſervatum. *ibid.* n. 149.
Sed hujuſmodi Privilegio non gaudent *Barones* Romani. *ibid.* n. 150.
Gratiæ omnes in Regno *Hyberniæ*, *Gratis* expediuntur. *ibid.* n. 151.
Et quæ diſpenſationes Matrimoniales *Gratis* etiam expediri ſoleant? *ibid.* n. 152.
Penſiones Palatinæ reſervatæ pro Perſona nominanda, ſi *Palatinis* ipſis exemtis poſtea diſtribuantur, *Gratis* expediuntur. *ibid.* n. 153.
Gratis expediuntur materiæ omnes, ſuper quibus Pontifex ex Gratia Mandatum indulgeat. *ibid.* n. 154.

Mandatum de Diſpenſando.

Vid. V. Gratia in forma Dignum, & in forma Commiſſaria. V. Irregularis, Irregularitas.

Mandatum Judiciale.

Mandatum Rotale vivente Pontifice expeditum, poteſt Sede Apoſtolica vacante, citra nullitatis vitium exequutioni demandari. T. 2. p. 154. n. 59.
Judicis Juriſdictio non ſtatim expirat Mandato expedito, ſed durat quouſque illud plenam obtinuerit exequutionem. *ibid.* num. 60.

Mandatum Procuræ.

Mandatum Procuræ, in quo nullus certus conſtitutus eſt Procurator, ſed illius nomen relictum in *albo*, ut in eo poſtea deſcribi poſſit, de ſtylo omnium Curiarum rite ſubſtinetur. T. 3. p. 345. n. 131.
Et validum eſt Matrimonium contractum per Procuratorem in dicto *albo* poſtea deſcriptum. *Vid. V. Matrimonium per Procuratorem contractum.*
Quemadmodum & ſubſtinentur Reſignationes Beneficiorum expletæ per conſenſum a Procuratore prælato præſtitum. *Vid. V. Regula XLV.*
Mandatum per Epiſtolam exaratum, vel Epiſtolæ miſſivæ, an ſufficiant pro conſenſu præſtando in Reſignationibus Beneficiorum? *Vid. Verb. Regula XLIV.*
Mandatum ad conſentiendum Reſignationi, quomodo, & quando revocari poſſit? *Vid. eod. V.*
Vid. V. Procurator.
In materia odioſa & objectiva, Mandatum eſt plene, & concludenter probandum. T. 2. p. 278. n. 106.
Mandatum pro obtinenda gratia non præſumitur intercesſiſſe ex obligatione emiſſa ab Expeditionario expediendi Literas. *ibid.* n. 107.

Mandatum de Subrogando.

Vid. V. Regul. XXIX. V. Subrogatio Gratioſa.

MANTUA.

Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales in ſpecie.

MANUALIA BENEFICIA.

Vid. V. Beneficia manualia. V. Beneficia Regularia.

MARCA ARGENTI.

Marca argenti quid importet? T. 4. p. 61. n. 15. & 17.
Et de Marca argenti mentio habetur in *Cap. Cum pridem 4. de Pactis.* *ibid.* num. 16.

MARCHIONES.

Vid. V. Principes.

MATRIMONIUM.

Nulla eſt Beneficiorum collatio expleta favore illius, qui poſt contractum Matrimonium Sacris Ordinibus initiatus fuit. T. 3. p. 55. n. 59.
Amplia, etiamſi Matrimonium prætendatur nullum, niſi præceſſerit Judicis Eccleſiaſtici ſententia ſuper nullitate præfata. *ibid.* n. 60.
Per contractum Matrimonii, an, & quomodo vacent Beneficia Eccleſiaſtica? *Vid. V. Beneficia quoad vacationem per contractum Matrimonii.*
Et, an vacent Cappellaniæ laicales, ſeu Legata pia? *Vid. eod. V. & V. Cappellaniæ Laicales.*
Lege fundationis, an caveri poſſit, quod Beneficium Eccleſiaſticum retineatur in ſtatu Conjugali? Et quomodo lex iſta approbari ſoleat a Sac. Congregatione? *Vid. V. Beneficia quoad vacationem per contractum Matrimonii.*
Dignitati Cardinalatus, an renunciari poſſit poſt contractum Matrimonii? *Vid. V. Cardinalatus.*
Per contractum Matrimonii vacant Dignitates Eccleſiaſticæ, quæcumque illæ ſint, quamvis Beneficiis adnexa non exiſtant. T. 4. p. 96. n. 83.
Quinimo & vacant Magiſtratus Eccleſiaſtici. *ibid.* n. 84.
Protonotariatus de numero participantium, an vacet per contractum Matrimonii? Et an Reſervatarius Decreti prætium amittat? *Vid. V. Protonotariatus.*
Abbreviatoria de Parco Majori, an vacet per contractum Matrimonii? *Vid. V. Abbreviatoria.*
Officia venalia Romanæ Curiæ, quæ nullam habent dignitatem Eccleſiaſticam adnexam, an vacent per contractum Matrimonii? *Vid. V. Officia vacabilia Romanæ Curiæ.*
Per contractum Matrimonii non expirant Gratiæ Diſpenſationum ſuper Irregularitate, Illegitimitate, aut ſuper retentione incompatibilium antea obtentæ. T. 4. p. 94. n. 52.
Sed Matrimonio diſſoluto, poteſt diſpenſatus iis uti perinde, ac ſi Matrimonium non contraxiſſet. *ibid.*
Amittuntur tamen per contractum Matrimonii *Acceſſus Regreſſus*, & alia jura ad Beneficium ante Matrimonium præſervata, & quare? *ibid.* n. 53.

Matrimonium adverſus interdictum Pontificis.

Poteſt Pontifex Perſonam aliquam inhabilem reddere ad Matrimonium contrahendum. T. 4. p. 15. n. 108.
Et poteſtate hac quamplures Pontifices uſi ſunt. *ibid.* n. 109.

Matrimo-

Matrimonium adverſus Pontificis inhibitionem contractum, nullum eſt, ſi inhibitio contineat Decretum irritans, validum vero, ſi Decreto præfato ſit deſtituta. T. 4. p. 16. n. 110.
Stante Decreto in Literis Apoſtolicis ſuper Diſpenſatione Matrimoniali adjecto, quod *alter ex Contrahentibus alteri ſupervivens perpetuo abſque ſpe conjugii remaneat* -- nequit Conjux ſuperſtes altero defuncto, novum Matrimonium abſque ejuſdem Decreti relaxatione a Sede Apoſtolica obtinenda, contrahere. T. 4. p. 15. n. 105.
Relaxatio tamen præfata de facili conceditur facta expreſſione, *quod Conjux ſuperſtes continenter vivere diffidat. ibid.* n. 106.
Matrimonium contractum adverſus Decretum præfatum, illius relaxatione non obtenta, validum eſt, licet illicitum. *ibid.* n. 107. & p. 16. n. 111. & 112.
Et ita reſolutum anno 1705. a Congregatione particulari. T. 4. p. 16. n. 112.

Vid. V. Diſpenſatio Matrimonialis.

Matrimonium quoad Conſenſum.

Papa ſupplere non poteſt in Matrimoniis Contrahentium conſenſum. T. 3. p. 115. n. 18.
Per Matrimonium nullum ex defectu conſenſus, an vacent Beneficia? *Vid. V. Beneficia quoad vacationem per contractum Matrimonii.*

Matrimonium quoad Denunciationes Canonicas.

Canonicæ Denunciationes pro Matrimoniis contrahendis, neceſſariæ ſunt neceſſitate præcepti, non Sacramenti, earumque omiſſio Matrimonium non irritat. T. 4. p. 18. n. 132.
Regum Galliarum Ordinationes circa neceſſitatem Denunciationum pro validitate Matrimoniorum in Galliis, intelligi debent quoad effectus civiles, non pro validitate Sacramenti. *ibid.* n. 133.
Adverſus Contrahentes in Urbe Matrimonia ſine Denunciationibus, & non petita licentia Card. Vicarii, nulla pœna ſpiritualis, aut temporalis impoſita reperitur, ſed tam Contrahentes ipſi, quam Teſtes, & Parochus puniuntur pœna vel Carceris, aut alia arbitrio ejuſdem Card. Vicarii. T. 4. p. 19. n. 134.
Alias in Sac. Congregatione Concilii diſcuſſum, an expediret, quod Card. Urbis Vicarius imponeret pœnam aliquam temporalem, vel ſpiritualem contra ſupradictos reſpective Tranſgreſſores, & quam? Reſolutumque *nihil innovandum.* *ibid.* n. 135. & p. 21. n. 183.
Parochi, qui omiſſis Denunciationibus Canonicis aſſiſtentiam præſtant Matrimonio, ſuſpendi debent ex Decreto *Concilii Lateranenſis* per *triennium* ab Officio, gravius puniendi, ſi culpæ qualitas poſtulaverit. T. 1. p. 19. n. 136.
Pœnam hanc non ſuſtulit Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de Reform.* *ibid.* n. 137.
Non ſunt tamen Parochi plectendi pœna Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ. T. 4 p. 20. n. 116.
Pœna Contrahentium Matrimonium omiſſis Denunciationibus, tam ex Concilio *Lateranenſi*, quam *Tridentino*, eſt arbitraria T. 4. p. 19. n. 138. 139. & 142.
Et Archiepiſcopo *Bracharenſi* poſtulanti a Sac. Congregatione remedium aliquod ad occurrendum Matrimoniis hiſce clandeſtinis, reſponſum fuit -- *ſatis proviſum per Concilium.* T. 4 p. 21. n. 184.
Contrahentes Matrimonium in gradu prohibito abſque Denunciationibus, mulctat *Concilium Tridentinum*, quod *ſeparentur, & ſpe diſpenſationis conſequendæ careant.* T. 4. p. 19. n. 141.
Adverſus Contrahentes Matrimonium abſque Denunciationibus, graves pœnas ſtatuendas eſſe, eam præſertim Exilii, exiſtimant nonnulli DD. *ibid.* n. 144. & p. 21. n. 172.
Et ex legibus *Hiſpaniarum*, puniuntur Contrahentes præfati pœna exhæredationis, Confiſcationis bonorum, & Exilii. *ibid.* n. 173.
Adverſus Contrahentes præfatos poſſunt Epiſcopi Excommunicationis pœnam imponere. T. 4. p. 19. n. 145.
Et impoſita reperitur in pluribus Synodalibus Conſtitutionibus. *ibid.* n. 147. 148. 150. & 151.
Sed pœnam Excommunicationis imponendam non eſſe cenſuit *Sotus*, & quare? *ibid.* n. 152.
Temporibus Cardinalis *Bellarmini*, nullum adhuc a Sac. Congregatione Concilii adinventum erat remedium pro tollendo gravi abuſu circa Matrimonia clandeſtina ex defectu Denunciationum. T. 4. p. 20. n. 153.
Referuntur quamplura ejuſdem Sac. Congregationis Decreta, quibus nulla præſcribitur certa pœna adverſus Contrahentes Matrimonia ſine Denunciationibus, ac Teſtes eidem aſſiſtentes, ſed ea Ordinariorum arbitrio remittitur. T. 4. p. 20. n. 154. 155. 156. & 157.
Verum, Epiſcopo petenti, quod adverſus Matrimonium Contrahentes abſque Denunciationibus conſtituatur pœna Excommunicationis latæ ſententiæ Sedi Apoſtolicæ reſervata, Sac. Congregatio Concilii reſpondit, ſatius eſſe, ut ſtatuatur pœna *Interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ*, a qua non poſſint abſolvi, niſi peracta prius publica pœnitentia. *ibid.* n. 158. 161. & 165.
Et hujuſmodi pœna uniformis eſt illi, quæ imponitur in Cap. *Omnis utriuſque ſexus, de Pœnit. & Remiſſ.* & Canoni Concilii *Londinenſis.* *ibid.* n. 159.
Aliquando etiam *Sac. Congregatio* præfata reſcripſit, quod ſuper remediis opportunis agatur in Synodo Diœceſana, ac de iis certior reddatur Sac. Congregatio. *ibid.* num. 162.
Aliquando vero, quod Contrahentes, & Cooperatores puniantur graviter, & publice, etiamſi abſentes, & contumaces fuerint. *ibid.* n. 163.
Et, an graviori pœna plecti debeant, ſi Matrimonium conſumaverint? T. 4. p. 21. n. 174.
Edictum Epiſcopi irrita declarans Matrimonia abſque Denunciationibus contracta, nullum eſſe, & abolendum, reſpondit *Sac. Congregatio Concilii.* T. 4. p. 20. n. 160.
Poſſunt Epiſcopi, pœnis etiam pecuniariis locis Piis applicandis, punire Contrahentes Matrimonia abſque Denunciationibus. T. 4. p. 19. n. 143. p. 21. n. 167. & 171.
Nec non eos, qui contrahunt coram Parocho ex juſta cauſa diſſentiente. T. 4. p. 21. 168 & 171.
Quemadmodum, & Teſtes, qui in ſupradictis caſibus Matrimonio aſſiſtentiam præſtant, quatenus tamen ſint in dolo. *ibid.* n. 171. 175. & 177.
Et Teſtes præfati in nonnullorum ſententia puniri poſſunt, etiam pœna Relegationis. *ibid.* n. 178.
Teſtes Matrimonio clandeſtino aſſiſtentiam ſcienter præſtantes, peccant mortaliter. *ibid.* n. 176.
Si per Conſtitutionem Synodalem, vel Edictum pœnæ aliquæ imponendæ ſint adverſus Contrahentes Matrimonium ſine Denunciationibus, bonum eſſet, quod ſub iis comprehendatur Procurator, ſi per ipſum contrahatur. *ibid.* n. 179.
Et ſic ſervatum fuit a Synodo *Toletana.* T. 4. p. 19. n. 147. & p. 21. n. 180.
Quodque, etiam comprehendantur omnes præſtantes conſilium, auxilium, vel favorem, ut dictum fuit in Synodo Provinciali *Neapolitana*, & in nonnullis Reſolutionibus Sac. Congregationis. Tom. 4. p. 19. n. 150. & p. 20. n. 155. 156. & p. 21. n. 181.

Matrimonium quoad Diſpenſationem ſuper gradibus prohibitis.

Vid. V. Diſpenſatio Matrimonialis.

Matrimonium quoad Diſpenſationem in illius radice.

Vid. V. Diſpenſatio in radice Matrimonii.

Matrimonium quoad impedimenta illud dirimentia.

De impedimento *Raptus. Vid. V. Raptor, Raptus.*
Impedimentum *Criminis* non oritur, ſi Vir Uxorem occidat non ad effectum contrahendi Matrimonium cum Amaſia, ſed ut liberius libidini vacare poſſit. T. 4. p. 11. n. 56.
Matrimonium in *primo* Conſanguinitatis gradu *in linea recta*, eſt prohibitum de jure naturæ. T. 4. p. 7. n. 12.
Et, an jure itidem præfato ſint prohibitæ Nuptiæ in aliis gradibus ejuſdem *lineæ rectæ, primo* excepto? *Remiſſive. ibid.*
Nuptiæ inter Conjunctos *primo* affinitatis gradu in *linea recta*, an prohibitæ ſint de jure naturæ? T. 4. p. 8. n. 18. 19. & ſeqq.
Et, an eodem jure ſint prohibitæ *in primo* Affinitatis gradu *in linea tranſverſali?* *ibid.*
Jure civili prohibitum eſt Matrimonium inter *Privignum, & Novercam.* T. 4. p. 9. n. 23.
Nec non inter *Vitricum, & Privignam.* T. 4. p. 8. n. 18. & 24.
Ac inter *Socerum, & Nurum, Generum, & Socrum.* T. 4. p. 9. n. 24.
Nuptias inter Conjunctos *primo affinitatis gradu linea tranſverſali* execrari ſolent nonnullæ Nationes Catholicæ, præſertim *Polona.* T. 4. p. 10. n. 36.
Jure *Leviticorum* Conjugia cum *Relicta* fratris defuncti cum liberis, omnino erant improbata, permiſſa vero, & demandata,

Digitized by Google

demandata, ad ſuſcitandum ſemen Fratris defuncti ſine filiis. Tom. 4. pag. 10. num. 37.
Vid. V. Diſpenſatio Matrimonialis.

Matrimonium filiorum familias.

Matrimonia a filiis familias contracta reluctantibus, & non conſentientibus Parentibus ſunt valida, tam de jure civili, quam Canonico antiquo. Tom. 4. p. 16. n. 114. & 115.
Nec non Concilii Tridentini. T. 4. p. 17. n. 116. & 117.
Et quid in eodem Concilio actum, diſcuſſumque fuit circa Matrimonia filiorum familias? *ibid.*
Matrimonia reluctantibus Parentibus a filiis familias contracta, valida ſunt etiam in Galliis. Tom. 4. pag. 16. n. 113.
Et Regum Galliarum Ordinationes reſpicientes invaliditatem eorumdem Matrimoniorum, vel nullæ ſunt, eaſque non Judices Eccleſiaſtici in Galliis ſequi tenentur. T. 4. p. 17. n. 123. & 124.
Vel intelligendæ, non quoad *vinculum Sacramenti*, ſed ſolum quoad contractum civilem reſpectu Dotis, ſucceſſionis filiorum, exhæredationis, &c. T. 4. p. 17. n. 125. & p. 18. n. 127. 128. *Vid. V. Gallia.*
Sicque etiam intelligi debent ſimiles Ordinationes *Caroli V.* Imperatoris, & *Philippi IV.* editæ ſuper Matrimonio filiorum familias in *Belgio.* T. 4. p. 18. n. 116.
Improbantur *Arreſta* Parlamentorum Franciæ, quæ Matrimonia filiorum familias, diſſentientibus Parentibus contracta, aliquando invalida, etiam quoad *vinculum Matrimonii*, declararunt. *ibid.* n. 129. & 130.
Et ſpretis hujuſmodi *Arreſtis*, Sac. Congregatio Concilii pro eorumdem Matrimoniorum validitate, reſpondit. *ibid.* num. 131.

Matrimonium per Procuratorem contractum.

Matrimonium contractum cum Mandato Procuræ ſpecialiter exarato ad contrahendum cum certa Perſona, ſed cum nomine Procuratoris *in albo* relicto, quod poſtea fuit a Patre Sponſæ repletum, validum exiſtimavit Sac. Congregatio Concilii. T. 3. p. 345. n. 132.
Quemadmodum, & alterum Matrimonium contractum cum Mandato Procuræ extenſo in folio albo, cui Vir ſubſcripſerat ſub illis verbis -- *conſtituo ut ſupra. ibidem* numer. 133.
Revocatio Mandati ad contrahendum Matrimonium ſpeciali jure ſubſiſtit, etiamſi non fuerit Procuratori intimata. T. 3. p. 346. n. 135.
Et ad removendum omne dubium, ſi ignotus ſit Procurator, quia ejus nomen relictum *in albo* Mandati, revocatio fieri poteſt vel Parocho, vel Perſonæ certæ, cum qua eſt contrahendum, vel coram Ordinario. *ibid.* n. 136.
Vid. V. Mandatum Procuræ.

MEDIOLANUM.

Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales in ſpecie. V. Italia.

MELEVITANA INSULA.

Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales in ſpecie.

MENDICANTES.

De tranſlatione Mendicantium ad alium Ordinem. *Vid. V. Regulares quoad Tranſitum ad alium Ordinem.*

MENSIS.

Menſis incipit a puncto mediæ noctis ultimi diei Menſis antecedentis, & durat uſque ad mediam noctem ultimi diei Menſis ſequentis. T. 2. p. 6. n. 2.
In Diœceſi *Leodien.* Menſis incipit ab ortu ſolis primi illius diei. *ibid.* n. 3.
Vacante Beneficio in Menſe Apoſtolico ſive per mortem naturalem, ſive civilem Beneficiati, an expreſſio Menſis fieri debeat Pontifici *diſpoſitive*? Et quid ſi vacaverit in Menſe vigore Concordatorum Germaniæ reſervato? *Vid. V. Reg. IX. reſervatio quoad Menſes, pro quibus inducta eſt.*
Expreſſio Menſis, an ſit neceſſaria in proviſionibus Beneficiorum expletis per Ordinarios? *Vid. eod. V.*
Aut quando Papa providet Beneficia vacantia in Menſibus ordinariis? *Vid. eod. V.*
Emergente dubio, an Beneficium vacaverit in Menſe Apoſtolico, vel ordinario, an ad Proviſum Apoſtolicum ſpectet probatio, quod in Menſe Apoſtolico vacaverit, vel potius probandum ſit a Proviſo per Ordinarium, quod vacatio ſequuta fuerit in Menſe ordinario? *Vid. eod. V.*
Riganus in Reg. Cancellaria. Tom. IV.
De Alternativa Menſium? *Vid. V. Alternativa in Beneficialibus.*

MENTECAPTUS.

Canonicus mentecaptus non poteſt per organum ſui Curatoris ſuffragium ferre in Capitulo. Tom. 1. pag. 258. n. 318.
Nec jus Turni exercere, *ibidem* num. 314 & ſeqq. *Vid. V. Turnus.*
Reſignatio Beneficii a mentecapto, vel demente poſſeſſi, non aliter admitti ſolet, quam prævio conſenſu Curatoris, & reſervata, ut plurimum, illius favore congrua penſione. Et referuntur exempla. T. 3. p. 338. n. 19.
Reſignationes Officiorum vacabilium Romanæ Curiæ ex Perſona illorum, qui ſunt dementes, ſeu mentecapti, admittuntur deputato Curatore ad præſtandum conſenſum. Et referuntur exempla. *ibid.* n. 20.
Dementibus, & mentecaptis, Pontifices deputare ſolent Coadjutores in Beneficiis, quæ obtinent, vel *motu proprio*, vel prævio conſenſu Curatoris, Congrua ipſis Coadjutoribus, aliquando aſſignata. Et referuntur exempla. Tom. 3. p. 339. n. 39.

METROPOLITANA ECCLESIA.

Vid. V. Eccleſia Metropolitana.

METROPOLITANUS.

Metropolitanus cognoſcere non poteſt de gravamine, quod a Suffraganeo illius Subdito illatum prætenditur, ante Sententiam definitivam. T. 3. p. 185. n. 61.
Nec ad effectum præfatum mandare poteſt *Suffraganeo*, etiam ſimpliciter, & abſque inhibitione, ut ſibi tranſmittatur copia Proceſſus expenſis Appellantis ad finem interloquendi, prout de jure. *ibid.* n. 62.
Metropolitani de jure communi facultatem ex vi proprii muneris non habent providendi Eccleſiis Suffraganeis de Paſtore. 1. 1. p. 121. n. 28.
Sed ex Indulto Apoſtolico *Archiepiſcopus Salisburgenſis* pleno jure providet quatuor Eccleſias Epiſcopales ſibi Suffraganeas. *Vid. V. Archiepiſcopus Salisburgenſis.*
Denegatum fuit Archiepiſcopis Mexicanis pro tempore Indultum providendi de Paſtore Eccleſiam *de Manile* in Inſulis Philippinis. T. 1. p. 185. n. 69. & 71.
Vid. V. Epiſcopus quoad Promotionem.
Metropolitani priſcis temporibus confirmabant electos aut a Clero, aut a Capitulo. T. 1. p. 111. n. 29.
Metropolitanus Suffraganeo ſuo inhabili ad Pontificale Officium exercendum, Coadjutorem temporalem propria auctoritate dare ooo poteſt. T. 1. p. 122. n. 35.

MILITES.

Milites Lauretani, Pii, &c.

Milites Pii, *Lauretani*, *S. Petri*, *S. Pauli*, *&c.* licet non habitent in Palatio, panem non habeant, & Pontifici non inſerviant, ſed ſolum percipiant emolumenta ſuorum Officiorum, ſunt ex Conſtit. *Pauli III.* Sedis Apoſtolicæ Officiales, & veri Familiares, & Commenſales Pontificis. T. 1. p. 108. n. 138 & ſeq. & p. 317. n. 2.
Eorumque Beneficia ſunt obnoxia reſervationi perſonali *Regulæ IV. & Extravag. ad Regim.* *ibid.*
Vid. V. Officiales.
Officia præfata adnexum habent Protonotariatum Apoſtolicum. *Vid. V. Protonotarii.*
Ex eo tamen, quod dicti Milites ſunt Protonotarii, & Familiares Papæ, non inſurgit reſpectu Beneficiorum, quæ obtinent duplex reſervatio perſonalis excluſiva Indulti Cardinalis. *Vid. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
Ex duobus Officiis diverſæ ſpeciei, & ſeparatim ab eadem Perſona acquiſitis, puta *Militis Pii, & Militis Lauretani*, an inſurgat duplex reſervatio, altera ratione Protonotariatus deſumpta ex uno Officio, & altera ratione familiaritatis deprompta ex altero? *Vid. eod. V.*
Et, an duplici reſervationi ſint obnoxia Beneficia illius, qui fuit Protonotarius ratione officii *Pii*, ſeu *Lauretani*, & ſimul *Scriptor Apoſtolicus*? *Vid. eod. V.*
Milites Pii, *& Lauretani &c.* an ſint Curiales? *Vid. V. Curiales.*

Militer Ordinum Militarium.

Vid. V. Ordines Militares.

MISSA.

Uſus linguæ vernaculæ, an debeat per Sedem Apoſtolicam permitti in celebranda Miſſa, & adminiſtrandis Sacramentis pro aliquo Populo infideli novnar ad fidem converſo, ſeu convertendo, ſi non adſint, qui calleant linguam latinam? *Vid. V. Lingua Latina.*

De Poteſtate facta a Sede Apoſtolica *Moravis*, aliiſqua Populis celebrandi Miſſam, & Officia Divina proprio Idiomata. *Vid. eod. V. & V. Regula XX.*

Obligatus celebrare Miſſam *per ſe ipſum*, an teneatur tempore infirmitatis, aut alterius juſti impedimenti Miſſam celebrata per alium? *Vid. V. Cappellanus.*

Miſſa quoad eleemoſynam.

Maxima exoptabile eſſet, ut Sacerdotes vivere poſſent independenter ab eleemoſyna Miſſarum. Tom. 1. p. 407. n. 55.

Eleemoſyna Miſſarum cedit in ſtipendium ſuſtentationis Sacerdotis. *ibid* n. 60.

Eleemoſyna Miſſarum an ſit detrahenda a valore Beneficii pro conſtituenda taxa ſufficienti, ut illud deſervire poſſit pro titulo Sac. Ordinationis? *Vid. V. Ordines Sac. quoad Titulum.*

MIXTUM.

Vid. V. Caſus ſimplex, vel mixtus.

MONACHUS.

Monaci de jure communi ſubſunt Abbati in concernentibus ſolum diſciplinam Regularem, ſed in reliquis ſubjecti ſunt Epiſcopis. T. 1. p. 108. n. 120.

De Tranſlationa Monachorum ad alienum Ordinem. *Vid. V. Regulares quoad Tranſitum.*

Monaci an, & quando capaces aſſe poſſint Beneficiorum ſecularium? *Vid. Verb. Regulares quoad Beneficia ſecularia &c.*

Et, an Monaci unius Monaſterii ſint capaces Beneficiorum alterius Monaſterii? *Vid. V. Regulares unius Ordinis, vel Monaſterii, quoad Beneficia alterius Ordinis, vel Monaſterii.*

MONASTERIA.

Monaſteriorum appellatione juxta Cancellariæ ſtylum, veniant ſolum Monaſteria Conventum habentia, & ſic electiva. T. 1. p. 198. n. 10.

Et quando Conventum non habent, exprimi ſolet Monaſterium *quod Conventu caret.* *ibid.* n. 11.

In Eccleſiis Monaſterialibus, & Conventualibus non acquiritur a Fundatoribus laicis, etſi Regibus, jus eligandi Abbatem, niſi adſit Privilegium Apoſtolicum in limine fundationis elargitum. T. 1. p. 199. n. 34.

De reſervationa Monaſteriorum excedentium annuum valorem 200. florenorum, tam ſi Conventu carent, quam ſi Conventum habeant, & ſolita ſint commendari, nec non Monaſteriorum, quæ ſint electiva? *Vid. V. Regul. II. quoad reſervationem Monaſteriorum Virorum &c.*

Monaſteria *electiva apud Sedem* vacantia, quamvis ſint reſervata vigore *Extravag. ad Regim.* in ea tamen nulla fit mentio qualitatis electivæ. T. 1. p. 199. n. 29.

Ceſſiones Monaſteriorum, quæ ſunt S. Sedi immediate ſubjecta, fieri non poſſunt niſi in manibus Pontificis. T. 1. p. 70. n. 307. & p. 108. n. 121.

Et factæ in manibus Capituli non ſubſiſtunt, nec illius vigore poſſunt Monaci ad novam electionem devenire. Et ita pluries reſolutum. T. 1. p. 208. n. 21.

Permittit tamen aliquando Sedes Apoſtolica, ut facta dimiſſione in manibus Pontificis, Capitulum ad novam electionem deveniat. T. 1. p. 70. n. 307.

Abbatibus in Suffraganeos electis, vacant Monaſteria, ſed indulgetur in Germania illorum retentio. *Vid. V. Germania. V. Suffraganeatus, Suffraganeus.*

Monaſteria Germaniæ vacantia per obitum Cardinalium ſunt reſervata Apoſtolicæ Sedi, quæ aliquando vel indulget Monacis facultatem eligendi Succeſſorem, vel ſequuta electione, de illis ex integro diſponit favore, ut plurimum, ejuſdem Patronæ nullitet electæ. T. 1. p. 93. n. 39. & ſeqq.

Vid. V. Cardinalis quoad Benefitia. V. Germania.

Monaſteria in ſpecie.

Monaſterium *Altaripanum* Ordinis Ciſtercienſis eſt in libris Cameræ taxatum uſque a tempore *Joannis XXII.* T. 1. p. 207. n. 109. & 115.

Monaſterium *Lobbienſe* eſt ſitum in Patria *Leodienſi.* T. 1. p. 106. n. 89.

De origine Monaſterii *Cluniacenſis*, ac de libertate aligendi Abbatem in ejus fundatione Monacis conceſſa. T. 3. p. 271. n. 80.

Indulgentias, quas aſſeritur *Urbanum II.* conceſſiſſe Viſitantibus certis anni temporibus *Monaſterium S. Mariæ Bartini ad Cavam Mateliaaam* Apocryphas exiſtimat *Morinus.* T. 4. p. 49. n. 13. *Vid. V. Indulgentiæ.*

Ad Monaſterium *de Bellipodia* Canonicorum Præmonſtratenſium *Urgelien.* Diœceſis in Hiſpaniis, Rex Hiſpaniarum vigore Concordiæ a Sede Apoſtolica approbatæ, nominat, ſeu præſentat in Abbatem Triennalem unum ex tribus Monacis, qui a Conventu ſibi proponuntur. T. 1. p. 210. n. 138. & p. 211. n. 143.
Vid. V. Abbatia in ſpecie.

De Jubileo cum aperitione Portæ S. quod certo tempore frui contendebat Eccleſia Monaſterii *S. Petri de Roden.* *Vid. V. Jubileum.*

Monaſteria Capita Ordinum.

Proviſi in Commendam de Monaſteriis, quæ ſunt *Capita Ordinum*, tenentur vigore Concilii Tridentini, aut infra ſex Menſes Profeſſionem emittera, aut renunciare Commendæ. T. 3. p. 104. n. 23.
Vid. V. Abbatia.

Monaſteria *Capita Ordinum*, an ſint commendanda? *Vid. V. Monaſteria quoad Commendam. V. Regula XLIII.*

Monaſteria quoad Commendam.

De origine Commendarum Monaſteriorum, earumque vindiciis, necnon de Indultis commendandi Beneficia ab iis dependentia, quæ a Seda Apoſtolica aliquando Commendatariis conceduntur? *Vid. V. Commenda in Beneficialibus.*

Commenda Monaſterii *in Gallia*, & *Germania*, an inducat affectionem, itaut ea ceſſante Monachi Abbatem eligere prohibeantur? *Vid. V. Affectio. V. Gallia. V. Germania.*

Monaſteria electiva regularites Pontifices commendare non ſolent, & Congregatio Conſiſtorialis pluries Inſtantias pro Commendis rejecit. T. 1. p. 206. n. 92.

Monaſteria, que ſunt *Capita Ordinum* commendanda non eſſe expreſſe mandavit Concilium Tridentinum. Tom. 3. p. 271. n. 79.

Eaque in Gallia providentur ad electionem Monachorum. *ibid.* n. 81. 82.

Sed aliquando commendata in Galliis ad inſtantiam Regum Chriſtianiſſimorum. *Vid. V. Commenda in Beneficialibus, V. Beneficia Conſiſtorialia.*

Monaſteria Conſiſtorialia.

Monaſteria communi extimatione valorem annuum 200. *Florenorum* excedentia, dicuntur *Conſiſtorialia.* T. 1. p. 197. n. 4. & ſeqq.

Eaque ſunt Apoſtolicæ Sedi reſervata. *Vid. Verb. Regula II. quoad Reſervationem Monaſteriorum &c.*

Da Monaſteriis præfatis Papa *Conſiſtorialiter* diſponere conſuevit. *ibid.* n. 4. & 9.

Æquiparantur illa Eccleſiis Epiſcopalibus. *ibid.* n. 5.

Aſſerenti Monaſterium non conſueviſſe *Conſiſtorialiter* provideri, onus incumbit id concludenter probandi. *ibid.* n. 10.

Monaſteria *Conſiſtorialia*, etſi extra Conſiſtorium, & per Datariam provideantur, nihilominus pro Conſiſtorialibus habentur. *ibid.* n. 11. & 12. p. 198. n. 17. p. 208. n. 111. p. 278. n. 62.

Et probatur Monaſterium eſſe *Conſiſtoriale* ax eo ſolum, quod ſit taxatum in libris Cameræ. Tom. 1. p. 197. n. 13. p. 208. n. 110.

Non eſt tamen neceſſe, ut dicatur Monaſterium *Conſiſtoriale*, quod in libris Cameræ ſit taxatum in Florenis 66. ⅔ ſed ſufficit quod communi eſtimatione valeat Florenos 200. T. 1. p. 197. n. 15. & 17.

De Taxa Monaſteriorum *Conſiſtorialium*, & de Libro, in quo continetur. T. 1. p. 214. n. 148.

Et ſecundum Taxam libri præfati regulatur valor Beneficiorum Conſiſtorialium. *ibid.* *Vid. Verb. Taxa.*

Monaſteria in libris Cameræ taxata, non veniunt appellatione *Beneficii.* T. 1. p. 276. n. 30.
Maxime quando agitur de materia pœnali. *ibid.* n. 31.
Monaſteria, ut dicantur *Conſiſtorialia*, neceſſe eſt quod conferantur in Titulum perpetui Beneficii. T. 2. p. 206. n. 96.
Conſiſtorialitas Monaſterii excluditur ex eo, quod Abbas electus non a Papa, ſed a Generali Ordinis confirmetur. T. 1. p. 211. n. 141.
Monaſteria *Conſiſtorialia*, ac Beneficia indefinite deſcripta, & taxata in libris Cameræ, quamvis Taxa ſit minor ea, quæ facit Beneficium Conſiſtoriale, non comprehenduntur ſub Indultis Cardinalium. Tom. 1. pag. 107. num. 97. *Vid. Verb. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
Regulæ XIX. *De Viginti*, XXXV. *De Annali Poſſeſſore, & de Publicandis Reſignationibus*, non habent locum in proviſionibus Monaſteriorum quæ fiunt *Conſiſtorialiter*, ſecus ſi *extra Conſiſtorium* expleantur. T. 1. p. 197. n. 14. T. 2. p. 240. n. 44. p. 251. n. 196.
Monaſteria *Conſiſtorialia* non ſubjacent Cenſuræ ſecundæ partis Regulæ II. *Vid. Verb. Regula II.*
Et, an ſubjaceant diſpoſitioni ſecundæ partis *Regulæ III.* qua Reſignanti Beneficia intra tempus vacationis, & proviſionis alterius incompatibilis Apoſtolica auctoritate factæ imponitur pœna vacationis, ut prius, ſecundi Beneficii obtenti? *Vid. V. Regula III. V. Reg. XXVI.*
Vid. V. Beneficia Conſiſtorialia.
Indultum eligendi ad Monaſteria valorem annuum 200. floren. excedentia, debet eſſe expreſſum, & individuum cum ſpeciali derogatione Reſervationibus contentis in Regul. Cancellariæ. T. 1. p. 203. n. 61.
De jure nominandi quo gaudet Rex Chriſtianiſſimus ad Monaſteria Galliarum vigore Concordatorum? *Vid. V. Galliarum Concordata.*
Et ad Monaſteria Regionum, quæ Concordatis non ſubjacent. *Vid. V. Galliarum Rex.*
De jure præſentandi, quo fruuntur Reges Hiſpaniarum ad Monaſteria in earum Ditionibus exiſtentia. *Vid. V. Hiſpaniarum Rex.*
De Jure nominandi ad Monaſteria Regi Poloniæ competente? *Vid. V. Poloniæ Rex.*
De Jure nominandi ad *Duces Sabaudiæ* ſpectante ad Monaſteria in ſuis Ditionibus ſita? *Vid. V. Dux Sabaudiæ.*
De Jure præſentandi, quod habet Rex U. Siciliæ ad Monaſteria Siciliæ ultra Pharum? *Vid. V. Siciliæ Utriuſque Rex.*

Monaſteria Monialium.

Vid. V. Monialium Monaſteria.

Monaſteria quoad Succeſſionem ex perſonis Monachorum.

Vid. V. Succeſſio.

MONETA.

Si certa monetæ ſpecies in contractum deducatur vel eſt eadem perſolvenda, vel altera ejus loco ſubrogata cum augmento tempore ſolutionis. T. 3. p. 4. n. 29.
In conſtituenda Monetæ æſtimatione, ſufficit honeſta proportio materiæ ad formam, nec illa in indiviſibili conſiſtere debet. T. 3. p. 6. n. 47.
Beneficiorum valor in qua moneta exprimi ſoleat? *Vid. V. Regula LV. V. Valor.*
De Monetis in ſpecie. *Vid. V. Ducatus auri. V. Florenus. V. Marca argenti. V. Scutum auri. V. Sterlingus. V. Turonenſis.*

MONIALES.

Moniales quoad tranſitum ad aliud Monaſterium.

Moniales de jure communi tranſire poſſunt ad Monaſteria ſtrictioris Ordinis. T. 2. p. 306. n. 140.
Nec Juris hæc diſpoſitio correcta fuit, aut per Concilium Tridentinum, aut per Conſtitutionem S. Pii. *ibidem* numer. 141.
Et tranſire poſſunt ad Monaſteria ſtrictioris Ordinis licentia petita, licet non obtenta. T. 2. p. 307. n. 143.
Contrarium, quod Moniales pro hujuſmodi tranſitu indigeant expreſſa Summi Pontificis licentia. *ibid.* n. 144.
Superiores Regulares, an poſſint propria auctoritate Moniales ſibi ſubjectas a Monaſteriis extra Urbes, vel Oppida exiſtentibus, reducere ad Monaſteria intra Urbes, & Oppida, vel requiratur ad hoc Apoſtolicæ Sedis licentia, aut ſaltem Epiſcoporum conſenſus? T. 2. p. 307. n. 145.
Licentia tranſeundi ad Monaſteria arctioris, vel æqualis obſervantiæ, Monialibus aliquando indulgeri ſolet per organum Datariæ. Et quibus ſub conditionibus? *ibidem* n. 146. & 147.
Sed regulariter licentia præfata, etiam pro tranſitu ad aliud Monaſterium ejuſdem Ordinis, impertitur a Sac. Congregatione Epiſcoporum, & Regularium. *ibid.* n. 148.
Tranſitus Monialis, non aliter indulgeri ſolet, quam prævio conſenſu Monialium utriuſque Monaſterii capitulariter, ſecretiſque ſuffragiis præſtando. *ibid.* n. 149.
Priſcis temporibus exquirebatur ſolum conſenſus Monaſterii *ad quod.* *ibid.* n. 150.
Conſenſus Monaſterii *a quo*, ſi irrationabiliter denegetur, ſuppleri ſolet per Sacram Congregationem. *ibidem* numer. 151.
De ſtylo Sacræ Congregationis, in Tranſlatione Monialium adjicitur etiam clauſula, quod Monialis tranſlata *Dotem primo Monaſterio ſolutam, libere relinquat, & novam integram Dotem ſecundo Monaſterio perſolvat.* *ibidem* n. 152.
Et hujuſmodi clauſula, etiam non adjecta, de jure ſubintelligitur. *ibid.* n. 153. & p. 308. n. 155. & 156.
Moniali voluntarie cum Sedis Apoſtolicæ licentia ad aliud Monaſterium ſe transferenti, nec alimenta debentur a primo Monaſterio. T. 2. p. 308. n. 157.
Amplia, etiam ſi tranſlatio ſequatur ob infirmitatem, aliaſve juſtas, & rationabiles cauſas. *ibid.* n. 158.
Immo etiam pro introducenda, vel reformanda diſciplina Regulari in ſecundo Monaſterio. *ibid.* n. 159.
Sed aliquando indulgere ſolet Sac. Congregatio, ut Moniali tranſlatæ perſolvantur alimenta a primo Monaſterio; Et quibus in caſibus? *ibid.* n. 160.
Perſolvi tamen debent a primo Monaſterio alimenta, quando Monialis ad ſecundum ſe transfert correctionis, vel pœnitentiæ cauſa. *ibid.* n. 161.
Enumerantur conſuetæ aliæ conditiones ſub quibus præſcribitur tranſitus Monialis ad aliud Monaſterium. T. 2. p. 309. n. 162. & ſeqq.
Præſcribitur præcipue in Tranſlatione Monialis, quod *novum probationis annum repetat, & compleat cum effectu.* *ibid.* n. 164.
Verba præfata obligationem præſeferunt emittendi novam Profeſſionem in ſecundo Monaſterio, ſi eſt diverſi Ordinis. *ibid.* n. 165.
In tranſitu Monialis, etiam ad Monaſterium ejuſdem Ordinis, ſed rigidioris obſervantiæ, injungi ſolet obligatio emittendi novam Profeſſionem. *ibid.* n. 166.
Monialis Indulto tranſlationis uti debet intra tempus in eo præfixum, quod regulariter ad ſex Menſes, vel annum reſtringitur, alias eo elapſo, Gratia evaneſcit. *ibid.* n. 167. & 168.
Et in Indulto præfato adjici ſolet etiam clauſula, quod omnis ſpes ad primum Monaſterium redeundi, ſublata penitus cenſeatur. *ibid.* n. 169.
Legatum relictum primo Monaſterio an debeatur ſecundo ad quod Monialis fuit legitime tranſlata? Et, an Bona in ſtatu ſeculari, vel poſt emiſſam Profeſſionem a Moniali quæſita, tranſeant cum ipſa ad ſecundum Monaſterium, vel potius pleno jure remaneant penes primum? *Vid. V. Regulares quoad Tranſitum ad alium Ordinem.*

Monialium Monaſteria.

Monaſteria Monialium non ſubjacent reſervationi *Regulæ II.* T. 2. p. 214. n. 149.
Et de iiſdem, in quibus Abbatiſſa ad vitam eligitur, quomodo Sedes Apoſtolica diſponere conſuevit? *ibidem* n. 150.
Monaſteria Monialium in Gallia exiſtentia, non ſubjacent Concordatis; Nec Galliarum Reges gaudent Apoſtolico Indulto ad illa nominandi. *Vid. V. Galliarum Concordata.*
Monialium Monaſteria non comprehenduntur ſub Indultis Apoſtolicis quibus gaudent Reges Hiſpaniarum præſentandi ad Monaſteria. *ibid.* n. 150.
De Penſionibus ſuper Beneficiis Eccleſiaſticis, quæ aliquando a Sede Apoſtolica reſervantur favore Monaſteriorum ad vitam Monialium? *Vid. V. Penſio quoad Reſervationem.*
Tranſlata Moniali de uno ad alterum Monaſterium, an ſecundo Monaſterio debeantur bona Moniali acquiſita dum in primo Monaſterio degebat? *Vid. V. Regulares quoad Tranſitum ad alium Ordinem.*

MORS.

Mors civilis non æquiparatur naturali, niſi in caſibus a jure expreſſis. T. 3. p. 87. n. 38.

Lex, aut Statutum loquens de morte, intelligitur de morte naturali, non civili. T. 1. p. 243. n. 80.

De proximo moriturus, habetur pro mortuo, ipſique aſſimilatur. T. 3. p. 357. n. 306. p. 358. n. 321.

Mors Beneficiati abſentis, de quo a pluribus annis habita non fuit notitia, ad effectum, ut illius Beneficia conferri poſſint, quomodo probanda ſit? *Vid. V. Abſens. V. Beneficiatus.*

De pœnis, quibus ſubjacent impetrantes Beneficia ante veriſimilem notitiam mortis Beneficiati? *Vid. Verb. Regula XXX.*

Nouóa mortis Beneficiati a quanto tempore a diverſis Regionibus ad Urbem pervenire poſſit? *Vid. ibid.*

Mortem Beneficiato ſequutam fuiſſe ante, vel poſt tranſactam mediam noctem ultimi diei menſis Ordinarii, an ſpectet ad proviſum Apoſtolicum, vel potius ad proviſum ab Ordinario? *Vid. V. Regula IX. reſervatio quoad Menſes pro quibus inducta eſt.*

MOTUS PROPRIUS PAPÆ.

Vid. V. Gratia Motu Proprio.

MUNERA.

Penſio, quæ in Pervigilio Nativitatis D. N. J. C. datur Officialibus Datariæ, an ſit munus a Principe eis factum, vel potius ſe habeat loco Salarii? *Vid. V. Datariæ Officiales.*

Et, an integra debeatur Officiali, qui tempore illius diſtributionis reperitur in Officio, ſeu potius pro rata temporis ſit dividenda cum Anteceſſore, vel illius Hæredibus? *Vid. eod. V.*

Similiter *Strenæ*, quæ Datariæ Officialibus dantur nonnullis anni temporibus, anticipate diſtribountur, & debentur illis Officialibus, qui tempore earum diſtributionis in Officio reperiuntur. T. 4. p. 148. n. 44.

Regaliæ, ſeu Strenæ, quæ dantur Miniſtris Cameralibus in prima Camera Menſis Januarii, anticipate diſtribuontur, & debentur iis, qui reperiuntur tempore diſtributionis. T. 4. p. 147. n. 29. p. 148. n. 39. & 41.

Quemadmodum anticipatum eſt Donarium centum ducatorum auri de Camera a Pontifice tradi ſolitum Auditoribus Sac. Rotæ in ultima Audientia. T. 4. p. 148. n. 40. & 41.

Officiales Datariæ, & Cancellariæ ultra Taxam emolumentorum eis perſolvi conſuetam, an valeant *Eſculenta, & Poculenta* recipere? *Vid. V. Regula LXVII.*

Judices, de jure non prohibentur accipere *Eſculenta, & Poculenta*, quæ paucis diebus conſumi poſſunt a partibus ſponte oblata. T. 4. p. 146. n. 18.

Cautius tamen agunt, qui ab hujuſmodi munuſculis ſe abſtineot, & quare? *ibid.*

N

NARRATIVA.

Narraóva omnis tanqoam pars Gratiæ ante illius exequutionem verificatione indiget, quamvis nemo ſit, qui illam impugnet. T. 4. p. 109. n. 10. & 11.

Intellige, ſi in Literis adſit Clauſula -- *ſi eſt ita* --, Ea vero deficiente, ſi nemo opponat, & legitimus non adſit Contradictor, narratorum verificatio neceſſaria non eſt. *ibid.* n. 12. & 13.

Vid. V. Clauſula -- ſi eſt ita --. *V. Exequutor.*

NEAPOLIS REX.

Vid. V. Siciliæ utriuſque Rex.

NEAPOLITANUM REGNUM.

In nonnullis Diœceſibus Regni Neapolitani, ex Decreto *Sac. Congregationis Concilii* permittitur, ut plures Spoliorum Subcollectores deputari poſſint, &, an illorum omnium Beneficia ſint vigore Regulæ V. reſervata? *Vid. V. Regula V.*

In Regno Neapolitano Literæ Dimiſſoriales pro Ordinandis ad primam Tonſuram, & Minores Ordines, dirigi debent ad certum, & determinatum Epiſcopum, nec concedi poſſunt, ut vulgo dicitur, in *bianco*, non deſcripto nomine Epiſcopi ad quem dirigantur. T. 2. p. 363. n. 171.

De requiſitis neceſſariis, quibus, ad tramites Concordati initi anno 1741. inter Sedem Apoſtolicam, & Regem Neapolis, gaudere debent promovendi ad Ordines Minores, & Sacros, & de pœnis incurrendis tam ab Ordinatis, quam ab Epiſcopo Ordinatore, ſi requiſita præfata non concurrant? T. 2. p. 327. †

Et vigore ejuſdem Concordati pro Clericatu in Regno præfato requiritur ætas decem annorum. *ibid.* †

Ejuſque Concordati vigore, Patrimonium Sacrum, ſi in Bonis laicalibus aſſignetur, in qua quantitate conſtitui debeat? Et quomodo ſit exemptum a Datiis, & Gabellis. T. 2. p. 414. †

De Præceptoria Generali *S. Antonii de S. Antonio Viennen. &c.* ac natura, & qualitate Beneficiorum ab ea dependentium? *Vid. V. Ordo S. Antonii de S. Antonio Viennen.*

Beneficia tam ſimplicia, quam reſidentialia, Epiſcopatus, & Abbatiæ in Regno Neapolitano ex Indulto SSmi D. N. BENEDICTI XIV. conferri non poſſunt niſi Regnicolis. T. 2. p. 213. †

Quæ Cathedrales Eccleſiæ in Regno Neapolitano libere a Papa, & quæ ad Regis nominationem providentur? T. 1. p. 176. n. 51.

In Regno Neapolitano paſſim Pontifices derogant Juripatr. ex cauſa Beneficii litigioſi? T. 3. p. 249. n. 219. p. 252. n. 247.

Vid. V. Siciliæ utriuſque Rex.

NOBILITAS.

Invitus, an poſſit nobilitari. T. 1. p. 97. n. 82.

Nobilitatis ratio, an haberi debeat in taxando Patrimonio pro Sac. Ordinatione? *Vid. V. Ordines Sacri quoad Titulum.*

NOVA PROVISIO.

Indulta conferendi Beneficia reſervata, quæ ſive Cardinalibus, ſive aliis conceduntur, clauſulam in ventre habent, quod de iis proviſi debeant a Dataria novam proviſionem reportare. T. 2. p. 28. n. 86. & 88.

Proviſi a Cardinalibus Indultariis de Beneficiis vacantibus in *octo* Menſibus reſervatis, non tenentur reportare a Sede Apoſtolica novam proviſionem, & quare? Tom. 2. p. 86. n. 150.

Contrarium, maxime inſpecta nova formula Indultorum a ſan. mem. *Innocentio XI.* facta. T. 2. p. 77. n. 52. p. 86. n. 151. 152. & 153.

Idque, etiam ſancivit Sanctiſſimus D. N. BENEDICTUS XIV. & ſive Cardinales tanquam Ordinarii vigore exceptionis a Regula IX. ſive tanquam Indultarii Beneficia præfata contulerint. Et exſcribitur *Motus proprius SSmi?* T. 2. p. 86. †

Proviſis ſupradictis, qui novam proviſionem non obtinuerunt, Regula *de Annali* non ſuffragatur. Tom. 3. p. 153. n. 80. p. 154. n. 107.

Proviſus in Commendam de Beneficio ab habente Apoſtolicum Indultum commendandi, tenetur novam proviſionem, ſeu novam Commendam a Sede Apoſtolica intra octo Menſes petere. T. 3. p. 266. verſic. *Che le dette nuove Commende.*

In novis Proviſionibus, & novis Commendis præfatis, an apponi debeat ad tramites *Reg. XLVII.* Clauſula -- *certo tunc expreſſo modo vacan.* --? *Vid. V. Regula XLVII.*

Obſtrictus capere oovam proviſionem a Sede Apoſtolica, ſi illam non obtineat, an allegare poſſit Titulum coloratum ex proviſione Indultarii. T. 3. p. 168 n. 120.

Novæ Proviſiones a Sede Apoſtolica non conceduntur, niſi quando Beneficium eſt reſervatum. Tom. 2. p. 28. num. 87.

Nova proviſio ſuper Vicariis capienda non eſt a Sede Apoſtolica, niſi quando vacatio ſequitur in Menſibus reſervatis. *ibid.* n. 89.

NOVITIUS.

Beneficia non vacant per ingreſſum Beneficiarii in Religionem, ſed per Profeſſionem expreſſam, vel tacitam ab eo emiſſam. T. 3. p. 386. n. 6.

Amplia, etiam Novitiis ipſis volentibus. *ibid.* n. 11.

Et facta a Novitiis renonciatione Beneficiorum, ſuſpendenda eſt eorum collatio, donec ſequatur Profeſſio. *ibid.* n. 12.

Expleta ante Profeſſionem Novitii Beneficii per illam poſſeſſi collatione, hæc nulla eſt, nec per ſubſequentem Profeſſionem validatur. *ibid.* n. 13.

Renunciatio Beneficii facta ante ingreſſum in Religionem, ſed illius intuitu, & contemplatione, evaneſcit, ſi Profeſſio non ſequatur. *ibid.* n. 14.

Et,

Et, an, & quomodo dicatur facta Beneficii reſignatio intuitu, & contemplatione ingreſſus præſtan? T. 3. p. 386. n. 15.
Reſignatio Beneficii a Novitio facta non ſuſtinetur, niſi ſervata fuerit forma præſcripta a Concilio Tridentino *Seſſ.* 25. *cap.* 16. *de Reformat.* *ibid.* n. 16.
Amplia, etiam ſi mandatum ad reſignandum dederit nondum Religionem ingreſſus, dummodo tempore præſtiti per Procuratorem conſenſus, in Novitiatu degat. Et de ratione *ibid.* n. 17.
Coadjuto Religionem ingreſſo, non fit favore Coadjutoris ſucceſſioni locus, niſi poſt Profeſſionem ab eo emiſſam. *ibid.* n. 18.
Coadjutor, ſi durante probationis anno habitum Regularem dimittat, admittendus eſt ad Coadjutoriam, ut prius. *ibid.* n. 19.
Et ſi interim mortuus fuerit Coadjutus, ſuccedit in Beneficio. *ibid.*
Durante probationis anno, Novitius ſuos facit illos Beneficii fructus, quos Beneficiatus in abſentia percipere poteſt. *ibid.* n. 20.
Canonicus effectus Novitius, an ſit vocandus ad electionem faciendam a Capitulo. *ibid.* n. 21.
Ante Profeſſionem non vacant Beneficia, etiam ſi prorogetur ultra probationis annum. T. 3. p. 387. n. 22.
Beneficia, an vacent per Profeſſionem a Novitio nulliter emiſſam, vel emiſſam in articulo Mortis? *Vid. V. Profeſſio.*
Impetrationes Beneficiorum, quæ ſint vacatura per ingreſſum Religionis, non dantur, niſi Profeſſio præceſſerit Datam Supplicationis. *Vid. V. Regula XLVI. V. Profeſſio.*

NOX.

Media nox in Italia, & in Hiſpania, qua hora habeatur? T. 2. p. 7. n. 6. & 7.
In prima pulſatione Horologii horam mediæ noctis deſignantis, etiam ante finitas alias pulſationes, dicitur expleta media nox. *ibid.* n. 8.
Media nox, ubi plura ſunt Horologia, regulatur cum illo Parœciæ, ſeu Viciniæ in qua Beneficiatus deceſſit, dummodo ceſſet fraus, & notabilis mala ejuſdem Horologii inordinatio. *ibid.* n. 9.
In dubio, quando Horologia diſcordant, judicandum eſt pro vacatione Beneficii in Menſe ordinario. *ibidem* numer. 10.
Intellige, ut *ibid.* n. 11.
Horologia debent eſſe bene regulata, ut mediam Noctem probent. *ibid.* n. 12.
Bona, vel mala ordinatio Horologii, debet probari de tempore præciſo obitus Beneficiati. *ibid.*
Ubi Horologium auditum non fuit, vel nullum adeſt, aut inordinatum, media Nox regulanda eſt arbitrio Judicis ex hominum Judicio, & conjecturis. *ibid.* n. 14.
Gallicinium denotat Noctem jam fere exactam, & inceptum diem Menſis ſequentis. *ibid.*
Contrarium, quod ſit probatio nimium fallax, vel ſaltem conjectura levis. *ibid.* n. 16.
Eſt tamen conſiderabilis, ubi agitur de ſuſtinenda proviſione Ordinarii, cui aſſiſtit jus commune. *ibid.* n. 17.
Mediam Noctem tranſactam fuiſſe, an ad proviſum ab Ordinario, vel ad proviſum Apoſtolicum ſpectet? *Vid. Verb. Regul. IX. Reſervatio quoad Menſes pro quibus inducta eſt.*

NUMERI.

Numeri Abacales, ſeu *Ziffra Arabica* anno circiter 1400. in Europam introductæ fuerunt. Tom. 2. pag. 198. numer. 18.
Hinc, quæ uſque ad Sæculum XIV. leguntur Conſtitutiones Apoſtolicæ, aut Privilegia cum Data numeris abacalibus ſcripta, de falſitate ſuſpecta ſunt. T. 4. p. 53. n. 47. & 48. *Vid. Verb. Falſitas.*
Secreteria Brevium non utitur Abacalibus numeris, ut Cancellaria, ſed Literis numeralibus Romanis. T. 2. p. 198. n. 18. *Vid. V. Regula XVI.*
Dictiones numerales, quæ in Literis Apoſtolicis ante *Kalendas*, *Nonas*, *&* *Idus* apponuntur, deſcribi debent extenſæ per Literas, & Sillabas. *Vid. V. Regula XVI.*

NUNCIATURA APOSTOLICA.

Qui Tribunalibus Apoſtolicarum Nunciaturarum inſerviunt, ſunt Apoſtolicæ Sedis Officiales, eorumque Beneficia, etiam *extra Curiam* vacantia, ſunt vigore *Extr. ad Regimen* Pontifici reſervata. *Vid. Verb. Reg. I. quoad IV. Reſervationem contentam in Extr. ad Regim.*

NUNCII APOSTOLICI *in genere.*

Nuncii, inter Apoſtolicæ Sedis Officiales numerantur, eorumque Beneficia ſunt reſervationi perſonali obnoxia. T. 1. p. 103. n. 160.
Nuncii, qui facultatibus *Legatorum a latere* gaudent, non veniunt ſub generali *Nunciorum* vocabulo. T. 2. p. 183. n. 28.
Nuncii Apoſtolici facultatem habentes conferendi Beneficia non excedentia valorem annuum viginti quatuor ducatorum auri de Camera, poſſunt ea conferre etiam Apoſtolica Sede vacante. T. 2. p. 104. n. 24.
Contrarium. T. 1. p. 268. n. 423. T. 2. p. 105. n. 33. & 40.
Facultas Nunciorum quoad collationem Beneficiorum eſt ordinaria, nec morte Pontificis expirat. Tom. 2. p. 105. num. 26.
Contrarium. T. 2. p. 106. n. 41.
Poſſunt Nuncii Apoſtolici, facultatibus Legatorum a Latere gaudentes, Sede Papali plena concurrere cum Ordinariis in collatione Beneficiorum valorem ducatorum 24. non excedentium. Tom. 2. pag. 105. n. 27. p. 106. num. 41.
Contrarium. T. 2. p. 105. n. 32. & p. 106. n. 42.
Facultas conferendi Beneficia Nunciis Apoſtolicis concedi ſolita, quomodo ſit concepta, & in quibus terminis procedat? T. 2. p. 105. n. 28. & 35.
Nuncii Apoſtolici vigore ſuarum facultatum conferre non poſſunt, niſi Beneficia reſervata vigore Menſium, quæ annuum valorem ducator. 24. non excedunt. *ibid.* n. 33.
Et ex collatione expleta a Nuncio, univocum depromitur argumentum, quod Beneficium vacaverit in Menſe Apoſtolico. *ibid.* n. 39.
Reprobatur *Paſqualig.* exiſtimans Nunciorum facultatem comprehendere Beneficia tam reſervata, quam non reſervata. *ibid.* n. 35. & 36.
Nuncii Apoſtolici, an extra Provinciam, & in ipſa Urbe Roma, præſente Pontifice, actus voluntariæ Juriſdictionis exercere poſſint? *Vid. V. Juriſdictio.*
Familiares, & inſervientes Nunciis Apoſtolicis, an ſint Curiales? *Vid. V. Curiales.*
Nuncius Apoſtolicus diſpenſare non poteſt ſuper retentione Beneficiorum incompatibilium. T. 1. p. 150. n. 37.
Amplia, etiamſi fateatur diſpenſandi facultatem fuiſſe ſibi a Sede Apoſtolica impertitam. *ibid.* n. 38. & 39.
De Indulto elargiri ſolito nonnullis Nunciis Apoſtolicis diſpenſandi ſuper gradibus Matrimonium dirimentibus? *Vid. V. Diſpenſationes Matrimoniales.*
Facultates hujuſmodi, an ſint revocatæ per Regulam XIV. *Vid. V. Regula XIV.*
Et, an dictæ revocationi ſubjaceant facultates diſpenſandi ſuper defectu Natalium, quæ Nunciis Apoſtolicis aliquando elargiri ſolent? *Vid. eod. V.*

Nuncii Apoſtolici in ſpecie.

Nuncius Hiſpaniarum facultate gaudet diſpenſandi ſuper defectu Natalium quoad Beneficia, etiam Curata, Canonicatus, & Dignitates. T. 2. p. 185. n. 48.
Nuncio præfato non licet illius Regionis Clericis Ordines conferre ſine Literis Dimiſſorialibus ſuorum Ordinariorum, minuſque iiſdem Clericis literas eaſdem concedere. T. 2. p. 382. n. 337.
Poteſt tamen Clericos prædictos ſuorum Ordinariorum Literas habentes *per ſe ipſum* ordinare, aut aliis Epiſcopis ordinandi facultatem delegare. *ibid.* n. 338.
Ordines vero, nec in propria Cappella conferre poteſt abſque licentia Epiſcopi Diœceſani. *ibid.* n. 339.
Nuncius Apoſtolicus Venetiarum facultate potiri ſolet legitimandi patientes defectum Natalium. Tom. 2. p. 182. num. 17.

O

OBSERVANTIA.

OBſervantia probari debet in caſu præciſo, de quo agitur. T. 1. p. 249. n. 218.
Et debet eſſe uniformis, non eliſa ex actibus contrariis. *ibid.*
Obſervantia interpretativa, etiam ex unico actu eruitur. Tom. 1. pag. 244. n. 171. & p. 257. n. 297. T. 3. p. 357. n. 311.
Obſervantia eſt optima interpres Conſtitutionum Pontificiarum. T. 1. p. 407. n. 30.
Nec non Conventionum omnium humanarum. T. 3. p. 6. num. 39.

Interpretatur etiam res ambiguas, & eſt primario attendenda, quamvis verborum proprietas repugnet. T. 3. p. 115. n. 123.
Obſervantia ex actibus etiam nullis, & ineffectuatis inducitur. T. 3. p. 248. n. 214.
Nequit majorem ſibi vindicare auctoritatem, quam obtineant actus illi, ex quibus efformatur. ibid. n. 203.
Adverſus jura Romanæ Eccleſiæ, nulla ex Conſtitutione 157. *Urbani VIII.* attenditur obſervantia, aut præſcriptio. ibid. n. 206. p. 252. n. 244. *Vid. V. Sedes Apoſtolica.*
Nec in actibus ei præjudicialibus admittitur probatio famæ Privilegii. T. 3. p. 251. n. 241.
Obſervantia centenaria inducit præſumptionem melioris Tituli, qui excogitari poteſt. T. 1. p. 38. n. 194. & T. 4. p. 50. n. 18.
Etiamſi completa non ſit, ſed ei aliquot anni deficiant. T. 2. p. 38. n. 195.
Vid. Verb. Conſuetudo. V. Conſuetudo immemorabilis. V. Stylus.

OBSTANTIÆ BENEFICIALES.

Obſtantiæ Beneficiales, quæ ſint? Et qui illis gaudeant? T. 4. p. 69. & p. 70. n. 136. 137. 138. & 140.
Referuntur Auctores, qui de *Obſtantiis Beneficialibus* loquuntur. Tom. 4. pag. 70. n. 139.

OFFICIA.

Officia Curiæ Capitolinæ.

Vid. V. Curia Capitolina.

Officia Divina.

Uſus linguæ vernaculæ, an debeat per Sedem Apoſtolicam pro celebrandis Divinis Officiis permitti alicui Populo infideli noviter ad fidem converſo, ſeu convertendo, ſi non adſint, qui calleant Linguam Latinam? *Vid. V. Lingua Latina.*
De Indulto Apoſtolico diverſis Populis noviter ad fidem converſis, ut ſuo quiſque idiomate Divina Officia celebraret? *Vid. eod. V.*

Officia Eccleſiaſtica.

Officii nomen fraternizat cum nomine *Beneficii*. T. 2. p. 61. n. 409.
Et illius reſpectu locum habent Regulæ Cancellariæ, præſertim illa *de Annali*. ibid. n. 410.
Officia Eccleſiaſtica conferri ſolita in titulum perpetuum, ſubjacent reſervationi *Regulæ IX.* ibid. n. 411.
Et comprehenduntur etiam ſub Concordatis Germaniæ. ibid.
Sed Officia ſive perpetua, ſive amovibilia, quæ in titulum perpetui Beneficii conferri non ſolent, quamvis adnexum habeant onus reſidentiæ, ſunt a reſervationibus immunia. ibid.
Enumerantur nonnulla Officia Eccleſiaſtica, quæ ſive in Titulum perpetui Beneficii, ſive non, conferri ſolent. ibid.
Vid. V. Perſonatus. V. Vicedominatus.
Officium, etſi perpetuum, ſi Titulus Eccleſiaſticus non ſit, nullam inducit incompatibilitatem cum Beneficio reſidentiali. T. 1. p. 127. n. 84. p. 128. n. 90.
Diſpoſitio *Clement. Gratiæ de Reſcript.* procedit non ſolum in Beneficiis, ſed etiam in Officiis tam Eccleſiaſticis, quam prophanis, in quibus militat ratio incompatibilitatis. T. 1. p. 375. n. 179.
Officiorum Eccleſiaſticorum nomine non veniunt Officia vacabilia Romanæ Curiæ. T. 4. p. 98. n. 104.

Officia vacabilia, & venalia Romanæ Curiæ.

Facultates percipiendi pretium Officiorum Romanæ Curiæ pro tempore vacantium, & conceſſiones ab Anteceſſoribus Pontificibus factæ ad Officia vacatura, etiam in vim contractus, & ex cauſa oneroſa, ac in Conſiſtorio expletæ, revocantur per Regulam LXIV. *Vid. V. Regula LXIV.*
Et, an ejuſdem Regulæ revocationi ſubjaceant facultates præfatæ reſpectu Officiorum, quæ non vacant ad favorem Papæ, qualia præceteris ſunt Officia Curiæ Capitolinæ? *Vid. eod. V. & V. Curia Capitolina.*
Officia venalia Romanæ Curiæ non veniunt appellatione Beneficiorum, aut Officiorum Eccleſiaſticorum. T. 4. p. 98. n. 104.
Sine Principis aſſenſu non ſunt in Commercio. Tom. 3. pag. 359. n. 331.

Officia vacabilia, & venalia Romanæ Curiæ quoad reſignationem.

In reſignatione Officiorum vacabilium locum non habet diſpoſitio Regulæ XLV. quoad conſenſum *per ſe ipſum* a Reſignante præſtandum, ſi præſens ſit in Curia. T. 3. p. 354. n. 275.
Licet, quo ad alia valeat argumentum a Reſignationibus Beneficiorum ad reſignationes eorumdem Officiorum. ibid n. 276.
Quemadmodum nec Reſignationes Officiorum vacabilium ſubjacent diſpoſitioni Regulæ *de viginti*. *Vid. V. Regula XIX.*
Reſignatio Officiorum vacabilium non dicitur perfecta, niſi poſt extenſum conſenſum & quare? T. 3. p. 354. n. 278. & p. 355. n. 279. & 280.
Et explicantur Doctores aſſerentes, illam perfici per ſolam Supplicationis Signaturam. Tom. 3. p. 356. n. 290. 291. & ſeqq.
Sola Supplicatio ſignata ſuper Reſignatione Officii reddit Gratiam perfectam quoad Principem. ibid. n. 293.
Contrarium, redditur ratio, & ponderatur maximum abſurdum, quod alias ſequeretur. ibid. n. 294. & 296.
Papa ſignando Supplicationes ſuper Reſignationibus Officiorum vacabilium, eas ſignat ſub conditione, quod accedat conſenſus illorum, quorum intereſt, & datentur. ibid. n. 295.
Perfectio Gratiæ Reſignationis Officii vacabilis ante extenſum conſenſus eruì non poteſt ex eo, quod Supplicatio perveniat ad Officium *Componendæ*. Et redditur ratio. ibid. n. 297.
Conſenſus Reſignationi Officii in alieno Capite deſcripti, non poteſt dici præſtitus ab illius Proprietario, ex quo inſteterit pro admiſſione Reſignationis, curavit viſitari Officialem, & obtinuit Signaturam Supplicationis. Et quare? ibid. n. 298. & 299.
Conſenſus in Reſignationibus Officiorum debet eſſe expreſſus, & coram Teſtibus a tergo Supplicationis extendi. ibid. n. 300. & 301.
Supplicatione etiam ſignata ſuper Reſignatione Officii vacabilis, præſtari nequit conſenſus a proprietario poſt obitum Titularis. T. 3. p. 357. n. 302. & 310.
Supplicationi Reſignationis Officii vacabilis non apponitur *Præſentata*. ibid. n. 304.
Officii vacabilis Reſignatio expleta in præjudicium imminentis illius vacationis nulla, & irrita eſt. ibid. n. 308.
De ſtylo Datariæ, Supplicatione etiam ſignata ſuper Officiorum reſignatione, hæc non amplius admittitur, ſi denegatur, aut poſtea ſuperveniat Reſignantis infirmitas. ibid. n. 309.
Quamvis a Datariæ Miniſtro expleta fuerit Viſitatio Titularis. T. 3. p. 358. n. 317. & 322.
Amplia, etiamſi in conceſſione Officii nulla lex adjecta fuerit, quod tempore infirmitatis alienari non poſſit. ibid. n. 315. & 319.
Mutatio periculi vitæ a Reſervatario Officii facta, dum Titularis morti proximus reperitur, tanquam in fraudem proximæ vacationis expleta, non ſubſiſtit. ibidem numer. 316.
Negligentia Miniſtri Datariæ in admittenda Reſignatione Officii, dum Officialis reperitur infirmus, an præjudicet eidem Datariæ? ibid. n. 327. & p. 361. n. 357.
Non præjudicat Datariæ, ubi Officium reſidet penes unam Perſonam cum reſervatione Decreti favore alterius. T. 3. p. 358. n. 328.
Redditur ratio. T. 3. p. 357. n. 312. p. 358. n. 328.
Præjudicat vero, quando agitur de Officio, cujus proprietas, & periculum reſidet in eadem Perſona, & quare? T. 3. p. 358. n. 319. & 326.
Legi adjectæ in conceſſione Officii, quod Reſervatarius in caſu infirmitatis Titularis de eo diſponere non poſſit, ſatis difficiliter Pontifices diſpenſare ſolent. ibidem numer. 329.
Cenſetur tamen ei diſpenſatum, ſi facta in Supplicatione expreſſione gravis infirmitatis Titularis, Papa reſignationem admittat. ibid. n. 330.
Exponitur praxis Datariæ circa diligentias, quas adhibere mandat antequam Officiorum Reſignationem admittat, tam ſi Officialis ſit præſens in Curia, quam ſi abſit. T. 2. p. 241. n. 56. & 57. T. 3. p. 359. n. 334.
Et Stylus eſt, quod ſi Poſſeſſor Officii eſt abſens, tunc ad probandam bonam illius valetudinem non admittuntur Teſtium, aut Notariorum depoſitiones, ſed requiruntur Literæ Teſtimoniales ipſius Ordinarii, & inſuper fidejuſſio ſupravivenitiæ per quadraginta dies. T. 3. pag. 359. n. 335. p. 360. n. 346.

Et

Et conditio hæc ſuperviventiæ, quamvis in Supplicatione Reſignationis non inſeratur, adhuc tacite, & virtualiter ei ineſſe cenſetur. T. 3. p. 360. n. 347. & 348.
Redditur ratio hujuſmodi Styli. T. 3. p. 361. n. 361.
Si vero Officialis eſt præſens in Urbe, *Præfectus Componendarum* illum viſitat, & facta relatione, reſignandi licentia conceditur, vel reſpective denegatur. T. 3. p. 359. n. 336. p. 361. n. 355. p. 362. n. 377.
Et hujuſmodi viſitatio eſt de forma ſubſtantiali pro validitate Reſignationis requiſita. Tom. 3. p. 362. num. 373. 375. 376.
Nec proinde ſuppleri poteſt per æquipollens, nempe per cautionem ſuperviventiæ. T. 3. p. 360. n. 350.
Aut per Teſtium depoſitiones ſuper perfecta valetudine Officialis. T. 3. p. 361. n. 356. & 360. & p. 362. n. 365. 367. 368.
Limita, ſi Poſſeſſor Officij latitaret, nam tunc admittitur Reſignatio ad inſtantiam Reſervatarii illius proprietatis, cum cautione ſuperviventiæ per quadraginta dies. T. 3. p. 360. n. 351.
In dubio, etiam levi perfectæ valetudinis Reſignantis, differtur ad aliquod tempus Reſignationis admiſſio, & ſecundo, aut pluribus vicibus fit per Officialem Viſitatio. T. 3. p. 358. n. 324. p. 359. n. 337.
Et aliquando, quamvis Officialis ſit ſanus, nihilominus, ſi adſit probabilis ſuſpicio, quod poſſit infirmari, adhuc denegatur Reſignationis admiſſio. T. 3. p. 359. n. 338.
Et ponitur exemplum. *ibid.*
Si Reſignatio Officii vacabilis eſt nulla, Officium vacat per obitum Reſignantis, quia adhuc vitæ periculum in ejus capite currit. *ibid.* n. 340.
Facta per Datariæ Miniſtrum recognitione Officialis, & Supplicatione ſignata, & relaxata, Officium non vacat amplius per obitum primi Titularis, quamvis poſt paucos dies ſequutum. T. 3. p. 361. n. 378.
Reſignatio Officii in uno caſu, & certis ſub conditionibus admiſſa, extendi nequit ad alium caſum diverſum, in quo diverſa forma ſervanda erat, eaque ſervata non fuit. T. 3. p. 363. n. 379.
Reſignationes Officiorum vacabilium ex Perſona illorum, qui ſunt dementes, ſeu mentecapti admittuntur deputato Curatore ad præſtandum conſenſum. Et referuntur exempla. Tom. 3. pag. 338. num. 20.

Officia vacabilia, & venalia Romanæ Curiæ quoad vacationem.

Officia venalia Romanæ Curiæ, quæ nullam habent Dignitatem Eccleſiaſticam adnexam, non vacant per contractum Matrimonii. T. 4. p. 96. n. 70.
Et, an vacent Abbreviatoria, & Protonotariatus de numero participantium, aliaque Officia Prælaturam adnexam habentia, etiam ad effectum, quod Reſervatarii Decreti pro pretio eorumdem Officiorum, illud amittant? *Vid. V. Abbreviatoria. V. Protonotariatus, & Protonotarii de numero participantium.*
Ante Conſtitutionem ſan. mem. *Innocentii XI.* Officia venalia Romanæ Curiæ vacabant per Promotionem ad Cardinalatum. T. 4. p. 97. n. 92.
Et ante Conſtitutionem ſan. mem. *Innocentii IX* etiam per aſſumptionem ad Eccleſias Epiſcopales, & Abbatiales. *ibid.* n. 93.
Pretiumque eorumdem Officiorum per hujuſmodi Promotiones amittebatur a Reſervatariis Decreti. *ibid.* numer. 94.
Officia venalia Romanæ Curiæ non vacant per Profeſſionem Regularem. T. 3. p. 387. n. 38.
Officia venalia minora, per ingreſſum Officialium in Religionem incapacem, vacant quoad Officialitatem, non quoad pretium, ſi alter ſit Reſervatarius Decreti. T. 4. p. 97. n. 88. p. 98. n. 98.
Officia Romanæ Curiæ Prælaturam adnexam habentia, quot modis vacare cenſeantur? T. 4. p. 97. n. 95.
Obtinens aliquod ex Officiis præfatis, ſi Religionem ingrediatur, Officii pretium non amittit, ſed cogi poteſt ad illud reſignandum Perſonæ capaci, vel a Pontifice committenda eſt illius adminiſtratio Subſtituto. *ibid.* n. 96.
Officiali libere Officium renunciante, nullum Reſervatario Decreti infertur præjudicium quoad pretium. T. 4. p. 98. num. 100.

OFFICIALES.

Remotio Officialis non ob delictum, ſed ex cauſa Senectutis, Cecitatis, Infirmitatis &c. publicam utilitatem non reſpicit. T. 2. p. 219. n. 60.
Et, an ut ſubſiſtat requiratur derogatio Regulæ *de Jure quæſito non tollendo*? *Vid. V. Reg. XVIII.*
De Officialibus Cancellariæ. *Vid. V. Cancellariæ Officiales.*
De Officialibus Datariæ. *Vid. V. Datariæ Officiales.*
Emolumenta Officialibus dari ſolita certis anni temporibus, an debeantur illi, qui tempore eorum diſtributionis reperitur in Officio, ſeu potius dividenda ſint pro rata ſervitii cum Anteceſſore, aut illius heredibus? *Vid. V. Datariæ Officiales, V. Munera.*
Juſpatr. relictum Officialibus, & Miniſtris laicis Eccleſiarum, locorumque piorum, an, & quando cenſeatur relictum intuitu eorum Perſonæ, aut potius Eccleſiarum, locorumque piorum, ad effectum dignoſcendi, an reputari debeat Eccleſiaſticum, vel Laicale? *Vid. V. Juſpatr. Eccleſiaſticum. V. Perſona.*

Officiales Sedis Apoſtolicæ.

Officiales Sedis Apoſtolicæ enumerati in *Extrav. ad Regim.* ſunt, *Camerarius, Vice-Cancellarius, Notarii, Auditores Rotæ, Correctores, & Scriptores Litterarum Apoſtolicarum, Pœnitentiarii S. Sedis, Abbreviatores, Commenſales Pontificis, Cappellani ejuſdem Sedis, Legati, ſive Nuncii,* ac in Terris Eccleſiæ Romanæ *Rectores, & Theſaurarii.* De his *Vid. ſuo cujuſque Verbo.*
Præter Officiales Sedis Apoſtolicæ *in Extravag.* præfata enumeratos, plures alii adſunt poſtea creati, quorum nonnulli homogeneitatem aliquam cum illis habent, alii non. Tom. 1. p. 106. num. 212. p. 107. n. 210. & ſeqq. & n. 227.
De reſervatione Beneficiorum, quæ obtinent Officiales omnes Sedis Apoſtolicæ, tam ſcilicet illi, qui *in Extravag. ad Regim.* enumerantur, quam alii poſtea creati. *Vid. V. Regula I. quoad quartam reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.*
Officiales Sedis Apoſtolicæ, an, & quomodo ſint Pontificis Familiares? *Vid. eod. V & V. Familiares Papæ.*
Milites *Lauretani, Pii, S. Petri, S. Pauli &c.* ſunt ex Conſtitutione *Pauli III.* Sedis Apoſtolicæ Officiales, & veri Familiares, & Commenſales Pontificis. *Vid. V. Milites Lauretani, Pii &c.*
Qui Tribunalibus Apoſtolicarum Nunciaturarum inſerviunt, ſunt Apoſtolicæ Sedis *Officiales*, eorumque Beneficia, etiam *extra Curiam* vacantia, ſunt reſervata. *Vid. V. Regula I. quoad IV. reſervationem contentam in Extrav. ad Regim.*
Officiales Apoſtolicæ Sedis enumerati *in Extrav. ad Regim.* veniunt appellatione *Curialium.* Tom. 1. pag. 91. num. 6. p. 99. n. 113.
Et ſi obtinent Beneficia Urbis, ea dicuntur vacare *apud Sedem.* T. 1. p. 99. n. 113.
Intellige de illis Officialibus, qui habent nexum aliquem cum Curia, ſecus de Officialibus honoris, ut ſunt illi, qui pecunia Officia acquirunt. *ibid.* n. 114. & 115. *Vid. V. Curialis.*
Familiares, & inſervientes Officialibus Sedis Apoſtolicæ, an ſint Curiales? *Vid. eod. V.*
Officiales Juriſdictionem exercentes in pluribus locis non ſunt plus Officiales, quam illi, qui eam exercent in paucioribus, licet ſint majores. T. 3. p. 240. n. 110.
Officialis, qui Juramentum præſtare tenetur, ex ſola creatione, ante illud præſtitum, eſt verus Officialis. T. 1. p. 382. n. 30.
Vid. V. Protonotariatus, & Protonotarii honoris. V. Subcollector.

OPTIO.

Optio in Beneficialibus.

Optio eſt vera diſpoſitio de Beneficiis. T. 2. p. 192. n. 22.
In dubio non cenſetur per optionem mutatus Titulus Beneficii. T. 1. p. 329. n. 160.
Beneficia reſervata Optioni non ſubjacent. Tom. 1. p. 162. n. 177.
Amplia, etiamſi eorum collatio ſpectet non ad Papam, ſed ad Cardinalem Indultarium. *ibid.* n. 183. & ſeqq.
Canonici ſimultaneam Canonicatuum collationem habentes cum Cardinali Epiſcopo, Præbendas reſervatas optare non poſſunt. T. 2. p. 78. n. 66.
Conſuetudini etiam immemorabili, ac Privilegiis, & Indultis optandi Præbendas pinguiores vigore Menſium, aut alias quomodolibet reſervatas, derogatum fuit per Regulas IX. & XV. Cancellariæ. *Vid. V. Regula IX. quoad derogationem conſuetudinis optandi. V. Regula XV.*
Præbendæ, Domus, Prædia, aliaque membra temporalia ſubjacent etiam Reſervationibus, & optari non poſſunt, ſi perpetuo & inſeparabiliter ſint adnexa Canonicatui,

rui, ſecus ſi ab eo diſtincta, & ſeparata. Tom. 2. p. 108. num. 4.

Adnexio utpote quid facti, debet ab allegante probari. *ibid.* num. 5.

Præbendæ, Domus, Prædia, & id genus temporalia, tunc dicuntur Canonicatui inſeparabiliter adnexa, quando ſunt affixa certo, & individuo Canonicatui, ſecus ſi juri *Canoniæ* in genere. T. 2. p. 109. n. 7.

Contrarium, quod ſubjacent etiam reſervationibus, quando ſunt adnexa *Canoniæ* in genere, licet ſeparabilia ab hoc, vel illo Canonicatu. *ibid.* n. 8.

Si in Eccleſia tot adſint Præbendæ, ſeu Domus Canonicales, aliaque Bona, quot ſunt Canonicatus, præſumuntur illa ſpiritualia, & ſubjacent Reſervationibus Apoſtolicis. *ibid.* n. 9.

Quemadmodum, ſi non correſpondent numero Canonicatuum, dicuntur ſegregata, & independentia a jure *Canoniæ*, ac a reſervatione, immunia. *ibid.* n. 10.

Ex coæqualitate Præbendarum, & Domorum cum Canonicatibus, oritur tantum ſimplex præſumtio earum adnexionis in genere. *ibid.* n. 11.

Domus a Canonico defuncto poſſeſſa ratione Canonicatus, eſt ab illo inſeparabilis, ſecus ſi poſſeſſa fuerit ratione antianitatis, & vigore optionis debitæ antiquiori Canonico. *ibid.* n. 12. & 14.

Ex hoc ſolum quod Domus fuerit poſſeſſa a defuncto Canonico, non eruitur, quod poſſeſſa fuerit *Canoniæ*. *ibid.* num. 13.

Proviſus ab Ordinario ſi contendat excludere optantem ratione adnexionis Domus Canonicatui, tenetur probare illius adnexionem ſpecificam, & incorporationem certo Canonicatui. *ibid.* n. 15.

Proviſo Apoſtolico vigore *Regulæ IX.* ſufficit pro excludenda Optione, quod membra temporalia ſint adnexa *Canoniæ* in genere. *ibid.* n. 16.

Regula IX. intelligi non poteſt de adnexione ſpecifica, quæ cum Optionem excludat, ſuperfluum fuiſſet ei derogare. *ibid.* n. 17.

Reſervationes generales contentæ *in Extravag. Ad regimen*, & in aliis Regulis Cancellariæ, non impediunt Optionem rerum temporalium, quando non concurrit ſpecialis derogatio Statuto, vel conſuetudini optandi. *ibidem* num. 18.

Reſervatio ſpecialis reſultans ex conceſſione Coadjutoriæ, ad hoc, ut mortuo Coadjuto, impediat Optionem rerum temporalium, requiritur, quod illæ ſint ſpecifice, & individualiter adnexæ Canonicatui, vel quod Optioni derogatum fuerit. *ibid.* n. 19.

In reſignationibus tamen, & permutationibus, res hujuſmodi, quamvis a Canonicatu, & Præbenda ſpirituali ſeparatæ, adhuc optari poſſunt & aſſignatur diſcriminis ratio inter Coadjutoriam, & Reſignationem, ſeu permutationem. T. 2. p. 110. n. 20. & 21.

De ſtylo Datariæ, & Cancellariæ, in quibuſcumque Proviſionibus Apoſtolicis, nunquam denegatur derogatio Statutis, & Conſuetudinibus optandi. *ibid.* n. 22.

In Proviſionibus Apoſtolicis ex reſervatione *ſpeciali*, nempe Coadjutoriæ, Reſignationis &c. derogari ſolet Optioni cum reſtrictiva — *non tamen quoad Domos, & Cameras Canonicales, ſed quoad Præbendam ſpiritualem tantum.* *ibid.* n. 23.

Eodemque modo indulgeri conſuevit derogatio Optioni in caſu vacationis vigore Decreti *de Dimittendo*. *ibidem* n. 24.

In illis vero ratione Menſis, vel alia reſervatione, generali, derogatur in totum, etiam quoad Cameras, & Domus Canonicales. *ibid.* n. 25.

Referuntur exempla hujuſmodi derogationum, & explicantur *Rotæ* Deciſiones. *ibid.* n. 26.

Deficiente expreſſa derogatione Optioni quoad *Domos*, aliaque membra temporalia, illius vices non ſupplet derogatio quibuſcumque Statutis, & Conſuetudinibus. T. 2. p. 111. n. 27.

Maxime, quando agitur de Proviſione Apoſtolica vigore reſervationis *ſpecialis*. *ibid.* n. 28.

Supplet tamen vices expreſſæ derogationis Optioni Domus, collatio Canonicatus a Papa facta *una cum annexis, juribus, & pertinentiis ſuis*. *ibid.* n. 29.

Maxime, ſi in ſuperiori parte Litterarum Apoſtolicarum facta fuerit mentio de Domo, aliiſque annexis. *ibidem* n. 30.

Sed ubi agitur, de reſervatione *ſpeciali*, nempe Coadjutoria, ad effectum conſequendi Domum vigore clauſulæ *cum annexis &c.* requiritur annexio ſpecifica, quæ facit unum individuum cum Canonicatu. *ibidem* numer. 31.

Et reſpondetur contrariis rationibus. *ibid.* n. 34.

Nec ſufficit, quod Domus fuerit poſſeſſa a Coadjuto. T. 2. p. 111. n. 32.

Minuſque, quod tot ſint Domus, quot Canonicatus. *ibid.* n. 33.

Idque locum ſibi vindicat, etiamſi in parte diſpoſitiva Litterarum Coadjutoriæ facta fuerit mentio de Domo, aliiſque Juribus, & adnexis. *ibid* n. 35.

Regula IX. non tollit jus optandi competens ex lege in limine fundationis adjecta per Fundatores laicos, & a Papa approbata. *ibid.* n. 36.

Nec Optionem in ſubſequentibus vacationibus. *ibid.* n. 37.

Limita in Præbenda Theologali, quæ nunquam optari poteſt. *ibid.* n. 38.

Item Regula præfata non procedit, ſi Papa ſpecialem indulgeat facultatem optandi, non obſtante reſervatione Menſium. *ibid.* n. 39.

Sed hujuſmodi facultas expirat per obitum Pontificis. T. 2. p. 112. n. 40.

Dignitas major in Cathedrali, aut principalis in Collegiata, an ſubjaceant Reſervationi Reg. IV & immunes ſint ab Optione, ſi adſit conſuetudo optandi, aut Statutum, vel Indultum Apoſtolicum quod optionem permittat? *Vid. V. Regula IV. quoad Reſervationem Dignitatum poſt Pontif. majorum in Cathedralibus.*

Familiaris Papæ, ſeu Cardinalis poteſt optare alteram Præbendam, & dimittere illam quam obtinet. T. 1. p. 329. num. 157.

Sed, an reſervatum remaneat Præbenda quæ dimittitur, vel potius altera quæ optatur? *ibid.* n. 158. & 159.

Optio Decanatus Sac. Collegii.

Vid. V. Cardinales quoad Optionem Decanatus Sac. Collegii.

Optio Decanatus Sacræ Rotæ.

Vid. V. Auditores Rotæ.

Optio Titulorum S. R. E. Cardinalium.

Vid. V. Cardinales quoad Optionem Titulorum.

ORATORIUM PRIVATUM.

Famuli, quibus exigua merces perſolvitur ad effectum quandoque aſſociandi Dominas, non enumerantur inter *Familiares* pro gaudendo Privilegio Oratorii privati conceſſo etiam pro familiaribus. T. 1. p. 352. n. 189.

ORDINANDI QUOAD EXAMEN.

Regulares, ſive ab Epiſc. Diœceſano, ſive ab alio in caſibus a Decreto *Clement. VIII.* permiſſis ad Ordines promovendi, examinari debent quoad Doctrinam ab Epiſcopo Ordinatore. T. 2. p. 375. n. 282.

Ab examine tamen præfato ſubeundo exempti ſunt PP. Jeſuitæ. T. 2. p. 376. n. 290.

Examen hujuſmodi eſt repoſitum in arbitrio ipſius Epiſcopi Ordinatoris. T. 2. p. 375. n. 283.

Contrarium, quod omitti non poſſit, & redduntur rationes. *ibid.* n. 284 & ſeqq.

Non tenetur tamen Epiſcopus Ordinator Regulares examini ſubjicere in forma rigoroſa, quæ per Examinatores fieri ſolet. T. 2. p. 376. n. 289.

Vid. V. Literæ Dimiſſoriales pro Ordinatione Regularium.

Epiſcopus, qui alienos Subditos cum propriis Ordinarii Literis Dimiſſorialibus ordinat, an teneatur inquirere ſuper eorum idoneitate? *Vid. V. Literæ Dimiſſoriales.*

Clerici exteri in Urbe commorantes, non poſſunt cum Literis Dimiſſorialibus ſuorum Ordinariorum extra Urbem ad Ordines promoveri, niſi præviis examine ſubeundo ab Urbis Examinatoribus, & licentia Cardinalis Vicarii, & aliter Ordinati ſuſpenſionem incurrunt, nec non Irregularitatem, ſi in ſuſceptis Ordinibus miniſtraverint. *Vid. eod. V.*

Epiſcopus *Originis*, an examinare poſſit quoad doctrinam proprium Subditum ab Epiſcopo *Domicilii*, vel *Beneficii* ordinandum? quemadmodum, an Epiſcopi præfati examini ſubjicere poſſint Ordinandum ab Epiſcopo *Originis*? T. 2. p. 355. n. 87.

Vid. V. Ordinarius ratione Domicilii. V. Ordinarius ratione Originis.

ORDINARIUS.

Ordinarii locorum, an cogere poſſint Beneficiorum Poſſeſſores

res etiam triennales, decennales, aut vicennales ad oſtendendum Titulum ſuorum Beneficiorum? *Vid. V. Titulus in Beneficialibus.*
Ordinarii quoad collationem Beneficiorum? *Vid. V. Beneficia quoad collationem.*
Ordinarii, maxime in longinquis Regionibus exiſtentes, conferendo Beneficia Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervata, ei præjudicare non poſſunt, niſi concurrat ſcientia, & patientia Pontificum. T. 1. p. 340. n. 61.
Ordinariis nullum eſt præfixum tempus ad inſtituendum in Beneficio de Jurepatr. Præſentatum a Patronis. Tom. 3. pag. 233. num. 11.

Ordinarius Diœceſanus pro Ordinatione Regularium.

Vid. V. Literæ Dimiſſoriales pro Ordinatione Regularium.

Ordinarius proprius quoad collationem Sac. Ordinum.

Primis Eccleſiæ ſæculis, proprius Epiſcopus pro Ordinibus conferendis is dicebatur, qui manus prius imponebat. T. 2. p. 346. n. 1.
Poſt annum *milleſimum*, non amplius ratio prioris Ordinationis, ſed *Originis* haberi cœpit. *ibid.* n. 2.
Et *Clemens IV.* præter Epiſcopum *Originis*, proprium quoque Epiſcopum quoad *Ultramontanos* declarare cœpit illum, in cujus Diœceſi ſitum erat Beneficium, quod Ordinandus obtinebat. *ibid* n. 3.
Id, quod *Bonifacius VIII.* generaliter poſtea ſtatuit; Et inſuper addidit pro collatione Ordinum Epiſcopum *Domicilii.* T. 2. p. 347. n. 4. p. 352. n. 59.
Ex antiqua pariter Conſuetudine Epiſcopi Familiares ſuos Triennales, licet nullo ex dictis modis ſibi ſubditos, ordinare poſſunt. T. 2. p. 347. n. 5. p. 359. n. 134. & ſeqq.
Pro licita alienorum Subditorum Ordinatione, Conſtitutionem edidit ſan. mem. *Innocentius XII.* quæ incipit *Speculatores*, eaque univerſalis eſt, & in toto Orbe Catholico ſervanda. T. 2. p. 347. n. 7.
Conſtitutio tamen præfata tanquam pœnalis, & juris communis correctoria extendenda non eſt, ſed ſervanda in præciſis terminis, de quibus loquitur. Tom. 2. pag. 359. n. 133.
In materia Ordinationis, ille proprius *Ordinarius* dicitur, qui poteſt ordinare, vel Dimiſſoriales Literas pro Ordinatione concedere. T. 2. p. 363. n. 167. p. 393. n. 83.
In Ordinibus ſuſcipiendis licita eſt variatio, ita ut valeat quis unum Ordinem ab Epiſcopo *Originis*, & alterum ab Epiſcopo *Domicilii*, vel *Beneficii* ſuſcipere, ſi variatio fiat bona fide, & non in fraudem. T. 2. p. 354. n. 81. & ſeqq.

Ordinarius ratione Beneficii pro Collatione Sac. Ordinum.

Qui plura obtinet in diverſis Diœceſibus Beneficia, poteſt ab uno illarum Epiſcopo, quem maluerit ordinari. T. 2. p. 351. n. 55.
Sufficit ad effectum hujuſmodi ſubjectionis quodcumque Beneficium, etſi non reſidentiale. T. 2. p. 352. n. 56.
Amplia, etiamſi ad alterius Epiſcopi collationem ſpectet, nam adhuc Ordinatio expleri poteſt ab Epiſcopo, in cujus Diœceſi Beneficium erectum reperitur. *ibid.* n. 57.
Limita, ſi unitum, & incorporatum ſit Beneficio alterius Diœceſis, tunc enim expleri debet Ordinatio ab illius Diœceſis Epiſcopo. *ibid.* n. 58.
Subjectio ratione *Beneficii* oritur etiam ex eo, quod illud non in titulum, ſed in Commendam obtineatur. *ibidem* num. 59.
Præceptoriæ S. Joannis Hieroſolymitani, aliorumque Ordinum, & Militiarum, veniunt nomine *Beneficii* pro inducenda ſubjectione quoad Ordines ſuſcipiendos erga Epiſcopos in quorum *Diœceſibus* exiſtunt. *ibidem* numer. 60.
Subjectionem hanc inducit etiam Beneficium manuale, & amovibile, quamvis non ſit illud Titulus idoneus pro Ordinatione. *ibid.* n. 61.
Contrarium, quod requiratur, ut Beneficium ſit perpetuum. *ibid.* n. 63.
Prior ſententia procedit, quando Beneficium manuale eſt erectum auctoritate Ordinarii; Poſterior quando auctoritas hæc deficit in illius erectione. *ibid.* numer. 64. & 66.
Cappellania laicalis perpetua, Ordinarii auctoritate fundata, ſubjectionem pro Ordinibus ſuſcipiendis inducit favore Epiſcopi in cujus Diœceſi eſt erecta. T. 2. p. 353. n. 67.
Penſio, licet ſit Titulus ſufficiens pro Sacra Ordinatione, non inducit tamen pro Ordinibus ſuſcipiendis ſubjectionem Penſionarii favore Epiſcopi illius Diœceſis in qua Penſionem percipit. T. 2. p. 353. n. 68. & 69.
Subjectio non oritur ratione Beneficii collati tantum, ſed non vere, & realiter poſſeſſi. *ibid.* n. 70.
Nec *Beneficii*, quod in aliena Diœceſi obtentum fuit in fraudem Epiſcopi *Originis*, aut *Domicilii. ibid.* num. 71. & 72.
Fraus, an conſiderari poſſit in eo, qui Beneficium aliquod tenue in aliena Diœceſi erigat, ut ab illius Epiſcopo ad Sac. Ordines promoveri valeat? *ibid.* n. 73. & 74.
Epiſcopus *Beneficii* non poteſt vigore Conſtitutionis ſan. mem. *Innocentii XII.* ſuum Beneficiatum ad Ordines promovere ſine Literis Teſtimonialibus Epiſcoporum *Originis*, & *Domicilii.* *ibid.* n. 75. & 80.
Et quomodo conceptæ eſſe debent Literæ præfatæ, *Vid. V. Literæ Teſtimoniales.*
Ex eadem *Conſtitutione*, nulli Epiſcopo, etiam Cardinali, licet Exterum ſibi non ſubditum, ad Tonſuram promovere prætextu *Beneficii*, ad quod fuit præſentatus, etiamſi Beneficium præfatum ea lege ſit erectum, ut quis immediate poſt Tonſuram ad illud inſtituatur. *ibid* n. 76.
Id quod præciſive etiam a *Conſtitutione* præfata, de jure ſtatutum erat. T. 2. p. 354. n. 77. & 78.
Sed excipiuntur Familiares trienniales Epiſcoporum, qui poſſunt ab iis prima Tonſura initiari. *ibid* n. 79.
Beneficium juxta *Conſtitutionem Innocentii XII.* non inducit ſubjectionem pro Sac. Ordinibus ſuſcipiendis, niſi, detractis oneribus, ſit ad congruam ſuſtentationem juxta taxam Synodalem, vel morem Regionis ſufficiens. T. 2. p. 357. n. 105. & 108.
Licet ante *Conſtitutionem* præfatam ſubjectio oriretur ex Beneficio quantumvis tenuiſſimo. Tom. 2. pag. 352. numer. 62.
Detrahi tamen debent a valore Beneficii ſolum onera fixa, non vero extraordinaria. T. 2. p. 358. n. 126.
Sed, an detrahenda ſint onera Miſſarum, quas Beneficiatus tenetur per ſe ipſum celebrare? *ibid.* n. 127. & ſeqq.
Si Beneficium ad congruam ſuſtentationem ſufficiens non ſit, redditum defectus ſuppleri non poteſt cum adjectione Patrimonii, etiam pinguis. T. 2. pag. 357. n. 106. & p. 358. n. 128. p. 405. n. 47.
Pro dimetiendo congruo *Beneficii* redditu, an attendi debeat taxa loci, in quo illud erectum reperitur, ſeu potius taxa loci *Originis*, aut *Domicilii*? T. 2. p. 357. n. 110. 111. & 112. p. 359. n. 131. & 132.
Coadjutor, cum futura ſucceſſione in Beneficio reſidentiali, an efficiatur ratione *Beneficii* ſubditus Epiſcopi in cujus Diœceſi Coadjutoris munus exercet? Tom. 2. pag. 358. n. 114.
Epiſcopus *Beneficii* tenetur in collati Ordinis documento mentionem facere tam de Literis Teſtimonialibus Epiſcoporum *Originis*, & *Domicilii*, quam de ſufficientia redditum Beneficii. T. 2. p. 359. n. 129.
Et dicta mentione non facta, Ordinatus poteſt per Epiſcopum *Originis*, aut *Domicilii* ab exercitio Ordinis ſuſpendi. *ibid.*
Nec ſufficit quod in Teſtimonio præfato adſit ſolum expreſſio, quod Ordinatio ſequuta ſit titulo *congrui Beneficii*: Et redditur ratio. *ibid.* n. 130.
Intellige, quando promotio ſequuta fuit ad Titulum *Beneficii* ſimplicis, ſecus ſi reſidentialis. *ibid.* n. 131.
Epiſcopus *Beneficii*, quamvis Beneficiatum ad alium Epiſcopum dimittat ordinandum, adhuc in Literis Dimiſſorialibus mentionem facere tenetur tam de ſufficientia redditum *Beneficii*, quam de Literis Teſtimonialibus Epiſcoporum *Originis*, & *Domicilii.* *ibid.* n. 132.
Contrarium, quod omiſſio prælata illicitam Ordinationem non reddat, & quare? *ibid.* n. 133.
Vid. V. Literæ Dimiſſoriales. V. Literæ Teſtimoniales.

Ordinarius ratione Domicilii pro Collatione Sac. Ordinum.

Subjectio pro Ordinibus ſuſcipiendis ratione *Domicilii* olim parum nota, qua ratione in legem Eccleſiaſticam poſtea tranſiit? Tom. 2. pag. 347. num. 4. pag. 350. n. 32.
Domicilium ex quibus *de Jure* contrahatur. *Vid. V. Domicilium.*
Domicilium ad tramites *Conſtitutionis ſan. mem. Innocentii II.* pro Ordinibus ſuſcipiendis unice contrahitur, vel a decennali ſaltem habitatione in aliquo loco, vel a tranſlatione ad eundem locum majoris partis rerum, & bonorum ſuorum, cum inſtructis ædibus, & cum ſucceſſiva permanentia in eo per aliquod conſiderabile tempus. T. 2. p. 351. n. 45.

Et

Et tempus hujuſmodi debet eſſe ad minus trium annorum, nec illius præfixio repoſita eſt arbitrio Ordinarii. T. 2. p. 351. n. 46. & 47.

Sufficit vero pro Domicilio contrahendo concurſus alterius ex dictis requiſitis. *ibid.* n. 48.

Sed ſive in uno, ſive in altero ex recenſitis caſibus, neceſſarium eſt juramentum Ordinandi, quod vere, & realiter animum habuerit perpetuo manendi in eo loco. *ibid.* n. 49.

Intellige, quando quis ordinari cupit ratione proprii Domicilii, ſecus ſi ratione Domicilii paterni, quo caſu neceſſarium non eſt illius Juramentum. *ibid.* n. 51.

Si poſt Domicilium alibi contractum, quis ad locum originis redeat, inibique novum contrahat Domicilium, primum derelictum præſumitur, & Ordinatio ſpectat ad Epiſcopum *Originis.* *ibid.* n. 52.

Beneficium reſidentiale ad tramites *Conſtitutionis Innocentianæ* ſubjectionem Beneficiati inducit etiam *ratione Domicilii.* T. 2. p. 358. n. 124. & 125.

Coadjutor cum futura ſucceſſione efficitur ratione Coadjutoriæ Subditus Epiſcopi, in cujus Diœceſi Coadjutoris munus exercet, ſi non ratione Beneficii, ſaltem ratione novi Domicilii. *ibid.* n. 122.

Vid. V. Ordinarius ratione Beneficii.

Epiſcopus *Domicilii* examinare nequit quoad Doctrinam proprium Subditum ab Epiſcopo *Originis*, *vel Beneficii* ordinandum, licet poſt collatum Ordinem id explere valeat. T. 2. p. 355. n. 87.

Poteſt Epiſcopus *Domicilii* inquirere ſuper ſufficientia valoris Beneficii poſt Ordines Collatos ab ejuſdem *Beneficii* Epiſcopo. *ibid.* n. 88.

Vid. V. Ordinarius ratione Beneficii &c.

Epiſcopus *Domicilii* poteſt ad Sacros Ordines licite promovere proprium Subditum abſque Literis Teſtimonialibus illius Epiſcopi in cujus Diœceſi ſtudiorum cauſa moram traxit, & quare? T. 2. p. 347. n. 8.

Vid. V. Literæ Dimiſſoriales. V. Literæ Teſtimoniales. V. Ordinarius ratione Originis.

Ordinarius ratione Familiaritatis pro Collatione Sac. Ordinum.

Ex antiqua conſuetudine per *Concilium Tridentinum*, & Conſtitutionem *Innocentii XII.* approbata, Epiſcopi familiares ſuos *Triennales*, quamvis, nec ratione *Originis*, *Domicilii*, aut *beneficii* ſibi ſubditos, poſſunt Sac. Ordinibus initiare. T. 2. p. 347. n. 5. p. 359. n. 134. & ſeqq. & p. 361. n. 148.

Dummodo Epiſcopi Eccleſiarum ſuarum adminiſtrationem habeant, & non ſint Titulares. T. 2. p. 347. n. 6.

Epiſcopus juxta præſcriptum ejuſdem *Conſtitutionis*, Familiarem ſuum *Triennalem* non ſubditum ad Ordines promovere nequit abſque Literis Teſtimonialibus Epiſcoporum illius *Originis*, & *Domicilii.* T. 2. p. 359. num. 134. & 137.

Et de hujuſmodi Literis mentionem facere tenetur in Teſtimonio Ordinis collati. T. 2. p. 363. n. 166.

Amplia, etiamſi Epiſcopus Patronus ſit Cardinalis. T. 2. p. 359. n. 136.

Vigore tamen *Concilii Tridentini* Literæ præfatæ neceſſariæ non erant. *ibid.* n. 138.

Epiſcopus Patronus Literas Dimiſſoriales pro Ordinatione ſui Familiaris concedere non poteſt. Tom. 2. pag. 363. num. 163.

Contrarium verius, & redditur ratio. *ibid.* n. 170.

Triennium familiaritatis pro licita Familiaris Ordinatione, debet eſſe continuum, nec notabili aliquo temporis ſpatio interruptum. T. 2. p. 359. n. 139.

Sed in terminis *Concilii Tridentini* dubium erat, an ſufficeret Triennium inceptum. T. 2. p. 360. n. 145. & 146.

Sufficit tamen, quod Triennium præfatum ſit inceptum antequam Patronus eſſet Epiſcopus. Et reddantur rationes. *ibid.* n. 140. 142. 143. 144. & p. 361. n. 47. Tom. 3. p. 129. n. 409.

Reprobatur *Lamperez* contrarium exiſtimans; illiuſque rationibus reſpondetur. Tom. 1. p. 360. n. 141. & 145.

Pro inducenda iisdem ſubjectione ratione *Familiaritatis* requiritur, quod Familiaris toto Triennio maneat ſub oculis Epiſcopi, non autem, quod degat extra Diœceſim, vel Civitatem, in qua moratur Epiſcopus. T. 2. p. 361. n. 148.

Et, an degere debeat in eodem Palatio, in quo degit Epiſcopus? *ibid.* n. 150. & 151.

Nepotes, & Conſanguinei Epiſcopi, inſimul cum eo habitantes, niſi revera illi per triennium inſervierint, ſubditi non efficiuntur pro Ordinibus ſuſcipiendis ratione familiaritatis. *ibid.* n. 152.

Epiſcopus, ut Familiarem ſuum triennalem licite ordinare valeat, tenetur ei Beneficium ad congruam ſuſtentationem ſufficiens *ſtatim*, hoc eſt, ut declaravit Conſtitutio ſan. mem. *Innocentii XII. intra Menſem*, a die ſequutæ Ordinationis, conferre. T. 2. p. 361. n. 153. & p. 362. n. 160.

Et quomodo dictio illa *ſtatim*, in terminis Concilii Tridentini intelligebatur? T. 2. p. 362. n. 159.

Nec poteſt abſque Beneficii hujuſmodi collatione Familiarem ordinare ad titulum Patrimonii, vel penſionis, etiam ob neceſſitatem, vel utilitatem Eccleſiæ. *ibidem* n. 158.

Licet id permiſſum eſſet in terminis Concilii Tridentini. *ibid.* n. 157.

Beneficium, ab Epiſcopo Familiari ſuo conferendum, debet eſſe ſufficiens juxta Taxam propriæ Diœceſis. T. 2. p. 361. n. 154.

Nec defectus ſufficientiæ ſuppleri poteſt adjectione Patrimonii, vel Penſionis. *ibid.* n. 155.

Hujuſmodi tamen ſupplementum permiſſum erat ante *Innocentianam* Conſtitutionem. T. 2. p. 362. n. 156.

Si Epiſcopus Familiari ſuo Clerico Beneficium ad congruam ſuſtentationem ſufficiens conferat, non prohibetur illum, triennio adhuc non elapſo, ad ulteriores Ordines promovere, quia tunc ſubditum eum habet ratione Beneficii, ſi non familiaritatis. *ibid.* n. 161.

Poteſt Epiſcopus ad Ordines promovere Familiarem triennalem Familiaris ſui triennalis ſuis expenſis viventem, & ſub oculis ſuis degentem, ſecus ſi alibi degat, aut ſuis expenſis non vivat. *ibid.* n. 162.

Familiaritas non præſumitur, nec evincitur ſimplici Epiſcopi aſſertione, ſed probanda eſt; & quomodo? T. 2. p. 363. n. 164.

Intellige, quando agitur de Ordinatione jam peracta, quam illicitam contenderet Epiſcopus *Originis*, aut *Domicilii*; ſecus de Ordinatione facienda; nam antequam Epiſcopus illam peragat, familiaritatem probare non tenetur. *ibid.* p. 165.

Vid. V. Literæ Dimiſſoriales. V. Literæ Teſtimoniales.

Ordinarius ratione Originis pro collatione Sac. Ordinum.

Ordinarius ratione *Originis* vigore Conſtitutionis *Innocentii XII.* ille tantum dicitur in cujus Diœceſi, naturaliter natus eſt qui ad Ordines promoveri cupit. T. 2. p. 347. n. 8.

Dummodo inibi natus non ſit ex accidenti, quo caſu ſubditus erit Epiſcopo *Originis* paternæ, *ibid.* & p. 349. n. 22.

Et Conſtitutio ſan. me. *Innocentii XII.* in hoc uniformis eſt diſpoſitioni juris communis. T. 2. p. 347. n. 9.

Natus in loco, ubi Pater Domicilium habet, etſi alibi Baptiſmo regeneratus, ſubditus eſt pro Ordinibus ſuſcipiendis Epiſcopo *Domicilii* paterni. *ibid.* n. 10.

Limita, ſi agatur de Infideli ad Catholicam Fidem converſo; fieret enim originarius illius loci, in quo Baptiſmum reciperet. Et aſſignatur ratio. *ibid.* n. 11.

Filius pro Sac. Ordinibus ſuſcipiendis ſequi poteſt Originem paternam, & Ordines ſuſcipere nedum a proprio, ſed etiam Paternæ Originis Epiſcopo. T. 2. p. 348. n. 12. & 13.

Contrarium, & redditur ratio. *ibid.* n. 14.

Et poſterior hæc ſententia uniformis eſt Conſtitutioni *Innocentianæ.* *ibid.* n. 15.

Concluſio, quod filius ex accidenti in aliquo loco natus ſequitur Patris originem, non procedit, ſi Pater in eo loco domicilium contraxerit, nam tunc non Patris origo, ſed domicilium per ipſum contractum pro Ordinatione filii attendi debet. *ibid.* n. 17. & p. 349. n. 23. 24. & 29.

Et ſive Pater ante, ſive poſt nativitatem filii inibi domicilium fixerit. T. 2. p. 348. n. 18.

Nec neceſſe eſt quod Domicilium contrahatur a Patre in loco materiali nativitatis filius, ſed ſufficit, quod contrahatur in Diœceſi. *ibid.* n. 19.

Dubio vero emergente, an Pater revera in dicto loco, vel Diœceſi, Domicilium contraxerit, Sac. Congregatio Concilii, aliquando mandare ſolet, ut ejus nomine filius ab illius Diœceſis Epiſcopo ordinetur. *ibid.* n. 20.

Patre originario exiſtente Civitatis A, ſi filius ex accidenti naſcatur in Civitate B, & poſtea Pater domicilium transferat ad Civitatem D, ad quem ex eorumdem locorum Epiſcopum ſpectet Ordinatio filii? *ibid.* n. 21. & p. 349. n. 22. & ſeqq. & n. 28.

Natus ex accidenti in aliquo loco, ſi inibi tamdiu maneat, ut Canonico aliquo impedimento irretiri poſſit, indiget Literis Teſtimonialibus Epiſcopi illius loci, ut ordinari licite valeat ab Epiſcopo Paternæ originis. T. 2. p. 349. n. 29.

Quemadmodum, ſi quis ordinari velit ab Epiſcopo *Domicilii*,

indiget

indiget Teſtimonialibus Epiſcopi *Originis*, ſi ab hujus loco diſceſſerit in ætate qua impedimentum aliquod contrahere potuit. T. 2. p. 349. n. 30.
Epiſcopus *Originis*, vel *Domicilii* poteſt ad Sac. Ordines licite promovere proprium ſubditum abſque Literis Teſtimonialibus illius Epiſcopi in cujus Diœceſi ſtudiorum cauſa moram traxit. Et redditur ratio. *ibid.* n. 31.
Epiſcopus *Originis* examinare nequit quoad doctrinam proprium Subditum ab Epiſcopo *Beneficii*, vel *Domicilii* ordinandum, licet poſt collatum Ordinem id explere valeat. T. 2. p. 355. n. 87.
Poteſt tamen inquirere ſuper ſufficientia valoris Beneficii poſt Ordines collatos ab ejuſdem *Beneficii* Epiſcopo. *ibid.* n. 88.

Vid. V. Literæ Dimiſſoriales. V. Literæ Teſtimoniales.

Ordinarius vicinior ad effectum Sac. Ordinationis.

Subditi Prælatorum inferiorum Juriſdictione quaſi Epiſcopali cum Territorio ſeparato gaudentium, Sac. Ordinibus initiari debent ab Epiſcopo viciniori, vel ab alio cum ejus Literis Dimiſſorialibus. T. 2. p. 371. n. 144.
Nequit tamen Epiſcopus vicinior illos licite ordinare, vel ad alium Epiſcopum pro Ordinationum dimittere, ſine Literis Teſtimonialibus ſuorum Prælatorum de quibus, in Literis Dimiſſorialibus mentionem facere tenetur. *ibidem* n. 247. & 248.
Sed ubi agitur cum Subditis Prælatorum inferiorum, qui Juriſdictione quaſi Epiſcopali non potiuntur, poteſt Epiſcopus vicinior illos aut ordinare, aut ad alios ordinandos dimittere ſine eorum Literis Teſtimonialibus. T. 2. p. 372. n. 249.
Vid. V. Literæ Dimiſſoriales. V. Literæ Teſtimoniales.
Abſolvere Subditos Prælati inferioris *Nullius Diœceſis* abſque Literis Dimiſſorialibus Epiſcopi vicinioris ordinatos, ad Epiſcopum ipſum viciniorem ſpectat. T. 2. p. 393. n. 84 p. 395. n 101. & ſeqq.
In Brevibus pro Ordinatione *Extra tempora*, quæ non adhuc elapſo anno vacationis Sedis Epiſcopalis, expediuntur a Sede Apoſtolica, facultas concedendi Literas Dimiſſoriales, non Vicario Capitulari impertitur, ſed Epiſcopo viciniori in caſu, quo ipſe Ordinationem habere nolit. T. 2. p. 368. n. 212.
Et, an hoc caſu neceſſariæ ſint Literæ Teſtimoniales Vicarii Capitularis ſuper vita, & moribus Ordinandorum? *Vid. V. Literæ Dimiſſoriales. V. Literæ Teſtimoniales.*

ORDINATIO, & ORDINES SAC.

Ordines minores in materia ſaltem pœnali, non veniunt ſub nomine Ordinum Sac. T. 2. p. 387. n. 23.
De Ordine Clericatus. *Vid. V. Prima Tonſura.*
Subdiaconatus eſt Ordo antiquiſſimus in Eccleſia Dei. T. 2. p 314 n. 10.
Primis Eccleſiæ ſeculis inter Sac. Ordines non Subdiaconatus merebatur. *ibid.* n. 8.
Et quo præciſo tempore albo Sacrorum Ordinum fuit adſcriptus? *ibid.* n. 10.
De requiſitis neceſſariis ad effectum, ut in Regno Neapolitano quis promoveri valeat ad Ordines minores, & Sacros; & de pœnis incurrendis tam ab Ordinatis, quam ab Ordinatoribus, iiſdem requiſitis non concurrentibus, ad tramites Concordati initi anno 1741. inter Sedem Apoſtolicam, & Regem Neapolis. T. 2. p. 327. †
In Ordinibus ſuſcipiendis, an licita ſit variatio, ita ut valeat quis unum Ordinem ab Epiſcopo *Originis*, & alterum ab Epiſcopo *Domicilii*, vel *Beneficii* ſuſcipere? Tom. 2. p. 354. n. 81. 82. & 83.
Diſtinguitur, quod licita ſit variatio, ſi fiat bona fide, illicita, ſi in fraudem. *ibid.* n. 84.
Inſignitus aliquo Ordine a Papa, non poteſt ſine illius licentia ad Superiores Ordines a proprio Epiſcopo promoveri. T. 2. p. 370. n 318.
Aſſertio hujuſmodi non bene probatur ex Decretali *in Cap. Cum in diſtribuendis, de Tempor. ordinat.* & redditur ratio. T. 2. p. 380. n. 319.
Clerici exteri in Urbe commorantes non poſſunt ex Ædicto *Clementis VIII.* extra Urbem cum Literis Dimiſſorialibus ſuorum Ordinariorum promoveri, niſi prævio examine ſubeundo coram Examinatoribus Urbis, & licentia Cardinalis Vicarii. Et qui ad hunc effectum dicantur Exteri in Urbe Commorantes? *Vid. V. Literæ Dimiſſoriales.*
De pœnis quibus ſubjacent tam Promoti ad Sac. Ordines ſine Literis Dimiſſorialibus ſuorum Ordinariorum, quam Epiſcopi ipſi Ordinatores? *Vid. eod. Verb.*
Si Epiſcopus ante Ordinationem proteſtetur, ſe intentionem non habere conferendi Ordines iis, qui Canonicis requiſitis ſicut deſtitui, Ordinatio poſtmodum ſubſequuta effectu vacua remanet. T. 2 p. 385. n. 3. & ſeqq.
Contrarium, quod ſit valida, & redditur ratio. *ibid.* n. 3.
Diſtinguitur, aut Epiſcopus in actu exercito collationis Ordinum intentionem habet illos conferendi, & valida eſt Ordinatio, non obſtante antecedenti proteſtatione. *ibid.* n. 4. & 5.
Aut in eodem actu perſeverat in antecedenti proteſtatione, & Ordinatio eſt nulla. T. 2. p 386 n. 6. & 7.
Eccleſia non approbat Ordinationes conditionales, utpote magni periculi plenas. *ibid.* n. 7.
Emergente dubio circa Ordinationis valorem, tutius eſt illam *ſub conditione* reiterare. *ibid.* n 9.
Si Epiſcopus ante Ordinationem anathemate percutiat accedentes ſine Canonicis requiſitis ad Ordines ſuſcipiendos, an Sacerdotes cum ipſo concelebrantes, aut Diaconi, vel Subdiaconi in eorum munere miniſtrantes in eadem Ordinatione, Irregularitatem incurrant? T. 2. p. 388. n. 28.
Materia Ordinum neceſſario exhibenda eſt Ordinandis ab Epiſcopo Ordinatore *per ſeipſum*, alias Ordinatio eſt nulla. T. 2 p. 315. n. 19.
Contrarium, quod hujuſmodi exhibitio *per ſeipſum* non ſit de neceſſitate, ſed de levibus Ordinationis *ibid.* n. 20.
Sed tutior ſententia eſt, quod non porrecta per ipſummet Ordinantem materia Ordinum, Ordinatio debeat ſub conditione reiterari. Et ita pluries reſolutum. *ibid.* n 21. 23. & p. 316. n. 26. & 27.
Si in Ordinatione aliquid ſubſtantiale omiſſum, aut ſollemnitas aliqua prætermiſſa fuerit, itaut Ordinatio aut in totum, etiam *ſub conditione* reiterari debeat, aut ſuppleri defectus Sollemnitatis omiſſæ, an id fieri poſſit quocumque tempore, ſeu potius expectari debeant tempora Ordinationum? *Vid. V. Ordines quoad tempora in quibus de jure conferri debent.*

Ordines Sac. quoad ætatem.

Ætas pro Ordinibus tam minoribus, quam majoribus ſuſcipiendis, primis, mediiſque Eccleſiæ ſeculis præſcripta, quænam fuerit? T. 2. p. 316 n. 1. 2 & 3.
Concilium Tridentinum nullam pro Tonſura ſuſcipienda præſcripſit ætatem, ſed pro ea ſufficit ætas ſeptem annorum completorum. T. 2 p. 327 n. 4.
Poſſunt Epiſcopi ſtatuere, ne ante ætatem quatuordecim, vel ſaltem duodecim annorum, quis Tonſura initietur. *ibid.* n. 5.
Idque etiam a nonnullis Synodalibus Conſtitutionibus ſancitum. *ibid.*
Ex Concordato inito inter Sedem Apoſtolicam, & utriuſque Siciliæ Regem, pro Clericatu in Regno Neapolitano, requiritur ætas decem annorum completorum. T. 2. p. 317. †
Apoſtolica Sedes indulſit aliquando, ut ſeptennio minores Tonſura initientur. Et referuntur exempla. *ibid.* n. 6.
Minores Ordines, pro quibus ſuſcipiendis ætas in jure præſcripta non reperitur, poſt ſeptimum annum completum recipi poſſunt. *ibid.* n. 7.
Sed quoad *Majores*, juxta Concilium Tridentinum pro Subdiaconatu requiritur ætas viginti duorum, pro Diaconatu 23. & Præsbyteratu 25 annorum. Tom. 2. p. 318. n. 8.
Sufficit tamen, quod annus pro dictis Sacris Ordinibus ſuſcipiendis præſcriptus, ſit inceptus. *ibid.* n. 9.
Sæpe Apoſtolica Sedes indulget, ut in minori ætate conſtituti, poſſint ad Sacros Ordines promoveri. *ibidem* numer. 10.
Et exponitur ſtylus, quem ſervat Secretaria Brevium in Diſpenſationibus præſtans ſuper defectu ætatis, concedendis. *ibid.*
Aliis tamen facultatem hanc diſpenſandi indulgere non conſuevit. *ibid.* n. 11.
Sed ſan. mem. *Innocentius XII.* Epiſcopo *Friſingenſi* facultatem diſpenſandi ſuper defectu ætatis unius anni indulſit, & quam ob cauſam? *ibid* n. 11.
Si Epiſcopus ante ordinationem proteſtetur ſe intentionem non habere conferendi Ordines iis, qui legitima ſint ætate deſtitui, an Ordinatio poſtmodum ſubſequuta effectu vacua remaneat quoad illos, qui ætatis defectum patiuntur? T. 2. p. 385. n 3. & ſeqq.
Conſtitutio *Sixti V.* qua plures infliguntur pœnæ Epiſcopis ad Sac. Ordines ſcienter promoventes deſtitutos legitima ætate, redacta fuit a *Clemente VIII.* ad terminos Juris communis, Conſtitutionis *Pii II.* & Concilii Tridentini. T. 2. p. 389. n. 38.
Epiſcopus, qui Sacros Ordines confert iis, qui legitima carent

carent ætate, nec de jure, nec juxta Conſtit. *Pii II.* pœna aliqua punitur. T. 2. p. 389. n. 39. & 41.

De jure tamen ſuſpendendus eſt a poteſtate Ordines conferendi. *ibid.* n. 40. & 42.

Epiſcopus, qui primam Tonſuram laico confert ante legitimam ætatem, incurrit ipſo jure ſuſpenſionem per annum a collatione ejuſdem Tonſuræ. *ibid.* n. 44.

De pœnis, quibus jure communi inſpecto, ſubjacent promoti ad Sac. Ordines ante legitimam ætatem. T. 2. p. 386. n. 10. & ſeqq.

Sed juxta Conſtit. *Pii II.* ante legitimam ætatem Ordinati, a Sacrorum Ordinum exequutione *ipſo jure* ſuſpenſi remanent; & ſi durante ſuſpenſione, in iiſdem Ordinibus miniſtraverint, *eo ipſo* Irregularitatem incurrunt. *ibid.* n. 14.

Subjacent pariter ante legitimam ætatem promoti ad Sac. Ordines aliis pœnis in eos generaliter a jure inflictis, ac Beneficiis Eccleſiaſticis poſſunt jure privari. *ibid.* n. 14.

Suſpenſio contra promotos ante legitimam ætatem inflicta, eſt impoſita per viam veræ cenſuræ, non exceſſus, & peccati. T. 2. p. 391. n. 71.

Eaque eſt perpetua, donec obtineatur abſolutio. Tom. 2. p. 386. n. 14.

Et reprobantur, qui exiſtimant ſuſpenſionem prælatam eſſe temporaneam, donec ſcalicet promotus ad legitimam ætatem pervenerit. *ibid.* n. 14.

Suſpenſio a Conſtitutione *Pii II.* inflicta promotis ante legitimam ætatem, incurritur nedum quoad Ordinem illegitime ſuſceptum, ſed etiam quoad alios antea rite collatos. T. 2. p. 387. n. 16. & ſeq.

Contrarium, & redditur ratio. *ibid.* n. 17. & 21.

Pœnæ contentæ in *Conſtit. Pii II.* non afficiunt promotos ad Ordines minores ante legitimam ætatem; & redditur ratio. *ibid.* n. 21. & 23.

Debent tamen ſic male Promoti, ſi abſit bona fides, ab exercitio Ordinum ſuſpendi. T. 2. p. 388. n. 24.

Promotus ad Sacerdotium ante legitimam ætatem concelebrando cum Epiſcopo, ut moris eſt in ipſa Ordinatione, ſolam ſuſpenſionem, non autem Irregularitatem incurrit. *ibid.* n. 27.

Idem dicendum de Ordinatis ante legitimam ætatem ad Diaconatus vel Subdiaconatus Ordines, Epiſcopo in ipſa Ordinatione in eorum munere miniſtrando. *ibid.* n. 28.

Sed, an incurrant etiam pœnam Irregularitatis, ſi Epiſcopus ante Ordinationem anathemate percuſſi accedentes ſine Canonicis requiſitis ad Ordines ſuſcipiendos? *ibid.* n. 29. & ſeqq.

Pro evitandis pœnis inflictis a Conſtit. *Pii II.* ſufficit, quod in Promotis ad Ordines ante legitimam ætatem juſta aliqua, & veroſimilis facti, aut juris ignorantia concurrat. *ibid.* n. 35. & p. 389. n. 37.

Epiſcopus, an poſſit Promotos ante legitimam ætatem vel a ſe ipſo, vel ab alieno Epiſcopo, ab incurſa ſuſpenſione abſolvere? T. 2. p. 390. n. 54. & ſeqq. p. 391. n. 57. & ſeqq. p. 394. n. 69. p. 394. n. 96.

Et, an diſpenſationem hanc imperiri poſſit illius Vicarius generalis? T. 2. p. 396. n. 111.

Ordines Sac. quoad interſtitia.

Interſtitia temporum ſervare tenentur Epiſcopi inter collationem præcedentis, & ſequentis Ordinis. T. 2. p. 320. n. 69.

Et qualis fuerit primis, mediiſque Eccleſiæ ſeculis diſciplina circa Interſtitiorum obſervantiam? *ibid.*

Integer annus a ſuſceptione unius, uſque ad alterius Ordinis promotionem, intercedere debet, & integer annus iſte intelligitur non de anno naturali, ſed Eccleſiaſtico. T. 2. p. 321. n. 70. & 71.

Hinc ordinatus Diaconus in quatuor temporibus Quadrageſimæ, poteſt ordinari Sacerdos in quatuor Temporibus Quadrageſimæ anni ſequentis, licet Paſcha celerius advenerit. *ibid.*

Et Ordinatus in Sabbatho Sancto, non prohibetur ſequenti anno ad alterum Ordinem promoveri in quatuor temporibus Quadrageſimæ abſque Interſtitiorum diſpenſatione. *ibid.*

Inſignitus Presbyteratu die Sabbathi Ordinationis generalis, poteſt ſequenti Dominica in Epiſcopum conſecrari. Et redditur ratio. *ibid.* n. 72.

Interſtitiis inter collationem unius, & alterius Sacri Ordinis non ſervatis, peccatum committitur tam ab Ordinante, quam ab Ordinato, ſed nulla ab iis incurritur pœna. *ibid.* n. 73.

Et Conſtitutio *Sixti V.* quæ ſuſpenſionis pœnam imponit adverſus Promotos non ſervatis Interſtitiis, reducta fuit a *Clemente VIII.* ad terminos Concilii Tridentini. *ibid.*

Duo Sacri Ordines eodem die, nec Regularibus conferri poſſunt ab Epiſcopis. T. 2. p. 321. n. 75.

Sed ſpectat hujuſmodi facultas ad ſolos Pontifices, qui ea aliquando uſi ſunt. *ibid.*

Epiſcopus, qui eodem die, vel duobus, continuato jejunio, duos Sacros Ordines eidem confert, ſuſpendendus eſt a collatione utriuſque. T. 2. p. 322. n. 76.

Sed promotus ad illos incurrit ſolum ſuſpenſionem ab exercitio poſterioris, qui illegitime ſuſceptus fuit. *ibidem* num. 77.

De Jure permiſſum eſt Epiſcopo omnes Minores Ordines una ſimul eidem conferre. *ibid.* n. 78.

Contrarium, quod id ſolum ſit permiſſum concurrente conſuetudine. *ibid.* n. 79.

Vel diſpenſative, ſi nempe legitima cauſa aliqua ſubſit. *ibid.* n. 80.

Interſtitia temporum ſervari debent etiam in collatione Ordinum Minorum. *ibid.* n. 81.

Omnes Minores Ordines una cum prima Tonſura, non poteſt Epiſcopus eodem die uni conferre. Et conferendo quam pœnam incurrat? *ibid.* n. 82. & p. 324. n. 97.

Contrarium, quod permiſſum ſit Epiſcopo una ſimul Ordines Minores, & Tonſuram conferre. Tom. 2. p. 322. n. 83.

Minores Ordines una cum Subdiaconatu, nec licite conferri poſſunt. *ibid.* n. 84.

Multoque minus prima Tonſura, Minores Ordines, & Subdiaconatus. *ibid.* n. 85.

Ordines Minores una cum Subdiaconatu eodem die conferri prohibentur, etiamſi conſuetudo aliter ſe habeat. *ibid.* n. 86.

Contrarium, quod id introduci poſſit conſuetudine, cui Tridentinum non derogavit. *ibid.* n. 87. & 88.

Secluſa conſuetudine, Ordinati eodem die ad Minores Ordines, & Subdiaconatum, nullam pœnam incurrunt. T. 2. p. 323. n. 89.

Contrarium, quod de ſtylo Sac. Pœnitentiariæ efficiantur Irregulares. *ibid.* n. 90.

Sed de jure remanent ſuſpenſi ab exercitio Ordinis Subdiaconatus. *ibid.* n. 91. & p. 325. n. 101.

Et reſpondetur contrariis rationibus. T. 2. p. 323. n. 92.

Epiſcopo, qui Minores Ordines, & Subdiaconatum eodem die uni contulit, nulla de jure eſt inflicta. *ibid.* n. 93.

Intellige, ſi non peccavit, quia nempe minoribus Ordinibus inſignitus inter Subdiaconos poſtea ſe immiſcuerit, & ignoranter fuerit ad Subdiaconatus Ordinem ab Epiſcopo promotus. T. 2. p. 324. n. 94.

Secus, ſi fuit in culpa, quia nempe ſcienter Minoribus Ordinibus, & Subdiaconatu inſimul aliquem inſigniverit, tunc enim vel gravius, vel ſaltem æqualiter puniendus eſt, ac ipſe Ordinatus, pœna ſcilicet ſuſpenſionis a collatione Subdiaconatus. *ibid.* n. 94. & 95.

Epiſcopum, quia una die Minores Ordines, & Subdiaconatum ſcienter uni contulit, Sacra Congregatio Concilii acriter monendum eſſe reſcripſit, remiſſa ei qualibet pœna; quodque in futurum a ſimilibus ſe abſtineret. T. 2. p. 325. n. 101.

Et exſcribitur Epiſtola Sac. Congregationis ad eumdem Epiſcopum data. *ibid.* n. 102.

Poteſt Epiſcopus ex juſta cauſa, utilitatis nempe, & neceſſitatis Eccleſiæ diſpenſare ſuper relaxatione Interſtitiorum. T. 2. p. 321. n. 74.

Vicarius Capitularis poteſt cum promovendis ad Sacros Ordines, poſt annum vacationis Sedis Epiſcopalis, diſpenſare ſuper Interſtitiis, ſecus cum illis, qui promoventur infra annum. T. 2. p. 369. n. 221. 230. & ſeqq.

Licet olim hujuſmodi diſpenſatio poſt annum, ei permiſſa non eſſet abſque ſpeciali facultate ſibi communicata a Capitulo. *ibid.* n. 227. & 229.

Amplia, ut nec intra annum diſpenſare poteſt, quamvis ei impertiatur a Sacra Congregatione facultas concedendi Litteras Dimiſſorias. *ibid.* num. 222. & Tom. 4. pag. 34. num. 17.

Sed diſpenſatio hujuſmodi petenda eſt a Sede Apoſtolica, quæ de facili illam indulget, & vocatur *in temporibus.* T. 2. p. 369. n. 223.

Ad differentiam caſus, quando interdicta Vicario Capitulari facultate concedendi Dimiſſorias, etiam poſt annum vacationis Sedis Epiſcopalis, ea poſtea in caſibus particularibus impertiatur, tunc enim poteſt ipſe ſuper Interſtitiis diſpenſare. *ibid.* n. 224. & T. 4. p. 35. n. 18.

Redditur ratio; Et ita ſollemniter deciſum. Tom. 2. p. 369. n. 225. & 226.

Ordines SS. quoad tempora in quibus de jure conferri debent.

Apoſtoli, & ab eis inſtituti Epiſcopi Sacras Ordinationes quocumque tempore, prout neceſſitas exigebat, peregerunt. T. 2. p. 313. n. 1.

Sed Pontifices, a *Clemente I.* uſque ad *Simplicium*, illas in Menſe Decembris ſemper celebrare conſueverunt. *ibid.* n. 2.

Contrarium, quod temporibus ſibi beneviſis Ordinationes celebrarunt; & plura referuntur exempla. *ibid.* n. 3.

Primus omnium S. *Gelaſius* Papa Sacras Ordinationes certis anni temporibus affixit; & quibus? *ibid.* n. 4.

Et *Gelaſii* Decretum Succeſſores Pontifices renovarunt. T. 2. p. 314. n. 6.

Permiſit itidem laudatus Pontifex Diaconos, & Presbyteros in Paſchali Vigilia conſecrari. T. 2. p. 313. n. 5.

Ordinationes, quas S. *Gelaſius* fieri mandavit in Sabbatho mediæ Quadrageſimæ, *Alexander III.* tranſtulit in Sabbathum ſequens ante Dominicam Paſſionis, & quare? T. 2. p. 314. n. 7.

S. *Gelaſii* Decretum reſpicit ſolum Ordinationes Diaconorum, & Presbyterorum, non Subdiaconorum, cum eo tempore Subdiaconatus, Ordo ſacer non eſſet. *ibid.* n. 8.

Sed adſcripto ſucceſſu temporis Subdiaconatu inter Sacros Ordines, tempora a S. *Gelaſio* ſtatuta, in illius quoque collatione ſervata fuerunt. *ibid.* n. 9.

Et quo præciſo tempore Subdiaconatus, antiquiſſimus ceteroquin Ordo in Eccleſia Dei, albo Sacrorum Ordinum fuit adſcriptus? *ibid.* n. 10.

Juxta veterem etiam diſciplinam, nec Epiſcopo, nec Metropolitæ, nec Apoſtolicæ Sedis Legato permiſſum erat Sacros Ordines *extra tempora S. Gelaſio* ſtatuta conferre. *ibid.* n. 11.

Pontifices, quando ex Diaconis eligebantur, licet prætermiſſo Presbyteratus gradu in Epiſcopos ordinarentur, qui tamen Presbyteratu inſigniri voluerunt, quorum primus S. *Gregorius VII.* præſcripta Ordinationum tempora expectarunt. *ibid.* n. 12. & 13.

Electus Epiſcopus non adhuc Presbyter, Ordinationum tempora pro ſuſcipiendo Presbyteratu expectare tenetur, quamvis interim labi contingat trimeſtre ad munus Conſecrationis ſuſcipiendum Epiſcopis a jure præfixum. *ibid.* n. 14. & 15.

Quod, & priſcis Eccleſiæ ſæculis ſervatum, nec a Pontificibus permiſſum, ut Epiſcopi non adhuc Sacerdotes electi, ad Sacerdotium extra ſtatuta tempora ordinarentur. *ibid.* n. 16.

Si in Ordinatione aliquid ſubſtantiale omiſſum, aut Sollemnitas aliqua prætermiſſa fuerit, itaut Ordinatio, aut in totum, etiam ſub conditione reiterari debeat, aut ſuppleri defectus Sollemnitatis omiſſæ, an id fieri poſſit quocumque tempore, ſeu potius expectari debeant tempora Ordinationum? *ibid.* n. 18. & ſeqq.

S. *Gelaſii* Decretum circa tempora in Sacris Ordinationibus ſervanda, non amplectitur Græcos, ceteroſque Orientales, qui ad Ordines quocumque tempore, quocumque die promoveri poſſunt. T. 2. p. 316. n. 28.

Tempore tamen Quadrageſimæ, Presbyteri apud Græcos non conſecrantur, niſi diebus Sabbathi, Dominicis, aut in Feſto Annunciationis B. M. Virginis. *ibid.*

Prima Tonſura, quæ juxta Canoniſtarum ſententiam eſt Ordo, quocumque die, hora, & loco conferri poteſt. *ibid.* n. 31. & 36.

Cæteri minores Ordines conferri poſſunt Dominicis, aliiſque feſtivis diebus. *ibid.* n. 32.

Idque non obſtante Conſtitutione *Sixti V.* eorum collationem *extra tempora* a Jure ſtatuta prohibente, cum præfata Conſtitutio redacta fuerit per *Clementem VIII.* ad terminos Juris. *ibid.* n. 33.

Permiſſum tamen Epiſcopo non eſt, minores Ordines extra præſcripta tempora conferre pluribus, quam duobus. *ibid.* n. 34.

Limita, ſi adſit conſuetudo in contrarium. *ibid.* n. 35.

Conſuetudine immemorabili, an introduci poſſit, quod minores Ordines conferri valeant Feria ſexta poſt prandium ante diem Sabbathi quatuor temporum? Et de praxi vigente in Germania, & Hiſpaniis. T. 2. p. 317. n. 37. & ſeqq.

Pontifices quocumque anni tempore, ac diebus ſibi beneviſis Sacras peragere poſſunt Ordinationes, immo in die propriæ Conſecrationis, ut priſcis Eccleſiæ ſæculis nonnulli peregerunt. T. 2. p. 317. n. 41. & 42.

Indulgent etiam Epiſcopis per Literas in forma Brevis facultatem Ordines conferendi *extra tempora* a Jure ſtatuta. *ibid.* n. 43.

Hujuſmodi tamen Brevia concedi non ſolent, niſi ex cauſis præſcriptis in Decreto ſan. mem. *Innocentii XII.* quod exſcribitur. T. 2. p. 317. n. 44.

Legi ſuſcipiendi Ordines temporibus præſcriptis, non ſubjacent Regulares gaudentes poſt Concilium Tridentinum Apoſtolico Indulto ſe promoveri faciendi *extra tempora* præfata. T. 2. p. 318. n. 45.

Epiſcopi tamen certi eſſe debent de hujuſmodi Privilegio; alias ſe abſtinere tenentur ab illis *extra tempora* ordinandis. T. 2. p. 319. n. 56.

Gaudent Privilegio præfato PP. *Minores* Sancti Franciſci in partibus Indiarum exiſtentes vigore Indulti *Urban. VIII.* T. 2. p. 318. n. 46.

Nec non *PP. Jeſuitæ.* *ibid.* n. 47.

PP. præfati non comprehenduntur ſub laudato Decreto *Innocentii XII.* moderatorio Indultorum ſuſcipiendi Ordines Sacros extra tempora. *ibid.*

Privilegio ſe promovendi ad Sac. Ordines *extra tempora* a Jure ſtatuta gaudent Alumni Collegiorum Pontificiorum *Viennæ in Auſtria*, *Pragæ in Bohemia*, & *Illiricorum in Civitate Lauretana.* *ibid.* n. 48.

Necnon Alumni Congregationis *S. Joannis Evangeliſtæ* in Portugallia. *ibid.*

Non deſunt tamen qui de hoc Privilegio dubitent. *ibid.*

Alumni vero Congregationis Presbyterorum ſecularium ſub Invocatione *B. M. de Neceſſitatibus* loci de *Temina Eboren. Diœceſis* Indultum hujuſmodi denegavit Anno 1711. Sac. Congregatio Concilii. *ibid.* n. 49.

Regulares ordinari non poſſunt extra præſcripta tempora vigore Privilegiorum, quæ ante Concilium Tridentinum eis conceſſa fuerunt. *ibid.* n. 50.

Contrarium, quodque Privilegia præfata nec per ipſum Concilium Tridentinum, nec per Conſtitutionem Pii II. revocata fuerint. *ibid.* n. 51.

Sed, an Regulares uti poſſint, per viam communicationis, Privilegiis aliis Regularibus poſt Tridentinum indultis ſuſcipiendi Ordines extra tempora? T. 2. p. 319. n. 52. 53. 54. & 55.

Ex Decreto ſan. mem. *Benedicti XIII.* in Concilio Romano edito, Privilegia Regularibus, ſive expreſſe elargita, ſive communicata, ut ad Sacros Ordines *extra præſcripta tempora* promoveri poſſint, non ſunt revocata. *ibid.* n. 57.

Epiſcopi in Regnis Eterodoxis degentes, qui Indulto gaudent Apoſtolico conferendi Ordines *in tribus Dominicis*, *vel aliis feſtivis diebus de præcepto*, non poſſunt eos conferre diebus, in quibus celebratur in Choro Officium Ritu duplici, quamvis non feſtivis de præcepto. *ibid.* n. 58. & 59.

Poſſunt tamen dictis diebus Ordines conferre, vel ſi Indulto potiantur conferendi Ordines extra tempora *tribus diebus feſtivis.* *ibid.* n. 60.

Contrarium, quod etiam hoc caſu Ordines conferri debeant diebus feſtivis de præcepto. *ibid.* n. 61.

Vel, ſi Indultum facultatem iis impertiatur conferendi Ordines extra tempora *ſimpliciter* abſque ulla dierum expreſſione. Et redduntur rationes. T. 2. p. 320. n. 62.

Sed contrarium fuit declaratum a ſan. mem. *Clemente XI.* in terminis ſimilium Indultorum, quibus gaudent Epiſcopi Hyberniæ. *ibid.* n. 63.

Epiſcopi præfati, Indulto gaudentes conferendi Ordines *extra ſtatuta tempora*, an eos conferre valeant nedum propriis Subditis, ſed etiam Exteris? *ibid.* n. 64. 66. & 68.

Epiſcopus, qui Sacros Ordines confert *extra tempora* præſcripta, nec de jure, nec juxta Conſtitutionem *Pii II.* pœna aliqua punitur. T. 2. p. 389. n. 39. & 41.

De Jure tamen ſuſpendendus eſt a poteſtate Ordines conferendi. *ibid.* n. 40. & 42.

De pœnis, quibus jure communi inſpecto, ſubjacent Promoti ad Sacros Ordines *extra tempora* a jure ſtatuta? T. 2. p. 386. n. 10. & ſeqq.

Sed juxta Conſtit. *Pii II.* Ordinati *extra tempora* abſque Apoſtolicæ Sedis licentia, a ſuorum Ordinum executione *ipſo jure* ſuſpenſi remanent, & ſi durante ſuſpenſione in iiſdem Ordinibus miniſtrare præſumpſerint, eo *ipſo* Irregularitatem incurrunt. *ibid.* n. 14.

Et ſuſpenſio contra Ordinatos *extra tempora*, eſt impoſita per viam veræ cenſuræ, non exceſſus, & peccati. T. 2. p. 391. n. 71.

Eaque eſt perpetua, donec obtineatur abſolutio. T. 2. p. 386. n. 14.

Subjacent itidem vigore *Conſtit. Pii II.* aliis pœnis in eoſdem generaliter a jure inflictas, ac Beneficiis Eccleſiaſticis poſſunt jure privari. *ibid.* n. 14.

Suſpenſio a Conſtitutione *Piana* inflicta promotis ad Ordines *extra tempora*, an incurratur nedum quoad Ordinem illegitime ſuſceptum, ſed etiam quoad alios antea

rite collatos? T. 2. p. 387. n. 26. & ſeqq.
Pœnæ contentæ in Conſtitut. *Pii II.* non afficiunt promotos *extra tempora* ad Ordines minores. *ibid.*
Debent tamen ſic male promoti, ſi abſit mala fides, ab exercitio Ordinum ſuſpendi. *ibid.* n. 24.
Pro evitandis pœnis inflictis a *Conſt. Pii II.* contra Promotos *extra tempora*, ſufficit quod concurrat in illis veroſimilis aliqua facti, aut juris ignorantia. T. 2 p. 388. n. 35. p. 389. n. 37.
Epiſcopus proprios ſubditos a ſe promotos *extra tempora*, abſolvere nequit ab incurſa ſuſpenſione, ſecus ſi ab alieno Epiſcopo promoti fuerint, & quare? T. 2. p. 390. n. 54. & ſeqq. p. 391. n. 69. p. 394. n. 96.
Vicarius tamen Epiſcopi abſque ſpeciali facultate ei impertita, abſolvere nequit promotum *extra tempora* in eo caſu, quo Epiſcopus illum abſolvere poteſt. T. 2. p. 396. num. 111.

Ordines Sac. quoad titulum.

De veteri Eccleſiæ diſciplina, ut nemo Sacris Ordinibus initiaretur abſque ſufficienti Ordinationis Titulo. Et qualis erat iſte Titulus? T. 2. p. 401. n. 1.
Hodie Titulus præfatus eſt, vel Beneficium Eccleſiaſticum, vel Patrimonium, aut Penſio. *ibid.* n. 2. 3. & 6.
Græci Orientales abſque ſufficienti Titulo ad Sac. Ordines promoveri non poſſunt. *ibid.* n. 4.
Quemadmodum nec Italo-Græci. *ibid.* n. 5.
Titulus pro Ordinatione Regularium eſt Profeſſio in Religione approbata. *ibid.* n. 7.
Sedes Apoſtolica pluries indulſit, ut Clerici Seculares, quamvis Beneficio, Patrimonio, aut Penſione carentes ad Sacros Ordines promoveri poſſent. *ibid.* n. 8. & p. 402. n. 9. & ſeqq.
Clerici more Regularium in communi viventes, qui nunquam, ſeu nonniſi ad certum tempus Profeſſionem emittunt, & a Congregatione exire, vel dimitti poſſunt, abſque Titulo ad Sacros Ordines promoveri non valent. *ibid.* n. 14.
Sed pluries a Sede Apoſtolica indultum, ut Clerici præfati ad Titulum *Menſæ communis* Sacris Ordinibus initiari poſſent. *ibid.* a n. 15. uſque ad 31.
Vid. Verb. Congregatio Doctrinæ Chriſtianæ. V. Congregatio Miſſionis. Verb. Congregatio Oratorii.
Beneficium non eſt canonicus Ordinationis Titulus, niſi ſit perpetuum. T. 2. p. 404. n. 32.
Hinc Cappellania, ſeu Beneficium manuale pro dicto Titulo non inſervit. T. 2. p. 352. n. 60. p. 404. n. 33.
Limita, ſi de Jurepatronatus ſint, & accedat conſenſus Patronorum ſe obſtringentium Præſentatum non amovere. T. 2. p. 404. n. 34.
Intellige, ubi agitur de Jurepatronatus hæreditario, ſecus gentilitio, in quo Patroni, Succeſſoribus ex propria Perſona vacatis, præjudicare non poſſunt. *ibid.* n. 35.
Niſi ſucceſſores ſint hæredes eorum, qui ſe obſtrinxerunt Præſentatum non amovere. *ibid.*
Diſpenſare aliquando ſolet Apoſtolica Sedes, ut quis ordinari poſſit ad titulum Cappellaniæ amovibilis, accedente conſenſu Patroni, vel ſimpliciter de non removendo Cappellanum. *ibid.* n. 36.
Vel de non removendo, donec aliunde ſufficienter de alio titulo proviſus fuerit *ibid.* n. 37.
Et diſpenſationes hujuſmodi regulariter expediuntur per Datariam, & vocantur *Deputationes ad vitam.* *ibid.*
Beneficium pro Sac. Ordinationis Titulo non inſervit, niſi ſit ſufficiens ed congruam ſuſtentationem Ordinandi. *ibid.* n. 38.
Taxa pro hujuſmodi congrua, vel remittitur arbitrio Ordinarii. *ibid.* n. 39.
Et in ea decernende, an eadem haberi debeat ratio, tam reſpectu Clericorum ordinariæ conditionis, quam nobilium, & qualificatorum? *ibid.* n. 40. & 41. & p. 405. n. 42. & 43.
Vel dimetiri debet a taxa Synodali cujuſque Diœceſis, dummodo exceſſiva non ſit. T. 2. p. 405. n. 44.
Annuus redditus ſcutorum 40. in Statu Eccleſiaſtico exceſſivus non eſt pro ſufficienti redditu Tituli, imo nec ille ſcut. 50. *ibid.* n. 45.
Redditus Beneficii, ſi taxam Synodalem non attingat, ſuppleri poteſt ex bonis Patrimonialibus Ordinandi. *ibid.* n. 46.
In decernenda taxe redituum Beneficii, an attendi debeat illa quæ viget in loco ejuſdem Beneficii, ſeu potius altera loci Originis, vel Domicilii? *ibid.* n. 48.
Ex redditibus Beneficii, pro taxe præfata conſtituenda, an detrahi debeant onera Miſſarum, ſive illas poſſit Beneficiatus per alium, ſive per ſe ipſum celebrare teneatur? *ibid.* a n. 49. & pluribus ſeqq.
Beneficium pro Titulo Ordinationis deſervire non poteſt; niſi pacifice ſit poſſeſſum. T. 2. p. 408. n. 69.
Hinc ad illud nominatus, ſeu præſentatus, non poteſt ante adeptam poſſeſſionem, ad illud Titulum ordinari. Et explicantur contrarii DD. *ibid.* n. 70.
Ad Titulum Beneficii, cujus fructus non lucrantur, niſi poſt Sacerdotium, poteſt Beneficiatus Subdiaconatu inſigniri, aſſignato interim congruo Patrimonio, donec ad Sacerdotium promoveatur. T. 2. p. 409. n. 71.
Poſſeſſio Beneficii, ad cujus Titulum ſequitur Ordinatio, debet eſſe pacifica, & non litigioſa. *ibid.* n. 72.
Et ad effectum, ut Beneficium dicatur litigioſum ſufficit ſola citatio rite expedita, & exequuta? *ibid.* n. 73.
Vid. V. Lis.
Lis ſuper aliquo Prædio Beneficii, non impedit, quin illud deſervire poſſit pro Titulo Ordinationis, dummodo quæ ſuperſunt bone pacifice poſſeſſa, ad congruam ſuſtentationem ſufficiant. *ibid.* n. 74.
Beneficium ad cujus Titulum quis fuit ordinatus, an, & quando poſſit reſignari? *Vid. V. Reſignatio.*
Ad Titulum Coadjutoriæ cum future ſucceſſione, an valeat quis Sacris Ordinibus initiari? T. 2. p. 411. n. 102.
Et, an licite quis promoveri poſſit ad Titulum Maſſæ communis in Eccleſiis receptitiis? *ibid.* n. 103. & ſeqq.
Apoſtolica Sedes aliquando indulget, ut ſequatur Ordinatio ad Titulum Eccleſiæ receptitiæ, & quibus ſub conditionibus? *ibid.* n. 104. & 105.
Titulus Patrimonii pene ignotus in veteri Eccleſiæ diſciplina, approbari cœpit ex quadam Apoſtolica diſpenſatione in Concilio Lateranenſi. *ibid.* n. 106.
Ex Concilio Tridentino, ad Titulum Penſionis, vel Patrimonii promoveri non poſſunt, niſi illi, quos Epiſcopus judicaverit aſſumendos pro neceſſitate, vel commoditate ſuarum Eccleſiarum. T. 2. p. 412. n. 107.
Per hanc Concilii diſpoſitionem ſublata fuit diſpoſitio *Text. in Cap. Tuis, de Præbend. & Dignit.* permittentis indifferenter Ordinationem ad Titulum Patrimonii, vel Beneficii. *ibid.* n. 111.
Concilii Tridentini Decretum innovavit ſan. mem. *Innocentius XI.* illiuſque obſervantiam Epiſcopis omnibus commendevit per Literas Encyclicas, quæ exſcribuntur. *ibid.* n. 108. & 109.
Nec non ſan. mem. *Innocentius XIII.* ac ſan. mem. *Benedictus XIII.* pro Regnis Hiſpaniarum. *ibid.* n. 110.
Et refertur Epiſtola *Cardinalis Bellarmini* ad Nepotem Epiſcopum *Theanenſem* ſuper abuſu ordinandi quoſlibet ad Titulum Patrimonii. *ibid* n. 113.
Beneficium obtinens ad congruam ſuſtentationem ſufficiens, ad Patrimonii Titulum ordinari non debet. *ibid.* n. 112.
Neceſſitas, ſeu commoditas Eccleſiæ ad effectum, ut quis ad Titulum Patrimonii ordinari poſſit, quando intercedere dicantur? *ibid.* n. 114. & 115.
Domicilium habens in Civitate, in cujus Eccleſia Miniſtrorum neceſſitas non adeſt, an poſſit ab Epiſcopo Originis ordinari ad Titulum Patrimonii ratione neceſſitatis ejuſdem Eccleſiæ Originis? *ibid.* n. 116.
Promoto ad Subdiaconatum ad Titulum Patrimonii pro neceſſitate, & utilitate Eccleſiæ, denegari non poteſt aſcenſus ad alios majores Ordines ex motivo, quod ipſe extra Patriam degens eidem Eccleſiæ utilis, & neceſſarius eſſe non poteſt. *ibid.* n. 117.
Diſpenſatus ſuper Interſtitiis vigore Brevis Apoſtolici *Extra tempora*, non cenſetur diſpenſatus ſuper commoditate, vel neceſſitate Eccleſiæ ad hoc, ut ad Titulum Patrimonii ordinarii poſſit. *ibid.* n. 118.
Patrimonium, ut ſit Canonicus ordinationis Titulus, ſuper quo conſiſtere debet? T. 2. p. 413. n. 119. & plurib. ſeqq.
Vid. V. Patrimonium Sacrum.
Penſio eſt Titulus canonicus Sacræ Ordinationis, dummodo ſufficiat ad congruam ſuſtentationem, & ſit perpetua ad vitam Penſionarii. T. 2. p. 416. n. 278 n. 153. & 154.
Penſio, ſi quæ ex juſta cauſa ſuper Beneficio ab Epiſcopo reſervetur, deſervire non poteſt Penſionario pro Titulo Ordinationis, & quare? *ibid.* n. 155. & ſeqq.
Penſio, ad cujus Titulum ſequuta fuit Ordinatio, nec in totum, nec in parte extingui, aut obligari poteſt, niſi habita aliunde congrua ſuſtentatione, & cum licentia Epiſcopi, qui Beneficium, vel Bona Patrimonialia loco Penſionis in totum, vel in parte, ſubroget. *ibid.* n. 159.
Titulus Patrimonii, Penſionis, ſeu Beneficii, an ſit realis, vel fictitius, &, an ad congruam ſuſtentationem ſufficiat, coram quo Epiſcopo juſtificari debet, an ſcilicet illo *Originis*, *Domicilii*, ſeu *Beneficii*? Diſtinguuntur plures caſus. *ibid.* n. 161. 162. & ſeqq.
Epiſcopus, cui ordinandi commiſſio facta eſt, non tenetur inquirere, an dimiſſus habeat Titulum ſufficientem pro Ordinatione. T. 2. p. 364. n. 173. p. 375. n. 186.

Non

Digitized by Google

Non prohibetur tamen, ſi velit inquiſitionem hanc peragere. T. 2. p. 364. n. 173.

Adverſus Ordinatos abſque canonico Titulo, & Epiſcopos eos ordinantes, Concilium Tridentinum nullam expreſſe pœnam præſcripſit, ſed ſolum antiquorum Canonum pœnas renovavit. T.2.p.418.n.179.

Et quænam ſint pœnæ, quas Canones præſcripſerunt? num. 180.

Epiſcopus, qui ſcienter ad Subdiaconatum promovet canonico Titulo deſtitutum, tenetur ei tamdiu congrua alimenta ſubminiſtrare, quamdiu fuerit ille de ſufficienti Beneficio ab ipſo, vel ab alio proviſus. ibid. n. 181.

Eamdemque pœnam incurrit ſi ſcienter aliquem promovet cum ficto, falſoque Titulo. T. 2. p. 419. n. 191.

Ordinatus vero ſine Titulo, non incurrit pœnam ſuſpenſionis ab exercitio Ordinum. T. 2. p. 418. n. 182.

Epiſcopus ordinando aliquem ſine Titulo, & prævia conventione, quod Ordinatus alimenta ab ipſo petere non poſſit, ſuſpenſus remanet a collatione Ordinum per triennium, & Ordinatus perpetuo ab illorum exercitio. ibid. n. 183.

Ordinatus cum ficto, falſoque Titulo Beneficii, Patrimonii, aut Penſionis, ſuſpenſionis pœnam incurrit. ibid. n. 184. 188. & 189.

Maxime, ſi eſſet Ultramontanus, ſeu Exterus, qui in Italia cum ficto, fiduciario, aut falſo Patrimonii Titulo ad Sac. Ordines ſe promoveri faceret. Tom. 2. pag. 419. n. 190.

Et fictus dicitur Titulus, non ſolum quando Beneficium eſt de *Pertica*, aut litigioſum, vel Patrimonium figuratum donatione fictitia, ſed etiam ſi Patrimonium ipſum adeo hypothecis, & ære alieno ſit gravatum, ut pro congrua ſuſtentatione non ſufficeret. T. 2. p. 418. n. 185.

Nec Ordinato cum ficto, falſoque Titulo tenetur Epiſcopus, doli, & fraudis inſcius, alimenta ſuppeditare. ibid. n. 186.

Epiſcopus, Clerico abſque canonico Titulo ordinato, & aliunde habenti, unde poſſit honeſte vivere, non tenetur alimenta ſubminiſtrare, donec de Beneficio fuerit ille proviſus. T. 2. p. 419. n. 192.

Intellige de jure communi, ſecus inſpecta diſpoſitione Concilii Tridentini. ibid. n. 193.

Obligatio ſubminiſtrandi congrua alimenta Clerico abſque Titulo ſcienter ordinato, non ſolum afficit Epiſcopum Ordinantem, ſed etiam illius Succeſſorem. ibidem. n. 194.

Traditur ratio, cur Succeſſor a culpa immunis, ſubire debeat pœnam ex facto Anteceſſoris? ibid. n. 195.

Eximitur Succeſſor Epiſcopus ab hujuſmodi obligatione, quando Anteceſſor Epiſcopatum reſignavit, aut ab eo depoſitus fuerit, habeatque unde poſſit alimenta prædicta ſubminiſtrare. ibid. n. 196.

Eadem obligatione, qua Epiſcopus, tenetur etiam Vicarius Capitularis, qui Literas Dimiſſoriales pro Sacris Ordinibus ſuſcipiendis, Subditis ſuis canonico Titulo deſtitutis, concedit. ibid. n. 197.

Titulus Religioſæ paupertatis, ſive Profeſſionis in Religione approbata, ad quem ordinantur Regulares, vetuſtiſſimus eſt in Eccleſia. T. 2. p. 417. n. 169.

Regularis, ut ad Titulum Religioſæ paupertatis Sacris Ordinibus initiari poſſit, neceſſe eſt, quod Profeſſionem valide emiſerit. ibid. n. 171.

Et ſi conſcius nullitatis ſuæ Profeſſionis ad Sacros Ordines Titulo Religioſæ paupertatis promovetur, incurrit pœnas a jure latas contra ſe promoveri facientes abſque Titulo, & a Conſtitutione *Pii II.* contra ſuſcipientes Sac. Ordines ſine Literis Dimiſſorialibus ſui Ordinarii. ibid. n. 172. & 173.

Ex V. Concilii Provinciali *Mediolanenſi*, Regularis Subdiaconatum promovendus jurare debet coram Epiſcopo, quod Profeſſionem ſponte emiſerit, aut ratam habuerit. ibid. n. 174.

Regularis ad Titulum Religionis Ordinatus, ſi ab ea ob nullitatem ſuæ Profeſſionis exeat, Miſſam celebrare nequit, niſi Beneficium, aut aliunde habeat, unde commode vivere poſſit. ibid. n. 175.

Et, an ab Ordinis exercitio ſuſpenſi remaneant *PP. Jeſuitæ* ad Titulum Societatis ordinati, qui ab ea dimittuntur, & Congruam non habent ſuſtentationem? Et, an hoc caſu, illis præſertim, qui abſque eorum culpa dimiſſi fuerunt, teneatur Societas Congruam præfatam ſuppeditare? *Vid. V. Jeſuitæ.*

ORDINES MILITARES IN GENERE.

Ordines Militares veniunt ſub nomine *Religionum laxiorum.* T. 2. p. 303. n. 205.

Riganti in Reg. Cancellariæ. Tom. IV.

Et, an Regulares Indultum habentes tranſeundi ad Religionem *etiam laxiorem*, tranſire poſſint ad Ordines Militares? *Vid. V. Regulares quoad Tranſitum ad aliam Religionem.*

Reges, & Principes, qui ſunt perpetui Adminiſtratores Ordinum Militarium, conſiderantur ut Prælati ordinarii, gaudentque ex Pontificio Indulto juriſdictione Eccleſiaſtica exercenda per Subſtitutos Eccleſiaſticos. T. 3. p. 284. n. 193. & 195.

Præceptoriæ Generales Ordinum Militarium non ſunt reſervatæ vigore Regulæ IV. & quare? T. 1. p. 309. n. 2. & 3.

Sunt tamen reſervatæ Præceptoriæ Ordinis, qui ab initio fuit Militaris, ſed poſtea evaſit Monachalis. ibid. n. 4.
Vid. V. Regula IV. quoad Reſervationem Præceptoriarum Generalium &c.

Beneficia Ordinum Militarium tam majora, quam minora non ſubjacent Reſervationi Regulæ IX. Tom. 2. p. 30. n. 108. & 109.

Per Promotionem ad Epiſcopatum vacant Beneficia, Dignitates, & Commendæ Ordinum Militarium. T. 1. p. 125. num. 57.

De illis tamen non diſponit Papa uti de reſervatis, ſed ſit locus *Smutitioni* favore Equitum Antianorum. ibid. n. 58.

Commendæ, & Præceptoriæ Ordinum Militarium regulantur jure Beneficiorum Eccleſiaſticorum. Tom. 4. p. 102. num. 5.

Et veniunt appellatione *Beneficii* pro regulanda ſubjectione quoad Ordines ſuſcipiendos erga Epiſcopos in quorum Diœceſibus exiſtunt. T. 2. p. 352. n. 60.

Commendæ, & Præceptoriæ præfatæ nullam habentes Adminiſtrationem, & Juriſdictionem, obtineri poſſunt etiam ab iis, qui habiles ſunt ad profitendum ſuſcepto habitu. T. 4. p. 102. n. 6. & 9.

Sed habentes adminiſtrationem, & Juriſdictionem, nonniſi ab actu profeſſis. ibid. n. 8.
Vid. V. Ordo Militaris S. Jo. Hieroſolymitani.

Proviſus de Commenda Ordinis Militaris cum Decreto, quod Profeſſionem emittere non teneatur uſque ad annum trigeſimum, ſi ante tempus præfatum ſtatum eligat cum eadem profeſſione incompatibilem, quia nempe ad Sacros Ordines promoveatur, Commenda ceſſat a puncto ſuſcepti ſtatus incompatibilis, non poſt annum trigeſimum ad profitendum præfixum. Et ita reſolutum. T. 4. p. 103. n. 32. & 44.

Redduntur rationes, & reſpondetur rationibus contrariis. ibid. n. 33.

Ordines Militares de Alcantara, S. Jacobi de Spata, Jeſu Chriſti, SS. Mauritii, & Lazari, S. Stephani &c.

Milites Profeſſi *S. Jacobi de Spata, de Alcantara, S. Stephani*, aliarumque Militiarum, in quibus tria Vota ſubſtantialia non emittuntur, non ſunt veri Religioſi. T. 3. p. 387. n. 33.

Et capaces ſunt obtinendi Beneficia ſecularia abſque Apoſtolica Diſpenſatione. T. 3. p. 282. n. 177. & 178.

Contrarium. T. 3. p. 283. n. 179.

Poſtulatam de ſtylo Datariæ, quæ cum illis in proviſione Beneficiorum ſecularium diſpenſat, ac Componendam exigit. ibid. n. 180. & T. 3. p. 387. n. 33.

Per Profeſſionem in dictis Militiis emiſſam Beneficia non vacant. ibid. n. 34.

Fratres Clerici Militiæ *S. Jacobi*, ſeu aliarum Militiarum, ſunt de jure capaces Beneficiorum Eccleſiaſticorum ſecularium. T. 3. p. 283. n. 181.

Fratres Sacerdotes Profeſſi Ordinum Militarium *Jeſu Chriſti, S. Jacobi de Spata*, & de *Avis* in Regno Portugalliæ exiſtentium, incapaces ſunt abſque Apoſtolica diſpenſatione obtinendi Beneficia ſecularia. ibid. n. 183.

Contrarium, & quare? ibid. n. 184.

Sed non recedendum a priori Sententia, cujus rationes late expenduntur; explicantur Deciſio *Rotæ coram bon. mem. Muto.* Et reſpondetur contrariis rationibus, & exemplis. ibid. n. 185. & ſeqq.

Et poſteriorem hanc Sententiam ſequuta fuit Sacra Congregatio Concilii de annis 1707. & 1709. Tom. 3. pag. 285. n. 205.

De tribus ſpeciebus Perſonarum exiſtentium in Equeſtri Ordine *Jeſu Chriſti*, & quænam ex illis ſit capax obtinendi Beneficia ſecularia abſque Apoſtolica diſpenſatione. T. 3. p. 283. n. 187. & ſeqq.

Milites *Ordinis Jeſu Chriſti*, nedum a Rege Portogalliæ, ſed a Papa etiam creantur. ibid. n. 190.

Dictorum Ordinum Militibus profeſſis prohibitum non eſt de fructibus ſuarum Commendarum diſponere. Tom. 2. p. 287. n. 234.

Fratres Profeſſi *S. Jacobi*, aliarumque Militiarum Dominium habent, vel ſaltem uſumfructum rerum ſuarum,

eaſque alienare poſſunt, & quæcumque Bona, etiam Juriſdictionalia acquirere. T. 3. p. 284. n. 199.

Commendæ & Præceptoriæ *SS. Mauritii & Lazari* vacantes *apud Sedem* non ſunt Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervatæ. T. 1. p. 71. n. 320.

Sedes Apoſtolica indulgendo M. Magiſtro facultatem conferendi Commendas, & Præceptorias *apud Sedem* vacantes, non abdicat a ſe poteſtatem de illis diſponendi. *ibid.* n. 321.

Pluriesque Summi Pontifices de Commendis, & Præceptoriis præfatis *apud Sedem* vacantibus, diſpoſuerunt. *ibid.* num. 322.

Ordo Militaris S. Joannis Hieroſolymitani.

Milites Profeſſi S. Joannis Hieroſolymitani capaces ſunt obtinendi Beneficia ſecularia abſque Apoſtolica diſpenſatione. T. 3. p. 282. n. 170.

Contrarium, quia emittunt tria Vota ſubſtantialia, & ſunt veri Religioſi. *ibid.* n. 171.

Amplia, ut nec Penſiones ſine diſpenſatione præfata obtinere poſſint. *ibid.* n. 172.

Idemque dicendum de Fratribus Cappellanis. *ibidem.* num. 173.

Apoſtolica Sedes pluries cum Militibus Sancti Joannis Hieroſolymitani diſpenſavit, ut Beneficia Eccleſiaſtica ſecularia aſſequi poſſent. *ibid.* n. 174.

Et refertur Decretum in Literis Apoſtolicis bujuſmodi Diſpenſationis adjici ſolitum. *ibid.* n. 175.

De praxi reſervandi Penſiones ad favorem eorumdem Militum? *ibid.* n. 176.

Per Profeſſionem emiſſam in Militari Ordine S. Joannis Hieroſolymitani vacant Beneficia ſecularia. Tom. 3. p. 387. n. 35.

Indulget tamen quandoque Militibus præfatis Sedes Apoſtolica, ut eadem Beneficia retinere poſſint. *ibid.* n. 36.

Et de Decreto quod in Indultis præfatis apponi ſolet? *ibid.* num. 37.

Vid. V. Commenda.

Equitibus Hieroſolymitanis prohibitum non eſt de fructibus ſuarum Commendarum, & Prioratuum diſponere. T. 3. p. 187. n. 233.

Et an permiſſum iis ſit tranſire ad Ordines Clauſtrales nulla petita licentia a M. Magiſtro? Tom. 2. p. 299. n. 39. p. 300. n. 60.

Fratres Profeſſi S. Joannis Hieroſolymitani Dominium habent, vel ſaltem uſufructuum rerum ſuarum, eaſque alienare poſſunt, & bona quæcumque, etiam Juriſdictionalia acquirere. T. 3. p. 284. n. 199.

Præceptoriæ, Commendæ, aliaque Beneficia S. Religionis Hieroſolymitanæ, nec Regulæ *de Triennali*, nec aliis Cancellariæ Regulis ſunt obnoxia. T. 3. p. 128. n. 394. & 395.

Nec vacantia *apud Sedem* ſubjacent reſervationi. *Cap. 2. de Præb. in 6. & Extrav. ad Regimen.* renovatæ in Regula I. Cancell. T. 1. p. 71. n. 319.

Pluries tamen de iis *apud Sedem* vacantibus Sedes Apoſtolica diſpoſuit. *ibid.* n. 323.

Præceptoriæ, & Commendæ præfatæ regulariter adminiſtrationem, & Juriſdictionem habent. Tom. 4. p. 101. num 7.

Obtineri non poſſunt, niſi ab actu profeſſis. Et ita reſolutum à Sac. Congregatione Concilii. *ibid.* n. 8. & 10.

Sed aliquando Apoſtolica Sedes indulget, ut actu non profeſſi, habiles tamen ad profitendum, illas obtinere poſſint. T. 4. p. 102. n. 12.

Vid. V. Ordines Militares.

Præceptoriæ, & Commendæ Ordinis præfati, vacant per promotionem ad Epiſcopatum. T. 1. p. 115. n. 57.

De illis tamen Papa non diſponit uti de reſervatis, ſed ſit locus *ſmutitioni* favore Antianorum. *ibid.* n. 58.

Ordo S. Spiritus in Saxia.

Præceptoriæ Generales Ordinis *S. Spiritus in Saxia*, an ſint reſervatæ? *Vid. V. Regula IV. quoad Reſervationem Præceptoriarum Generalium &c.*

Præceptoriæ *S. Spiritus in Saxia*, aliaque dicti Ordinis Beneficia, ſpectant ad collationem Præceptoris Generalis *S. Spiritus in Saxia.* Tom. 1. pag. 309. n. 5. & pag. 310. num. 12.

Etiamſi vacent ex Perſona Officialis, Papæ Familiaris, vel *apud Sedem.* T. 1. p. 310. n. 6. & 11.

An ſint vera Beneficia, & dentur in Titulum, ſeu potius in adminiſtrationem ad nutum Præceptoris? *ibid.* n. 7. & 10.

Papa hujuſmodi Præceptorias *S. Spiritus*, etſi manuales, conferre poteſt. Et referuntur exempla. T. 1. p. 310. n. 8.

Præceptoriæ præfatæ non cadunt ſub Concordatis Galliæ, & redditur ratio. *ibid.* n. 9. & 13.

Prioratus, Præceptoriæ, & Beneficia Ordinis *S. Spiritus* in *Saxia* conferri non poſſunt, niſi ejuſdem Ordinis Religioſis. T. 3. p. 288. n. 242.

Religioſos Ordinis *S. Spiritus in Saxia* diſponere poſſe de fructibus ſuarum Præceptoriarum, Prioratuum, aut Beneficiorum, dummodo pecuniæ erogentur in uſus pios, & Religioſos, cenſuit Congregatio particularis de anno *1696.* T. 1. p. 310. n. 7. T. 3. p. 286. n. 225.

Referuntur Doctores, qui hanc propugnant Sententiam, & rationes, quibus ea innititur. Tom. 3. p. 286. n. 226. & p. 287. n. 229. & plurib. ſeqq.

Regulares Indultum habentes tranſeundi ad Religionem laxiorem, an, & quando tranſire poſſint ad Hoſpitalarios *S. Spiritus in Saxia? Vid. V. Regulares quoad Tranſitum &c.*

Ordo S. Antonii de S. Antonio Viennen.

Prioratum eſſe Regularem Ordinis *S. Antonii de S. Antonio Viennen.* ex quibus circumſtantiis probetur? T. 1. p. 305. num. 55.

Prioratus *S. Antonii de S. Antonio Viennen.* ſunt exempti. *ibid.* n. 57.

Præceptoriæ Ordinis præfati ſunt perpetuæ. T. 1. p. 303. n. 22. & p. 305. n. 57.

Et in Gallia, non cadunt ſub Regia nominatione, quia non providentur per electionem, ſed per collationem. T. 1. p. 314. n. 58. *Vid. V. Beneficia Regularia. V. Dignitates Regulares.*

Præceptoriæ *S. Antonii de S. Ant. Viennen.* non ſubjacent diſpoſitioni *Regulæ IV.* reſervantis Dignitates Conventuales. T. 1. p. 302. n. 14.

Contrarium. T. 1. p. 303. n. 22.

Et, an ejuſdem Regulæ reſervationi ſint obnoxiæ Præceptoriæ Generales Ordinis præfati? *Vid. V. Reg. IV. quoad Reſervationem Præceptoriarum Generalium &c.*

Religioſi Ordinis *S. Antonii de S. Antonio Viennen.* in uno Monaſterio adſcripti, ſunt capaces Beneficiorum alterius Monaſterii. T. 4. p. 107. n. 18.

Regulares Indulto gaudentes tranſeundi ad Religionem laxiorem, an tranſire poſſint ad Hoſpitalarios *S. Antonii Viennen.? Vid. V. Regulares quoad Tranſitum &c.*

Præceptor Generalis Præceptoriæ *S. Antonii de S. Antonio Viennen.* in Civitate Neapolis exiſtentis, eſt Ordinarius collator Beneficiorum omnium ſub titulo *S. Antonii* in eodem Regno exiſtentium, ad excluſionem Ordinariorum, in quorum Diœceſibus ſita ſunt. T. 1. p. 310. n. 16. p. 313. n. 48. 53. 56. & 57.

Nec Regulares Ordinis S. Antonii, ſive primordialiter Profeſſi, ſive ad eum tranſlati, jus aliquod pretendere poſſunt in Beneficiis dependentibus ab eadem Præceptoria generali Neapolitana. T. 1. p. 313. n. 55.

Præceptor Generalis jus habet inſtituendi ad Beneficia de jurepatronatus ſub dicta denominatione in præfato Regno exiſtentia. T. 1. p. 310. n. 17. & p. 313. n. 49.

Eorumdemque Beneficiorum devolutio non fit ad Ordinarios, ſed Præceptorem Generalem. T. 1. p. 313. n. 49.

Præceptor Præceptoriæ Neapolis, an poſſit Beneficia a dicta Præceptoria dependentia conferre Clericis Secularibus, vel potius ea conferre teneatur Regularibus ejuſdem Ordinis, etiam in aliis Monaſteriis exiſtentibus? T. 1. p. 310. n. 18. p. 313. n. 54. & 55.

Beneficia præfata conferri non poſſunt Clericis Secularibus in titulum perpetuum, ſed a nutum, amovibiliter. T. 1. p. 311. n. 19.

Sunt de ſui natura manualia, exceptis Curatis. *ibid.* n. 20.

Et hac ratione non ſubjacent Reſervationibus Apoſtolicis, nec etiam illi ex vacatione apud Sedem. *ibid.* n. 22. & 23. p. 313. n. 51.

Spectant tamen ad Sedis Apoſtolicæ diſpoſitionem, quando ſunt affecta per appoſitionem manus Papæ; cum Beneficia etiam manualia, cadant ſub affectione. T. 1. p. 311. n. 24.

Et ſic ſpectant ad Papæ collationem ſi vacent *juxta Decretum*, per reſignationem, per ceſſationem Commendæ &c. *ibid.* n. 26.

Limita, ut non cadant ſub affectione favore Pontificis, ſi Præceptor Generalis fuerit Cardinalis gaudens Indulto conferendi etiam Beneficia affecta. T. 1. p. 313. num. 51.

Beneficia præfata pertinent ad Pontificis diſpoſitionem quando ſunt litigioſa, & redditur ratio. Tom. 1. p. 311. num. 27.

Si per quadraginta annos fuerint in titulum perpetuum collata

Digitized by Google

collata Clericis ſæcularibus, poſſunt ab Ordinariis locorum conferri. T. 1. p. 311. n. 28. p. 313. n. 52.
Et ſi alicui reſervationi ſint obnoxia, ſpectant ad Apoſtolicæ Sedis proviſionem. T. 1. p. 311. n. 29.
Maxime ſi concurrat ultimus ſtatus pro Beneficio collativo. *ibid.* n. 30.
Papa poteſt in proviſione Præceptoriæ Generalis *S. Antonii de S. Antonio Viennen.* Civitatis Neapolis Beneficia ab ea dependentia ſuæ diſpoſitioni reſervare. T. 1. p. 312. num. 36.
Dum vacat Præceptoria præfata, expedit, quod Pontifex tanquam Ordinarius Ordinariorum conferat Beneficia ab ea dependentia, quæ antea vacaverant, & in poſterum vacatura, quouſque Præceptoria commendetur; & aſſignantur rationes. *ibid.* n. 40. 41. & 43.
Debent tamen hujuſmodi Beneficiorum proviſiones expleri per viam *deputationis ad vitam* cum expreſſione manualitatis, & quare? *ibid.* n. 44. & 45.
Quemadmodum deputationes præfatæ fieri debent ſine præjudicio Præceptoris in futuris vacationibus. T. 1. p. 313. num. 46.
Vid. V. Beneficia Regularia. V. Beneficia manualia.

ORIUNDUS.

Oriundus de jure dicitur, qui originem ducit a loco, in quo ejus Pater natus eſt. T. 2. p. 211. n. 103.
Qui vero natales ſortitur in aliquo loco, dicitur *ortus* in eo. *ibid.* n. 104.
Aliquando vero *Oriundus*, & *Ortus* promiſcue in jure uſurpantur. T. 2. p. 212. n. 106.
Oriundus de ſtylo Datariæ, & Cancellariæ ille dicitur, qui natus eſt in loco, ubi ſitum eſt Beneficium, & ſic *Oriundus* pro *Orto* accipitur. *ibid.* n. 105.
Originarius vero dicitur, qui originem trahit ex loco nativitatis Paternæ. *ibid.*
Et uterque in pari *Data* præferri debet extraneo pro aſſequutione Beneficii. *ibid.* n. 107.
Oriundi appellatione, non venit Domiciliarius, etiam ſi in eo loco ad titulum Patrimonii ſit Sacris Ordinibus initiatus. *ibid.* n. 117.

P.

PACTA.

De Pactis inter Compermutantes, aut inter Reſignantem, & Reſignatarium, quæ exprimi ſolent in ſupplicatione, & non in Literis Apoſtolicis? *Vid. V. Supplicatio.*
Et, an Index qui judicare debet ad formam Literarum, & non ſupplicationis juxta *Regul. XXVII.* poſſit eorumdem Pactorum exequutionem demandare? *Vid. V. Reg. XXVII.*
Pacta, præcipue pro bono pacis, & quietis inita perpetuo durant, nec morte unius ex paciſcentibus extinguuntur. T. 1. p. 10. n. 95.
De nullitate Pactorum, quæ adverſus SS. Canonum, & Apoſtolicarum Conſtitutionum diſpoſitiones, ante, vel poſt electionem, ſeu Poſtulationem ad Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria inter Electores explentur? *Vid. V. Electio.*

Pacta Conclavis.

Ex Compacto inito in Conclavi *Innocentii VIII.* inter Cardinales, permiſſum erat ipſis præſtare conſenſum in Proviſionibus Beneficiorum ſuorum Familiarium, qui eſſent etiam Prothonotarii Apoſtolici, vel Scriptores Literarum Apoſtolicarum. T. 3. p. 113. n. 136.
Compactum tamen hujuſmodi Pontifices Succeſſores non obſtringit. T. 3. p. 114. n. 159.
Et nocet potius, quam favet Cardinalibus. *ibid.* n. 160.
Paulus IV. ex Compacto inito cum Cardinalibus in Conclavi, promiſit Regulæ *de Infirmis Reſignan.* tam citra, quam ultra Montes in præjudicium Indultorum Cardinalium non derogare. T. 2. p. 248. n. 163.
Et ob hujuſmodi Compactum Galliæ Pragmatici contendunt, Papam in Gallia derogare non poſſe Regulæ præfatæ in præjudicium Cardinalium. *ibid.* n. 162. & 164. & T. 3. p. 267. n. 41.
Contrarium, & de ratione. T. 2. p. 248. n. 165. & T. 3. p. 267. n. 42. *Vid. V. Regula XIX.*
Pacto inito inter Cardinales in Conclavi, in quo Pontifex electus fuit *Clemens X.* conventum extitit, nec alicui concederetur facultas ſignandi *per Conceſſum* modo extraordinario. T. 3. p. 144. n. 34. *Vid. V. Signatura per Conceſſum.*

Additio Regulæ VIII. factæ ab *Alexandro VII.* -- *non tamen ob ſervitium Sedis Apoſtolicæ, & cum licentia Sanctitatis Suæ, vel apud earum Eccleſias reſidentes* -- expleta fuit in exequutionem *Cap. XII.* inter ſtabilita in Conclavi. T. 1. p. 389. n. 45.
Et qua ratione de mandato ejuſdem Pontificis verba præfata expuncta fuerunt a Regula? *Vid. V. Regula VIII. quoad reſervationem Beneficiorum Titulorum Cardinalium a Romana Curia abſentium.*

PAPA.

Papæ Nomen primis Eccleſiæ ſeculis commune erat omnibus Sacerdotibus, & præcipue Epiſcopis. T. 3. p. 143. num. 22.
Illudque etiam hodie uſurpatur a Patriarcha *Alexandrino.* *ibid.* n. 23.
Ex Romanis Pontificibus *Papæ* Nomen primus ſibi tribuit *Siricius.* *ibid.* n. 24.
Et circa medium ſæculi IX. ſenſim uſus invaluit, ut *Papæ* Nomen, nec Epiſcopis, nec Patriarchis, ſed uni Romano Pontifici tribueretur. *ibid.* n. 25.
Ex Romanis Pontificibus, quis primus Nomen in Baptiſmate receptum ſibi mutaverit? Et quæ fuit mutandi Nominis ratio? T. 3. 142. n. 11. 12. & plurib. ſeqq.
Referuntur Pontifices, qui poſt inductum jam morem mutandi Nomen, adhuc in Pontificatu proprium Baptiſmatis Nomen retinuerunt. *ibid.* n. 18.
Et reprobantur qui exiſtimant, Nomen ſibi non mutaſſe, nec *Joannem XXI.* nec *Eugenium IV.* T. 3. p. 143. n. 19. & 20.
Pontifices, a quo tempore numerum ſui Nominis ſcribere cœperunt? *ibid.* n. 26. 27. & 28.
Pontifices primis Eccleſiæ ſeculis unde Annorum numerationem in eorum Diplomatibus ducebant? & a quo tempore invaluit uſus illos ducendi ab Incarnatione D. N. J. C.? *Vid. V. Annus.*
Et a quo tempore Plumbea Bulla ſuas Literas obſignare cœperunt? *Vid V. Bulla.*
Pontifices ante Coronationem, ſi negocia expedire cupiebant, non integra, ſed *dimidia Bulla* Literas obſignabant. Et quæ ſit dimidia Bulla? *Vid. V. Papa quoad Benedictionem, Conſecrationem, ac Coronationem.*
Papa tribus Nominibus ſubſcribendo utitur, *Perſonæ* ſcilicet, *Dignitatis*, & *Officii.* T. 3. p. 141. n. 7.
Et quando ſingula hæc nomina adhibere ſoleat? *ibid.*
Papa, cur Gratiarum ſupplicationibus ſubſcribat nomine, quod in Baptiſmate recepit, & in Literis, quæ ſuper iis poſtea expediuntur, apponatur Nomen, quod in Pontificatu aſſumpſit? *ibid.* n. 8. 9. & ſeqq.
De modis quibus Papa Supplicationes ſignare ſoleat? *Vid. V. Signatura per Fiat.* -- *V. Signatura per Conceſſum. V. Regula XXXV.*
Tempore Infirmitatis Pontificis, a quo, & quomodo ſupplicationes ſignari debeant? *Vid. V. Signatura per Conceſſum.*
Pontifices ante *Formoſum* eligebantur ex Diaconis, & Preſbyteris, non autem ex Epiſcopis. T. 2. p. 204. n. 14.
Et quando ex Diaconis eligebantur, prætermiſſo Presbyteratus gradu, in Epiſcopos ordinabantur. T. 2. p. 314. num. 12.
Sed qui Presbyteratu inſigniri voluerunt, quorum primus *S. Gregorius VII.* præſcripta Ordinationum tempora expectarunt. *Vid. V. Ordines quoad tempora in quibus de jure conferri debent.*
Ob aſſumtionem ad Pontificatum vacat Epiſcopatus per electum antea obtentus. T. 1. p. 142. n. 265. & ſeqq.
Referuntur quamplurima exempla tum antiqua, tum moderna Pontificum, qui Eccleſias Epiſcopales una cum Pontificatu retinuerunt. *ibid.* n. 269.
Per aſſumtionem ad Papatum vacant Beneficia per electum obtenta. *ibid.* n. 265.
Contrarium verius, & redditur ratio. *ibid.* n. 266.
Per aſſumtionem ad Pontificatum, Penſiones quas electus in Statu Cardinalitio percipiebat, extinctas non remanere, plures Summi Pontifices declararunt. *ibid.* n. 270.
Et nonnulli Pontifices Penſiones Titularibus, quas ipſi perſolvebant, remiſerunt. T. 1. p. 143. n. 271.
Papa ſuprema potitur auctoritate ſuper omnibus Beneficiis Eccleſiaſticis. T. 2. p. 4. n. 9.
Et plenaria hæc poteſtas eruitur potiſſimum ex privativa qua gaudet facultate commendandi Beneficia. T. 3. p. 265. num. 28.
Vid. V. Commenda.
Suprema Pontificis poteſtas in Beneficialibus verſatur nedum circa Beneficiorum conceſſionem, ſed etiam ablationem. T. 2. p. 230. n. 77.

Omnia Beneficia Mundi reſpectu Papæ ſunt obedientialia, & manualia. T. 2. p. 230. n. 78.
Eccleſiarum Bona ſunt in Dominio, vel ſub libera Pontificis adminiſtratione, & Beneficiati Beneficiorum ſuorum adminiſtrationem habent dependentem a Papa. *ibid.* n. 79.
Papa auferendo alicui Beneficium, non dominium, ſed nudam adminiſtrationem ei aufert. *ibid.* n. 80.
Papa, an poſſit etiam ſine cauſa Beneficiatum ſuo Beneficio privare? *Vid. V. Beneficia quoad privationem.*
Papa in conferendo Beneficia benemerentiam non deſumit ex ſola præſentia in Curia, niſi in paritate meritorum. T. 2. p. 5. n. 26.
Declaratur aſſertio *Bartholomæi de Martyribus*, quod Pontifex in Beneficiis conferendis doctrinam potius, quam paupertatem Clericorum attendere debeat. *ibid.* n. 27. & 28.
Papa in Beneficiorum proviſione concurrere poteſt cum inferioribus Collatoribus. T. 3. p. 234. n. 20.
Et quomodo diſponat de Beneficiis, quæ ſunt de Jurepatr. Laicali? *Vid. V. Juſpatr. Laicale. V. Juſpatr. quoad devolutionem. V. Juſpatr. quoad derogationem.*
Papa in ſuis conceſſionibus nunquam intendit jus alteri ex quocumque titulo quæſitum auferre, niſi illi deroget, & ex quibus clauſulis cenſeatur ei derogatum? *Vid. V. Regula VIII.*
Vid. V. Beneficia quoad collationem.
Reſponſum, & definitio Papæ in puncto juris ſuper caſu particulari, vim Canonis habet, & amplectitur caſus omnes ejuſdem naturæ. T. 2. p. 72. n. 26. p. 219. n. 187.
Papa Conſtitutionem aliquam declarando, novum jus non inducit, ſed antiquum interpretatur. Tom. 3. pag. 27. num. 189.
Et per hujuſmodi declarationem nemini præjudicium infert. *ibid.* n. 190.

Papa quoad Benedictionem, Conſecrationem, & Coronationem.

Pontifex ſtatim ac a Collegio Cardinalium eſt electus, poteſtatis plenitudinem acquirit. T. 1. p. 204. n. 6.
Et priſcis temporibus ante Coronationem Beneficia conferebant. T. 2. p. 145. n. 57.
De ſtylo tamen ante Coronationem non ſcribit Pontificatum in *Data*. T. 1. p. 204. n. 7. & p. 206. n. 31.
Sed tempore *Urbani VIII.* Literæ Apoſtolicæ expeditæ fuerunt ante Coronationem, & ſub *Datum* in craſtinum ſuæ aſſumtionis, & quare? T. 2. p. 142. n. 58. & 60. p. 206. n. 32.
Succeſſores vero Pontifices poſt *Urbanum*, *Datam Coronationis* ſervarunt. p. 142. n. 59.
Pontifex ante Coronationem, ſi negocia expedire velit, id peragit per Brevia, in quibus non utitur Bulla, ſed Anulo Piſcatoris. T. 2. p. 204. n. 8.
At ſi Literis aliquando Pontificibus ante Coronationem uti placuit, non integram ſed *dimidiam Bullam* adhibuerunt, & quæ ſit dimidia Bulla? *ibid.* n. 11. & p. 205. n. 16. 17. 18. 22. & 23.
Vid. V. Bulla.
Nec ſe ſcribit ſimpliciter Epiſcopum, ſed *electum Epiſcopum*, & non Pontificatum, *ſed Officium Apoſtolatus* ſcribit in Data. T. 2. p. 204. n. 11.
Id ipſum priſcis temporibus obſervaſſe Pontifices ante eorum Coronationem, ſive Diaconi eſſent ſive Presbyteri, pluribus exemplis oſtenditur. *ibid.* n. 13.
Sed *Martinus V.* ipſa Electionis die, quamvis non ordinatus Presbyter, non *electum*, ſed abſolute *Epiſcopum* ſe ſcripſit. *ibid.* n. 15.
Epiſcopus in Pontificem electus, benedicitur potius quam conſecratur; nam qui Epiſcopus eſt, Conſecratione non indiget. T. 2. p. 205. n. 19.
Sed Benedictionis, & Conſecrationis nomina aliquando a Scriptoribus confunduntur. *ibid.* n. 20.
Quemadmodum Coronatio Pontificis, quamvis diverſa a Benedictione, ſeu Conſecratione, cum poſt eas expleatur, pro illis tamen aliquando uſurpatur. *ibid.* n. 21.
Primis Eccleſiæ ſeculis nonnulli Pontifices in ipſo Conſecrationis die Sacras peregerunt Ordinationes. T. 2. p. 317. n. 41. & 42.

Papa quoad Cardinales.

Plenitudo Apoſtolicæ Juriſdictionis, & poteſtatis penes ſolum Pontificem reſidet, nullo exquiſito Cardinalium conſilio, & reprobantur DD. qui contrarium exiſtimant. T. 3. p. 201. n. 203.
Cauſæ Majores Cardinalium, etiam vigore Concordatorum Galliæ, non ab alio, quam a Pontifice Romæ judicari debent. *Vid. V. Galliarum Concordata.*
In Cauſis Cardinalium depoſitionem, aut privationem reſpicientibus, quemadmodum in aliis gravioribus Eccleſiæ negociis, Pontifex de honeſtate ſoltum, non de neceſſitate, debet aliorum Cardinalium conſilia exquirere. T. 3. p. 201. n. 200.
Et honeſtatem hanc ſequuti Pontifices, dum in Cardinales delinquentes animadverterunt, aliorum Cardinalium vel aſſenſum, vel conſilium exquiſivere. Et referuntur exempla. *ibid.* n. 204. & 205.
Papa, an, & quando cenſeatur ſub ſuis Conſtitutionibus Cardinales comprehendere? *Vid. V. Cardinales. V. Regul. LXX.*

PAROCHI.

Parochi tenentur ex præſcripto Concilii Tridentini Sacramentorum vim, & uſum lingua vernacula, ſi opus ſit, ſingulis diebus Feſtis, & ſolemnioribus, Populo explicare. T. 2. p. 162. n. 11.
De neceſſitate Parochorum callendi idioma naturale loci de tempore proviſionis Parochialis, ne alias hæc nulla, & irrita ſit? *Vid. V. Reg. XX.*
Parochus a Sede Apoſtolica diſpenſatus, ut una cum Parochiali, Canonicatum in alio loco exiſtentem retinere poſſit, penes quam Eccleſiam reſidere teneatur? *Vid. V. Reſidentia.*
Et, an reſidendo apud Parochialem lucretur fructus Canonicatus, ac diſtributiones quotidianas? *Vid. eod. V.*

PAROCHIALES.

Eccleſiæ Parochiales, & Beneficia Curata non veniunt appellatione Beneficiorum ſimplicium. T. 2. p. 175. n. 155.
De unione Eccleſiarum Parochialium ob eorum paupertatem vigore Concilii Tridentini ab Epiſcopo facienda? *Vid. V. Unio Beneficiorum vigore Concilii Tridentini.*
Et, an Epiſcopo permiſſum ſit illas unire Præbendis Canonicalibus pro augumento Diſtributionum quotidianarum? *Vid. eod. V.*
Parochialium proviſio expleta favore eorum, qui locorum Idioma non intelligant, an ſit valida? *Vid. V. Regul. XX.*
Cardinalis Epiſcopus, aut quilibet alius Cardinalis ordinarius Collator in *Curia* præſens, poteſt examen præſentati ad Eccleſiam Parochialem de Jurepatr. laicali in *Curia* pariter præſentis, Examinatoribus Urbis committere. T. 2. p. 24. n. 51.
Parochialis retentionem una cum Canonicatu in Cathedrali, vel Collegiata, an Sedes Apoſtolica aliquando indulgere ſoleat, & quibus ſub conditionibus? *Vid. V. Germania. V. Italia. V. Polonia.*
Eccleſiarum Parochialium ſecularium, an olim capaces eſſent Regulares, & quomodo capacitas hæc penes ipſos modo reſideat? *Vid. V. Regulares quoad Beneficia ſecularia &c.*

Parochiales quoad Concurſum, & prælectionem.

Forma providendi Eccleſias Parochiales, etiam in Menſibus Apoſtolicis vacantes, prævio examine per Concurſum, etſi acriter contradicta, approbata tamen ſemel fuit in Concilio Tridentino. T. 2. p. 22. n. 36.
Rejicitur *Paulus Sarpius* maligne carpens Decretum Concilii ſuper forma providendi Parochiales per Concurſum, præſervatis reſervationibus. T. 2. p. 23. n. 39.
De methodo examinis inſtituendi in Concurſibus ad Parochiales præſcripta per Literas Encyclycas S. Congregationis Concilii directas Prælatis omnibus jus convocandi Concurſum habentibus? T. 3. p. 190. n. 115.
Et de pari methodo, in ſimilibus Literis ad eoſdem Prælatos directis, a Sanctiſſimo D. N. BENEDICTO XIV. demandata T. 3. p. 202. †
Concurſus pro Parochialibus *ultra Montes* fieri debet coram Card. Vicario Urbis, quando adſunt *in Curia* concurrentes. T. 2. p. 25. n. 59.
Spectante Collatione Parochialis ad Card. Indultarium, tenetur ille notificare Epiſcopo vacationem Parochialis ad effectum, ut Concurſum indicere valeat? T. 2. p. 169. n. 10.
Contrarium, & redditur ratio. *ibid.* n. 11.
Spectante Collatione Parochialis, quæ in Menſe reſervato vacavit ad Cardinalem Indultarium, tenetur Epiſcopus intra quatuor Menſes, ſi Parochialis intra Montes, & ſex, ſi ultra Montes exiſtat, Cardinalem ipſum certiorem reddere de facto Concurſu. *ibid.* n. 18. & 19.
Non tenetur tamen Epiſcopus Acta Concurſus ad Cardinalem Indultarium tranſmittere. T. 2. p. 171. n. 36.
Proviſio Parochialis expleta ob id, quod fuit quis in Concurſu

curſu ab Examinatoribus Synodalibus approbatus, an ſuſtineatur vigore Clauſulæ -- *ſive præmiſſo &c.* -- ſi examen coram Examinatoribus Synodalibus minus recto expletum fuerit, aut ſi intervenerit unus, qui non erat Examinator, vel ſi Examinatores uti tales ab omnibus reputati fuerint, licet in jure diſputari poſſet ſuper eorum legitima deputatione? *Vid. V. Clauſulæ in ſpecie verſic.* Clauſula ſive præmiſſo &c.

De pluribus caſibus, in quibus in proviſione Parochialium non requiritur Concurſus. Remiſſive. T. 1. p. 171. n. 40. T. 2. p. 24. n. 53.

Concurſus non requiritur in Parochialibus, & Beneficiis Curatis, alias quam ratione Menſium reſervatis, ſed ad libitum Pontificis tali caſu demandatur pro inſtructione animi ſui. T. 2. p. 24. n. 54.

Et ex Literis Enciclycis SS. D. N. BENEDICTI XIV. vacantibus Eccleſiis Parochialibus ex quocomque Capite reſervatis, tenentur Epiſcopi indicere Concurſum nulla ad hunc actum petita venia, vel licentia a Pontifice. T. 3. p. 205. §. *Demum.* †

Non requiritur Concurſus in Parochialibus juxta Conſtitutionem *S. Pii*, ſeu alias ex culpa Ordinariorum, devolutis. T. 2. p. 24. n. 55.

Et ita a Congregatione particulari reſolutum. T. 2. p. 25. n. 58.

Nec in Impetrationibus Parochialium *certo modo* factis. T. 2. p. 24. n. 56.

Et ſic etiam a Congregatione præfata decretum. Tom. 2. p. 25. n. 58.

Concurſus non requiritur in Parochialibus de Jurepatr. Eccleſiaſtico, ſi fuerit lege fundationis excluſus. *ibid.* n. 61.

Nec quando Parochiales ab immemorabili tempore, vel per centum annos, abſque Concurſu provideri conſueverint. *ibid.* n. 62.

Contrarium, Remiſſive. n. 63.

Cardinalis *in Curia* præſens, an poſſit conferre Parochialem in ſuo Epiſcopatu vacantem Perſonæ in Urbe degenti abſque Concurſu, ſed ſolum prævio examine? T. 2. p. 23. n. 43. & ſeqq. p. 24. n. 46. & ſeqq.

Expleto Concurſu ſuper Parochiali vigore Regulæ IX. reſervata, Ordinarius eligit Digniorem inter approbatos, & Papa confert. Tom. 1. pag. 169. n. 17. p. 170. n. 27. T. 2. p. 23. n. 40.

Et debet ab Ordinario prælectus intra ſex Menſes ſi Parochialis exiſtat *ultra Montes*, & intra quatuor, ſi intra Montes, Proviſionem Apoſtolicam reportare. Tom. 1. p. 169. n. 17. p. 170. n. 27. T. 2. p. 23. n. 41.

Prælectio facienda eſt ab Ordinario etiam in Parochialibus de Jurepatr. Eccleſiaſtico vigore Regulæ IX. reſervatis, nulla habita conſideratione Patronorum. Tom. 2. p. 23. n. 41.

Non permittitur tamen Ordinario, qui aliquem ex approbatis in Concurſu ad Parochialem prælegit, ut ſuper ea Penſionem imponere poſſit. Et quare? T. 3. p. 126. n. 361. & 367.

In Parochialibus aliter, quam ratione Menſium reſervatis, & in quibus a Papa demandatur Concurſus pro Inſtructione animi ſui, non poſſunt Ordinarii præeligere, ſed tenentur Acta Concurſus ad Datariam tranſmittere. T. 1. p. 171. n. 34. T. 2. p. 24. n. 54 & 57.

Et ita reſolutum anno 1701. a Congregatione particulari. T. 2. p. 25. n. 57.

Idque etiam ſancivit Sanctiſſimus D. N. BENEDICTUS XIV. in ſuis Literis encielycis exſceptis. T. 3. p. 202. †

Si Collatio Parochialis aliter quam ratione Menſis reſervatæ, ſpectet ad Cardinalem Indultarium, prælectio facienda eſt ab ipſo Cardinali loco Papæ ſubrogato. T. 1. p. 171. n. 35.

Et poteſt Cardinalis ipſe Indultarius Epiſcopum cogere ad tranſmittendum ſibi Acta Concurſus. *ibid.* n. 37.

Vacante Parochiali in Menſe reſervato, facultas eligendi magis idoneum ex pluribus approbatis in Concurſu, tam vigore Concilii, quam Conſtitutionis *S. Pii* ſpectat ad Epiſcopum, & non ad Cardinalem Indultarium. T. 1. p. 170. n. 29.

Redditur ratio, quia prælectio eſt pars integralis Concurſus, & quemadmodum ad Epiſcopum pertinet Concurſum indicere, ita & prælectio magis digni. *ibid.* n. 24. & 25. p. 171. n. 31.

Ampliа, etiamſi plures eſſent æque idonei renonciati. T. 1. p. 171. n. 30.

Intellige, ut *ibid.* n. 35.

Tenetur tamen Epiſcopus intra quatuor Menſes, ſi ultra Montes, & intra ſex, ſi ultra Montes exiſtat, certiorem reddere Cardinalem Indultarium de facto Concurſo, alias omnimoda Parochialis diſpoſitio ad Cardinalem ipſum ſpectat. Et ita ſervatum. Tom. 1. pag. 169. n. 18. & 19.

Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.

Facta per Epiſcopum prælectione, eaque ad Datariam tranſmiſſa, ſi interim ſuperveniat Sedis Apoſtolicæ vacatio, an Parochialis conferri poſſit ab eodem Epiſcopo vigore *Cap. Si Apoſtolica? Vid. V. Parochiales quoad Reſervationes.*

Vicarius Apoſtolicus digniorem ex approbatis in Concurſu præeligere non poteſt, ſed illius Acta ad Datariam tranſmittere tenetur. T. 2. p. 25. n. 60.

Quemadmodum, nec prælectionem hanc explere poteſt Vicarius Capitularis. *ibid.*

De Parochialium reſervatione, ac reſpective devolutione ob non ſervatam in illorum proviſione forma a Concilio Tridentino, & Conſtit. *S. Pii* præſcripta circa Concurſum, & prælectionem? *Vid. V. Parochiales quoad devolutionem.*

Parochiales quoad devolutionem.

Proviſio Parochialis liberæ collationis facienda eſt ab Epiſcopo intra ſex Menſes, aliter collatio devolvitur ad Sedem Apoſtolicam. T. 1. p. 169. n. 16.

Parochiales, de quibus diſpoſitum non fuit ſervata forma a Concilio Tridentino præſcripta, devolvuntur ad Sedem Apoſtolicam vigore ejuſdem Concilii, & Conſtit. *S. Pii.* T. 1. p. 168. n. 11.

Et ad has Sanctiones reſpexit *Regula I.* dum reſervat Apoſtolicæ Sedi Beneficia, de quibus per ordinarios Collatores contra Decreta Concilii Tridentini, vel contra eorum formam diſpoſitum ſit. *ibid.* n. 10.

Vid. V. Regula I. quoad reſervationem Beneficiorum, de quibus contra Decreta Conc. Trid. &c.

Reſervatio, & reſpective devolutio prælata, locum ſibi vindicat in præjudicium Epiſcopi ad quem libera Parochialis collatio ſpectat, ſecus in præjudicium inferioris Collatoris, qui damnum ex negligentia Epiſcopi in promovendo Concurſum reportare non debet. T. 1. p. 169. n. 13.

Exiſtente Parochiali de Jurepatr. Eccleſiaſtico, ſi Patroni intra tempus a Concilio, & Conſtitut. *Piana* præfixum nominent Perſonas idoneas pro examine ſubeundo, Epiſcopus vero Concurſum indicere negligat, Parochialis non remanet reſervata, & devoluta. *ibid.*

Remaneret vero reſervata, ſi aliquem tantummodo pro inſtitutione proponerent, nulla facta nominatione pro Concurſu peragendo. *ibid.* n. 13. & 14.

Vel, ſi inſtarent ſolum apud Epiſcopum, ut Edicta pro Concurſo publicaret, cum petitio hæc pro effectiva nominatione non habeatur. *ibid.* n. 15.

Si poſt expletum Concurſum, & factam a Patronis Eccleſiaſticis præſentationem Dignioris, Epiſcopus differat ultra duos Menſes illum inſtituere, Parochialis remanet adhuc reſervata, ſed datur optio Patronis recurrendi pro inſtitutione vel ad Sedem Apoſtolicam, vel ad Ordinarium viciniorem, vel ad Metropolitanum. Tom. 1. pag. 171. num. 38.

Devoluta Parochiali ad Sedem Apoſtolicam ob culpam, & negligentiam Epiſcopi, nequit ipſe poſtea, Sede Apoſtolica vacante, de illa diſponere vigore *Cap. Si Apoſtolica.* Tom. 1. p. 79. n. 396.

Minuſque, ſi fuerit devoluta ob non ſervatam formam Conſtitut. *S. Pii*, & Concilii Tridentini. *ibid.* n. 397.

Impetrato Parochialis *jure devoluto* ob non factum Concurſum tempore a Conſtit. *Piana* præſcripto, an ſuſtineatur vigore clauſulæ -- *ſive præmiſſo &c.* ſi ex alio capite, ſit reſervata? T. 3. p. 392. n. 35.

Parochiales quoad reſervationes.

Papa nunquam indulget, ut Parochiales reſervatæ, quamvis tenuiſſimi redditus conferantur ab Ordinariis, ſed permittere aliquando ſolet, quod conferantur a Dataria per ſimplicem Signaturam. T. 2. p. 26. n. 74. & ſeqq.

Vid. V. Simplex Signatura.

Eccleſiæ Parochiales non comprehenduntur ſub diſpoſitionibus, & Regulis reſervatoriis Beneficiorum, niſi de illis expreſſa mentio fiat. T. 4. p. 152. n. 14. & 15.

Contrarium, quod ſubjaceant reſervationibus contentis in illis Regulis, quæ *omnia*, & *ſingula* Beneficia reſervant. T. 2. p. 22. n. 34. T. 4. p. 152. n. 11.

Hinc obnoxia ſunt reſervationi Regulæ IX. T. 2. p. 22. n. 34.

Vid. V. Regula IX. quoad Beneficia, quæ illius reſervationi ſubjacent.

Nec non alteri contentæ in Regula XI. *Vid. V. Regula XI.*

Quemadmodum; & illæ, quam induxit Reg. LXVIII. *Vid. V. Regula LXVIII.*
De reſervatione Parochialium, de quibus Ordinarii diſponunt non ſervata forma a Concilio Tridentino, & a Conſtit. *S. Pii* præſcripta; Et, an & quando Reſervatio hæc locum habeat adverſus inferiores Collatores jus indicendi Concurſum non habentes, & contra Patronos Eccleſiaſticos? *Vid. V. Regula I. quoad reſervationem Beneficiorum, de quibus contra Concilii Decreta &c. V. Parochiales quoad devolutionem.*
Parochiales Eccleſiæ, quæ vacant *apud Sedem* Apoſtolicam, dum illa Paſtore viduata reperitur, poſſunt ab Ordinariis conferri vigore Decretalis in *Cap. Si Apoſtolica* 35. *de Præben. in* 6. Tom. 1. pag. 78. num. 382. Tom. 2. pag. 148. num. 25.
Per *Decretalem* præfatam limitatur diſpoſitio *Cap.* 2. *de Præben. in* 6. Pontificis diſpoſitioni reſervantis Beneficia *apud Sedem* vacantia. T. 1. p. 78. n. 384. p. 79. n. 399.
Et in aliorum Sententia corrigitur. T. 1. p. 79. n. 399.
Decretalis præfata non fuit correcta per *Extravag. Ejus in Temporalium, & ad Regim.*, nunuſque per Regulas Cancellariæ. Tom. 1. p. 78. n. 385. T. 2. p. 148. n. 26. & ſeqq. num. 43.
Poſſunt Epiſcopi ejuſdem *Decretalis* vigore conferre Parochiales, quæ vacarunt *apud Sedem* vivente etiam Pontifice, ſi per illum, dum in humanis agebat, de iiſdem Parochialibus diſpoſitum non fuerit. T. 1. p. 78. n. 383. T. 2. p. 148. n. 25.
Sed in hac ſecunda parte *Decretalis* præfata revocatur per Regulam XI. Cancellar. & per *Extravag. ad Romani* decernentem, quod Beneficia reſervata ſemper reſervata remanent, etiamſi iis Cura Animarum immineat, nec poſt obitum Pontificis ab Ordinariis conferri poſſunt. T. 2. p. 148. a n. 33. & ſeqq.
Contrarium, quod revocata non ſit nec per *Regulam XI.* nec per *Extravag. ad Romani*, quæ loquitur de Beneficiis, ac Dignitatibus Coratis, non de Parochialibus. T. 1. p. 78. n. 385. T. 2. p. 148. n. 27. & ſeqq. & n. 43. & T. 4. p. 152. n. 16.
Vid. V. Beneficia Curata.
Diſpoſitio *Decretalis Si Apoſtolica* favorabilis eſt, & late interpretanda. T. 1. p. 79. n. 403.
Favet nedum Ordinariis, ſed etiam inferioribus Collatoribus. T. 1. p. 80. n. 409.
Et poſſunt Parochiales illius vigore conferri per Vicarium Epiſcopi conferendi Beneficia facultatem habentem, nedum abſente, ſed etiam præſente Epiſcopo ipſo. *ibid.* num. 401.
Diſpoſitio *Cap. Si Apoſtolica* locum habet etiam quoad Parochiales exiſtentes in Germania, nec ei per Concordatum derogatum fuit. T. 1. p. 78. n. 388.
Procedit ſolum in Parochialibus vacantibus *Sede Apoſtolica* vacante *proprie* per mortem Pontificis, non vero quaſi vacante, ſi nempe Papa, quod Deus avertat, capiatur ab Hoſtibus. *ibid.* n. 389.
Et comprehendit tantummodo Eccleſias Parochiales proprie dictas, non autem Dignitates, & Beneficia curam Animarum adnexam habentia. *ibid.* n. 390. 391. & ſeqq. & p. 79. n. 401.
Decretalis Si Apoſtolica non procedit in Parochialibus devolutis ob culpam, & negligentiam earumdem Collatorum. T. 1. p. 79. n. 396.
Nec in devolutis ob non ſervatam formam Conſtitutionis *Si Pii*, & Concilii Tridentini. *ibid.* n. 397.
Decretalis præfata ſolum locum habet in Parochialibus reſervatis ob vacationem *apud Sedem*, ſecus in aliis quacumque alia reſervatione affectis. *ibid.* n. 398. T. 2. p. 148. n. 33. & ſeqq.
Contrarium, quod comprehendat etiam Parochiales *extra Curiam* vacantes, & Sedi Apoſtolicæ reſervatas, de quibus a defuncto Pontifice diſpoſitum non fuit. T. 1. p. 79. n. 402. T. 2. p. 148. n. 24. & ſeqq.
Parochiales vacantes ob non factam publicationem Literarum earum Reſignationis, aut permutationis ad tramites Conſtitut. *Gregorii XIII.* ſi de iis per Pontificem, dum vixit, diſpoſitum non fuit, poſſunt Apoſtolica Sede vacante ab Ordinariis vigore *Cap. Si Apoſtolica* conferri. T. 1. p. 80. n. 404.
Et, an ſi vacaverint *juxta Decretum* a Pontifice dum vivebat adjectum, poſſint eo defuncto ab Ordinariis conferri? T. 1. p. 80. n. 405. 406. & 407.
Ordinarii, ſequuta electione Pontificis, non poſſunt amplius conferre Parochiales vigore *Cap. Si Apoſtolica*, reſiſtente diſpoſitione Regulæ LXVIII. T. 1. p. 82. n. 423. T. 4. p. 152. n. 12.
Contrarium, & redduntur rationes. Tom. 4. p. 152. n. 14. & ſeqq.
Sed a priori Sententia in praxi non recedendum. T. 4. p. 153. n. 21. *Vid. V. Regula LXVIII.*
Vacante in Menſe reſervato Parochiali, & poſt factum Concurſum tranſmiſſis, & præſentatis in Dataria Teſtimonialibus præelectionis ab Ordinario expletæ, ſi poſtea ſupervenit Sedis Apoſtolicæ vacatio, non poteſt eadem Parochialis amplius ab ipſo Ordinario conferri. Tom 1. p. 80. num. 412.
Contrarium, & aſſignatur ratio. *ibid.* n. 414.
Tenetur tamen hoc caſu Ordinarius Parochialem conferre illi, ad cujus favorem tranſmiſerat ad Datariam Literas Præelectionis. T. 1. p. 81. n. 419.
Signata vivente Papa, & regiſtrata Supplicatione, ſuper proviſione Parochialis reſervatæ, non poteſt, eo defuncto, Ordinarius de illa diſponere. *ibid.* n. 418. & ſeqq.
Ordinarii in collatione Parochialium ad formam *Cap. Si Apoſtolica* gaudent tempore a jure præfixo, nempe *Semeſtri*, ſervata tamen forma Concurſus, omnibuſque aliis, quæ a Conſtit. *S. Pii V.* & a Sac. Concilio Tridentino requiruntur. *ibid.* n. 422.
Facta per Ordinarium collatione Parochialis vigore *Cap. Si Apoſtolica*, non ſuſtinetur illius proviſio a Succeſſore Pontifice poſtea expleta, quamvis in Literis Apoſtolicis declaretur omnia Beneficia a Prædeceſſore reſervata, talia ſemper remanſiſſe. T. 1. p. 80. n. 408.
Ad Parochiales vacantes *Sede Apoſtolica* vacante, poſſunt Patroni Eccleſiaſtici præſentare. *ibid.* n. 410.

PARVA DATA.

Vid. V. Data.

PATRIA.

Patria Conſuetudinaria.

Patriam Conſuetudinariam vocant Galliæ Pragmatici Regiones illas, in quibus non jure ſcripto vivitur, ſed ſolum Conſuetudinibus non ſcriptis. T. 3. p. 249. n. 222. & p. 253. n. 259.

Patria obedientiæ, & Patria reducta.

Quænam Galliæ Regiones *Patria Obedientiæ*, & quænam *Patria reducta* nuncupantur? Tom. 1. p. 7. nu. 54. p. 8. num. 55.
Britannia, & Provincia Provinciæ, vocantur *Patria Obedientiæ*, & quare? T. 2. p. 99. n. 281.
Et in dictis Regionibus locum habent Regulæ Cancellariæ. T. 1. p. 8. n. 55. T. 2. p. 99. n. 279.
Patria reducta vocantur *Regnum* Franciæ, *Delphinatus*, aliæque Provinciæ, quæ anno 1516. erant de Regio Dominio. T. 2. p. 99. n. 278.
Et ſic in dictis Regionibus locum non habet Regula IX. *ibid.* n. 277.
Locum tamen habet in Provinciis poſt dictum annum acquiſitis. *ibid.* n. 279.
Provincia Provinciæ, etſi de Regis Galliæ dominio ante annum 1516. *ſubeſt Regulæ IX.* & non Concordatis Gallorum, in quibus de ea nulla ſit mentio. *ibid.* n. 280.
Regula *de Concurrentibus in Data* non procedit in ea parte Regni Franciæ, quæ *Patria reducta nuncupatur*; ſed expediret, ut in ea locum haberet, & quare? Tom. 2. p. 221. n. 231. p. 223. n. 241.
Taxa ſolvi ſolita pro *Communi, & minutis ſervitiis* in expeditione Beneficiorum Conſiſtorialium *Patriæ Obedientiæ*, & *Patriæ reductæ* quanta ſit? *Vid. V. Taxa.*
In *Patria reducta* competit Pontifici *jus præventionis* in collatione Beneficiorum. T. 2. p. 221. n. 232.
Et ex hoc jure præventionis, ſpecialis in Dataria prodiit ſtylus circa Datas Gallicanas, quæ in eadem Regione expediuntur, & qualis ſit iſte ſtylus? *Vid. V. Data quoad Proviſiones Beneficiorum Galliæ.*
Pontifex quoad Beneficia *Patriæ reductæ* non eſt Collator neceſſarius, ſed poteſt ex juſta cauſa Gratiam proviſionis Beneficii denegare habenti plures Datas. *Vid. eod. V.*
Super Proviſionibus Apoſtolicis Beneficiorum *Patriæ reductæ*, & *Patriæ Obedientiæ*, an, & quando neceſſaria ſit expeditio Literarum Apoſtolicarum? *Vid. Verb. Gallia.*
Vid. V. Britannia. V. Gallia. V. Galliarum Concordata. V. Galliarum Rex.

PATRIMONIUM SACRUM.

Patrimonium quando approbari cœpit pro Titulo Sac. Ordinationis,

dinationis, & quando permiſſa ſit Ordinatio ad illius *Titulum? Vid. V. Ordines Sacri quoad Titulum.*
Patrimonium, ut ſit Canonicus Ordinationis *Titulus* ſuper quo conſiſtere debet? T. 2. p. 413. n. 119.
Clericus, qui ex propria laudabili induſtria tantum lucratur, quantum ad congruam vitæ ſuſtentationem ſufficit, ad Sacros Ordines promoveri non poteſt. *ibid.* num. 120.
Nec ad *Titulum* Literaturæ quantumvis inſignis, & reprobantur DD. contrarium exiſtimantes. *ibid.* n. 121.
Patrimonium conſtitui non poteſt in ſola obligatione perſonali ſolvendi Clerico totum id, quod ſufficiens erit pro congrua ejus ſuſtentatione. *ibid.* n. 122.
Amplia *primo*, etiamſi obligatio hujuſmodi emiſſa fuerit ab Epiſcopo. *ibid.* n. 123.
Amplia *ſecundo*, quamvis ſit munita hypotheca omnium Bonorum, & ita ſe habeat conſuetudo Regionis. *ibid.* n. 124.
Refertur, ac rejicitur contraria Sententia. *ibid.* n. 125.
Et explicatur, in quibus terminis ſuſtineri poſſit. *ibidem.* num. 126.
Patrimonium conſtitui poteſt ſuper Cenſu perpetuo redimibili ad libitum Debitoris, ſed certis ſervatis conditionibus, quæ recenſentur. T. 3. p. 414. n. 127.
Inſuper ſuper Cenſibus vitalitiis, & redditur ratio. *ibid.* num. 128.
Nec non ſuper Officio vacabili, cujus fructus libere ſpectent ad Ordinandum, certis tamen ſervatis conditionibus, & quibus? *ibid.* n. 129. & 131.
Patrimonium de jure conſtitui non prohibetur in majori ſumma a Regionis more, vel taxa Synodali præſcripta. *ibid.* n. 132.
Immo ſuper omnibus Bonis, dummodo ſint propria, non aliena. *ibid.* n. 133.
Expedit tamen, quod Epiſcopi Patrimonium conſtituere faciant, juxta redditum pro honeſta ſuſtentatione ſufficientem. *ibid.* n. 134.
Patrimonium in ſumma excedente taxam Synodalem exemptum non eſt a ſolutione Collectarum. *ibidem.* num. 135.
Et aſſignatum Clerico juxta taxam Synodalem, exemptione præfata non gaudet, niſi a die, quo ille promovetur ad Ordines Sacros. *ibid.* n. 136.
In Regno Neapolitano, vigore Concordati initi anno 1741. inter Sedem Apoſtolicam, & *V. Siciliæ Regem*, Patrimonium in bonis laicalibus aſſignatum, eſſe non debet minus annuo redditu ducatorum *viginti quatuor* illius monetæ, nec majus ducatis *quadraginta.* T. 3. p. 414. †
Et bona præfata ſunt exempta a Datiis, & Collectis, ſive Clericorum expenſis colantur, ſive locentur. *ibid.* †
Exemptione tamen non gaudent, niſi a die quo Clericus ad Subdiaconatus Ordinem promovetur. *ibid.* †
Promotus ad *Titulum* Patrimonii, nec illud cum licentia Epiſcopi alienare poteſt antequam Beneficium ſufficiens ſit adeptus, vel habeat aliunde, quo vivere honeſte poſſit. T. 2. p. 415. n. 137.
Illud itidem cum Bonis æqualis redditus permutare nequit, niſi cum licentia Epiſcopi, & Decreto, quod Bona ex permutatione acquiſita, loco Patrimonii ſubrogata remaneant. *ibid.* n. 138.
Et ſtante hujuſmodi ſubrogatione, Bona præfata immunia ſint ab oneribus Cameralibus. *ibid.* n. 139.
Bona pro *Titulo* Patrimonii aſſignata, in emphyteuſim, etſi cum reſervatione Canonis fructibus correſpondentis, concedi non poſſunt abſque Epiſcopi licentia. *ibid.* n. 140.
Nec ſine licentia præfata donari, quamvis cum reſervatione integri uſusfructus. *ibid.* n. 141.
Patrimonium, poſt adeptum Beneficium ad congruam ſuſtentationem ſufficiens, ad priſtinam redit naturam, & poteſt ſine Epiſcopi licentia alienari. *ibid.* n. 142.
Contrarium, niſi Beneficium fuerit ab Epiſcopo loco Patrimonii ſubrogatum. *ibid.* n. 143. & 144.
Et ita pluries a Sac. Congregationibus Immunitatis, & Concilii reſolutum. *ibid.* n. 145. & 146.
Amplia, etiamſi in conſtitutione Patrimonii adſit pactum, quod libere diſtrahi poſſit, ſi ad illius *Titulum* promotus, Beneficium ſufficiens acquireret, nam niſi fiat ſubrogatio præfata, Patrimonium alienari nequit. T 2. p 416. n. 150. & 152.
Pactum hujuſmodi non eſt improbatum, nec minus legitimam reddit Patrimonii aſſignationem. *ibid.* n. 151.
Bona ad quorum *Titulum* Clerici ordinantur indiſtincte gaudent Privilegiis, & exemptionibus omnibus, quibus fruuntur Bona Eccleſiæ. T. 2. p. 415. n. 147.
Amplia, etiamſi Clerici poſtea Beneficium ad congruam ſuſtentationem ſufficiens acquirant. *ibid.* n. 148.
Et ſolum ceſſant Privilegia; & exemptiones poſtquam Epiſcopus Beneficium loco Patrimonii, ſubrogaverit. T. 2. p. 415 n. 149.
De pœnis, quibus ſubjacent Ordinati, & Epiſcopi Ordinatores abſque Patrimonio? *Vid. V. Ordines Sacri quoad Titulum.*

PATRONUS.

In Italia, jus præſentandi indultum fuit a Sede Apoſtolica Patronis circa ſæculum VIII. Tom. 3. pag. 255. num 186.
Patronus, ſi in præſentando cum præſentato Simoniam committat, Patronatu remanet ipſo jure privatus. T. 3. p. 255. n. 281.
Privatus itidem remanet Patronus Jurepatr. ſi propria auctoritate diſtrahat, aut uſurpet Bona Beneficii. *ibidem.* n. 280.
Aut, ſi in hæreſim incidat. T. 3. p. 256. n. 290.
Vel, ſi Eccleſiæ Rectorem occidat, aut occidi mandaverit. *ibid.* n. 287.
Et, an in ſupradictis caſibus Pontifex de Beneficio diſponere poſſit cum derogatione Juripatr.? *Vid. V. Juſpatr. quoad derogationem.*
Patrono a pluribus annis abſente, abſque eo, quod de illo notitia habeatur, an Beneficii proviſio fieri debeat a Sede Apoſtolica cum derogatione Juripatr.? *Vid. eod. V.*
Et, an ſi alter ex Compatronis, etſi non coæquale jus cum altero habens, ſupplicet pro ſe ipſo, debeat Juripatr. derogari. *Vid. eod. Verb.*
De Conſenſu Patronorum ad effectum, ut Pontifex diſponat de Beneficio Juriſpatr. Laicalis? *Vid. V. Juſpatr. Laicale.*
Compatronus in paritate vocum præferendus eſt alteri compræſentato, qui Patronus non ſit. Tom. 2. pag. 220. num. 207.
Si ex duobus Patronis, unus extraneum, alter pro ſe ipſo Epiſcopo ſupplicet, iſte gratificandus eſt. *ibid.* n. 209.
Compatronus a medietate vocum præſentatus, præferendus non eſt compræſentato ab altera medietate, qui ſit Conſanguineus Fundatoris. T. 2. p. 221. n. 213.
Limita, ſi Compatronus ſit etiam Conſanguineus Fundatoris quo caſu præferendus eſt ſoli Conſanguineo. *ibid.* n. 212.
Conſanguineo Patroni, an competat prælatio in concurſu cum Extraneo a medietate aliorum Patronorum præſentato? *Vid. V. Gratificatio.*
Pro valida reſervatione Penſionis a Papa facienda ſuper Beneficio Juriſpatr. Laicorum, an ſit neceſſe, quod intercedat Patroni conſenſus? *Vid. V. Regula XLV. quoad conſenſum reſervationi Penſionis præſtan.*
Patronorum laicalium conſenſus, an requiratur in unionibus Beneficiorum, quæ ſunt de eorum Juſepatr.? *Vid. V. Regula XXII.*
Et, an citandi ſint Patroni Eccleſiaſtici, præſertim, ſi unio fiat a Legato Apoſtolico? *Vid. eod. V.*
Si Eccleſia de Jurepatronatus Laicali erigatur in Collegiatam, Patronus amittit Juſpræſentandi ad Dignitatem principalem. T. 1. p. 295. n. 30.
Juſpræſentandi pluribus competens, non poteſt inter Patronos dividi altero eorum contradicente. Tom. 2. pag. 125. n. 45.

Patronus quoad Præſentationem.

Vid. V. Præſentatio.

PAX.

Vid. V. Bellum, & Pax.

SAC. PŒNITENTIARIA, ET PŒNITENTIARII.

Pœnitentiarii S. Sedis ſunt illius Officiales, & uti tales in *Extravag. ad Regimen* deſcripti. T. 1. p. 102. n. 146.
Et inter Officiales numerantur etiam Perſonæ illæ, quæ ſubſunt *Pœnitentiario* Majori, quales ſunt *Notarii* Pœnitentiariæ. *ibid.*
Nec non *Conſultores.* *ibid.* & n. 148. & p. 108. n. 246.
Dictorumque Officialium Beneficia ſunt reſervationi Perſonali obnoxia. *Vid. V. Officiales Sedis Apoſtolicæ.*
Notarii, & *Conſultores* Sac. Pœnitentiariæ, an ſint Curiales. *Vid. V. Curialis.*
Et, an *Notarii* præfati ſint familiares Papæ? *Vid. V. Familiares, & Familiaritas Papæ.*

PENIO;

PENSIO.

De origine Penſionum Eccleſiaſticarum, primiſque illarum exemplis. T. 3. p. 367. n. 1.

Penſio in materia odioſa non venit ſub nomine Beneficii. T. 1. p. 158. n. 122. T. 3. p. 376. n. 126. & 130. T. 4. p. 73. n. 174.

Penſionis appellatione venit etiam reſervatio fructuum quando fit ſine reſervatione Stalli in Choro, aut alterius præheminentiæ. T. 3. p. 368. n. 17.

Cauſa materialis Penſionis ſuper quo conſiſtat? *ibid.*

Penſio abſque Literarum expeditione exigi non poteſt. T. 3. p. 34. n. 17.

Et Literis non expeditis, ferri non poteſt ſententia ſuper illius validitate. *ibid.* n. 16. *Vid. V. Regula XXVII.*

Ante Literarum expeditionem, an Penſio tuta conſcientia exigi poſſit. *Vid. V. Penſio quoad extinctionem. V. Regula LII.*

Penſiones, quæ ſuper Eccleſiis Epiſcopalibus, & Monaſteriis Belgii imponuntur, exiguntur vigore Cedulæ Conſiſtorialis, aut ſupplicationis ſignatæ a Papa abſque expeditione Literarum. *Vid. V. Belgium.*

Penſiones, quæ ſuper Eccleſiis præfatis imponuntur ad nominationem Regis Chriſtianiſſimi, an exigi poſſint a die Regiæ nominationis, ſeu expeditionis, ut vulgo dicitur, *del Brevetto. Vid. eod. V.*

Et, an pro Penſionibus, quæ in Hiſpaniis, & Portugallia reſervantur favore Naturalium, ſed ad commodum Italorum, expediantur Literæ Apoſtolicæ? *Vid. V. Literæ Apoſtolicæ quoad neceſſitatem earum expeditionis.*

In *Gallia*, an expediantur Literæ Apoſtolicæ ſuper reſervatione Penſionum? *Vid. V. Gallia.*

Penſio nulla eſt, ſi valor expreſſus Beneficii ſuper quo impoſita fuit non juſtificetur. T. 4. p. 63. n. 35.

Explicatur *Rota in Melevitana Penſionis*, quæ excuſavit Penſionarium, qui verum Beneficii valorem non expreſſit ex quo dolo malo id non peregit. *ibid.* n. 36.

Probatio valoris quomodo expleri debeat? *Vid. V. Regula LV.*

Si una cum proviſione Beneficii reſervetur ſuper illius fructibus Penſio, an valor Beneficii in ſupplicatione expreſſus minui poſſit? *Vid. V. Regula LXV.*

Penſiones perpetuo reſervatæ favore alicujus Collegii, Eccleſiæ, vel loci pii, quæ effectum ſortitæ non ſunt vivente Pontifice, qui illas impoſuit, non ſubjacent revocationi Regulæ XIII. a Succeſſore editæ, quia applicatio non eſt unio. T. 2. p. 178. n. 197. *Vid. V. Regula XIII.*

Penſio, an, & quando eſſe poſſit Titulus ſufficiens pro Sac. Ordinatione? *Vid. V. Ordines S. quoad Titulum.*

Penſio non inducit pro Ordinibus ſuſcipiendis ſubjectionem Penſionarii favore illius Epiſcopi, in cujus Diœceſi Penſionem percipit. T. 2. p. 353. n. 68. & 69.

Fœminæ, an capaces ſint obtinendi Penſiones? *Vid. V. Penſio quoad reſervationem.*

Irregularis ſicuti eſt incapax Beneficiorum, ita & Penſionum. T. 3. p. 376. n. 123. 124. & 125.

Contrarium, quod capax ſit illas obtinendi. *ibid.* n. 125.

Sive Irregularitas ſit nativa propter Ordines non eius ſuſcepros, ſive ſuperveneris poſtquam iis rite inſignitus fuit. *ibid.* n. 130. & ſeqq. & n. 136. & 138.

Homicida voluntarius, an capax ſit obtinendi Penſiones abſque Apoſtolica diſpenſatione? *ibid.* n. 127. 134. & ſeqq.

Penſio eſt incompatibilis cum Beneficio, vel altera Penſione ſub *eodem tecto.* T. 1. p. 158. n. 117.

Maxime de ſtylo Cancellariæ, quæ habet Penſionarium pro Beneficiato, & mandat in Literis Apoſtolicis exprimi Penſiones, ſicut Beneficia. *ibid.* & n. 119.

In Penſionibus, quæ expediuntur pro *Palatinis* apponi conſuevit clauſula, *etiam ſub eodem tecto.* *ibid.* n. 118.

Et impetrans Beneficium, ſi narret obtinere Penſionem ſuper fructibus alterius Beneficii, additur in ſupplicatione clauſula -- *non tamen in eadem Eccleſia conſiſtentis.* *ibid.*

Hodie tamen clauſulæ præfatæ non amplius apponuntur. *ibid.* n. 123.

De jure; nec Penſio cum Beneficio, nec plures Penſiones ſub *eodem tecto*, cauſant incompatibilitatem. *ibid.* num. 121.

De jure in Beneficiorum impetrationibus fieri non debet mentio de Penſionibus, eorumque valore. *ibid.* n. 124. & T. 4. p. 73. n. 174.

Sed de ſtylo Dataria exprimi ſolent Penſiones, præſertim ſi percipiantur ex fructibus Beneficii exiſtentis ſub *eodem tecto* alterius Beneficii impetrati. T. 4. p. 73. n. 175.

Intellige, vel in Penſione aſſignata in titulum Beneficii; & quando dicatur in hujuſmodi titulum aſſignata? T. 4. p. 73. n. 176.

Vel, quod expreſſio Penſionum fiat ad cautelam dumtaxat, non ex aliqua neceſſitate. *ibid.* n. 177.

Nunquam auditum, quod in Dataria dentur Beneficiorum Impetrationes, ob non factam a Proviſis Penſionum expreſſionem. *ibid.* n. 178.

Penſio quoad alienationem, ſive caſſationem, & ceſſionem.

In Caſſatione Penſionis non requiritur conſenſus formalis Titularis, ſed ſufficit cauſalis. T. 3. p. 369. n. 27.

Limita, ubi agitur de caſſatione Penſionis ad effectum, ut nova Penſio ſuper ejuſdem Beneficii fructibus reſervetur. *ibid.* n. 31. *Vid. V. Regula XLV.*

Et ſuper caſſatione præfata Literæ Apoſtolicæ expediri non ſolent. *ibid.* n. 28.

Penſio citra Simoniæ labem abſque Apoſtolico Beneplacito cedi, & alienari non poteſt. *ibid.* n. 33.

Commoditas tamen percipiendi Penſionem abſque Beneplacito præfato libere cedi, & alienari poteſt etiam ſine conſenſu Titularis. *ibid.* n. 32.

Et ex quibus cenſeatur fuiſſe potius ceſſam commoditatem percipiendi Penſionem, quam diſtractum jus ipſum univerſale Penſionis? *ibid.* n. 34.

Pactum præventive initum a Reſignante Beneficium cum Penſione, quod illa anticipatis ſolutionibus caſſari, & extingui debeat, tanquam Simoniacum, improbavit SS. D. N. BENEDICTUS XIV. in ſua Conſtitutione, quæ exſcribitur. T. 3. p. 381. & ſeqq. †

Et de pœnis tam Reſignanti, quam Reſignatario inflictis. *ibid.* §. *Cum autem.* †

Idque etiam decernitur, quamvis nullo præcedente pacto, caſſatio, & extinctio Penſionis anticipatis ſolutionibus facta fuerit intra ſex Menſes computandos a die captæ poſſeſſionis Beneficii per Reſignatarium, & caſſatio ſequuta fuerit vigore Supplicationis manu Pontificis ſignatæ &c. *ead. ibid.* §. *Cum autem.* †

Eidemque Conſtitutioni pariter ſubjacent omnes Ceſſiones, ſeu Tranſlationes in ipſum Reſignatarium, aut in aliam Perſonam, commodi, ſeu utilitatis percipiendi fructus Penſionum hujuſmodi, nec non aliæ quæcumque ceſſiones, extinctiones, abolitiones &c. quovis modo per anticipatas ſolutiones, ſeu *repræſentata pecunia* factæ intra dictum tempus ſex Menſium, & etiam ultra id temporis ſpatium, dummodo reprobum illud pactum præceſſiſſe conſtiterit. *ibid.* §. *Et quoniam.* †

Penſio quoad Conſenſum Titularis illius reſervationi præſtandum.

Vid. V. Regula XLV. quoad conſenſum reſervationi Penſionis præſtandum.

Penſio quoad extinctionem.

Per aſſumtionem Militiæ, ſive Principis Secularis, ſive Pontificis, extinguitur *ipſo jure Penſio*, etiamſi Miles ſævis ſe non immiſceat, & licet nulla præcedat monitio. T. 3. p. 375. n. 109. & 112.

Et, an extinguatur Penſio per admiſſionem Penſionarii inter Milites levis Armaturæ, qui cuſtodiæ Corporis Pontificis deſtinantur? Maxime, ſi nulla præceſſerit monitio? *ibid.* n. 113. & 114.

Vid. V. Penſio quoad revalidationem, & ſanationem.

Per contractum Matrimonii ceſſant Penſiones. T. 4. p. 92. num. 4.

Pendente lite ſuper validitate Matrimonii a Penſionario contracti, Penſio dici non poteſt extincta, quamvis Penſionarius ipſe pro validitate inſtet, ac Sententiam obtinuerit per appellationem ſuſpenſam. T. 4. p. 94. n. 45.

Intellige, ſi lis pendeat ſuper Matrimonio, an vere ſit contractum vel ne, & ſuper eo, an ſit nullum ex defectu conſenſus. *ibid.* n. 46.

Sed his caſibus ſecluſis, ſive Matrimonium ſit validum, ſive irritum Penſio ſemper extinguitur. *ibid.* n. 47.

Exemplo Beneficiorum, quæ vacant per contractum Matrimonii, quamvis ſuper illius validitate lis adhuc pendeat indeciſa. *Vid. V. Beneficia quoad vacationem per contractum Matrimonii.*

Extincta remanet Penſio, ſi ante Literarum expeditionem ſuper illius reſervatione exigatur, nec iis expeditis, reviviſcit. T. 4. p. 40. n. 44.

Et ante Literarum expeditionem, nec poteſt tuta conſcientia exigi. *ibid.* n. 41. *Vid. V. Regula LII.*

Limita

Limita in Penſionibus reſervatis ſuper fructibus Eccleſiarum Epiſcopalium, & Monaſteriorum *Belgii*, quæ exiguntur vigore Cedulæ Conſiſtorialis, ſeu Supplicationis ſignatæ a Papa abſque expeditione Literarum. *Vid. V. Belgium.*
Expeditis Literis ſuper reſervatione Penſionis, ſi Penſionarius obtineat diſpenſationem pro illa retinenda, etiam in ſtatu Conjugali, & Regulari &c. eamque exigat ante expeditionem Literarum ſuper hujuſmodi diſpenſatione, Penſio non remanet extincta, & quare? T. 4. p. 40. n. 45.
Penſiones de jure non ceſſant per Promotionem ad Eccleſias Epiſcopales, & Abbatiales. T. 1. p. 125. n. 59.
Ceſſant tamen de ſtylo Curiæ. *ibid.* n. 60.
Niſi fuerit per Papam conceſſa retentio, quæ in Cedula Conſiſtoriali exprimitur. *ibid.* n. 61.
Et ſufficit pro retentione Penſionis Decretum *retentionis compatibilium.* *ibid.* n. 62.
Conceſſa Promoto retentione compatibilium in genere, an conceſſa cenſeatur retentio Penſionis impoſitæ ſuper Beneficio de Jurepatr. laicali, maxima ſi ad Reges ſpectet? *Vid. V. Regula I. quoad VIII. reſervationem contentam in Extravag. ad Regim.*
Non expeditis Literis Apoſtolicis ſuper retentione Penſionis, ſi Promotus continuet in illius exactione, Penſio remanet extincta. *ibid.* n. 63 T. 4. p. 40. n. 47.
Per aſſumtionem ad Pontificatum ceſſant Penſiones, quas electus Pontifex percipiebat. T. 1. p. 142. n. 265.
Contrarium verius, & quare. *ibid.* n. 266.
Pontifices aliquando declararunt, Penſiones, quas in Statu Cardinalitio percipiebant, non remanſiſſe per aſſumtionem ad Pontificatum extinctas, illaſque poſtea caſſando, iterum aliorum favore reſervarunt. *ibid.* n. 270.
Et nonnulli Pontifices Penſiones ante electionem obtentas, vel Titularibus remiſerunt, vel adhuc in Pontificio Statu exegerunt. T. 1. p. 143. n. 271.

Penſio Hiſpanica.

Penſio, quæ ſuper fructibus Beneficiorum Hiſpaniæ, & Portugalliæ reſervatur favore indigenarum, ſed ad commodum Italorum, quæque in pervigilio Nativitatis D. N. diſtribuitur Officialibus Datariæ, an conſiderari debeat, uti illorum ſalarium? T. 1. p. 147. n. 31. & ſeqq. p. 248. a n. 45. uſque ad 54.
Et, an debeatur Officiali anteceſſori, qui fere per totum annum inſerviit, ſeu potius Succeſſori, qui paucos ante dies Nativitatis Domini, munus ſuum exercere cœpit? *Vid. V. Datariæ Officiales. V. Munera. V. Salarium.*
Super Penſionibus præfatis, an expediantur Literæ Apoſtolicæ? *Vid. V. Literæ Apoſtolicæ quoad neceſſitatem earum expeditionis.*

Penſio quoad reſervationem.

Penſiones reſervare ad ſolum Pontificem ſpectat, nec Epiſcopi poſſunt ex quacumque cauſa illas imponere. T. 2. p. 416. n. 155.
Contrarium, quod poſſint Epiſcopi juſta aliqua concurrente cauſa Penſiones imponere. *ibid.* n. 156. T. 3. p. 222. n. 60. & ſeqq.
Et quænam ſint cauſæ præfatæ? T. 2. p. 416. n. 156.
Sed in dictis caſibus, non poteſt Penſio ab Epiſcopis reſervari ultra vitam Titularis. *ibid.* n. 157.
Principes ſeculares abſque Pontificis auctoritate Penſiones imponere nequeunt ſuper Beneficiis, etſi ex Apoſtolico Indulto ad plenariam illorum collationem ſpectantibus. T. 3. p. 35. n. 24.
Et hoc jure vivitur in Gallia. *ibid.*
De abuſu olim vigente in *Belgio* gravandi Penſionibus Monaſteria abſque Pontificis auctoritate, & de cura Pontificum pro illa eliminanda. *Vid. V. Belgium.*
Abuſus præfatus nunquam ſe protendit ad gravandum Penſionibus Eccleſias Epiſcopales illius Regionis. *Vid. eod. V.*
Cardinalis, qui conſenſum præſtare debet in Proviſione Beneficii vacantis per obitum ſui Familiaris, an poſſit ſuper illius fructibus Penſiones imponere, vel potius ſint illæ reſervandæ arbitrio Pontificis? *Vid. V. Regula XXXII.*
De Penſionibus imponendis ad Regum nominationem. *Vid. V. Penſio quoad reſervationem ad Regum, & Principum nominationem.*
Patronis Eccleſiaſticis permittitur, ut ad eorum inſtantiam ſuper Beneficio Juriſpatr. Penſiones a Papa imponantur. T. 3. p. 126. n. 363.
Quemadmodum, & ſuper XI. Vicariis Urbis ad inſtantiam Capitulorum, quibus competit jus ad illas nominandi. T. 3. p. 127. n. 365.
Ordinario, qui aliquem ad Parochialem prælegit, non permittitur, ut eam Penſione gravare poſſit, & quare? T. 3. p. 126. n. 361. & 367.
De conſenſu a Titulari præſtando reſervationi Penſionis, &, an eidem derogari ſoleat? *Vid. V. Regula XLV. quoad conſenſum reſervationi Penſionis præſtandum.*
In reſervatione Penſionis ſuper Beneficio de Jurepatr. laicali, an requiratur conſenſus Patronorum? *Vid. eod. V.*
Penſiones in Gallia, quibus ex cauſis reſervari ſoleant? *Vid. V. Gallia.*
Per reſervationem Penſionis, Beneficium non diminuitur. T. 3. p. 377. n. 147.
Etiamſi contra Datariæ ſtylum Penſio non in quantitate, ſed in fructibus reſervetur. *ibid.* n. 149. & 150.
Laici, etiam Mulieres, capaces ſunt obtinendi Penſiones, quæ non reſerventur in titulum, ſed ſolum ob merita Perſonarum. Et de ratione. T. 3. p. 379. n. 175. & 176.
Mulieres eo magis ſunt capaces obtinendi Penſiones ſuper Beneficiis, ſi Perſonæ Eccleſiaſticæ ſint, puta Abbatiſſæ, Superiориſſæ &c. T. 3. p. 380. n. 177. & 182.
Et juſta aliqua cauſa id ſuadeat. *ibid.* n. 178.
Referuntur exempla Penſionum, quæ a Sede Apoſtolica reſervatæ fuerunt favore Fœminarum in Gallia. T. 3. p. 379. n. 173. *Vid. V. Gallia.*
Quemadmodum, & in Portugallia. *ibid.* n. 174.
Nec non exempla nonnullarum Penſionum, quæ ſuper Beneficiis Conſiſtorialibus reſervata fuerunt a Sede Apoſtolica favore Monaſteriorum ad vitam particularium Monialium pro ipſarum alimentis, vel religioſis uſibus. T. 3. p. 381. n. 186.
In Penſionis reſervatione, non eſt neceſſaria mentio Beneficiorum, aliarumque Penſionum obtentarum. T. 4. p. 73. n. 179.
Specifica mentio antiquæ Penſionis neceſſaria eſt in reſervatione novæ ſuper ejuſdem Beneficii fructibus, ſive hæc reſervetur ad favorem illius, cui antiqua reſervata reperitur, ſive ad favorem alterius. T. 1. p. 158. n. 125. & T. 4. p. 74. n. 181. & 182.
Et hujuſmodi non facta ſpecifica mentione, Gratia reſervationis novæ Penſionis eſt ipſo jure nulla, nec reviviſcit, quamvis antiqua Penſio ceſſet. T. 4. p. 74. n. 183.
Quemadmodum, nec Conſenſus Beneficiati illius validitatem operari poteſt. *ibid.* n. 184.
Amplia, quod nulla ſit Gratia reſervationis novæ Penſionis, quamvis mentio antiquæ omiſſa fuerit, non dolo, & malitia, ſed ex probabili ignorantia. *ibid.* n. 185. & 186.
Amplia *ſecundo*, quamvis Beneficium ſit capax utriuſque Penſionis. *ibid.* n. 187.
Amplia *tertio*, ut omiſſa mentione antiquæ Penſionis, nova ſit nulla in totum, nec locus eſt illius reductioni. *ibid.* n. 188.
Admittitur tamen reductio, ſi nova Penſio fuerit impoſita cum expreſſione antiquæ in minori ſumma. *ibid.*
Aut, ſi expreſſæ fuerint nonnullæ ex antiquis Penſionibus, aliis abſque dolo reticitis. *ibid.* n. 189.
Amplia *quarto*, tametſi Literæ reſervationis ſecundæ penſionis ſint munitæ vel clauſula -- *Dummodo remaneant centum pro Rectore* -- ac revera remaneant. Et de ratione. *ibid.* n. 190.
Vel altera clauſula -- *Non obſtan. Conſtitutionibus, & quælibet alia dictæ Sedis indulgentia, per quam præſentibus non expreſſam &c.* *ibid.* n. 192.
Amplia *quinto*, ut reticita mentione primæ, nulla ſit reſervatio ſecundæ Penſionis ſuper eodem Beneficio impoſita, etiam *Motu proprio* Pontificis, & quare. *ibid.* n. 193. & 194.
Valida eſt novæ Penſionis reſervatio facta abſque mentione antiquæ ſuper ejuſdem Beneficii fructibus impoſitæ, ſi hæc nulla fuerit, aut ineffectuata remanſerit. T. 4. p. 75. n. 195.
Et, an ad Titularem, ſeu potius ad Penſionarium ſpectet probare antiquam Penſionem nulliter impoſitam, ſeu ineffectuatam remanſiſſe? *ibid.* n. 196.
De antiqua Penſione perpetua favore Seminarii, aut alterius loci Pii impoſita ex cauſis a jure, & a Concilio Tridentino approbatis, an facienda ſit mentio in reſervatione novæ ſuper eodem Beneficio imponendæ? *ibid.* n. 199. & 200.
Reticentia antiquæ Penſionis irritam non reddit Gratiam reſervationis novæ, ſi Pontifex de illa in genere cogitare potuit. *ibid.* n. 201.
Et hac ratione ſubſtinetur reſervatio novæ Penſionis, antiqua reticita, ſi in illius Literis adſit clauſula -- *Et amſi ſuper illis aliæ Penſiones annuæ aliis aſſignatæ exiſterent, &c.* *ibid.* n. 201.
Semel, ac nova Penſio nulla eſt ob omiſſam ſpecificam mentionem antiquæ ſuper eodem Beneficio adhuc vigentis,

Penſionarius tenetur reſtituere omnes terminos ab initio reſervationis indebite exactos, & non a die moræ litis. T. 4. p. 75. n. 203.
Amplia, etiam ſi bona fide illos exegiſſet. *ibid.* n. 208.
Nec ex illis factus fuerit locupletior. T. 4. p. 76. n. 210.
Penſione ſub æquali Data ſuper eodem Beneficio duobus reſervata, quis in ea præferri debeat? T. 2. p. 219. n. 194. & 195. *Vid. V. Reg. XVII.*

Penſio quoad reſervationem ad Regum, & Principum nominationem.

De nominatione, quam expleí Rex Galliarum ad Penſiones ſuper Beneficiis ad ejus nominationem ſpectantibus, & an poſſit nominare Fœminas? *Vid. V. Gallia.*
Et, an Penſiones, quæ ad illius nominationem reſervantur ſuper Monaſteriis, & Eccleſiis *Belgii*, exigi poſſint a die Regiæ nominationis, ſeu expeditionis, ut vulgo dicitur, *del Brevetto? Vid. V. Belgium.*
De Jure, *Sabaudiæ Duci* competente nominandi ad Penſiones imponendas ſuper Eccleſiis, & Monaſteriis in ſuis Ditionibus exiſtentibus. *Vid. V. Dux Sabaudiæ.*
Penſiones ſuper Beneficiis ad Regum, aliorumque Principum nominationem ſpectantibus, reſervari non ſolent a Sede Apoſtolica abſque eorum conſenſu. T. 3. p. 378. n. 157.
Conſenſus tamen hujuſmodi de jure non requiritur. *ibid.* n. 159.
Et reſervantur favore Perſonarum, quæ ſunt iiſdem Regibus, & Principibus gratæ, & acceptæ. *ibid.* n. 158.
Nec ſiidem ſuper Beneficio pleno ad Regum nominationem pertinente, reſervare conſueverunt Pontifices Penſiones ſine illorum conſenſu. *ibid.* n. 160.
Regis conſenſus, an requiratur in tranſlatione Penſionis impoſitæ ſuper Beneficio ad illius nominationem ſpectante? *Vid. V. Penſio quoad Tranſlat.*
Et, an ſit neceſſarius in Indulto Penſionem præfatam retinendi in ſtatu conjugali, vel in Gratia retentionis conceſſa Promoto ad Eccleſiam Epiſcopalem? *Vid. V. Penſio quoad extinctionem.*
Regis conſenſum interceſſiſſe in reſervatione Penſionis ſuper Beneficio ad ejus nominationem ſpectante, ſatis probatur ex illa aſſertiva in Literis Apoſtolicis a Papa emitti ſolita, *quod expreſſus Regis acceſſit aſſenſus.* T. 3. p. 379. n. 169.

Penſio quoad revalidationem, & ſanationem.

Pro revalidanda Penſione nulliter reſervata, novus Titularis conſenſus requiritur, nec ei, niſi raro derogari debet. T. 3. p. 373. n. 76. p. 374. n. 101.
Enumerantur quatuor caſus, in quibus de ſtylo Datariæ derogatur conſenſui a Titulari præſtando in Penſionis impoſitione. T. 3. p. 373. n. 77. & ſeqq.
Conſenſui Coadjutoris derogare noluit *Innocentius XII.* pro revalidanda Penſione nulla, ex quo tempore præſtiti per ipſum conſenſus, Penſionarius non erat Clericus, quamvis accederet conſenſus Coadjuti. *ibid.* num. 82. p. 37. n. 98.
Referuntur quamplurima exempla derogationis conſenſui Titularium in revalidationibus Penſionum, quæ nulliter reſervatæ, vel tranſlatæ fuerunt in Perſonas incapaces. T. 3. p. 373. n. 83.
Necnon ſimilis derogationis in revalidatione Penſionum, quæ nulliter tranſlatæ prætendebantur, ex quo Literæ facultatis transferendi Executori exhibitæ non fuerunt, & quia Executor contra illarum formam, per viam ſimplicis tranſlationis, non autem caſſationis, & extinctionis antiquæ, ac reſervationis novæ Penſionis proceſſit. *ibid.* n. 90.
Quemadmodum, & exempla revalidationis Penſionum ob terminos exactos a Penſionariis ante expeditionem Literarum ſuper earum reſervatione. *ibid.* n. 91. & 92.
Penſionis revalidatio juxta ſenſum Congregationis Concilii regulariter denegatur, quando certo conſtat fuiſſe nulliter ab initio reſervatam, vel poſtea certo extinctam. T. 3. p. 374. n. 102.
Maxime, ſi nullitas Penſionis fuerit a Titulari judicialiter acceptata. *ibid.* n. 103.
Et hac ratione denegata fuit revalidatio Penſionis extinctæ, ex quo Penſionarius Matrimonium contraxit ante obtentum Officium *Militis Lauretani*, cujus vigore retineri poſſunt Penſiones uſque ad certam ſummam, etiam in ſtatu conjugali. *ibid.* n. 104.
Conceditur vero revalidatio præfata, vel ad Cautelam, ſi dubia ſit nullitas Penſionis ab initio reſervatæ, vel ejus ſucceſſiva extinctio. *ibid.* n. 106. & p. 377. n. 141.
Hinc eadem Sacra Congregatio cenſuit, locum eſſe ſanatoriæ Penſionis, quæ prætendebatur extincta, ex quo Penſionarius inter Milites levis Armaturæ deſcriptus fuerat. T. 3. p. 374. n. 107. & 111.
Quamvis contrarium prius decreverit. T. 3. p. 375. n. 110. *Vid. V. Penſio quoad extinctionem.*
Sanandam eſſe ad cauthelam cenſuit *Congregatio Concilii* Penſionis tranſlationem expletam favore *Eunuchi*, qui fuerat Conclaviſta, & ante tranſlationem Clericali Tonſura, abſque diſpenſatione Apoſtolica inſigniri ſe fecerat. *ibid.* n. 115.
Ubi certo conſtat Penſionem fuiſſe nulliter tranſlatam, tunc in concedenda illius ſanatoria magis rigide procedi ſolet, quam in ſananda Penſione nulliter ab initio reſervata. Et quare? T. 3. p. 377. n. 142. & 143.

Penſio quoad Tranſlationem.

Penſio tranſlata non eſt nova Penſio, nec novum gravamen, ſed præcedentis continuatio. T. 3. p. 371. n. 58. & 59. & p. 378. n. 162.
Tranſlatio Penſionis exorbitans eſt, & odioſa. T. 1. p. 126. n. 67. T. 3. p. 377. n. 144.
Penſione nulliter Tranſlata, an, & quando indulgeri ſolet illius revalidatio? *Vid. V. Penſio quoad revalidationem, & ſanationem.*
In Tranſlatione Penſionis impoſitæ ſuper Beneficio ad alicujus Principis nominationem ſpectante, illius conſenſus requiritur. T. 3. p. 378. n. 161.
Contrarium, & redditur ratio. T. 3. p. 371. n. 55. & p. 378. n. 162.
Et ita alias ſervatum. T. 3. p. 378. n. 163.
Indultum transferendi Penſiones olim a Dataria non concedebatur, niſi de conſenſu Titularis, & a Secretaria Brevium favore ſolum Cardinalium, & Perſonarum valde privilegiatarum. T. 3. p. 372. n. 63.
Sed hodie quibuſcumque petentibus conceditur, nullo requiſito Titularium conſenſu. *ibid.*
Indultum transferendi Penſionem, quæ alias tranſlata fuit, poſt Conſtitutionem CXLIV. *Urbani VIII.* non conceditur, niſi præſervato conſenſu Titularis. *ibid.* n. 64.
Neceſſe tamen eſt, quod conſenſus præfatus interveniat in actu ipſo novæ tranſlationis, ſed poteſt illum præcedere, vel ſubſequi. *ibid.*
Penſionis tranſlatio, cui Titularis ab initio diſſenſit ſuſtinendo litem ſuper illius nullitate, non validatur per conſenſum ab eo poſtea præſtitum. Et redditur ratio. *ibid.* n. 65.
Conclaviſtæ, & Dapiferi Indulto gaudent Apoſtolico transferendi uſque ad certam ſummam Penſiones etiam alias tranſlatas. *ibid.* n. 66.
Sed indultum transferendi quo fruuntur Epiſcopi Pontificio Solio Aſſiſtentes ad hujuſmodi generis Penſiones non ſe protendit. *ibid.*
Indultum transferendi Penſionem impoſitam ſuper Beneficio, quod a Cardinali pendetur, ex Conſtitutione ejuſdem *Urbani* non ſuffragatur, niſi de ipſo Cardinali expreſſa mentio fiat, vel ipſius accedat aſſenſus, vel individua mentio de corpore Beneficii, ſuper quo impoſita reperitur Penſio, facta fuerit. *ibid.* n. 67.
Quamvis Cardinalis Beneficium reſignaſſet cum reſervatione fructuum. *ibid.*
Ex Conſtitutione *Urbani VIII.* tranſlatio Penſionis ſolum ſuſtinetur pro ſumma, quæ medietatem veri valoris Beneficii (attento tempore tranſlationis) non excedit. *ibid.* n. 68.
Sed ex Conſtitutione *Innocentii XI.* Penſiones hodie ſolum transferri poſſunt pro earum dimidia parte, etiamſi hæc excederet medietatem valoris Beneficii. *ibid.* n. 69.
Tranſlatio Penſionis a Cardinali habente Indultum transferendi *in eos, qui Clericali Caractere ſaltem ſunt inſigniti, aut aliarum Penſionum hujuſmodi capaces*, expleta favore Clerici irregularis, & minime diſpenſati, valida eſt. T. 3. p. 377. n. 139.
Et per verba illa -- *aut aliarum Penſionum capaces* -- Pontifex ſolum includere voluit Laicos, qui ex Militia Lauretana, aut aliis Militiis, ſunt Penſionum capaces. *ibid.* n. 140.
Tranſlatio Penſionis an irrita ſit, ſi transferens intra viginti dies moriatur? *Vid. V. Regul. XVIII.*
Indultum transferendi Penſionem non eſt ſubreptitium ob reticitam Pontifici gravem Indultarii infirmitatem. T. 2. p. 241. n. 57.
Indultum transferendi Penſiones expirat per promotionem Indultarii ad Epiſcopatum. T. 1. p. 125. n. 64.
Niſi adſit in Indulto clauſula, quod per quamcumque ſtatus mutationem non expiret. *ibid.* n. 65.

Ex

Ex indulta Epiſcopo retentione Penſionis, non cenſetur præſervata facultas transferendi, quæ non eſt acceſſoria ad Penſionem, ſed quid extrinſecum indigens proinde ſpeciali mentione. T. 1. p. 125. n. 66.

Amplia, ſive facultas transferendi ſit alligata certæ Penſioni, ſive competat vigore Privilegii Perſonalis perpetui, quo gaudent Votantes Signaturæ Cenclaviſtæ. *ibid.* n. 67. & 68.

PENSIONARIUS.

Penſionarii, an, & quando teneantur pro rata ſuarum Penſionum contribuere ad Subſidia, & Decimas extraordinarias a Papa favore Principum Chriſtianorum impoſitas? *Vid. V. Decimæ extraordinariæ.*

An valeant ante expeditionem Literarum ſuper reſervatione ſuarum Penſionum, illas tuta conſcientia exigere? *Vid. V. Penſio. V. Regula LII.*

Penſionario, qui ab Anteceſſore Titulari Penſionem exegit, datur contra Succeſſorem manutentio ex ſola Supplicatione ſignata. T. 3. p. 36. n. 37.

Non poſſunt tamen illius hæredes pro terminis decurſis hoc ſummariſſimo poſſeſſorio juvari. *ibid.* n. 38.

Detecta nullitate Penſionis ob omiſſam mentionem antiquæ ſuper eodem Beneficio impoſitæ, tenetur Penſionarius reſtituere omnes terminos ab initio, & non a die motæ litis exactos, quamvis bona fide illos exegerit, nec factus fuerit locupletior. T. 4. p. 75. n. 203. & 208. & p. 76. n. 210.

Penſionarius cenſetur Beneficiatus ad effectum privilegii Fori. T. 1. p. 158. n. 123.

PERINDE VALERE.

Vid. V. Gratia Perinde valere, ſeu revalidatoria.

PERMUTATIO IN BENEFICIALIBUS.

Permutatio Beneficii expleta intra tempus vacationis, & proviſionis alterius incompatibilis Apoſtolica auctoritate factæ, nulla eſt, & tam Beneficium permutatum, quam alterum, de quo proviſio facta fuit, vacant, & ſunt Apoſtolicæ Sedi reſervata vigore Regulæ III. *Vid. V. Regula III.*

Sed ubi Permutans providetur de Prælatura, aut Beneficio Conſiſtoriali, vacat ſolum Beneficium permutatum juxta Regulam XXVI. *Vid. V. Regula III. V. Regula XXVI.*

Permutationes Beneficiorum, an ſubjaceant diſpoſitioni Regulæ XIX. *de viginti*, ſi alter ex Compermutantibus intra viginti dies decedat? *Vid. V. Regula XIX.*

In permutatione Beneficiorum, an fieri debeat aliorum antea obtentorum, eorumque valoris expreſſio ad tramites Regulæ LV. T. 4. p. 73. n. 171. & 172. *Vid. V. Regula LV.*

In permutatione Beneficiorum, an ſit neceſſaria Literarum publicatio? *Vid. V. Reſignatio quoad publicationem.*

Si Literæ Permutationis differant a Mandato, an ad illius formam corrigi poſſint? *Vid. V. Literæ Apoſtolicæ quoad correctionem.*

Pactum inter Compermutantes conventum, & expreſſum tantummodo in Supplicatione, & non in Literis, an exequi poſſit a Judice, qui judicare tenetur ad formam Literarum, & non Supplicationis? *Vid. V. Regula XXVII.*

Pactum, quod expenſæ pro expeditione Bullarum fieri debeant ab uno potius, quam altero ex Compermutantibus, in Supplicatione ſolum, & non in Literis exprimitur. T. 3. p. 39. n. 94.

Quemadmodum illud, quod quilibet ex Permutantibus ſolvere teneatur onera ſuper eorum reſpective Beneficia decurſa uſque ad diem ſignatæ Supplicationis ſuper Gratia Permutationis. *ibid.* n. 92. *Vid. V. Supplicatio.*

Permutatio, an impediat optionem Præbendarum, & rerum temporalium? *Vid. V. Optio.*

Refertur quid actum fuit ſub *Alexandro VII.* cum Epiſcopo Patavino, qui Subditis ſuis mandaverat, ne abſque ipſius licentia Beneficiorum Permutationes, aut Reſignationes ad favorem, minuſque Coadjutorias a Sede Apoſtolica obtinere poſſent? T. 3. p. 325. n. 8. & ſeqq.

Ordinarii ex Conſtitut. LVIII. *S. Pii V.* admittere poſſunt Beneficiorum permutationes, quæ *Canonicis Sanctionibus*, *& Apoſtolicis Conſtitutionibus permittuntur*, & quæ illæ ſint? T. 3. p. 221. n. 48. 49. 50.

Permutationes Beneficiorum a Pontifice admiſſæ, ſemper canonice expletæ præſumuntur. *ibid.* n. 51.

Ordinarii Beneficiorum permutationes *a Canonicis Sanctionibus permiſſas*, admittere poſſunt etiam inter Conſanguineos. *ibid.* n. 52.

Et in quocumque Menſe. *ibid.* n. 53.

Dummodo Beneficia non ſint Apoſtolicæ Sedi certo reſervata. *ibid.* n. 54.

Permutationes Beneficiorum poſſunt in terminis Concordatorum Germaniæ quolibet Menſe admitti per Ordinarios. T. 2. p. 75. n. 35.

Amplia, quamvis Beneficia ſint electiva, accedente tamen conſenſu Electorum. *ibid.* n. 36.

Amplia, *ſecundo*, tameſi permutationes fierent inter Conſanguineos. *ibid.* n. 37.

Ordinariis interdictum non eſt admittere permutationes Beneficiorum inæqualium, etiam quoad reditus. *ibid.* n. 55.

Et ſuſtinetur permutatio, quamvis enormiſſima læſio in fructibus interceſſerit, nec reſcindi poteſt remedio *leg. 2. Cod. de Reſcind. vendit.* T. 3. p. 222. n. 56.

Sola inæqualitas redditium non inducit præſumtionem fraudis, aut doli in permutatione, niſi aliæ concurrant conjecturæ, quæ enumerantur, quæque inſimul concurrere debent. *ibid.* n. 57. & 58.

Ordinariis, an permiſſum ſit penſionem ſuper fructibus Beneficii pinguioris permutati, favore alterius ex Permutantibus imponere? T. 2. p. 416. n. 155. & ſeqq. & T. 3. p. 222. n. 60. & ſeqq.

Prælati inferiores Juriſdictione quaſi Epiſcopali cum Territorio ſeparato gaudentes, poſſunt Beneficiorum permutationes admittere. T. 3. p. 222. n. 64.

Quemadmodum, & Prælati illi inferiores, qui ſolum facultate gaudent conferendi Beneficia, quamvis ſint d. Juriſdictione deſtituti. *ibid.* n. 65.

Contrarium, quod permutationes auctorizare ſpectet ad Ordinarium, Beneficia vero permutata conferre ad eoſdem Prælatos inferiores. *ibid.* n. 66.

Vicarius Generalis permutationes admittere non prohibetur, ſi ad id peragendum, ſpecialis ei fuerit impertita ab Epiſcopo facultas. *ibid.* n. 67.

Vicarius Capitularis, Sede Epiſcopali vacante, admittere poteſt permutationes Beneficiorum, quæ ſpectant ad ſimultaneam Epiſcopi, & Capituli collationem, ſecus eorum, quæ ad privativam ejuſdem Epiſcopi collationem pertinent. *ibid.* n. 68.

Et quid dicendum, ſi inter Capitulum, & Epiſcopum diviſa fuerit hujuſmodi ſimultanea, an Vicarius Capitularis auctorizare poſſit permutationes Beneficiorum, quæ collationi Epiſcopi ſunt reſervata? T. 3. p. 253. n. 69.

Beneficiorum permutationes debent Ordinarii intra Menſem rejicere, vel admittere, etſi illas admittunt, tenentur intra idem temporis ſpatium ad collationem Beneficiorum devenire. Et redduntur rationes. *ibid.* n. 71. 73. & ſeqq.

Contrarium, quod gaudeant termino ſex Menſium ad Beneficia permutata conferendum. *ibid.* n. 72.

Maxime, ſi agatur de permutatione Eccleſiarum Parochialium. T. 2. p. 253. n. 211.

Sed prior ſententia receptior eſt, & reſpondetur rationibus in oppoſitum. T. 3. p. 225. n. 73. & 79.

Quemadmodum, etiam Parochiales permutatæ conferri debent ab Ordinariis intra Menſem. T. 2. p. 253. n. 212. 213. & 214.

Et poſtea intra tres Menſes publicari debet permutatio. T. 2. p. 252. n. 209. *Vid. V. Reſignatio quoad Publicationem.*

Renuente Epiſcopo permutationem, quam admiſit abſolvere, datur recurſus ad Superiorem. T. 3. p. 223. n. 80.

Irrita eſt Beneficiorum permutatio, ſi alter ex Permutantibus jus non habeat ſuper Beneficio, quod permutavit. T. 3. p. 219. n. 12.

Similiter, ſi alterum ex Beneficiis permutatis ſit litigioſum. *ibid.* n. 16. & 31.

Amplia, etiamſi Permutans tempore permutationis fuerit in illius poſſeſſione. *ibid.* n. 17.

Quemadmodum irrita prorſus, & ſimoniaca eſt permutatio Beneficii veri cum ficto, aut cum eo, quod nullius eſt redditus, vulgo *de Pertica*, nuncupat. *ibid.* n. 18. p. 220. num. 59.

Et Beneficium verum remanet tali caſu diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatum. T. 3. p. 219. n. 19.

Nulla eſt permutatio Beneficii ficti, litigioſi non ſui &c. etiamſi alter ex Compermutantibus hujuſmodi qualitatum notitiam habuerit. T. 3. p. 220. n. 37.

Redditur ratio, & reprobantur Doctores, qui contrarium exiſtimant. *ibid.* n. 38.

Beneficium permutari nequit, niſi cum altero Beneficio, unde nulla eſt permutatio Beneficii cum Legato pio, ſeu Cappellania, aut Hoſpitali non erectis in titulum Beneficii. T. 3. p. 219. n. 20.

Beneficia, an permutari poſſint cum *Perſonatibus*, qui erigi ſolent in Provincia Cathaloniæ? *Vid. V. Perſonatus.*

Permutatio Beneficiorum in fraudem expleta, nulla, & irrita eſt. T. 3. p. 219. n. 22.

Et numerantur nonnullæ Conjecturæ, ex quibus fraus

...ri ſolet. T. 3. p. 222. n. 58.

Conjecturæ præfatæ ſolum ſibi locum vindicabant prioris temporibus favore *Expectantium.* T. 3. p. 219. n. 23.

Sublatis *Expectativis* per Concilium Tridentinum, illæ Conjecturæ non amplius attenduntur, nec hodie datur caſus permutationis Beneficiorum coram Pontifice expletæ, quæ dici poſſit fraudulenta. *ibid.* n. 24. & 31.

Limita in permutationibus Beneficiorum de Jurepatronatus, in quibus conſiderari poteſt fraus reſpectu Patronorum. T. 3. p. 220. n. 26.

Contrarium. *ibid.* n. 27. *Vid. V. Regula XL.*

Beneficium rite permutari poteſt cum jure, quod alter ex Permutantibus habet *ad rem.* *ibid.* n. 32.

Contrarium, quod jus *ad rem* permutari non poſſit, ſed requiratur *jus in re.* *ibid.* n. 33.

Et prior ſententia procedere poteſt in permutatione Beneficiorum facienda coram Papa, qui eam admittat ex certa ſcientia. *ibid.* n. 34.

Pro validitate permutationis, neceſſe non eſt, quod alter ex Permutantibus ſit in poſſeſſione Beneficii permutati. *ibid.* n. 35. & 36.

Evicto altero ex Beneficiis permutatis competit Permutanti regreſſus ad proprium Beneficium. T. 3. p. 219. n. 12.

Nec Regreſſus hujuſmodi eſt *de Regreſſibus* prohibitus a Concilio Tridentino. *ibid.* n. 15.

Stante nullitate permutationis ex culpa unius ex Permutantibus, non poteſt alter propria auctoritate ad ſuum Beneficium redire, ſed indiget vel nova collatione. T. 3. p. 220. n. 40.

Vel Commiſſione Judici directa, quod conſtito de non jure Compermutantis, canonizet primum titulum. *ibid.* n. 41.

Aut ſaltem conſenſu, & auctoritate Superioris, quæ ad inſtar collationis eſt. *ibid.* n. 42.

Ad effectum, ut alter ex Permutantibus ad Beneficium nulliter permutatum redire poſſit, non indiget nova collatione, ſed ſufficit Sententia declaratoria ſuper nullitate permutationis. *ibid.* n. 44. & p. 221. n. 47.

Et explicantur contrariæ Auctoritates. T. 3. p. 221. n. 46.

Hujuſmodi Regreſſus datur non ſolum contra ipſum Permutantem, verum & contra illius Succeſſorem. T. 3. p. 221. n. 45.

Quinimmo, data nullitate permutationis ob culpam unius ex Permutantibus, competit alteri manutentio ſuper Beneficio, quod dimiſit. Et traditur ratio. T. 3. p. 220. n. 43. *Vid. V. Regreſſus.*

In permutatione Oppidorum, quæ ad duas Diœceſes ſpectant, utriuſque Epiſcopi conſenſus requiritur, & ad tramites Regulæ XXII. vocandi ſunt omnes, quorum intereſt. Et ita alias ſervatum. Tom. 2. p. 291. n. 111. p. 292. n. 115. & 157.

Niſi Papa Permutationem *Motu proprio*, & ex plenitudine poteſtatis expleat. T. 2. p. 292. n. 114.

Refertur ſtatus celebris controverſiæ inter Epiſcopos *Aquapendien*, *& Soanen.* quorum primus, ſecundum cogere intendebat ad invicem permutanda nonnulla Oppida ad eorum reſpective Diœceſes ſpectantia. T. 2. p. 291. n. 112.

Et Reſolutio Sac. Congregationis Concilii in eadem Cauſa emanata. *ibid.* n. 113.

In permutationibus, unionibus, diſmembrationibus &c. Beneficiorum, licet non requiratur conſenſus Principum temporalium, plurimum tamen Apoſtolica Sedes eorum ſupplicibus inſtantiis deferre ſolet. To. 2. p. 292. num. 118.

Vid. V. Reg. XXI.

P E R S O N A.

Perſonarum appellatione, an veniat Collegium, Univerſitas, aliudve corpus inanimatum? *Vid. V. Appellationes diverſorum nominum.*

Induſtria Perſonæ ex quibus cenſeatur electa? T. 3. p. 398. n. 17. *Vid. V. Delegatio, Delegatus.*

Prudentia, & induſtria Adminiſtratorum loci Eccleſiaſtici, tunc dicitur magis contemplata, quam locus ipſe, quando verba Teſtatoris id præſeferunt, aut negocii gravitas exigit. T. 2. p. 52. n. 315.

Induſtria Perſonæ non cenſetur contemplata in conceſſione facta hæredibus. *ibid.* n. 316.

In Relicto Succeſſoribus in Dignitate, non induſtria Perſonæ, ſed *Dignitas* contemplata dicitur. T. 2. p. 49. n. 297. & p. 52. n. 317.

Quemadmodum in Relicto ſub nomine appellativo *Dignitatis*, Miniſtris alicujus loci illum repræſentantibus, non Perſonæ, ſed locus ipſe cenſetur contemplatus. T. 2. p. 47. n. 283.

Non dicitur electa induſtria Perſonæ, quando alicui committitur actus, qui expleri poteſt etiam ab Impubere. T. 2. p. 52. n. 319.

Ubi non exprimitur Perſona, ſed in genere nomen Officii, ſeu alterius qualitatis, tunc ad Officium, & qualitatem ipſam, non ad Perſonam cenſetur directa affectio. T. 2. p. 53. n. 324.

Vocatis illis de agnatione, vel majori natu, non cenſetur contemplata Perſona, ſed agnatio vel illa altera qualitas. *ibid.* n. 325.

Fundator relinquendo juſpatronatus Perſonis incertis, & ignotis, quæ de anno in annum variantur in Officio, cenſetur contemplaſſe Officium in Perſonis, non Perſonas in Officio. T. 2. p. 47. n. 284. p. 48. n. 291. p. 54. n. 331.

Quando Perſona eſt obſtricta loco, & inter eos adeſt inſeparabilis conjunctio, tunc non Perſona, ſed locus ipſe dicitur contemplatus. T. 2. p. 47. n. 285. p. 52. n. 314.

Adminiſtratores Loci pii illud repræſentant uti univerſi, & non uti ſinguli, & ſemper dicuntur eadem Perſona cum loco pio, quamvis mutentur Perſonæ. T. 2. p. 48. n. 290.

Perſonæ, quæ plures exercent diſtinctas adminiſtrationes, inter quas, illam Hoſpitalis, ſi vocentur cum addiramento *Adminiſtratorum Hoſpitalis*, cenſentur vocatæ intuitu ſolum ipſius Hoſpitalis. T. 2. p. 49. n. 292.

Qualitates diverſæ ubi concurrunt in eadem Perſona, illa duplicem Perſonam repræſentat. T. 2. p. 337. n. 34.

Juſpatronatus relictum Officialibus, aliiſque Miniſtris laicalibus Loci Pii, quando cenſetur relictum intuitu eorum Perſonæ, vel potius intuitu Eccleſiæ, & Officii, ad effectum dijudicandi, an ſit laicale, vel Eccleſiaſticum? *Vid. V. Juſpatr. Eccleſiaſticum.*

P E R S O N A T U S.

Perſonatus eſt adminiſtratio perpetua rerum Eccleſiaſticarum cum aliqua prærogativa. T. 2. p. 20. n. 19.

Eſt quid minus, quam dignitas, ſed quid plus quam Officium, & quare? *ibid.*

Sicque eſt quid medium inter Dignitatem, & Officium. *ibid.*

Perſonatus inter Beneficia Eccleſiaſtica recenſetur. *ibid.* num. 20.

Subjectus proinde Apoſtolicis reſervationibus. *ibid.*

Explicatur natura, & qualitas *Perſonatuum*, qui erigi ſolent in Provincia Cathaloniæ. *ibid.* n. 21. & 25.

Perſonatus præfati, licet non ſint perpetui, conſiderantur uti Beneficia Eccleſiaſtica. *ibid.* n. 22. 23. & 24.

Refertur Epiſtola *Nuncii* Hiſpaniarum, in qua referuntur fraudes, & abuſus, qui irrepunt in dictorum *Perſonatuum* inſtitutione. T. 2. p. 21. n. 26.

Præordinata conventio erigendi *Perſonatum*, ad finem illum permutandi cum Beneficio Eccleſiaſtico, vel obtinendi Coadjutoriam, eſt ſimoniaca. *ibid.* n. 27.

Et ita reſolutum a Sac. Congregatione Concilii. *ibid.*

Ex Conſtitutione Concilii Provincialis Tarraconen. Dos *Perſonatus* in caſu illius extinctionis, applicari debet piis operibus in perpetuum. *ibid.* n. 28.

Conditio in erectione *Perſonatus* apponi ſolita, quod ultimus Poſſeſſor libere de illius bonis diſponere poſſit, non debet ab Ordinariis approbari. *ibid.* n. 29.

Minuſque, quod ex illius bonis erigatur Beneficium cum reſervatione Juriſpatronatus favore ſuorum Conſanguineorum. *ibid.* n. 30.

Limita, ſi in erectione *Perſonatus* fuerit ab Ordinario approbata conditio, quod Fundator illius Bona in opera pia cum conditionibus ſibi bene viſis convertere poſſit. *ibid.* n. 31.

Et tali caſu *Perſonatus* erit exemtus a Reſervationibus, donec per rem judicatam revocetur, vel corrigatur Ordinarii Decretum. T. 2. p. 22. n. 32.

P Œ N A.

In pœnas etiam *ipſo iure* ſtatutas, non incurritur niſi præcedat ſententia declaratoria. T. 4. p. 93. n. 38.

Limita, ſi agatur de facto notorio, quod nulla tergiverſatione celari poſſit. T. 4. p. 94. n. 41.

Lata tamen ſententia declaratoria, fit retrotractio ad tempus ſequutæ contraventionis. *ibid.* n. 39.

Vid. V. Beneficia quoad vacationem per contractum Matrimonii.

P O L O N I A.

Beneficia Poloniæ non ſubjacent diſpoſitioni *Regulæ IV. De Valore*, ſed dum impetrantur, valor exprimi conſuevit in ducatis *vigintiquatuor*, T. 4. p. 64. n. 47.

Et

Et hujuſmodi expreſſio fit etiam dum obtinetur Apoſtolicum Indultum retinendi plura Beneficia incompatibilia ejuſdem Regionis. T. 4. p. 64. n. 48.

Sicque reſolutum a Sac. Congregatione Concilii. *ibidem.* num. 49.

Epiſcopis Poloniæ præciſive etiam ab amplitudine Diœceſis, conceditur Suffraganeus, & qua ratione? T. 1. p. 129. num. 104.

Et Suffraganeo præfato paſſim Sedes Apoſtolica indulget retentionem Beneficiorum reſidentialium. *ibid.* n. 107. p. 131. n. 138.

Et, an ex hujuſmodi retentione oriatur affectio ob appoſitionem manus Papæ? *Vid. V. Affectio. V. Suffraganeus.*

In Polonia ſæpe Pontifices detogant Jurpatr. laicali ex cauſa Beneficii litigioſi. T. 3. p. 249. n. 219.

Promotis ad Eccleſias Cathedrales Poloniæ, non denegatur retentio Beneficiorum reſidentialium, etiam Curatorum, dummodo Cura per Vicarios perpetuos exerceri ſoleat. T. 1. p. 135. n. 176.

Denegabatur olim illis retentio Monaſteriorum, quæ obtinebant, ſed hodie regulariter etiam indulgetur. *ibidem* n. 177.

In Polonia, an Sedes Apoſtolica diſpenſare conſueverit ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium? *Vid. V. Beneficia incompatibilia quoad diſpenſationem ea inſimul retinendi.*

Reſervatio ex capite Prothonotariatus locum habet etiam in Beneficiis Poloniæ. T. 1. p. 95. n. 60.

Proindeque Beneficia dictæ reſervationi obnoxia, conferri non poſſunt ab Ordinariis illarum Partium Indultum habentibus conferendi Beneficia ratione Menſium reſervata. *ibid.*

Pluries in Polonia Pontifices inſtantias pro commendandis Monaſteriis electivis rejecerunt. T. 1. p. 206. n. 92. *Vid V. Commenda.*

Gens Polona nuptias inter conjunctos primo affinitatis gradu, etiam cum diſpenſatione Apoſtolica, execrari ſolet. T. 4. p. 10. n. 36.

Poloniæ Concordata.

De Concordatis Poloniæ, quid in eis contineatur, &, an ſint in uſu? T. 2. p. 100. n. 290. & 291.

Dataria, Concordata hujuſmodi nunquam admiſit, nec approbavit. *ibid.* n. 291.

Poloniæ Rex.

Rex Poloniæ, an jure gaudeat nominandi ad illius Regni Abbatias? T. 1. p. 211. n. 148.

Recenſetur Hiſtoria controverſiarum & diſſentionum, quæ inter Sedem Apoſtolicam, & Reges ſuper præfato jure nominandi ab ipſis prætenſo, emerſerunt. *ibid.* p. 212. 213. 214. †

Et exſcribuntur Literæ Apoſtolicæ ſan. mem. *Clementis XII.* quibus confirmatur Concordia inter S. Sedem, & Regem, ac Poloniæ Rempublicam inita ſuper iiſdem Abbatiis. T. 1. p. 215. †

Eccleſiæ Cathedrales Regni Poloniæ providentur ad Regis Supplicationem. Tom. 1. pag. 69. n. 297. & pag. 192. n. 121.

Sed *apud Sedem* vacantes, libere Pontifex de illis diſponit. T. 1. p. 69. n. 298.

PONTIFEX.

Vid. V. Papa.

PORTÆ SANCTÆ.

Vid. V. Jubileum.

PORTUGALLIA.

Pontifices in Portugallia, paſſim derogant Juripatronatus laicali ex cauſa Beneficii litigioſi. T. 3. p. 249. n. 220.

Indulgere non ſolent promotis ad Eccleſias Epiſcopales illius Regni retentionem Beneficiorum incompatibilium. T. 1. p. 133. n. 162.

Et an diſpenſare ſoleant ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium? *Vid. V. Beneficia incompatibilia quoad diſpenſationem ea inſimul retinendi.*

In Portugallia, *Decanatus* dicitur major Dignitas in Cathedrali poſt Pontificalem, & Prioratus vel Abbatia, Dignitas principalis in Collegiata. T. 1. p. 287. n. 10. & 21.

In Portugallia aliquando fuerunt a Sede Apoſtolica reſervatæ penſiones favore Fœminarum, & referuntur exempla. T. 3. p. 379. n. 174.

Vid. V. Penſio quoad reſervationem.

Portugalliæ Rex.

Referuntur Auctores, qui agunt de jure ad Portugalliæ Reges ſpectante in proviſione Eccleſiarum Cathedralium illius Regni? T. 1. p. 191. n. 124.

Rex Portugalliæ jure gaudet præſentandi ad Patriarchalem Eccleſiam *Ulixbonen.* *ibid.* n. 125.

Nec non ad Eccleſias *Elven.* & *Leyrien.* *ibid.*

Et quid reſpectu aliarum Regni Eccleſiarum? T. 1. p. 69. n. 296. p. 191. n. 125.

Proviſionem Eccleſiarum omnium Cathedralium in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis exiſtentium, expleendam eſſe ad Regis præſentationem, prævio Voto Congregationis particularis, mandavit SS. D. N. BENEDICTUS XIV. T. 1. p. 192. †

Sed Eccleſiæ Portugalliæ, dum *apud Sedem* vacant libere a Pontifice providentur. T. 1. p. 69. n. 296.

POSSESSIO, & POSSESSOR.

Impetrans Beneficium adverſus pacificum illius *Annalem* poſſeſſorem, quid in impetratione exprimere, & quomodo litem proſequi teneatur? *Vid. V. Regula XXXV.*

De effectibus pacificæ poſſeſſionis *Triennalis*, & ex quibus conſetur illa interrupta? *Vid. V. Regula XXXVI.*

Et, an eadem *Triennalis* poſſeſſio cenſeatur interrupta Literis Apoſtolicis non expeditis? *Vid. V. Regula XXXI.*

Poſſeſſor *Decennalis*, an Titulum exhibere teneatur pro gaudendo favore Regulæ *de Triennali*? *Vid. V. Regula XXXVI.*

Poſſeſſio *Decennalis*, & multo magis *Vicennalis*, aut *Triennalis*, an præſumptionem Tituli inducat, etiam adverſus Decreta Concilii Tridentini? *Vid. V. Regula I. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium per Extravag. Execrabilis. V. Titulus in Beneficialibus.*

Stante poſſeſſione præfata, an Ordinarii compellere poſſint Beneficiorum poſſeſſores ad Titulum exhibendum? *Vid. V. Titulus in Beneficialibus.*

Et, an *Triennalis*, ſeu *Decennalis* poſſeſſor plurium Beneficiorum incompatibilium teneatur juſtificare legitimum retentionis Titulum pro excludendo Impetrante ex Capite incompatibilitatis? *Vid. V Regula I. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium per Extravag. Execrabilis. V. Titulus in Beneficialibus.*

Reſignatario, qui Literas Reſignationis Beneficii publicare omiſit, an ſuffragetur poſſeſſio *Decennalis* pro evitandis pœnis a Conſtitutione *Gregorii XIII.* inflictis? *Vid. V. Reſignatio quoad Publicationem.*

Proviſis ab Ordinariis Germaniæ de Beneficiis vigore Concordatorum reſervatis, nec poſſeſſio *Decennalis* ſuffragatur. T. 3. p. 173. n. 192.

Proviſus de Beneficio, uti vacante per obitum ultimi poſſeſſoris, qui per *decennium* illud pacifice poſſedit, tutus eſt contra Impetrantem ex capite vacationis *ut prius.* T. 3. p. 163. n. 29.

Poſſeſſio defuncti juvat Ceſſionarium, ſed in hæredem ſine nova apprehenſione non tranſit. T. 3. p. 36. n. 39.

Poſſeſſio adepta per Procuratorem non ſuffragatur abſque ſpeciali mandato Procuræ. T. 3. p. 164. n. 51.

Mandatum tamen hujuſmodi, neceſſe non eſt, quod ſit exaratum pro adipiſcenda poſſeſſione illius Beneficii in individuo, ſed ſufficit, quod contineat clauſulam generalem ad capiendam poſſeſſionem quorumcumque Beneficiorum. *ibid.* n. 52.

Deficiente mandato, non ſufficit ſubſequuta ratihabitio poſſeſſionis, quæ ab alio, nomine Beneficiarii adepta fuit. *ibid.* n. 53.

Sola poſſeſſio abſque exhibitione Tituli ſufficit in rebus corporalibus ad obtinendum interdictum *uti poſſidetis.* T. 3. p. 166. n. 91.

Poſſeſſio ſemel adepta, continuata præſumitur. T. 4. p. 69. n. 130.

Intellige, quando allegatur ab ipſomet poſſeſſore, ſeu illius Succeſſore, ſecus ſi a tertio. *ibid.*

Poſſeſſor pacificus non dicitur, qui habet pro ſe rem judicatam, ſuper qua pendet cauſa nullitatis. T. 3. p. 152. num. 69.

Poſſeſſor pacificus dicitur ille, cui nulla ſuper Beneficio mota fuit controverſia *Juris* in judicio. T. 3. p. 164. n. 55. & 56.

Pacificus Beneficii poſſeſſor, an dicatur, qui poſſidet tantum ſpiritualia, non temporalia? T. 3. p. 166. n. 88.

Talis dicitur, qui majorem partem temporalium poſſidet. *ibid.* n. 89.

De jure communi ad effectum interrumpendi poſſeſſionem requiritur conteſtatio Litis. T. 3. p. 165. n. 69.

eaſque alienare poſſunt, & quæcumque Bona, etiam Juriſdictionalia acquirere. T. 3. p. 284. n. 199.
Commendæ & Præceptoriæ *SS. Mauritii & Lazari* vacantes *apud Sedem* non ſunt Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervatæ. T. 1. p. 71. n. 320.
Sedes Apoſtolica indulgendo M. Magiſtro facultatem conferendi Commendas, & Præceptorias *apud Sedem* vacantes, non abdicat a ſe poteſtatem de illis diſponendi. *ibid.* n. 321.
Plurieſque Summi Pontifices de Commendis, & Præceptoriis præfatis *apud Sedem* vacantibus, diſpoſuerunt. *ibid.* num. 322.

Ordo Militaris S. Joannis Hieroſolymitani.

Milites Profeſſi S. Joannis Hieroſolymitani capaces ſunt obtinendi Beneficia ſecularia abſque Apoſtolica diſpenſatione. T. 3. p. 282. n. 170.
Contrarium, quia emittunt tria Vota ſubſtantialia, & ſunt veri Religioſi. *ibid.* n. 171.
Amplia, ut nec Penſiones ſine diſpenſatione præfata obtinere poſſint. *ibid.* n. 172.
Idemque dicendum de Fratribus Cappellanis. *ibidem.* num. 173.
Apoſtolica Sedes pluries cum Militibus Sancti Joannis Hieroſolymitani diſpenſavit, ut Beneficia Eccleſiaſtica ſecularia aſſequi poſſent. *ibid.* n. 174.
Et refertur Decretum in Literis Apoſtolicis hujuſmodi Diſpenſationis adjici ſolitum. *ibid.* n. 175.
De praxi reſervandi Penſiones ad favorem eorumdem Militum? *ibid.* n. 176.
Per Profeſſionem emiſſam in Militari Ordine S. Joannis Hieroſolymitani vacant Beneficia ſecularia. Tom. 3. p. 387. n. 35.
Indulget tamen quandoque Militibus præfatis Sedes Apoſtolica, ut eadem Beneficia retinere poſſint. *ibid.* n. 36.
Et de Decreto quod in Indultis præfatis apponi ſolet? *ibid.* num. 37.
Vid. V. Commenda.
Equitibus Hieroſolymitanis prohibitum non eſt de fructibus ſuarum Commendarum, & Prioratuum diſponere. T. 3. p. 287. n. 233.
Et an permiſſum iis ſit tranſire ad Ordines Clauſtrales nulla petita licentia a M. Magiſtro? Tom. 2. p. 299. n. 39. p. 300. n. 60.
Fratres Profeſſi S. Joannis Hieroſolymitani Dominium habent, vel ſaltem uſufructuum rerum ſuarum, eaſque alienare poſſunt, & bona quæcumque, etiam Juriſdictionalia acquirere. T. 3. p. 284. n. 199.
Præceptoriæ, Commendæ, aliaque Beneficia S. Religionis Hieroſolymitanæ, nec Regulæ *de Triennali*, nec aliis Cancellariæ Regulis ſunt obnoxia. T. 3. p. 288. n. 394. & 395.
Nec vacantia *apud Sedem* ſubjacent reſervationi. *Cap. 2. de Præb. in 6. & Extrav. ad Regimen.* renovatæ in Regula I. Cancell. T. 1. p. 71. n. 319.
Pluries tamen de iis *apud Sedem* vacantibus Sedes Apoſtolica diſpoſuit. *ibid.* n. 323.
Præceptoriæ, & Commendæ præfatæ regulariter adminiſtrationem, & Juriſdictionem habent. Tom. 4. p. 101. num. 7.
Obtineri non poſſunt, niſi ab actu profeſſis. Et ita reſolutum a Sac. Congregatione Concilii. *ibid.* n. 8. & 10.
Sed aliquando Apoſtolica Sedes indulget, ut actu non profeſſi, habiles tamen ad profitendum, illas obtinere poſſint. T. 4. p. 102. n. 12.
Vid. V. Ordines Militares.
Præceptoriæ, & Commendæ Ordinis præfati, vacant per promotionem ad Epiſcopatum. T. 1. p. 125. n. 57.
De illis tamen Papa non diſponit uti de reſervatis, ſed ſit locus *ſmutitioni* favore Antianorum. *ibid.* n. 58.

Ordo S. Spiritus in Saxia.

Præceptoriæ Generales Ordinis *S. Spiritus in Saxia*, an ſint reſervatæ? *Vid. V. Regula IV. quoad Reſervationem Præceptoriarum Generalium &c.*
Præceptoriæ *S. Spiritus in Saxia*, aliaque dicti Ordinis Beneficia, ſpectant ad collationem Præceptoris Generalis *S. Spiritus in Saxia.* Tom. 1. pag. 309. n. 5. & pag. 310. num. 12.
Etiamſi vacent ex Perſona Officialis, Papæ Familiaris, vel *apud Sedem.* T. 1. p. 310. n. 6. & 11.
An ſint vera Beneficia, & dentur in Titulum, ſeu potius in adminiſtrationem ad nutum Præceptoris? *ibid.* n. 7. & 10.
Papa hujuſmodi Præceptorias *S. Spiritus*, etſi manuales, conferre poteſt. Et referuntur exempla. T. 1. p. 310. n. 8.
Præceptoriæ præfatæ non cadunt ſub Concordatis Galliæ, & redditur ratio. *ibid.* n. 9. & 13.
Prioratus, Præceptoriæ, & Beneficia Ordinis *S. Spiritus in Saxia* conferri non poſſunt, niſi ejuſdem Ordinis Religioſis. T. 3. p. 288. n. 242.
Religioſos Ordinis *S. Spiritus in Saxia* diſponere poſſe de fructibus ſuarum Præceptoriarum, Prioratuum, aut Beneficiorum, dummodo pecuniæ erogentur in uſus pios, & Religioſos, cenſuit Congregatio particularis de anno *1696.* T. 1. p. 310. n. 7. T. 3. p. 286. n. 225.
Referuntur Doctores, qui hanc propugnant Sententiam, & rationes, quibus ea innititur. Tom. 3. p. 286. n. 226. & p. 287. n. 229. & plurib. ſeqq.
Regulares Indultum habentes tranſeundi ad Religionem laxiorem, an, & quando tranſire poſſint ad Hoſpitalarios *S. Spiritus in Saxia*? *Vid. V. Regulares quoad Tranſitum &c.*

Ordo S. Antonii de S. Antonio Viennen.

Prioratum eſſe Regularem Ordinis *S. Antonii de S. Antonio Viennen.* ex quibus circumſtantiis probetur? T. 1. p. 305. num. 55.
Prioratus *S. Antonii de S. Antonio Viennen.* ſunt exempti. *ibid.* n. 57.
Præceptoriæ Ordinis præfati ſunt perpetuæ. T. 1. p. 303. n. 22. & p. 305. n. 57.
Et in Gallia, non cadunt ſub Regia nominatione, quia non providentur per electionem, ſed per collationem. T. 1. p. 314. n. 58. *Vid. V. Beneficia Regularia. V. Dignitates Regulares.*
Præceptoriæ *S. Antonii de S. Ant. Viennen.* non ſubjacent diſpoſitioni *Regulæ IV.* reſervantis Dignitates Conventuales. T. 1. p. 302. n. 14.
Contrarium. T. 1. p. 303. n. 22.
Et, an ejuſdem Regulæ reſervationi ſint obnoxiæ Præceptoriæ Generales Ordinis præfati? *Vid. V. Reg. IV. quoad Reſervationem Præceptoriarum Generalium &c.*
Religioſi Ordinis *S. Antonii de S. Antonio Viennen.* in uno Monaſterio adſcripti, ſunt capaces Beneficiorum alterius Monaſterii. T. 4. p. 107. n. 18.
Regulares Indulto gaudentes tranſeundi ad Religionem laxiorem, an tranſire poſſint ad Hoſpitalarios *S. Antonii Viennen.*? *Vid. V. Regulares quoad Tranſitum &c.*
Præceptor Generalis Præceptoriæ *S. Antonii de S. Antonio Viennen.* in Civitate Neapolis exiſtentis, eſt Ordinarius collator Beneficiorum omnium ſub titulo *S. Antonii* in eodem Regno exiſtentium, ad excluſionem Ordinariorum, in quorum Diœceſibus ſita ſunt. T. 1. p. 310. n. 16. p. 313. n. 48. 53. 56. & 57.
Nec Regulares Ordinis S. Antonii, ſive primordialiter Profeſſi, ſive ad eum tranſlati, jus aliquod pretendere poſſunt in Beneficiis dependentibus ab eadem Præceptoria generali Neapolitana. T. 1. p. 313. n. 55.
Præceptor Generalis jus habet inſtituendi ad Beneficia de jurepatronatus ſub dicta denominatione in præfato Regno exiſtentia. T. 1. p. 312. n. 27. & p. 313. n. 49.
Eorumdemque Beneficiorum devolutio non fit ad Ordinarios, ſed Præceptorem Generalem. T. 1. p. 313. n. 49.
Præceptor Præceptoriæ Neapolis, an poſſit Beneficia a dicta Præceptoria dependentia conferre Clericis Secularibus, vel potius ea conferre teneatur Regularibus ejuſdem Ordinis, etiam in aliis Monaſteriis exiſtentibus? T. 1. p. 310. n. 18. p. 313. n. 54. & 55.
Beneficia præfata conferri non poſſunt Clericis Secularibus in titulum perpetuum, ſed a nutum, amovibiliter. T. 1. p. 311. n. 19.
Sunt de ſui natura manualia, exceptis Curatis. *ibid.* n. 20.
Et hac ratione non ſubjacent Reſervationibus Apoſtolicis, nec etiam illi ex vacatione apud Sedem. *ibid.* n. 22. & 23. p. 313. n. 51.
Spectant tamen ad Sedis Apoſtolicæ diſpoſitionem, quando ſunt affecta per appoſitionem manus Papæ; cum Beneficia etiam manualia, cadant ſub affectione. T. 1. p. 311. n. 24.
Et ſic ſpectant ad Papæ collationem ſi vacent *juxta Decretum*, per reſignationem, per ceſſationem Commendæ &c. *ibid.* n. 26.
Limita, ut non cadant ſub affectione favore Pontificis, ſi Præceptor Generalis fuerit Cardinalis gaudens Indulto conferendi etiam Beneficia affecta. T. 1. p. 313. num. 51.
Beneficia præfata pertinent ad Pontificis diſpoſitionem quando ſunt litigioſa, & redditur ratio. Tom. 1. p. 311. num. 27.
Si per quadraginta annos fuerint in titulum perpetuum collata

collata Clericis ſæcularibus, poſſunt ab Ordinariis locorum conferri. T. 1. p. 311. n. 28. p. 313. n. 52.
Et ſi alicui reſervationi ſint obnoxia, ſpectant ad Apoſtolicæ Sedis proviſionem. T. 1. p. 311. n. 29.
Maxime ſi concurrat ultimus ſtatus pro Beneficio collativo. *ibid.* n. 30.
Papa poteſt in proviſione Præceptoriæ Generalis *S. Antonii de S. Antonio Vienuen.* Civitatis Neapolis Beneficia ab ea dependentia ſuæ diſpoſitioni reſervare. T. 1. p. 312. num. 36.
Dum vacat Præceptoria præfata, expedit, quod Pontifex tanquam Ordinarius Ordinariorum conferat Beneficia ab ea dependentia, quæ antea vacaverant, & in poſterum vacatura, quouſque Præceptoria commendetur; & aſſignantur rationes. *ibid.* n. 40. 41. & 43.
Debent tamen hujuſmodi Beneficiorum proviſiones expleri per viam *deputationis ad vitam* cum expreſſione manualitatis, & quare? *ibid.* n. 44. & 45.
Quemadmodum deputationes præfatæ fieri debent ſine præjudicio Præceptoris in futuris vacationibus. T. 1. p. 313. num. 46.
Vid. V. Beneficia Regularia. V. Beneficia manualia.

ORIUNDUS.

Oriundus de jure dicitur, qui originem ducit a loco, in quo ejus Pater natus eſt. T. 2. p. 211. n. 103.
Qui vero natales ſortitur in aliquo loco, dicitur *ortus* in eo. *ibid.* n. 104.
Aliquando vero *Oriundus*, & *Ortus* promiſcue in jure uſurpantur. T. 2. p. 212. n. 106.
Oriundus de ſtylo Datariæ, & Cancellariæ ille dicitur, qui natus eſt in loco, ubi ſitum eſt Beneficium, & ſic *Oriundus* pro *Orto* accipitur. *ibid.* n. 105.
Originarius vero dicitur, qui originem trahit ex loco nativitatis Paternæ. *ibid.*
Et uterque in pari *Data* præferri debet extraneo pro aſſequutione Beneficii. *ibid.* n. 107.
Oriundi appellatione, non venit Domiciliarius, etiam ſi in eo loco ad titulum Patrimonii ſit Sacris Ordinibus initiatus. *ibid.* n. 117.

P.

PACTA.

De Pactis inter Compermutantes, aut inter Reſignantem, & Reſignatarium, quæ exprimi ſolent in ſupplicatione, & non in Literis Apoſtolicis? *Vid. V. Supplicatio.*
Et, an Judex qui judicare debet ad formam Literarum, & non ſupplicationis juxta *Regul. XXVII.* poſſit eorumdem Pactorum exequutionem demandare? *Vid. V. Reg. XXVII.*
Pacta, præcipue pro bono pacis, & quietis inita perpetuo durant, nec morte unius ex paciſcentibus extinguuntur. T. 1. p. 10. n. 95.
De nullitate Pactorum, quæ adverſus SS. Canonum, & Apoſtolicarum Conſtitutionum diſpoſitiones, ante, vel poſt electionem, ſeu Poſtulationem ad Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria inter Electores explentur? *Vid. V. Electio.*

Pacta Conclavis.

Ex Compacto inito in Conclavi *Innocentii VIII.* inter Cardinales, permiſſum erat ipſis præſtare conſenſum in Proviſionibus Beneficiorum ſuorum Familiarium, qui eſſent etiam Prothonotarii Apoſtolici, vel Scriptores Literarum Apoſtolicarum. T. 3. p. 113. n. 136.
Compactum tamen hujuſmodi Pontifices Succeſſores non obſtringit. T. 3. p. 114. n. 159.
Et nocet potius, quam favet Cardinalibus. *ibid.* n. 160.
Paulus IV. ex Compacto inito cum Cardinalibus in Conclavi, promiſit Regulæ *de Infirmis Reſignan.* tam citra, quam ultra Montes in præjudicium Indultorum Cardinalium non derogare. T. 2. p. 148. n. 163.
Et ob hujuſmodi Compactum Galliæ Pragmatici contendunt, Papam in Gallia derogare non poſſe Regulæ præfatæ in præjudicium Cardinalium. *ibid.* n. 162. & 164. & T. 3. p. 267. n. 41.
Contrarium, & de ratione. T. 2. p. 148. n. 165. & T. 3. p. 267. n. 42. *Vid. V. Regula XIX.*
Pacto inito inter Cardinales in Conclavi, in quo Pontifex electus fuit *Clemens X.* conventum extitit, nec alicui concederetur facultas ſignandi *per Conceſſum* modo extraordinario. T. 3. p. 144. n. 34. *Vid. V. Signatura per Conceſſum.*

Additio Regulæ VIII. factæ ab *Alexandro VII.* – *non tamen ob ſervitium Sedis Apoſtolicæ, & cum licentia Sanctitatis Suæ, vel apud earum Eccleſias reſidentes* – – explera fuit in exequutionem *Cap. XII.* inter ſtabilita in Conclavi. T. 1. p. 389. n. 45.
Et qua ratione de mandato ejuſdem Pontificis verba præfata expuncta fuerunt a Regula? *Vid. V. Regula VIII. quoad reſervationem Beneficiorum Titulorum Cardinalium a Romana Curia abſentium.*

PAPA.

Papæ Nomen primis Eccleſiæ ſeculis commune erat omnibus Sacerdotibus, & præcipue Epiſcopis. T. 3. p. 143. num. 22.
Illudque etiam hodie uſurpatur a Patriarcha *Alexandrino.* *ibid.* n. 23.
Ex Romanis Pontificibus *Papæ* Nomen primus ſibi tribuit *Siricius.* *ibid.* n. 24.
Et circa medium ſeculi IX. ſenſim uſus invaluit, ut *Papæ* Nomen, nec Epiſcopis, nec Patriarchis, ſed uni Romano Pontifici tribueretur. *ibid.* n. 25.
Ex Romanis Pontificibus, quis primus Nomen in Baptiſmate receptum ſibi mutaverit? Et quæ fuit mutandi Nominis ratio? T. 3. 142. n. 11. 12. & plurib. ſeqq.
Referuntur Pontifices, qui poſt inductum jam morem mutandi Nomen, adhuc in Pontificatu proprium Baptiſmatis Nomen retinuerunt. *ibid.* n. 18.
Et reprobantur qui exiſtimant, Nomen ſibi non mutaſſe, nec *Joannem XXI.* nec *Eugenium IV.* T. 3. p. 143. n. 19. & 20.
Pontifices, a quo tempore numerum ſui Nominis ſcribere cœperunt? *ibid.* n. 26. 27. & 28.
Pontifices primis Eccleſiæ ſeculis unde Annorum numerationem in eorum Diplomatibus ducebant? & a quo tempore invaluit uſus illos ducendi ab Incarnatione D. N. J. C.? *Vid. V. Annus.*
Et a quo tempore Plumbea Bulla ſuas Literas obſignare cœperunt? *Vid. V. Bulla.*
Pontifices ante Coronationem, ſi negocia expedire cupiebant, non integra, ſed *dimidia Bulla* Literas obſignabant. Et quæ ſit dimidia Bulla? *Vid. V. Papa quoad Benedictionem, Conſecrationem, ac Coronationem.*
Papa tribus Nominibus ſubſcribendo utitur, *Perſonæ* ſcilicet, *Dignitatis*, & *Officii.* T. 3. p. 141. n. 7.
Et quando ſingula hæc nomina adhibere ſoleat? *ibid.*
Papa, cur Gratiarum ſupplicationibus ſubſcribat nomine, quod in Baptiſmate recepit, & in Literis, quæ ſuper iis poſtea expediuntur, apponatur Nomen, quod in Pontificatu aſſumpſit? *ibid.* n. 8. 9. & ſeqq.
De modis quibus Papa Supplicationes ſignare ſoleat? *Vid. V. Signatura per Fiat.* – – *V. Signatura per Conceſſum. V. Regula XXXV.*
Tempore Infirmitatis Pontificis, a quo, & quomodo ſupplicationes ſignari debeant? *Vid. V. Signatura per Conceſſum.*
Pontifices ante *Formoſum* eligebantur ex Diaconis, & Presbyteris, non autem ex Epiſcopis. T. 2. p. 204. n. 14.
Et quando ex Diaconis eligebantur, prætermiſſo Presbyteratus gradu, in Epiſcopos ordinabantur. T. 2. p. 314. num. 12.
Sed qui Presbyteratu inſigniri voluerunt, quorum primus *S. Gregorius VII.* præſcripta Ordinationum tempora expectarunt. *Vid. V. Ordines quoad tempora in quibus de jure conferri debent.*
Ob aſſumtionem ad Pontificatum vacat Epiſcopatus per electum antea obtentus. T. 1. p. 142. n. 265. & ſeqq.
Referuntur quamplurima exempla tum antiqua, tum moderna Pontificum, qui Eccleſias Epiſcopales una cum Pontificatu retinuerunt. *ibid.* n. 269.
Per aſſumtionem ad Papatum vacant Beneficia per electum obtenta. *ibid.* n. 265.
Contrarium verius, & redditur ratio. *ibid.* n. 266.
Per aſſumtionem ad Pontificatum, Penſiones quas electus in Statu Cardinalitio percipiebat, extinctas non remanere, plures Summi Pontifices declararunt. *ibid.* n. 270.
Et nonnulli Pontifices Penſiones Titularibus, quas ipſi perſolvebant, remiſerunt. T. 1. p. 143. n. 271.
Papa ſuprema potitur auctoritate ſuper omnibus Beneficiis Eccleſiaſticis. T. 2. p. 4. n. 9.
Et plenaria hæc poteſtas eruitur potiſſimum ex privativa qua gaudet facultate commendandi Beneficia. T. 3. p. 265. num. 28.
Vid. V. Commenda.
Suprema Pontificis poteſtas in Beneficialibus verſatur nedum circa Beneficiorum conceſſionem, ſed etiam ablationem. T. 2. p. 230. n. 77.

Omnia Beneficia Mundi reſpectu Papæ ſunt obedientialia, & manualia. T. 2. p. 230. n. 78.
Eccleſiarum Bona ſuos in Dominio, vel ſub libera Pontificis adminiſtratione, & Beneficiati Beneficiorum ſuorum adminiſtrationem habent dependentem e Papa. *ibid.* n. 79.
Papa auferendo alicui Beneficium, non dominium, ſed nudam adminiſtrationem ei aufert. *ibid.* n. 80.
Papa, an poſſit etiam ſine cauſa Beneficiatum ſuo Beneficio privare? *Vid. V. Beneficia quoad privationem.*
Papa in conferendo Beneficia benemerentiam non deſumit ex ſola præſentia in Curia, niſi in paritate meritorum. T. 2. p. 5. n. 26.
Declaratur aſſertio *Bartholomæi de Martyribus*, quod Pontifex in Beneficiis conferendis doctrinam potius, quam paupertatem Clericorum attendere debeat. *ibid.* n. 27. & 28.
Papa in Beneficiorum proviſione concurrere poteſt cum inferioribus Collatoribus. T. 3. p. 234. n. 20.
Et quomodo diſponat de Beneficiis, quæ ſunt de Jurepatr. Laicali? *Vid. V. Juſpatr. Laicale. V. Juſpatr. quoad devolutionem. V. Juſpatr. quoad derogationem.*
Papa in ſuis conceſſionibus nunquam intendit jus alteri ex quocumque titulo quæſitum auferre, niſi illi deroget, & ex quibus clauſulis cenſeatur ei derogatum? *Vid. V. Regula VIII.*
Vid. V. Beneficia quoad collationem.
Reſponſum, & definitio Papæ in puncto juris ſuper caſu particulari, vim Canonis habet, & amplectitur caſus omnes ejuſdem naturæ. T. 2. p. 72. n. 26. p. 219. n. 187.
Papa Conſtitutionem aliquam declarando, novum jus non inducit, ſed antiquum interpretatur. Tom. 3. pag. 27. num. 189.
Et per hujuſmodi declarationem nemini præjudicium infert. *ibid.* n. 190.

Papa quoad Benedictionem, Conſecrationem, & Coronationem.

Pontifex ſtatim ac a Collegio Cardinalium eſt electus, poteſtatis plenitudinem acquirit. T. 2. p. 204. n. 6.
Et priſcis temporibus ante Coronationem Beneficia conferebant. T. 2. p. 142. n. 57.
De ſtylo tamen ante Coronationem non ſcribit Pontificatum in *Data.* T. 2. p. 204. n. 7. & p. 206. n. 31.
Sed tempore *Urbani VIII.* Literæ Apoſtolicæ expeditæ fuerunt ante Coronationem, & ſub *Datum* in craſtinum ſuæ aſſumptionis, & quare? T. 2. p. 142. n. 58. & 60. p. 206. n. 32.
Succeſſores vero Pontifices poſt *Urbanum*, *Datum Coronationis* ſerverunt. p. 142. n. 59.
Pontifex ante Coronationem, ſi negocia expedire velit, id peragit per Brevia, in quibus non utitur Bulla, ſed Anulo Piſcatoris. T. 2. p. 204. n. 8.
At ſi Literis aliquando Pontificibus ante Coronationem uti placuit, non integram ſed *dimidiam Bullam* adhibuerunt, & quæ ſit dimidia Bulla? *ibid.* n. 12. & p. 205. n. 16. 17. 18. 22. & 23.
Vid. V. Bulla.
Nec ſe ſcribit ſimpliciter Epiſcopum, ſed *electum Epiſcopum*, & non Pontificatum, *ſed Officium Apoſtolatus* ſcribit in *Data.* T. 2. p. 204. n. 11.
Id ipſum priſcis temporibus obſervaſſe Pontifices ante eorum Coronationem, ſive Diaconi eſſent ſive Presbyteri, pluribus exemplis oſtenditur. *ibid.* n. 13.
Sed *Martinus V.* ipſa Electionis die, quamvis non ordinatus Presbyter, *non electum*, ſed abſolute *Epiſcopum* ſe ſcripſit. *ibid.* n. 15.
Epiſcopus in Pontificem electus, benedicitur potius quam conſecratur; nam qui Epiſcopus eſt, Conſecratione non indiget. T. 2. p. 205. n. 19.
Sed Benedictionis, & Conſecrationis nomina aliquando a Scriptoribus confunduntur. *ibid.* n. 20.
Quemadmodum Coronatio Pontificis, quamvis diverſa a Benedictione, ſeu Conſecratione, cuos poſt eas expleatur, pro illis tamen aliquando uſurpatur. *ibid.* n. 21.
Primis Eccleſiæ ſeculis nonnulli Pontifices in ipſo Conſecrationis die Sacras peregerunt Ordinationes. T. 2. p. 317. n. 41. & 42.

Papa quoad Cardinales.

Plenitudo Apoſtolicæ Juriſdictionis, & poteſtatis pænes ſolum Pontificem reſidet, nullo exquiſito Cardinalium conſilio, & reprobantur DD. qui contrarium exiſtimant. T. 3. p. 201. n. 203.
Cauſæ Majores Cardinalium, etiam vigore Concordatorum Galliæ, non ab alio, quam a Pontifice Romæ judicari debent. *Vid. V. Galliarum Concordata.*
In Cauſis Cardinalium depoſitionem, aut privationem reſpicientibus, quemadmodum in aliis gravioribus Eccleſiæ negociis, Pontifex de honeſtate ſolum, non de neceſſitate, debet aliorum Cardinalium conſilia exquirere. T. 3. p. 201. n. 200.
Et honeſtatem hanc ſequuti Pontifices, dum in Cardinales delinquentes animadverterunt, aliorum Cardinalium vel aſſenſum, vel conſilium exquiſivere. Et referuntur exempla. *ibid.* n. 204. & 205.
Papa, an, & quando cenſeatur ſub ſuis Conſtitutionibus Cardinales comprehendere? *Vid. V. Cardinales. V. Regul. LXX.*

PAROCHI.

Parochi tenentur ex præſcripto Concilii Tridentini Sacramentorum vim, & uſum lingua vernacula, ſi opus ſit, ſingulis diebus Feſtis, & ſolemnioribus, Populo explicare. T. 2. p. 262. n. 11.
De neceſſitate Parochorum callendi idioma naturale loci de tempore proviſionis Parochialis, ne alias hæc nulla, & irrita ſit? *Vid. V. Reg. XX.*
Parochus a Sede Apoſtolica diſpenſatus, ut una cum Parochiali, Canonicatum in alio loco exiſtentem retinere poſſit, pænes quam Eccleſiam reſidere teneatur? *Vid. V. Reſidentia.*
Et, an reſidendo apud Parochialem lucretur fructus Canonicatus, ac diſtributiones quotidianas? *Vid. eod. V.*

PAROCHIALES.

Eccleſiæ Parochiales, & Beneficia Curata non veniunt appellatione Beneficiorum ſimplicium. T. 2. p. 175. n. 155.
De unione Eccleſiarum Parochialium ob eorum paupertatem vigore Concilii Tridentini ab Epiſcopo facienda? *Vid. V. Unio Beneficiorum vigore Concilii Tridentini.*
Et, an Epiſcopo permiſſum ſit illas unire Præbendis Canonicalibus pro augumento Diſtributionum quotidianarum? *Vid. eod. V.*
Parochialium proviſio expleta favore eorum, qui locorum Idioma non intelligunt, an ſit valida? *Vid. V. Regul. XX.*
Cardinalis Epiſcopus, aut quilibet alius Cardinalis ordinarius Collator in *Curia* præſens, poteſt examen præſentati ad Eccleſiam Parochialem de Jurepatr. Laicali *in Curia* pariter præſentis, Examinatoribus Urbis committere. T. 2. p. 24. n. 51.
Parochialis retentionem una cum Canonicatu in Cathedrali, vel Collegiata, an Sedes Apoſtolica aliquando indulgere ſoleat, & quibus ſub conditionibus? *Vid. V. Germania. V. Italia. V. Polonia.*
Eccleſiarum Parochialium ſecularium, an olim capaces eſſent Regulares, & quomodo capacitas hæc penes ipſos modo reſideat? *Vid. V. Regulares quoad Beneficia ſecularia &c.*

Parochiales quoad Concurſum, & prælectionem.

Forma providendi Eccleſias Parochiales, etiam in Menſibus Apoſtolicis vacantes, prævio examine per Concurſum, etſi acriter contradicta, approbata tamen remanſit in Concilio Tridentino. T. 2. p. 22. n. 36.
Rejicitur *Paulus Sarpius* maligne carpens Decretum Concilii ſuper forma providendi Parochiales per Concurſum, præſervatos reſervationibus. T. 2. p. 23. n. 39.
De methodo examinis inſtituendi in Concurſibus ad Parochiales præſcripta per Literas Encyclycas S. Congregationis Concilii directas Prælatis omnibus jus convocandi Concurſum habentibus? T. 3. p. 190. n. 115.
Et de pari methodo, in ſimilibus Literis ad eoſdem Prælatos directis, e Sanctiſſimo D. N. BENEDICTO XIV. demandata. T. 3. p. 292. †
Concurſus pro Parochialibus *ultra Montes* fieri debet coram Card. Vicario Urbis, quando adſunt *in Curia* concurrentes. T. 2. p. 25. n. 59.
Spectante Collatione Parochialis ad Card. Indultarium, tenetur iſte notificare Epiſcopo vacationem Parochialis ad effectum, ut Concurſum indicere valeat? T. 2. p. 169. n. 20.
Contrarium, & redditur ratio. *ibid.* n. 21.
Spectante Collatione Parochialis, quæ in Menſe reſervato vacavit ad Cardinalem Indultarium, tenetur Epiſcopus intra quatuor Menſes, ſi Parochialis intra Montes, & ſex, ſi ultra Montes exiſtat, Cardinalem ipſum certiorem reddere de facto Concurſu. *ibid.* n. 18. & 19.
Non tenetur tamen Epiſcopus Acta Concurſus ad Cardinalem Indultarium tranſmittere. T. 2. p. 171. n. 36.
Proviſio Parochialis expleta ob id, quod fuit quis in Concurſu

curſu ab Examinatoribus Synodalibus approbatus, an ſuſtineatur vigore Clauſulæ -- *ſive præmiſſo &c.* -- ſi examen coram Examinatoribus Synodalibus minus recte expletum fuerit, aut ſi intervenerit unus, qui non erat Examinator, vel ſi Examinatores uti tales ab omnibus reputati fuerint, licet in jure diſputari poſſet ſuper eorum legitima deputatione? *Vid. V. Clauſulæ in ſpecie verſic.* Clauſula ſive præmiſſo &c.
De pluribus caſibus, in quibus in proviſione Parochialium non requiritur Concurſus. Remiſſive. T. 1. p. 171. n. 40. T. 2. p. 24. n. 53.
Concurſus non requiritur in Parochialibus, & Beneficiis Curatis, alias quam ratione Menſium reſervatis, ſed ad libitum Pontificis tali caſu demandatur pro inſtructione animi ſui. T. 2. p. 24. n. 54.
Et ex Literis Enciclycis SS. D. N. BENEDICTI XIV. vacantibus Eccleſiis Parochialibus ex quocumque Capite reſervatis, tenentur Epiſcopi indicere Concurſum nulla ad hunc actum petita venia, vel licentia a Pontifice. T. 3. p. 205. §. *Deorum.* †
Non reqoiritur Concurſus in Parochialibus juxta Conſtitutionem *S. Pii*, ſeu alias ex culpa Ordinariorum, devolutis. T. 2. p. 24. n. 55.
Et ita a Congregatione particulari reſolutum. T. 2. p. 25. n. 58.
Nec in Impetrationibus Parochialium *certo modo* factis. T. 2. p. 24. n. 56.
Et ſic etiam a Congregatione præfata decretum. Tom. 2. p. 25. n. 58.
Concurſus non requiritur in Parochialibus de Jurepatr. Eccleſiaſtico, ſi fuerit lege fundationis excluſus. *ibid.* n. 61.
Nec quando Parochiales ab immemorabili tempore, vel per centum annos, abſque Concurſu provideri conſueverint. *ibid.* n. 62.
Contrarium, Remiſſive. n. 63.
Cardinalis *in Curia* præſens, an poſſit conferre Parochialem in ſuo Epiſcopatu vacantem Perſonæ in Urbe degenti abſque Concurſu, ſed ſolum prævio examine? T. 2. p. 23. n. 43. & ſeqq. p. 24. n. 46. & ſeqq.
Expleto Concurſu ſuper Parochiali vigore Regulæ IX. reſervata, Ordinarius eligit Digniorem inter approbatos, & Papa confert. Tom. 1. pag. 169. n. 17. p. 170. n. 27. T. 2. p. 23. n. 40.
Et debet ab Ordinario prælectus intra ſex Menſes ſi Parochialis exiſtat *ultra Montes*, & intra quatuor, ſi intra Montes, Proviſionem Apoſtolicam reportare. Tom. 1. p. 169. n. 17. p. 170. n. 27. T. 2. p. 23. n. 41.
Prælectio facienda eſt ab Ordinario etiam in Parochialibus de Jurepatr. Eccleſiaſtico vigore Regulæ IX. reſervatis, nulla habita conſideratione Patronorum. Tom. 2. p. 23. n. 42.
Non permittitur tamen Ordinario, qui aliquem ex approbatis in Concurſu ad Parochialem prælegit, ut ſuper ea Penſionem imponere poſſit. Et quare? T. 3. p. 126. n. 361. & 367.
In Parochialibus aliter, quam ratione Menſium reſervatis, & in quibus a Papa demandatur Concurſus pro Inſtructione animi ſui, non poſſunt Ordinarii præeligere, ſed tenentur Acta Concurſus ad Datariam tranſmittere. T. 1. p. 171. n. 34. T. 2. p. 24. n. 54 & 57.
Et ita reſolutum anno 1701. a Congregatione particulari. T. 2. p. 25. n. 57.
Idque etiam ſancivit Sanctiſſimus D. N. BENEDICTUS XIV. in ſuis Literis enciclycis exſcriptis. T. 3. p. 202. †
Si Collatio Parochialis aliter quam ratione Menſis reſervatæ, ſpectet ad Cardinalem Indultarium, prælectio facienda eſt ab ipſo Cardinali loco Papæ ſubrogato. T. 1. p. 171. n. 35.
Et poteſt Cardinalis ipſe Indultarius Epiſcopum cogere ad tranſmittendum ſibi Acta Concurſus. *ibid.* n. 37.
Vacante Parochiali in Menſe reſervato, facultas eligendi magis idoneum ex pluribus approbatis in Concurſu, tam vigore Concilii, quam Conſtitutionis *S. Pii* ſpectat ad Epiſcopum, & non ad Cardinalem Indultarium. T. 1. p. 170. n. 29.
Redditur ratio, quia prælectio eſt pars integralis Concurſus, & quemadmodum ad Epiſcopum pertinet Concurſum indicere, ita & prælectio magis digni. *ibid.* n. 24. & 25. p. 171. n. 31.
Ampliа, etiamſi plures eſſent æque idonei renunciati. T. 1. p. 171. n. 30.
Intellige, ut *ibid.* n. 35.
Tenetur tamen Epiſcopus intra quatuor Menſes, ſi ultra Montes, & intra ſex, ſi ultra Montes exiſtat, certiorem reddere Cardinalem Indultarium de facto Concurſu, alias omnimoda Parochialis diſpoſitio ad Cardinalem ipſum ſpectat. Et ita ſervatum. Tom. 1. pag. 169. n. 18. & 19.
Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.
Facta per Epiſcopum prælectione, eaque ad Datariam tranſmiſſa, ſi interim ſuperveniat Sedis Apoſtolicæ vacatio, an Parochialis conferri poſſit ab eodem Epiſcopo vigore *Cap. Si Apoſtolica?* *Vid. V. Parochiales quoad Reſervationes.*
Vicarius Apoſtolicus digniorem ex approbatis in Concurſu præeligere non poteſt, ſed illius Acta ad Datariam tranſmittere tenetur. T. 2. p. 25. n. 60.
Quemadmodum, nec prælectionem hanc explere poteſt Vicarius Capitularis. *ibid.*
De Parochialium reſervatione, ac reſpective devolutione ob non ſervatam in illorum proviſione formam a Concilio Tridentino, & Conſtit. *S. Pii* præſcripta circa Concurſum, & prælectionem? *Vid. V. Parochiales quoad devolutionem.*

Parochiales quoad devolutionem.

Proviſio Parochialis liberæ collationis facienda eſt ab Epiſcopo intra ſex Menſes, aliter collatio devolvitur ad Sedem Apoſtolicam. T. 1. p. 169. n. 16.
Parochiales, de quibus diſpoſitum non fuit ſervata forma a Concilio Tridentino præſcripta, devolvuntur ad Sedem Apoſtolicam vigore ejuſdem Concilii, & Conſtit. *S. Pii.* T. 1. p. 168. n. 11.
Et ad has Sanctiones reſpexit *Regula I.* dum reſervat Apoſtolicæ Sedi Beneficia, de quibus per ordinarios Collatores contra Decreta Concilii Tridentini, vel contra eorum formam diſpoſitum ſit. *ibid.* n. 10.
Vid. V. Regula I. quoad reſervationem Beneficiorum, de quibus contra Decreta Conc. Trid. &c.
Reſervatio, & reſpective devolutio prælata, locum ſibi vindicat in præjudicium Epiſcopi ad quem libera Parochialis collatio ſpectat, ſecus in præjudicium inferioris Collatoris, qui damnum ex negligentia Epiſcopi in promovendo Concurſum reportare non debet. T. 1. p. 169. n. 13.
Exiſtente Parochiali de Jurepatr. Eccleſiaſtico, ſi Patroni intra tempus a Concilio, & Conſtitut. *Piana* præfixum nominent Perſonas idoneas pro examine ſubeundo, Epiſcopus vero Concurſum indicere negligat, Parochialis non remanet reſervata, & devoluta. *ibid.*
Remaneret vero reſervata, ſi aliquem tantummodo pro inſtitutione proponerent, nulla facta nominatione pro Concurſu peragendo. *ibid.* n. 13. & 14.
Vel, ſi inſtarent ſolum apud Epiſcopum, ut Pæna pro Concurſu publicaret, cum petitio hæc pro effectiva nominatione non habeatur. *ibid.* n. 15.
Si poſt expletum Concurſum, & factam a Patronis Eccleſiaſticis præſentationem Dignioris, Epiſcopus differat ultra duos Menſes illum inſtituere, Parochialis remanet adhuc reſervata, ſed datur optio Patronis recurrendi pro inſtitutione vel ad Sedem Apoſtolicam, vel ad Ordinarium viciniorem, vel ad Metropolitanum. Tom. 1. pag. 171. num. 38.
Devoluta Parochiali ad Sedem Apoſtolicam ob culpam, & negligentiam Epiſcopi, nequit ipſe poſtea, Sede Apoſtolica vacante, de illa diſponere vigore *Cap. Si Apoſtolica.* Tom. 1. p. 79. n. 396.
Minuſque, ſi fuerit devoluta ob non ſervatam formam Conſtitut. *S. Pii*, & Concilii Tridentini. *ibid.* n. 397.
Impetrato Parochiali *jure devoluto* ob non factum Concurſum tempore a Conſtit. *Piana* præſcripto, an ſubſiſteatur vigore clauſulæ -- *ſive præmiſſo &c.* ſi ex alio capite, ſit reſervata? T. 3. p. 392. n. 35.

Parochiales quoad reſervationes.

Papa nunquam indulget, ut Parochiales reſervatæ, quamvis tenuiſſimi redditus conferantur ab Ordinariis, ſed permittere aliquando ſolet, quod conferantur a Dataria per ſimplicem Signaturam. T. 2. p. 26. n. 74. & ſeqq.
Vid. V. Simplex Signatura.
Eccleſiæ Parochiales non comprehenduntur ſub diſpoſitionibus, & Regulis reſervatoriis Beneficiorum, niſi de illis expreſſa mentio fiat. T. 4. p. 152. n. 14. & 15.
Contrarium, quod ſubjaceant reſervationibus contentis in illis Regulis, quæ *omnia*, & *ſingula* Beneficia reſervant. T. 2. p. 22. n. 34. T. 4. p. 152. n. 11.
Hinc obnoxia ſunt reſervationi Regulæ IX. T. 2. p. 22. n. 34.
Vid. V. Regula IX. quoad Beneficia, quæ illius reſervationi ſubjacent.
Nec non alteri contentæ in Regula XI. *Vid. V. Regula XI.*

Quemadmodum ; & illæ, quam induxit Reg. LXVIII. *Vid. V. Regula LXVIII.*
De reſervatione Parochialium, de quibus Ordinarii diſponunt non ſervata forma a Concilio Tridentino, & a Conſtit. *S. Pii* præſcripta ; Et, an & quando Reſervatio hæc locum habeat adverſus inferiores Collatores jus indicendi Concurſum non habentes, & contra Patronos Eccleſiaſticos ? *Vid. V. Regula I. quoad reſervationem Beneficiorum, de quibus contra Concilii Decreta &c. V. Parochiales quoad devolutionem.*
Parochiales Eccleſiæ, quæ vacant *apud Sedem* Apoſtolicam, dum illa Paſtore viduata reperitur, poſſunt ab Ordinariis conferri vigore Decretalis in *Cap. Si Apoſtolica* 35. *de Præben. in 6.* Tom. 1. pag. 78. num. 382. Tom. 2. pag. 148. num. 25.
Per *Decretalem* præfatam limitatur diſpoſitio *Cap. 2. de Præben. in 6.* Pontificis diſpoſitioni reſervantis Beneficia *apud Sedem* vacantia. T. 1. p. 78. n. 384. p. 79. n. 399.
Et in aliorum Sententia corrigitur. T. 1. p. 79. n. 399.
Decretalis præfata non fuit correcta per *Extravag. Ex. in Temporalium, & ad Regim.*, minuſque per Regulas Cancellariæ. Tom. 1. p. 78. n. 385. T. 2. p. 148. n. 26. & ſeqq. num. 43.
Poſſunt Epiſcopi ejuſdem *Decretalis* vigore conferre Parochiales, quæ vacarunt *apud Sedem* vivente etiam Pontifice, ſi per illum, dum in humanis agebat, de iiſdem Parochialibus diſpoſitum non fuerit. T. 1. p. 78. n. 383. T. 2. p. 148. n. 25.
Sed in hac ſecunda parte *Decretalis* præfata revocatur per Regulam XI. Canceliar. & per *Extravag. ad Romani* decernentem, quod Beneficia reſervata ſemper reſervata remanent, etiamſi iis Cura Animarum immineat, nec poſt obitum Pontificis ab Ordinariis conferri poſſunt. T. 2. p. 148. a n. 33. & ſeqq.
Contrarium, quod revocata non ſit nec per *Regulam XI.* nec per *Extravag. ad Romani*, quæ loquitur de Beneficiis, ac Dignitatibus Curatis, non de Parochialibus. T. 1. p. 78. n. 385. T. 2. p. 148. n. 27. & ſeqq. & n. 43. & T. 4. p. 152. n. 16.
Vid. V. Beneficia Curata.
Diſpoſitio *Decretalis Si Apoſtolica* favorabilis eſt, & late interpretanda. T. 1. p. 79. n. 403.
Favet nedum Ordinariis, ſed etiam inferioribus Collatoribus. T. 1. p. 80. n. 409.
Et poſſunt Parochiales illius vigore conferri per Vicarium Epiſcopi conferendi Beneficia facultatem habentem, nedum abſente, ſed etiam præſente Epiſcopo ipſo. *ibid.* num. 401.
Diſpoſitio *Cap. Si Apoſtolica* locum habet etiam quoad Parochiales exiſtentes in Germania, nec ei per Concordatum derogatum fuit. T. 1. p. 78. n. 388.
Procedit ſolum in Parochialibus vacantibus *Sede Apoſtolica* vacante *proprie* per mortem Pontificis, non vero quaſi vacante, ſi nempe Papa, quod Deus avertat, capiatur ab Hoſtibus. *ibid.* n. 389.
Et comprehendit tantummodo Eccleſias Parochiales proprie dictas, non autem Dignitates, & Beneficia curam Animarum adnexam habentia. *ibid.* n. 390. 391. & ſeqq. & p. 79. n. 401.
Decretalis Si Apoſtolica non procedit in Parochialibus devolutis ob culpam, & negligentiam earumdem Collatorum. T. 1. p. 79. n. 396.
Nec in devolutis ob non ſervatam formam Conſtitutionis *Si Pii*, & Concilii Tridentini. *ibid.* n. 397.
Decretalis præfata ſolum locum habet in Parochialibus reſervatis ob vacationem *apud Sedem*, ſecus in aliis quacumque alia reſervatione affectis. *ibid.* n. 398. T. 2. p. 148. n. 33. & ſeqq.
Contrarium, quod comprehendat etiam Parochiales *extra Curiam* vacantes, & Sedi Apoſtolicæ reſervatas, de quibus a defuncto Pontifice diſpoſitum non fuit. T. 1. p. 79. n. 402. T. 2. p. 148. n. 24. & ſeqq.
Parochiales vacantes ob non factam publicationem Literarum earum Reſignationis, aut permutationis ad tramites Conſtitut. *Gregorii XIII.* ſi de iis per Pontificem, dum vixit, diſpoſitum non fuit, poſſunt Apoſtolica Sede vacante ab Ordinariis vigore *Cap. Si Apoſtolica* conferri. T. 1. p. 80. n. 404.
Et, an ſi vacaverint *juxta Decretum* a Pontifice dum vivebat adjectum, poſſint eo defuncto ab Ordinariis conferri ? T. 1. p. 80. n. 405. 406. & 407.
Ordinarii, ſequuta electione Pontificis, non poſſunt amplius conferre Parochiales vigore *Cap. Si Apoſtolica*, reſiſtente diſpoſitione Regulæ LXVIII. T. 1. p. 82. n. 423. T. 4. p. 152. n. 12.
Contrarium, & redduntur rationes. Tom. 4. p. 152. n. 14. & ſeqq.
Sed a priori Sententia in praxi non recedendum. T. 4. p. 153. n. 21. *Vid. V. Regula LXVIII.*
Vacante in Menſe reſervato Parochiali, & poſt factum Concurſum tranſmiſſis, & præſentatis in Dataria Teſtimonialibus prælectionis ab Ordinario expletæ, ſi poſtea ſuperveniat Sedis Apoſtolicæ vacatio, non poteſt eadem Parochialis amplius ab ipſo Ordinario conferri. Tom 1. p. 80. num. 412.
Contrarium, & aſſignatur ratio. *ibid.* n. 414.
Tenetur tamen hoc caſu Ordinarius Parochialem conferre illi, ad cujus favorem tranſmiſerat ad Datariam Literas Prælectionis. T. 1. p. 81. n. 419.
Signata vivente Papa, & regiſtrata Supplicatione, ſuper proviſione Parochialis reſervatæ, non poteſt, eo defuncto, Ordinarius de illa diſponere. *ibid.* n. 418. & ſeqq.
Ordinarii in collatione Parochialium ad formam *Cap. Si Apoſtolica* gaudent tempore a jure præfixo, nempe *Semeſtri*, ſervata tamen forma Concurſus, omnibuſque aliis, quæ a Conſtit. *S. Pii V.* & a Sac. Concilio Tridentino requiruntur. *ibid.* n. 422.
Facta per Ordinarium collatione Parochialis vigore *Cap. Si Apoſtolica*, non ſuſtinetur illius proviſio a Succeſſore Pontifice poſtea expleta, quamvis in Literis Apoſtolicis declaretur omnia Beneficia a Prædeceſſore reſervata, talia ſemper remanſiſſe. T. 1. p. 80. n. 408.
Ad Parochiales vacantes *Sede Apoſtolica* vacante, poſſunt Patroni Eccleſiaſtici præſentare. *ibid.* n. 410.

PARVA DATA.

Vid. V. Data.

PATRIA.

Patria Conſuetudinaria.

Patriam Conſuetudinariam vocant Galliæ Pragmatici Regiones illas, in quibus non jure ſcripto vivitur, ſed ſolum Conſuetudinibus non ſcriptis. T. 5. p. 249. n. 222. & p. 253. n. 259.

Patria obedientiæ, & Patria reducta.

Quænam Galliæ Regiones *Patria Obedientiæ*, & quænam *Patria reducta* nuncupantur ? Tom. 1. p. 7. nu. 54. p. 8. num. 55.
Brittannia, & Provincia Provinciæ, vocantur *Patria Obedientiæ*, & quare ? T. 2. p. 99. n. 281.
Et in dictis Regionibus locum habent Regulæ Cancellariæ. T. 1. p. 8. n. 55. T. 2. p. 99. n. 279.
Patria reducta vocantur *Regnum Franciæ, Delphinatus*, aliæque Provinciæ, quæ anno 1516. erant de Regio Dominio. T. 2. p. 99. n. 278.
Et ſic in dictis Regionibus locum non habet Regula IX. *ibid.* n. 277.
Locum tamen habet in Provinciis poſt dictum annum acquiſitis. *ibid.* n. 279.
Provincia Provinciæ, etſi de Regis Galliæ dominio ante annum 1516. *ſubeſſet Regula IX.* & non Concordatis Gallorum, in quibus de ea nulla fit mentio. *ibid.* n. 280.
Regula *de Concurrentibus in Data* non procedit in ea parte Regni Franciæ, quæ *Patria reducta nuncupatur*, ſed expediret, ut in ea locum haberet, & quare ? Tom. 2. p. 221. n. 231. p. 223. n. 241.
Taxa ſolvi ſolita pro *Communi, & minutis ſervitiis* in expeditione Beneficiorum Conſiſtorialium *Patriæ Obedientiæ*, & *Patriæ reductæ* quanta ſit ? *Vid. V. Taxa.*
In *Patria reducta* competit Pontifici *jus præventionis* in collatione Beneficiorum. T. 2. p. 222. n. 232.
Et ex hoc jure præventionis, ſpecialis in Dataria prodit ſtylus circa Datas Gallicanas, quæ in eadem Regione expediuntur, & qualis ſit iſte ſtylus ? *Vid. V. Data quoad Proviſiones Beneficiorum Galliæ.*
Pontifex quoad Beneficia *Patriæ reductæ* non eſt Collator neceſſarius, ſed poteſt ex juſta cauſa Gratiam proviſionis Beneficii denegare habenti plures Datas. *Vid. eod. V.*
Super Proviſionibus Apoſtolicis Beneficiorum *Patriæ reductæ*, & *Patriæ Obedientiæ*, an, & quando neceſſaria ſit expeditio Literarum Apoſtolicarum ? *Vid. Verb. Gallia.*
Vid. V. Brittannia. V. Gallia. V. Galliarum Concordata. V. Galliarum Rex.

PATRIMONIUM SACRUM.

Patrimonium quando approbari cœpit pro Titulo Sac. Ordinationis,

dinationis, & quando permiſſa ſit Ordinatio ad illius *Titulum? Vid. V. Ordines Sacri quoad Titulum.*

Patrimonium, ut ſit Canonicus Ordinationis *Titulus* ſuper quo conſiſtere debet? T. 2. p. 413. n. 119.

Clericus, qui ex propria laudabili induſtria tantum lucratur, quantum ad congruam vitæ ſuſtentationem ſufficit, ad Sacros Ordines promoveri non poteſt. *ibid.* num. 120.

Nec ad *Titulum* Literaturæ quantumvis inſignis, & reprobantur DD. contrarium exiſtimantes. *ibid.* n. 121.

Patrimonium conſtitui non poteſt in ſola obligatione perſonali ſolvendi Clerico totum id, quod ſufficiens erit pro congrua ejus ſuſtentatione. *ibid.* n. 122.

Amplia *primo*, etiamſi obligatio hujuſmodi emiſſa fuerit ab Epiſcopo. *ibid.* n. 123.

Amplia *ſecundo*, quamvis ſit munita hypotheca omnium Bonorum, & ita ſe habeat conſuetudo Regionis. *ibid.* n. 124.

Refertur, ac rejicitur contraria Sententia. *ibid.* n. 125.

Et explicatur, in quibus terminis ſuſtineri poſſit. *ibidem.* num. 126.

Patrimonium conſtitui poteſt ſuper Cenſu perpetuo redimibili ad libitum Debitoris, ſed certis ſervatis conditionibus, quæ recenſentur. T. 3. p. 414. n. 127.

Inſuper ſuper Cenſibus vitalitiis, & redditur ratio. *ibid.* num. 128.

Nec non ſuper Officio vacabili, cujus fructus libere ſpectent ad Ordinandum, certis tamen ſervatis conditionibus, & quibus? *ibid.* n. 129. & 131.

Patrimonium de jure conſtitui non prohibetur in majori ſumma a Regionis more, vel taxa Synodali præſcripta. *ibid.* n. 132.

Immo ſuper omnibus Bonis, dummodo ſint propria, non aliena. *ibid.* n. 133.

Expedit tamen, quod Epiſcopi Patrimonium conſtituere faciant, juxta redditum pro honeſta ſuſtentatione ſufficientem. *ibid.* n. 134.

Patrimonium in ſumma excedente taxam Synodalem exemptum non eſt a ſolutione Collectarum. *ibidem.* num. 135.

Et aſſignatum Clerico juxta taxam Synodalem, exemptione præfata non gaudet, niſi a die, quo ille promovetur ad Ordines Sacros. *ibid.* n. 136.

In Regno Neapolitano, vigore Concordati initi anno 1741. inter Sedem Apoſtolicam, & *V. Siciliæ Regem*, Patrimonium in bonis laicalibus aſſignatum, eſſe non debet minus annuo redditu ducatorum *vigintiquatuor* illius monetæ, nec majus ducatis *quadraginta.* T. 3. p. 414. †

Et bona præfata ſunt exempta a Datiis, & Collectis, ſive Clericorum expenſis colantur, ſive locentur. *ibid.* †

Exemptione tamen non gaudent, niſi a die quo Clericus ad Subdiaconatus Ordinem promovetur. *ibid.* †

Promotus ad *Titulum* Patrimonii, nec illud cum licentia Epiſcopi alienare poteſt antequam Beneficium ſufficiens ſit adeptus, vel habeat aliunde, quo vivere honeſte poſſit. T. 2. p. 415. n. 137.

Illud itidem cum bonis æqualis redditus permutare nequit, niſi cum licentia Epiſcopi, & Decreto, quod Bona ex permutatione acquiſita, loco Patrimonii ſubrogata remaneant. *ibid.* n. 138.

Et ſtante hujuſmodi ſubrogatione, Bona præfata immunia ſunt ab oneribus Cameralibus. *ibid.* n. 139.

Bona pro *Titulo* Patrimonii aſſignata, in emphyteuſim, etſi cum reſervatione Canonis fructibus correſpondentis, concedi non poſſunt abſque Epiſcopi licentia. *ibid.* n. 140.

Nec ſine licentia præfata donari, quamvis cum reſervatione integri uſusfructus. *ibid.* n. 141.

Patrimonium, poſt adeptum Beneficium ad congruam ſuſtentationem ſufficiens, ad priſtinam redit naturam, & poteſt ſine Epiſcopi licentia alienari. *ibid.* n. 142.

Contrarium, niſi Beneficium fuerit ab Epiſcopo loco Patrimonii ſubrogatum. *ibid.* n. 143. & 144.

Et ita pluries a Sac. Congregationibus Immunitatis, & Concilii reſolutum. *ibid.* n. 145. & 146.

Amplia, etiamſi in conſtitutione Patrimonii adſit pactum, quod libere diſtrahi poſſit, ſi ad illius *Titulum* promotus, Beneficium ſufficiens acquireret, nam niſi fiat ſubrogatio præfata, Patrimonium alienari nequit. T. 2. p. 416. n. 150. & 152.

Pactum hujuſmodi non eſt improbatum, nec minus legitimam reddit Patrimonii aſſignationem. *ibid.* n. 151.

Bona ad quorum *Titulum* Clerici ordinantur indiſtincte gaudent Privilegiis, & exemptionibus omnibus, quibus fruuntur Bona Eccleſiæ. T. 2. p. 415. n. 147.

Amplia, etiamſi Clerici poſtea Beneficium ad congruam ſuſtentationem ſufficiens acquirant. *ibid.* n. 148.

Et ſolum ceſſant Privilegia; & exemptiones poſtquam Epiſcopus Beneficium loco Patrimonii, ſubrogaverit. T. 2. p. 415. n. 149.

De pœnis, quibus ſubjacent Ordinati, & Epiſcopi Ordinatores abſque Patrimonio? *Vid. V. Ordines Sacri quoad Titulum.*

PATRONUS.

In Italia, jus præſentandi indultum fuit a Sede Apoſtolica Patronis circa ſæculum VIII. Tom. 3. pag. 255. num. 286.

Patronus, ſi in præſentando cum præſentato Simoniam committat, Patronatu remanet ipſo jure privatus. T. 3. p. 255. n. 281.

Privatus itidem remanet Patronus Jurepatr. ſi propria auctoritate diſtrahat, aut uſurpet Bona Beneficii. *ibidem.* n. 280.

Aut, ſi in hæreſim incidat. T. 3. p. 256. n. 290.

Vel, ſi Eccleſiæ Rectorem occidat, aut occidi mandaverit. *ibid.* n. 287.

Et, an in ſupradictis caſibus Pontifex de Beneficio diſponere poſſit cum derogatione Juripatr.? *Vid. V. Juſpatr. quoad derogationem.*

Patrono a pluribus annis abſente, abſque eo, quod de illo notitia habeatur, an Beneficii proviſio fieri debeat a Sede Apoſtolica cum derogatione Juripatr.? *Vid. eod. V.*

Et, an ſi alter ex Compatronis, etſi non coæquale jus cum altero habens, ſupplicet pro ſe ipſo, debeat Juripatr. derogari. *Vid. eod. Verb.*

De Conſenſu Patronorum ad effectum, ut Pontifex diſponat de Beneficio Juriſpatr. Laicalis? *Vid. V. Juſpatr. Laicale.*

Compatronus in paritate vocum præferendus eſt alteri compræſentato, qui Patronus non ſit. Tom. 2. pag. 220. num. 207.

Si ex duobus Patronis, unus extraneum, alter pro ſe ipſo Epiſcopo ſupplicet, iſte gratificandus eſt. *ibid.* n. 209.

Compatronus a medietate vocum præſentatus, præferendus non eſt compræſentato ab altera medietate, qui ſit Conſanguineus Fundatoris. T. 2. p. 221. n. 213.

Limita, ſi Compatronus ſit etiam Conſanguineus Fundatoris quo caſu præferendus eſt ſoli Conſanguineo. *ibid.* n. 218.

Conſanguineo Patroni, an competat prælatio in concurſu cum Extraneo a medietate aliorum Patronorum præſentato? *Vid. V. Gratificatio.*

Pro valida reſervatione Penſionis a Papa facienda ſuper Beneficio Juriſpatr. Laicorum, an ſit neceſſe, quod intercedat Patroni conſenſus? *Vid. V. Regula XLV. quoad conſenſum reſervationi Penſionis præſtan.*

Patronorum laicalium conſenſus, an requiratur in unionibus Beneficiorum, quæ ſunt de eorum Jurepatr.? *Vid. V. Regula XXII.*

Et, an citandi ſint Patroni Eccleſiaſtici, præſertim, ſi unio fiat a Legato Apoſtolico? *Vid. eod. V.*

Si Eccleſia de Jurepatronatus Laicali erigatur in Collegiatam, Patronus amittit Juſpræſentandi ad Dignitatem principalem. T. 1. p. 295. n. 30.

Juſpræſentandi pluribus competens, non poteſt inter Patronos dividi altero eorum contradicente. Tom. 2. pag. 125. n. 45.

Patronus quoad Præſentationem.

Vid. V. Præſentatio.

PAX.

Vid. V. Bellum, & Pax.

SAC. PŒNITENTIARIA, ET PŒNITENTIARII.

Pœnitentiarii S. Sedis ſunt illius Officiales, & uti tales in *Extravag. ad Regimen* deſcripti. T. 1. p. 102. n. 146.

Et inter Officiales numerantur etiam Perſonæ illæ, quæ ſubſunt *Pœnitentiario* Majori, quales ſunt *Notarii* Pœnitentiariæ. *ibid.*

Nec non *Conſultores.* *ibid.* & n. 148. & p. 108. n. 246.

Dictorumque Officialium Beneficia ſunt reſervationi Perſonali obnoxia. *Vid. V. Officiales Sedis Apoſtolicæ.*

Notarii, & *Conſultores* Sac. Pœnitentiariæ, an ſint Curiales. *Vid. V. Curialis.*

Et, an *Notarii* præfati ſint familiares Papæ? *Vid. V. Familiares, & Familiaritas Papæ.*

PENSIO.

De origine Penſionum Eccleſiaſticarum, primiſque illarum exemplis. T. 3. p. 367. n. 1.

Penſio in materia odioſa non venit ſub nomine Beneficii. T. 5. p. 158. n. 522. T. 3. p. 376. n. 126. & 130. T. 4. p. 73. n. 174.

Penſionis appellatione venit etiam reſervatio fructuum quando fit ſine reſervatione Stalli in Choro, aut alterius præheminentiæ. T. 3. p. 368. n. 17.

Cauſa materialis Penſionis ſuper quo conſiſtat? *ibid.*

Penſio abſque Literarum expeditione exigi non poteſt. T. 3. p. 34. n. 17.

Et Literis non expeditis, ferri non poteſt ſententia ſuper illius validitate. *ibid.* n. 16. *Vid. V. Regula XXVII.*

Ante Literarum expeditionem, an Penſio tuta conſcientia exigi poſſit. *Vid. V. Penſio quoad extinctionem. V. Regula LII.*

Penſiones, quæ ſuper Eccleſiis Epiſcopalibus, & Monaſteriis Belgii imponuntur, exiguntur vigore Cædulæ Conſiſtorialis, aut ſupplicationis ſignatæ a Papa abſque expeditione Literarum. *Vid. V. Belgium.*

Penſiones, quæ ſuper Eccleſiis præfatis imponuntur ad nominationem Regis Chriſtianiſſimi, an exigi poſſint a die Regiæ nominationis, ſeu expeditionis, ut vulgo dicitur, *del Brevetto. Vid. eod. V.*

Et, an pro Penſionibus, quæ in Hiſpaniis, & Portugallia reſervantur favore Naturalium, ſed ad commodum Italorum, expediantur Literæ Apoſtolicæ? *Vid. V. Literæ Apoſtolicæ quoad neceſſitatem earum expeditionis.*

In *Gallia*, an expediantur Literæ Apoſtolicæ ſuper reſervatione Penſionum? *Vid. V. Gallia.*

Penſio nulla eſt, ſi valor expreſſus Beneficii ſuper quo impoſita fuit non juſtificetur. T. 4. p. 63. n. 35.

Explicatur *Rota in Melevitana Penſionis*, quæ excuſavit Penſionarium, qui verum Beneficii valorem non expreſſit ex quo dolo malo id non peregit. *ibid.* n. 36.

Probatio valoris quomodo expleri debeat? *Vid. V. Regula LV.*

Si una cum proviſione Beneficii reſervetur ſuper illius fructibus Penſio, an valor Beneficii in ſupplicatione expreſſus minui poſſit? *Vid. V. Regula LXV.*

Penſiones perpetuo reſervatæ favore alicujus Collegii, Eccleſiæ, vel loci pii, quæ effectum ſortitæ non ſunt vivente Pontifice, qui illas impoſuit, non ſubjacent revocationi Regulæ XIII. a Succeſſore editæ, quia applicatio non eſt unio. T. 2. p. 178. n. 197. *Vid. V. Regula XIII.*

Penſio, an, & quando eſſe poſſit Titulus ſufficiens pro Sac. Ordinatione? *Vid. V. Ordines S. quoad Titulum.*

Penſio non inducit pro Ordinibus ſuſcipiendis ſubjectionem Penſionarii favore illius Epiſcopi, in cujus Diœceſi Penſionem percipit. T. 2. p. 353. n. 68. & 69.

Fœminæ, an capaces ſint obtinendi Penſiones? *Vid. V. Penſio quoad reſervationem.*

Irregularis ſicuti eſt incapax Beneficiorum, ita & Penſionum. T. 3. p. 376. n. 123. 124. & 135.

Contrarium, quod capax ſit illas obtinendi. *ibid.* n. 125.

Sive Irregularitas ſit nativa propter Ordines non rite ſuſceptos, ſive ſupervenerit poſtquam iis rite inſignitus fuit. *ibid.* n. 130. & ſeqq. & n. 136. & 138.

Homicida voluntarius, an capax ſit obtinendi Penſiones abſque Apoſtolica diſpenſatione? *ibid.* n. 127. 134. & ſeqq.

Penſio eſt incompatibilis cum Beneficio, vel altera Penſione ſub *eodem tecto*. T. 1. p. 158. n. 117.

Maxime de ſtylo Cancellariæ, quæ habet Penſionarium pro Beneficiato, & mandat in Literis Apoſtolicis exprimi Penſiones, ſicut Beneficia. *ibid.* & n. 119.

In Penſionibus, quæ expediuntur pro *Palatinis* apponi conſuevit clauſula, *etiam ſub eodem tecto*. *ibid.* n. 118.

Et impetrans Beneficium, ſi narret obtinere Penſionem ſuper fructibus alterius Beneficii, additur in ſupplicatione clauſula -- *non tamen in eadem Eccleſia conſiſtentis*. *ibid.*

Hodie tamen clauſulæ præfatæ non amplius apponuntur. *ibid.* n. 123.

De jure, nec Penſio cum Beneficio, nec plures Penſiones ſub *eodem tecto*, cauſant incompatibilitatem. *ibid.* num. 121.

De jure in Beneficiorum impetrationibus fieri non debet mentio de Penſionibus, eorumque valore. *ibid.* n. 124. & T. 4. p. 73. n. 174.

Sed de ſtylo Datariæ exprimi ſolent Penſiones, præſertim ſi percipiantur ex fructibus Beneficii exiſtentis ſub *eodem tecto* alterius Beneficii impetrati. T. 4. p. 73. n. 175.

Intellige, vel in Penſione aſſignata in titulum Beneficii; & quando dicatur in hujuſmodi titulum aſſignata? T. 4. p. 73. n. 176.

Vel, quod expreſſio Penſionum fiat ad cauthelam duntaxat, non ex aliqua neceſſitate. *ibid.* n. 177.

Nunquam auditum, quod in Dataria dentur Beneficiorum Impetrationes, ob non factam a Proviſis Penſionum expreſſionem. *ibid.* n. 178.

Penſio quoad alienationem, ſive caſſationem, & ceſſionem.

In Caſſatione Penſionis non requiritur conſenſus formalis Titularis, ſed ſufficit cauſalis. T. 3. p. 369. n. 27.

Limita, ubi agatur de caſſatione Penſionis ad effectum, ut nova Penſio ſuper ejuſdem Beneficii fructibus reſervetur. *ibid.* n. 31. *Vid. V. Regula XLV.*

Et ſuper caſſatione præfata Literæ Apoſtolicæ expediri non ſolent. *ibid.* n. 28.

Penſio citra Simoniæ labem abſque Apoſtolico Beneplacito cedi, & alienari non poteſt. *ibid.* n. 33.

Commoditas tamen percipiendi Penſionem abſque Beneplacito præfato libere cedi, & alienari poteſt etiam ſine conſenſu Titularis. *ibid.* n. 32.

Et ex quibus cenſeatur fuiſſe potius ceſſam commoditatem percipiendi Penſionem, quam diſtractum jus ipſum univerſale Penſionis? *ibid.* n. 34.

Pactum præventive initum a Reſignante Beneficium cum Penſiona, quod iſta anticipatis ſolutionibus caſſari, & extingui debeat, tanquam Simoniacum, improbavit SS. D. N. BENEDICTUS XIV. in ſua Conſtitutione, quæ exſcribitur. T. 3. p. 381. & ſeqq. †

Et de pœnis tam Reſignanti, quam Reſignatario inflictis. *ibid.* §. *Cum autem.* †

Idque etiam decernitur, quamvis nullo præcedente pacto, caſſatio, & extinctio Penſionis anticipatis ſolutionibus facta fuerit intra ſex Menſes computandos a die captæ poſſeſſionis Beneficii per Reſignatarium, & caſſatio ſequuta fuerit vigore Supplicationis manu Pontificis ſignatæ. *ibid.* §. *Cum autem.* †

Eidemque Conſtitutioni pariter ſubjacent omnes Ceſſiones, ſeu Tranſlationes in ipſum Reſignatarium, aut in aliam Perſonam, commodi, ſeu utilitatis percipiendi fructus Penſionum hujuſmodi, nec non aliæ quæcumque ceſſiones, extinctiones, abolitiones &c. quovis modo per anticipatas ſolutiones, ſeu *repræſentata pecunia* factæ intra dictum tempus ſex Menſium, & etiam ultra id temporis ſpatium, dummodo reprobum illud pactum præceſſiſſe conſtiterit. *ibid.* §. *Et quoniam.* †

Penſio quoad Conſenſum Titularis illius reſervationi præſtandum.

Vid. V. Regula XLV. quoad conſenſum reſervationi Penſionis præſtandum.

Penſio quoad extinctionem.

Per aſſumtionem Militiæ, ſive Principis Secularis, ſive Pontificis, extinguitur *ipſo jure Penſio*, etiamſi Miles ſævis ſe non immiſceat, & licet nulla præcedat monitio. T. 3. p. 375. n. 109. & 112.

Et, an extinguatur Penſio per admiſſionem Penſionarii inter Milites levis Armaturæ, qui cuſtodiæ Corporis Pontificis deſtinantur? Maxime, ſi nulla præceſſerit monitio? *ibid.* n. 113. & 114. *Vid. V. Penſio quoad revalidationem, & ſanationem.*

Per contractum Matrimonii ceſſant Penſiones. T. 4. p. 91. num. 4.

Pendente lite ſuper validitate Matrimonii a Penſionario contracti, Penſio dici non poteſt extincta, quamvis Penſionarius ipſe pro validitate inſtet, ac Sententiam obtinuerit per appellationem ſuſpenſam. T. 4. p. 94. n. 45.

Intellige, ſi lis pendeat ſuper Matrimonio, an vere ſit contractum vel ne, & ſuper eo, an ſit nullum ex defectu conſenſus. *ibid.* n. 46.

Sed his caſibus ſecluſis, ſive Matrimonium ſit validum, ſive irritum Penſio ſemper extinguitur. *ibid.* n. 47.

Exemplo Beneficiorum, quæ vacant per contractum Matrimonii, quamvis ſuper illius validitate lis adhuc pendeat indeciſa. *Vid. V. Beneficia quoad vacationem per contractum Matrimonii.*

Extincta remanet Penſio, ſi ante Literarum expeditionem ſuper illius reſervatione exigatur, nec iis expeditis, reviviſcit. T. 4. p. 40. n. 44.

Et ante Literarum expeditionem, nec poteſt tuta conſcientia exigi. *ibid.* n. 41. *Vid. V. Regula LII.*

Limita in Penſionibus reſervatis ſuper fructibus Eccleſiarum Epiſcopalium, & Monaſteriorum *Belgii*, quæ exiguntur vigore Cedulæ Conſiſtorialis, ſeu Supplicationis ſignatæ a Papa abſque expeditione Literarum. *Vid. V. Belgium.*

Expeditis Literis ſuper reſervatione Penſionis, ſi Penſionarius obtineat diſpenſationem pro illa retinenda, etiam in ſtatu Conjugali, & Regulari &c. eamque exigat ante expeditionem Literarum ſuper hujuſmodi diſpenſatione, Penſio non remanet extincta, & quare? T. 4. p. 40. n. 45.

Penſiones de jure non ceſſant per Promotionem ad Eccleſias Epiſcopales, & Abbatiales. T. 1. p. 125. n. 59.

Ceſſant tamen de ſtylo Curiæ. *ibid.* n. 60.

Niſi fuerit per Papam conceſſa retentio, quæ in Cedula Conſiſtoriali exprimitur. *ibid.* n. 61.

Et ſufficit pro retentione Penſionis Decretum *retentionis compatibilium.* *ibid.* n. 62.

Conceſſa Promoto retentione compatibilium in genere, an conceſſa cenſeatur retentio Penſionis impoſitæ ſuper Beneficio de Jurepatr. laicali, maxime ſi ad Reges ſpectet? *Vid. V. Regula I. quoad VIII. reſervationem contentam in Extravag. ad Regim.*

Non expeditis Literis Apoſtolicis ſuper retentione Penſionis, ſi Promotus continuet in illius exactione, Penſio remanet extincta. *ibid.* n. 63 T. 4. p. 40. n. 47.

Per aſſumtionem ad Pontificatum ceſſant Penſiones, quas electus Pontifex percipiebat. T. 1. p. 142. n. 165.

Contrarium verius, & quare. *ibid.* n. 266.

Pontifices aliquando declararunt, Penſiones, quas in Statu Cardinalitio percipiebant, non remanſiſſe per aſſumtionem ad Pontificatum extinctas, illaſque poſtea caſſando, iterum aliorum favore reſervarunt. *ibid.* n. 270.

Et nonnulli Pontifices Penſiones ante electionem obtentas, vel Titularibus remiſerunt, vel adhuc in Pontificio Statu exegerunt. T. 1. p. 143. n. 271.

Penſio Hiſpanica.

Penſio, quæ ſuper fructibus Beneficiorum Hiſpaniæ, & Portugalliæ reſervatur favore indigenarum, ſed ad commodum Italorum, quæque in pervigilio Nativitatis D. N. diſtribuitur Officialibus Datariæ, an conſiderari debeat, uti illorum ſalarium? T. 1. p. 147. n. 31. & ſeqq. p. 148. a n. 45. uſque ad 54.

Et, an debeatur Officiali anteceſſori, qui fere per totum annum inſerviit, ſeu potius Succeſſori, qui paucos ante dies Nativitatis Domini, munus ſuum exercere cœpit? *Vid. V. Datariæ Officiales. V. Munera. V. Salarium.*

Super Penſionibus præfatis, an expediantur Literæ Apoſtolicæ? *Vid. V. Literæ Apoſtolicæ quoad neceſſitatem earum expeditionis.*

Penſio quoad reſervationem.

Penſiones reſervare ad ſolum Pontificem ſpectat, nec Epiſcopi poſſunt ex quacumque cauſa illas imponere. T. 2. p. 416. n. 155.

Contrarium, quod poſſint Epiſcopi juſta aliqua concurrente cauſa Penſiones imponere. *ibid.* n. 156. T. 3. p. 122. n. 60. & ſeqq.

Et quænam ſint cauſæ præfatæ? T. 2. p. 416. n. 156.

Sed in dictis caſibus, non poteſt Penſio ab Epiſcopis reſervari ultra vitam Titularis. *ibid.* n. 157.

Principes ſeculares abſque Pontificis auctoritate Penſiones imponere nequeunt ſuper Beneficiis, etſi ex Apoſtolico Indulto ad plenariam illorum collationem ſpectantibus. T. 3. p. 35. n. 24.

Et hoc jure vivitur in Gallia. *ibid.*

De abuſu olim vigente in *Belgio* gravandi Penſionibus Monaſteria abſque Pontificis auctoritate, & de cura Pontificum pro illa eliminanda. *Vid. V. Belgium.*

Abuſus præfatus nunquam ſe protendit ad gravandum Penſionibus Eccleſias Epiſcopales illius Regionis. *Vid. eod. V.*

Cardinalis, qui conſenſum præſtare debet in Proviſione Beneficii vacantis per obitum ſui Familiaris, an poſſit ſuper illius fructibus Penſiones imponere, vel potius ſint illæ reſervandæ arbitrio Pontificis? *Vid. V. Regula XXXII.*

De Penſionibus imponendis ad Regum nominationem. *Vid. V. Penſio quoad reſervationem ad Regum, & Principum nominationem.*

Patronis Eccleſiaſticis permittitur, ut ad eorum inſtantiam ſuper Beneficio Juriſpatr. Penſiones a Papa imponantur. T. 3. p. 126. n. 363.

Quemadmodum, & ſuper XI. Vicariis Urbis ad inſtantiam Capitulorum, quibus competit jus ad illas nominandi. T. 3. p. 127. n. 365.

Ordinario, qui aliquem ad Parochialem prælegit, non permittitur, ut eam Penſione gravare poſſit, & quare? T. 3. p. 126. n. 361. & 367.

De conſenſu a Titulari præſtando reſervationi Penſionis, &, an eidem derogari ſoleat? *Vid. V. Regula XLV. quoad conſenſum reſervationi Penſionis præſtandum.*

In reſervatione Penſionis ſuper Beneficio de Jurepatr. laicali, an requiratur conſenſus Patronorum? *Vid. eod. V.*

Penſiones in Gallia, quibus ex cauſis reſervari ſolent? *Vid. V. Gallia.*

Per reſervationem Penſionis, Beneficium non diminuitur. T. 3. p. 377. n. 147.

Etiamſi contra Datariæ ſtylum Penſio non in quantitate, ſed in fructibus reſervetur. *ibid.* n. 149. & 150.

Laici, etiam Mulieres, capaces ſunt obtinendi Penſiones, quæ non reſerventur in titulum, ſed ſolum ob merita Perſonarum. Et de ratione. T. 3. p. 379. n. 175. & 176.

Mulieres eo magis ſunt capaces obtinendi Penſiones ſuper Beneficiis, ſi Perſonæ Eccleſiaſticæ ſint, puta Abbatiſſæ, Superioriſſæ &c. T. 3. p. 380. n. 177. & 182.

Et juſta aliqua cauſa id ſuadeat. *ibid.* n. 178.

Referuntur exempla Penſionum, quæ a Sede Apoſtolica reſervatæ fuerunt favore Fœminarum in Gallia. T. 3. p. 379. n. 173. *Vid. V. Gallia.*

Quemadmodum, & in Portugallia. *ibid.* n. 174.

Nec non exempla nonnullarum Penſionum, quæ ſuper Beneficiis Conſiſtorialibus reſervata fuerunt a Sede Apoſtolica favore Monaſteriorum ad vitam particularium Monialium pro ipſarum alimentis, vel religioſis uſibus. T. 3. p. 381. n. 186.

In Penſionis reſervatione, non eſt neceſſaria mentio Beneficiorum, aliarumque Penſionum obtentarum. T. 4. p. 73. n. 179.

Specifica mentio antiquæ Penſionis neceſſaria eſt in reſervatione novæ ſuper ejuſdem Beneficii fructibus, ſive hæc reſervetur ad favorem illius, cui antiqua reſervata reperitur, ſive ad favorem alterius. T. 1. p. 158. n. 115. & T. 4. p. 74. n. 181. & 182.

Et hujuſmodi non facta ſpecifica mentione, Gratia reſervationis novæ Penſionis eſt ipſo jure nulla, nec reviviſcit, quamvis antiqua Penſio ceſſet. T. 4. p. 74. n. 183.

Quemadmodum, nec Conſenſus Beneficiati illius validitatem operari poteſt. *ibid.* n. 184.

Amplia, quod nulla ſit Gratia reſervationis novæ Penſionis, quamvis mentio antiquæ omiſſa fuerit, non dolo, & malitia, ſed ex probabili ignorantia. *ibid.* n. 185. & 186.

Amplia *ſecundo*, quamvis Beneficium ſit capax utriuſque Penſionis. *ibid.* n. 187.

Amplia *tertio*, ut omiſſa mentione antiquæ Penſionis, nova ſit nulla in totum, nec locus eſt illius reductioni. *ibid.* n. 188.

Admittitur tamen reductio, ſi nova Penſio fuerit impoſita cum expreſſione antiquæ in minori ſumma. *ibid.*

Aut, ſi expreſſæ fuerint nonnullæ ex antiquis Penſionibus, aliis abſque dolo reticitis. *ibid.* n. 189.

Amplia *quarto*, tametſi Literæ reſervationis ſecundæ penſionis ſint munitæ vel clauſula -- *Dummodo remaneant centum pro Rectore* -- ac revera remaneant. Et de ratione. *ibid.* n. 190.

Vel altera clauſula -- *Non obſtan. Conſtitutionibus, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia, per quam præſentibus non expreſſam &c.* *ibid.* n. 192.

Amplia *quinto*, ut reticita mentione primæ, nulla ſit reſervatio ſecundæ Penſionis ſuper eodem Beneficio impoſita, etiam *Motu proprio* Pontificis, & quare. *ibid.* n. 193. & 194.

Valida eſt novæ Penſionis reſervatio facta abſque mentione antiquæ ſuper ejuſdem Beneficii fructibus impoſitæ, ſi hæc nulla fuerit, aut ineffectuata remanſerit. T. 4. p. 75. n. 195.

Et, an ad Titularem, ſeu potius ad Penſionarium ſpectet probare antiquam Penſionem nulliter impoſitam, ſeu ineffectuatam remanſiſſe? *ibid.* n. 196.

De antiqua Penſione perpetua favore Seminarii, aut alterius loci Pii impoſita ex cauſis a jure, & a Concilio Tridentino approbatis, an facienda ſit mentio in reſervatione novæ ſuper eodem Beneficio imponendæ? *ibid.* n. 199. & 200.

Reticentia antiquæ Penſionis irritam non reddit Gratiam reſervationis novæ, ſi Pontifex de illa in genere cogitare potuit. *ibid.* n. 201.

Et hac ratione ſubſtinetur reſervatio novæ Penſionis, antiqua reticita, ſi in illius Literis adſit clauſula -- *Et ſi ſuper illis aliæ Penſiones annuæ aliis aſſignatæ exiſterent, &c.* *ibid.* n. 202.

Semel, ac nova Penſio nulla eſt ob omiſſam ſpecificam mentionem antiquæ ſuper eodem Beneficio adhuc vigentis,

Penſionarius tenetur reſtituere omnes terminos ab initio reſervationis indebite exactos, & non a die motæ litis. T. 4. p. 75. n. 203.

Amplia, etiam ſi bona fide illos exegiſſet. ibid. n. 208.

Nec ex illis factus fuerit locupletior. T. 4. p. 76. n. 210.

Penſione ſub æquali Data ſuper eodem Beneficio duobus reſervata, quis in ea præferri debeat? T. 2. p. 219. n. 194. & 195. Vid. V. Reg. XVII.

Penſio quoad reſervationem ad Regum, & Principum nominationem.

De nominatione, quam explet Rex Galliarum ad Penſiones ſuper Beneficiis ad ejus nominationem ſpectantibus, & an poſſit nominare Fœminas? Vid. V. Gallia.

Et, an Penſiones, quæ ad illius nominationem reſervantur ſuper Monaſteriis, & Eccleſiis Belgii, exigi poſſint a die Regiæ nominationis, ſeu expeditionis, ut vulgo dicitur, del Brevetto? Vid. V. Belgium.

De Jure, Sabaudiæ Duci competente nominandi ad Penſiones imponendas ſuper Eccleſiis, & Monaſteriis in ſuis Ditionibus exiſtentibus. Vid. V. Dux Sabaudiæ.

Penſiones ſuper Beneficiis ad Regum, aliorumque Principum nominationem ſpectantibus, reſervari non ſolent a Sede Apoſtolica abſque eorum conſenſu. T. 3. p. 378. n. 157.

Conſenſus tamen hujuſmodi de jure non requiritur. ibid. n. 159.

Et reſervantur favore Perſonarum, quæ ſunt iiſdem Regibus, & Principibus gratæ, & acceptæ. ibid. n. 158.

Nec iiſdem ſuper Beneficio pleno ad Regum nominationem pertinente, reſervare conſueverunt Pontifices Penſiones ſine illorum conſenſu. ibid. n. 160.

Regis conſenſus, an requiratur in tranſlatione Penſionis impoſitæ ſuper Beneficio ad illius nominationem ſpectante? Vid. V. Penſio quoad Tranſlat.

Et, an ſit neceſſarius in Indulto Penſionem præfatam retinendi in ſtatu conjugali, vel in Gratia retentionis conceſſa Promoto ad Eccleſiam Epiſcopalem? Vid. V. Penſio quoad extinctionem.

Regis conſenſum interceſſiſſe in reſervatione Penſionis ſuper Beneficio ad ejus nominationem ſpectante, ſatis probatur ex illa aſſertiva in Literis Apoſtolicis a Papa emitti ſolita, quod expreſſus Regis acceſſit aſſenſus. T. 3. p. 379. o. 169.

Penſio quoad revalidationem, & ſanationem.

Pro revalidanda Penſione nulliter reſervata, novus Titularis conſenſus requiritur, nec ei, niſi raro derogari debet. T. 3. p. 373. n. 76. p. 374. n. 101.

Enumerantur quatuor caſus, in quibus de ſtylo Dataria derogatur conſenſui a Titulari præſtando in Penſionis impoſitione. T. 3. p. 373. n. 77. & ſeqq.

Conſenſui Coadjutoris derogare noluit Innocentius XII. pro revalidanda Penſione nulla, ex quo tempore præſtiti per ipſum conſenſus, Penſionarius non erat Clericus, quamvis accederet conſenſus Coadjuti. ibid. num. 82. p. 374. n. 98.

Referuntur quamplurima exempla derogationis conſenſus Titularium in revalidationibus Penſionum, quæ nulliter reſervatæ, vel tranſlatæ fuerunt in Perſonas incapaces. T. 3. p. 372. n. 83.

Necnon ſimilis derogationis in revalidatione Penſionum, quæ nulliter tranſlatæ prætendebantur, ex quo Literæ facultatis transferendi Exequutori exhibitæ non fuerunt, & quia Exequutor contra illarum formam, per viam ſimplicis tranſlationis, non autem caſſationis, & extinctionis antiquæ, ac reſervationis novæ Penſionis proceſſit. ibid. n. 90.

Quemadmodum, & exempla revalidationis Penſionum ob terminos exactos a Penſionariis ante expeditionem Literarum ſuper earum reſervatione. ibid. n. 91. & 92.

Penſionis revalidatio juxta ſenſum Congregationis Concilii regulariter denegatur, quando certo conſtat fuiſſe nulliter ab initio reſervatam, vel poſtea certo extinctam. T. 3. p. 378. n. 103.

Maxime, ſi nullitas Penſionis fuerit a Titulari judicialiter acceptata. ibid. n. 103.

Et hac ratione denegata fuit revalidatio Penſionis extinctæ, ex quo Penſionarius Matrimonium contraxit ante obtentum Officium Militis Lauretani, cujus vigore retineri poſſunt Penſiones uſque ad certam ſummam, etiam in ſtatu conjugali. ibid. n. 104.

Conceditur vero revalidatio præfata, vel ad Cautelam, ſi dubia ſit nullitas Penſionis ab initio reſervatæ, vel ejus ſucceſſiva extinctio. ibid. n. 106. & p. 377. n. 141.

Hinc eadem Sacra Congregatio cenſuit, locum eſſe ſanatoriæ Penſionis, quæ prætendebatur extincta, ex quo Penſionarius inter Milites levis Armaturæ deſcriptus fuerat. T. 3. p. 374. n. 107. & 111.

Quamvis contrarium prius decreverit. T. 3. p. 375. n. 110. Vid. V. Penſio quoad extinctionem.

Sanandam eſſe ad cauthelam cenſuit Congregatio Concilii Penſionis tranſlationem expletam favore Eunuchi, qui fuerat Conclaviſta, & ante tranſlationem Clericali Tonſura, abſque diſpenſatioone Apoſtolica inſigniri ſe fecerat. ibid. n. 115.

Ubi certo conſtat Penſiooem fuiſſe nulliter tranſlatam, tunc in concedenda illius ſanatoria magis rigide procedi ſolet, quam in ſananda Penſione nulliter ab initio reſervata. Et quare? T. 3. p. 377. n. 142. & 143.

Penſio quoad Tranſlationem.

Penſio tranſlata non eſt nova Penſio, nec novum gravamen, ſed præcedentis continuatio. T. 3. p. 371. n. 58. & 59. & p. 378. n. 162.

Tranſlatio Penſionis exorbitans eſt, & odioſa, T. 1. p. 126. n. 67. T. 3. p. 377. n. 144.

Penſione nulliter Tranſlata, an, & quando indulgeri ſolet illius revalidatio? Vid. V. Penſio quoad revalidationem, & ſanationem.

In Tranſlatione Penſionis impoſitæ ſuper Beneficio ad alicujus Principis nominationem ſpectante, illius conſenſus requiritur. T. 3. p. 378. n. 161.

Contrarium, & redditur ratio. T. 3. p. 371. n. 55. & p. 378. n. 162.

Et ita alias ſervatum. T. 3. p. 378. n. 163.

Indultum transferendi Penſiones olim a Dataria non concedebatur, niſi de conſenſu Titularis, & a Secretaria Brevium favore ſolum Cardinalium, & Perſonarum valde privilegiatarum. T. 3. p. 372. n. 63.

Sed hodie quibuſcumque petentibus conceditur, nullo requiſito Titularium conſenſu. ibid.

Indultum transferendi Penſionem, quæ alias tranſlata fuit, poſt Conſtitutionem CXLIV. Urbani VIII. non conceditur, niſi præſervato conſenſu Titularis. ibid. n. 64.

Neceſſe tamen eſt, quod conſenſus præfatus interveniat in actu ipſo novæ tranſlationis, ſed poteſt illum præcedere, vel ſubſequi. ibid.

Penſionis tranſlatio, cui Titularis ab initio diſſentit ſuſtinendo litem ſuper illius nullitate, non validatur per conſenſum ab eo poſtea præſtitum. Et redditur ratio. ibid. n. 65.

Conclaviſtæ, & Dapiferi Indulto gaudent Apoſtolico transferendi uſque ad certam ſummam Penſiones etiam alias tranſlatas. ibid. n. 66.

Sed indultum transferendi quo fruuntur Epiſcopi Pontificio Solio Aſſiſtentes ad hujuſmodi generis Penſiones non ſe protendit. ibid.

Indultum transferendi Penſionem impoſitam ſuper Beneficio, quod a Cardinali poſſidetur, ex Conſtitutione ejuſdem Urbani non ſuffragatur, niſi de ipſo Cardinali expreſſa mentio fiat, vel ipſius accedat aſſenſus, vel individua mentio de corpore Beneficii, ſuper quo impoſita reperitur Penſio, facta fuerit. ibid. n. 67.

Quamvis Cardinalis Beneficium reſignaſſet cum reſervatione fructuum. ibid.

Ex Conſtitutione Urbani VIII. tranſlatio Penſionis ſolum ſuſtinetur pro ſumma, quæ medietatem veri valoris Beneficii (attento tempore tranſlationis) non excedit. ibid. n. 68.

Sed ex Conſtitutione Innocentii XI. Penſiones hodie ſolum transferri poſſunt pro earum dimidia parte, etiamſi hæc excederet medietatem valoris Beneficii. ibid. n. 69.

Tranſlatio Penſionis a Cardinali habente Indultum transferendi in eos, qui Clericali Caractere ſaltem ſunt inſigniti, aut aliarum Penſionum hujuſmodi capaces, expleta favore Clerici irregularis, & minime diſpenſati, valida eſt. T. 3. p. 377. n. 139.

Et per verba illa -- aut aliarum Penſionum capaces -- Pontifex ſolum includere voluit Laicos, qui ex Militia Lauretana, aut aliis Militiis, ſunt Penſionum capaces. ibid. n. 140.

Tranſlatio Penſionis an irrita ſit, ſi transferens intra viginti dies moriatur? Vid. V. Regul. XVIII.

Indultum transferendi Penſionem non eſt ſubreptitium ob reticitam Pontifici gravem Indultarii infirmitatem. T. 2. p. 241. n. 57.

Indultum transferendi Penſiones expirat per promotionem Indultarii ad Epiſcopatum. T. 1. p. 125. n. 64.

Niſi adſit in Indulto clauſula, quod per quamcumque ſtatus mutationem non expiret, ibid. n. 65.

Ex

Ex indulta Epiſcopo retentione Penſionis, non cenſetur præſervata facultas transferendi, quæ non eſt acceſſoria ad Penſionem, ſed quid extrinſecum indigens proinde ſpeciali mentione. T. 1. p. 115. n. 66.

Amplia, ſive facultas transferendi ſit alligata certæ Penſioni, ſive competat vigore Privilegii Perſonalis perpetui, quo gaudent Votantes Signaturæ Conclaviſtæ. *ibid.* n. 67. & 68.

PENSIONARIUS.

Penſionarii, an, & quando teneantur pro rata ſuarum Penſionum contribuere ad Subſidia, & Decimas extraordinarias a Papa favore Principum Chriſtianorum impoſitas? *Vid. V. Decimæ extraordinariæ.*

An valeant ante expeditionem Literarum ſuper reſervatione fructum Penſionum, illas tuta conſcientia exigere? *Vid. V. Penſio. V. Regula LII.*

Penſionario, qui ab Anteceſſore Titulari Penſionem exegit, datur contra Succeſſorem manutentio ex ſola Supplicatione ſignata. T. 3. p. 36. n. 37.

Non poſſunt tamen illius hæredes pro terminis decurſis hoc ſummariſſimo poſſeſſorio juvari. *ibid.* n. 38.

Detecta nullitate Penſionis ob omiſſam mentionem antiquæ ſuper eodem Beneficio impoſitæ, tenetur Penſionarius reſtituere omnes terminos ab initio, & non a die motæ litis exactos, quamvis bona fide illos exegerit, nec factus fuerit locupletior. T. 4. p. 75. n. 203. & 208. & p. 76. n. 210.

Penſionarius cenſetur Beneficiatus ad effectum privilegii Fori. T. 2. p. 158. n. 113.

PERINDE VALERE.

Vid. V. Gratia Perinde valere, ſeu revalidatoria.

PERMUTATIO IN BENEFICIALIBUS.

Permutatio Beneficii expleta intra tempus vacationis, & proviſionis alterius incompatibilis Apoſtolica auctoritate factæ, nulla eſt, & tam Beneficium permutatum, quam alterum, de quo proviſio facta fuit, vacant, & ſunt Apoſtolicæ Sedi reſervata vigore Regulæ III. *Vid. V. Regula III.*

Sed ubi Permutans providetur de Prælatura, aut Beneficio Conſiſtoriali, vacat ſolum Beneficium permutatum juxta Regulam XXVI. *Vid. V. Regula III. V. Regula XXVI.*

Permutationes Beneficiorum, an ſubjaceant diſpoſitioni Regulæ XIX. *de viginti*, ſi alter ex Compermutantibus intra viginti dies decedat? *Vid. V. Regula XIX.*

In permutatione Beneficiorum, an fieri debeat aliorum antea obtentorum, eorumque valoris expreſſio ad tramites Regulæ LV. T. 4. p. 73. n. 171. & 172. *Vid. V. Regula LV.*

In permutatione Beneficiorum, an ſit neceſſaria Literarum publicatio? *Vid. V. Reſignatio quoad publicationem.*

Si Literæ Permutationis differant a Mandato, an ad illius formam corrigi poſſint? *Vid. V. Literæ Apoſtolicæ quoad correctionem.*

Pactum inter Compermutantes conventum, & expreſſum tantummodo in Supplicatione, & non in Literis, an exequi poſſit a Judice, qui judicare tenetur ad formam Literarum, & non Supplicationis? *Vid. V. Regula XXVII.*

Pactum, quod expenſæ pro expeditione Bullarum fieri debeant ab uno potius, quam altero ex Compermutantibus, in Supplicatione ſolum, & non in Literis exprimitur. T. 3. p. 39. n. 94.

Quemadmodum illud, quod quilibet ex Permutantibus ſolvere teneatur onera ſuper eorum reſpective Beneficiis decurſa uſque ad diem ſignatæ Supplicationis ſuper Gratia Permutationis. *ibid.* n. 91. *Vid. V. Supplicatio.*

Permutatio, an impediat optionem Præbendarum, & rerum temporalium? *Vid. V. Optio.*

Refertur quid actum fuit ſub *Alexandro VII.* cum Epiſcopo Patavino, qui Subditis ſuis mandaverat, ne abſque ipſius licentia Beneficiorum Permutationes, aut Reſignationes ad favorem, minuſque Coadjutorias a Sede Apoſtolica obtinere poſſent? T. 3. p. 325. n. 8. & ſeqq.

Ordinarii ex Conſtitut. LVIII. *S. Pii V.* admittere poſſunt Beneficiorum permutationes, quæ *Canonicis Sanctionibus, & Apoſtolicis Conſtitutionibus permittuntur*, & quæ illæ ſint? T. 3. p. 221. n. 48. 49. 50.

Permutationes Beneficiorum a Pontifice admiſſæ, ſemper canonice expletæ præſumuntur. *ibid.* n. 51.

Ordinarii Beneficiorum permutationes *a Canonicis Sanctionibus permiſſas*, admittere poſſunt etiam inter Conſanguineos. *ibid.* n. 52.

Et in quocumque Menſe. *ibid.* n. 53.

Dummodo Beneficia non ſint Apoſtolicæ Sedi certo reſervata. *ibid.* n. 54.

Permutationes Beneficiorum poſſunt in terminis Concordatorum Germaniæ quolibet Menſe admitti per Ordinarios. T. 2. p. 75. n. 35.

Amplia, quamvis Beneficia ſint electiva, accedente tamen conſenſu Electorum. *ibid.* n. 36.

Amplia, *ſecundo*, tametſi permutationes fierent inter Conſanguineos. *ibid.* n. 37.

Ordinariis interdictum non eſt admittere permutationes Beneficiorum inæqualium, etiam quoad reditus. *ibid.* n. 55.

Et ſuſtinetur permutatio, quamvis enormiſſima læſio in fructibus intercesſerit, nec reſcindi poteſt remedio *leg. 2. Cod. de Reſcind. vendit.* T. 3. p. 222. n. 56.

Sola inæqualitas redditUum non inducit præſumtionem fraudis, aut doli in permutatione, niſi aliæ concurrant conjecturæ, quæ enumerantur, quæque inſimul concurrere debent. *ibid.* n. 57. & 58.

Ordinariis, an permiſſum ſit penſionem ſuper fructibus Beneficii pinguioris permutati, favore alterius ex Permutantibus imponere? T. 2. p. 416. n. 155. & ſeqq. & T. 3. p. 222. n. 60. & ſeqq.

Prælati inferiores Juriſdictione quaſi Epiſcopali cum Territorio ſeparato gaudentes, poſſunt Beneficiorum permutationes admittere. T. 3. p. 222. n. 64.

Quemadmodum, & Prælati illi inferiores, qui ſolum facultate gaudent conferendi Beneficia, quamvis ſint d. Juriſdictione deſtituti. *ibid.* n. 65.

Contrarium, quod permutationes auctorizare, ſpectet ad Ordinarium, Beneficia vero permutata conferre ad eoſdem Prælatos inferiores. *ibid.* n. 66.

Vicarius Generalis permutationes admittere non prohibetur, ſi ad id peragendum, ſpecialis ei fuerit impertita ab Epiſcopo facultas. *ibid.* n. 67.

Vicarius Capitularis, Sede Epiſcopali vacante, admittere poteſt permutationes Beneficiorum, quæ ſpectant ad ſimultaneam Epiſcopi, & Capituli collationem, ſecus eorum, quæ ad privativam ejuſdem Epiſcopi collationem pertinent. *ibid.* n. 68.

Et quid dicendum, ſi inter Capitulum, & Epiſcopum diviſa fuerit hujuſmodi ſimultanea, an Vicarius Capitularis auctorizare poſſit permutationes Beneficiorum, quæ collationi Epiſcopi ſunt reſervata? T. 3. p. 253. n. 69.

Beneficiorum permutationes debent Ordinarii intra Menſem rejicere, vel admittere, etſi illas admittant, tenentur intra idem temporis ſpatium ad collationem Beneficiorum devenire. Et redduntur rationes. *ibid.* n. 71. 73. & ſeqq.

Contrarium, quod gaudeant termino ſex Menſium ad Beneficia permutata conferendum. *ibid.* n. 72.

Maxime, ſi agatur de permutatione Eccleſiarum Parochialium. T. 2. p. 253. n. 211.

Sed prior ſententia receptior eſt, & reſpondetur rationibus in oppoſitum. T. 3. p. 223. n. 73. & 79.

Quemadmodum, etiam Parochiales permutatæ conferri debent ab Ordinariis intra Menſem. T. 2. p. 253. n. 212. 213. & 214.

Et poſtea intra tres Menſes publicari debet permutatio. T. 2. p. 252. n. 209. *Vid. V. Reſignatio quoad Publicationem.*

Renuente Epiſcopo permutationem, quam admiſit abſolvere, datur recurſus ad Superiorem. T. 3. p. 223. n. 80.

Irrita eſt Beneficiorum permutatio, ſi alter ex Permutantibus jus non habeat ſuper Beneficio, quod permutavit. T. 3. p. 219. n. 12.

Similiter, ſi alterum ex Beneficiis permutatis ſit litigioſum. *ibid.* n. 16. & 31.

Amplia, etiamſi Permutans tempore permutationis fuerit in illius poſſeſſione. *ibid.* n. 17.

Quemadmodum irrita prorſus, & ſimoniaca eſt permutatio Beneficii veri cum ficto, aut cum eo, quod nullius eſt redditus, vulgo *de Pertica*, nuncupat. *ibid.* n. 18. p. 220. num. 59.

Et Beneficium verum remanet tali caſu diſpoſitioni Apoſtolicæ reſervatum. T. 3. p. 219. n. 19.

Nulla eſt permutatio Beneficii ficti, litigioſi non ſui &c. etiamſi alter ex Compermutantibus hujuſmodi qualitatum notitiam habuerit. T. 3. p. 220. n. 37.

Redditur ratio, & reprobantur Doctores, qui contrarium exiſtimant. *ibid.* n. 38.

Beneficium permutari nequit, niſi cum altero Beneficio, unde nulla eſt permutatio Beneficii cum Legato pio, ſeu Cappellania, aut Hoſpitali non erectis in titulum Beneficii. T. 3. p. 219. n. 20.

Beneficia, an permutari poſſint cum *Perſonatibus*, qui erigi ſolent in Provincia Cathaloniæ? *Vid. V. Perſonatus.*

Permutatio Beneficiorum in fraudem expleta, nulla, & irrita eſt. T. 3. p. 219. n. 22.

Et numerantur nonnullæ Conjecturæ, ex quibus fraus

erui ſolet. T. 3. p. 222. n. 58.
Conjecturæ præfatæ ſolum ſibi locum vindicabant priſcis temporibus favore *Expectantium*. T. 3. p. 219. n. 23.
Sublatis *Expectativis* per Concilium Tridentinum, illæ Conjecturæ non amplius attenduntur, nec hodie datur caſus permutationis Beneficiorum coram Pontifice expletæ, quæ dici poſſit fraudulenta. *ibid.* n. 24. & 31.
Limita in permutationibus Beneficiorum de Jurepatronatus, in quibus conſiderari poteſt fraus reſpectu Patronorum. T. 3. p. 220. n. 26.
Contrarium. *ibid.* n. 27. *Vid. V. Regula XL.*
Beneficium rite permutari poteſt cum jure, quod alter ex Permutantibus habet *ad rem*. *ibid.* n. 32.
Contrarium, quod jus *ad rem* permutari non poſſit, ſed requiratur *jus in re*. *ibid.* n. 33.
Et otior ſententia procedere poteſt in permutatione Beneficiorum facienda coram Papa, qui eam admittat ex certa ſcientia. *ibid.* n. 34.
Pro validitate permutationis, neceſſe non eſt, quod alter ex Permutantibus ſit in poſſeſſione Beneficii permutati. *ibid.* n. 35. & 36.
Evicto altero ex Beneficiis permutatis competit Permutanti regreſſus ad proprium Beneficium. T. 3. p. 219. n. 12.
Nec Regreſſus hujuſmodi eſt *de Regreſſibus* prohibitis a Concilio Tridentino. *ibid.* n. 15.
Stante nullitate permutationis ex culpa unius ex Permutantibus, non poteſt alter propria auctoritate ad ſuum Beneficium redire, ſed indiget vel nova collatione. T. 3. p. 220. n. 40.
Vel Commiſſione Judici directa, quod conſtito de non jure Compermutantis, canonizet primum titulum. *ibid.* n. 41.
Aut ſaltem conſenſu, & auctoritate Superioris, quæ ad inſtar collationis eſt. *ibid.* n. 42.
Ad effectum, ut alter ex Permutantibus ad Beneficium nulliter permutatum redire poſſit, non indiget nova collatione, ſed ſufficit Sententia declaratoria ſuper nullitate permutationis. *ibid.* n. 44. & p. 221. n. 47.
Et explicantur contrariæ Auctoritates. T. 3. p. 221. n. 46.
Hujuſmodi Regreſſus datur non ſolum contra ipſum Permutantem, verum & contra illius Succeſſorem. T. 3. p. 221. n. 45.
Quinimmo, data nullitate permutationis ob culpam unius ex Permutantibus, competit alteri manutentio ſuper Beneficio, quod dimiſit. Et traditur ratio. T. 3. p. 220. n. 43. *Vid. V. Regreſſus.*
In permutatione Oppidorum, quæ ad duas Diœceſes ſpectant, utriuſque Epiſcopi conſenſus requiritur, & ad tramites Regulæ XXII. vocandi ſunt omnes, quorum intereſt. Et ita alias ſervatum. Tom. 2. p. 291. n. 111. p. 292. n. 115. & 157.
Niſi Papa Permutationem *Motu proprio*, & ex plenitudine poteſtatis expleat. T. 2. p. 292. n. 114.
Refertur ſtatus celebris controverſiæ inter Epiſcopos *Aquapendien*, & *Soanen.* quorum primus, ſecundum cogere intendebat ad invicem permutanda nonnulla Oppida ad eorum reſpective Diœceſes ſpectantia. T. 2. p. 291. n. 112.
Et Reſolutio Sac. Congregationis Concilii in eadem Cauſa emanata. *ibid.* n. 113.
In permutationibus, unionibus, diſmembrationibus &c. Beneficiorum, licet non requiratur conſenſus Principum temporalium, plurimum tamen Apoſtolica Sedes eorum ſupplicibus inſtantiis deferre ſolet. To. 2. p. 292. num. 118.
Vid. V. Reg. XXI.

P E R S O N A.

Perſonarum appellatione, an veniat Collegium, Univerſitas, aliudve corpus inanimatum? *Vid V. Appellationes diverſorum nominum.*
Induſtria Perſonæ ex quibus cenſeatur electa? T. 3. p. 398. n. 17. *Vid. V. Delegatio, Delegatus.*
Prudentia, & induſtria Adminiſtratorum loci Eccleſiaſtici, tunc dicitur magis contemplata, quam locus ipſe, quando verba Teſtatoris id præſeferunt, aut negocii gravitas exigit. T. 2. p. 52. n. 315.
Induſtria Perſonæ non cenſetur contemplata in conceſſione facta hæredibus. *ibid.* n. 316.
In Relicto Succeſſoribus in Dignitate, non induſtria Perſonæ, ſed *Dignitas* contemplata dicitur. T. 2. p. 49. n. 297. & p. 52. n. 317.
Quemadmodum in Relicto ſub nomine appellativo *Dignitatis*, Miniſtris alicujus loci illum repræſentantibus, non Perſonæ, ſed locus ipſe cenſetur contemplatus. T. 2. p. 47. n. 283.
Non dicitur electa induſtria Perſonæ, quando alicui committitur actus, qui expleri poteſt etiam ab Impubere. T. 2. p. 52. n. 319.
Ubi non exprimitur Perſona, ſed in genere nomen Officii, ſeu alterius qualitatis, tunc ad Officium, & qualitatem ipſam, non ad Perſonam cenſetur directa affectio. T. 2. p. 53. n. 324.
Vocatis illis de agnatione, vel majori natu, non cenſetur contemplata Perſona, ſed agnatio vel illa altera qualitas. *ibid.* n. 325.
Fundator relinquendo juſpatronatus Perſonis incertis, & ignotis, quæ de anno in annum variantur in Officio, cenſetur contemplaſſe Officium in Perſonis, non Perſonas in Officio. T. 2. p. 47. n. 284. p. 48. n. 291. p. 54. n. 331.
Quando Perſona eſt obſtricta loco, & inter eos adeſt inſeparabilis conjunctio, tunc non Perſona, ſed locus ipſe dicitur contemplatus. T. 2. p. 47. n. 285. p. 52. n. 314.
Adminiſtratores Loci pii illud repræſentant uti univerſi, & non uti ſinguli, & ſemper dicuntur eadem Perſona cum loco pio, quamvis mutentur Perſonæ. T. 2. p. 48. n. 290.
Perſonæ, quæ plures exercent diſtinctas adminiſtrationes, inter quas, illam Hoſpitalis, ſi vocentur cum additamento *Adminiſtratorum Hoſpitalis*, cenſentur vocatæ intuitu ſolum ipſius Hoſpitalis. T. 2. p. 49. n. 292.
Qualitates diverſæ ubi concurrunt in eadem Perſona, illa duplicem Perſonam repræſentat. T. 1. p. 337. n. 34.
Juſpatronatus relictum Officialibus, aliiſque Miniſtris laicalibus Loci Pii, quando cenſeatur relictum intuitu eorum Perſonæ, vel potius intuitu Eccleſiæ, & Officii, ad effectum dijudicandi, an ſit laicale, vel Eccleſiaſticum? *Vid. V. Juſpatr. Eccleſiaſticum.*

P E R S O N A T U S.

Perſonatus eſt adminiſtratio perpetua rerum Eccleſiaſticarum cum aliqua prærogativa. T. 2. p. 20. n. 19.
Eſt quid minus, quam dignitas, ſed quid plus quam Officium, & quare? *ibid.*
Sicque eſt quid medium inter Dignitatem, & Officium. *ibid.*
Perſonatus inter Beneficia Eccleſiaſtica recenſetur. *ibid.* num. 20.
Subjectus proinde Apoſtolicis reſervationibus. *ibid.*
Explicatur natura, & qualitas *Perſonatuum*, qui erigi ſolent in Provincia Cathaloniæ. *ibid.* n. 21. & 25.
Perſonatus præfati, licet non ſint perpetui, conſiderantur uti Beneficia Eccleſiaſtica. *ibid.* n. 22. 23. & 24.
Refertur Epiſtola *Nuncii* Hiſpaniarum, in qua referuntur fraudes, & abuſus, qui irrepunt in dictorum *Perſonatuum* inſtitutione. T. 2. p. 21. n. 26.
Præordinata conventio erigendi *Perſonatum*, ad finem illum permutandi cum Beneficio Eccleſiaſtico, vel obtinendi Coadjutoriam, eſt ſimoniaca. *ibid.* n. 27.
Et ita reſolutum a Sac. Congregatione Concilii. *ibid.*
Ex Conſtitutione Concilii Provincialis Tarraconen. Dos *Perſonatus* in caſu illius extinctionis, applicari debet piis operibus in perpetuum. *ibid.* n. 28.
Conditio in erectione *Perſonatus* apponi ſolita, quod ultimus Poſſeſſor libere de illius bonis diſponere poſſit, non debet ab Ordinariis approbari. *ibid.* n. 29.
Minuſque, quod ex illius bonis erigatur Beneficium cum reſervatione Jurispatronatus favore ſuorum Conſanguineorum. *ibid.* n. 30.
Limita, ſi in erectione *Perſonatus* fuerit ab Ordinario approbata conditio, quod Fundator illius Bona in opera pia cum conditionibus ſibi bene viſis convertere poſſit. *ibid.* n. 31.
Et tali caſu *Perſonatus* erit exemtus a Reſervationibus, donec per rem judicatam revocetur, vel corrigatur Ordinarii Decretum. T. 2. p. 22. n. 32.

P Œ N A.

In pœnas etiam *ipſo jure* ſtatutas, non incurritur niſi præcedat ſententia declaratoria. T. 4. p. 93. n. 38.
Limita, ſi agatur de facto notorio, quod nulla tergiverſatione celari poſſit. T. 4. p. 94. n. 41.
Lata tamen ſententia declaratoria, fit retrotractio ad tempus ſequutæ contraventionis. *ibid.* n. 39.
Vid. V. Beneficia quoad vacationem per contractum Matrimonii.

P O L O N I A.

Beneficia Poloniæ non ſubjacent diſpoſitioni *Regulæ IV. De Valore*, ſed dum impetrantur, valor exprimi conſuevit in ducatis *viginti quatuor*. T. 4. p. 64. n. 47.

Et

Et hujuſmodi expreſſio fit etiam dum obtinetur Apoſtolicum Indultum retinandi plura Beneficia incompatibilia ejuſdem Regionis. T. 4. p. 64. n. 48.

Sicque reſolutum a Sac. Congregatione Concilii. *ibidem.* num. 49.

Epiſcopis Poloniæ præciſive etiam ab amplitudine Diœceſis, conceditur Suffraganeus, & qua ratione? T. 1. p. 129. num. 104.

Et Suffraganeo præfato paſſim Sedes Apoſtolica indulget retentionem Beneficiorum reſidentialium. *ibid.* n. 107. p. 131. n. 138.

Et, an ex hujuſmodi retentione oriatur affectio ob appoſitionem manus Papæ? *Vid. V. Affectio. V. Suffraganeus.*

In Polonia ſæpe Pontifices derogant Juripatr. laicali ex cauſa Beneficii litigioſi. T. 3. p. 249. n. 219.

Promotis ad Eccleſias Cathedrales Poloniæ, non denegatur retentio Beneficiorum reſidentialium, etiam Curatorum, dummodo Cura per Vicarios perpetuos exerceri ſoleat. T. 1. p. 135. n. 176.

Denegabatur olim illis retentio Monaſteriorum, quæ obtinebant, ſed hodie regulariter etiam indulgetur. *ibidem* n. 177.

In Polonia, an Sedes Apoſtolica diſpenſare conſueverit ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium? *Vid. V. Beneficia incompatibilia quoad diſpenſationem ea inſimul retinendi.*

Reſervatio ex capite Prothonotariatus locum habet etiam in Beneficiis Poloniæ. T. 1. p. 95. n. 60.

Proindeque Beneficia dictæ reſervationi obnoxia, conferri non poſſunt ab Ordinariis illarum Partium Indultum habentibus conferendi Beneficia ratione Menſium reſervata. *ibid.*

Pluries in Polonia Pontifices inſtantias pro commendandis Monaſteriis electivis rejecerunt. T. 1. p. 206. n. 92. *Vid. V. Commenda.*

Gens Polona nuptias inter conjunctos primo affinitatis gradu, etiam cum diſpenſatione Apoſtolica, execrari ſolet. T. 4. p. 50. n. 36.

Poloniæ Concordata.

De Concordatis Poloniæ, quid in eis continetur, &, an ſint in uſu? T. 2. p. 100. n. 190. & 191.

Dataria, Concordata hujuſmodi nunquam admiſit, nec approbavit. *ibid.* n. 191.

Poloniæ Rex.

Rex Poloniæ, an jure gaudeat nominandi ad illius Regni Abbatias? T. 1. p. 211. n. 148.

Recenſetur Hiſtoria controverſiarum & diſſentionum, quæ inter Sedem Apoſtolicam, & Reges ſuper præfato jure nominandi ab ipſis prætenſo, emerſerunt. *ibid.* p. 212. 213. 214. †

Et exſcribuntur Literæ Apoſtolicæ ſan. mem. *Clementis XII.* quibus confirmatur Concordia inter S. Sedem, & Regem, ac Poloniæ Rempublicam inita ſuper iiſdem Abbatiis. T. 1. p. 215 †

Eccleſiæ Cathedrales Regni Poloniæ providentur ad Regis Supplicationem. Tom. 1. pag. 69. n. 297. & pag. 192. n. 121.

Sed *apud Sedem* vacantes, libere Pontifex de illis diſponit. T. 1. p. 69. n. 298.

PONTIFEX.

Vid. V. Papa.

PORTÆ SANCTÆ.

Vid. V. Jubileum.

PORTUGALLIA.

Pontifices in Portugallia, paſſim derogant Juripatronatus laicali ex cauſa Beneficii litigioſi. T. 3. p. 249. n. 220.

Indulgere non ſolent promotis ad Eccleſias Epiſcopales illius Regni retentionem Beneficiorum incompatibilium. T. 1. p. 133. n. 162.

Et an diſpenſare ſoleant ſuper retentione plurium Beneficiorum incompatibilium? *Vid. V. Beneficia incompatibilia quoad diſpenſationem ea inſimul retinendi.*

In Portugallia, *Decanatus* dicitur major Dignitas in Cathedrali poſt Pontificalem, & Prioratus vel Abbatia, Dignitas principalis in Collegiata. T. 1. p. 287. n. 20. & 21.

In Portugallia aliquando fuerunt a Sede Apoſtolica reſervatæ penſiones favore Fœminarum, & referuntur exempla. T. 3. p. 379. n. 174.

Vid. V. Penſio quoad reſervationem.

Riganti in Reg. Cancellariæ. Tom. IV.

Portugalliæ Rex.

Referuntur Auctores, qui agunt de jure ad Portugalliæ Reges ſpectante in proviſione Eccleſiarum Cathedralium illius Regni? T. 1. p. 192. n. 124.

Rex Portugalliæ jure gaudet præſentandi ad Patriarchalem Eccleſiam *Ulixbonen.* *ibid.* n. 125.

Nec non ad Eccleſias *Elven.* & *Levrien.* *ibid.*

Et quid reſpectu aliarum Regni Eccleſiarum? T. 1. p. 69. n. 296. p. 192. n. 125.

Proviſionem Eccleſiarum omnium Cathedralium in Portugalliæ, & Algarbiorum Regnis exiſtentium, expediendam eſſe ad Regis præſentationem, prævio Voto Congregationis particularis, mandavit SS. D. N. BENEDICTUS XIV. T. 1. p. 192. †

Sed Eccleſiæ Portugalliæ, dum *apud Sedem* vacant libere a Pontifice providentur. T. 1. p. 69. n. 296.

POSSESSIO, & POSSESSOR.

Impetrans Beneficium adverſus pacificum illius *Annalem* poſſeſſorem, quid in impetratione exprimere, & quomodo litem proſequi teneatur? *Vid. V. Regula XXXV.*

De effectibus pacificæ poſſeſſionis *Triennalis*, & ex quibus cenſetur illa interrupta? *Vid. V. Regula XXXVI.*

Et, an eadem *Triennalis* poſſeſſio cenſeatur interrupta Literis Apoſtolicis non expeditis? *Vid. V. Regula XXXI.*

Poſſeſſor *Decennalis*, an Titulum exhibere teneatur pro gaudendo favore Regulæ *de Triennali*? *Vid. V. Regula XXXVI.*

Poſſeſſio *Decennalis*, & multo magis *Vicennalis*, aut *Tricennalis*, an præſumptionem Tituli inducat, etiam adverſus Decreta Concilii Tridentini? *Vid. V. Regula I. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium per Extravag. Execrabilis. V. Titulus in Beneficialibus.*

Stante poſſeſſione præfata, an Ordinarii compellere poſſint Beneficiorum poſſeſſores ad Titulum exhibendum? *Vid. V. Titulus in Beneficialibus.*

Et, an *Triennalis*, ſeu *Decennalis* poſſeſſor plurium Beneficiorum incompatibilium teneatur juſtificare legitimum retentionis Titulum pro excludendo Impetrante ex Capite incompatibilitatis? *Vid. V. Regula I. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium per Extravag. Execrabilis. V. Titulus in Beneficialibus.*

Reſignatario, qui Literas Reſignationis Beneficii publicare omiſit, an ſuffragetur poſſeſſio *Decennalis* pro evitandis pœnis a Conſtitutione *Gregorii XIII.* inflictis? *Vid. V. Reſignatio quoad Publicationem.*

Proviſis ab Ordinariis Germaniæ de Beneficiis vigore Concordatorum reſervatis, nec poſſeſſio *Decennalis* ſuffragatur. T. 3. p. 173. n. 192.

Proviſus de Beneficio, uti vacante per obitum ultimi poſſeſſoris, qui per *decennium* illud pacifice poſſedit, tutus eſt contra Impetrantem ex capite vacationis *ut prius.* T. 3. p. 163. n. 29.

Poſſeſſio defuncti juvat Ceſſionarium, ſed in hæredem ſine nova apprehenſione non tranſit. T. 3. p. 36. n. 39.

Poſſeſſio adepta per Procuratorem non ſuffragatur abſque ſpeciali mandato Procuratoris. T. 3. p. 164. n. 51.

Mandatum tamen hujuſmodi, ne eſſe non eſt, quod ſit exaratum pro adipiſcenda poſſeſſione illius Beneficii in individuo, ſed ſufficit, quod contineat clauſulam generalem ad capiendam poſſeſſionem quorumcumque Beneficiorum. *ibid.* n. 52.

Deficiente mandato, non ſufficit ſubſequuta ratihabitio poſſeſſionis, quæ ab alio, nomine Beneficiarii adepta fuit. *ibid.* n. 53.

Sola poſſeſſio abſque exhibitione Tituli ſufficit in rebus corporalibus ad obtinendum interdictum *uti poſſidetis.* T. 3. p. 166. n. 91.

Poſſeſſio ſemel adepta, continuata præſumitur. T. 4. p. 69. n. 130.

Intellige, quando allegatur ab ipſomet poſſeſſore, ſeu illius Succeſſore, ſecus ſi a tertio. *ibid.*

Poſſeſſor pacificus non dicitur, qui habet pro ſe rem judicatam, ſuper qua pendet cauſa nullitatis. T. 3. p. 152. num. 69.

Poſſeſſor pacificus dicitur ille, cui nulla ſuper Beneficio mota fuit controverſia *Juris* in judicio. T. 3. p. 164. n. 55. & 56.

Pacificus Beneficii poſſeſſor, an dicatur, qui poſſidet tantum ſpiritualia, non temporalia? T. 3. p. 166. n. 88.

Talis dicitur, qui majorem partem temporalium poſſidet. *ibid.* n. 89.

De jure communi ad effectum interrumpendi poſſeſſionem requiritur conteſtatio Litis. T. 3. p. 165. n. 69.

Moleſtiæ extrajudiciales quando poſſeſſionem interrumpere valeant? *Vid. V. Regula XXXVI.*

Poſſeſſor Beneficii, an, & quando in pari dura præferri debeat non poſſeſſori? *Vid. V. Beneficia quoad præſentationem. V. Regula XVII.*

POSTULATIO.

Ad Eccleſias Cathedrales poſtulari non poteſt, niſi qui ſit conſtitutus in ætate annorum viginti ſeptem, juxta *Extravag. Unic. de Poſtulat. Prælat.* T. 2. p. 329. n. 23.

Contrarium, quod præfatæ *Extravag.* diſpoſitio abſoleta remanſit, & Poſtulatio fieri poſſit in longe minori ætate. *ibid.* n. 24.

Et ſententiam hanc ſequitur *Sac. Congregatio Conſiſtorialis.* Referuntur quamplurima exempla, & reſpondetur exemplis contrariis. *ibid.* n. 25. & p. 330. n. 26. & 27. *Vid. V. Epiſcopus quoad ætatem.*

Prælatura, ad quam facta fuit poſtulatio, quæ poſtmodum fuit caſſata, repulſa, ſeu renunciata, admiſſaque a Sede Apoſtolica renunciatio, remanet vigore *Extravag. ad Regim.* Pontifici reſervata. *Vid. V. Regula I. quoad III. reſervationem contentam in Extravag. ad Regim.*

Pactiones, Concordata, & Statuta adverſus Sac. Canonum, & Apoſtolicarum Conſtitutionum diſpoſitiones, inter Electores ante Poſtulationem inita, exequi non poſſunt, niſi ad Summum Pontificem delata, ab ipſo approbentur. *Vid. V. Electio, Electus.*

PRÆBENDA.

Præbendæ de ſui natura præſumuntur ſpirituales, & ſuper iis nihil privata auctoritate paciſci poteſt. Tom. 2. p. 108. n. 6.

Sed Domus, & prædia aliaque ei adnexa, quid laicale præſumuntur. *ibid.*

De unione Beneficiorum Epiſcopo permiſſa ob tenuitatem Præbendarum, ſimul, & diſtributionum quotidianarum in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis? *Vid. V. Uniones Beneficiorum vigore Concilii Tridentini.*

De Optione Præbendarum. *Vid. Optio.*

Præbenda Pœnitentiaria, & Theologalis.

Præbendæ Pœnitentiaria, & Theologalis ſubjacent Reſervationi *Regulæ IX.* T. 2. p. 31. n. 137. & 139.

Sed in Italia, Inſuliſque adjacentibus, firma remanente dicta Reſervatione, provideri debent per Concurſum. *ibid.* n. 141.

In Hiſpaniis vero, quocumque menſe vacant, providentur ex Indulto Apoſtolico ab Ordinariis prævio Concurſu. *ibid.* n. 138. & 140.

Nec Indultum hujuſmodi ſubjacet revocationi *Regulæ IX.* T. 2. p. 114. n. 55. & 56.

Præbenda Pœnitentiaria quæ ſit de ſimultanea collatione Epiſcopi, & Capituli, non poteſt Sede Epiſcopali vacante per Capitulum conferri, ſed remanet vigore *Regulæ II.* Apoſtolicæ Sedi reſervata. T. 1. p. 259. n. 322.

Præbenda Theologalis nunquam ſubjacet Optioni. T. 2. p. 111. n. 28.

Obtinentes Præbendam Pœnitentiariam, vel Theologalem in Eccleſiis illis, in quibus conſuetudo viget retinendi duo Canonicatus ſub eodem tecto, an inſimul retinere poſſint Perſonatum, vel Dignitatem in eadem Eccleſia abſque Apoſtolica diſpenſatione? *Vid. V. Beneficia quoad incompatibilitatem, & pluralitatem?*

Non exiſtente Clerico ſeculari idoneo pro obtinenda Præbenda Theologali, quod ſit adhibendum remedium pro Sacra Scriptura docenda? T. 3. p. 285. n. 209. & 210.

Refertur exemplum Diſpenſationis Apoſtolicæ indultæ Regulari, ut Canonicatum Theologalem in Cathedrali obtinere poſſet, cum aſſignatione omnium fructuum illius favore. *ibid.* n. 211.

Sequuta deputatione Regularis pro exercendo munere Canonici Theologi, tenetur Epiſcopus intra ſex menſes Clericum ſecularem idoneum reperire, aut ſaltem diligentias omnes pro eo reperiendo peragere, alias collatio Præbendæ Theologalis devolvitur ad Superiorem, vel ad Papam. *ibid.* n. 212. p. 286. n. 213.

Poſſeſſio Canonicatus Theologalis adepta a Proviſo Apoſtolico non citato Regulari, qui ab Epiſcopo fuerat deputatus ad vices Canonici Theologi, ſupplendum, rite adepta cenſetur. Et ita reſolutum. T. 3. p. 262. n. 4. & 12.

Epiſcopi poſſunt, & debent vigore Concilii Tridentini Officio Pœnitentiariæ Præbendam primo vacaturam unire. T. 2. p. 175. n. 163.

Intellige dummodo Præbenda præfata non ſit Apoſtolicæ Sedi reſervata, vel affecta. T. 2. p. 175. n. 164.

Expleta tempore habili honore Officii Pœnitentiariæ unione Præbendæ vacaturæ, ſi hæc in Menſe Apoſtolico poſtea vacet, vel reſervationi fixæ obnoxia remaneat, reſervatio ſuperveniens impedit unionis effectum. Tom. 2. p. 176. n. 165.

Si nulla in Metropolitanis, vel Cathedralibus Eccleſiis pro Lectoribus Sacræ Theologiæ deputata reperitur Præbenda, primo vacatura ad eum uſum perpetuo conſtituta, & deputata intelligitur. *ibid.* n. 166.

Quod, ſi Præbenda ſufficiens non adſit, uniri poſſunt fructus alicujus Beneficii ſimplicis. *ibid.*

Dummodo nec Præbenda, nec Beneficium ſit Apoſtolicæ Sedi reſervatum, vel affectum. *ibid.* n. 167.

Amplia, quamvis unio, ſeu erectio fieret a Cardinali Epiſcopo gaudente Indulto conferendi Beneficia reſervata. *ibid.* n. 168.

De ratione, ob quam Præbendæ reſervatæ erigi non poſſunt in Pœnitentiariam, & Theologalem, Beneficia vero reſervata uniri valeant Seminario? *ibid.* n. 169.

Ex Conſtitut. ſan. mem. *Benedicti XIII.* in Cathedralibus Italiæ, Inſularumque adjacentium, in quibus Præbenda Theologalis inſtituta non reperitur, Præbenda primo vacatura, ſive Apoſtolicæ Sedi reſervata ſit, ſive ad Ordinarii collationem pertineat, ipſo jure Præbenda Theologalis conſtituta cenſetur. *ibid.* n. 170.

Et ubi fructus Theologalis Præbendæ, computatis etiam Diſtributionibus quotidianis, ad annua ſcuta ſexaginta non aſcendant, permittitur Epiſcopis ei Beneficium aliquod ſimplex, quomodocumque Apoſtolicæ Sedi reſervatum, unire pro ſumma deficiente ad taxam præfatam conſtituendam. *ibid.* n. 171.

Et hoc idem in dicta *Benedictina* Conſtitutione præſcribitur quoad inſtitutionem Pœnitentiariæ in illis Cathedralibus, in quibus inſtituta non reperitur. T. 2. p. 177. n. 172.

PRÆLECTIO

Ad Eccleſias Parochiales.

Vid. V. Latechiſmus quoad Converſionem, & Prælectionem.

PRÆLATI.

Prælati inferiores.

Prælati inferiores, ſive Seculares, ſive Regulares gaudentes Juriſdictione quaſi Epiſcopali cum Territorio ſeparato, an poſſint concedere Literas dimiſſoriales, & Teſtimoniales pro Ordinatione ſuorum Subditorum ſecularium? *Vid. V. Literæ dimiſſoriales. Vid. V. Ordinarius vicinior ad effectum Ordinationis.*

Prælati inferiores Regulares quoad collationem Ordinum Minorum ſuis ſubditis. *Vid. V. Abbas.*

Prælati inferiores, cum Territorio ſeparato, & Juriſdictione quaſi Epiſcopali, an acceptare, & gaudere poſſint Alternativa? *Vid. V. Alternativa.*

Prælati inferiores veniunt etiam appellatione *Prælatorum* in caſibus illis, in quibus Concilium Tridentinum ſimpliciter loquitur *de Prælatis.* T. 3. p. 239. n. 95.

Prælati Putativi.

Vid. V. Error communis.

Prælati Regulares.

Vid. V. Abbas. V. Superiores Regulares.

PRÆPOSITURA.

Præpoſitura Cappellæ Sanctiſſimi Præſepis in Baſilica S. M. Majoris, an requirat reſidentiam? Tom. 1. p. 142. n. 263.

Et, an ſit incompatibilis cum Cardinalatu? T. 1. p. 141. num. 262.

Præpoſitura *ad Scalas Sanctas* requirit præciſam reſidentiam, & eſt incompatibilis abſque diſpenſatione Apoſtolica cum Epiſcopatu. T. 1. p. 149. n. 19.

Præpoſitura in Germania licet ſit prima Dignitas in Cathedrali, vel Collegiata, non eſt incompatibilis cum altero Beneficio reſidentiali, & redditur ratio. T. 1. p. 148. num. 10.

De Præpoſituris Regularibus. *Vid. V. Dignitas Regularis.*

PRÆ-

PRÆSCRIPTIO.

Mala fides, & ſcientia rei alienæ ſuperveniens poſt completam præſcriptionem, non obeſt præſcribenti, quominus illam tuta conſcientia ſibi retinere valeat. T. 3. p. 172. n. 171.

PRÆSENS, & PRÆSENTIA.

De præſentia Cardinalium in Curia. *Vid. V. Cardinales quoad præſentiam in Curia.*
Et de præſentia Epiſcoporum in Diœceſi ad effectum, ut gaudere poſſint Indulto alternativæ Menſium. *Vid. V. Alternativa in Beneficialibus.*
Præſens in Curia, an dici poſſit, qui intra duas Dietas moratur? *Vid. V. Curia Romana.*
Præſens in Territorio Civitatis conſideratur uti præſens in ipſa Civitate. T. 1. p. 399. n. 160.
Intellige per fictionem, non vere, & realiter. *ibid.* n. 161.
Pro præſentibus reputantur abſentes, qui cito ſunt reverſuri. T. 1. p. 396. n. 119.
Præſentes non dicuntur, niſi improprie, & per fictionem, qui abſunt ex cauſa quantumvis juſta, & neceſſarie. T. 1. p. 393. n. 88.
Qui per accidens & caſualiter adeſt, adeſſe non videtur. T. 3. p. 341. n. 63.
Nec Romæ præſens dici poteſt, qui inibi non perſiſtit, & inhabitat, ſed veluti Hoſpes moratur. *ibid.* n. 64.
Reſignans, qui ſit præſens in Curia, quomodo reſignationi Beneficii ad favorem præſtare debeat conſenſum? *Vid. V. Regula XLV.*
Præſens in Curia, vel intra duas dietas, an, & quando abſenti præferri debeat in exſequutione Beneficii in pari Data utrique collati? *Vid. V. Regula XVII. V. Abſens, Abſentia.*

Præſentata.

Præſentata, quæ apponitur Supplicationibus Gratiarum, eſt actus mere præparatorius, qui nihil commune habet cum ſubſtantia Gratiæ. T. 3. p. 273. n. 93.
Præſentata non eſt neceſſario apponenda de tempore, quo exhibetur ſupplicatio. *ibid.* n. 98.
Reſpicit favorem Supplicantis, ut gaudere poſſit, ſi velit, *Data* anteriori. *ibid.* n. 99.
Sed non denegatur *Data* currens, ſi ea petatur. *ibid.* n. 101. 102.
Signatura Gratiæ retrotrahitur ad diem præſentatæ ſupplicationis. T. 3. p. 244. n. 58.
De ſtylo Datariæ, in Reſignationibus *Signatura*, *Conſenſus*, & *Data* adnotantur ſub diem *Præſentatæ*, quamvis actus præfati materialiter fiant ſub diverſis diebus. Tom. 3. pag. 342. num. 71. 76. & 79. pag. 344. n. 104. p. 349. n. 197.
Poſſunt etiam extendi, & adnotari ſub alia die, cum id ſit poſitum in arbitrio Datarii. T. 3. p. 349. n. 197.
Præſentata in Reſignationibus, an ſubrogata ſit loco parvæ Datæ? *Vid. V. Data.*
Vid. V. Regula XLV quoad conſenſum a Reſignante, vel ejus Procuratore Reſignationi præſtandum.

Præſentatio.

Facultas præſentandi ad Beneficia indulgeri cœpit in Italia per Sedem Apoſtolicam circa ſæculum octavum. T. 3. p. 246. n. 186.
Tempus Patronis laicis ad præſentandum præfixum eſt quatuor Menſium. T. 3. p. 234. n. 28.
Regibus tamen nullum præfixum eſt tempus ad præſentandum, & quare? T. 3. p. 235. n. 42.
Patronis Eccleſiaſticis tempus ad præſentandum e jure præfixum eſt ſemeſtre. T. 3. p. 257. n. 304.
Et Sede Apoſtolica vacante præſentare poſſunt in omnibus Menſibus. T. 1. p. 9. n. 68.
In Jurepatr. mixto partim ſcilicet laicali, & partim Eccleſiaſtico, Patroni laici gaudent ſemeſtri tempore ad præſentandum. T. 3. p. 135. n. 44.
Etiamſi Juſpatr. pro minima parte ad laicos pertineat. *ibid.* & p. 156. n. 301.
Nec tempus præfatum poteſt reſtringi ad quatuor menſes ex voluntate Patronorum Eccleſiaſticorum. T. 3. p. 257. n. 304.
Tempus ad præſentandum currere incipit non a die vacationis Beneficii, ſed a die illius ſcientiæ, & quidem veræ, & non præſumtæ. T. 3. p. 172. n. 177. p. 236. num. 45.
Præſentato intra legitima tempora præſentationem non aſſignanti in Reg. Cancellaria, Tom. IV.
ceptante, ſi interim labatur quadrimeſtre, competit Patrono aliud quadrimeſtre a die panditi diſſenſus, dummodo fraus non interceſſerit. T. 3. p. 236. n. 46.
Fraudem vero interceſſiſſe præſumitur, ſi præſentatio in ultima die quadrimeſtris fuerit expleta. *ibid.* n. 47.
Patrono vero Eccleſiaſtico, etiam in ultima die ſemeſtris præſentanti, competit novus terminus ad præſentandum. *ibid.* n. 47. & 48.
Et traditur ratio diſcriminis inter Patronum ſecularem, & Eccleſiaſticum. *dict.* n. 47. & 48.
Patrono ignoranter inhabilem præſentante, an competat novus terminus a die detectæ inhabilitatis? *ibid.* num. 49.
Patroni poſſunt extra quadrimeſtre, & quandocumque ipſis placuerit præſentare, ſi adſit lex fundationis, quod Patronis non currat tempus ad præſentandum. T. 3. p. 234. n. 29. & 39.
Sed quomodo lex iſta intelligi debeat? *Vid. V. Fundator.*
Præſentatio ad Beneficium de Jurepatronatus a Patronis ex uno vacationis modo expleta, nempe ob privationem Beneficiarii, ſuſtinetur ex alio, vacationis nempe Beneficii per obitum. T. 3. p. 392. n. 27.
Intellige, ſi primam proſequantur præſentationem, ſecus ſi ab ea recedentes, ad aliam devenerint. *ibid.* n. 28.
Patroni præſentatio effectuata non dicitur, niſi præſentatus fuerit pacifice inſtitutus. T. 3. p. 75. n. 165.
Adminiſtrator hæreditatis præſentare poteſt ad Beneficium Juriſpatr. in hæreditate exiſtentis. T. 1. p. 258. n. 311. & 320.
Quemadmodum Tutor ad Beneficium Juriſpatr. Pupillo competentis. *ibid.* n. 312. & 320.
Patronus laicus poteſt duos, aut plures cumulative præſentare, ad effectum, ut uno non acceptante, aut aliquam ob cauſam Beneficium obtinere non valente, acceptet, aut obtineat alter. T. 3. p. 235. n. 47. & 48.
Patrono vero Eccleſiaſtico permiſſum non eſt plures cumulative præſentare. *ibid.* n. 48.
Decedente extra quadrimeſtre uno ex cumulative præſentatis ab eodem Patrono, an debita ſit ſubrogatio Gratis ſa in illius Juribus ſuperſtiti Colitigenti præſentato ab alio Patrono, ſeu potius debeatur alteri ex cumulative præſentatis Gratia pro præſentato? *Vid. V. Regula XXIX. de ſubrogandis Collitigantibus.*
Decedente primo ex cumulative præſentatis, aut præſentatione ad illius favorem effectum non ſortita, ſecundus in illius locum ſubingreditur, perinde, ac ſolus præſentatus fuiſſet. T. 3. p. 74. n. 158.
Præſentatio cumulative non tribuit ſecundo loco præſentato, niſi jus conditionale, quatenus primus intra *quadrimeſtre* præſentationem non acceptet, aut eodem tempore durante, poſt acceptationem decedat. T. 3. p. 74. n. 163. & p. 75. n. 172.
Contrarium, quod præſentatio ſecundi accumulati ſit pura ab initio, & ſolum conditionalis quoad effectum, & exequutionem. T. 3. p. 74. n. 164.
Et, decedente primo loco præſentato, etiam poſt quadrimeſtre, ſed non adhuc Beneficio pacifice aſſequuto, ſecundus in illius jura ſubingreditur. *ibid.*
Lis per obitum primi ex cumulative præſentatis non extinguitur, ſed durat adhuc quoad cæteros accumulatos. *ibid.* n. 159.
Vocatus ad Beneficium, ſi tempore quadrimeſtris ſit incapax illud obtinendi, poſſunt Patroni præſentare extraneum, cui jus acquiritur ad obtinendam Inſtitutionem. T. 4. p. 42. n. 83.
Nec capacitas ſuperveniens Vocato poſt quadrimeſtre, etiam ante ſequutam Extranei Inſtitutionem, juri ab illo vigore præſentationis quæſito, præjudicat. *ibidem.* num. 84.
Vocatus a Fundatore, qui tempore quadrimeſtris ſit inhabilis, ſi poſt illud habilis efficiatur, & re integra, ante nempe inſtitutionem obtentam ab extraneo præſentato, inſtet pro aſſequutione Beneficii, debet illi præferri. T. 4. p. 41. n. 80. p. 43. n. 88.
Intellige, ſi adſit ſolum Juſpatr. paſſivum, ſecus, ſi illud conjunctum ſit cum activo, tunc enim per ſupervenientem in vocato capacitatem extra quadrimeſtre, non tollitur jus quæſitum extraneo extra tempus legitimum præſentato, licet non adhuc inſtituto. T. 4. p. 43. n. 89.
Patroni Clericum de linea, qui ſit Beneficii incapax toto tempore quadrimeſtris, præſentare non tenentur ſub conditione obtinendi e Sede Apoſtolica prorogationes. *ibid.* n. 90.
Poſſunt tamen illum tali modo præſentare, ſi velint. *ibid.* n. 91.
Patronorum præſentationes, pendente lite ſuper Jurepatr. expletæ, nullæ ſunt. Tom. 3. p. 245. n. 169. & 179. p. 250. n. 233.

Et attenta lite, nec Reges, aliique ſupremi Principes præſentare poſſunt. T. 3. p. 245. n. 177.
Non prohibantur tamen præſantare ad Beneficium Juriſpatr. litigioſi quando ante litem in pacifica poſſeſſione præſentandi reperiebantur. T. 3. p. 249. n. 228.
Conſuetudo præſentandi lite pendente, an ſuffragari poſſit Patronis, ſi fuerit immemorabilis? T. 3. p. 247. n. 194. & 199.
Vigenta lite inter Patronos ſolum *in petitorio*, valida eſt præſentatio ab ipſis axpleta, ſi in quaſi poſſeſſione præſentandi ante eam motam, reperiantur. Tom. 3. p. 254. num. 272.
Secus ſi dicta qoaſi poſſeſſione ſint deſtituti, aut eam deducant ex facto ſuorum Authorum. *ibid.* n. 273.
Decretum adjectum in Apoſtolica Proviſiona Beneficii incompatibilis eum altero Juriſpatr. quod nemo alius præter Pontificem de eo diſponere poſſit, non adimit Patronis facultatem præſantandi, ſed ſolum operatur quod præſentatio fieri debeat cor. Pontifice. T. 3. p. 236. n. 64.
Et expleri poteſt etiam ante ſignatam ſupplicationem proviſionis ſecundi Beneficii incompatibilis. T. 3. p. 237. n. 66. 71. & 73.

PRAGMATICA SANCTIO.

Pragmatica Sanctio tempore *Caroli VII.* Galliarum Regis originam doxit, & eſformata fuit ex Decretis Conciliabuli *Baſileenſis*. T. 1. p. 22. n. 24. & 25.
Ravocata fuit ſub *Ludovico XI.* iterumque poſtea reſtituta, ſed noo ſablatæ Raſervationes, quibus Reges modo non contradicebant, modo obluctabantur. *ibid.* n. 25.
Pragmatica Sanctio præfata fuit ſolemniter revocata in poſtremo Concilio Lateranenſi. T. 3. p. 254. o. 264.
Et ax aa, quemadmodum a Conciliaboli *Baſileenſis* Decretis, nullum deſumi poteſt argumentum pro cauſis Canonicis decidendis. *ibid.*
Vid. V. Reſervationes quoad earum originem, & diviſiones. V. Galliarum Concordata. V. Galliarum Rex.

PRIMA TONSURA.

Prima Tonſora, juxta Canoniſtarum ſententiam, eſt Ordo. T. 2. p. 316. n. 31. & p. 322. n. 82.
Et quacumque die, hora, & loco conferri poteſt. Tom. 2. p. 316. n. 31. & 36.
Vid. V. Ordines quoad tempora in quibus conferri debent.
De ætata pro Tonſura ſuſcipienda præſcripta. *Vid. V. Ordines quoad ætatem Ordinandorum.*
Et da pœnis, quibus ſubjacent tam Ordinatos ad Tonſuram ante legitimam ætatem, quam Epiſcopus Ordinator? *Vid. eod. V.*
De requiſitis neceſſariis vigore *Concordati* initi inter Sedem Apoſtolicam, & Regem Neapolis, ad effectum, ut quis in Regno Neapolitano prima Tonſura initiari valaat? T. 2. p. 327. †
Et de pœnis incurrendis tam a Tonſura initiatis, quam ab Ordinariis, dictis requiſitis non ſervatis. *ibid.* †
Prima Tonſura a Cardinali Urbis Vicario inſigniri poſſunt Exteri in Urbe commorantes, etiam abſqua Literis Dimiſſorialibus proprii Ordinarii. T. 2. p. 380. n. 320.
Subditi ſex Epiſcopatuum Suburbicariorum, qui non habent Suffraganeum, poſſant pro prima Tonſura ad alium quam Vicarium Urbis dimitti, ſecus pro aliis Ordinibus, etiam minoribus. T. 2. p. 364. o. 175.
Vid. V. Literæ Dimiſſoriales. V. Ordines.

PRIMARIÆ PRECES.

Referuntur nonnulli DD. qui plena ſuper Primariis Precibus Imperialibus ſcripſerunt. T. 3. p. 19. n. 77.
Preces primariæ naturam Gratiæ expectativæ ſortiuntor, & ſunt per Concilium Tridentinum revocatæ. T. 3. p. 16. o. 47.
Revocatio Conciliaris non percutit Preces primarias Imperatoribus a Sede Apoſtolica in eorum ioauguratione indulgeri ſolitas, ſed illas, quas Epiſcopi ex Privilegio, ſeu ex cnoſuetudine ſibi competere autumant. *ibid.* o. 48.
Archiepiſcopo, & Electori *Colonienſi*, non competit ſacultas dirigandi Preces primarias. *ibid.* n. 49.
Minuſqua Electori *Moguntino.* *ibid.* n. 50.
Nec Epiſcopo *Paderbonenſi.* *ibid.* n. 51.
Vicarii ordinarii Imperii poſt Imperatoris obitum, an poſſint Preces dirigere ad Collatores axiſtentes intra Limites eorum Vicariatus? *ibid.* n. 52. & ſeqq.
Jus dirigendi Primarias preces, Imperatores ex antiqua conſuetudine gaviſi fuerunt, ut ex Litteris *Rodolphi I. Caroli IV. & Wenceſlai* Imperatorum. T. 3. p. 17. o. 59.
Sed Conſuetudo iſta non aliunde, quam ab indulgentia Sedis Apoſtolicæ originem duxit. T. 3. p. 17. n. 60.
Redouotur rationes atutæ ex ipſis Literis Primariarum precum diractis ab Imperatoribus *Rodulpho*, & *Carolo.* *ibid.* n. 61. 62. 65.
Et *Rodulphus* ipſe I. Indoltum Apoſtolicum pro dirigendis Primariis precibus a *Gregorio X.* impetravit. *ibid.* num. 62.
Qoemadmodum, & ante, & poſt Concordata Garmaniæ, pro indulto præfato Imperatores omnes Sedi Apoſtolicæ ſupplicarunt. *ibid.* n. 63.
Jus Primariarum precum Imperatoribus competere ex Apoſtolico Indulto probatur atiam facto *Maximiliani* Imperatoris. *ibid.* n. 68.
Nec non ex formula Indulti a ſao. mem. *Alexandro VI.* conceſſo Univarſitati Studiorum *Coloniæ*, in quo derogatur Primariis precibus Imperialibus. T. 3. p. 18. n. 69.
Itidemque ex declarationibus *Innocentii X. & Clementis XI.* *ibid.* n. 70. 71.
Poſſunt Imperatores ante Apoſtolicum Indultum Primarias præces dirigere ſub ſpe illud obtinendi. *ibid.* n. 72.
Contrarium, & ponderatur factum *Alexandri VII. & Clementis XI.* *ibid.* & n. 74.
Indultum Primariarum precum Pontifices elargiri non ſolent, niſi poſtquam Imparatores Neoelecti Legatum miſerint pro obtinenda eorum Electionis confirmatione. *ibid.* n. 73. 74.
Revalidatio Primariarum precum, quas *Joſeph.* I. Imperator abſque Indulto Apoſtolico, dum viveret, direxerat, expleta a ſan. mem. *Clemente XI.* elargita fuit ex mera gratia, non tranſitura in axamplum. *ibid.* n. 75.
Et quibus ſub modificationibus expleta fuit? *ibid.* n. 76.
Indultum Apoſtolicum Primariarum precum, quæ Beneficia complectitur? T. 3. p. 19. n. 78.
Preciſta vigore ſuæ nominationis intentionem habat fundatam pro aſſequendo Beneficio, ſemel ac probat ſuum Clericatum, & ejuſdem Beneficii exiſtentiam intra fines Imperii. *ibid.* n. 79.
Maxime ſi nominatio acceptata fuerit ab Ordinario Collatore. *ibid.* n. 80.
Indultum præfatum afficit Beneficia ſub eo comprahenſa, ſiva vacent per mortem naturalem, ſiva civilam. *ibid.* n. 81.
Etiam ſi vacaverint io Menſibus Sedi Apoſt. reſervatis vigore Concordatorum Germaniæ. *ibid.* n. 82.
Nec Proviſi Apoſtolici juvari poſſunt clauſula *anteferri*, aliiſque clauſulis darogatoriis in eorum Literis adjectis. *ibid.* n. 84.
Derogat Indultum Primariarum precum omnibus Apoſtolicis reſervationibus, illis exceptis, quæ io eo præſervantur. *ibid.* n. 83.
Et afficit Beneficia vacantia in Menſibus Ordinariis. *ibid.* num. 85.
Nac ooo, quæ conferuntur ad nominationem Univerſitatum Studiorum generalium. *ibid.* n. 86.
Limita in Beneficiis vacantibus in Menſibus Univerſitati *Lovanii* vigore Apoſtolici Indulti aſſignatis. *ibid.* n. 87.
Beneficia da Jurepatronatus Eccleſiaſtico, vel laicali, qood competat ex mero Privilegio, ſeu ex præſcriptiona, ſubjacant Primariis precibus. *ibid.* n. 88.
Secus Beneficia Juriſpatronatus laicalis ſpectanós ex legitimo titulo fundationis, dotationis, ſeu conſtructionis, aut Juriſpatronatus mixti. *ibid.* n. 89.
Nominatus ab Imperatore ad unum Beneficium, poteſt in eadem Eccleſia acceptare Dignitatem, & Perſonatum, ſi inſimul abſque Apoſtolica diſpenſationa retineri ſoleant. *ibid.* o. 91. & 92.
Et ſive vaeent per obitum unius, ſive duorum, & aut unica vice, aut ſucceſſive. *ibid.* n. 91.
Si Dignitas, & Canonicatus pro unico Beneficio reputentur, non poteſt unus ad Dignitatem, alter ad Canonicatum nominari. *ibid.* n. 93.
Primariæ preces locum ſibi vindicant, quamvis nominatus ab Imperatore ſit daſtitutus qualitatibus a Statutis, & Conſuetudinibus Eccleſiæ requiſitis, puta Nobilitatis, Doctoratus &c. T. 3. p. 20. n. 94.
Secus ſi careat qualitatibos ex lege fundationis, vel a jure præſcriptis, ætate nempe, legitimitate &c. tunc enim nominatus indiget diſpenſatione Apoſtolica. *ibid.* n. 95.
Habilitas Preciſtæ ſufficit, quod ſuperveniat tempore collationis Beneficii, licet non adſit tempore nominationis, vel ejuſdem Beneficii acceptationis. *ibid.* n. 96.
Primariæ preces impertiri poſſunt habenti plura Beneficia, ſive in diverſis, ſive in eadem Ecclaſia, dummodo incompatibilia non ſint cum illo, quod Preciſta acceptare velit. *ibid.* n. 97.
Preciſta, qui Beneficium acceptavit in Eccleſia, poteſt

ſucceſſive

ſucceſſive ab Imperatore pro altero Beneficio in alia Eccleſia nominari. T. 3. p. 20. n. 98. & 100.
Preciſta acceptare non tenetur primum Beneficium vacans in Eccleſia, pro qua nominatus fuit, ſed poteſt ſecundum, aut tertium vacaturum expectare. *ibid.* n. 101.
Ampliа, ut ſequuta primi Beneficii acceptatione, dummodo collatio ſequuta non ſit, poteſt ab ea reſilire, & aliud Beneficium acceptare. *ibid.* n. 102.
Contrarium, & redditur ratio. *ibid.* n. 103. & 104.
Sed prior Sententia locum ſibi vindicat, ſi acceptatio primi Beneficii fuerit nulla, aut expleta cum proteſtatione, ſeu illud fuerit litigioſum. *ibid.* n. 105.
Si Primariæ preces ſuum effectum ſortiri non valeant, vel ob mortem Preciſtæ, vel quia illis renunciavit, poteſt Imperator alterius favore ad eumdem Collatorem illas dirigere. *ibid.* n. 106.
Ante acceptationem Beneficii e Preciſta factam, poteſt Imperator variare, & eaſdem Preces alteri concedere. *ibid.* n. 107.
Preciſte tenetur infra Menſem a vacatione Beneficii Preces inſinuare Collatori, ſive per ſe, ſive per Procuratorem ſpecialem, illudque acceptare. *ibid.* n. 108.
Et hujuſmodi Inſinuatio neceſſe non eſt, quod fiat ante vacationem Beneficii. *ibid.* n. 113.
Directis Primariis precibus ad Epiſcopum, & Capitulum Simultaneam Beneficiorum collationem habentes, ſufficit, ut inſinuentur Epiſcopo ad effectum, ut afficiant etiam Capitulum. T. 3. p. 22. n. 138.
Menſis ad inſinuandum Primarias preces aſſignatus, qua ratione in Indulto præſcriptus fuerit? Tom. 3. pag. 21. num. 109.
Elapſo menſe, & inſinuatione non ſequuta, poteſt Collator de Beneficio libere diſponere. *ibid.* n. 110.
Sed a quo tempore Menſis prædictus currere incipiat? *ibid.* n. 11. & 12.
Si elapſo menſe a tempore notæ vacationis Beneficii, res ſit adhuc integra, quia Collator de illo non diſpoſuerit, poteſt nominatus ſuas Preces inſinuando, Beneficium acceptare. *ibid.* n. 114.
Indultum Primariarum precum non emplectitur Beneficia extra limites *Germanici* Imperii exiſtentia. *ibidem*, num. 115.
Sicque non efficit Beneficia exiſtentia in *Italia*, & *Statu Mediolani*. *ibid.* n. 116.
Minuſque in *Brabantia*. *ibid.* n. 117.
Olim controverſum, an ſe protenderet ad Beneficia Civitatis *Leodii*; ſed hodie Beneficia præfata Primariis precibus ſubjacent. *ibid.* n. 118.
Indultum præfatum non comprehendit Beneficia extra Imperium ſita, quamvis Collator in Imperio reſideat. T. 2. p. 100. n. 286. & T. 3. p. 21. n. 119.
Secus ſi Beneficia in Imperio, Collator extra Imperium degat. T. 3. p. 21. n. 120.
Beneficia exiſtentia in Imperio, quæ ſint adnexa, & incorporata Beneficiis extra Imperium ſitis, Primariis precibus non ſubjacent. *ibid.* n. 121.
Indultum Primariarum precum non comprehendit Beneficia reſervata per *Extravag. ad Regimen*, *de Prabend.* *ibid.* n. 122.
Minuſque Dignitates poſt Pontificales majores in Cathedralibus, & principales in Collegiatis. T. 3. p. 22. n. 123.
Et quænam in Germania ſint hujuſmodi Dignitates? *ibid.* num. 124.
Nec Beneficia ad Sedem Apoſtolicam devoluta. *ibid.* n. 125.
Subjacent tamen Primariis precibus Beneficia ab inferiori ad immediatum Superiorem devoluta, niſi Papa illum præveniret in conferendo. *ibid.* n. 126. & 127.
Beneficia effecta litigioſa poſt conceſſionem Primariarum precum, ſub illis non comprehenduntur. *ibid.* n. 128.
Primariis precibus non ſunt obnoxia Hoſpitalia, Beneficia manualia, Vicariæ ad alterius nominationem providendæ, Beneficia commendata, aut Menſis Capitulari, Epiſcopali, vel Abbatiali unita. *ibid.* n. 129. & 130.
Quemadmodum, nec Beneficia poſt earum conceſſionem erecta. T. 2. p. 112. n. 110. & T. 3. p. 22. n. 131.
Dignitates Regulares, & Beneficia ſimplicia Regularia, an Primariis precibus ſubjaceant? Tom. 3. pag. 22. n. 132. & 133.
Primariæ preces non comprehendunt Beneficia, quæ in manibus Papæ libere, vel ad favorem reſignantur. *ibid.* n. 134. & 135.
Nec Beneficia, quæ coram eodem Papa, vel Ordinariis permutantur. *ibid.* n. 136.
Minuſque Beneficia ſpectantia ad ſimultaneam plurium collationem, quando ad unum tantum Collatorem ſunt directæ. *ibid.* n. 137.
Primariæ preces locum ſibi non vindicant, niſi Collator, ad quem ſunt directæ, quatuor ad minus Beneficia conferendi facultatem habeat. T. 3. p. 23. n. 139.
Canonicatus Eccleſiarum Cathedralium, & Collegiatarum ſubjacent Primariis precibus, quamvis eorum collatio ſpectet ad Canonicos per Turnum. *ibid.* n. 140.
Per Imperiales preces non poteſt unus Collator, niſi ſemel, & una Eccleſia ultra ſemel, gravari. *ibid.* n. 141.
De Primariis precibus a Regibus Galliarum prætenſis ob jucundum eorum adventum ad Coronam. *Vid. Verb. Rex Galliarum.*

PRINCIPES.

Appellatione *Ducum*, *Marchionum*, & *Principum*, de quibus fit mentio in *Regula XLII.* ad effectum, ut non cenſeatur eorum Juripatr. derogatum, niſi de illis expreſſa mentio fiat, veniunt ſolum Principes *Supremi*, Superiorem non recognoſcentes, ac Iura Imperii, & Regalia majora habentia? *Vid. V. Regula XLII. V. Juſpatr. Regium, ac Supremis Principibus competens.*
Eiſdemque ſolum competit nomen *Ducum*, *Marchionum*, aut *Principum*, & exemplificatur, qui tales ſint in Italia. T. 3. p. 241. n. 115.
Quemadmodum, & extra Italiam. *ibid.* n. 117.
Ac ipſis tantummodo applicatur ratio *Reg. XLII.* T. 3. p. 242. n. 127.
Duces, *Marchiones &c.* aliique Principes inferiores dicuntur Subfeudatarii, ſive Subvaſſalli, & tales non dicuntur, niſi abuſive, & improprie. T. 3. p. 241. n. 126.
Contrarium, quod *Duces*, *Marchiones*, & *Principes* vere, & proprie ſint, qui de Feudis cum Juriſdictione a Supremo Principe ſunt inveſtiti. T. 3. p. 240. n. 113.
Solumque *Duces*, *Marchiones*, & *Principes* nudum Titulum abſque Feudo habentes, tales non dicuntur, niſi improprie, & abuſive. *ibid.* n. 112.
Duces, *Marchiones*, aliique Principes inferiores, an veniant ſub exceptione *Clement. Unic. de Baptiſm.* ad effectum, ut eorum filii in privatis Domibus, & non in Eccleſia baptizari valeant? *Vid. V. Baptiſma.*
Concilium Tridentinum dum mandat non eſſe *in ſecundo gradu* diſpenſandum, niſi inter *magnos Principes*, an reſpexerit nedum ad Principes Supremos, ſed etiam inferiores, Feuda poſſidentes, & in iis Juriſdictionem exercentes? T. 3. p. 239. n. 96.
Concilium Tridentinum, revocando Juſpatronatus ex Privilegio, non excipit, niſi illud, quod *Regibus*, & *Principibus* jura ſupremi Imperii habentibus, competit, ſecus illud, quod ad Principes inferiores pertinet. T. 3. p. 241. n. 119.
Quæ in Cæremoniali Romano favore *Principum* diſpoſita ſunt, conveniunt ſolum Principibus Supremis, non aliis inferioribus. *ibid.* n. 121.
Baldachini, ſi Throni elevati uſus in Eccleſia, an debeatur tantum odo Regibus, Principibuſque Supremis, ſeu aliis etiam Titularis Superiorem recognoſcentibus? *Vid. V. Baldachinum.*
Civitates inferiores ſubditæ, quæ jure Principis abſoluti non utuntur, loco privatorum cenſentur. T. 3. p. 242. n. 128.
Titulo *Ducis*, aut *Marchionis*, ſeu *Principis*, tempore *Joannis XXII.* non decorabantur, niſi filii, & fratres Regum, aut Feudatarii jura Imperii, ac Belli, & Pacis habentes. *ibid.* n. 129.
Et exemplificantur dicti Feudatarii. *ibid.*
Feudatarii minores, titulis prædictis erant deſtituti, & ſolum *Comitis* dignitate honeſtabantur. *ibid.* n. 130.
Principes Supremi, inter quos Duc *Mutinæ*, *Parmæ &c.* eorumque filii, etiam naturales quomodo gaudeant Privilegio expediendi gratis? *Vid. V. Mandatum expediendi gratis.*
In Permutationibus, Unionibus, & Diſmembrationibus locorum, licet non requiratur conſenſus Principum temporalium, plurimum tamen Apoſtolica Sedes eorum ſupplicibus inſtantiis deferre ſolet. T. 2. p. 192. n. 118.
Principes nominare, vel præſentare non poſſunt ad Eccleſias Cathedrales vigore earum fundationis, vel dotationis, ſed indigent ſpeciali Privilegio Apoſtolico. T. 1. p. 68. n. 291.
Pontifices erigendo in Principum Ditionibus novas Cathedrales, aliquando prima vice earumdem diſpoſitionem ſibi reſerverunt, indulgendo iiſdem Principibus jus nominandi, aut præſentandi in futuris vacationibus, aliquando Indultum hujuſmodi etiam pro prima vice conceſſerunt. Et referuntur exempla. *Vid. V. Eccleſia Cathedrales quoad erectionem.*
Sub Indulto Principibus conceſſo nominandi, aut præſen-

tandi ad Eccleſias Cathedrales in eorum Ditionibus exiſtentes, non comprehenditur facultas nominandi, ſeu præſentandi ad Cathedralem de novo poſtea erectam. T. 1. p. 191. n. 108.
Nec Indultum nominandi ad Monaſteria Conſiſtorialia, ſuffragatur pro Monaſterio, quod poſtea evadat Conſiſtoriale. ibid. n. 111.
Conceſſo alicui Principi Indulto nominandi, aut præſentandi ad Eccleſias in ſua Ditione exiſtentes, ſi Civitas aliqua vigore Tractatus Pacis alteri ceſſa fuerit, & vigore alterius Tractatus retroceſſa, cadit ſub Indulto. T. 1. p. 189. n. 93.
Indulta a Pontificibus conceſſa Principibus nominandi ad Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria, an poſſint a Succeſſoribus revocari? T. 1. p. 193. n. 133.
Vid. V. Rex Hiſpaniarum.
De Indultis Apoſtolicis, quibus gaudent Principes, & Reges nominandi, præſentandi, aut ſupplicandi ad Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria. *Vid. V. Dux Sabaudiæ. V. Galliarum Rex. V. Hiſpaniarum Rex. V. Poloniæ Rex. V. Portugalliæ Rex. V. Sueciæ Rex. V. Eccleſiæ Cathedrales in ſpecie.*
Principes jus nominandi, vel ſupplicandi habentes ad Beneficia Conſiſtorialia, ſupplicant, vel nominant, etiam Beneficiis ipſis per modum fictum *in Curia* vacantibus, ſecus per mortem naturalem. T. 1. p. 76. n. 362.
Vid. V. Beneficia quoad vacationem apud Sedem &c.
Reges, & Principes Apoſtolico gaudentes Indulto nominandi, ſeu præſentandi ad Beneficia, nequeunt ad Regularia Seculares, & ad Secularia præſentare, ſeu nominare Regulares. T. 3. p. 267. n. 43.
Sed nominatio, aut præſentatio per viam *Commendæ*, ut ſuum ſortiatur effectum, indiget Gratia Apoſtolica. *ibid.* num 44.
De Jurepatr. Supremis Principibus competente, & an ei derogari ſoleat? *Vid. V. Juſpatr. Regum, vel ad Supremos Principem ſpectans. V. Juſpat. quoad derogationem.*
Principes Seculares abſque Pontificis auctoritate Penſionem imponere nequeunt ſuper Beneficiis, etſi eorum collatio ex Apoſtolico Indulto ad illos pertineat. T. 3. p. 35. n. 14.
Et hoc jure etiam vivitur in Gallia. *ibid.*
Vid. V. Belgium.
Principum Secularium Conſtitutiones, quod Beneficia in eorum Ditionibus exiſtentia nonniſi Indigenis conferri debeant, niſi Privilegium accedat Apoſtolicum, nullæ prorſus, & irritæ ſunt. *Vid. V. Beneficia Patrimonialia, ſeu certo Perſonarum generi dedita.*

PRIORATUS.

Prioratus Ordinum Militarium.

Vid. V. Ordines Militares.

Prioratus Regulares.

Vid. V. Dignitas Regularis.

PRIVATIO IN BENEFICIALIBUS.

Vid. V. Beneficia quoad privationem.

PRIVILEGIUM.

Pontifices confirmare non dedignantur Privilegia ab Anteceſſoribus conceſſa, quoties abſit ſuſpicio falſitatis, & maxime, ſi de eorum obſervantia conſtet: T. 4. p. 49. num. 11.
Verificata legalitate Privilegii in partibus ſubſtantialibus, & in reliquis verificata præſumitur. *ibid.* n. 12.
Enunciativa circa Privilegium aliquod emiſſa a Principe facultatem habente illud de novo concedendi, ejuſdem Privilegii legalitatem evincit T. 4. p. 50. n. 17.
Ex centenaria alicujus Privilegii obſervantia, depromitur argumentum illius legalitatis *ibid.* n. 18.
Ex quibus Privilegii falſitas erui poſſit? *Vid. V. Falſitas.*
Privilegia revocata, extincta remanent ab eo momento quo Princeps illa revocat, nec amplius, niſi convalidentur, reviviſcunt. T. 1. p. 9. n. 79.
Privilegium ſtrictam recipit interpretationem, nec extenditur de perſona ad perſonam. T. 1. p. 107. n. 113.
Maxime, ſi non eadem concurrat ratio. *ibid.*
Privilegium, quod meum eſt, præſcriptione meum amplius fieri non poteſt. T. 1. p. 339. n. 50.
Revocato Privilegio, corruit poſſeſſio, ſeu conſuetudo inducta tempore quo vigebat Privilegium permittens actus exercitos T. 1. p. 339. n. 49.
Privilegia late ſunt interpretanda contra Principem, qui illa indulſit. T. 4. p. 170. n. 70.
Maxime, ſi agatur de Privilegiis Cardinalibus conceſſis. *ibid.* n. 71.
Vid. V. Conſtitutiones Apoſtolicæ. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.

Privilegium expediendi Gratis.

Vid. V. Mandatum expediendi Gratis.

PROCURATOR.

Procurator conſtitutus ad præſtandum conſenſum Reſignationi Beneficii ad favorem, quomodo conſtitui, & conſenſum ad Mandati tramites præſtare debeat? An illum præſtare valeat poſt obitum Reſignantis? Et, an, & quando Mandatum revocari poſſit? *Vid. V. Reg. XLV.*
De Conſenſu præſtando a Procuratore Reſignatarii reſervationi Penſionis favore Titularis? *Vid. eod. V.*
Procurator conſtitutus ad conſenſum Coadjutoriæ præſtandum, an, & in quibus circumſtantiis illum præſtare poſſit poſt obitum Coadjuti? *Vid. V. Coadjutoria.*
Matrimonium contractum a Procuratore, cujus nomen in Mandato Procuræ deſcriptum non erat, *ſed in albo* relictum, an ſubſiſtat? *Vid. V. Matrimonium per Procuratorem contractum.*

PROFESSIO REGULARIS.

Per ingreſſum in Religionem, non vacant Beneficia, niſi ſequuta fuerit Profeſſio, vel expreſſa, vel tacita. T. 3. p. 386. n. 6.
Nec dantur Literæ ſuper Beneficiis vacaturis per ingreſſum in Religionem, niſi Profeſſio præceſſerit *Datam* ſupplicationis, juxta Reg. XLVI. T. 3. p. 385. n. 1.
Vid. V. Regula XLVI.
Diſpenſatus ad obtinendas Penſiones *poſtquam habitum Regularem ſuſceperit*, an cogi poſſit in Literis expediendis addere -- *& expreſſam Profeſſionem emiſerit* -- ſi expreſſio hæc in ſupplicatione non legatur? T. 3. p. 386. num. 10.
Profeſſio ad effectum, ut Beneficia conferri poſſint uti vacantia per illius emiſſionem, quomodo probari debeat? T. 3. p. 387. n. 39. 40. & ſeqq.
Diſpenſatus ad obtinendas Penſiones *poſtquam habitum Regularem ſuſceperit*, an cogi poſſit in Literis expediendis addere -- *& expreſſam Profeſſionem emiſerit* -- ſi expreſſio hæc in ſupplicatione non legatur? T. 3. p. 386. num. 11.
Profeſſio in articulo mortis a Novitio emiſſa, proficua, & valida ſolum eſt pro Indulgentiis, aliiſque gratiis ſpiritualibus lucrandis, ſecus quoad alios effectus. Tom. 3. p. 387. n. 26. & 27.
Qui in articulo mortis Profeſſionem emiſit, ſi convaleſcat, non obſtringitur Votis Religionis, niſi Novitiatum perficiat, novamque emittat Profeſſionem. *ibid.* n. 28.
Per Profeſſionem in articulo mortis a Novitio emiſſam, Beneficia non vacant, & ita reſolutum a Sac. Congregatione Concilii. *ibid.* n. 25. & 29.
Vid. V. Novitius. V. Regula XLVI.
Beneficia non vacant per Profeſſionem, niſi hæc ſit valida emiſſa. *ibid.* n. 23.
Et detecta nullitate Profeſſionis, Beneficium ſuum recuperat Beneficiarius. *ibid.* n. 24.
Profeſſione nulliter emiſſa, & poſt aliquot Menſes ratificata, Beneficium vacat a die Profeſſionis, non ratificationis. *ibid.* n. 25.
Beneficia obtenta a Profeſſis *Societ. Jeſu*, an vacent per ſola Vota ab ipſis emiſſa expleto biennio probationis, ſeu potius poſt ſolemnem Profeſſionem, aut poſtquam in gradum Coadjutoris admiſſi fuerunt? *Vid. V. Jeſuitæ.*
Per Profeſſionem emiſſam a Militibus Ordinum Militarium, an vacent Beneficia. *Vid. V. Ordines Militares.*
Officia vacabilia Romanæ Curiæ, an vacent per Profeſſionem Officialium? *Vid. V. Officia venalia & vacabilia Romanæ Curiæ.*
Profeſſio emiſſa, Novitiatus anno non expleto, de jure communi irrita non eſt. T. 4. p. 112. n. 25.
Secularis, qui Religionem ingredi, & Profeſſionem emittere intendit, ſi a Papa providetur de Beneficio Regulari, reſidet in arbitrio Executoris, Profeſſionem recipere, etiam anno probationis non elapſo. *ibid.* n. 18. & ſeqq.

Ex

Et quomodo intelligitur diſpoſitio Concilii Tridentini, qua irrita redditur Profeſſio ante Probationis annum emiſſa? T. 4. p. 102. n. 20. & 26.
Proviſio tamen Beneficii Regularis facta ab Ordinario, irrita redditur, ſi Profeſſio emittatur Probationis anno non completo. *ibid.* n. 17. *Vid. V. Reg. LIX.*
Proviſi in *Commendam* de Monaſteriis, quæ ſunt Capita Ordinum, ac Abbatiis, ſive Prioratibus, tenentur vigore Concilii aut renunciare Commendæ, aut intra ſex Menſes Profeſſionem emittere. *ibid.* n. 23.

PROTHONOTARIATUS, & PROTHONOTARII HONORIS.

Prothonotariatus honoris eſt Dignitas Eccleſiaſtica. Tom. 1. p. 100. n. 118. T. 4. p. 96. n. 78.
Et ob hanc rationem Prothonotariis honoris Cauſæ Eccleſiaſticæ & Lites Beneficiales committi poſſunt. T. 4. p. 96. num. 78.
Prothonotariatus honoris non ceſſat per Promotionem ad Epiſcopatum. T. 3. p. 113. n. 141.
De origine Prothonotariorum Apoſtolicorum. T. 1. p. 94. num. 44.
Prothonotarii honoris Sedis Apoſtolicæ creantur a Papa, Legatis, Nunciis, & Epiſcopis Solio Pontificio Aſſiſtentibus. *ibid.* n. 45.
Facultas creandi Prothonotarios Cardinalibus Legatis a Latere aliquando indefinite conceſſa, aliquando ad certum numerum reſtricta fuit, & referuntur exempla. T. 2. p. 184. n. 35.
Prothonotarii quoque creari poſſunt Conclaviſtæ a tribus Cardinalibus *Ordinum Capitibus.* T. 1. p. 326. n. 115. *Vid. V. Concloviſta.*
Quemadmodum Prothonotarii ſtatim efficiuntur, qui aliquod ex Officiis Romanæ Curiæ, puta Militis Pii, de Lilio &c. quibus Prothonotariatus eſt adnexus, acquirunt. T. 1. p. 94. n. 45. T. 3. p. 116. n. 192.
Necnon proviſi de Canonicatibus vel Dignitatibus quibus adnexus eſt Prothonotariatus, prout ſunt Canonici trium Baſilicarum Urbis, & Cathedralis Neapolitanæ. T. 1. p. 94. n. 45.
Prothonotarios creatos a Comitibus *Domus Sforiæ* nec Dataria, nec Secretaria Brevium agnoſcit. *Vid. V. Prothonotariatus quoad reſervationem.*
Nec illos, qui creantur a Cardinalibus, qui Legati deputantur occaſione aperiendi Portas Sanctas. *Vid. eod. V.*
Legati, Nuncii, aliique inferiores creando Prothonotarios, non utuntur authoritate Ordinaria, ſed Apoſtolica, & delegata, ac Prothonotarii creati cenſentur ab ipſo Papa. T. 1. p. 101. n. 136.
Prothonotarii a Legatis, Nunciis &c. creati, tenentur juxta formulam eorum deputationis, intra tres Menſes exhibere in *Secretaria Brevium* ſumptum authenticum Prothonotariatus. T. 1. p. 98. n. 97. & 102.
Idque ſub pœna inhabilitatis ad Penſiones, & Beneficia, aliaſque arbitrio Pontificis. T. 1. p. 99. n. 104. & 109.
Et dictæ formulæ Author fuit *Aminddus Riccius.* *ibid.* n. 106.
Si Privilegium Prothonotariatus in Secretaria Brevium non exhibetur, irritum & inane redditur. T. 2. p. 98. n. 100.
Contrarium. *ibid.* n. 101.
Et, an omiſſa exhibitione præfata, Beneficia obtenta per illum, qui fuit a Legato, Nuncio &c. Prothonotarius creatus, ſint reſervata? *Vid. V. Prothonotariatus quoad Reſervationem.*
Si in Privilegio Prothonotariatus a Legato, Nuncio &c. conceſſi, non injungitur obligatio exhibendi illius ſumptum authenticum in Secretaria Brevium, an *Prothonotariatus* cedat in irritum? *ibid.* n. 111.
Prothonotarii in Urbe Roma ſolum creari poſſunt a Pontifice, non vero a Legatis, Nunciis, Epiſcopis Aſſiſtentibus &c. & quare? T. 1. p. 101. n. 125. & ſeq.
Contrarium, quod actus creandi Prothonotarios, veluti Juriſdictionis voluntariæ, exerceri poſſit a Legatis, Nunciis, Epiſcopis aſſiſtentibus &c. etiam in Urbe, præſente Summo Pontifice; redduntur rationes, & reſpondetur rationibus in contrarium. *ibid.* n. 133. 137. & 138.
Dictorumque Prothonotariorum, qui in Urbe ab inferioribus creantur, Beneficia ſunt reſervata. *Vid. V. Prothonotariatus honoris quoad Reſervationem.*
Illegitimi creari non poſſunt in Prothonotarios, quia Prothonotariatus eſt Dignitas, cujus incapax eſt Illegitimus ſine Apoſtolica diſpenſatione. T. 1. p. 100. n. 118.
Contrarium, quod Illegitimus diſpenſatione non indiget pro obtinendo Prothonotariato. *ibid.* n. 120.
Illorumque Beneficia ſunt reſervata. *Vid. V. Prothonotariatus quoad Reſervationem.*
Prothonotarii *honoris* ſunt etiam Apoſtolicæ Sedis Officiales, de quibus loquitur *Extrav. ad Regim.* T. 1. p. 94. n. 44. & 46. p. 109. n. 254. T. 3. p. 112. n. 111. & ſeqq. p. 114. a n. 149. & ſeqq.
Et ſive ſint a Papa creati, ſive ab Inferioribus, & redditur ratio. T. 1. p. 94. n. 47. p. 107. n. 187. *Vid. V. Officiales Sedis Apoſtolicæ. V. Prothonotariatus honoris quoad reſervationem.*
Et ratione *Officialatus* in proviſione Beneficiorum vacantium per obitum dictorum Prothonotariorum, qui fuerunt etiam familiares Cardinalium, illorum conſenſus non requiritur. Tom. 3. p. 113. n. 141. p. 114. n. 156. *Vid. V. Reg. XXXII.*
Prothonotarii *honoris* immediate a Papa creati non numerantur inter illos Apoſtolicæ Sedis Officiales de quibus loquuntur *Extravag. Cum Mattheus, & Extravag. Divina in eminenti, de Privileg. inter Commun.* T. 1. p. 273. n. 158.
Prothonotarii *honoris*, ſive creati a Papa, ſive ab Inferioribus, ſive tales ratione Officii, cum ſint Sedis Apoſtolicæ Officiales, ſunt etiam Curiales. T. 1. p. 99. n. 112.
Et ſi obtinent Beneficia *Urbis*, iſta dicuntur vacare *apud Sedem.* Et redditur ratio. *ibid.* & n. 113.
Contrarium, quod non ſint Curiales, & quare? *ibid.* n. 114. *Vid. V. Curialis, & Curialitas.*
Reprobatur *Toner.* qui diſtinguens inter Prothonotarios creatos a Papa, & ab inferioribus, ait primos eſſe Curiales, non autem ſecundos. T. 1. p. 100. n. 116. & 117.
Prothonotarii creati a Legatis ſunt familiares, etiſi ſoli Pontificis. Tom. 1. p. 95. n. 52. Tom. 3. p. 113. n. 133. p. 114. num. 155.
Prothonotarii permutare nequeunt cum Ordinario Beneficia, quæ obtinent, & ſi ſunt ſimplicia, nec de facili Dataria admittit eorum Reſignationes ad favorem. T. 1. p. 97. n. 81.

Prothonotariatus honoris quoad probationem, & acceptationem.

Prothonotariatus ad effectum reſervationis debet plene, & concludenter probari. T. 1. p. 95. n. 61.
Contrarium, quod leves ſufficiant probationes. *ibidem*, num. 62.
Sed prima Sententia verior; maxime quando agitur contra reum, & poſſeſſorem de Beneficio proviſum uti de libero, itaut ſola dubietas ſufficiat pro excluſione reſervationis ex capite Prothonotariatus. *ibid.* n. 63. 64. & 65.
Prothonotariatus a Papa collatus, concludenter probatur per exhibitionem Literarum Apoſtolicarum in forma Brevis. *ibid.* n. 66.
Vel Sumpti authentici ejuſdem Brevis a ſuo originali legitime extracti. *ibid.* n. 67.
Collatus vero a *Legato, Nuncio, Epiſcopo aſſiſtente*, vel alio inferiori, probatur per exhibitionem Privilegii, & Literarum patentium. T. 1. p. 96. n. 68.
Etiamſi privilegium adnotatum non ſit in libro, in quo ſimilia privilegia regiſtrari ſolent. *ibid.* n. 69.
Probatur etiam Teſtimonio Notarii Nunciaturæ, vel Curiæ Epiſcopalis aſſerentis in ejus Actis conſtare de collatione Prothonotariatus. *ibid.* n. 70.
Prothonotariatus, conſtito de illius conceſſione, poteſt quoad acceptationem per Teſtes probari. *ibid.* n. 71.
Et quid, ſi agatur de ipſamet *Prothonotariatus* conceſſione, an poſſit probari per teſtes? Controverſum inter DD. *ibid.* n. 72.
Diſtinguitur inter Prothonotariatum immediate conceſſum a Papa, & alterum conceſſum ab Inferioribus, ut primus probari non poſſit per teſtes, ſi literis ameſſis, ſit ſubreptus, ſecus ſecundus. *ibid.* n. 73.
Prothonotariatus acceptatio ad effectum reſervationis neceſſaria non eſt, ſed ſufficit ſola collatio, quia *Prothonotariatus* nullum onus, ſed tantum honorem præſefert. *ibid.* n. 74.
Contrarium, quod pro inducenda reſervatione neceſſaria ſit acceptationis juſtificatio. *ibid.* n. 75.
Prima ſententia procedit in *Prothonotariatu* conceſſo *motu proprio*, ſecunda in conceſſo ad inſtantiam partis. *ibid.* num. 76.
Contrarium, quod etiam *Prothonotariatus conceſſus motu proprio* indigeat acceptatione, ut ſit locus reſervationi. *ibid.* n. 78.
Prothonotariatus petenti conceſſus, tunc indiget acceptatione, quando de per ſe conceditur, ſecus ſi ratione Officii illum annexum habentis, tunc enim ex Officii acceptatione reſultat, & Prothonotariatus acceptio. Et explicatur Rota deciſ. 174. part. 12. Recent. T. 1. p. 97. n. 83. & 85.

Et

Digitized by Google

Et in his terminis procedit altera Concluſio, quod Prothonotariatus acquiritur etiam ignoranti. T. 1. p. 97. n. 84.
Prothonotariatus acceptatio probari poteſt etiam per conjecturas. *ibid.* n. 86.
Ex collatione *Prothonotariatus* jam probata, oritur conjectura tacitæ, ſeu præſumptæ acceptationis. T. 1. p. 96. num. 79.
Requiritur tamen ſcientia conceſſionis ſibi factæ. *ibid.* n. 80.
Conjecturæ, etiam pro acceptatione *Prothonotariatus* deſumi poſſunt vel ab expenſis erogatis in expeditione Privilegii, vel ab illius uſu. T. 1. p. 97. n. 87.
Ex ſola ſupplicatione ſignata ſuper gratia *Prothonotariatus*, non oritur præſumptio illius acceptationis. *ibid.* num. 88.
Modica impenſa a tertio erogata pro obtinendo alterius favore Privilegio *Prothonotariatus*, non præſumitur facta de illius mandato, ſecus ſi magna. *ibid.* n. 89.
Impenſa unius ſcuti ad hunc effectum habetur pro conſiderabili. *ibid.* n. 90.
Supplicatio ſuper Gratia *Prothonotariatus* quamvis ſignata, & regiſtrata, non præſefert argumentum illius acceptationis, non docto de effectiva ſolutione alicujus Summæ. *ibid.* n. 91.
Hodie Prothonotariatus non expediuntur amplius per viam Supplicationis, ſed per Literas Apoſtolicas in forma Brevis cum expenſa duodecim ducator. auri de Camera. *ibid.*
Prothonotariatus acceptatio bene reſultat ab expeditione Privilegii, ſive a Papa, ſive ab Inferioribus conceſſi. *ibid.* n. 92.
Prothonotariatus acceptatio probatur ex uſu Inſignium, profeſſione fidei emiſſa, Juramento præſtito, communi reputatione, & denominatione ſui in Prothonotarium. T. 1. p. 98. n. 96.

Prothonotariatus honoris quoad reſervationem.

Beneficia, quæ obtinent Prothonotarii *honoris*, ſive a Papa creati, ſive ab inferioribus facultate gaudentibus creandi Prothonotarios, ac ſive Prothonotariatus ſit adnexus Officio, ſive Dignitati, ſunt vigore *Extrav. ad Regim. & Regulæ I.* reſervata. T. 1. p. 94. n. 46.
Et redditur ratio. *ibid.* & n. 47. & ſeqq. & p. 107. n. 217.
Beneficia tamen *Actuariorum*, ſeu *Notariorum*, non ſunt reſervata, & quare? T. 1. p. 94. n. 49.
Contrarium, quod ſub dicta *Extravaganti* comprehenduntur ſolum Notarii participantes, non autem *Honorarii*, qui tunc temporis non aderant. Tom. 3. p. 113. n. 127. p. 114. n. 144.
Dictique Prothonotarii *honoris* ſolum dici poſſunt comprehenſi ſub *Extravaganti* per quamdam extenſionem, & interpretationem a Doctoribus factam. T. 3. p. 113. n. 128.
Et nuncupari *Officiales* Apoſtolicæ Sedis improprie, & abuſive. *ibid.*
Sed non recedendum a Sententia, quod Prothonotariorum *honoris* Beneficia vere ſubjacent reſervationi *Extravag. ad Regimen*, quæ amplectitur omnes, & quoſcumque *Officiales*, etiam poſt illius editionem creatos. T. 3. p. 111. n. 111. & ſeqq. p. 114. n. 149.
Secluſo *Officialatu*, adhuc Beneficia dictorum Prothonotariorum ſunt reſervationi perſonali obnoxia. T. 3. p. 114. n. 142. & 150.
Comprehenſio Prothonotariorum *honoris* ſub reſervatione *Extravag. ad Regim.* afficit nedum Ordinarios habentes de jure facultatem conferendi Beneficia, ſed etiam, qui tali facultate potiuntur ex Privilegio. *ibid.* n. 151.
Vid. V. Officiales Sedis Apoſtolicæ. V. Regula I. quoad IV. Reſervationum contentarum in Extravag. ad Regim.
Reſervationem non inducunt *Prothonotariatus*, qui concedi ſolent a Comitibus Domus *Sfortiæ*. T. 1. p. 102. n. 139.
Nec *Prothonotariatus* præfatos Secretaria Brevium admittit. *ibid.*
Quemadmodum, nec reſervationem inducunt *Prothonotariatus* conceſſi a Cardinalibus, qui creantur Legati occaſione aperiendi *Portas Sanctas*. *ibid.* n. 140.
Eoſdemque *Prothonotariatus*, nec pariter agnoſcit Secretaria Brevium. *ibid.*
Prothonotariatus ad effectum reſervationis Beneficiorum, debet concludenter probari, & ex quibus probatio hæc reſultet? *Vid. V. Prothonotariatus Honoris quoad probationem, illiuſque acceptationem.*
Reſervatio ex capite Prothonotariatus *honoris*, an locum habeat in Polonia? *Vid. V. Polonia.*
Beneficia *Prothonotariorum* non participantium a Papa creatorum, an in Germania ſint reſervata? T. 1. p. 95. n. 54. & 55. T. 3. p. 113. n. 131. p. 114. n. 153.
Diſtinguitur inter Eccleſias, quæ Germaniæ Concordatis ſubjacent per viam *comprehenſionis*, & alias ſubjecta per viam *extenſionis*, ut Beneficia exiſtentia in primis non ſint ex capite *Prothonotariatus* reſervata, ſecus in ſecundis. T. 1. p. 95. n. 56. T. 3. p. 114. n. 154.
Intellige, ut Beneficia exiſtentia in Eccleſiis primæ ſpeciei non ſint vigore Prothonotariatus reſervata, quando vacant in Menſibus ordinariis, ſecus ſi in Apoſtolicis. T. 1. p. 95. n. 57. & 58.
Hinc Ordinarius Germaniæ Indultum habens conferendi Beneficia ratione Menſium reſervata conferre nequit Beneficia Prothonotariorum *honoris* vacantia in Menſibus Apoſtolicis. *ibid.* n. 59.
Beneficia Prothonotariorum ſunt reſervata, etiamſi Fidei profeſſionem, & Fidelitatis juramentum non emiſerint. T. 1. p. 98. n. 93. & 94. p. 99. n. 107. & 110.
Et quamvis Prothonotariatus inſignia non aſſumpſerint. T. 1. p. 98. n. 95.
Prothonotarii a Legatis, Nunciis, aliiſque inferioribus conceſſi, tenentur intra tres Menſes in Secretaria Brevium ſumptum illorum Privilegii exhibere, alias conceſſio eſt nulla, & Beneficia per ipſos obtenta non remanent reſervata. *ibid.* n. 98. *Vid. V. Prothonotarii honoris.*
Contrarium, quod omiſſio exhibitionis prælatæ nec Gratiam Prothonotariatus irritet, nec reſervationem jam infixam tollat, & quare? *ibid.* n. 101. & ſeq. p. 99. n. 108. & 110.
Fuitque exhibitio præfata demandata ad evitandas fraudes, quæ in præjudicium reſervationis committebantur per occultationem Privilegiorum. *ibid.* n. 105.
Si in Privilegio Prothonotariatus a Legato, Nunciis &c. conceſſo, non injungatur obligatio exhibendi illius ſumptum authenticum in Secretaria Brevium, adhuc Privilegium ſubſiſtit, & cauſat reſervationem. *ibid.* n. 111.
Prothonotariatus in Urbe Roma collatus non a Papa, ſed ab alio inferiori reſervationem non inducit, & quare? T. 1. p. 101. n. 126. & ſeqq.
Contrarium, & aſſignantur rationes. *ibid.* n. 133. & ſeqq.
Ac ita reſolutum a Congregatione particulari ſub *Innocentio XII.* *ibid.* n. 138.
Vid. V. Legatus. V. Juriſdictio.
Ex Prothonotariatu ab illegitimo acquiſito non oritur reſervatio, quia incapax ille eſt obtinendi Prothonotariatum abſque Apoſtolica diſpenſatione. T. 1. p. 100. n. 118. *Vid. V. Prothonotariatus, & Prothonotarii honoris.*
Contrarium, quod Beneficia Illegitimi in Prothonotarium abſque diſpenſatione creati, ſint reſervationi obnoxia. *ibid.* n. 120.
Beneficia illius, qui fuit Prothonotarius *de facto*, & non *de jure*, ſunt reſervata, & quare? *ibid.* num. 121 & 123.
Maxime, ſi publice, & palam ſe geſſerit, reputatuſque fuerit uti Prothonotarius, nam ſicut ſuſtinentur actus ab eo geſti, ita illius Beneficia erunt reſervata. *ibid.* n. 124. *Vid. V. Error communis.*
Beneficia Prothonotariorum, quemadmodum & aliorum Officialium comprehenſorum ſub *Extravag. ad Regim.* ſunt reſervata reſervatione perſonali. T. 1. p. 94. n. 46. & ſeqq. p. 103. n. 171.
Et Prothonotariatus inducit reſervationem ſive ſtet ſit adnexus alicui muneri, vel officio. T. 3. p. 117. n. 195. *Vid. V. Officialis.*
Et concurrente alia coæquali reſervatione perſonali non comprehenduntur ſub Indulto Cardinalium. *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
Ex *Prothonotariatu*, & familiaritate Pontificis adnexis officio *Militis Pii*, vel alterius Militiæ, ſeu ex *Prothonotariatu* ratione Officii *Lauretani*, & *Pii*, & *Scriptoratus Apoſtolica* ſimul, an reſultet duplex reſervatio perſonalis? *Vid. eod. V.*
Et, an duplici reſervationi præfatæ ſubjaceant Beneficia illius, qui fuit *Familiaris Papæ*, & *Prothonotarius*, eſto Officium illud obtinuerit intuitu familiaritatis? *Vid. eod. V.*
Ex *Prothonotariatu*, & *Conclaviſtatu*, an geminæ coæquales perſonales reſervationes reſultent? T. 3. p. 116. n. 191. & ſeqq.
Et quid, ſi *Prothonotariatus* obtentus fuerit acceſſorie ad *Conclaviſtatum*, an inducat unicam, vel duplicem reſervationem? T. 1. p. 106. n. 211.

Prothonotariatus, & Prothonotarii de numero Participantium.

Prothonotariatus non ceſſat per promotionem ad Epiſcopatum. T. 1. p. 102. n. 141.

Pro-

Prothonotarii *participantes* ſum Apoſtolicæ Sedis Officiales enumerat in *Extravag. ad Regim.* eorumque Beneficia *obnoxia reſervationi perſonali.* T. 1. p. 94. n. 46. & ſeqq. T. 3. p. 113. n. 127. p. 114. n. 144.
Et concurrente alia reſervatione perſonali, conferri non poſſunt a Cardinalibus vigore eorum Indulti. *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
In proviſionibus Beneficiorum, quæ obtinent Prothonotarii *de numero Participantium*, qui ſint familiares Cardinalium, excluditur eorum conſenſus ratione *Officiatatus?* T. 3. p. 113. n. 141. p. 129. n. 156. *Vid. V. Regula XXXII.*
Prothonotariatus Apoſtolicus de numero participantium, vacat per contractum Matrimonii. Tom. 4. p. 96. n. 71. & 81.
Et ob hujuſmodi vacationem, Reſervatarius Decreti Prothonotariatus pretium amittit. Tom. 4. pag. 97. n. 87. & ſeqq.
Contrarium, quod pretium Prothonotariatus, nec amittatur a Prothonotario, ſi Matrimonium contrahat. *ibid.* n. 95. & 96.
Nec a Reſervatario Decreti. *ibid.* & n. 97. & ſeqq.
Ac in facti contingentia pretium Prothonotariatus reſtitui Reſervatario præfato, ex gratia mandavit ſan. mem. *Clemens XI.* T. 4. p. 98. n. 107.
Nunquam ex diſpenſatione Apoſtolica permiſſum fuit, quod *Prothonotariatus* de numero Participantium retineri valeat in ſtatu conjugali. T. 4. p. 97. n. 91.
Prothonotarii de numero Participantium, an, & quomodo efficiantur etiam Referendarii? *Vid. V. Referendarii utriuſque Signaturæ.*
Prothonotariatum *de numero participantium* eſſe Dignitatem Eccleſiaſticam ex origine Prothonotariorum demonſtratur. T. 4. p. 96. n. 72. 76. 79.
Prothonotarii *de numero participantium* olim *Scriniarii* S. R. E. nuncupabantur, & quare? *ibid.* n. 73.
Acta Romanæ Eccleſiæ, & Literas Apoſtolicas ſcribebant. *ibid.*
Hujuſmodi tamen munere non gaudebant Prothonotarii honoris. T. 4. p. 97. n. 97.
Decanus Prothonotariorum olim *Prothonotarius*, vel *Primicerius* dicebatur. T. 4. p. 96. n. 74.
Et facultate datandi Bullas Apoſtolicas fruebatur. *ibid.* num. 75.
Prothonotarii *de numero participantium*, ad ætatem uſque *Pii II.* præcedebant in Cappella Pontificia Epiſcopis. *ibid.* n. 76.
Sed modo præcedunt Sacræ Rotæ Auditoribus, Sacriſtæ, & Abbatibus etiam uſum Pontificalium habentibus. *ibid.* n. 77.
Prothonotariatum *de numero participantium* ex Conſtit. *Pauli III.* obtineri nequit, niſi conſtitutus in ætate ſaltem viginti annorum, quique poſt annum a die promotionis, Subdiaconatus ordine ſe inſigniri promittat. *ibid.* num. 80.
Collegium Prothonotariorum *de numero Participantium*, an, & quomodo hodie poſt Conſtitutionem Sanctiſſimi D. N. PP. BENEDICTI XIV. facultate gaudeat creandi Doctores? *Vid. V. Doctor, Doctoratus.*

PROVINCIALIS.

Vid. V. Superior Regularis.

PUBLICATIO

Literarum Reſignationis.

Vid. V. Reſignatio quoad publicationem.

Q.

QUALITAS.

De obligatione Impetrantium Beneficia exprimendi pro validitate Gratiæ illorum qualitates? *Vid. V. Regula LVII.*
Si major qualitas Beneficii expreſſa fuerit, nempe quod ſit Curatum, reſidentiale, aut Dignitas, cum tamen ſit ſimplex, an Gratia corruat? *Vid. eod. V.*
In Beneficii impetratione præter qualitates in *Regula LVII.* expreſſas, neceſſaria eſt quoque mentio illarum qualitatum, quæ Papam a conceſſione Gratiæ retrahere poſſunt. *Vid. eod. V.*
Qualitates Beneficii non expreſſæ in Supplicatione, an exprimi poſſint in Literis Apoſtolicis vigore Clauſulæ in eadem Supplicatione adjici ſolitæ -- *Quod major ſpecificatio fieri poſſit in Literis &c.?* -- *Vid. eod. V.*
Qualitates diverſæ ubi concurrunt in eadem Perſona, illam duplicem Perſonam repræſentant. T. 1. p. 337. n. 33. *Vid. V. Caſus mixtus.*
De qualitatibus, quæ alterant naturam Concubitus exprimendis pro validitate Legitimationis filiorum illegitimorum? *Vid. V. Legitimatio, Legitimatus.*
Qualitates, quæ de ſtylo Curiæ, vel Cancellariæ exprimi debent, ſi omittantur, Reſcriptum redditur ſubreptitium, non attento, an Papa, facta earumdem qualitatum expreſſione, Gratiam facilius, vel difficilius conceſſiſſet. T. 2. p. 283. n. 30.

QUINDENNIA.

Beneficia obtenta per Subcollectores Quindenniorum, an ſint vigore *Regulæ V.* reſervata? *Vid. V. Regula V.*
Et de prærogativis, quibus gaudent Subcollectores præfati. *Vid. V. Subcollectores.*
Quindennia ſolvuntur loco Annatarum pro Beneficiis unitis. T. 1. p. 367. n. 90.
Quindennia non debentur Beneficiato Anteceſſori, ſed Succeſſori, qui in poſſeſſione Beneficii reperitur tempore præſtiti conſenſus. T. 4. p. 148. n. 37.
Intellige, ut *ibid.* n. 38.

R.

RAPTOR, RAPTUS.

Raptus non præſumitur, illiuſque excluſio quomodo probetur? T. 4. p. 12. n. 62.
Ad illum inducendum duo requiruntur, abductio nempe Mulieris de loco ad locum, & violentia. *ibid.* n. 63.
Detentio Mulieris, quæ ſub Raptu non comprehenditur, diſpenſationem ſuper Matrimonio contrahendo non impedit. Et dantur exempla. *ibid.* n. 64. & 65.
Inter Raptorem, & Raptam, non poteſt de Jure Civili contrahi Matrimonium. T. 4. p. 11. n. 49. p. 13. n. 74.
Quemadmodum nec poterat contrahi de Jure Canonico antiquo. T. 4. p. 13. n. 75.
Sed Conſtitutione *Lucii III.* & *Innocentii III.* comprobata ſunt Matrimonia inter Raptorem, & Raptam, ſi prior diſſenſus, tranſeat in conſenſum. T. 4. p. 11. n. 50. p. 13. num. 76.
Traditur ratio, cur Jus Canonicum Matrimonia præfata comprobaverit, Jus civile irrita reddat? T. 4. p. 13. n. 77.
Regula XLIX. Cancellariæ Juri Civili, & non Canonico adhæſit. T. 4. p. 11. n. 51.
Jure noviſſimo Concilii Tridentini, Matrimonium inter Raptorem, & Raptam non ſubſiſtit, niſi ad invicem ſeparentur, & in loco libero, ac tuto conſtituta Mulier, Raptorem in Virum habere conſentiat. *ibid.* n. 52.
Quod, & ante Concilium ſervari, nonnulli DD. autumarunt. T. 4. p. 13. n. 79.
Raptus ſequutus non animo contrahendi Nuptias, ſed explendæ libidinis cauſa, vel aliam ob cauſam, non impedit Matrimonium contrahendum. T. 4. p. 11. n. 54.
Nec proinde impedit executionem Diſpenſationis obtentæ cum clauſula -- *dummodo propter hoc rapta non fuerit* -- *ibid.* n. 55.
Raptus expletus cauſa libidinis ſimul, & Matrimonii, ſubjacet Decreto Conciliari, perinde ac commiſſus fuiſſet ad ſolum finem contrahendi Matrimonium. *ibid.* n. 57.
Idem dicendum de Raptu fœminæ corruptæ, ſive Meretricis, aut alterius inhoneſtæ Perſonæ. *ibid.* n. 58.
Et, an Raptum productivum impedimenti dirimentis, faciat Fœmina præpotens, quæ rapiat Adoleſcentem, & ſic rapto nubat? *ibid.* n. 59.
Raptus non committitur, ſi Mulier ſit ſui juris, rapi velit, ac raptui conſenſum præſtet. T. 4. p. 12. n. 66. & 67.
Contrarium, etiam inſpecto jure Canonico, & de ratione. *ibid.* n. 72. 73. p. 13. n. 80.
Intellige poſteriorem hanc ſententiam, ſi Raptus ſit juxta terminos Juris civilis, cum aliqua nempe violentia; Et ita reſolutum a Sac. Congregatione Concilii. T. 4. p. 13. n. 83. 84. & ſeqq.
Raptus, an committatur, ſi Mulier ſui juris non ſit, & conſentiat abduci, invitis, ſeu inſciis Parentibus, Tutoribus &c. T. 4. p. 12. n. 68. 69. & 70. p. 13. n. 85.
Raptus non committitur, ſi Mulier non ſui juris, quæ Raptui conſenſum præſtitit, fuerit prius deſponſata, ſeu conſenſerit Matrimonio, & quare? Tom. 4. p. 13. n. 86. & 87.

Et explicantur DD. aſſerentes, præcedentem tractatum Matrimonii excludere Raptum, ut ſcilicet intelligi debeant non de quocumque tractatu, ſed de tractatu concluſo, aut per Sponſalia, aut per mutuum conſenſum inter partes. T. 4. p. 14. n. 88.
Et tractatus iſte evinci debet per undique claras probationes. *ibid.* n. 89.
Nec ſufficit ſola confeſſio Mulieris adminiculis deſtituta. *ibid.* n. 90.
Maxime, ſi emiſſa fuerit tempore, quo adhuc in Raptoris poteſtate manebat. *ibid.* n. 91.
Sequuto Raptu cum Puellæ conſenſu, eoque etiam purgato, ſi Raptor, Raptaque ob aliquod Conſanguinitatis, vel Affinitatis impedimentum indigeant Apoſtolica diſpenſatione ad Matrimonium contrahendum, tenentur de præcedenti Raptu mentionem facere, alias Gratia erit ſubreptitia. *ibid.* n. 92.
Redduntur rationes. *ibid.* n. 93. 94. & 95.
Ac ita pluries decrevit Sac. Congregatio Concilii. T. 4. p. 15. n. *96.* & *97.*
Si purgato Raptu velit Raptor Raptam in Uxorem ducere, tenetur eam arbitrio Ordinarii competenter dotare. *ibid.* n. 100.
Et donec hujuſmodi Dotatio ſequatur, poteſt Exequutor Literis Apoſtolicis ſuper diſpenſatione, exequutionem denegare. *ibid.* n. 101.
Et quid, ſi Mulier fuerit dives, itaut Dote non indigeat, nihilque per Raptorem dotari? *ibid.* n. 102.
In Literis Apoſtolicæ Diſpenſationis ſuper Raptu, omittitur clauſula -- *rapta non fuerit* --, quæ in aliis diſpenſationibus apponi conſuevit. *ibid.* n. 98.
Exhibetur tenor hujuſmodi Literarum. *ibid.* n. 99.
Adjicitur tamen in Literis præfatis alterum Decretum -- *quod ſi Raptor Raptæ ſupervixerit, perpetuo abſque ſpe Conjugii remaneat.* *ibid.* n. 103.
Matrimonium contractum non obtenta a Pontifice ejuſdem Decreti relaxatione, validum eſt, ſed illicitum. *ibid.* n. 107. & p. 16. n. 111. p. 17. n. 122.
Et ita reſolutum anno 1705. a Congregatione particulari. T. 4. p. 16. n. 111. *Vid. V. Diſpenſationes Matrimoniales. V. Regula XLIX.*

RECTORES IN TERRIS ECCLESIÆ.

Rectores Terrarum Eccleſiæ Romanæ enumerantur in *Extravag. ad Regim.* inter Sedis Apoſtolicæ Officiales. T. 1. p. 103. n. 160.
Eorumque Beneficia ſunt obnoxia reſervationi in eadem *Extravag.* contentæ. *ibid.* n. 161.
Etiamſi extra Romanam *Curiam*, & ultra duas *Dietas* eos decedere contingat. *ibid.* n. 166.
Vid. V. Officiales Sedis Apoſtolicæ.
Dictorum *Rectorum* nomine, non comprehenditur *Viceſgerens* Cameræ in Civitate *Avenionenſi.* *ibid.* n. 162.
Et veniunt ſolum Rectores, & Præſides Provinciarum, ut ſunt Vice-Legatus *Avenionenſis*, necnon *Marchiæ*, aut *Campaniæ* Gubernator, ſecus vero Gubernatores ſingularum Civitatum Status Eccleſiaſtici, quamvis ſubſint Cardinali Legato. Et redditur ratio. *ibid.* n. 163. & 164.
Contrarium quod nomine *Rectorum in Terris Eccleſiæ* Romanæ veniunt etiam Gubernatores ſingularum Civitatum Status Eccleſiaſtici. *ibid.* n. 165.

REFERENDARII UTRIUSQUE SIGNATURÆ.

Referendariatus Utriuſque Signaturæ eſt adnexus Officio Abbreviatoris. T. 1. p. 105. n. 199.
Vid. V. Abbreviatores de Parco.
Nec non Auditoratui Rotæ. dict. n. 199.
Prothonotarii quoque Apoſtolici *de numero Participantium*, ſunt Referendarii. *ibid.* n. 199.
Sed Prothonotarii non prius efficiuntur Referendarii, quam oſtendant fuiſſe ipſos Doctoratus laurea inſignitos, ſervatiſque ſervandis, adſcribantur numero Referendariorum ex Conſtit. *Sixti V.* *ibid.* n. 201.
Beneficia Referendariorum U. S. ſunt reſervata reſervatione perſonali. *ibid.* n. 199.
Et concurrente alia reſervatione perſonali, non comprehendantur ſub Indulto Cardinalium. *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
Ex *Referendariatu* Utriuſque Signaturæ adnexo alicui Officio, vel ex *Referendariatu* præfato, & *Prothonotariatu* de numero participantium, ſive una ſimul, ſive poſtea acquiſito, aut ex eo, quod quis fuerit *Referendarius, & Nuncius Apoſtolicus*, an inſurgant duæ reſervationes coæquales excluſivæ ejuſdem Indulti? *Vid. eod. V. & V. Prothonotariatus, & Prothonotarii de numero participantium,*
Referendarii Utriuſque Signaturæ ex Privilegio *Pauli III.* facultate gaudent reſignandi, & permutandi eorum Beneficia coram quibuſcumque Epiſcopis, aut aliis Perſonis in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutis. T. 2. p. 182. num. 10.
Sed Privilegium hujuſmodi revocatum hodie remanet per Regulam XIV. Cancellariæ ob additionem ei factam a *Benedicto XIII.* *ibid.* n. 9. & 10.
Vid. V. Regula XIV.

REFORMATIO SUPPLICATIONUM.

Vid. V. Regula XLIV.

REGALIÆ.

Vid. V. Munera.

REGENS CANCELLARIÆ.

Vid. V. Regula LXXII.

REGESTRUM.

Stante diſcrepantia inter *Regeſtrum* Supplicationum, & Supplicationem ipſam, aut Literas Apoſtolicas: ſeu inter *Regeſtrum* Literarum, & Literas ipſas: an *Regeſtrum*, ſeu potius Supplicatio, & Literæ attendi debeant? *Vid. V. Supplicationes Apoſtolicæ. V. Literæ Apoſtolicæ.*
Supplicationes Apoſtolicæ, an regiſtrari poſſint ab iis Regiſtratoribus, quos partes ad libitum eligunt, vel potius per Turnum inter ipſos proportionabiliter diſtribui debent? T. 4. p. 147. n. 23.
Gratia ante regiſtrationem an plenum, & conſiderabile jus tribuat Impetranti? *Vid. V. Gratia.*

REGNUM NEAPOLITANUM.

Vid. V. Neapolitanum Regnum.

REGNUM SICILIÆ.

Vid. V. Siciliæ Utriuſque Rex.

REGRESSUS IN BENEFICIALIBUS.

Regreſſus, nec non *Acceſſus* ad Beneficia, ſpeciem præſeferunt *Expectativæ*, & ſunt etiam reſpectu Cardinalium a Concilio Tridentino prohibiti. T. 3. p. 24. n. 155. & 156.
Et ejuſdem Concilii tempore admiſſa non fuit Reſignatio Epiſcopatus, quam Cardinalis quidam explere intendebat ſub conditione *Regreſſus* in caſu obitus Reſignatarii. *ibid.* n. 157.
Regreſſum ad Eccleſiam *Montisfaliſci* Cardinali *Farneſio* denegavit *S. Pius V.* *ibid.* n. 158.
Et quid laudatus Pontifex reſpondit nonnullis ſuadentibus, ut *Regreſſus* permitteret pro comparanda pecunia impendenda in Bello contra Turcas? *ibid.* n. 159.
Regreſſus non eſt a Concilio prohibitus, & licite admittitur in permutationibus Beneficiorum ob Compermutantis fraudem. *ibid.* n. 161. & 163. & T. 3. p. 219. n. 15.
Et non ſolum contra ipſum Compermutantem, ſed illius etiam Succeſſorem. T. 3. p. 221. n. 45.
Vid. V. Permutatio in Beneficialibus.
Licite etiam admittitur *Regreſſus* in Reſignatione Beneficii cum Penſione, ſi hanc Reſignatarius ſolvere detrectet. T. 3. p. 24. n. 161. & 163.
Vid. V. Acceſſus. V. Expectativæ.
In reſervatione *Regreſſus* ad Beneficium reſignatum, quod in certis caſibus ſibi pepigit Reſignans, non requiritur conſenſus Reſignatarii. T. 3. p. 368. n. 15.
Vid. V. Regula LXV.
Regreſſus, *Acceſſus*, aliaque Jura ante Matrimonium præſervata, an per illius contractum amittantur? T. 4. p. 94. num. 53.
Exiſtente tertio, qui ſibi reſervavit *Regreſſum* ad Beneficium in caſu obitus illius Poſſeſſoris, an debeatur Collitiganti ſubrogatio gratioſa? *Vid. V. Regula XXIX.*

REGULARES.

Regulares quoad Beneficia ſecularia, & ſeculares quoad Regularia.

Regulares incapaces ſunt obtinendi Beneficia ſecularia; quemadmodum Seculares Regularia. T. 3. p. 262. n. 1.
Regularis Beneficii ſecularis poſſeſſor, & e contra ſecularis poſſeſſor

Digitized by Google

poſſeſſor Beneficii regularis, cogi poſſunt ad Titulum ſuæ poſſeſſionis juſtificandum. T. 3. p. 262. n. 3.

Poſſeſſio Beneficii ſecularis a Regulari adepta, & e contra, nulla, & irrita eſt ad quemcunique effectum. *ibid.* n. 4. & 10.

Et pro ea tuenda, juvari nequit poſſeſſor ultimo ſtatu. T. 3. p. 263. n. 5.

Regulari ſpoliato de Beneficio ſeculari, de quo proviſus fuit ab Epiſcopo, competit remedium poſſeſſorium, & quare? *ibid.* n. 13. 14. & 15.

Contrarium in terminis Concilii Tridentini, & redditur ratio. *ibid.* n. 16.

Reges, & Principes Apoſtolico gaudentes Indulto nominandi, ſeu præſentandi ad Beneficia, nequeunt ad Secularia Regulares, & ad Regularia nominare, ſeu præſentare Seculares. T. 3. p. 267. n. 43. & 44.

Sed nominatio, aut præſentatio per viam *Commendæ*, ut ſuum ſortiatur effectum, indiget Gratia Apoſtolica. *ibid.* n. 44.

Regularis non prohibetur Beneficium ſeculare ex diſpenſatione Apoſtolica in Titulum obtinere. p. 263. n. 17.

Et referuntur hujuſmodi diſpenſationis nonnulla exempla. *ibid.* n. 18.

Regularibus conſuevere aliquando Pontifices Beneficia ſecularia in adminiſtrationem, vel ad vitam, vel ad certum tempus concedere. Et recenſentur exempla. Tom. 3. p. 264. n. 19.

Secularis capax eſt obtinendi Beneficia regularia, & e contra Regularis ſecularia, in Commendam. *ibid.* n. 20. & 26.

Vid. V. Commenda. & V. Regula XLIII.

Beneficia ſecularia Regularibus, & e contra, conferri poſſunt, ubi concurrit neceſſitas ex defectu Clericorum Secularium, vel Regularium. T. 3. p. 289. n. 206.

Idque locum ſibi vindicat, etiam in terminis Primariarum Precum Imperialium. *ibid.* n. 207.

Ampliа, etiamſi Beneficia ſecularia ſint Curata, nam ſtante penuria Sacerdotum ſecularium, conferri poſſunt Regularibus; Et referuntur nonnulla exempla. *ibidem* numer. 208.

Eccleſiarum Parochialium ſecularium, de jure antiquo, capaces erant Regulares abſque Apoſtolica diſpenſatione. T. 3. p. 273. n. 99.

Sed hodie eiſdem abſque diſpenſatione prælata præfici non poſſunt. *ibid.* n. 100.

Niſi agatur de Parochiali ſubjective unita Menſæ Abbatiali, eique præficiatur Regularis ad nutum Superioris amovibilis. *ibid.* n. 101.

Et hujuſmodi Curæ capax eſt Regularis, etiamſi prius committi conſueverit Presbyteris Secularibus in adminiſtrationem. *ibid.* n. 102.

Non exiſtente Clerico ſeculari idoneo pro obtinenda Præbenda Theologali, an poſſit ab Epiſcopo deputari Regularis? *Vid. V. Præbenda Theologalis.*

Diſpenſatum aliquando fuit a Sede Apoſtolica cum Regulari, ut obtinere poſſit Canonicatum Theologalem in Cathedrali. T. 3. p. 285. n. 211.

Regularis capax eſt Beneficii ſecularis, & e contra, ſi Beneficium mutavit ſtatum, & effectum ſuit de Seculari Regulare, vel e contra. T. 3. p. 286. n. 214. *Vid. V. Beneficia quoad Statum. V. Beneficia Regularia quoad Statum.*

Mutationem Status Beneficii inducit poſſeſſio quadragenaria cum bona fide. *ibid.* n. 215.

Eaque completa, novus ſtatus non immutatur, nec reducitur ad primævum, niſi per aliam quadragenariam præſcriptionem. *ibid.* n. 216.

Ampliа, etiam in Commendis, nam conceſſo Beneficio Regulari per quadraginta annos in Commendam Clerico ſeculari, ita firmatur ſtatus Commendæ, ut nequeat tolli, niſi per aliam quadragenariam præſcriptionem. *ibid.* n. 217.

Contrarium, quia Commenda non mutat ſtatum Beneficii, neque imprimit ſtatum aliquem fixum. *ibid.* n. 218.

Regulares de Beneficiis ſecularibus Apoſtolica auctoritate proviſi, an faciant fructus ſuos, ita ut de illis diſponere valeant? *Vid. V. Regulares Beneficiati.*

Seculari Proviſus a Sede Apoſtolica de Beneficio Regulari ſive in Titulum, ſive in Commendam, removeri non poteſt a Superiori Regulari. T. 3. p. 215. n. 28. & 30.

Nec Regularis Proviſus de Beneficio ſeculari. *ibid.* num. 29. & 31. *Vid. Verb. Beneficia Regularia manualia.*

Canonici Regulares, an, & quomodo ſint capaces obtinendi Beneficia ſecularia cum Cura, & ſine Cura? *Vid. V. Canonici Regulares.*

Beneficia Regularia poſſunt de jure communi conferri Secularibus, qui habitum ſuſcipere, & Profeſſionem emittere intendunt. T. 4. p. 101. n. 4.

Et de clauſulis, quæ apponi ſolent in Literis Apoſtolicis proviſionis hujuſmodi Beneficiorum? *Vid. V. Regula LIX.*

Intellige, dummodo ſint Beneficia ſimplicia, nam ad Abbatias, Prioratus, aliaque Beneficia Regularia adminiſtrationem habentia, aſſumi non poſſunt, niſi actu Profeſſi. *ibid.* n. 3.

Vid. V. Abbatia.

Seculari proviſo a Sede Apoſtolica de Beneficio Regulari cum Decreto profitendi intra certum tempus, an ſi Decreto non paruerit, ſuffragetur Regula *de Triennali*? *Vid. V. Regula XXXVI.*

Et, an Regula præfata juvet Regularem, qui abſque Apoſtolica diſpenſatione per Triennium poſſedit Beneficium ſeculare? *Vid. eod. V.*

Beneficia Regularia ſimplicia conferri etiam poſſunt ab Ordinariis Clericis ſecularibus habitum ſuſcipere, & Profeſſionem emittere volentibus. T. 4. p. 101. n. 13.

Quemadmodum, & Beneficia Regularia præfata conferre poteſt Vice-Legatus Avenionenſis. *ibid.*

Amplia, quamvis adſit Apoſtolica Conſtitutio decernens, quod Beneficia ſimplicia Regularia conferri non poſſint, niſi Religioſis expreſſe profeſſis, quia intelligi debet de Profeſſis tam actu, quam habitu. *ibid.* n. 14.

Proviſiones Beneficiorum ſimplicium Regularium fieri debent ab Ordinariis favore ſecularium pure, & ſimpliciter, nec in iis apponi poteſt clauſula *ex nunc, prout ex tunc, & poſtquam &c.* *ibid.* n. 15.

Sed a Pontifice cum dicta clauſula expleri ſolent. *ibidem* n. 16.

Proviſio Beneficii Regularis ab Ordinario facta ſeculari non ſubſiſtit, niſi Proviſus per annum integrum in Novitiatu permanſerit. *ibid.* n. 17.

Sed ubi expletur a Papa, reſidet in arbitrio Executoris Profeſſionem recipere etiam anno probationis non elapſo, licet nequeat amplius eo tranſacto illam recipere. *Vid. V. Profeſſio. V. Regula LIX.*

Regulares Beneficiati.

Regulares proviſi de Beneficiis Eccleſiaſticis Regularibus, aut Secularibus ex Apoſtolica diſpenſatione, an, & quomodo faciant fructus ſuos, ita ut de illis diſponere valeant? inſpiciendum eſt, quid in Literis Apoſtolicæ proviſionis præſcriptum fuit. T. 3. p. 286. n. 221.

In Literis præfatis aliquando apponi conſuevit conditio, quod detracta congrua ſuſtentatione, quod reliquum eſt, in pauperes, aut alios pios uſus convertatur. *ibid.* numer. 222.

Aliquando, quod Beneficii fructus deſerviant pro Religioſis uſibus proviſi, ac pro ſubventione Parentum. *ibidem* n. 223.

Aliquando vero, ut commodius Literarum ſtudiis incumbere poſſint. *ibid.* n. 224.

Secluſa lege in Literis Apoſtolicis præſcripta, Regulares de ſuorum Beneficiorum fructibus diſponere poſſunt, ſicuti Clerici Seculares. T. 3. p. 287. n. 227.

Et ita ſe habet praxis. T. 3. p. 286. n. 222.

Neque hoc repugnat Voto paupertatis, & de ratione. T. 3. p. 287. n. 228.

Minuſque diſpoſitioni Concilii Tridentini *ſeſſ. 25. cap. 2. de Regular.* *ibid.* n. 240. & 241.

De differentia, quæ viget inter Religioſum ſimplicem, & Beneficiatum? *ibid.* n. 230.

Et inter Religioſum habentem peculium, & obtinentem Beneficium? *ibid.* n. 231.

Regulares *S. Spiritus in Saxia* de fructibus ſuorum Prioratuum, & Beneficiorum, an, & quomodo diſponere poſſint? *Vid. V. Ordo S. Spiritus in Saxia.*

Milites, & Fratres profeſſi Ordinum Militarium, an diſponere valeant de fructibus ſuarum Commendarum, & Beneficiorum? *Vid. V. Ordines Militares.*

Duo Beneficia Regularia abſque Apoſtolica diſpenſatione retineri non poſſunt a Regularibus. T. 4. p. 107. n. 25.

Regulares quoad Ordines Sac.

De Titulo Religioſæ paupertatis, ad quem ordinantur Regulares. *Vid. V. Ordines Sac. quoad Titulum.*

Regularis ad Titulum ſuæ Religionis ordinatus, ſi ab ea ob nullitatem ſuæ Profeſſionis exeat, Miſſam celebrare nequit, niſi Beneficium, aut aliunde habeat unde commode vivere poſſit. T. 2. p. 417. n. 175.

Jeſuitæ ad Titulum Societatis Sacerdotio inſigniti, & ab ea dimiſſi, an ſuſpenſi remaneant ab Ordinis exercitio, ſi non habeant aliunde congruam ſuſtentationem? Et an illam, iis præſertim, qui abſque eorum culpa dimittuntur, præſtare teneatur Societas? *Vid. V. Jeſuitæ.*

De Literis Dimiſſorialibus pro Ordinatione Regularium a ſuis Superioribus concedendis, & ad quos Epiſcopos ſint illæ dirigendæ? *Vid. V. Literæ Dimiſſoriales pro ordinatione Regularium.*

Regulares, an examini ſubjici poſſint ab Epiſcopo, cui ordinandi dimittuntur? *Vid. eod. V. & V. Ordinandi quoad examen.*

Minores Ordines Subditis ſuis Regularibus, an, & quando Abbates conferre poſſint? *Vid. V. Abbas quoad collationem Ordinum.*

Regulares, an vigore ſuorum Privilegiorum, aut communicationis eorum, quæ a Sede Apoſtolica aliis Regularibus conceſſa ſunt, ad Sac. Ordines promoveri poſſint extra tempora a jure ſtatuta? *Vid. V. Ordines Sac. quoad tempora, in quibus de jure conferri debent.*

Regulares unius Ordinis, aut Monaſterii, quoad Beneficia alterius Ordinis, vel Monaſterii.

Religioſi unius Ordinis ſunt de jure incapaces Beneficiorum alterius Ordinis. Et de ratione. T. 4 p. 105. n. 1.

Et raro Pontifices ſuper hac incapacitate diſpenſare ſolent. *ibid* n. 2.

Quamvis Beneficium alterius Ordinis petatur in *Commendam.* Et exſcribitur exemplum denegatæ hujuſmodi Diſpenſationis. *ibid.* n. 3.

Beneficia unius Ordinis obtinere non poſſunt Religioſi alterius, quamvis eamdem Regulam profiteantur. Tom. 4. p. 106. n. 4.

Et ita reſolutum a Sac. Congregatione Rebus Conſiſtorialibus præpoſita. *ibid.* n. 5.

Beneficia Regolaria in Galliis poſſunt vigore Indulti a *Clemente IX.* Senatui Pariſienſi conceſſi commendari Secularibus a Senatu nominatis, ſed non alterius Ordinis Regularibus. *ibid.* n. 6.

Monaci unius Monaſterii abſque Apoſtolica diſpenſatione obtinere nequeunt alterius Monaſterii Beneficia, ex Decretali in *Cap. Cum ſingula de Præb.* *ibid.* n. 7.

Abbas unius Monaſterii, an obtinere valeat Beneficia inferiora alterius Monaſterii. *Vid. V. Abbas.*

Et, an Monachus unius Monaſterii eligi poſſit ad Abbatiam alterius? *Vid. V. Abbatia.*

Monachus unius Monaſterii non aliter incapax eſt Beneficiorum alterius, quam ſi in eo adſit conſuetudo, quod illius Officia, & Beneficia adminiſtrari non poſſint, niſi a propriis Monachis. T. 4 p. 107. n. 17.

Et ob defectum hujuſmodi conſuetudinis, Religioſi Ordinis *S. Antonii de S. Antonio Viennen.* in uno Monaſterio adſcripti, ſunt capaces Beneficiorum alterius Monaſterii. *ibid.* n. 18.

Similiter Monachus capax eſt Beneficiorum alterius Monaſterii a ſuo Monaſterio dependentis. *ibid* n. 19.

Vel ſi adſit canonica illius tranſlatio ad Monaſterium, in quo ſitum eſt Beneficium. *ibid* n. 20.

Nec neceſſe eſt, quod Tranſlatio præfata ſit expreſſa, ſed licet non petita venit, ſemel ac Monachus, qui ſupplicat provideri de Beneficio alicujus Monaſterii, exprimit eſſe diverſo Monaſterio adſcriptum, vel quod ex petitione appareat, quod ſit alterius Monaſterii Religioſus, juxta Reg. LX. *ibid.* n. 21. *Vid. V. Regul. LX.*

Intellige, quando Impetrans eſt ejuſdem Ordinis, & petit Beneficium alterius Monaſterii, ſecus ſi alterius ſit habitus, vel Profeſſionis, quo caſu Tranſlatio debet eſſe expreſſa. *ibid.* n. 22. & 24.

Reprobatur aſſertio *Rebuffi* exiſtimantis, quod diſpenſatio conceſſa Regulari obtinendi, & retinendi duo Beneficia Regularia cujuſcumque Ordinis, vim habeat Tranſlationis, eumque capacem reddat obtinendi diverſi Ordinis Beneficia. *ibid.* n. 23.

Regulares quoad tranſitum ad alium Ordinem.

Regulari petente provideri de Beneficio ab altero Monaſterio dependente, ſi ex petitione conſtet, quod Beneficium ſit alterius Monaſterii, cenſetur ad illud tranſlatus, quamvis Tranſlatio non petatur. *Vid. V. Regula LX. V. Regulares unius Ordinis, aut Monaſterii, quoad Beneficia alterius Ordinis, vel Monaſterii.*

Regulares poſſunt de ſua ad aliam Religionem de jure tranſire. T. 1. p. 296. n. 1.

Sed Mendicantibus ex Conſtitutione *Martini V.* ſeu *IV.* certis ſtatutis pœnis interdicitur tranſitus ad Ordinem non Mendicantium, præterquam *Carthuſienſium.* T. 2. p. 297. n. 2.

Non prohibet tamen Conſtitutio præfata, quin legitime tranſire poſſint ad alium Ordinem Mendicantium. T. 2. p. 298. n. 23.

Et dictam *Martini Extravagantem* ſervari mandat Regula XXIII. T. 2. p. 297. n. 3.

Mendicantes tranſeuntes cum licentia Papæ ad Ordinem non mendicantem, voce, & loco in Capitulo non gaudent, etiamſi ab aliis eis concedatur. *ibid.* n. 4. & 5.

Minuſque obtinere poſſunt Prioratus, Officia, & Adminiſtrationes, etiam tamquam aliorum Vicarii, & Locumtenentes. *ibid.* n. 6.

Quamvis Officia ſint honorifica, & abſque alla ſuperioritate. *ibid.* n. 7.

Sæpe tamen Sacra Pœnitentiaria, ſupplicantibus Superioribus Ordinis *ad quod*, Diſpenſationes pro Officiis obtinendis indulget. T. 2. p. 298. n. 19.

Mendicantes quoque tranſeuntes ad *Carthuſiam* prohibentur, & quidem perpetuo, aſſequi Officia, & Dignitates Carthuſianorum. Tom. 2. pag. 297. numer. 8. 9. 10. 11. & 12.

Et reprobatur *Barboſa*, qui prohibitionem hanc refert ad *Clementem VIII.* *ibid.* n. 9.

Proindeque indigent pro Officiis obtinendis, vel diſpenſatione Apoſtolica, vel Superiorum Generalium, ſi poteſtate illam indulgendi gaudeant. *ibid.* n. 12.

Canonici Regulares ad aliam Religionem tranſlati, nec Beneficia Secularia, quamvis Curata, obtinere poſſunt. *ibid.* n. 14.

Et ſive tranſlatio fiat ad Religionem ſtrictiorem, ſive laxiorem. *ibid.* n. 15.

Sed duplici indigent diſpenſatione, ob duplex obſtaculum, aliud ex Regularitate, aliud ex Tranſlatione reſultans. *ibid.* n. 16. *Vid. V. Canonici Regulares.*

Mendicantes ad Ordinem non Mendicantium tranſlati, an capaces ſint obtinendi Penſiones Eccleſiaſticas? *ibidem* n. 17. & 18.

Regula XXIII. & Conſtitutio *Martini IV.* prohibentes Tranſitum Mendicantium ad Ordinem non Mendicantium, præterquam *Carthuſienſium*, comprehendunt Mendicantes vere Profeſſos, non autem Novitios. T. 2. p. 298. n. 20.

Nec afficiunt alios Regulares, qui non ſint Mendicantes. *ibid.* n. 21.

Ordines Mendicantes quales ſint? Remiſſive. *ibid.*

Monaci, aliique Regulares tranſire poſſunt ad Religionem *arctiorem*, etiam abſque Pontificis Indulto. *ibid.* n. 24.

Sed inſpectis Privilegiis Apoſtolicis, quibus fere omnes Religiones gaudent, Tranſitus hujuſmodi expleri hodie nequit ſine Sanctæ Sedis licentia. *ibid.* n. 25.

Et hæc non indulgetur, niſi concurrentibus cauſis, & certis ſub conditionibus omnino ſervandis, ac pro forma præſcribi ſolitis. *ibid.* n. 26.

Tranſitus ad arctiorem Ordinem non permittitur, niſi cum licentia Superioris Ordinis *a quo*, quæ in Indulto Apoſtolico expreſſe præſervatur. *ibid.* n. 27.

Licentia hæc de jure etiam requiritur, & omiſſa in Indulto Apoſtolico, ſubintelligitur. *ibid* n. 28. 29. & 30.

Et petenda eſt a Prælato immediato ipſius Monaſterii, nec neceſſe eſt, quod exquiratur a Superiore generali. *ibid.* n. 31.

Niſi aliter ſe habeat conſuetudo loci, aut inſtitutio Regulæ. *ibid.* n. 32.

In Ordine Carmelitarum, licentia petenda eſt a P. Provinciali. *ibid.* n. 33.

Et in Societate Jeſu a P. Generali. *ibid.* n. 34.

Licentia tamen Conventus in Tranſitu ad arctiorem Ordinem, non requiritur. *ibid.* n. 35.

Tranſitus ad Ordinem *arctiorem*, Licentia a Superiore non petita, an ſit irritus, itaut Religioſus revocari poſſit ad priorem Religionem, eique danda ſit manutentio? T. 2. p. 299. n. 36. & ſeqq.

Et, an *Equites Hieroſolymitani* tranſire poſſint ad Ordines Clauſtrales, nulla petita licentia a Magno Magiſtro? *ibid.* n. 39. & p. 300 n. 60.

Ad effectum, ut licitus ſit Tranſitus ad *arctiorem* Religionem, ſufficit licentia petita, licet non obtenta. Tom. 2. p. 299. n. 42.

Niſi Religio *a qua* Privilegio gaudeat, quod in ea Profeſſus tranſire non poſſit ad *arctiorem*, niſi expreſſam ab illius Superiore licentiam obtineat. *ibid* n. 43.

Vel, niſi in Indulto expreſſe caveatur, quod accedat conſenſus primæ Religionis. *ibid.* n. 44.

Conſenſus Religionis *a qua* neceſſe non eſt, quod tranſitum præcedat, ſed ſufficit, quod interveniat in actu receptionis in Religione *ad quam*, vel illam ſubſequatur. *ibid.* n. 46.

Contrarium, quod conſenſus præfatus petendus ſit ante tranſitum; & redditur ratio. *ibid* n. 47.

Tranſitus ad *arctiorem* Religionem pro ſui validitate requirit, quod zelo melioris perfectionis ſequatur. Et

quomodo

quomodo id dignoſci poſſit? Tom. 2. p. 300. n. 50. 51. & 52.

Invalidus eſt Tranſitus, ſi fiat ad effectum evitandi pœnam perpetrati Criminis in Religione *a qua*. *ibid.* n. 53. & 54.

Tranſitus validus non eſt, niſi ante illum Superiori Religionis *a qua* certo conſtet, quod Religio *ad quam* parata ſit Religioſum recipere. *ibid.* n. 55.

In Tranſlationibus, quæ indulgentur per organum Sac. Congregationum adjicitur conditio, *quod tranſlatus novum probationis annum repetat, & compleat cum effectu.* *ibidem* n. 56.

Et verba illa — *compleat cum effectu* — præſeferunt obligationem Tranſlati non emittendi Profeſſionem in Ordine *ad quem* transfertur. *ibid.* n. 58.

At Sacra Pœnitentiaria obligationem præfatam Tranſlatis expreſſe injungit. *ibid.* n. 57.

Hæcque obligatio ineſt etiam de jure, quando Religiones ſunt diverſi Ordinis, niſi Papa aliud decernat. *ibid.* n. 59. & 61.

Nec ei diſpenſare poteſt Superior Generalis Ordinis *ad quem*. *ibid.* n. 60.

Nova Profeſſio, & præcedens novus Novitiatus requiruntur etiam, quando fit Tranſitus ab una Familia ad aliam ſtrictiorem ejuſdem Ordinis, & quare? *ibid.* num. 62. & 63.

Sed in hujuſmodi tranſitu indulgere aliquando ſolet Sacra Congregatio, quod novus Novitiatus ſit brevior, quam per annum. *ibid.* n. 64.

Arctior Religio, quæ intelligatur, an illa, quæ eſt perfectior ratione finis, ad quem ipſa principaliter ordinatur, ſeu potius ea, in qua viget durior, magiſque rigidus vivendi modus? *ibid.* n. 65. 66. & 67.

In dijudicando, an Religio *ad quam* ſit *arctior*, & *ſtrictior*, non attenditur tempus primi illius Inſtituti, ſed inſpicitur tempus actualis illius obſervantiæ. Tom. 2. p. 301. n. 68.

Integer Conventus unius Ordinis Regularis, quinimmo & totus Ordo, ad alium Ordinem *ſtrictiorem* ſe transferre poteſt. *ibid.* n. 69.

Requiritur tamen licentia Summi Pontificis, nec auctoritate Superioris Regularis tranſlatio præfata expleri poteſt. *ibid.* n. 70.

Oblati in una Religione, an ad aliam *ſtrictiorem* tranſire poſſint? *ibid.* n. 71. & 72.

Regulares ad aliam Religionem paris arctitudinis, nulla concurrente legitima cauſa, tranſire non poſſunt abſque Summi Pontificis Indulto. *ibid.* n. 73.

Sed Indultum hujuſmodi ſatis raro indulgeri ſolet. *ibidem* n. 73. & 74.

Conceſſum, tamen ſuffragatur etiam in foro conſcientiæ. Et redditur ratio. *ibid.*

Legitima vero concurrente cauſa, & ſecluſis particularibus Conſtitutionibus nonnullorum Ordinum, poſſunt Regulares ad alium Ordinem æqualis arctitudinis, etiam abſque Indulto Apoſtolico, ſed cum ſola licentia ſuorum Prælatorum tranſire. *ibid.* n. 75.

Et qui veniant appellatione *Prælatorum* ad effectum licentiam hanc impertiendi? T. 2. p. 302. n. 77.

Hujuſmodi licentia debet cum effectu obtineri, nec ſufficit, quod tantummodo petita fuerit. *ibid.* n. 76.

Exponuntur legitimæ cauſæ, ob quas permitti debeat tranſitus ad Religionem *æqualem*. *ibid.* n. 78.

Tranſitus ad Religionem *laxiorem*, nulla legitima concurrente cauſa, fieri non poteſt abſque Pontificis licentia. *ibid.* n. 79.

Et hæc requiritur etiam in caſu, quo legitima cauſa concurrat, ita ut expleri nequeat tranſitus præfatus cum ſola licentia Prælatorum Regularium. *ibid.* numer. 80. 81. & ſeqq.

Sicque in Praxi inconcuſſe ſervatur. *ibid.* n. 86. & 87. & p. 303. n. 89.

Tranſlatus cum licentia Sedis Apoſtolicæ ad *laxiorem* Religionem, etiam ejuſdem Inſtituti, tenetur in ea novum probationis annum explere, novamque emittere Profeſſionem. T. 2. p. 303. n. 90. & 91.

De cauſis neceſſariis ad effectum, ut hujuſmodi Tranſitus permitti poſſit? *ibid.* n. 92. & ſeqq.

Sacra Pœnitentiaria pro juſta cauſa diſpenſandi ſuper tranſitu *ad laxiorem Ordinem*, ſolum attendit Religioſi ægritudinem, ſeu infirmitatem. *ibid.* n. 98.

Et aliquando Religioſis, præſertim Apoſtatis, indulgere ſolet tranſitum ad Religionem a Sede Apoſtolica approbatam, in qua benevolum invenerint Receptorem. *ibid.* n. 99.

Hujuſmodi Indulto gaudens, non aliter tranſire poteſt ad Religionem *laxiorem*, quam ſi in *æquali* benevolum receptorum non invenerit. Tom. 2. pag. 303. num. 100. & 101.

Contrarium, quod etiamſi in Religione æqualis obſervantiæ benevolum invenire poſſit Receptorem, adhuc tranſitus ad *laxiorem* non cenſeatur interdictus. *ibidem* numer 102.

Maxime, ſi indultus fuerit tranſitus *ad quamcumque* Religionem a Sede Apoſtolica approbatam. *ibid* n. 104.

Et veris exiſtentibus cauſis Pontifici expoſitis, tranſitus ad *laxiorem* ſuffragatur, etiam in foro conſcientiæ. *ibidem* n. 103.

Regulares Indultum Apoſtolicum habentes tranſeundi, etiam ad Religionem *laxiorem*, tranſire non poſſunt ad Ordines Militares, vel ad Hoſpitalarios *S. Spiritus*, & *S. Antonii Viennen.* *ibid.* n. 106. & ſeqq.

Sedes Apoſtolica tranſitum ad Ordines Militares nonniſi *e proſſ.* indulget. T. 2. p 304. n 109.

Satis tamen raro, & ſolum in caſibus, in quibus urgentes, & rationabiles cauſæ concurrunt. *ibid.* n. 110.

Referuntur exempla permiſſi a Sede Apoſtolica tranſitus Regularium, etiam Mendicantium, ad Ordinem *S. Joannis Hieroſolymitani*. *ibid.* n. 112.

Tranſitum Regularium ad Hoſpitalarios *S. Spiritus in Saxia*, & *S. Antonii de S. Antonio Viennen.* difficillime quoque Apoſtolica Sedes indulgere ſolet. *ibidem* numer. 113.

Sed aliquando illum permittit, ſi rationabiles cauſæ concurrant; Et referuntur exempla. *ibidem* numer. 111. & 115.

Quemadmodum tranſitus ad dictos Hoſpitalarios aliquando conceſſus fuit Apoſtatis. *ibid.* n. 116.

Ex Conſtitutione ſan. mem. *Benedicti XIII.* Regulare, & Clauſtrale Inſtitutum profitentes, abſque ſpeciali ſolius Romani Pontificis licentia, tranſire non poſſunt, neo ad alium Ordinem, in quo Clauſtralis, & Regularis obſervantia non vigeat. T. 2. p 305. n 117.

Nec ad quemcumque Ordinem *Hoſpitalarium*, vel *Militarem*, aut *Hoſpitalarium ſimul*, & *Militarem*, licet in iis Clauſtralis, & Regularis obſervantiæ vigeat. *ibidem* n. 118.

Et per eam revocantur facultates indultæ Cardinalibus Legatis, Cardinali Majori Pœnitentiario, Nunciis Apoſtolicis, Vice-Legato Avenionenſi, & Sac. Congregationibus Epiſcoporum, & Regularium, ac Concilii Tridentini, concedendi licentiam ſuper hujuſmodi tranſitu, etiam Apoſtatis. *ibid* n. 119.

Bona Religioſi ad aliud Monaſterium diverſi Ordinis tranſlati per modum Proviſionis, nullaque in eo emiſſa Profeſſione, non ſecundo, ſed primo Monaſterio acquiruntur. *ibid.* n. 120.

Idem, ſi tranſitus fuerit nullus. *ibid* n. 121.

Bona intuitu primi Monaſterii, vel induſtria tranſlati quæſita, eidem Monaſterio, & non ſecundo acquiruntur. *ibid.* n. 122.

Legatum relictum primo Monaſterio ex cauſa impulſiva Religioſi, non debetur ſecundo, ad quod fuit ille legitime tranſlatus. *ibid* n. 124.

Bona poſt ſequutum tranſitum, & emiſſam Profeſſionem in ſecundo Monaſterio Religioſo quæſita, eidem Monaſterio acquiruntur. *ibid* n. 125.

Amplia, etiamſi agatur de legato conditionali relicto Religioſo, dum in primo Monaſterio manebat, & cujus conditio adimpleta fuit poſt ſequutum tranſitum, & emiſſam Profeſſionem in ſecundo. *ibid.* n. 127.

Et, an id procedat tam ſi conditio fuerit poteſtativa, quam cauſalis? *ibid.*

Bona in ſtatu ſeculari, vel poſt emiſſam Profeſſionem in primo Monaſterio a Religioſo quæſita, an tranſeant cum ipſo ad ſecundum Monaſterium, vel potius pleno jure remaneant penes primum? Proponuntur variæ Doctorum ſententiæ. *ibid.* n. 128. 130. & ſeqq.

De Tranſlatione Monialium de uno ad aliud Monaſterium. *Vid. Verb. Moniales quoad Tranſitum &c.*

REGULÆ.

Regulæ Cancellariæ in genere.

Regulæ Cancellariæ ſub *Joanne XXII.* primum editæ fuerunt. T. 1. p. 4. n. 1.

Sed *Nicolaus V.* aliique Succeſſores Pontifices, Regulas in eam, qua modo utimur formam, redegerunt. *ibid.* n. 2. T. 1. p. 4. n. 10.

Reprobantur qui exiſtimant ante *Joannem XXII.* extitiſſe Regulas reſervatorias, prout hodie ſunt in uſu. T. 1. p. 4. n. 6.

Regulæ Cancellariæ quæ vocantur *judiciales* a *Nicolao V.* ejuſque

ejuſque Succeſſoribus cæteris Regulis additæ fuerunt. T. 1. p. 5. n. 9.
Sed nonnallæ etiam ex iis aderant temporibus *Joannis XXIII.* & *Martini V.* *ibid.* n. 10.
Et indigitatur Auctor, pœnes quem Regulæ dictorum Pontificum impreſſæ reperiuntur. *ibid.* n. 8.
Regulæ Cancellariæ aliæ *de dandis*, aliæ *de non dandis* dicuntur. Et explicantur quænam illæ ſint? Tom. 3. p. 45. n. 7. & ſeqq.
Regulæ Cancellariæ a quolibet Pontifice in nihilo, vel paucillimis in rebus ab antiquis immutatæ, in craſtinum eorum aſſumtionis renovari ſolent. T. 1. p. 5. n. 18. & 20. p. 13. n. 130. T. 4. p. 169. n. 60.
Et Prætorum Edictis ſimiles eſſe videntur. T. 1. p. 5. n. 19. & p. 6. n. 27.
Fdantur abſque conſilio Cardinalium. T. 4. p. 169. n. 60.
Sed exarantur maxima cura, ac diligentia. Et de Perſonis, quæ in earum confectione intervenire ſolent? T. 1. p. 5. n. 21.
Novæ Regulæ Cancellariæ vix hodie a Pontificibus eduntur; & in præterito ſeculo tres tantum, quæ enumerantur, confectæ de novo fuerunt. T. 4. p. 168. n. 54.
Sed aliquando Conſtitutiones Pontificiæ, in Regulas Cancellariæ redactæ fuerunt, & dantur exempla. T. 4. p. 166. n. 42.
Cancellariæ Regulæ, ſi in judicium producantur in Curia, vel extra eam, quid neceſſarium ſit, ut fidem faciant? *Vid. V. Regula XXXVIII.*
Et, an Cardinales ſubjaceant Regulis Cancellariæ? *Vid. V. Reg. LXX.*
In Regulis Cancellariæ nil ſuperfluum, nec ullus error reperitur. T. 1. p. 6. n. 14. p. 204. n. 77. T. 3. p. 398. n. 21. T. 4. p. 40. n. 38.
Earumque nulla remanet otioſa, & ſine effectu. T. 1. p. 6. n. 25.
Una alteram declarat, & ad inſtar legum una ab altera ſuppletur. T. 1. p. 360. n. 11. p. 394. n. 98. T. 2. p. 276. n. 85. T. 3. p. 128. n. 383. p. 145. n. 56.
Maxime quando rationis identitas concurrit. T. 1. p. 257. n. 302. T. 2. p. 277. n. 86.
Aut ambæ tendant ad eundem finem. T. 1. p. 257. n. 303. p. 399. n. 168.
Regulis Cancellariæ melior interpretatio dari non poteſt, quam illa, quæ reſultat ex facto Pontificum. T. 1. p. 203. n. 65. T. 3. p. 240. n. 104.
In declarandis Regulis Cancellariæ, non attenditur materialis ordo Regularum, ſed ſubjecta materia, de qua loquuntur. T. 1. p. 275. n. 27.
Interpretantur ex earum origine, ex verbis quibus conceptæ ſunt, & ex rationibus quibus innituntur. T. 2. p. 274. n. 16.
Obſervantia bene Regulas Cancellariæ declarat, & interpretatur. T. 2. p. 11. n. 54. T. 4. p. 124. n. 37.
Regulæ Cancellariæ ſunt ſtricte intelligendæ in terminis in quibus loquuntur, nec ob identitatem, aut majoritatem rationis, extenduntur de caſu ad caſum. Tom. 1. p. 262. n. 359. p. 278. n. 59. T. 4. p. 124. n. 35. 36. p. 167. n. 43.
Et Regula quæ loquitur de caſu ſimplici, non comprehendit caſum mixtum. T. 1. p. 263. n. 373.
Sed explicatur, quæ Regulæ Cancellariæ ſint ſtricte interpretandæ, & quæ ampliandæ? T. 4. p. 170. n. 69.
Regulæ Cancellariæ habent vim legis. T. 2. p. 6. n. 26.
Rubricæ tamen Regularum vim legis non habent nec ab iis ſumi poteſt argumentum pro declarando nigro. Tom. 1. p. 25. n. 67. T. 4. p. 169. n. 62.
Regulæ reſervatoriæ ſeparatas leges conſtituunt, nec pro una lege reputantur, & quare? T. 2. p. 6. n. 28. T. 2. p. 283. n. 22.
Contrarium, quod omnes dictæ Regulæ habeantur pro una lege, & earum quælibet reputetur unus Paragraphus ejuſdem legis. T. 1. p. 6. n. 29.
Sed fœdere diſtinctionis utraque ſententia conciliatur. *ibid.* n. 30.
Decretum irritans ultimæ Regulæ reſervatoriæ adjectum, reſpicit etiam Regulas antecedentes. *ibid.* n. 31. & 33.
Limita in *Decreto irritanti* adjecto Regulæ IX. quod ad Regulas antecedentes non refertur, & quare? *ibidem* n. 35.
Sed a tempore *Alexandri VII.* ad difficultatem omnem tollendam, Decretum irritans in omnibus Regulis reſervatoriis adjici conſuevit? *ibid.* n. 36.
Stylus, ſeu conſuetudo contra Regulas Cancellariæ *Decreto irritanti* munitas, attendi non debet, niſi ſaltem de eo conſtet cum præſcriptione, & uniformi obſervantia, cæteriſque requiſitis neceſſariis pro inducendo ſtylo contra jus. T. 3. p. 344. n. 114. T. 4. p. 65. n. 59.
Ubi aliquid contra Regulas Cancellariæ diſponitur, neceſſe eſt pro validitate actus, ut illis derogetur. T. 4. p. 125. n. 42.
Nec eis derogatum cenſetur per quaſcumque clauſulas, etſi efficaciſſimas, ac verba univerſalia, & ampliſſima, niſi de illis expreſſa mentio fiat. *Vid. V. Regula LXXI.*
Regulæ Cancellariæ a quo tempore ligare incipiant, valde controverſum inter DD. T. 1. p. 6. n. 37.
Ligant a craſtina die poſt Pontificis Aſſumtionem, licet nondum publicatæ. T. 1. p. 7. n. 38.
Et Beneficium vacans in ipſamet die Aſſumtionis Pontificis, an Cancellariæ Regulis ſubjaceat? *ibid.* n. 40. T. 4. p. 153. n. 30. & ſeqq.
Poſſunt Ordinarii Beneficia illa conferre, quæ in menſibus alias reſervatis vacant intermedio tempore ab Aſſumtione Pontificis, uſque ad editionem Regularum, ſi illa protrahatur. T. 1. p. 9. 69. T. 4. p. 154. n. 33.
Limita, ſi Papa noviter electus contrarium poſtea declaret. T. 1. p. 9. n. 70.
Sed quomodo limitatio iſta ſit intelligenda? *ibid.* num. 71. *Vid. V. Reg. LXVIII.*
Regularum publicatio, ad quem effectum fieri ſoleat? T. 1. p. 7. n. 39.
Regulæ, etiam non publicatæ, ligant ſolum ad effectum nullitatis actus in contrarium geſti, ſed non quoad pœnas, quæ nonniſi poſt publicationem incurruntur. *ibid.* n. 41.
Sufficit tamen, quod publicentur *in Curia* ad effectum, ut quoad pœnas, ligent etiam *extra Curiam* a die veroſimilis notitiæ publicationis. *ibid.* n. 42.
Publicatio Regularum fit a Vice-Cancellario, & eo deficiente, a Cardinali Decano, vel a Regente Cancellariæ. *ibid.* n. 43.
In earum publicatione ſpecificari conſuevit dies Craſtina Aſſumtionis, ea ſcilicet, quæ Aſſumtionem ipſam Pontificis ſequitur. *ibid.* n. 45.
In Regulis *Sixti IV.* ſpecificata fuit dies ipſa Electionis. *ibid.* n. 45.
Sed verius contrarium, quod ſpecificata fuerit dies ſubſequens Aſſumtionem. *ibid.* n. 47.
In Regulis BENEDICTI XIII. ſpecificata fuit dies ipſa Electionis, nec ullus irrepſit error, & quare? *ibidem* n. 48. & 49.
Adrianus IV. tempore electionis ſuæ in Hiſpaniis degens, Regulas publicari fecit in Eccleſia *Cæſaraguſtana*, eaſque obſervari mandavit a die habitæ notitiæ ſuæ Electionis. *ibid.* n. 50.
Et in ejus acceſſu ad Urbem, fuerunt Regulæ præfatæ abſque nova publicatione in Cancellaria regiſtratæ. *ibid.*
Adriani præfati Regulas, *Clemens VII.* a craſtina die illius Coronationis, non a die habitæ notitiæ Electionis ligare cæpiſſe decrevit. *ibid.* n. 51.
Regulæ Cancellariæ ſervantur in *Italia*, Inſuliſque adjacentibus, & in *Dalmatia*. *ibid.* n. 52.
Nec non in Regnis *Hiſpaniarum*, *Luſitania*, & *Polonia*. *ibid.* n. 53.
Locum habent in ea parte Galliæ, quæ vocatur *Patria Obedientiæ*. *ibid.* n. 55.
Secus in alia parte, quæ nuncupatur *Patria reducta*, excepta Regulis *De Annali*, *De Idiomate*, *De Publicandis Reſignat. De Triennali*, *&* *De Veroſimili Notit.* *ibidem* n. 54.
Vid. V. Gallia. V. Regula XI. V. Regula XX. V. Regula XXX. V. Regula XXXV. V. Regula XXXVI.
Et quænam Galliæ Regiones vocantur *Patria Obedientiæ*, & *Patria reducta*? *Vid. V. Britania. V. Patria Obedientiæ*, *Patria reducta.*
Regulæ Cancellariæ ſervantur in Regionibus *de la Breſſe*, *Bugey*, *Valromay*, *&* *Gex*, Regibus Galliarum a Duce Sabaudiæ ceſſis? T. 1. p. 8. n. 56.
Item in Comitatu *Roſſilionis*, viciniſque Ditionibus a *Ludovico XIV.* Rege Chriſtianiſſimo acquiſitis. *ibid.* n. 57.
Nec non in *Belgio*. *ibid.* n. 58.
Et in Comitatu *Burgundiæ*. *ibid.* n. 59.
Regulæ Cancellariæ non vigent in *Meten. Tullen. & Virdunen.* Civitatibus, & Territoriis, ſed ad Beneficia in illis exiſtentia, nominat Rex Chriſtianiſſimus vigore Indulti Apoſtolici. *ibid.* n. 60.
Vid. V. Galliarum Rex.
Nec locum habent in *Germania*, ubi Concordata ſervantur. *ibid.* n. 61.
Intellige, ut non ſerventur Regulæ illæ, quæ ſunt Concordatis contrariæ, ſecus aliæ, quæ Concordata non deſtruunt, & quænam illæ ſint? *ibid.* n. 62.
Maxime, ſi declaratoriæ ſint *Extravag. ad Regimen.* in Concordatis expreſſe præſervatæ. *ibid.* n. 63.
Regulæ Cancellariæ, an ſerventur in *Hungaria*? *ibid.* n. 64. *Vid. V. Hungaria.*

Regulæ Cancellariæ vigent vivente Papa earum conditore, & cum ejus morte expirant. Tom. 1. p. 8. n. 66. p. 10. n. 85. p. 12. n. 122.
Et ob id, *Sede Apoſtolica vacante*, Ordinarii in omnibus Menſibus Beneficia conferre poſſunt. Tom. 1. p. 8. n. 67. p. 18. n. 102.
Amplia, ut etiam Patroni Eccleſiaſtici valeant dicto tempore præſentare in omnibus Menſibus. Tom. 1. pag. 9. num. 68.
Regulæ Cancellariæ expirant etiam per renunciationem Papatus factam. *ibid.* n. 72.
Concluſio, quod per mortem Papæ ceſſant Regulæ Cancellariæ non procedit in illis Regulis, ſuper quibus emanarunt Conſtitutiones Pontificiæ. *ibid.* n. 73. & p. 12. n. 117.
Hinc *Regula XXXII.* ſuper qua emanarunt Conſtitutiones *Gregorii XIV.* & *Pauli V.* perpetua eſt, & viget etiam Sede Apoſtolica vacante. Tom. 1. pag. 9. num. 74. p. 12. n. 119.
Vid. V. Regula XXXII.
Item procedit ſolum quoad reſervationes ratione Menſium, ſecus in aliis inductis ratione Perſonæ, Beneficii, ſeu ratione rei. T. 1. p. 9. n. 75. & 78.
Aſſignatur Diſcriminis ratio. *ibid.* n. 76.
Vid. V. Regula IX.

Regulæ Cancellariæ in ſpecie.

REGULA I. *quoad I. reſervationem contentam in Extravag. ad Regim.n.*

Beneficia *apud Sedem Apoſtolicam* vacantia, ſunt illius diſpoſitioni reſervata vigore *Extravag. ad Regim.n.* per Regulam I. innovatæ. T. 1. p. 41. n. 1. 2. 3.
Eorumque proviſio ab Ordinariis expleta, nec Titulum coloratum tribuit. T. 1. p. 42. n. 6.
Reſervatio, quæ inſurgit ex vacatione Beneficii *apud Sedem*, an ſit unice clauſa in corpore Juris? *Vid. V. Reſervatio clauſa in corpore juris.*
Reſervatio præfata antiquiſſima eſt, inducta ex veteri conſuetudine redacta in ſcriptis, & regiſtrata per *Clementem IV.* in *Cap. 2. de Præb. in 6.* *ibid.* n. 4.
Exponitur finis ejuſdem reſervationis. *ibid.* n. 5.
Reprobatur *Thomaſſinus*, qui exiſtimat non extare documenta in *Decretalibus Gregorianis* antiquæ conſuetudinis favore Pontificum conferendi Beneficia vacantia *apud Sedem.* *ibid.* n. 7. & 9.
Exhibentur exempla. Et vindicantur a reſponſionibus *Thomaſſini.* *ibid.* n. 10. 11. 12 & ſeqq.
Reprobatur *Molinus* maligne aſſerens, conſuetudinem conferendi Beneficia *apud Sedem* vacantia, eſſe novi juris additamentum, & modernam uſurpationem. *ibid.* n. 8.
Referuntur exempla antiquæ Pontificum conſuetudinis libere diſponendi de Eccleſiis, & Monaſteriis *apud Sedem* vacantibus ſine Regum, aut Principum conſenſu. *ibid.* n. 17. & 18.
Conſuetudinem hanc mutuati ſunt Pontifices a Synodis generalibus, quæ in locum Epiſcopi a Synodo degradati, vel *apud ipſam* defuncti, alium eligebant. T. 1. p. 43. n. 19.
Vacationes *in Synodo, & apud Sedem* ſemper a *Græcis* oppugnatæ. *ibid.* n. 20. & 21.
Electiones quoque, dum earum uſus vigebat, dum Romæ explebantur, Principum conſenſus non expectabatur. T. 1. p. 42. n. 16.
De pluribus ampliationibus *ad Cap. 2. de Præbend. in 6.* factis a *Bonifacio VIII.* in *Cap. Præſenti* eod. *Tit.* T. 1. p. 43. n. 22. 23. & ſeqq.
Et diſpoſitio dicti *Cap. Præſenti*, qua reſervatio *Cap. 2.* extenditur ad Beneficia eorum, qui intra *duas dietas* decedunt, comprehendit etiam Beneficia in dictis locis vacantia per Profeſſionem, contractum Matrimonii, aliumque modum civilem. T. 1. p. 49. n. 91. p. 111. n. 298. *Vid. V. Curia Romana. V. Regula I. quoad V. & VI. Reſervationem contentam in Extrav. ad Regim.*
Ejuſdemque *Cap. 2.* diſpoſitionem declaravit etiam *Joannes XXII.* in *Extravag. ex Debito, de Electione.* enumerando Beneficia quæ dicuntur vacare *apud Sedem.* T. 1. p. 44. n. 27.
Necnon *Extravagans ad Regimen*, quæ etiam emanavit in declarationem *Extravag. ex Debito.* *ibid.* n. 29.
Beneficium vacare *apud Sedem*, an idem ſit ac vacare *in Curia? Vid V. Beneficia quoad vacationem apud Sedem, in Curia, & intra duas dietas.*
Reſervatio, quæ oritur ex vacatione Beneficii *in Curia*, ſeu *apud Sedem*, eſt localis. T. 1 p. 31. n. 11.
Eique prævalet Reſervatio ratione familiaritatis Cardinaliſiæ tanquam perſonalis. T. 3. p. 107. n. 69.
Vid. V. Reſervationes quoad earum originem &c.
Reſervatio, quæ inſurgit ex vacatione Beneficii *apud Sedem* eſt perpetua, nec per obitum Pontificis expirat. T. 1. p. 10 n. 96.
Et, an locum habeat in Parochialibus *apud Sedem* vacantibus tempore quo Sedes ipſa eſt viduata Paſtore, itaut de illis Ordinarii diſponere non poſſint? *Vid. V. Parochiales quoad Reſervationes.*
Beneficium, quod prius in titulum collatum, vacaverat *extra Curiam*, ſi poſtea commendetur, & Commendatarius decedat *apud Sedem*, non ſubjacet reſervationi *Cap. 2. de Præbend. in 6.* T. 1. p. 84. n. 424 & 425.
Subjacet tamen dictæ Reſervationi Beneficium vacans per obitum Commendatarii *extra Curiam*, ſi ante Commendam, Beneficium idem in titulum collatum vacaſſet *in Curia. ibid.* n. 426. *Vid. V. Commenda in Beneficiatis.*
Beneficia manualia, & ad nutum amovibilia, etſi *apud Sedem* vacantia, non ſubjacent Reſervationi *Cap. 2. de Præbend. in 6.* & quare? T. 1. p. 71. n. 316 & ſeqq.
Et, an reſervationi præfatæ ſint obnoxia Beneficia Inſtimonialia? T. 1 p. 72. n 316.
Beneficia Regularia *apud Sedem* vacantia, non ſunt vigore ejuſdem *Cap.* reſervata. *ibid.* n 324 & ſeqq.
Sunt tamen reſervata vigore *Extravag. ad Regimen. ibid.* n. 325.
Præceptoriæ, Commendæ, aliaque Beneficia Sac. Religionis Hieroſolymitanæ *apud Sedem* vacantia, an ſint reſervata? T. 1. p. 71. n. 319. *Vid. V. Ordo Militaris S. Jo. Hieroſolymitani.*
Et quid de Præceptoriis, & Commendis SS Mauritii, & Lazari *apud eandem Sedem* vacantibus? *Vid. eod. Verb. & V. Ordines Militares de Alcantara &c. & SS. Mauritii, & Lazari &c.*
Reſervationi ex vacatione *apud Sedem* ſubjacent Beneficia Jurispatronatus Eccleſiaſtici. T. 1. p. 72. n. 331.
Quemadmodum, & Beneficia Juriſpatr. ex Privilegio, vel præſcriptione acquiſiti. *ibid.*
Sed Beneficia de Jurepatronatus Regio, etiam ex Privilegio, non ſunt obnoxia reſervationi *Cap. 2. de Præbend. in 6.* T. 1. p. 67. n. 279.
Amplia, etiamſi in Privilegio non adſit mentio ſpecialis de vacatione *apud Sedem.* *ibid.* n. 280.
Et, an Reſervationi præfatæ ſubjaceant Beneficia, quæ ex Apoſtolico Indulto ſpectant ad Regiam collationem? T. 1. p. 66. n. 273. 275 & ſeqq.
Reſervationi ex vacatione *apud Sedem* non ſubjacent Beneficia Juriſpatr. mixti. T. 1 p. 72. n. 329.
Limita, ſi Juſpatronatus eſſet mixtum inæqualiter, quod nempe pro majori parte ſpectaret ad Eccleſiaſticos. *ibid.* n. 330.
Beneficia Juriſpatronatus laicalis, quamvis vacent *apud Sedem* non ſunt reſervata *ibid.* n. 327.
Et eorum inſtitutio, non ad Pontifices, ſed ad Ordinarios ſpectat. *ibid.* n. 328.
De Beneficiis tamen præfatis, ſive *apud Sedem*, ſive in locis Curiæ vicinis vacantibus, ſolent Pontifices diſponere derogando in totum Jurispatronat. *Vid. V. Juſpatronatus laicale, quoad derogationem.*
Epiſcopatus, & Dignitates electivæ *apud Sedem* vacantes, an comprehendantur ſub reſervatione *Cap. 2.* controverſum inter Doctores. Tom. 1. pag. 59. numer. 212. & 213.
Subjacent tamen Reſervationi præfatæ vigore *Extravag. ad Regimen.* T. 1. p. 44. n. 31.
Amplia, etiam in terminis Concordatorum Germaniæ, in quibus præſervantur Reſervationes contentæ *in Extravag. ad Regimen*, & ſive vacent proprie *apud Sedem* per obitum earumdem poſſeſſorum, ſive *in Curia* per Tranſlationem, Privationem, Ceſſionem in manibus Papæ &c. *Vid. V. Germaniæ Concordata.*
Et de Indultis a Sede Apoſtolica Capitulis Germaniæ elargitis, ut in ſupradictis caſibus ad electionem Prælatorum devenire poſſint? *Vid. eod. V.*
Cathedrales Eccleſiæ, Monaſteria, aliaque Beneficia Conſiſtorialia Galliæ *apud Sedem* vacantia ſunt vigore Concordatorum liberæ Pontificis diſpoſitioni reſervata. *Vid. V. Galliarum Concordata.*
Rejicitur uti falſa aſſertio *Hieronymi a Coſta*, quod nominatus a Rege ad Beneficium Conſiſtoriale ſub conditione obtinendi a Papa Indultum, ne ſit obnoxium reſervationi ex vacatione *apud Sedem*, ſi illud non obtineat, adhuc præſervatum remaneat Jus Regis, contingente ejuſdem Beneficii vacatione *apud Sedem.* T. 1. p. 66. n. 266.
Necnon *Pinſonii* exiſtimantis ſalvum ſemper eſſe Jus Regium, quamvis nominatio ſine dicta conditione ſit expleta, ex quo ſubintelligi debet. *ibid.* n. 267. & 268.
Cathedrales Eccleſiæ, Monaſteria, aliaque Beneficia Con-

ſiſtorialia ad Regum, & Principum præſentationem, nominationem, aut ſupplicationem ſpectantia, ſi vacent *apud Sedem*, ſunt liberæ Pontificis diſpoſitioni reſervata, niſi gaudeant ipſi Apoſtolico Indulto præſentandi, nominandi, aut ſupplicandi, etiamſi eorum vacatio *apud Sedem* ſequatur. T. 1. p. 68. n. 292.

Et de Regibus, & Principibus, qui hujuſmodi gaudent Indulto, vel eo ſunt deſtituti? *Vid. V. Hiſpaniarum Rex. V. Galliarum Rex. V. Imperator. V. Polonia Rex. V. Principes. V. Portugalliæ Rex. V. Sabaudiæ Dux. V. Siciliæ Utriuſque Rex.*

Beneficia, etſi *apud Sedem* vacantia non ſubjacent reſervationi *Cap. 2. de Præbend. in 6.* ſi Pontifex indulgeat, ut reſervationi præfatæ non ſint obnoxia. Tom. 1. p. 75. n. 353.

Indultum tamen hujuſmodi debet eſſe clarum, & expreſſum, præſeferens individuam mentionem *vacationis Beneficii apud Sedem*, nec ſufficit, quod contineat verba, & clauſulas, quamvis effrenatas. T. 1. p. 49. n. 102. p. 75. num. 354.

Redditur ratio, quia reſervatio ex vacatione Beneficii *apud Sedem* eſt privilegiatiſſima, cæteriſque reſervationibus fortior, & vehementior. T. 1. p. 75. num. 355. pag. 76. n. 360.

Sub Indulto diſponendi de Beneficiis vacantibus -- *qualitercumque, & ubicumque, non obſtante quocumque Privilegio, de quo etiam oporteret de verbo ad verbum expreſſam facere mentionem* -- non comprehenditur facultas diſponendi de Beneficiis *apud Sedem* vacantibus. T. 1. p. 75. n. 356.

Amplia, quamvis Indultum præfatum facultatem impertiatur diſponendi de Beneficiis quomodolibet *ſpecialiter*, vel *generaliter* reſervatis. *ibid.* n. 357.

Amplia ſecundo, etiamſi fuerit *motu proprio* expeditum. T. 1. p. 76. n. 358.

Concluſio, quo facultas diſponendi de Beneficiis *apud Sedem* vacantibus debeat eſſe clara, & expreſſa, procedit in Beneficiis, quæ proprie vacant *apud Sedem* per obitum naturalem Beneficiarii, ſecus ſi vacatio ſequatur per obitum civilem *in Curia*, nam hæc, etſi non expreſſa, comprehenditur ſub verbis, & clauſulis aptis eam comprehendere. *ibid.* n. 359.

Electo ad Prælaturam moriente *apud Sedem* ante confirmationem, Dignitas non remanet Sedi Apoſtolicæ reſervata, ſed electio pertinet ad Capitulum, & quare? T. 1. p. 71. n. 312. & ſeqq.

Et ita ſervatum anno 1725. in Eccleſia Tridentina. *ibid.* n. 314.

Si electus ante obitum Electioni de ſe factæ renunciaverit in manibus Papæ, & renunciatio fuerit admiſſa Beneficium erit reſervatum. *ibid.* n. 315.

Vid. V. Beneficia quoad vacationem apud Sedem, in Curia, & intra duas Dietas. V. Curia Romana.

Regula I. quoad II. reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.

Reſervat ſecundo loco *Extravag. ad Regimen* Beneficia, quæ vacant per depoſitionem, aut privationem, vel tranſlationem, ſeu muneris Conſecrationis ſuſceptionem, ubilibet factas Apoſtolica auctoritate. Tom. 1. pag. 81. num. 1.

Sed privatio auctoritate ordinaria facta, reſervationem Beneficii non inducit. *ibid.* n. 3.

Beneficia vacantia per privationem Apoſtolica auctoritate factam, ſunt etiam reſervata vigore Conſtitutionis *Pauli III.* *ibid.* n. 2.

Verbum -- *Suſpenſionem* -- irrepſit *in Extravag. ad Regimen* per errorem, & melius legi poterit -- *per muneris conſecrationis ſuſceptionem.* *ibid.* n. 4.

De reſervatione præfata nulla habetur mentio in Concordatis Germaniæ. *ibid.* n. 5.

Beneficia vacantia per privationem vigore ſententiæ latæ *in Curia*, ſunt etiam reſervata in prima parte *Extravagantis.* *ibid.* n. 6.

Sed reſervatio, de qua in ſecunda parte, eſt amplior, quia amplectitur Beneficia *ubicumque* contingat eorum privatio *auctoritate Apoſtolica.* *ibid.* n. 7.

Habet locum reſervatio, etiamſi privatus Beneficio ſit abſens, & ſe defenderit per Procuratorem, vel ſit verus contumax. *ibid.* n. 13.

Requiritur ad hunc effectum ſententia declaratoria Criminis. *ibid.* n. 14.

Sed aliquando ſine tali ſententia declaratoria deventum eſt ad privationem, & reſervationem. *ibid.* n. 15.

Beneficia vacantia per *Depoſitionem*, de jure ab alio conferri non poſſunt, quam a Papa. *ibid.* n. 9.

Sed illorum reſervatio non eſt clauſa in corpore juris. *ibid.* n. 10.

Beneficia vacantia per *Tranſlationem* ſunt Apoſtolicæ Sedi reſervata. *ibid.* n. 8.

Vid. V. Epiſcopus quoad Tranſlationem.

Et Cancellaria Eccleſias vacantes per *Tranſlationem* expedire ſolet æque, ac ſi vacaſſent per obitum *in Curia.* *ibid.* n. 11.

De Reſervatione Eccleſiarum Cathedralium, & Monaſteriorum Germaniæ, quæ vacant per privationem. *Vid. V. Germaniæ Concordata.*

Regula I. quoad III. reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.

Reſervantur tertio *in Extravag. ad Regimen*, & in Regula I. Beneficia, de quibus in Concordia, vel diſcordia Electi, aut Poſtulati facta fuit electio, vel Poſtulatio, quæ poſtmodum fuit caſſata, vel repulſa, ſeu renunciata, admiſſaque a Sede Apoſtolica renunciatio. T. 1. p. 83. n. 1.

Hæc tamen Reſervatio non dicitur clauſa *in corpore juris.* & *ibid.* n. 2.

Antiquiſſima eſt, & viguit etiam tempore *Gregorii VII.* *ibid.* n. 3.

Refertur aliud exemplum ſub *Urbano VIII.* *ibid.* n. 4.

Et prius ſub *Innocentio III.* *ibid.* n. 5.

In Germania frequentiora ſunt exempla caſſationis Electionum, & Proviſionis ex integro. T. 1. p. 83. n. 6.

Aliquando Indultum Eligentibus, ut novam Electionem peragere poſſent. *ibid.* n. 7.

Si electio caſſatur ob id, quod fuit contemtus aliquis ex vocalibus, an Beneficium remaneat etiam in terminis Concordatorum Germaniæ reſervatum? *ibid.* num. 8. 9. & 10.

Vid. V. Germaniæ Concordata.

Electo non comparente in termino juris pro confirmatione ſuæ Electionis, licet compareant Electores, adhuc libera Proviſio Eccleſiæ ſpectat ad Papam. *ibid.* num. 11. *Vid. V. Electio, Electus.*

Regula I. quoad IV. reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.

Quarto loco reſervantur *per Extravag. ad Regim.* Beneficia, quæ obtinent S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales, necnon Sedis Apoſtolicæ Officiales, & quis primum reſervationem hanc induxit? T. 1. p. 91. n. 1. & ſeqq.

Beneficia Cardinalium ſunt reſervata ſive ante, ſive poſt Promotionem fuerint obtenta. *ibid.* n. 7.

Amplia, etiam in terminis Concordatorum Germaniæ, quamvis Beneficia fuerint electiva. *Vid. V. Germaniæ Concordata. V. Cardinalis quoad Beneficia.*

Cardinalis, præſertim Pontificis Nepos, an poſſit vigore Indulti conferre Beneficia per obitum alterius Cardinalis vacantia? *Vid. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata. V. Cardinales Nepotes Pontificum.*

Officiales Sedis Apoſtolicæ, qui ſint? *Vid. V. Officiales Sedis Apoſtolicæ.*

Beneficia Sedis Apoſtolicæ Officialium, qua ratione ſunt reſervata? T. 1. p. 93. n. 43. p. 105. n. 194. p. 109. n. 255. p. 111. n. 295.

Et ad effectum reſervationis nihil intereſt a quo Officiales deputentur, an Papa, vel ab aliis illius vices gerentibus. T. 1. p. 323. n. 74.

Et ſi Juramentum præſtare tenentur, ex ſola creatione ſunt veri Officiales, eorumque Beneficia reſervata, etiam ante Juramentum præſtitum. T. 1. p. 382. n. 30. *Vid. V. Protonotarii honoris.*

Sunt etiam reſervata Beneficia Officialis deputati per Breve, quod poſtea falſum detectum fuit, ſi antea pro vero Officiali communiter exiſtimabatur. Tom. 1. p. 100. num. 125.

Reſervatio infixa Beneficiis Officialium per *Extravag. ad Regimen*, eſt *localis*, & proinde in terminis ejuſdem *Extravag.* juncta cum alia reſervatione perſonali, non excludit Indultum Cardinalium. T. 1. p. 105. n. 190. p. 109. n. 264.

Sed per Conſtit. *Pauli III.* Beneficia Officialium ſunt reſervata reſervatione *perſonali*, ratione veræ familiaritatis Pontificiæ iis ſuperinductæ, quamvis in Palatio non habitent, nec ab eo partem recipiant, ac Pontifici non inſerviant. T. 1. p. 103. n. 160. & 171. p. 105. n. 196. 197. p. 316. n. 3. & ſeqq.

Ante vero Conſtitutionem præfatam Officiales erant familiares Papæ, ſed ficte, & per Privilegium. T. 1. p. 318. n. 20. & 21.

Et,

Et, an Beneficia Officialium ratione familiaritatis Pontificiæ ſint in terminis Concordatorum Germaniæ reſervata? *Vid. V. Germaniæ Concordata. V. Protonotariatus quoad Reſervationem.*

Hodie ex Conſtit. *Alexandri VII.* Beneficia Officialium ſunt etiam reſervata ex nova reſervatione ratione *ſolius Officii.* Tom. 1. p. 105. n. 198. p. 109. n. 265. T. 3. p. 114. n. 157.

Et quid tempore *Clementis X.* actum fuerit a Cardinalibus pro obtinenda apertione oris adverſus dictam Conſtitutionem *Alexandrinam?* T. 1. p. 105. n. 198.

Reſervatio ratione ſolius *Officialatus* ab *Alexandro VII.* inducta in Beneficiis Officialium, non excludit alteram reſervationem promanantem ex familiaritate, & Protonotariatu uſuem Officiis mixam. Tom. 3. pag. 116. n. 186.

Et concurrentibus in eadem Perſona duobus Officiis, ex uno deſumi poteſt reſervatio ratione familiaritatis, ex altero reſervatio ratione Protonotariatus. *ibidem* numer. 187.

Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.

Officiales plures adſunt ultra illos recenſitos in *Extravag. ad Regimen*, etiam poſt ejus editionem creati. Tom. 1. p. 106 n. 212.

Reſervatio *Extravag. ad Regimen* comprehendit Beneficia illorum Officialium, qui poſt ejus editionem creati, contineri poſſunt ſub aliqua ſpecie eorum, qui in ea enumerantur, quique ſunt homogenei cum ſpecificatis. *ibid.* n. 124 p. 323. n. 77.

Et recenſentur hujuſmodi generis Officiales. T. 1. p. 107. n. 215. 216. & 217.

Secus vero Beneficia Officialium illorum, qui poſtea creati, nullam habent homogeneitatem cum Officialibus in *Extravag.* enumeratis; & redduntur rationes. *ibid.* n. 219. & ſeqq. & n. 230. & ſeqq.

Et, qui ſint Officiales præfati? *ibid.* n. 220. 221. 222. 223. & 227.

Contrarium, quod *Extravag. ad Regimen* indiſtincte comprehendat Beneficia omnium, & quorumcumque Officialium poſtea creatorum, etſi nullam habentium homogeneitatem, & ſimilitudinem cum enumeratis in ea. Et redduntur rationes. T. 1. p. 54. n. 159. p. 108. n. 241. & ſeqq. & n. 248. & ſeqq. T. 3. p. 114. n. 149.

Et ita deciſum anno 1707. T. 1. p. 109. n. 269.

Vid. V. Protonotariatus quoad Reſervationem.

Quemadmodum *Regula XXXII.* quæ excludit Cardinales e præſtando conſenſu in proviſione Beneficiorum vacantium per obitum Officialium indiſtincte omnes Officiales comprehendit. T. 1. p. 108. n. 249. *Vid. V. Regula XXXII.*

Et Regula LVI. qua inductus reſervatio ex eo, quod fuerit quis *Subcollector*, *familiaris* &c. aut Sedis Apoſtolicæ *Officialis*, indiſtincte omnes amplectitur Officiales, abſque reſtrictione ad enumeratos in *Extravag. ad Regimen.* *ibid.* n. 250.

Facultas conferendi Beneficia Officialium, quæ Cardinalibus in Indulto impertitur, comprehendit Beneficia tam Officialium, qui in *Extravag.* enumerantur, quam aliorum quorumcumque, & præſentium, & futurorum. *ibid.* n. 251.

Conſtitutio *Pauli III.* qua Officiales declarantur, etiam Pontificis familiares, comprehendit tam familiares enumeratos in eadem *Extravag.* quam alios poſtea creatos. T. 1. p. 109 n. 263. p. 323. n. 75.

Conſtitutio *Alexandri VII.* qua ſancitum fuit, Beneficia Officialium eſſe reſervata non ſolum ratione familiaritatis ſuperinductæ a *Paulo III.* ſed etiam ſolius *Officialatum*, amplectitur Officiales etiam poſt *Extravag.* creatos. T. 1. p. 109. n. 268.

Beneficia Officialium ſolum ſunt reſervata ſi vacent per obitum. & quare? T. 1. p. 111. n. 292.

Contrarium, quod ſint obnoxia reſervationibus, quomodocumque vacent, ſive per mortem naturalem, ſive civilem. *ibid.* n. 293.

Et *Extravag. ad Regimen* ſolum exprimit vacationem per obitum, quia frequentior eſt aliis, ſed non excludit alios vacandi modos. *ibid.* n. 299.

In *Extravag. ad Regimen* Beneficia Legatorum, vel Nunciorum, Rectorum in Terris Eccleſiæ, ac Theſaurariorum, reſervantur *ubicumque* ea vacare contigerit, etiam extra *Romanam Curiam*, & *duas Dietas.* T. 1. p. 103. n. 166.

Hinc Beneficia aliorum Officialium, qui in *Extrav.* enumerantur, præter quatuor mox expreſſos, non ſunt reſervata, ſi extra *Romanam Curiam* & ultra *duas Dietas* vacent. *ibid.* n. 167.

Contrarium verius, idque expreſſe declaravit *Alexander VII.* T. 1. p. 103. n. 168. 169. p. 109. n. 262. p. 318. num. 9.

Hac ratione, Beneficia eorum, qui Tribunalibus Nunciaturarum Apoſtolicarum inſerviunt, etiam ſi in illis decedant, ſunt reſervata ex capite *Officialatus.* Et ita pluries ſervatum. T. 1. p. 103 n. 170.

Beneficia Officialium ſunt reſervata, etiamſi tempore obitus, Officiales eſſe deſierint. T. 1. p. 110. n. 270.

Redditur ratio, quia dimiſſo Officio, durat adhuc familiaritas Pontificia e *Paulo III.* eis ſuperinducta. *ibid.* n. 271. & 272.

Intellige, et ea Beneficia Officialium ſint dimiſſo etiam Officio reſervata, quæ ipſi durante Officio obtinebant, ſecus, quæ poſt dimiſſum Officium acquiſierunt. *ibidem* n. 273.

Non ſufficit ad effectum reſervationis, quod durante Officio jus habuerint *ad rem*, ſed requiritur jus in re. *ibid.* n. 274.

Et ſat eſt jus in re, etiamſi alter *de facto* poſſideat. *ibidem* num. 275.

Imo ſufficit, quod durante Officio Beneficium obtineat de facto permanendo in illius poſſeſſione, dummodo jus non ſit penes alium. *ibid* n. 176.

Congruum eſſet, quod *Regulæ I.* Cancellariæ fieret additio de Beneficiis *in quibus*, *ſeu ad quæ jus Officialibus competit*, *ſeu competierit.* *ibid.* n. 277.

Dimiſſo Officio, Beneficia prius obtenta non remanent amplius reſervata, ſed affecta. *ibid.* n. 278. & 279. & n. 283. & 286.

Et, an hujuſmodi affectio reſultans ex dimiſſo Officio ſit ejuſdem qualitatis, ac ipſa reſervatio perſonalis, itaut cum altera reſervatione perſonali juncta, excludat Indultum Cardinalium? *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*

Contrarium, quod in eis deſeret adhuc reſervatio, nec locum ſibi vindicet affectio. *ibid.* n. 280. 282. 284. & 285.

Hujuſmodi tamen reſervatio non eſt clauſa *in corpore Juris*, nec eſt inducta ratione *loci*, ſed ratione *Perſonæ.* *ibidem* num. 281. *Vid. V. Reſervatio clauſa in corpore juris.*

Beneficia obtenta poſt dimiſſum Officium, quæ habent adnexum Protonotariatum, ſunt reſervata, & redditur ratio. T. 1. p. 111. n. 288.

Et ad tollendum omne dubium, clare a tempore *Sixti V.* id exprimitur in *Regula I.* *ibid.* n. 289.

Idque locum ſibi vindicat, ſive agatur de Officiis enumeratis in *Extravag. ad Regimen*, ſive de aliis ibidem non expreſſis. *ibid.* n. 190.

Et ita ſervatum anno 1699. *ibid.* n. 291.

Vid. V. Protonotariatus quoad Reſervationem.

Regula I. quoad V. Reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.

Beneficia eorum, qui ad Romanam Curiam accedentes, vel ab ea recedentes, moriuntur *intra duas dietas* ſunt vigore *Extravag. ad Regimen.* reſervata. Tom. 1. p. 112. num. 1.

Et quomodo id fuerit per Regulam VI. ampliatum? *Ibid.*

Reſervatio præfata locum ſibi vindicat, ſive ipſi fuerint Curiales, ſive non. *ibid.* n. 2.

Et ſive Negotia, ob quæ ad Curiam accedant, ſint Curialia, ſive non. *ibid.* n. 3.

Diſpoſitio *Extravag.* uti loquens de accedentibus ad Curiam, vel recedentibus ab ea, non procedit in *ſtantibus.* *ibid.* n. 4.

Si quis pendente acceptatione Beneficii moriatur *intra duas dietas*, Beneficium vacat *in primo.* *ibid.* n. 5.

Quælibet modica diſtantia ſufficit, ut reſervatio *Extravagantis* locum non habeat. *ibid.* n. 7.

Diſpoſitio *Cap. Præſenti, de Præb. in 6.* qua extenditur reſervatio *Cap. 2. eod. Tit.* ad Beneficia eorum, qui *intra duas dietas* decedent, comprehendit etiam Beneficia in dictis locis vacantia per Profeſſionem, contractum Matrimonii, aliumque modum civilem. *ibid.* n. 298.

Vid. V. Beneficia quoad vacationem apud Sedem, in Curia, & intra duas Dietas. V. Curia Romana.

Regula I. quoad VI. reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.

Beneficia *Curialium*, qui a Curia recedunt, & intra duas Dietas moriuntur, reſervantur ſexto loco in *Extravag. ad Regimen* Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni. T. 1. p. 112. num. 1.

Ad eos, qui non ſunt *Curiales* caſus iſte non extenditur T. 1. p. 113. n. 2.

Requiritur, ut in loco *intra duas Dietas*, in quo moritur, *Curialis* non habeat Domicilium. T. 1. p. 113. n. 3.

Si *Curialis* moriatur in Curia, nihil refert, quod habeat ibi Domicilium, nam Curialitas prævalet origini. *ibid.* n. 4.

Sed quando moritur *intra duas Dietas*, magis attenditur Domicilium, quam Curialitas. *ibid.* n. 5.

Curia Papæ ad effectum tam præſentis, quam antecedentis reſervationis, quæ dicitur? *ibid.* n. 6.

Vid. V. Beneficia quoad vacationem apud Sedem, in *Curia*, *& intra duas Dietas. V. Curia Romana.*

Regula I. quoad VII. reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.

Per promotionem ad Eccleſias Epiſcopales, & Abbatiales, vacant Beneficia per Promotos obtenta, & ſunt Apoſtolicæ Sedi *in Extravag. ad Regim.* ſeptimo loco reſervata. T. 1. p. 119. n. 1. & n. 8.

Et, an ceſſent Penſiones? *Vid. V. Penſio quoad extinctionem.*

Beneficia per Promotionem vacant ipſo jure. T. 1. pag. 46. n. 58.

Antiquitus Beneficia præfata poterant ab Ordinariis, in quorum Diœceſibus exiſtebant, conferri. Tom. 1. pag. 119. num 2.

Vacant Beneficia præfata non expectata poſſeſſione Epiſcopatus, neque conſecratione Promoti, idque de ſtylo Curiæ, non de jure. *ibid.* num. 4. pag. 137. num. 196. & 202.

Sed Beneficia Promoti ad Epiſcopatum, etiam poſt Conſecrationem, non vacant, quando Epiſcopus fructus Epiſcopatus percipere non poteſt. T. 1. p. 169. n. 239.

Stylus prædictus locum ſibi vindicat, quando Papa in Promotione decernit Beneficia vacare, alias attenditur diſpoſitio Juris. T. 1. p. 119. n. 5.

Solet tamen vacationis Decretum in omnibus Literis Proviſionum Epiſcopalium Eccleſiarum apponi. *ibid.* n. 6. & p. 133. num. 155.

Ac inducit vacationem *in Curia.* T. 1. p. 133. n. 156.

Vid. V. Beneficia quoad vacationem apud Sedem in Curia, & intra duas Dietas.

Beneficia promoti ad Epiſcopatum non dicuntur vere vacare, nec eorum collatio ſuum ſortitur effectum, niſi poſt adeptam Eccleſiæ poſſeſſionem, aut per promotum ſteterit, quominus illam adipiſcatur. T. 1. p. 119. n. 7.

Beneficia Germaniæ, etiam vacant ipſo jure per Promotionem, & ſunt quoque reſervata vigore Concordatorum. T. 1. p. 46. n. 58. p. 120. n. 10. p. 133. n. 156.

Nec proviſis ab inferioribus Collatoribus ſuffragatur Regula *de Triennali.* T. 1. p. 120. n. 11.

Per *Extravag. ad Regimen* reſervantur Beneficia eorum, qui ad Eccleſias promoventur tam a Pontifice immediate, quam ab alio ex ejus delegatione. T. 1. p. 120. n. 17.

Hinc Beneficia illorum, qui promoventur ab *Archiepiſcopo Salisburgenſi* ad quatuor Eccleſias Epiſcopales ſibi ſuffraganeas, ſunt vigore *Extravag. & Concordatorum Germaniæ* reſervata, quia de illis non diſponit Jure ordinario, & Metropolitico, ſed Jure delegato Pontificis. *ibid.* & ſeqq. a n. 16. uſque ad 52.

Nec Beneficia præfata comprehenduntur ſub Indulto a Sede Apoſtolica eidem Archiepiſcopo elargiri ſolito conferendi Beneficia *ratione menſium tantum* ſpecialiter, aut alias generaliter reſervata. *Vid. V. Archiepiſcopus Salisburgenſis.*

Beneficia, quæ vacant per Promotionem ad Eccleſias de Jurepat. Regis Hiſpaniarum, licet ſint reſervata, providentur tamen a Papa Perſonis per Regem deſignatis nulla in Literis Apoſtolicis hujuſmodi deſignationis facta mentione. T. 1. p. 136. n. 186.

Et Papa de illis diſponit, quamvis Promotus nondum Eccleſiæ poſſeſſionem adeptus ſit, ſed ſolum Literas Apoſtolicas expedierit. *ibid.* n. 188.

Vid. Verb. Hiſpania.

Per Promotionem ad Epiſcopatum, an vacent Beneficia, Dignitates, & Commendæ Ordinum Militarium, etiam S. Joannis Hieroſolymitani. *Vid. V. Ordines Militares.*

Beneficia vacantia per Promotionem non vacant *apud Sedem* ſtricte ſumtam, ſed *in Curia*, ubi fit actus Promotionis. *ibid.* n. 189.

Dicuntur tamen vacare *apud Sedem* largo modo ſumtam. *ibid.* n. 190.

Conceſſa Epiſcopo præventiva Beneficiorum retentione, adhuc ea remanet vigore *Extrav.* reſervata. T. 1. p. 120. n. 16. p. 124. n. 50. p. 132. n. 143. p. 136. n. 192. & 195. p. 137. n. 207. & 225.

Beneficia, quorum retentio conceſſa fuit Epiſcopo, etiamſi vacent *in partibus*, dicuntur vacare *in Curia*, nec comprehenduntur ſub Indultis Cardinalium reſtrictis ad Beneficia vacantia *extra Curiam.* T. 1. p. 136. n. 191. & p. 137. n. 205.

Et redduntur rationes. Tom. 1. pag. 136. a n. 192. uſque ad n. 203.

Contrarium, quod Beneficia Promoti cum præventiva eorum retentione *extra Curiam* decedentis, vacent *in partibus*, & non in *Curia*, & comprehendantur ſub Indultis Cardinalium. Redduntur rationes, & explicantur contrariæ Auctoritates. T. 1. p. 124. n. 52. p. 137. & ſeqq. a n. 206. uſque ad n. 222.

Sed prior ſententia ſequenda, quia a temporibus *Clementis X.* in Decreto retentionis Beneficiorum, quæ Epiſcopis indulgetur, expreſſe dicitur, quod Beneficia vacent *eo ipſo, ſuſpenſo vacationis effectu uſque ad obitum.* T. 1. p. 124. n. 51. p. 138. n. 223.

Refertur Formula ſuprad. Decreti. Tom. 1. pag. 138. numer. 224.

Decretum præfatum operatur, ut Beneficia, quorum retentio conceſſa fuit, ſint reſervata ex vacatione *apud Sedem*, etiamſi Epiſcopus in partibus deceſſerit, *nec* conferri poſſint a Cardinali Indultario. T. 1. p. 124. num. 49. p. 133. n. 155. p. 138. n. 223.

Indulta Promoto ad Epiſcopatum retentione Beneficiorum ad certum tempus, vacant illa per Promotionem, nec comprehenduntur ſub Indulto Cardinalium. T. 1. p. 138. n. 226. 227. & ſeqq.

Vid. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.

Uſus concedendi Promotis ad Eccleſias Epiſcopales retentionem Beneficiorum, quæ obtinent, a quo tempore initium ſumpſerit? T. 1. p. 133. n. 157.

Priſcis temporibus retentio non concedebatur, niſi ad certum tempus. *ibid.* n. 164.

In Oriente pariter Beneficia Promotorum ad Epiſcopatus, etſi tenues, & pene deſtructos, vacabant eo ipſo. *ibid. ibid.* n. 158.

Et quis primus ex Pontificibus retentionem indulſerit? *ibid.* n. 159.

Promotis ad Eccleſias Epiſcopales de facili indulgeri ſolet retentio Beneficiorum compatibilium. *ibid.* n. 160.

Sed, quoad Beneficia reſidentialia, Canonicatus nempe, & Dignitates in Cathedralibus, & Collegiatis eadem non ubique eſt praxis. *ibid.* n. 161.

In Hiſpaniis, Italia, & Luſitania, retentio hujuſmodi indulgeri non conſuevit. *ibid.* n. 162.

Et quid in Gallia, Germania, & Polonia? *Vid. V. Gallia. V. Germania. V. Polonia.*

Retentio Beneficiorum Promotis ad Eccleſias Epiſcopales ſemper datur, vel ante, vel in ipſo actu Promotionis, nunquam vero poſt Promotionem, & de ratione. T. 1. p. 137. n. 199.

Indulta promoto ad Epiſcopatum retentione Beneficiorum compatibilium in genere, conceſſa etiam cenſetur retentio Penſionis, quamvis ſuper Beneficio de Jurepatr. laicali impoſitæ. T. 1. p. 135. n. 180.

Sub Decreto retentionis Beneficiorum obtentorum Promotis conceſſæ, non comprehenduntur Beneficia de Jurepatronatus laicali. *ibid.* n. 178.

Contrarium de jure verius. *ibid.* n. 179.

Sed prior ſententia hodie ſequenda, ſi Pontifici expreſſa non fuerint Beneficia de Jurepatronatus laicali, *ibidem* n. 182.

Et quid dicendum, ſi Beneficia ſint de Jurepatronatus Regio, aut ſuper illis impoſita reperiatur Penſio favore promoti? *ibid.* n. 181.

Pontifex decernendo Beneficia Jurispatr. laicalis non vacare per Promotionem, neceſſe non eſt, quod Patronorum juri deroget. T. 2. p. 228. n. 39.

Tranſlatus de una ad aliam Eccleſiam nova non indiget gratia retentionis obtentorum, ſed prima ei conceſſa in Promotione ad priorem Eccleſiam ſuffragatur. Tom. 1. p. 136. n. 183.

Contrarium, quia diſpenſatio eſt ſtricti juris, & in tranſlatione ad aliam Eccleſiam ceſſare poteſt cauſa illa, ob quam indulta fuit in promotione ad primam. *ibid.* n. 184.

Et ita in praxi ſervatur. *ibid.* n. 185.

Regula I. quoad VIII. reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.

Reſervantur octavo loco *in Extravag. ad Regimen* Beneficia vacantia per aſſequutionem aliorum incompatibilium, quæ Apoſtolica auctoritate conferuntur. T. 1. pag. 147. num. 3.

Reprobatur

Reprobatur *Burſat*, qui cenſet, Auctorem reſervationis præfatæ fuiſſe *Clementem VI.* T. 1. p. 147. n. 1.

Et oſtenditur eamdem in Auctorem agnoſcere *Joannem XXII.* ibid. n. 3.

Reſervatur vigore *Extravag.* Beneficium vacans per aſſequutionem alterius incompatibilis, ſive a Papa, ſive ab alio auctoritate Apoſtolica conferatur. Tom. 1. pag. 162. n. 179.

Etiamſi poſſeſſio ſecundi incompatibilis adipiſcatur in menſe ordinario. T. 1. p. 163. n. 184.

Sed in Germania requiritur, quod Proviſio ſecundi, fiat immediate a Papa. T. 1. p. 162. n. 175.

Beneficium tamen, quod vacat per aſſequutionem alterius incompatibilis ordinaria auctoritate collati, non eſt vigore *Extravag.* reſervatum. ibid. n. 173.

Poteſt tamen eſſe reſervatum vigore *Regulæ IX.* ſi poſſeſſio ſecundi adipiſcatur in Menſe Apoſtolico. ibid. n. 176. 178. p. 163. n. 184.

Vid. V. Regula XI. quoad Beneficia, quæ illius reſervationi ſubjacent.

Et auctoritate Ordinaria collatum dicitur Beneficium, de quo Epiſcopus diſponit vigore Indulti conferendi Beneficia reſervata. T. 1. p. 162. n. 174.

Beneficium vacans per aſſequutionem alterius incompatibilis a Cardinali Epiſcopo non uti ordinario, ſed vigore Indulti, collati, ſubjacet reſervationi *Extravag. ad Regimen.* Et redditur ratio. ibid. n. 180. & ſeqq.

Et, an poſſit ab eodem Cardinali vigore ſui Indulti conferri? *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*

De Indultis, ſeu diſpenſationibus Apoſtolicis concedi ſolitis pro retentione plurium Beneficiorum incompatibilium. *Vid. V. Beneficia incompatibilia quoad Apoſtolicam diſpenſationem ea infimul retinendi. V. Regula I. quoad VII. Reſervationem contentam in Extrav. ad Regim.*

Regula I. quoad reſervat. Benefic. de quibus contra Conc. Trid. Decreta, vel contra eorumdem formam per Ordinarios diſpoſitum fuerit.

Beneficia, de quibus Ordinarii Collatores diſponunt contra Decreta Concilii, vel contra formam Decretorum illius, ſunt per Regulam I. reſervata. Tom. 1. pag. 168. n. 1.

Hujuſmodi Reſervationes, Regulæ additæ fuerunt a *Sixto V. & Gregorio XIV.* ibid. n. 2.

Tunc dicitur conferri Beneficium *contra Decreta Concilii*, quando in iiſdem denegatur poteſtas conferendi. ibidem n. 4.

Et quamplurima recenſentur exempla. ibid.

Regulæ reſervatio locum non habet, quando Ordinarius contulit per errorem, ſeu per ignorantiam probabilem. ibid. n. 6.

Vel quando proviſus fuit *Annalis* Poſſeſſor, nam tunc potuit intervenire diſpenſatio. ibid. n. 7.

Regula non procedit in collationibus expletis contra Statuta particularia Eccleſiæ. ibid. n. 8.

Quis dicatur providere *contra formam Decretorum Concilii?* ibid. n. 9.

Parochiales collatæ non ſervata forma Concilii, ſunt Apoſtolicæ Sedi reſervatæ. ibid. n. 11.

Et ad hanc reſervationem reſpexit *Regula I.* ibid. n. 10.

Reſervatio locum non habet in præjudicium inferioris Collatoris, vel Patronorum Eccleſiaſticorum, ſi Epiſcopus formam a Concilio præſcriptam non ſervaverit. ibid. n. 5. & 12.

Intellige, ſi Patroni non fuerint in culpa, ſecus ſi nominationem intra legitimum tempus, aut non fecerint, aut minus legaliter expleverint. Tom. 1. pag. 169. n. 13. 14. & 15.

Si Parochialis ſit de Jurepatr. Eccleſiaſtico, & facta præſentatione in tempore, Epiſcopus diſtulerit intra duos Menſes inſtituere, intrat reſervatio vigore Regulæ. T. 1. p. 171. n. 38.

Datur tamen optio Patronis recurrendi ad Epiſcopum viciniorem, vel ad Metropolitanum, aut ad Papam. ibid. num. 39.

Vid. V. Parochiales quoad devolutionem.

Regulæ reſervatio locum habet etiam in unionibus expletis *contra*, vel *præter formam Decretorum Concilii*, & redditur ratio. T. 1. p. 172. n. 42. & 43.

Unio Beneficii ſecularis Eccleſiæ Regulari facta ſine legitima cauſa, & ſollemnitatibus, dicitur facta *contra Concilium*, & Beneficium remanet reſervatum. T. 1. p. 168. n. 4.

Beneficia per Ordinarios Seminariis unita contra formam a Concilio Tridentino præſcriptam, remanent vigore Regulæ reſervata. Et de ratione. Tom. 1. p. 172. n. 41. 42. & 43.

Vid. V. Parochiales quoad Concurſum, & prælectionem.

Regula I. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium per Extravag. Execrabilis de Præbend.

Reſervantur in *Extravag. Execrabilis* per Regulam I. renovata Beneficia eorum, qui duo incompatibilia eodem tempore retinere præſumunt. T. 1. p. 164. n. 1. & 2.

Redditur ejuſdem Reſervationis ratio. ibid. num. 3. p. 166. n. 31.

Reſervatio præfata, an locum habeat in Beneficiis ſolum curatis? T. 1. p. 164. n. 4.

Ex diſpoſitione Concilii Tridentini procedit, ſive Beneficia ſint curata, ſive non. ibid. n. 5.

In terminis *Extravag. Execrabilis* utrumque Beneficium reſervatum videtur. Et redditur ratio. Tom. 1. pag. 166. n. 36. & 37.

Intellige, quando ſecundum collatum fuit auctoritate Apoſtolica, ſecus ſi Ordinaria, quo caſu poſterius tantum erit reſervatum. ibid. n. 38 & 39.

Et in his terminis procedit *Regula I.* Cancellariæ, qua *Extravag. Execrabilis* diſpoſitio renovatur. T. 1. pag 167. n 40.

Reſpondetur argumentis contrariis, & declarantur Doctores. ibid. n. 41. 42. 43.

Proviſus de ſecundo Beneficio incompatibili, tenetur ſtatim in manibus Ordinarii dimittere primum. T. 1. p. 164. n. 6.

Unde ceſſat antiqua quæſtio ſuper intelligentia verborum -- *retinere contenderis* -- quæ leguntur *in Cap. de Multa*, de *Præb.* ibid. n. 7.

Hodie datur tempus duorum Menſium ad dimittendum primum Beneficium. ibid. n. 8.

Vid. V. Beneficia quoad incompatibilitatem, & pluralitatem.

Vacat utrumque Beneficium, ſi proviſus de ſecundo doloſe diſtulerat illius poſſeſſionem adipiſci. ibid. n. 9.

Limita, ſi primi poſſeſſionem adeptus non fuerit. Tom. 1. p. 165. n. 10.

Execrabilitas, ut locum ſibi vindicet, requiritur dolus, ſeu culpa. ibid. n. 12.

Voluntas retinendi utrumque Beneficium non reſultat ex eo, quod quis dixerit velle reſidere in ſecundo Beneficio per bonam anni partem. ibid. n. 13.

Et excluditur, ſi proviſus de ſecundo, illius gratiam impetraverit cum Decreto dimittendi primum. ibidem numer. 14.

Impetrans Beneficium tanquam vacans vigore *Extravag. Execrabilis*, tenetur incompatibilitatem, & retentionem, ſaltem *de facto*, verificare. ibid. n. 16. & 18.

Maxime, ſi in Literis Apoſtolicis adſit clauſula *Vacato &c.* ibid. n. 20.

Amplia, etiam, ſi in Literis præfatis adſint clauſulæ *ſive præmiſſo &c.* ibid. n. 17.

Impetrans Beneficium vigore *Extravag. Execrabilis* probare tenetur, quod Poſſeſſor ſine Apoſtolica diſpenſatione utrumque indebite detineat occupatum. ibid. n. 21.

Hujuſmodi probatio, an erui poſſit ex Teſtimonio Officialium Datariæ, quod in illius Regeſtris Diſpenſatio adnotata non reperitur? *Vid. V. Beneficia quoad incompatibilitatem, & pluralitatem.*

Et relevatur poſſeſſor ab onere titulum præfatum exhibendi. ibid. n. 22.

Maxime ſi fuerit poſſeſſor *Decennalis*, & multo fortius *Vicennalis*, cum tanti temporis poſſeſſio faciat Titulum præſumere. ibid. n. 24.

Contrarium, quod obtinens duo Beneficia incompatibilia, tenetur ad excludendum impetrantem, exhibere diſpenſationem Apoſtolicam, & redditur ratio. T. 1. p. 166. n. 26. 27. 28. & 29.

Poſſeſſor Beneficiorum incompatibilium, etiam Triennalis, tenetur Ordinario petenti, legitimum retentionis Titulum juſtificare. T. 1. p. 165. n. 23. & 25. & T. 3. p. 171. n. 157. *Vid. V. Titulus in Beneficialibus.*

REGULA II.

Quoad reſervationem Eccleſiarum Cathedralium, & Monaſteriorum virorum val. annuum 200. floren. auri exceden.

Eccleſiæ Cathedrales, & Monaſteria Virorum, quæ excedunt annuum valorem 200. flor. auri, dum vacant, ſive in *Curia*, ſive *extra eam*, ſunt Apoſtolicæ Sedis diſpoſitioni reſervata. T. 1. p. 175. n. 1. p. 197. n. 6.

Et Florens quid importet? *Vid. V. Florenus.*

In

In antiquis Regulis legebatur *ſpecialiter reſervavit*, ſed a temporibus *Pauli III.* legitur *generaliter reſervavit*. T. 1. p. 176. n. 9. p. 204. n. 73.

Exponuntur origo, & rationes Reſervationis Eccleſiarum Cathedralium & Monaſteriorum præfatorum. T. 1. p. 197. n. 3. p. 200. n. 36. 37. 38. 39. & 40.

Regula non eſt odioſa, quia per eam fit reditus ad jus commune, ad cujus tramites proviſio Eccleſiarum Epiſcopalium, aliarumque Dignitatum majorum ſpectabat ad Papam, ex cujus indulgentia jus eligendi Prælatum Capitulis, & Canonicis elargitum fuit. T. 2. p. 175. n. 1. & 3.

Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales. V. Epiſcopus quoad promotionem.

Regula dum reſervat Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria, ſive *in Curia*, ſive *extra* vacantes, eſt ampliativa *Extrav. ad Regimen*, quæ ſolum ea reſervat dum vacant *apud Sedem.* T. 1. p. 199. n. 30.

Et ideo non eſt ſuperflua. *ibid* n. 31.

Referuntur diverſæ DD. Sententiæ circa Auctorem hujus Regulæ. T. 1. p. 176. n. 7.

Priſcis temporibus Eccleſiarum Cathedralium, & Monaſteriorum reſervatio non erat in Regula, prout hodie, abſolute concepta, ſed cum clauſula -- *quoties Pontifices ea ſibi voluerint* -- *ibid.* n. 8. & p. 204. n. 67. T. 2. p. 146. n. 7.

Proindeque electiones ad Cathedrales, & Monaſteria a Pontificibus aliquando Capitulis permiſſæ, Regulæ obſervantiam non infringebant. T. 1. p. 176. n. 10. p. 204. n. 68. 69.

Reprobatur *Mandoſ.* qui exiſtimat, quod Clauſula præfata -- *quoties &c.* nil operabatur. T. 1. p. 204. n. 74. & 75.

Eccleſiæ Epiſcopales, & Monaſteria, non cenſebantur vigore dictæ clauſulæ reſervata, niſi Papa expreſſe declaraſſet, quod reſervatione uti volebat. *ibid.* n. 72.

Et ſtante clauſula præfata, poterant Canonici Epiſcopum, vel Monaci Abatem eligere, ſi Eccleſia, vel Monaſterium vacaſſent Sede Apoſtolica vacante. *ibid.* n. 76.

Vel ſi ante eorum diſpoſitionem Papa deceſſiſſet. *ibid.*

Reſervatio Eccleſiarum Cathedralium, & Monaſteriorum, hodie eſt realis infixa Eccleſiis, & Monaſteriis, proindeque ſemper durat, etiam poſt obitum Pontificis, & poſtquam Regulæ Cancellariæ ceſſaverint. T. 2. p. 147. n. 14. & 15.

Idque ad majorem cauthelam expreſſum fuit in *Regula XI.* Cancellariæ. T. 1. p. 146. n. 7.

Monaſteria per hanc Regulam reſervata, dicuntur Monaſteria Conſiſtorialia, quia Papa de illis Conſiſtorialiter diſponit per viam Schedulæ. Tom. 1. pag. 197. n. 4. & 9. *Vid. V. Monaſteria Conſiſtorialia.*

Regulæ diſpoſitio generaliter loquitur de omnibus Monaſteriis præfatum valorem excedentibus; quamvis non ſint taxata in libris Cameræ. *ibid.* n. 16.

Locum habet in Monaſteriis, quæ Conventu carent, vel ſi Conventum habent, ſolita ſint commendari. Tom. 1. p. 198. n. 18.

Contrarium, quod Regula comprehendat etiam Monaſteria Conventum habentia, & electiva, quamvis ſolita non fuerint commendari, dummodo in Titulum perpetuum conferantur. *ibid.* n. 19. & p. 206. n. 93.

Et referuntur hujuſmodi ſententiæ fundamenta. T. 1. p. 198. n. 20. & ſeqq.

Quoad Monaſteria tamen electiva ſolum locum habere poteſt in *Lotharingia.* T. 1. p. 206. n. 91.

Verum nec in *Lotharingia* hodie locum amplius ſibi vindicat, ob Indultum nominandi ad illius Regionis Monaſteria Regi Galliarum conceſſum a Clemente XII. *Vid. V. Rex Galliarum.* †

Regula non afficit Monaſteria de Jurepatronatus laicorum. T. 1. p. 199. n. 33.

Nec Monaſteria, quibus præficiuntur Abbates Triennales, ne proviſus a Papa per Inferiores removeatur. Tom. 1. p. 206. n. 90.

Minuſque Monaſteria Germaniæ, in quibus vigore Concordatorum viget adhuc jus eligendi Abates. T. 1. p. 207. num. 98.

Vid. V. Beneficia Conſiſtorialia. V. Electio, Electus. V. Monaſteria Conſiſtorialia.

Regula II. non derogat Privilegiis, & Indultis a Seda Apoſtolica Regibus, & Principibus conceſſis præſentandi, nominandi, aut ſupplicandi ad Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria. T. 1. p. 193. n. 131.

Et de Indultis præfatis, quibus gaudent ex Apoſtolicæ Sedis benignitate Reges, & Principes. *Vid. V. Eccleſia Cathedrales V. Eccleſiæ Cathedrales in ſpecie. V. Monaſteria. V. Principes. V. Reges.*

De Eccleſiis Cathedralibus Italiæ, necnon Cathedralibus, & Monaſteriis, Galliarum, & Germaniæ quomodo Pontifices diſponant. *Vid. V. Eccleſia Cathedrales. V. Galliarum Concordata. V. Galliarum Rex. V. Germaniæ Concordata. V. Italia.*

Regula II. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium ſede Epiſcopali, vel Abbatiali vacante, uſque ad promotionem ſucceſſorum, & adeptam ab iiſdem pacificam Poſſeſſionem.

Beneficia, quæ vacant Sede Epiſcopali, vel Abbatiali vacante, ſunt vigore Regulæ II. reſervata. T. 1. p. 226. n. 1. & p. 259. n. 333.

Etiamſi Eccleſiæ Epiſcopales, ſeu Abbatiales pertineant ad Regum, & Principum nominationem, ſeu præſentationem. T. 1. p. 263. n. 374.

Dicitur reſervatio præfata ratione *temporis.* Tom. 1. p. 266. n. 2.

Eam primus induxit *S. Pius V.* ſed cum ejus morte expiravit. T. 1. p. 226. n. 3. & 4. p. 241. n. 130.

Sed *Gregorius XIII.* S. Pii Succeſſor, illam non renovavit. T. 1. p. 227. n. 5. & p. 241. n. 131.

Reſervationem hanc primus inter Cancellariæ Regulas inſeruit *Sixtus V.* qui proinde Auctor Regulæ dicitur. T. 1. p. 227. n. 6. & p. 241 n. 132.

In Regulis modernis legitur -- *uſque ad proviſionem* - ſed rectius in antiquis legebatur -- *uſque ad Promotionem Succeſſorum* --, & quare? T. 1. p. 227. n. 7.

Traduntur rationes hujuſmodi Reſervationis, quarum præcipua, ne Beneficia diuturnam patiantur vacationem. *ibid.* n. 8. & p. 260. n. 346. & 350.

Regula reſervando Beneficia uſque ad tempus adeptæ pacificæ poſſeſſionis Eccleſiæ, eſt contra jus commune, quo inſpecto, Sedes Epiſcopalis, vel Abbatialis vacare deſinit ſtatim, ac novus electus in Conſiſtorio præconizatur, aut confirmatur. T. 1. p. 259. n. 334. & 335.

Et eſt ampliativa *Extravag. Injunctæ de Election.* qua vacatio Eccleſiæ prorogata fuit uſque ad expeditionem Literarum Apoſtolicarum, earumque præſentationem Capitulo faciendam. *ibid.* n. 337.

Et a dicta *Extravag.* originem habuit hujus Regulæ diſpoſitio. T. 1. p. 260. n. 341.

Cardinales tamen nec *Extravag.* præfatæ, nec Regulæ diſpoſitioni ſubjacent, ſed ſtatim ac ſunt in Conſiſtorio præconizati, ac ante Literarum expeditionem Beneficia conferre poſſunt. *Vid. V. Card. Epiſcopus.*

Quemadmodum Epiſcopus legitime impeditus Eccleſiæ poſſeſſionem adipiſci, poteſt fructus percipere, & Beneficia conferre. *ibid.* n. 341.

Regulæ reſervatio afficit Beneficia vacantia poſt tranſlationem Epiſcopi ad aliam Eccleſiam. T. 1. p. 229. n. 27.

Et quidem a momento, quo Tranſlatus abſolvitur in Conſiſtorio a vinculo, quo priori Eccleſiæ tenebatur. *ibid.* n. 29. & ſeqq.

Vid. V. Epiſcopus quoad tranſlationem.

Regulæ reſervationi ſubjacent Beneficia, quæ ad Epiſcopum, ſi viveret, aut ſi Eccleſiæ non ceſſiſſet, aut ad aliam tranſlatus non fuiſſet, jure devoluto ſpectaſſent. T. 1. p. 242. n. 142.

Contrarium, quod ſpectet ad Capitulum, & redditur ratio. *ibid.* n. 143.

Sed a priori Sententia, quod devolutio fiat ad Papam, non eſt recedendum. *ibid.* n. 144. & ſeqq.

Intellige de Beneficiis, quæ ſunt liberæ collationis, ſecus de illis, quæ ſunt Juripatronatus obnoxia, nam illorum collatio ad Capitulum, ſeu ejus Vicarium Capitularem pertinet. *ibid.* n. 151.

Dummodo tamen Beneficia præfata non debeant ex lege fundationis conferri uni ex Conſanguineis, Concivibus, ſeu Perſonis ex certo Collegio, nam data hujuſmodi Beneficiorum devolutione Sede vacante, collatio ex tali jure, ſpectat ad Sedem Apoſtolicam vigore Regulæ. T. 1. p. 243. n. 154. & 155. *Vid. V. Capitulum Sede vacante.*

Regulæ reſarvatio afficit Beneficia, quæ ſpectant ad collationem Dignitatum Cathedralium, vel Collegiatarum, & vacantia dum Dignitates ipſæ vacant. *ibid.* n. 156.

Intellige, quando Dignitas ipſa eſt reſervata ratione *Regulæ IV.* vel alio quocumque modo ad Sedis Apoſtolicæ proviſionem ſpectet; ſecus ſi reſervata non ſit. Tom. 1. p. 263. n. 368.

Vel de Jurepatronatus laicorum exiſtat. *ibid.* n. 369.

Si Dignitas ſit reſervata, ſed provideri debeat a Papa ad nominationem alterius, Beneficia ad d. Dignitatis nominationem, aut præſentationem ſpectantia, non ſunt ea vacante, vigore Regulæ reſervata, & redduntur rationes. T. 1. p. 243. n. 159. p. 263. n. 370. & ſeqq.

Contrarium, quod adhuc ſint obnoxia reſervationi Regulæ. T. 1. p. 263. n. 375. & 376.

Ratio

Ratio Regulæ æque militat in Dignitatibus pleno jure reſervatis, ac in iis, quarum proviſio quomodo facienda ſit a Sede Apoſtolica. T. 1. p. 264. n. 377.
Et verba Regulæ uſque ad *proviſionem Succeſſorum &c.* continent quemcumque providendi modum, ſive per inſtitutionem, ſive per confirmationem, ſive per liberam collationem. *ibid.* n. 378. & 381.
Beneficia, quæ ſpectant ad collationem Abatis Monaſterii de Jurepatronatus Regio, quæque vacant tempore vacationis Sedis Abbatialis, ſunt vigore Regulæ reſervata. *ibid.* n. 382.
Regulæ reſervatio non afficit Beneficia, quæ non ſunt liberæ collationis, ſed providentur ad alterius nominationem, præſentationem &c. T. 1. p. 243. n. 159.
Nec ea, in quibus Epiſcopus ſimultaneam collationem habet cum Capitulo. Et aſſignatur ratio. *ibid.* num. 159. & 160.
Sed quare reſervata non ſint vigore Regulæ Beneficia ſimultaneæ collationis, ſint vero reſervationi obnoxia ea, quæ ſunt de collatione Dignitatis per Sedem Apoſtolicam ad alterius nominationem providendæ? Tom. 1. p. 264. n. 381.
Concluſio, quod reſervatio Regulæ non afficit Beneficia, & Præbendas ſimultaneæ collationis Epiſcopi, & Capituli, limitatur in Præbenda Pœnitentiaria, quæ, Sede Epiſcopali vacante, non poteſt a Capitulo provideri, ſed remanet vigore Regulæ reſervata, T. 1. p. 249. n. 322.
Beneficia ſimultaneæ collationis ſunt immunia a reſervatione Regulæ, etiamſi eorum collatio ſit diviſa per Turnum, & ſive vacatio contingat in Turno Capituli, ſive Epiſcopi. T. 1. p. 243. n. 161.
Intellige, ubi diviſum reperitur ſolum exercitium juris conferendi, ſecus ſi diviſio percutiat juris præfati ſubſtantiam, & proprietatem, quo caſu Beneficia in Turno Epiſcopi poſt illius obitum vacantia, ſunt vigore Regulæ reſervata. *ibid.* n. 162. 163 165.
Contrarium, quod etiamſi fuerit diviſum Jus conferendi quoad ſolum illius exercitium, Beneficia in Turno Epiſcopi vacantia poſt illius obitum, ſint vigore Regulæ II. reſervata. T. 1. p. 157 n. 199.
Sed a priori Sententia non recedendum. T. 1. p. 158. n. 306.
Ex quibus per diviſionem ſimultaneæ cenſeatur diviſe proprietas, & ſubſtantia Juris conferendi, vel ſolum nudum illius exercitium? T. 1. p. 246. n. 186.
Vid. V. Simultanea diviſio. V. Cardinales Archipresbyteri Baſilicarum Urbis, & V. Baſilica S. Joannis, Baſilica Vaticana, Baſilica S. Mariæ Majoris.
Regula II. locum non habet, quando, Sede Epiſcopali vacante, Beneficiorum collatio ad alium ſpectat, nec eſt reſervata Succeſſori. T. 1. p. 259. n. 329.
Sed ſi ad Epiſcopum ſpectaret electio, præſentatio, nominatio &c. & ad alium inſtitutio, locus eſſet reſervationi Regulæ II. *ibid.* n. 330 & 332.
Nec Capitulum, ſeu Vicarius Capitularis poſſet nominare, eligere, aut præſentare. *ibid.* n. 331.
Beneficia, quæ Sede plena vacarunt, & per Epiſcopum collata non fuerunt, obnoxia non remanent reſervationi Regulæ, ſed conferri poſſunt a Succeſſore. Tom. 1. p. 261. n. 356.
Contrarium, & referuntur Literæ Apoſtolicæ proviſionis hujuſmodi Beneficiorum tanquam de reſervatis vigore *Regulæ II.* *ibid.* n. 357.
Sed prior ſententia magis arridet. Traditur ratio, & reſpondetur contrariis rationibus. T. 1. p. 262. n. 358. & 360.
Beneficium tempore Cardinalis Epiſcopi in Menſe reſervato vacans, & ab eo dum vixit non collatum, an a Succeſſore Epiſcopo non Cardinali provideri poſſit? *ibid.* num. 361.
Beneficia vacantia Sedibus Epiſcopali ſimul, & Papali, vacantibus, non ſunt vigore Regulæ reſervata. *ibidem* n. 363.
Sed incidunt in nexum reſervationis poſt electionem novi Pontificis Regulam II. renovantis. *ibid* n. 364.
Epiſcopus jam electus, qui ante novi Pontificis creationem Eccleſiæ poſſeſſionem adipiſcitur, conferre poteſt Beneficia, quæ vacaverant Sedibus Epiſcopali, & Papali vacantibus. *ibid.* n. 366.
Refertur exemplum in contrarium. *ibid.* n. 367.
Reſervatio *Regulæ II.* locum ſibi non vindicat, ſi Collator Ordinarius gaudeat Apoſtolico Indulto excluſivo omnium, & quarumcumque reſervationum, tunc enim collatio Beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali vacante, Succeſſori reſervatur. T. 1. p. 268. n. 421.
Poteſt tamen Papa, ſi non jure reſervationis, jure tamen *præventionis* dicta Beneficia conferre. Et ita pluries ſervatum. *ibid.* n. 422.
Cardinalis Indulto gaudens conferendi Beneficia Eccleſiæ dimiſſæ in octo Menſibus Apoſtolicis, aliis quatuor Epiſcopo dimiſſis, an poſſit Sede Epiſcopali vacante Beneficia in Menſibus dimiſſis vacantia, conferre? *Vid. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia Eccleſiæ dimiſſæ.*
Nuncii Apoſtolici, an conferre poſſint Beneficia vacantia Sede Epiſcopali vacante, & vigore Regulæ reſervata? *Vid. V. Nuncii Apoſtolici.*
Et, an ad ea nominare poſſit Univerſitas Studiorum Lovanii? *Vid. V. Univerſitas Studiorum Lovanii.*
Reſervationi Regulæ II. an ſubjaceant Beneficia Germaniæ? *Vid. V. Germaniæ Concordata.*
Et quid de Beneficiis Galliarum? *Vid. V. Gallia.*
Regula II. afficit ſolum Beneficia inferiorum Eccleſiarum vacantia poſt obitum ſuorum Collatorum, ſecus Beneficia exiſtentia in Eccleſiis Urbis, quæ defunctis eorum Collatoribus, non cadunt proprie ſub reſervatione, ſed providentur a Papa jure ordinario. T. 1. p. 110. n. 283. & 284.
Hinc Cardinales Beneficia in ſuis Titulis vacantia, etiam ante adeptam eorum poſſeſſionem, conferre poſſunt T. 1. p. 260. n. 343.

REGULA III.

Beneficia, quæ reſignantur, dimittuntur, aut permutantur intra tempus vacationis, & Apoſtolicæ proviſionis aliorum incompatibilium, nec non Beneficia ipſa incompatibilia de novo collata, ſunt vigore Regulæ III. reſervata. T. 1 p 273. n. 1.
Et proviſio primi Beneficii facta ex cauſa præventæ reſignationis, dimiſſionis, aut permutationis, nec titulum coloratum tribuit. *ibid.* n. 4.
Reſervatio Regulæ III. eſt extenſio alterius inductæ per *Extravag. ad Regimen*, qua reſervantur Beneficia vacantia ob aſſequutionem aliorum incompatibilium. *ibid.* n. 1.
Exponitur ratio Regulæ. *ibid.* n. 2.
Regula agnoſcit in Auctorem *Paulum V.* eamque primus inter Cancellariæ Regulas inſeruit *Gregorius XV.* *ibidem* n. 3. & p. 275. n. 21. & 22.
Regula in ſui origine decernebat ſolum vacationem, & reſervationem Beneficii reſignati, ſed *Innocentius X.* addidit pœnam vacationis, & reſervationis ſecundi Beneficii incompatibilis obtenti. Tom. 1. p. 273. n. 5. & p. 275. num. 23.
Et *Alexander VII.* Regulæ addidit verba illa — *Salvis tamen quibuſcumque &c.* T. 1. p. 273. n. 6.
Regula eſt ſolum favorabilis in prima parte, quæ irritat reſignationem primi Beneficii. *ibid* num. 7. & pag. 278. num. 57.
Odioſa vero in ſecunda, qua decernit pœnam vacationis, *ut prius*, & reſervationis alterius Beneficii incompatibilis obtenti. Tom. 1. pag. 273. num. 8. & pag 278. n. 58 & 65.
Proindeque eſt ſtricte interpretanda, nec ex identitate rationis extendenda de caſu ad caſum. T. 1. p. 278. n. 65. p. 280. n. 84.
Regula III. concordat cum *Regula XXVI.* ſolum quoad primam ejus partem, vacationis nempe, *ut prius*, & reſervationis Beneficii reſignati. T. 1. p. 280. n 83.
Et explicatur *Quaſada*, qui indefinite aſſerit *Regulam III.* concordare cum *Regula XXVI.* & unam alteri adnecti poſſe. T. 1. p. 278. n. 55.
Regula III. in ſecunda parte, qua decernit pœnam vacationis, *ut prius*, & reſervationis ſecundi Beneficii incompatibilis obtenti, comprehendit ſolum Beneficia inferiora, non autem Epiſcopatus, Abbatias, aliaque Beneficia majora. T. 1. p. 273. n. 9. & p. 275. n. 26.
Pro dictis vero Beneficiis majoribus emanavit *Regula XXVI.* quæ loquitur de promovendis ad majores Prælaturas, & unicam decernit pœnam, vacationis ſcilicet, & reſervationis Beneficii intra tempus illarum vacationis, & promotionis reſignati, non autem Prælaturarum obtentarum vacationem. Tom. 1. pag. 274. n. 11. & ſeqq. & n. 18. *Vid. V. Regula XXVI.*
Regulas III. & XXVI. eſſe inter ſe diſtinctas, diverſoſque caſus percutere, probatur ex utriuſque Regulæ origine, ex diverſis formulis, & verbis, quibus conceptæ ſunt, & ex diverſitate rationum inter eas militantium. T. 1. p. 274. & ſeqq. a n. 15. uſque ad 69.
In Congregatione habita pro renovandis Regulis Cancellariæ ſub *Benedicto XIII.* reſolutum fuit, addendam non eſſe *Regulæ III.* expreſſionem *Abbatiarum Conſiſtorialium*, quæ extra Conſiſtorium provideri ſolent. *ibidem* numer. 10.
De diverſis formulis, quibus concipiuntur Supplicationes, quando quis provideri ſperans de ſecundo Beneficio incompa-

incompatibili, vult reſignare primum abſque incurſu in pœnam *Regulæ III.* & quando aſpirat ad Prælaturam jam vacantem, & vult reſignare Beneficium incompatibile, quod obtinet, evitando diſpoſitionem *Regulæ XXVI.* T. 1. p. 177. n. 48.

Provideri ſperans de Epiſcopatu, etiam ſi ad illum ſit examinatus, Beneficium incompatibile, quod obtinet, reſignare non prohibetur. T. 1. p. 280. n. 85.

Regula III. locum habet, etiamſi proviſio ſecundi Beneficii incompatibilis fiat ab alio, quam a Papa, de ejus tamen auctoritate. T. 1. p. 279. n. 70.

Hujuſmodi Concluſio revocatur in dubium, & declaratur in quibus terminis procedere poſſit. *ibidem* numer. 71. & 73.

Regula procedit, etiamſi reſignatio primi Beneficii incompatibilis facta fuerit bona fide, & abſque fraude imminentis Reſervationis. *ibid.* n. 74.

Fraus tamen colligitur ab eventu, maxime ſtante actuum vicinitate, reſignatione nempe primi, & Apoſtolica proviſione ſecundi Beneficii incompatibilis. *ibid.* n. 75. & p. 280. n. 82.

Regulæ III. diſpoſitio locum ſibi vindicat, quamvis Reſignans ſit incertus de obtinendo ſecundum Beneficium incompatibile. T. 1. p. 279. n. 77.

Secus, ſi ignorans illius vacationem, de eo poſt reſignationem primi provideatur. *ibid.* n. 78.

Intellige, ut ignorans vacationem ſecundi Beneficii non incurrat pœnam illius privationis juxta ſecundam Regulæ partem, non autem, ut ſubſiſtat reſignatio primi, ut in prima parte decernitur. *ibid.* n. 79. & 81.

Regula III. non impedit, quominus deputari ſperans in Coadjutorem, reſignet Beneficium incompatibile cum Coadjutoria. T. 1. p. 280. n. 83.

Amplia, etiam ſi Gratia Coadjutoriæ ſit a Papa ſignata. *ibid.* n. 88.

Aſſignantur rationes, & referuntur reſolutiones Congregationis Datariæ. *ibid.* n. 89. 90. & 91.

Regula III. ut locum habeat, requiritur, quod proviſio ſecundi Beneficii incompatibilis ſit perfecta cum ſubſequuta pacifica illius poſſeſſione. *ibid.* num. 87. & pag. 282. num. 107.

Regulæ diſpoſitio procedit, quamvis proviſio ſecundi Beneficii incompatibilis fiat auctoritate ordinaria, ſi illius poſſeſſio in Menſe Apoſtolico adipiſcatur, & quare? T. 1. p. 280. n. 92. & 93.

Contrarium, & redduntur rationes. *ibidem* num. 94. 95. & ſeqq.

Limita poſteriorem hanc Sententiam, ſi proviſus auctoritate ordinaria de ſecundo Beneficio incompatibili, teneatur neceſſario illius poſſeſſionem adipiſci in Menſe reſervato, & ponitur exemplum. Tom. 1. pag. 281. numer. 102.

Et quid, ſi agatur non de libera reſignatione primi Beneficii obtenti, ſed de reſignatione facta ex cauſa permutationis cum alio Beneficio compatibili cum eo, de quo Reſignans erat auctoritate ordinaria providendus? T. 1. p. 282. n. 103.

Concluſio, quod Regula non afficit Reſignantem Beneficium poſtea ab Ordinario de altero incompatibili proviſum, eo magis procedit, ſi Beneficium reſignatum, ſeu dimiſſum, ſit de Jurepatronatus laicorum. *ibid.* n. 104.

Sed aliter dicendum, ſi proviſio ſecundi Beneficii incompatibilis ſit expleta auctoritate Apoſtolica, & quare? *ibid.* n. 105.

Contrarium, quod Regula non comprehendit reſignantem Beneficium de Jurepatr. laicali, & poſtea auctoritate Apoſtolica proviſum de altero incompatibili. *ibidem* numer. 106.

Regula locum non habet, quando in proviſione Apoſtolica ſecundi Beneficii incompatibilis fit mentio primi reſignati intra tempus illius vacationis, & proviſionis. *ibid.* num. 108.

Sed in praxi non ſervatur, quod fiat dicta mentio, ſed ſtylus eſt, quod in reſignatione primi, exprimatur, quod reſignans *provideri ſperat* de alio Beneficio incompatibili. *ibid.* n. 109.

Reſignationes Beneficiorum cum dicta clauſula, quod *Reſignans provideri ſperat de alio incompatibili*, olim erant *magnæ gratiæ*, & raro admittebantur. *ibid.* n. 110.

Et hæc erat praxis, quæ vigebat Regnantibus *Alexandro VIII. Innocentio XII.* & *Clemente XI.* *ibid.* n. 111.

Et referuntur nonnulla exempla. *ibid.*

Paſſim tamen admittuntur Reſignationes cum dicta clauſula, quando Reſignans primum Beneficium *provideri ſperat* de ſecundo incompatibili auctoritate ordinaria; Vel quando primum Beneficium eſt de Jurepatr. laicorum. Et referuntur exempla. *ibid.* n. 112.

Refertur caſus ſingularis reſignationis Parochialis admiſſæ cum clauſula, quod *Reſignans provideri ſperabat* auctoritate ordinaria de Beneficio incompatibili Juriſpatronatus laicorum. T. 1. p. 282. n. 113.

Reſignatio Beneficii reſervati, ſeticita reſervatione, expleta intra tempus vacationis, & proviſionis alterius incompatibilis ordinaria auctoritate factæ, ſubjacet cenſuræ Regulæ, & quare? T. 1. p. 283. n. 116. & 117.

Pontifices, licet paſſim admittant Reſignationes Beneficiorum, quæ ſunt reſervata, id tamen procedit in terminis reſignationis ſimplicis, ſecus quando reſignatio fit ab iis, qui *provideri ſperant* de aliis Beneficiis incompatibilibus. *ibid.* n. 118.

Et aſſignantur geminæ rationes differentiæ. *ibid.* num. 119. & 120.

Vid. V. Regula XXVI.

REGULA IV.

Regula IV. agnoſcit in Auctorem *Joannem XXIII.* Tom. 1. p. 186. n. 3.

Et reprobantur DD. qui exiſtimant Auctorem Regulæ fuiſſe *Innocentium III.* vel *Paulum II.* *ibid.* n. 1. & 4.

Regula IV. munita reperitur Decreto irritanti, uſque ab anno 1655. T. 1. p. 339. n. 56.

Regula IV. quoad reſervationem dignitatum poſt Pontificales majorum in Cathedralibus.

Regula reſervat Dignitates poſt Pontificales Majores in Cathedralibus. T. 1. p. 186. n. 5.

Et hæc eſt reſervatio ratione *Rei.* *ibid.*

Ratio hujus reſervationis quæ proprie ſit? *ibidem* numer 6.

Sed præter reſervationem Dignitatibus majoribus a Regula IV. inflixam, ſubjacent illæ etiam reſervationi *Regulæ IX.* ſi vacent in Menſibus reſervatis. Tom. 1. p. 194. n. 53.

Necnon reſervationi ex familiaritate Cardinalitia, ſi vacent per obitum familiarium Cardinalium. T. 1. p. 341. num. 73.

Reſervatio Regulæ tam quoad Dignitates majores in Cathedralibus, quam principales in Collegiatis, locum non habet Sede Apoſtolica vacante. T. 1. p. 295. n. 31.

Contrarium verius, & redditur ratio. *ibid.* n. 33. Tom. 3. p. 116. n. 348.

Amplia, etiamſi Dignitates præfatæ fuerint Curatæ, nec earum reſpectu procedit diſpoſitio *Cap. Si Apoſtolica, de Præben. in 6.* T. 1. p. 296. n. 35. *Vid. V. Parochiales quoad Reſervationes.*

Proviſus ab Ordinario Sede Apoſtolica vacante de Dignitatibus prædictis, an teneatur fructus perceptos reſtituere? T. 1. p. 9. n. 77.

Regula eſt odioſa, & ſtricte intelligenda. Tom. 1. p. 186. num. 14.

Non afficit niſi veram, & propriam Dignitatem in Collegio. *ibid.* n. 15.

Unde Archipresbyteri Rurales non dicuntur habere Dignitatem. *ibid.*

Dignitatem eſſe poſt Pontificalem majorem in Cathedrali, debet concludenter probari. *ibid.* n. 16.

Et ex quibus probatio hujuſmodi reſultet. *Vid. V. Dignitas.*

Regula irritat, & infringit contrarias conſuetudines, & poſſeſſiones. T. 1. p. 288. n. 32.

Ad effectum reſervationis Regulæ, neceſſe eſt, quod Dignitas major in Cathedrali excedat valorem decem Florenorum. T. 1. p. 294. n. 19.

Contrarium, quod exceſſus hujuſmodi ſolum requiritur pro reſervatione Dignitatum principalium in Collegiatis, & redduntur rationes. *ibid.* num. 20. 21. & p. 295. n. 22.

Reſervatio Regulæ, ut locum ſibi vindicet non requirit, quod Dignitas Juriſdictionem habeat, ſed ſufficit, quod gaudeat præheminentia. T. 1. p. 186. n. 12.

Regulæ reſervatio afficit etiam Dignitates majores in Cathedralibus Regularibus. T. 1. p. 188. n. 33.

Necnon Dignitates majores in Cathedralibus Germaniæ, etiam electivas. *ibid.* n. 33.

Vid. V. Germaniæ Concordata.

Reprobatur *Rochier* contrarium exiſtimans. *ibid.* n. 34.

Dignitates præfatæ in Germania ſunt reſervatæ vigore *Regulæ IV.* & non Concordatorum. T. 1. p. 194. n. 15. 16. & 17.

Recenſentur nonnulla Capitula Germaniæ, quæ Apoſtolico gaudent Indulto eligendi, ad Dignitates majores in Cathedralibus. T. 1. p. 288. n. 35.

Regula

Regula locum ſibi vindicat, etiamſi in Cathedrali non adſit niſi unica Dignitas. T. 1. p. 189. n. 41.
Dummodo tamen adſint in ea alia Beneficia, nam Dignitas Monocularis reſervationi Regulæ non ſubjacet. *ibid.* n. 42.
Si Dignitas poſt Pontificalem major ſit unita Capitulo, Regula locum habet in ſecunda Dignitate. *ibid.* n. 43.
Intellige, ſi unita ſit acceſſorie, ſecus ſi æque principaliter. *ibid.* n. 44.
Secunda Dignitas Cathedralis non ſubjacet reſervationi Regulæ, quando Dignitas major eſt de Jurepatronatus laicali. *ibid.* n. 45.
Sed contrarium verius. *ibid.* n. 46.
Regula non reſervat niſi unam tantum Dignitatem in Cathedrali. *ibid.* n. 47.
Si in Cathedrali adeſſent duæ Dignitates majores coæquales, ambæ eſſent reſervatæ. T. 1. p. 190. n. 48.
Probanda tamen eſſet concludenter æqualitas, cum etiam in Dignitatibus detur majus & minus. *ibid.* n. 49.
Et, an duæ Dignitates præfatæ in eadem Cathedrali dari poſſint? *Vid. V. Dignitas.*
Regulæ reſervatio afficit Dignitates majores in Cathedralibus erectas etiam poſt illius editionem. *ibid.* n. 54.
Dignitas, ut ſubjaceat reſervationi Regulæ, debet eſſe *actu* major poſt Pontificalem in Cathedrali. *ibid.* n. 55.
Et Dignitas minor erecta in Majorem ſub aliqua conditione, tempore illius vacationis nondum purificata, non ſubjacet reſervationi Regulæ. *ibid.* n. 56.
Si tamen ante proviſionem efficeretur *actu major*, eſſet Reſervationi Regulæ obnoxia. *ibid.* n. 57.
Dignitas actu major in Cathedrali, cadit ſub reſervatione Regulæ, quamvis legitima auctoritate ſit diſpoſitum, quod ſequuta illius vacatione, deſinat eſſe talis. *ibidem* num. 58.
Dignitas, quæ eſt ſecunda, vel tertia in Cathedrali, comprehenditur ſub Regula, quando eſt etiam principalis in Collegiata. *ibid.* n. 59.
Intellige, ſi Collegiata actu ſit diſtincta a Cathedrali, ſecus ſi adſit in Cathedrali Collegium, cui aliqua Dignitas minor ejuſdem Cathedralis principaliter præſit. T. 1. p. 191. n. 60.
Dignitas major in Cathedrali, vel principalis in Collegiata, ſtante etiam ſtatuto, & conſuetudine optandi, ſubjacet reſervationi Regulæ, & immunis eſt ab Optione. Et redditur ratio. *ibid.* n. 61. & 62.
Limita, ſi adſit Indultum Apoſtolicum, quod ad primam Dignitatem ſemper aſſumi debeat antiquior Canonicus abſque Ordinaria, vel Apoſtolica deputatione. *ibidem* n. 63.
Maxime, ſi Indultum diſponat, quod locus ſit Optioni, quamvis ultimus Primæ Dignitatis poſſeſſor eſſet familiaris alicujus Cardinalis. *ibid.* n. 64.
Aut, ſi concurrat obſervantia, quod nunquam prima Dignitas fuerit a Sede Apoſtolica collata. *ibid.* n. 65.
Cardinales vigore eorum Ordinarii Indulti, an conferre poſſint Dignitates in Cathedralibus majores, & principales in Collegiatis? *Vid. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
Et, an Dignitates præfatas conferre poſſint Vice-Legati Avenionenſes? T. 1. p. 188. n. 30. *Vid. V. Vice-Legatus Avenionenſis.*
Facultas conferendi Dignitates majores in Cathedralibus, & principales in Collegiatis, indiget expreſſa & individua mentione, nec cenſetur impertita per clauſulas generales *Regulæ IV.* derogatorias. Tom. 4. pag. 171. n. 6.
Apoſtolicum Indultum Duci *Albæ*, & *Cauriæ* conceſſum præſentandi ad Dignitates majores in Cathedralibus, & principales in Collegiatis, an comprehendat Decanatum Dignitatem majorem in Cathedrali *Caurien.*? Tom. 1. p. 188. n. 37.
Indulta conferendi Dignitates majores in Cathedralibus, & principales in Collegiatis revocantur per *Regulam XV.* Cancellariæ. T. 1. p. 195. n. 31.
Vid. V. Regula XV.
Et quid, ſi fuerint conceſſa in limine fundationis? *Vid. V. Regula XV.*
Reſervatio Regulæ, tacite etiam excludi poteſt in limine fundationis, quando Dignitas major in Cathedrali, vel principalis in Collegiata ex bonis laicalibus fundatur. T. 1. p. 195. n. 26.
Et ad hunc effectum non requiruntur verba ita ampla & prægnantia, quæ neceſſaria ſunt pro excluſione reſervationis *Regulæ IX.* *ibid* n. 27.
Secus, ſi Epiſcopus tanquam Executor Apoſtolicus illam erexerit cum redditibus Beneficiorum ſuppreſſorum; niſi expreſſe, & ſpecifice impertita ei fuerit poteſtas excludendi reſervationem Regulæ. Tom. 1. pag. 195. n. 28.
Nec ad hunc effectum ſufficiunt clauſulæ, licet ampliſſimæ, contentæ in Literis Apoſtolicis derogationis. *ibid* in numer. 29.
Vid. V. Reſervationum excluſio.

Regula IV. quoad reſervationem Dignitatum principalium in Collegiatis Eccleſiis.

Reſervat quoque *Regula IV.* Dignitates principales in Collegiatis Eccleſiis. T. 1. p. 293. n. 1.
Et Dignitates præfatæ ſubjacent etiam reſervationi *Regulæ IX.* ſi in aliquo ex Menſibus Apoſtolicis vacent. Tom. 1. p. 184. n. 62.
Quæ ſit Dignitas principalis in Collegiata? *Vid. V. Dignitas.*
Et ex quibus probetur Eccleſiam eſſe Collegiatam? *Vid. V. Eccleſia Collegiata.*
Regula, ad effectum ut locum ſibi vindicet, ſufficit quod Eccleſia ſit Collegiata *habitu*, licet *actu* talis non ſit. T. 1. p. 300. n. 96.
Et ſufficit probare, quod ab initio fuerit Collegiata *ibid.* n. 97.
Nec proviſiones Ordinariorum de Dignitate principali in ea exiſtente, expletæ, aptæ ſunt illius ſtatum immutare. *ibid.*
Prout, nec Proviſiones Apoſtolicæ, ſi emanaverint ex cauſa Reſignationis. *ibid.* n. 98.
Regulæ reſervatio locum habet etiam in Dignitatibus principalibus exiſtentibus in Collegiatis Eccleſiis Regularibus. T. 1. p. 304. n. 33.
Principalis Dignitas illa dicitur, quæ eſt prima inter Canonicos, licet adſit alia major cum juriſdictione quaſi Epiſcopali. T. 1. p. 293. n. 4.
Et in Collegiatis habentibus Dignitatem cum dicta Juriſdict. prout ſunt illæ *Altamuræ*, *Corpi &c.* quæ Dignitas veniat appellatione principalis, ad effectum Regulæ? *ibid.* n. 5.
Regula, ut locum ſibi vindicet, requiritur, quod Dignitas principalis excedat valorem decem *Florenorum auri*. *ibid.* num. 6.
In Regulis editis a *Joanne XXIII.* & *Martino V.* non adeſt expreſſio valoris, legitur tamen in Regulis *Sixti IV. Innocentii VIII.* & Succeſſorum. *ibid.* n. 7.
Et Florenus auri quid importet? *ibid* n. 8.
Valor decem Florenorum conſtitui, & regulari debet ex fructibus certis Dignitatis. *ibid* n. 9.
Dignitates principales in Collegiatis Germaniæ ſunt reſervatæ, etiamſi non excedant valorem decem Florenorum. T. 1. p. 291. n. 12.
Contrarium verius, & redditur ratio. *ibid.* & ſeqq. p. 294. & 295.
In Concordatis Germaniæ nil de novo diſpoſitum fuit circa Dignitates principales in Collegiatis, & majores in Cathedralibus, ſed jus eas providendi relictum fuit ſub diſpoſitione Regulæ, ad cujus proinde terminos, & non Concordatorum, Pontifex de illis diſponit. T. 1. p. 294. n. 15. 16. 17.
De Indultis conceſſis a Sede Apoſtolica nonnullis Capitulis Germaniæ eligendi ad Dignitates Principales in Collegiatis? T. 1. p. 188. n. 35.
Et, an hujuſmodi Indulta ſint revocata per *Regulam XV.* Cancellariæ? *Vid. V. Regula XV.*
Dignitates principales in Collegiatis, etſi Curatæ, ſubjacent reſervationi Regulæ. T. 1. p. 295. n. 23.
Sed immunes ſunt a Concurſu. *ibid.* n. 24.
Regulariter tamen Pontifices demandare ſolent Concurſum pro eorum animi inſtructione. *ibid.* n. 25.
Vid. V. Concurſus.
Reſervatio Regulæ, an locum habeat ſi Dignitas Principalis in Collegiata vacet *Sede Apoſtolica vacante*? & quid ſi fuerit Curata? *Vid. V. Regula IV. quoad Reſervationem Dignitatum poſt Pontificales majorum in Cathedralibus. Vid. V. Parochiales quoad Reſervationes.*
Reſervatio Regulæ, an, & quando excludi poſſit in limine fundationis? *Vid. V. Regula IV. quoad Reſervationem Dignitatum poſt Pontificales majorum in Cathedralibus.*
Erecta Eccleſia de Jurepatronatus laicali in Collegiatam, Patronus amittit Jus præſentandi ad Dignitatem principalem. *ibid.* n. 30.

Regula IV. quoad reſervationem Prioratuum, Præpoſiturarum, aliarumque Dignitatum Conventualium.

Prioratus, Præceptoriæ, & aliæ Dignitates Conventuales, ſunt vigore *Regulæ IV.* reſervatæ. T. 1. p. 302. n. 1.
In quo differt illa reſervatio ab ea contenta in *Regula II.* *ibid.* n. 2.
Regule non habet locum in Gallia, cum Regi vigore Concordatorum competat facultas nominandi ad Prioratus omnes Conventuales electivos. T. 1. p. 308. n. 80.
Et de Elencho Prioratuum omnium Conventualium in Gallia ad Regis nominationem ſpectantium. *ibidem* numer. 81.
Qui ſe fundat in hac reſervatione Regulæ, probare debet Prioratum, Præceptoriam &c. eſſe Dignitatem Conventualem. T. 1. p. 302. n. 3.
Regula intelligitur de Prioratibus, & Dignitatibus Regularium. Et de ratione. *ibid.* n. 4. & 6.
Procedit etiam in Prioratibus, qui Monachos non habent. *ibid.* n. 9.
Et in Prioratibus Regularibus dari ſolitis in Commendam. *ibid.* n. 10.
Regula ſolum afficit Prioratus, & Præpoſituras perpetuas, non autem temporales, & amovibiles ad notum Superioris. *ibid.* n. 11.
Nec Prioratus obedientiarios, etſi Conventuales. *ibidem* n. 12.
Et, an afficiat Præceptorias *S. Antonii de S. Antonio Viennen. ibid.* n. 14. & p. 303. n. 22. *Vid. V. Ordo S. Antonii de S. Antonio Viennen.*
Cardinales poſſunt vigore Indulti conferre Prioratus, Præpoſituras, aliaſque Dignitates Conventuales, licet vigore Regulæ reſervatas. T. 1. p. 303. n. 25.
Intellige, quando Dignitates præfatæ non ſunt exemtæ, ſecus ſi tales ſint. *ibid.* n. 16. & ſeqq.
Vid. V. Beneficia Regularia. V. Beneficia Regularia exemta. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata. V. Dignitas Regularis.

Regula IV. quoad reſervationem Præceptoriarum Generalium Ordinum quorumcumque.

Præceptoriæ Generales Ordinum quorumcumque, ſunt vigore Regulæ reſervatæ. T. 1. p. 309. n. 1.
Dummodo ſint eorum Ordinum qui ex proprio inſtituto Hoſpitalitati ſunt addicti, & non Ordinum militarium. *ibid.* n. 2.
Hinc Præceptoriæ Ordinum S. Joannis Hieroſolymitani, *S. Jacobi de Spatha &c.* non ſunt reſervatæ vigore Regulæ. *ibid.* n. 3.
Sunt tamen reſervatæ Præceptoriæ Ordinis, qui ab initio fuit militaris, ſed poſtea evaſit Monacalis. *ibid.* n. 4.
Vid. V. Ordines Militares. V. Ordo S. Antonii de S. Antonio Viennen. Ordo S. Spiritus in Saxia.

Regula IV. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium per obitum Familiarium S. R. E. Cardinalium.

Beneficia vacantia per obitum Familiarium DD. Cardinalium, ſunt Apoſtolicæ Sedi vigore Regulæ IV. reſervata. T. 1. p. 334. n. 1.
Et quidem reſervatione perſonali. Tom. 3. pag. 105. n. 40. p. 107. n. 69.
Familiaritas Cardinalis quomodo inducatur, probetur, & diſſolvatur, & qui ſint Cardinalium Familiares? *Vid. V. Familiares Cardinalium. Verb. Familiaritas Cardinalis.*
Reſervatio Regulæ IV. eſt præparatoria ad *Regulam XXXII.* T. 1. p. 334. n. 2.
Et eſt inducta, etiam in gratiam eorumdem Cardinalium. T. 1. p. 342. n. 84.
Beneficia Familiarium, ut ſint reſervata, neceſſe non eſt, quod eorum ſervitium ſit quotidianum, & continuum, ſed ſufficit, quod inſerviant horis, & temporibus competentibus. T. 1. p. 351. n. 184.
Verbum *continue*, quod in Regula legitur, non judaice, ſed civili modo intelligi debet, & *continue* dicitur ſervire, qui inſervit horis, & temporibus competentibus. *ibid.* n. 184. & p. 352. n. 194.
Nec proinde requiritur ad effectum reſervationis ſervitium quotidianum, & continuum. T. 1. p. 352. n. 185.
Ex Conſtitutione XIX. *Gregorii XIV.* & LVIII. *Pauli V.* Beneficia Familiarium reſervantur Pontifici, tam ſi *apud Sedem*, quam ſi *extra Curiam* vacent, & quamvis ad alterius Cardinalis collationem, vel diſpoſitionem pertineant. T. 1. p. 334. n. 3. & 5. & p. 336. n. 21. & 22. p. 349. n. 160.
Et Regulæ Cancellariæ ſuper familiaritate, redactæ fuerunt ad terminos earumdem Conſtitutionum. T. 1. p. 334. n. 9. & p. 336. n. 23.
Dumque a novis Pontificibus renoventur, cenſentur renovatæ cum conditionibus in dictis Conſtitutionibus inſertis. T. 1. p. 334. n. 10.
Beneficia Familiarium conferri non poſſunt a Cardinali Ordinario Collatore, quamvis Indulto gaudeat conferendi Beneficia reſervata. T. 1. p. 335. n. 11.
Niſi Indultum præfatum facultatem impertiatur conferendi etiam Beneficia Familiarium. *ibid.* n. 12.
Eaque ad Pontificis ſpectant diſpoſitionem, quamvis Cardinalis ſit Ordinarius Collator, & Patronus. *ibid.* n. 12. p. 337. n. 30. & 31.
Amplia, quamvis favore Cardinalis Patroni ſimul, Ordinarii Collatoris, concurreret longæva, & immemorabilis obſervantia. T. 1. p. 338. n. 46. & ſeqq.
Et ita reſolutum a Congregatione particulari. T. 1. p. 335. n. 13.
Beneficia Familiarium Cardinalium ſunt Pontifici reſervata, tametſi ſpectent ad collationem Cardinalis Titularis. T. 1. p. 340. n. 71.
Et, an in proviſione illorum a Sede Apoſtolica facienda, requiratur conſenſus Cardinalis Titularis? *Vid. V. Cardinales Titulares. Verb. Regula XXXII. Verb. Regula XXXIII.*
Reſervationi Regulæ ſubjacent etiam Parochiales vacantes per obitum Familiarium DD. Cardinalium. T. 1. p. 341. n. 72.
Item, Dignitates majores poſt Pontificalem in Cathedralibus, & Principales in Collegiatis. *ibid.* n. 73.
Non afficit tamen Regula Beneficia de Jurepatronatus laicorum. *ibid.* n. 74.
Nec juxta opinionem *Card. de Luca* Beneficia de Jurepatronatus Eccleſiaſtico. *ibid.* n. 75.
Sed reprobatur hæc opinio. *ibid.* n. 76. & 77.
Afficit Regula, etiam Beneficia obtenta ante familiaritatem. *ibid.* n. 78. T. 3. p. 123. n. 300. p. 124. n. 314.
Eorumque reſervatio non extinguitur per diſſolutionem familiaritatis. T. 1. p. 341. n. 79. & p. 343. n. 97.
Beneficia tamen obtenta poſt diſſolutam familiaritatem, non ſubjacent reſervationi Regulæ? T. 1. p. 341. n. 79.
Nec Beneficia obtenta per eum, qui receptus fuit inter familiares *Sede Apoſtolica vacante*, & eadem vacatione durante, deceſſit. *ibid.* n. 80.
Beneficia illius, qui pluribus Cardinalibus ſucceſſive inſervit, unicæ tantum ſubjacent reſervationi; cum multiplicitas familiaritatis reſervationem non multiplicet. *ibid.* n. 79. T. 3. p. 112. n. 120. p. 115. n. 163.
Regula reſervat etiam Beneficia ad quæ Familiaris Cardinalis jus *ad rem* habeat. T. 1. p. 341. n. 81.
Reſervatio Regulæ, ut locum ſibi vindicet, requirit familiaritatem ſaltem quadrimeſtrem, prout eam requirit *Regula XXXII.* *ibid.* n. 82.
Et aſſignatur ratio. *ibid.* n. 83. & ſeqq.
Contrarium, quod ſufficiat defunctum per modicum tempus fuiſſe familiarem. Et redduntur rationes. *ibid.* n. 83. & T. 3. p. 128. n. 400.
Niſi, quis narraverit Pontifici familiaritatem ad certum tempus reſtrictam, quo caſu eam probare tenetur. Tom. 1. p. 342. n. 88.
Refertur Reſolutio Congregationis particularis de anno 1678. quod neceſſaria non ſit ad effectum reſervationis familiaritas quadrimeſtris. *ibid.* n. 89.
Maxime, ſi Cardinalis Patronus eſſet defunctus, & quare? *ibid.* n. 91. & p. 343. n. 92. 93. & 94.
Et reſpondetur diſpoſitioni *Regulæ XXXII.* requirentis in ſuo caſu familiaritatem quadrimeſtrem. Tom. 1. p. 343. n. 95.
Familiaritas, ad effectum Reſervationis, debet concludentiſſime probari. *ibid.* n. 98.
Secus, quando agitur ad effectum juſtificationis gratiæ, vel expediendi Literas Apoſtolicas *gratis.* *ibid.* n. 99.
Et quomodo probetur? *Vid. V. Familiaritas Cardinalis, & V. Familiares Cardinalium.*
Familiaritas ad effectum *Regulæ IV.* reſpicere debet Perſonam Cardinalis uti Cardinalis, non Perſonam Cardinalis uti Epiſcopi, Abbatis &c. *Vid. V. Familiares Cardinalium.*
Regulæ reſervatio locum ſibi vindicat, etiam reſpectu Beneficiorum, quæ obtinent Subfamiliares Cardinalium, ii nempe, qui ſerviunt eorum familiaribus, dummodo Cardinalis expenſis vivant. T. 1. p. 350. n. 172.
Beneficia vacantia per obitum Familiaris, qui per modicum tempus alteri inſervierat, ſubjacent Reſervationi Regulæ IV. quia non cenſetur diſſoluta familiaritas. Tom. 3. p. 125. n. 334.

Quemad-

Quemadmodum, & vacantia per obitum Familiaris, qui familiaritatis tempore alteri Magnati etiam inſervierat. T. 3. p. 125. n. 349.
Vid. V. Familiares Cardinalium.

Regula IV. quoad reſervationem Beneficiorum Familiarium Papæ.

Beneficia Familiarium Papæ, ſunt reſervata reſervatione perſonali. T. 1. p. 317. n. 1.
Qui ſunt Papæ familiares, & quomodo familiaritas probetur? *Vid. V. Familiares, & Familiaritas Papæ.*
Familiaritas Pontificis, etſi ficta, reſervationem quoque inducit, & Ordinarios excludit a collatione Beneficiorum, quæ ficti familiares Papæ obtinebant. T. 1. p. 318. n. 22. 24. p. 324. n. 84. p. 326. n. 112.
Reſervationi Regulæ ſubjacent, etiam Beneficia obtenta per Familiares Familiarium Pontificis. T. 1. p. 324. n. 80. p. 328. n. 144.
Et ſic Beneficia familiarium Auditorum Rotæ, qui ſunt vori Pontificis familiates. T. 1. p. 318. n. 145.
Maxime, ſi Familiares Familiarium Pontificis, fuerint agniti in Familiares ipſius Pontificis. Tom. 1. pag. 324. n. 91. & 92.
Diſtinguitur inter illos Subfamiliares, qui deſignantur a Pontifice, illiuſque expenſis vivunt, & alios qui vivunt expenſis Familiaris; ut Beneficia, quæ obtinent primi, ſint vigore Regulæ reſervata, ſecus ea, quæ obtinent ſecundi. ibid. n. 81. p. 328. n. 146 147.
Si Pontifex aſſignaret alimenta ſuo familiari pro ſe, & duobus Subfamiliaribus, & Familiaris plures, quam duos retineret, nullius horum Subfamiliarium Beneficia eſſent reſervata. T. 1. p. 328. n. 149.
Beneficia Familiarium eorum, qui ſunt Familiares Pontificis ex Privilegio, non ſunt obnoxia reſervationi Regulæ. ibid. n. 150.
Reſervatio ex capite familiaritatis Pontificis, an locum ſibi vindicet in terminis Concordatorum Germaniæ? *Vid. Verb. Germaniæ Concordata, V. Protonotariatus quoad reſervationem. V. Regula I. quoad IV. reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.*
Reſervatio ex capite familiaritatis Pontificiæ, non extinguitur per obitum Papæ. T. 1. p. 329 n. 161.
Sed in terminis Concordatorum Germaniæ, Beneficia Familiarium Papæ poſt illius obitum non remanent reſervata, neque affecta. ibid. n 164.
Contrarium, aſſignatur ratio, & reſpondetur Deciſioni 13. cor. *Mohedano.* ibid. n. 166. 167.
Familiaritas multiplicata, non multiplicat reſervationes; ſicque licet quis ex pluribus Officiis pluries efficiatur familiaris Papæ, adhuc ejus Beneficia unicæ ſunt reſervationi obnoxia. T. 1. p. 104. n. 180. & 189.
Beneficia reſervata ex familiaritate Pontificia, an conferri poſſint a Cardinalibus vigore Indulti? *Vid. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*

REGULA V.

Reſervat *Regula V.* Beneficia *Collectorum*, *& unicorum Subcollectorum.* T. 1. p. 360. n. 1.
Et Reſervatio hujuſmodi eſt *perſonalis.* ibid. n. 2.
Exponuntur rationes ſuper quibus fundatur Regulæ diſpoſitio. ibid. n. 6. & 7.
Beneficia *Collectorum* ſunt reſervata, etiam in eadem Provincia, vel Diœceſi, plures eodem tempore adeſſent Collectores. ibid. n. 8.
Verbum *Unicorum*, quod legitur in Regula, refertur ad Subcollectores, non ad Collectores. ibid. n. 9.
Quemadmodum ſimile verbum *Regulæ LVI.* adjectum, ad ſolos Subcollectores refertur. ibid. n. 10.
Regula æque loquitur de Collectoribus Provinciarum, ac Civitatum, & Diœceſum. ibid. n. 12.
Et ſive deputentur a Papa, ſive a Cardinali Camerario. T. 1. p. 361. n. 13.
Reſpondetur abſurdo, quod ex pluralitate *Collectorum* in eadem Civitate, vel Diœceſi, omnia Beneficia poſſent remanere reſervata in præjudicium Ordinarii. ibid. numer. 14.
Reſervatio Regulæ non afficit Beneficia Notariorum, ſeu *Actuariorum* Subcollectoribus inſervientium. ibidem numer. 16.
Reſervatio Regulæ, ut Beneficia Subcollectoris afficiat, requirit, quod Subcollector ipſe ſit *unicus* in Diœceſi, & cum omnimoda Juriſdictione deputatus. ibid. n. 17. p. 365. n. 65.
Aſſignatur ratio, cur ad effectum reſervationis requiratur *Riganti in Reg. Cancellaria.* Tom. IV.
Unicitas in Subcollectoribus, & non in Collectoribus. T. 1. p 361. n 19.
Si plures Subcollectores, ſucceſſive unus poſt alium, in eadem Civitate, vel Diœceſi deputentur, omnium Beneficia erunt reſervata. ibid n. 18.
Subcollector deputatus in aliqua Diœceſi dicitur *Unicus*, etiamſi adſit Collector generalis in Provincia. ibidem numer 20.
Reſervationi Regulæ ſubjacet Beneficium illius, qui fuit deputatus Subcollector pro ſola Civitate, & Diſtrictu, non autem pro tota Diœceſi. Et redditur ratio. ibidem n. 21.
Et in impetratione illius Beneficii vigore reſervationis Regulæ, verificatur expreſſio facta Papæ, quod fuerit unicus Subcollector. ibid n. 22. & p. 361. n. 24.
Subcollectorem, ad effectum Reſervationis Regulæ, non facit major, vel minor Juriſdictionis extenſio, ſed miniſterium ipſum. Tom. 1. p. 361 n. 23. p. 368 n. 106. p. 369. n 123.
Unicitas verificatur, ſemel ac quis fuit unicus Subcollector momento temporis. ibid p. 361. n. 25.
Si unus in Civitate, & alter in Diœceſi deputetur Subcollector, nullius Beneficia erunt reſervata. ibid n. 26.
Amplia, etiamſi Diœceſis eſſet valde lata, plures continens Civitates. ibid. n. 27.
Sed in Regno Neapolitano, ex Decreto Sac. Congregationis Concilii edito anno 1677. permittitur, ut in nonnullis Diœceſibus plures, pro earum amplitudine, deputari poſſint Subcollectores. ibid. n. 28.
Reprobatur *Monacellus*, qui exiſtimat, Decretum præfatum comprehendere etiam amplas Diœceſes extra Regnum præfatum. ibid. n. 29.
Et, an vigore laudati Decreti Sac. Congregationis, ſint reſervata Beneficia illorum plurium Subcollectorum, qui in amplis Regni Neapolitani Diœceſibus deputari debent? ibid. n. 30. & ſeqq.
Concluſio, quod ſi unus in Civitate, & alter in Diœceſi deputentur Subcollectores, nullius Beneficia erunt reſervata, limitatur in Beneficiis illius, qui poſt obitum alterius remanſit *unicus* Subcollector. Tom. 1. pag. 363. n 40.
Etiamſi alius poſtea deputetur Subcollector, cum reſervatio ſemel infixa, ſemper duret. ibid. n. 41.
Intellige limitationem, ſi ambo Subcollectores ſint generaliter deputati in Diœceſi, ſecus ſi quiſque ſit privative deſtinatus ad partem aliquam Diœceſis, tunc enim uno defuncto, ſuperſtitis Beneficia non remanent reſervata. ibid. n. 42.
Si in Diœceſi, quæ ſit diviſa in duos Status temporales, duo Subcollectores, alter a Nuncio, alter a Theſaurario Generali deputari conſueverint, amborum Beneficia erunt reſervata. ibid. n. 43.
Idem dicendum, ſi duo Epiſcopatus ſint æque principaliter uniti, & in unaquaque Diœceſi Subcollector deputari ſoleat. T. 1. p. 364. n. 44.
Subcollectoris *Unicitas*, ad effectum reſervationis Regulæ, unico Teſte probari poteſt. ibid. n. 45.
Item probatur, ex quo Subcollector gaviſus fuit exemtione a Juriſdictione Ordinarii, cum ea non gaudeant Subcollectores, niſi ſint *Unici* in eorum exercitio. ibid. num. 46.
De jure præſumitur *Unicitas* Subcollectoris, niſi pluralitas ab allegante probetur. ibid n. 47.
Maxime, quando in Literis deputationis, quis deputatur *Unicus* Subcollector. ibid. n. 48.
Vel, ſi deputatio facta fuerit a Papa *motu proprio.* ibidem n. 49.
Qui impetrando Beneficium per obitum Subcollectoris expreſſit illum fuiſſe *Unicum*, tenetur *Unicitatem* probare. ibid. n. 50.
Contrarium, quod dicta expreſſio nil magis contineat, quam ipſa Regula, quæ *Unicitatem* elicit ex juris præſumtione. ibid. n. 51.
Subcollectoris *Unicitas* non excluditur ex antecedenti alterius deputatione, quia hæc remanere potuit a poſteriore revocata. ibid. n. 52.
Intellige, quando ſecunda deputatio eſt æque generaliter expleta, ac prima. ibid. n. 53.
Subcollector deputatus ad certos actus particulares, non tollit *Unicitatem* generalis Subcollectoriæ penes alium primo loco deputatum, exiſtentis. ibidem numer. 54. & 59.
Nec dictus Subcollector particularis dicitur *Unicus* ad effectum Regulæ. ibid. n. 55.
Subcollectorum pluralitas tunc adeſſe dicitur, quando quis fuit Subcollector generalis toto tempore, quo aderant alii conſimiles generales Subcollectores. ibid. n. 56.

Sola poſſibilitas, quod quis fuerit *Unicus* Subcollector, etiam momento temporis, excludit pluralitatem ad effectum reſervationis Regulæ. T. 1. p. 364. n. 57. p. 373. n. 177.

Deputatio alterius Subcollectoris non excludit, quod primus fuerit *Unicus* annis, vel Menſibus antecedentibus. T. 1. p. 365. n. 58.

Subcollectorum pluralitas non evincitur ex alterius deputatione circa ſpolium particulare, nec probatur ex Ordinarii Teſtimonio, aut ex Teſtibus de auditu. *ibid.* n. 59.

Subcollectorum pluralitas, ut reſervationem Beneficiorum, quæ ipſi obtinent, excludat, provenire debet ex eodem fonte cum omnimoda Juriſdictione circa idem Officium. *ibid.* n. 60.

Hinc, ſi unus Subcollector a Nuncio pro Spoliis, alter a Theſaurario Generali pro Decimarum exactione in eadem Diœceſi deputentur, quilibet dicitur *Unicus* in ſuo officio, & utriuſque Beneficia ſunt reſervata. *ibid.* n. 61. p. 367. n. 88.

Beneficia Subcollectoris particularis deſignati a Subcollectore generali ad exigendum proventus Cameræ, non ſunt reſervata. Et aſſignatur ratio. Tom. 1. pag. 365. n. 61.

Limita, ſi ex conceſſione Papæ, ſeu ex conſuetudine, Subcollector alium Subcollectorem deputare poſſit. *ibid.* n. 63.

Rejicitur hæc limitatio, & quare? *ibid.* n. 64.

Regulæ Reſervatio, ut locum habeat, requiritur, quod Subcollectores deputentur ad exigenda jura Cameræ, & cum omnimoda Juriſdictione. *ibid.* n. 65.

Exactio Jurium Cameralium, & ſolutio reſpective facta in Camera, non evincunt Juriſdictionem. *ibidem* numer. 66.

Beneficia Collectorum, & Subcollectorum Decimarum, quæ pro ſubventione Principum Chriſtianorum ex publica cauſa imponuntur, non ſunt vigore Regulæ reſervata. *ibid.* n. 67.

Et redduntur rationes. *ibid.* a n. 69. uſque ad 76.

Sed contraria ſententia verior, & in Curia recepta. T. 1. p. 366. n. 77.

Exponuntur hujus ſententiæ fundamenta. *ibid.* a n. 78. uſque ad n. 85.

Et de ſtylo Datariæ, Beneficia vacantia per obitum Subcollectorum hujuſmodi Decimarum, providentur ſemper vigore reſervationis Regulæ V. T. 1. p. 367. n. 87.

Subcollector, ad effectum Regulæ, non dicitur, qui Appaltatore Cameræ deputatur ad exigendum ſubſidium Triennale, aliaque ejuſdem Cameræ jura. T. 1. p. 368. n. 100.

Nec ille, qui a Capitulo, quod ſe compoſuit cum Camera pro Spoliis Cleri, deputatur ad exigendum taxam a ſingulis Beneficiatis. *ibid.* n. 101.

Maxime, ſi adſit alius Subcollector pro Spoliis Epiſcoporum, & pro acquiſitis ex illicita negociatione. *ibidem* n. 102.

Amplia, etiamſi deputatio a Capitulo facta ſit univerſalis cum revocatione omnium aliorum Subcollectorum. *ibid.* n. 103.

Contrarium, quod Beneficia Subcollectoris deputati a Capitulo pro exigenda Taxa compoſitionis ſint reſervata; & quare? *ibid.* n. 104 & 105.

Sed prior Sententia amplectenda eſt, & pro ea deciſum in Congregatione Datariæ. *ibid.* n. 107.

Limitatur hæc ſententia, quando Exactor Taxæ concordatæ, deputatur a Cardinali Camerario, & non a Capitulo. *ibid.* n. 108.

Licet aliter dicendum, ſi a Cardinali Camerario confirmetur ſolum per Epiſtolam electus a Capitulo, quamvis confirmatio fiat cum facultatibus neceſſariis. *ibid.* n. 109.

Subcollectorum Juriſdictio ad effectum reſervationis Regulæ debet eſſe univerſalis. *ibid.* n. 110.

Generalis Juriſdictio conceſſa cenſetur, quando Subcollectori tribuitur facultas gerendi omnia, quæ Nuncius vigore ſuæ deputationis gerere poſſet. T. 1. p. 369. n. 112.

Item, quando omnes aliorum Subcollectorum deputationes expediri conſueverint cum juriſdictione univerſali. *ibid.* n. 115.

Ex facultate procedendi contra contumaces ad Cenſuras Subcollectori impertita, cenſetur ei tributa juriſdictio. *ibid.* n. 116.

Generalis deputatio in Subcollectorem pro Civitate, & Diœceſi, importat ſaltem *habitu*, & in potentia generalitatem Juriſdictionis. *ibid.* n. 117.

Et hoc ſufficit ad effectum reſervationis Regulæ. *ibidem* n. 118.

De conſuetudine, & ſtylo, omnes Subcollectores deputari ſolent cum omnimoda juriſdictione. *ibid.* n. 119.

Subcollector deputatus ad exigendas omnes Decimas Civitatis, & Diœceſis, non deſinit eſſe Subcollector generalis, ſi vigore compoſitionis ſint illæ ad certam ſummam taxatæ. T. 1. p. 369. n. 120.

Subcollector tamen deputatus ad certum Spolium unius Epiſcopi, non fruitur Juriſdictione univerſali, ejuſque proinde Beneficia non ſunt reſervata. *ibid.* n. 111.

Contrarium. *ibid.* n. 113.

Deputatio in Subcollectorem cum univerſali juriſdictione debet ad effectum reſervationis Beneficiorum, concludenter probari. *ibid.* n. 121.

Et ex quibus probatio hujuſmodi reſultet? *Vid. V. Subcollectores Spoliorum.*

Reſervatio Regulæ, ut locum habeat, requiritur, quod Collector, vel Subcollector proprium Officium aliquando exercuerint. T. 1. p. 370. n. 139.

Contrarium, quod ſufficiat ſola potentia exercendi, quoties occaſio ſe offerat. Et redditur ratio. *ibid.* num. 140. 141. & 148.

Amplia, etiam ſi non fuerit a Subcollectore præſtitum juramentum de fideliter adminiſtrando. *ibid.* num. 142. & 148.

Regula, in illis verbis -- *qui ſuo tempore Officia exercuerint* - intelligitur de exercitio in potentia, & non in actu. *ibid.* n. 143.

Vel reſpicit eos, qui non vere, ſed ficte ſunt Subcollectores. *ibid.* n. 144.

Si in Diœceſi non adſint jura Cameræ exigenda, Beneficia Subcollectoris pro ea deputati, non ſunt reſervata. T. 1. p. 371. n. 145.

Prout, nec ſunt reſervata Beneficia Subcollectoris, qui data occaſione, ſe abſtinuit a proprio munere exercendo. *ibid.* n. 146.

Ad effectum Regulæ ſufficit, quod fuerit quis deputatus in Subcollectorem, quamvis nec viderit, nec ſciverit Literas ſuæ deputationis. *ibid.* n. 147.

Contrarium, & aſſignatur ratio. *ibid.* n. 148.

Declaratur prima opinio, ut procedat, quando Subcollector ante notitiam deputationis deceſſit, vel ſi deputationem ipſe ſibi procuraſſet. *ibid.* n. 150.

Subcollector, ad effectum, ut ejus Beneficia ſint reſervata, debet eſſe in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus, juxta formam *Cap. Statutum, de Reſcript. in 6. ibidem* numer. 151.

Neceſſe tamen non eſt, quod Dignitatem obtineat tempore deputationis in Subcollectorem, ſed ſufficit, quod ex poſt, eam acquirat. T. 1. p. 373. n. 169.

Limita, Si Subcollectoratus obtentus fuerit ſub falſa expreſſione Dignitatis non adhuc obtentæ. *ibid.* n. 170.

Contrarium, quod ad effectum Regulæ non requiratur, quod Subcollector ſit in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus. T. 1. p. 371. n. 152. & p. 372. n. 165.

Declaratur diſpoſitio dict. *Cap. Statutum.* T. 1. p. 371. n. 153. & ſeqq.

Et explicantur DD. qui favent contrariæ ſententiæ. T. 1. p. 372. n. 164.

Ex conſuetudine fere univerſali, præſertim in Italia, deputantur in Subcollectores ſimplices Presbyteri, & Clerici, Dignitatem non habentes. *ibid.* n. 162.

Dataria pro conſtanti ſemper habuit, obnoxia eſſe reſervationi Regulæ Beneficia Subcollectorum, quamvis non eſſent in Dignitate conſtituti. *ibid.* n. 163.

Parochiales vacantes per obitum Subcollectorum, ſunt vigore Regulæ reſervatæ. *ibid.* n. 166.

Subjacent tamen Parochi Subcollectores juriſdictioni Ordinariorum, quod concernentia Curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem. *ibid.* n. 167.

Subcollectores in Italia, Inſuliſque adjacentibus, etſi effecti Parochi, *illico* eorum Officium amittunt; *Parochiales* tamen remanent vigore Regulæ reſervatæ. *ibidem* n. 168.

Regula reſervat ea etiam Beneficia, ad quæ, durante Officio, Subcollector jus habet. T. 1. p. 373. n. 175.

Canonicatus, ad quem Coadjutor tempore Subcollectoratus jus habet, remanet reſervatus, etiamſi facto loco ſucceſſioni, jam deſierit eſſe Subcollector. *ibid.* n. 174. & 176.

Ad effectum Regulæ ſufficit, quod quis momento temporis fuerit Subcollector, cum reſervatio ſemel impreſſa, nunquam extinguatur, licet ceſſet Officium. T. 1. p. 364. n. 57. p. 373. n. 177.

Beneficia Subcollectorum, concurrente alia reſervatione perſonali, conferri non poſſunt a Cardinalibus vigore Indulti. *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*

Ex duplici Subcollectoratus officio in eadem Perſona concurrente, an inſurgat duplex reſervatio coæqualis ejuſdem

Indulti

Indulti excluſiva? Et; an illa reſultet ex Subcollectoratu, & Protonotariatu? *Vid. eod. V.*
Qui in Subcollectores deputari, & a quibus deputari poſſint? Et de illorum exemtione a Juriſdictione Ordinariorum. *Vid. V. Subcollectores Spoliorum.*

REGULA VI.

Reſervat *Regula VI.* Beneficia quorumcumque Curialium, qui ſequendo Curiam Romanam, quando transfertur de loco ad locum, in quovis loco, quantumcumque a dicta Curia remoto, decedant. T. 1. p. 378. n. 1.
Et agnoſcit in Auctorem *Urbanum V.* ibid.
Concordat cum diſpoſitione Juris in *Cap. Præſenti* 34. *in fine, de Preb. in 6.* ibid. n. 2.
Eique ſubjacent etiam Beneficia Germaniæ. ibid. n. 4.
Regula emanavit in extenſionem Reſervationis contentæ in *Extravag. ad Regimen*, non in extenſionem dicti *Cap. Præſenti*, & quomodo? ibid. n. 5. & 6.
Et reprobatur *Sotus* exiſtimans Regulam contineri in *Extravag. ad Regimen*, & eſſe extenſivam *Cap. Præſenti.* ibid.
Curiales, qui dicantur, & an tales ſint Cardinales? *Vid. V. Curialis. V. Cardinalis.*
Curia Romana ubi adeſſe dicatur? *Vid. V. Curia Romana.*
Beneficia illorum, qui Papam ſequuntur, non ſunt reſervata, ſi decedant ultra duas Dietas. Tom. 1. pag. 379. n. 13.
Contrarium, & ita in praxi ſervatum quoad Beneficia Curialium, qui ſequuti fuerunt *Clementem VIII.* Ferrariam proficiſcentem, quique ultra duas Dietas deceſſerunt ibid. n. 14.
Beneficia Curialium, ut ſint vigore Regulæ reſervata requiritur, quod ipſi obierint ſequendo Curiam, ſecus, ſi alio ſe transferentes, deceſſerint ultra duas Dietas. ibid. n. 15.
Si Curia non transfertur, ſed Curialis ex aliqua cauſa ab ea recedat, ejus Beneficia non remanent reſervata. ibid. num. 16.
Curialium Beneficia ſunt reſervata, ſive deceſſerint in itinere Curiam ſequendo, ſive in loco unde Curia receſſit infirmitate detenti, inibi moriantur. ibid. n. 17.
Ex quibus conjicitur, quod Curialis Curiam ſequatur? ibid. n. 18.
Beneficia Curialium non ſubjacent reſervationi Regulæ, niſi fuerint per ipſos acceptata; & redduntur rationes. ibid. n. 19.

REGULA VII.

Beneficia *Cubiculariorum*, & *Curſorum* reſervantur Pontificis diſpoſitioni per Regulam VII. Tom. 1. pag 380. n. 1.
Et reſervatio præfata eſt perſonalis. ibid.
Regula edita primo fuit a *Sixto IV* ibid. n 3.
Cubicularii, alii dicuntur *extra Muros*, alii *Secreti*, alii *Officiales* creati a Leone X. alii denique *Honoris.* ibid. n. 3.
Referuntur DD. Sententiæ circa Quæſtionem olim controverſam, an Reſervatio Regulæ afficeret Beneficia per omnes Cubicularios præfatos obtenta. T. 1. p 381 n 4. & ſeq. uſque ad 13.
Sed illam diremit *Gregorius XV.* qui in Regula expreſſa reſervavit Beneficia Cubiculariorum *etiam honoris* ibid. n. 14.
Sicque, reſervationi etiam obnoxia remanent Beneficia Cubiculariorum *extra muros*, & Cubiculariorum *officialium* a Leone X. creatorum. ibid. n 15.
Et Beneficia a dictis Cubiculariis *Officialibus* obtenta, remanent reſervata, etiam poſt dimiſſum Officium. T. 1. p. 382. n. 12.
Antequam *Gregorius XV.* Regulæ adderet verba illa — *Cubiculariorum etiam honoris nuncupatorum* -- eorum Beneficia jam erant reſervata vigore Conſtitutionis *Pauli V.* T. 1. p. 381. n. 16.
Exſcribitur tenor Conſtitutionis præfatæ. ibid. n. 17.
Beneficia *Cubiculariorum honoris* comprehenduntur ſub Regulis reſervatoriis Pontificum Prædeceſſorum, etiam a die earum publicationis. T. 1. p. 382. n. 18.
Hæcque declaratio Regulæ ſimiliter adjecta fuit a *Gregorio XV.* ibid.
Et deſumpta extitit a dicta Conſtitutione *Paulina.* ibidem num. 19.
Beneficia *Cubiculariorum honoris* ſunt vigore Regulæ reſervata, quamvis facta non fuerit per ipſos *Brevis* expeditio. ibid num 20.
Dummodo per Teſtes, aut aliunde conſtet, revera fuiſſe Cubicularios honoris. T. 1. p. 382. n 21.
Regula reſervat Pontificis diſpoſitioni Beneficia *Curſorum ſuorum.* ibid n 23.
Qui dicantur *Curſores Papæ*? De eorum Officio, & Privilegiis, & in quo differant a *Mandatariis*? ibid. n. 24. 25. & ſeqq.
Beneficia *Curſorum*, qui deceſſerunt poſt ſignatam, & præſentatam ſupplicationem, ſed ante præſtitum Juramentum de Officio fideliter adminiſtrando, an ſint vigore Regulæ reſervata? ibid. n. 29 & 30.
Beneficia, ad quæ *Cubicularii*, & *Curſores* nullum jus habent, ſint tamen per eos detenta, an ſubjaceant reſervationi Regulæ? ibid. n. 32.
Vid. V. Cubicularii. V. Curſores.

REGULA VIII.

Quoad reſervationem Beneficiorum Eccleſiarum S. Joannis Lateranen. S. Petri, & B. Mariæ Majoris de Urbe.

Canonicatus, Præbendæ, Dignitates, Perſonatus, & Officia in tribus majoribus Urbis Baſilicis exiſtentia, ſunt vigore primæ partis *Regulæ VIII.* reſervata. T. 1. p 387. num 4.
Et Regula in hac parte agnoſcit in Authorem *Martinum V.* ibid. n. 2.
Reſervatio prædicta eſt *realis.* ibid. n. 5.
Et exponitur ratio, ob quam introducta fuit. ibid. n 6.
Reſervatio Regulæ prodiit ad majorem cauthelam, ne Baſilicarum Archipresbyteri in dictorum Beneficiorum collatione ſe ingerere poſſent. ibid. n. 8. T. 2. p. 71. n 7. p. 72. n. 17. T. 3. p. 120 n 146.
Contrarium, quod reſervatio Regulæ fuit neceſſaria, & quare? T. 1. p. 387. n. 10.
Regula non comprehendit Beneficia inferiora exiſtentia in dictis Baſilicis, quorum collatio ex Privilegiis Apoſtolicis ſpectat ad earumdem Archipresbyteros, & Capitula. ibid. n. 13.
Si privilegia hujuſmodi non adeſſent Beneficia etiam præfata comprehenderentur ſub reſervatione Regulæ. T. 1. p. 388. n 4.
Vid. V. Baſilica Urbis. V. Cardinales Archipresbyteri Baſilicarum Urbis.

Regula VIII. quoad reſervationem Beneficiorum, titulorum Cardinalium a Romana Curia abſentium.

Beneficia, quæ ſpectant ad Cardinalium collationem ratione Eccleſiarum ſui Tituli, aut Eccleſiarum Cardinalatus, ſunt Pontifici reſervata, ſi vacent tempore, quo ipſi a Curia abſunt. ibid n. 27. & 32.
Quamvis Juriſdictionem in ſuis Titulis per Vicarios, abſentiæ tempore, exerceant. T. 1. p. 232. n. 49.
Sed hæc non eſt reſervatio proprie dicta, & quare? T. 1. p 388. n. 27.
Reſervationem præfatam, primus induxit *Nicolaus V.* T. 1. p 302. n. 3.
Et dicitur reſervatio *ratione temporis.* T. 1 p. 389 n. 33.
Traditur ratio Regulæ, ut ſcilicet Cardinales alliciantur ad reſidendum in Curia, & apud ſuas Eccleſias in Urbe exiſtentes. ibid. n. 34. p. 390. n. 50. p. 393. n. 68. p 394. n 99.
Hinc Cardinales a Curia abſentes, amittunt Jus Beneficia præfata conferendi ex defectu conditionis reſidentiæ, non in pœnam formalem, & privationem Juris eis originarie competentis, Tom. 1. p. 395. n. 108. & 110 & p 397. n. 124.
Reſervatio Regulæ ſolum afficit Beneficia vacantia in ſex Epiſcopatibus Cardinalitiis tempore, quo Cardinales ſunt abſentes a Curia, non vero Beneficia aliarum Eccleſiarum, quibus ipſi ex conceſſione Apoſtolica præſunt, ſi ab iiſdem abeſſe contigerit. T. 1. p. 389. n. 36. p. 390. n. 54. p. 393. n. 84. p. 395. n. 109.
Minuſque afficit Beneficia inferiora Baſilicarum Urbis, quæ ſpectant ad collationem Cardinalium Archipresbyterorum, & vacant, dum ipſi a Romana Curia ſunt abſentes. T. 1. p. 389. n. 37.
Et reprobatur *Cohellius* qui contrarium exiſtimat. ibid. numer. 43.
Cardinales abſentes a Curia ex legitima cauſa, de licentia Papæ, & ſpecialiter ob reſidentiam apud Eccleſias Cathedrales ſibi commiſſas, conferre poſſunt Beneficia in eorum Titulis vacantia, non obſtante reſervatione Regulæ, & redduntur rationes. Tom. 1. pga 390. num. 55. & ſeqq. *San. mem. Alexander VIII.* in *Reg. VIII.* quam publicavit addidit Verba -- *non tamen ob ſervitium Sedis Apoſtolicæ, & cum licentia Sanctitatis ſuæ, vel apud*

eorum Eccleſias reſidentes. -- Tom. 1. p. 389. n. 44. T. 3. p. 118. n. 382.

Et hæc exceptio facta fuit in exequutionem Cap. XII. exſtabilitis in Conclavi. T. 1. p. 389. n. 45.

Contrarium, quod in ſupradictis etiam circumſtantiis, Beneficia vacantia in Titulis Cardinalitiis tempore abſentiæ Cardinalium a Curia, ſint vigore Regulæ Pontifici reſervata. Et exponuntur hujus ſententiæ fundamenta. T. 1. p. 393. n. 83. 85. & ſeqq. T. 3. p. 118. n. 381.

Refertur Decretum ejuſdem *Alexandri VII.* quo mandavit a *Reg. VIII.* quam edidit, deleri verba illa de novo addita -- *non tamen ob ſervitium &c.* T. 1. p. 390. n. 51. T. 3. p. 128. n. 382.

Et exponuntur rationes ob quas verba præfata expuncta fuerunt. T. 1 p. 389. n. 46.

Nec illa hucuſque a Succeſſoribus Pontificibus Regulæ reſtituta fuerunt. T. 1. p. 390. n. 52.

Cancellatio prædicta oſtendit, Pontificem voluiſſe unpoſterum Cardinales a Curia abſentes ob ſervitium Sedis Apoſtolicæ, & de licentia Papæ, aut penes eorum Eccleſias extraordinarias reſidentes iterum ſub cenſura Regulæ comprehendere. Et reddantur rationes. T. 1. p 393. n. 91. 92. & 93.

Decretum præfatum intelligi non poteſt de ſex Cardinalibus obtinentibus Epiſcopatus ſuburbicarios, & quare? T. 1. p. 394. n. 94. & 95.

Vid. V. Reg. XXXII.

Cardinales abſentes a Curia ex cauſa reſidentiæ penes Eccleſias ſuas extraordinarias, nec conferre poſſunt, durante abſentia, Beneficia vacantia in Epiſcopatibus Cardinalitiis, quæ obtinent. T. 1. p. 397. n. 129.

Et hæc ſententia eo magis hodie procedit, attenta Conſtitutione San. D N Clementis XII. *ibid.* n 138.

Reprobatur *Pitonius*, qui pro veritate conſultus contrarium reſpondit, *ibid.* n. 136. 137. 139. & ſeqq.

Cardinales a Curia abſentes de licentia Pontificis ob publicam cauſam, vel ob reſidentiam apud ſuas Eccleſias extraordinarias, poſſunt vigore eorum ordinarii Indulti conferre Beneficia in ſuis Eccleſiis Cardinalatus, & Titulorum, tempore eorum abſentiæ a Romana Curia, vacantia. T. 1. p 390. n. 53. p. 392. n. 76. & 77.

Nec exinde ſuperflua redditur diſpoſitio Regula VIII. & quare? T. 1. p. 393. n. 80. 81. 82.

Contrarium, quod hodie, poſt immutatam a ſan. mem. Innocentio XI. anno 1681. formulam Indultorum, in quibus adjecta fuit clauſula -- *ſervata tamen quoad Beneficia Titulorum, Diaconiarum, & Epiſcopatuum Cardinalitiorum Conſtitutionis, ſeu Regulæ VIII. Cancellariæ diſpoſitione* -- non poſſint Cardinales a Romana Curia abſentes, Beneficia præfata conferre. T. 1. pag. 396. n. 121. 122. & 123.

Ac ita ab anno 1681. ſervatum, ac a Congregatione particulari anno 1702. reſolutum. *ibid.* num. 124. pag. 397. n. 127. & 128.

Et explicantur contraria exempla. T. 1. pag. 396. n. 126. p. 397. n. 130. & ſeq. p. 398. n. 145.

Pontifices aliquando indulgere ſolent, ut Cardinales a Curia abſentes ob reſidentiam apud ſuas Eccleſias extraordinarias, conferre poſſint Beneficia in eorum Titulis, abſentiæ tempore, vacantia. Et referuntur exempla. T. 1. p 398. n. 141.

Regula non afficit Cardinales abſentes a Romana Curia, ſed tamen morantes in Urbis *Diſtrictu*, ſeu intra *duas Dietas.* *ibid.* n. 144.

Contrarium, quod Cardinalis abſens a Romana Curia, ciſi degat in Diſtrictu, vel intra duas Dietas, ac in ipſa Eccleſia Suburbicaria, conferre nequit Beneficia in Eccleſia prælata, vel in ſuo Titulo vacantia. *ibid.*

Redditur ratio, & reſpondetur contrariis rationibus. *ibid.* & n. 145. & ſeqq.

Et ita reſolutum a Congregatione particulari ſub *Alexandro VII.* T. 1. p. 400. n. 169.

Reſervatio Regulæ ceſſat, ſi Cardinales abſentes, ad Curiam revertantur antequam Beneficia, quæ tempore abſentiæ in eorum Titulis vacarunt, a Papa conferantur. Et redditur ratio. T. 1. p. 392. n. 72.

Contrarium, & redditur ratio. T. 1. p. 395. n. 112. & ſeqq.

Beneficia tamen, quæ vacant poſt eorum reditum ad Curiam, non ſubjacent cenſuræ Regulæ. *ibid.*

Cardinales ſequentes Curiam, dum alio transfertur, vel in Urbe manentes, non amittunt facultatem conferendi Beneficia in eorum Titulis, vel Eccleſiis Cardinalitiis vacantia. T. 1. p 400. n. 172.

REGULA IX.

Quoad I. ejus partem, reſervationem nempe Beneficiorum in menſibus Apoſtolicis vacantium.

Regula IX. in prima ſui parte, in qua reſervat Beneficia in certis Menſibus vacantia, agnoſcit in Auctorem *Nicolaum V.* T. 2. p. 3. n. 1. T. 1. p. 11. n. 113.

Sed quo Pontificatus ſui anno edita? incertum, nec ab ipſo inter alias Cancellariæ Regulas inſerta fuit. T. 1. p 11. n 113.

Originem duxit a Conſtitutione quadam edita a *Martino V.* in Concilio Conſtantiæ. T. 2. p 3 n 3.

Reprobantur *Lotter.* & *Cardinalis de Luca*, qui exiſtimant Auctorem dictæ primæ partis Regulæ fuiſſe *Alexandrum V.* T. 2. p 4. n. 7.

Quemadmodum *Rota*, aliique aſſerentes fuiſſe *Joannem XXII.* *ibid.* n. 8.

Regula IX. priſcis temporibus non edebatur in crastinum Aſſumtionis Pontificis una cum aliis, ſed quando Pontificibus placebat, & ad certum tempus. *ibid.* n. 11.

Publicabatur tamen, & regiſtrabatur in Cancellaria. *ibid.* n. 13.

Sixtus V. primus Regulam edidit *ad beneplacitum* duraturam. *ibid.* n. 14.

Eamque *Gregorius XIV.* inter alias Cancellariæ Regulas inſeruit. *ibid.* n. 13. & p 28. n. 91.

Reprobatur *Spada*, qui exiſtimat fuiſſe primo Regulis inſertam a *Clemente VIII.* T. 2. p. 4. n. 13.

Pontifex reſervando ſibi in Regula IX. Beneficia vacantia in octo tantummodo Menſibus, ſumma utitur moderatione. *ibid.* n. 15.

Aſſignatur ratio Regulæ, ut nempe Pontifex pauperibus Clericis, & aliis benemeritis Perſonis providere poſſit. *ibid.* n. 16.

Vid. V. Reſervationes Apoſtolicæ.

Et declaratur aſſertio *Bartholomæi de Martyribus*, quod in Beneficiis conferendis, attendi debeat doctrina, non paupertas Clericorum. T. 2. p. 5. n. 27. & 28.

Clemens VII. in Regula, quam edidit, declaravit, quod Beneficia in octo Menſibus vacantia reſervabat pro pauperibus, & benemeritis, *præſertim in Romana Curia Cardinalium, & Curialium obſequiis inſiſtentibus.* *ibidem* numer. 22.

Et declaratio præfata non excludebat pauperes Clericos *extra* Curiam commorantes. *ibid.* n. 24.

Hodie non inſeritur amplius in Regula IX. Clauſula ſupradicta *præſertim &c.* *ibid.* n. 25.

De Germanorum inſtantia facta *Pio IV.* pro exemtione Dignitatum, & Beneficiorum a reſervatione Menſium, & reſponſione illis nomine Pontificis tradita. T. 2. p. 4. n. 19.

Reſervatio Regulæ IX. eſt ſubſidiaria, & locum ſibi non vindicat ubi altera fortior concurrat. T. 2. p. 71. n 3.

Reſervatio Menſium durat uſque ad *beneplacitum Papæ*, quod ejus morte extinguitur, unde Sede Apoſtolica vacante, omnes Menſes ſunt ordinarii. T. 2. p. 103. n. 2. & 5.

Et poſſunt Ordinarii, aliique inferiores Collatores, *Sede Apoſtolica vacante*, in omnibus Menſibus Beneficia conferre, etiamſi dictæ Sedis vacationem ignoraverint. *ibid.* n. 6. & 7.

Sed in *Brittania* Reſervatio Menſium, Sede Apoſtolica vacante, non expirat. *Vid. V. Brittania.*

Regula IX. reſervatio quoad menſes pro quibus inducta eſt.

Reſervatio Regulæ IX. dicitur ratione *temporis*, non perpetua, ſed reſtricta ad Menſes inibi enumeratos. T. 2. p. 6. n. 1.

Menſis incipit a puncto mediæ Noctis ultimi diei Menſis antecedentis, & durat uſque ad mediam Noctem ultimi diei Menſis ſequentis. *ibid* n. 2.

In Diœceſi *Leodien.* Menſis incipit ab ortu Solis primi illius diei. *ibid.* n. 3.

Initium diei a media Nocte ad mediam Noctem, procedit etiam, quando Beneficiorum collatio non eſt diviſa per Menſes, ſed per Hebdomadas. T. 2. p. 7. n. 4.

Media Nox in *Italia*, & in *Hiſpania*, qua hora habeatur? *ibid.* n. 6. & 7.

Mediam Noctem eſſe elapſam, vel non, ex quibus probetur? *Vid. V. Nox.*

Proviſus Apoſtolicus probare tenetur lapſam fuiſſe, vel non, mediam Noctem, quando proviſus ab Ordinario eſt reus, & poſſeſſor. T. 2. p. 8. n. 19.

Spectat

Spectat vero hujuſmodi probatio ad proviſum ab Ordinario, quando proviſus Apoſtolicus eſt poſſeſſor, & reus. T. 2. p. 8. n. 20.
Contrarium, quod etiam hoc caſu talis probatio ſpectet ad proviſum Apoſtolicum, & quare? ibid. num. 21. & 22.
Diſtinguitur, quod aut Menſis, qui labitur, eſt ordinarius, & vacatio Beneficii in ſequenti Menſe reſervato probari debet a proviſo Apoſtolico: aut eſt Apoſtolicus, & probatio, quod Beneficium vacaverit in ſequenti Menſe Ordinario, expleri debet a proviſo per Ordinarium. ibid. n. 23.
Explicatur, in quibus terminis hæc diſtinctio procedat. ibid. n. 24. & 25.
In æqualitate probationum ſuper obitu defuncti in Menſe Apoſtolico, vel ordinario, proviſio anterior Ordinarii præferenda eſt proviſioni Apoſtolicæ poſteriori. ibidem n. 26.
Amplia, etiamſi proviſio Apoſtolica ſit anterior. T. 2. p. 9. num. 27.
Epiſcopus conferens Beneficium vacans in fine ſui Menſis, vel in principio illius, quid agere debet, ut conſultius procedat? ibid. n. 28.
Si facta morali diligentia neſciri poſſit, quo Menſe Beneficiatus obierit, præſumtio eſt, quod mors ſequuta fuerit in Menſe ordinario. ibid. n. 29.
Et proviſio tali caſu ab Ordinario expleta, præferri debet proviſioni Apoſtolicæ anteriori. ibid. n. 30.
Obitus Beneficiati in Menſe Apoſtolico probatur ex ſola fama, etiam contra proviſum ab Ordinario. ibid. numer. 31.
Beneficium vacans in Menſe Ordinarii, poteſt ab eodem conferri ingreſſo Menſe Apoſtolico. ibid. n. 32.
Menſis, in quo vacat Beneficium, debet non per verba dubitativa, ſed diſpoſitive exprimi Papæ, etiam in Gratia motu proprio facta, & redditur ratio. ibid. n. 33.
Non ſufficit narrativa, quod Beneficium vacaverit in Menſe Apoſtolico. ibid. n. 35.
Contrarium, quod id juxta hodiernam praxim ſufficiat. ibid. n. 36.
Expreſſio Menſis eſt neceſſaria, etiam ſtante Alternativa per Epiſcopum acceptata. ibid. n. 37.
Et fieri debet, ſive Beneficium vacet de Jure, ſive de facto. ibid. n. 38.
Ad effectum reſervationis Regulæ, ſufficit, quod Beneficium vacet in Menſe Apoſtolico de Jure, quamvis non de facto. ibid. n. 39.
Expreſſio Menſis fieri debet in quacumque vacatione, etiamſi non ſit per obitum, ſed per contractum Matrimonii, aſſequutionem incompatibilis, &c. T. 2. p. 10. n. 40.
De pluribus limitationibus ad Regulam. Remiſſive. ibid. in num. 41.
Expreſſio Menſis non eſt neceſſaria in proviſione Beneficii expleta per Ordinarium. ibid. n. 41.
Nec requiritur, quando Beneficium, etſi vacans in Menſe Apoſtolico, ſit alteri reſervationi ſtatim obnoxium. ibid. n. 44.
Expreſſio Menſis, an ſit neceſſaria, quando Papa providet Beneficia vacantia in Menſibus ordinariis? Referuntur variæ Doctorum ſententiæ, & amplectitur opinio negativa. ibid. n. 45. 46. 47 & 48.
Expreſſio Menſis non requiritur in proviſione Beneficiorum vacantium in Menſibus reſervatis vigore Concordatorum Germaniæ. ibid. n. 49.
Intellige, quando vacatio evenit in Menſibus prius per Regulam non reſervatis, nempe Martio, vel Septembri, ſecus quando ſequuta fuit in Menſibus, qui prius in Regula reſervabantur, Januario, nempe, Majo, Julio, & Novembri. ibid. n. 50.

Regula IX. quoad Beneficia, quæ illius reſervationi ſubjacent.

Beneficia omnia Eccleſiaſtica quomodocumque qualificata, ſubjacent reſervationi Regulæ. T. 2. p. 19. n. 1.
Et, ex quibus ſignis dignoſcatur Beneficium eſſe Eccleſiaſticum? Vid. V. Beneficium.
Reſervationi Regulæ ſubjacent etiam Dignitates Majores in Cathedralibus & Principales in Collegiatis, quamvis ſpecialiter reſervatæ vigore Regulæ IV. T. 2. p. 195. n. 62.
Regula comprehendit etiam Perſonatus. T. 2. p. 20. n. 19.
Et quid ſit Perſonatus? Vid. V. Perſonatus.
Eique ſubjacent etiam Perſonatus erigi ſoliti in Cathaloniæ Provincia. ibid. n. 22.
Vid. V. Perſonatus.
Nec non Parochiales, & Beneficia Curata. Tom. 2. p. 78. n. 70.
Et, ex quibus Beneficium dicatur Curatum? Vid. V. Beneficium Curatum.
Refertur, quid actum fuit in Concilio Tridentino pro eximendis Beneficiis Curatis a reſervationibus. ibid. in numer. 36.
Forma providendi Parochiales, etiam in Menſibus Apoſtolicis vacantes, prævio examine per Concurſum, licet acriter contradicta, approbata tandem remanſit a Concilio. ibid. n. 37.
Rejicitur Paulus Sarpius maligne carpens Decretum Concilii ſuper forma providendi Parochiales per Concurſum, præſervatis Reſervationibus. T. 2. p. 23. n. 39.
Vid. V. Parochiales quoad Concurſum.
De inſtantia facta ab Epiſcopis Germaniæ Pio IV. pro collatione Parochialium in omnibus anni Menſibus, & de reſponſione iis, Pontificis nomine, tradita. ibidem num. 28.
Improbatur abuſus olim vigens in Belgio, in quo locum habet Regula IX circa exemptionem Parochialium præſertim de Jurepatr. Eccleſiaſtico, a reſervatione ejuſdem Regulæ. T. 2. p. 25. n. 65.
Et referuntur rationes hujuſmodi abuſus. T. 2. p. 26. n. 66. 67. & 68.
De ſimili abuſu vigente in Diœceſi Tridentina, ut Ordinarii conferrent Parochiales vacantes in Menſibus Sedis Apoſtolicæ, vigore Concordatorum, reſervatas. ibidem numer. 72.
Papa nunquam indulget, ut Parochiales reſervatæ, pro quibus aſſequendis nemo, ob fructuum tenuitatem, per examine ſubeundo comparet, ab Ordinariis conferantur, ſed permittere ſolet, ut Literæ earum Apoſtolicæ proviſionis expediantur per ſimplicem Signaturam favore illorum, quos Ordinarii denotant aptiores pro qualitate locorum. ibid. n. 74.
Et referuntur exempla. T. 2. p. 27. n. 75. & 76.
Reſervationi Regulæ non ſubjacent Vicariæ temporales, & ad nutum amovibiles. ibid. n. 77.
Quinimmo, nec Vicariæ perpetuæ, quæ dantur in Titulum, & ſive ante, ſive poſt Concilium erectæ, ac ſive unitæ, ſive non. ibid. n. 80. & ſeqq.
Etiamſi fuerint impetratæ a Papa, tanquam de reſervatis, & in Literis Apoſtolicis adſint ſolitæ Clauſulæ derogatoriæ. ibid. n. 83.
Contrarium, quod Vicariæ perpetuæ ſint vigore Regulæ reſervatæ, licet conferri debeant ad nominationem Rectoris principalis, vel Abbatis. ibid. n. 85.
Redditur ratio, & reſpondetur contrariis rationibus. ibid. & T. 2. p. 28. n. 86. & ſeqq.
Vid. V. Vicaria.
Conſtitutio S. Pii V. la XLVII. ſuper modo providendi Vicarias, non eſt incompatibilis cum diſpoſitione Regulæ IX. T. 2. p. 28. num. 92.
Regulæ reſervatio afficit Beneficia etiam tenuiſſimi reditus. T. 2. p. 32. n. 136.
Reprobatur abuſus, qui irrepſit apud Sebuſianos, quod Epiſcopi conferant Beneficia ſimplicia in Menſibus Apoſtolicis vacantia. T. 2. p. 28. n. 98.
Et reſpondetur rationibus Antonii Fabri. ibidem num. 99. & 100.
Beneficia Regularia, quæ ſint perpetua, non ad nutum Superiorum amovibilia, ſubjacent reſervationi Regulæ. T. 2. p. 30. n. 102. 103. & 104.
Vid. V. Beneficia Regularia.
Beneficia tamen Ordinum Militarium, tam majora, quam minore, a reſervatione Regulæ ſunt immunia. ibid. n. 108. & 109.
Seculariſata Eccleſia Regulari, Beneficia manualia in ea exiſtentia efficiuntur perpetua, & ſubjacent reſervationi Regulæ. ibid. n. 111.
Amplia, etiamſi in Bulla ſeculariſationis præſerventur Privilegia Eccleſiæ Regulari antea competentia. ibidem n. 112.
Limita, ſi in limine ſeculariſationis fuerit conceſſum Indultum excluſivum reſervationis Regulæ. ibid. n. 113.
Beneficia Regularia ſeculariſata cum clauſula, quod eorum vacatione quandocumque ſucce entes, proviſio ſpectet ad Papam, adhuc conferri poſſunt ab Ordinariis, ſi in eorum Menſibus vacent. ibid. n. 114.
Contrarium eſt verius. T. 2. p. 31. n. 115. & 120.
Beneficia erecta poſt editionem Regulæ, ſunt etiam illius reſervationi ſubjecta. ibid. n. 122.
Si in limine erectionis Beneficii collatio Pontifici quandocumque reſervetur, Ordinarius, nec in quatuor Menſibus illud conferre poterit. ibid. n. 123.
Beneficium erectum auctoritate ordinaria in Menſe Apo-

In antiquis Regulis legebatur *ſpecialiter reſervavit*, ſed a temporibus *Pauli III.* legitur *generaliter reſervavit.* T. 1. p. 176. n. 9. p. 204. n. 73.

Exponuntur origo, & rationes Reſervationis Eccleſiarum Cathedralium & Monaſteriorum præfatorum. T. 1. p. 197. n. 3. p. 200. n. 36. 37. 38. 39. & 40.

Regula non eſt odioſa, quia per eam fit reditus ad jus commune, ad cujus tramites proviſio Eccleſiarum Epiſcopalium, aliarumque Dignitatum majorum ſpectabat ad Papam, ex cujus indulgentia jus eligendi Prælatum Capitulis, & Canonicis elargitum fuit. T. 2. p. 175. n. 2. & 3. *Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales. V. Epiſcopus quoad promotionem.*

Regula dum reſervat Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria, ſive *in Curia*, ſive *extra* vacantes, eſt ampliativa *Extrav. ad Regimen*, quæ ſolum ea reſervat dum vacant *apud Sedem.* T. 1. p. 199. n. 30.

Et ideo non eſt ſuperflua. *ibid.* n. 31.

Referuntur diverſæ DD. Sententiæ circa Auctorem hujus Regulæ. T. 1. p. 176. n. 7.

Priſcis temporibus Eccleſiarum Cathedralium, & Monaſteriorum reſervatio non erat in Regula, prout hodie, abſolute concepta, ſed cum clauſula -- *quoties Pontifices ea uti voluerint* -- *ibid.* n. 8. & p. 204. n. 67. T. 2. p. 146. n. 7.

Proindeque electiones ad Cathedrales, & Monaſteria a Pontificibus aliquando Capitulis permiſſæ, Regulæ obſervantiam non infringebant. T. 1. p. 176. n. 10. p. 204. n. 68. 69.

Reprobatur *Mandoſ.* qui exiſtimat, quod Clauſula præfata -- *quoties &c.* nil operabatur. T. 1. p. 204. n. 74. & 75.

Eccleſiæ Epiſcopales, & Monaſteria, non cenſebantur vigore dictæ clauſulæ reſervata, niſi Papa expreſſe declaraſſet, quod reſervatione uti volebat. *ibid.* n. 72.

Et ſtante clauſula præfata, poterant Canonici Epiſcopum, vel Monaci Abatem eligere, ſi Eccleſia, vel Monaſterium vacaſſent Sede Apoſtolica vacante. *ibid.* n. 76.

Vel ſi ante eorum diſpoſitionem Papa deceſſiſſet. *ibid.*

Reſervatio Eccleſiarum Cathedralium, & Monaſteriorum, hodie eſt realis infixa Eccleſiis, & Monaſteriis, proindeque ſemper durat, etiam poſt obitum Pontificis, & poſtquam Regulæ Cancellariæ ceſſaverint. T. 2. p. 147. n. 14. & 15.

Idque ad majorem cauthelam expreſſum fuit in *Regula XI.* Cancellariæ. T. 2. p. 146. n. 7.

Monaſteria per hanc Regulam reſervata, dicuntur Monaſteria Conſiſtorialia, quia Papa de illis Conſiſtorialiter diſponit per viam Schedulæ. Tom. 1. pag. 197. n. 4. & 9. *Vid. V. Monaſteria Conſiſtorialia.*

Regulæ diſpoſitio generaliter loquitur de omnibus Monaſteriis præfatum valorem excedentibus; quamvis non ſint taxata in libris Cameræ. *ibid.* n. 16.

Locum habet in Monaſteriis, quæ Conventu carent, vel ſi Conventum habent, ſolita ſint commendari. Tom. 1. p. 198. n. 18.

Contrarium, quod Regula comprehendat etiam Monaſteria Conventum habentia, & electiva, quamvis ſolita non fuerint commendari, dummodo in Titulum perpetuum conferantur. *ibid.* n. 19. & p. 206. n. 93.

Et referuntur hujuſmodi ſententiæ fundamenta. T. 1. p. 198. n. 20. & ſeqq.

Quoad Monaſteria tamen electiva ſolum locum habere poteſt in *Lotharingia.* T. 1. p. 206. n. 91.

Verum nec in *Lotharingia* bodie locum amplius ſibi vindicat, ob indultum nominandi ad illius Regionis Monaſteria Regi Galliarum conceſſum a Clemente XII. *Vid. V. Rex Galliarum.* †

Regula non afficit Monaſteria de Jurepatronatus laicorum. T. 1. p. 199. n. 33.

Nec Monaſteria, quibus præficiuntur Abbates Trienniales, ne proviſus a Papa per Inferiores removeatur. Tom. 1. p. 206. n. 90.

Minuſque Monaſteria Germaniæ, in quibus vigore Concordatorum viget adhuc jus eligendi Abates. T. 1. p. 207. num. 98.

Vid. V. Beneficia Conſiſtorialia. V. Electio, Electus. V. Monaſteria Conſiſtorialia.

Regula II. non derogat Privilegiis, & Indultis a Sede Apoſtolica Regibus, & Principibus conceſſis præſentandi, nominandi, aut ſupplicandi ad Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria. T. 2. p. 193. n. 131.

Et de Indultis præfatis, quibus gaudent ex Apoſtolicæ Sedis benignitate Reges, & Principes. *Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales V. Eccleſiæ Cathedrales in ſpecie. V. Monaſteria. V. Principes. V. Reges.*

De Eccleſiis Cathedralibus Italiæ, necnon Cathedralibus, & Monaſteriis, Galliarum, & Germaniæ quomodo Pontifices diſponant. *Vid. V. Eccleſia Cathedrales. V. Galliarum Concordata. V. Galliarum Rex. V. Germaniæ Concordata. V. Italia.*

Regula II. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali, vel Abbatiali vacante, uſque ad promotionem ſucceſſorum, & adeptam ab iiſdem pacificam Poſſeſſionem.

Beneficia, quæ vacant Sede Epiſcopali, vel Abbatiali vacante, ſunt vigore Regulæ II. reſervata. T. 1. p. 226. n. 1. & p. 259. n. 333.

Etiamſi Eccleſiæ Epiſcopales, ſeu Abbatiales pertineant ad Regum, & Principum nominationem, ſeu præſentationem. T. 1. p. 263. n. 374.

Dicitur reſervatio præfata ratione *temporis.* Tom. 1. p. 266. n. 1.

Eam primus induxit *S. Pius V.* ſed cum ejus morte expiravit. T. 1. p. 226. n. 3. & 4. p. 241. n. 130.

Sed *Gregorius XIII.* S. Pii Succeſſor, illam non renovavit. T. 1. p. 227. n. 5. & p. 241. n. 131.

Reſervationem hanc primus inter Cancellariæ Regulas inſeruit *Sixtus V.* qui proinde Auctor Regulæ dicitur. T. 1. p. 227. n. 6. & p. 241 n. 132.

In Regulis modernis legitur -- *uſque ad proviſionem* -- ſed rectius in antiquis legebatur -- *uſque ad Promotionem Succeſſorum* --, & quare? T. 1. p. 227. n. 7.

Traduntur rationes hujuſmodi Reſervationis, quarum præcipua, ne Beneficia diutinam patiantur vacationem. *ibid.* n. 8. & p. 260. n. 346. & 350.

Regula reſervando Beneficia uſque ad tempus adeptæ pacificæ poſſeſſionis Eccleſiæ, eſt contra jus commune, quo inſpecto, Sedes Epiſcopalis, vel Abbatialis vacare deſinit ſtatim, ac novus electus in Conſiſtorio præconizatur, aut confirmatur. T. 1. p. 259. n. 334. & 335.

Et eſt ampliativa *Extravag. Injunctæ de Electione.* qua vacatio Eccleſiæ prorogata fuit uſque ad expeditionem Literarum Apoſtolicarum, earumque præſentationem Capitulo faciendam. *ibid.* n. 337.

Et a dicta *Extravag.* originem habuit hujus Regulæ diſpoſitio. T. 1. p. 260. n. 341.

Cardinales tamen nec *Extravag.* præfatæ, nec Regulæ diſpoſitioni ſubjacent, ſed ſtatim ac ſunt in Conſiſtorio præconizati, ac ante Literarum expeditionem Beneficia conferre poſſunt. *Vid. V. Card. Epiſcopus.*

Quemadmodum Epiſcopus legitime impeditus Eccleſiæ poſſeſſionem adipiſci, poteſt fructus percipere, & Beneficia conferre. *ibid.* n. 345.

Regulæ reſervatio afficit Beneficia vacantia poſt tranſlationem Epiſcopi ad aliam Eccleſiam. T. 1. p. 229. n. 27.

Et quidem a momento, quo Tranſlatus abſolvitur in Conſiſtorio a vinculo, quo priori Eccleſiæ tenebatur. *ibid.* n. 29. & ſeqq.

Vid. V. Epiſcopus quoad tranſlationem.

Regulæ reſervationi ſubjacent Beneficia, quæ ad Epiſcopum, ſi viveret, aut ſi Eccleſiæ non ceſſiſſet, aut ad aliam tranſlatus non fuiſſet, jure devoluto ſpectaſſent. T. 1. p. 241. n. 142.

Contrarium, quod ſpectet ad Capitulum, & redditur ratio. *ibid.* n. 143.

Sed a priori Sententia, quod devolutio fiat ad Papam, non eſt recedendum. *ibid.* n. 144. & ſeqq.

Intellige de Beneficiis, quæ ſunt liberæ collationis, ſecus de illis, quæ ſunt Juripatronatus obnoxia, nam iſtorum collatio ad Capitulum, ſeu ejus Vicarium Capitularem pertinet. *ibid.* n. 151.

Dummodo tamen Beneficia præfata non debeant ex lege fundationis conferri uni ex Conſanguineis, Concivibus, ſeu Perſonis ex certo Collegio, nam data hujuſmodi Beneficiorum devolutione Sede vacante, collatio ex tali jure, ſpectat ad Sedem Apoſtolicam vigore Regulæ. T. 1. p. 243. n. 154. & 155. *Vid. V. Capitulum Sede vacante.*

Regulæ reſervatio afficit Beneficia, quæ ſpectant ad collationem Dignitatum Cathedralium, vel Collegiatarum, & vacantia dum Dignitates ipſæ vacant. *ibid.* n. 156.

Intellige, quando Dignitas ipſa eſt reſervata ratione *Regula IV.* vel alio quocumque modo ad Sedis Apoſtolicæ proviſionem ſpectet, ſecus ſi reſervata non ſit. Tom. 1. p. 263. n. 368.

Vel de Jurepatronatus laicorum exiſtat. *ibid.* n. 369.

Si Dignitas ſit reſervata, ſed provideri debeat a Papa ad nominationem alterius, Beneficia ad d. Dignitatis nominationem, aut præſentationem ſpectantia, non ſunt ea vacantia, vigore Regulæ reſervata, & redduntur rationes. T. 1. p. 243. n. 159 p. 263. n. 370. & ſeqq.

Contrarium, quod adhuc ſint obnoxia reſervationi Regulæ. T. 1. p. 263. n. 375. & 376.

Ratio Regulæ æque militat in Dignitatibus pleno jure reſervatis, ac in iis, quarum proviſio quomodo facienda ſit a Seda Apoſtolica. T. 1. p. 264. n. 377.
Et verba Regulæ uſque ad *proviſionem Succeſſorum &c.* continent quemcumque providendi modum, ſive per inſtitutionem, ſive per confirmationem, ſive per liberam collationem. *ibid.* n. 378. & 381.
Beneficia, quæ ſpectant ad collationem Abatis Monaſteris de Jurepatronatus Regio, quæque vacant tempora vacationis Sedis Abbatialis, ſunt vigore Regulæ reſervata. *ibid.* n. 382.
Regulæ reſervatio non afficit Beneficia, quæ non ſunt liberæ collationis, ſed providentur ad alterius nominationem, præſentationem &c. T. 1. p. 243. n. 159.
Nec ea, in quibus Epiſcopus ſimultaneam collationem habet cum Capitulo. Et aſſignatur ratio. *ibid.* num. 159. & 160.
Sed quare reſervata non ſint vigore Regulæ Beneficia ſimultaneæ collationis, ſint vero reſervationi obnoxia ea, quæ ſunt de collatione Dignitatis per Sedem Apoſtolicam ad alterius nominationem providendæ? Tom. 1. p. 264. n. 381.
Concluſio, quod reſervatio Regulæ non afficit Beneficia, & Præbendas ſimultaneæ collationis Epiſcopi, & Capituli, limitatur in Præbenda Pœnitentiaria, quæ, Sede Epiſcopali vacante, non poteſt a Capitulo provideri, ſed remanet vigore Regulæ reſervata. T. 1. p. 219. n. 322.
Beneficia ſimultaneæ collationis ſunt immunia a reſervatione Regulæ, etiamſi eorum collatio ſit diviſa per Turnum, & ſive vacatio contingat in Turno Capituli, ſive Epiſcopi. T. 1. p. 243. n. 161.
Intellige, ubi diviſum reperitur ſolum exercitium juris conferendi, ſecus ſi diviſio percutiat juris præfati ſubſtantiam, & proprietatem, quo caſu Beneficia in Turno Epiſcopi poſt illius obitum vacantia, ſunt vigore Regulæ reſervata. *ibid.* n. 162. 163 165.
Contrarium, quod etiamſi fuerit diviſum Jus conferendi quoad ſolum illius exercitium, Beneficia in Turno Epiſcopi vacantia poſt illius obitum, ſint vigore Regulæ II. reſervata. T. 1. p. 257 n. 299.
Sed a priori Sententia non recedendum. T. 1. p. 258. n. 306.
Ex quibus per diviſionem ſimultaneæ cenſeatur diviſa proprietas, & ſubſtantia Juris conferendi, vel ſolum nudum illius exercitium? T. 1. p. 246. n. 186.
Vid. V. Simultanea diviſio. V. Cardinales Archipresbyteri Baſilicarum Urbis, & V. Baſilica S. Joannis, Baſilica Vaticana, Baſilica S. Mariæ Majoris.
Regula II. locum non habet, quando, Sede Epiſcopali vacante, Beneficiorum collatio ad alium ſpectat, nec eſt reſervata Succeſſori. T. 1. p. 259. n. 329.
Sed ſi ad Epiſcopum ſpectaret electio, præſentatio, nominatio &c. & ad alium inſtitutio, locus eſſet reſervationi Regulæ II. *ibid.* n. 330 & 332.
Nec Capitulum, ſeu Vicarius Capitularis poſſet nominare, eligere, aut præſentare. *ibid.* n. 331.
Beneficia, quæ Sede plena vacarunt, & per Epiſcopum collata non fuerunt, obnoxia non remanent reſervationi Regulæ, ſed conferri poſſunt a Succeſſore. Tom. 1. p. 261. n. 356.
Contrarium, & referuntur Literæ Apoſtolicæ proviſionis hujuſmodi Beneficiorum tanquam de reſervatis vigore *Regulæ II.* *ibid.* n. 357.
Sed prior ſententia magis arridet. Traditur ratio, & reſpondetur contrariis rationibus. T. 1. p. 264. n. 358. & 360.
Beneficium tempore Cardinalis Epiſcopi in Menſe reſervato vacans, & ab eo dum vixit non collatum, an a Succeſſore Epiſcopo non Cardinali provideri poſſit? *ibid.* num. 361.
Beneficia vacantia Sedibus Epiſcopali ſimul, & Papali, vacantibus, non ſunt vigore Regulæ reſervata. *ibidem* n. 363.
Sed incidunt in nexum reſervationis poſt electionem novi Pontificis Regulam II. renovantis. *ibid.* n. 364.
Epiſcopus jam electus, qui ante novi Pontificis creationem Eccleſiæ poſſeſſionem adipiſcitur, conferre poteſt Beneficia, quæ vacaverant Sedibus Epiſcopali, & Papali vacantibus. *ibid.* n. 366.
Refertur exemplum in contrarium. *ibid.* n. 367.
Reſervatio *Regulæ II.* locum ſibi non vindicat, ſi Collator Ordinarius gaudeat Apoſtolico Indulto excluſivo omnium, & quarumcumque reſervationum, tunc enim collatio Beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali vacante, Succeſſori reſervatur. T. 1. p. 268. n. 421.
Poteſt tamen Papa, ſi non jure reſervationis, jure tamen *præventionis* dicta Beneficia conferre. Et ita pluries ſervatum *ibid.* n. 422.
Cardinalis Indulto gaudens conferendi Beneficia Eccleſiæ dimiſſæ in octo Menſibus Apoſtolicis, aliis quatuor Epiſcopo dimiſſis, an poſſit Sede Epiſcopali vacante Beneficia in Menſibus dimiſſis vacantia, conferre? *Vid. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia Eccleſiæ dimiſſæ.*
Nuncii Apoſtolici, an conferre poſſint Beneficia vacantia Sede Epiſcopali vacante, & vigore Regulæ reſervata? *Vid. V. Nuncii Apoſtolici.*
Et, an ad ea nominare poſſit Univerſitas Studiorum Lovanii? *Vid V. Univerſitas Studiorum Lovanii.*
Reſervationi Regulæ II. an ſubjaceant Beneficia Germaniæ? *Vid. V. Germanica Concordata.*
Et quid de Beneficiis Galliarum? *Vid. V. Gallia.*
Regula II. afficit ſolum Beneficia inferiorum Eccleſiarum vacantia poſt obitum ſuorum Collatorum, ſecus Beneficia exiſtentia in Eccleſiis Urbis, quæ defunctis eorum Collatoribus, non cadunt proprie ſub reſervatione, ſed providentur a Papa jure ordinario. T. 1. p. 120. n. 283. & 284.
Hinc Cardinales Beneficia in ſuis Titulis vacantia, etiam ante adeptam eorum poſſeſſionem, conferre poſſunt T. 1. p. 260. n. 343.

REGULA III.

Beneficia, quæ reſignantur, dimittuntur, aut permutantur intra tempus vacationis, & Apoſtolicæ proviſionis aliorum incompatibilium, nec non Beneficia ipſa incompatibilia de novo collata, ſunt vigore Regulæ III. reſervata. T. 1. p. 273. n. 1.
Et proviſio primi Beneficii facta ex cauſa præventivæ reſignationis, dimiſſionis, aut permutationis, nec Titulum coloratum tribuit. *ibid.* n. 4.
Reſervatio Regulæ III. eſt extenſio alterius inductæ per *Extravag. ad Regimen*, qua reſervantur Beneficia vacantia ob aſſequutionem aliorum incompatibilium. *ibid.* n. 2.
Exponitur ratio Regulæ. *ibid.* n. 2.
Regula agnoſcit in Auctorem *Paulum V.* eamque primus inter Cancellariæ Regulas inſeruit *Gregorius XV.* *ibidem* n. 3. & p. 275. n. 21. & 22.
Regula in ſui origine decernebat ſolum vacationem, & reſervationem Beneficii reſignati, ſed *Innocentius X.* addidit pœnam vacationis, & reſervationis ſecundi Beneficii incompatibilis obtenti. Tom. 1. p. 273. n. 5. & p. 275. num. 23.
Et *Alexander VII.* Regulæ addidit verba illa — *Salvis tamen quibuſcumque &c.* T. 1. p. 273. n. 6.
Regula eſt ſolum favorabilis in prima parte, quæ irritat reſignationem primi Beneficii. *ibid* num. 7. & pag. 278. num. 57.
Odioſa vero in ſecunda, qua decernit pœnam vacationis, *ut prius*, & reſervationis alterius Beneficii incompatibilis obtenti. Tom. 1. pag. 273. num. 8. & pag 278. n. 58 & 65.
Proindeque eſt ſtricte interpretanda, nec ex identitate rationis extendenda de caſu ad caſum. T. 1. p. 278. n. 65. p. 280. n. 84.
Regula III. concordat cum *Regula XXVI.* ſolum quoad primam ejus partem, vacationis nempe, *ut prius*, & reſervationis Beneficii reſignati. T. 1. p. 280. n. 83.
Et explicatur *Quæſada*, qui indefinite aſſerit *Regulam III.* concordare cum *Regula XXVI.* & unam alteri adnecti poſſe. T. 1. p. 278. n. 55.
Regula III. in ſecunda parte, qua decernit pœnam vacationis, *ut prius*, & reſervationis ſecundi Beneficii incompatibilis obtenti, comprehendit ſolum Beneficia inferiora, non autem Epiſcopatus, Abbatias, aliaque Beneficia majora. T. 1. p. 273. n. 9. & p. 275. n. 26.
Pro dictis vero Beneficiis majoribus emanavit *Regula XXVI.* quæ loquitur de promovendis ad majores Prælaturas, & unicam decernit pœnam, vacationis ſcilicet, & reſervationis Beneficii intra tempus illarum vacationis, & promotionis reſignati, non autem Prælaturarum obtentarum vacationem. Tom. 1. pag. 274. n. 11. & ſeqq. & n. 18. *Vid. V. Regula XXVI.*
Regulas III. & XXVI. eſſe inter ſe diſtinctas, diverſoſque caſus percutere, probatur ex utriuſque Regulæ origine, ex diverſis formulis, & verbis, quibus conceptæ ſunt, & ex diverſitate rationum inter eas militantium. T. 1. p. 274. & ſeqq. a n. 15. uſque ad 69.
In Congregatione habita pro renovandis Regulis Cancellariæ ſub *Benedicto XIII.* reſolutum fuit, addendam non eſſe *Regulæ III.* expreſſionem *Abbatiarum Conſiſtorialium*, quæ extra Conſiſtorium provideri ſolent. *ibidem* numer. 10.
De diverſis formulis, quibus concipiuntur Supplicationes, quando quis provideri ſperans de ſecundo Beneficio incompa-

incompatibili, vult reſignare primum abſque incurſu in pœnam *Regulæ III.* & quando aſpirat ad Prælaturam jam vacantem, & vult reſignare Beneficium incompatibile, quod obtinet, evitando diſpoſitionem *Regulæ XXVI.* T. 1. p. 277. n. 48.
Provideri ſperans de Epiſcopatu, etiamſi ad illum ſit examinatus, Beneficium incompatibile, quod obtinet, reſignare non prohibetur. T. 1. p. 280. n. 85.
Regula III. locum habet, etiamſi proviſio ſecundi Beneficii incompatibilis fiat ab alio, quam a Papa, de ejus tamen auctoritate. T. 1. p. 279. n. 70.
Hujuſmodi Concluſio revocatur in dubium, & declaratur in quibus terminis procedere poſſit. *ibidem* numer. 71. & 73.
Regula procedit, etiamſi reſignatio primi Beneficii incompatibilis facta fuerit bona fide, & abſque fraude imminentis Reſervationis. *ibid.* n. 74.
Fraus tamen colligitur ab eventu, maxime ſtante actuum vicinitate, reſignatione nempe primi, & Apoſtolica proviſione ſecundi Beneficii incompatibilis. *ibid.* n. 75. & p. 280. n. 82.
Regulæ III. diſpoſitio locum ſibi vindicat, quamvis Reſignans ſit incertus de obtinendo ſecundum Beneficium incompatibile. T. 1. p. 279. n. 77.
Secus, ſi ignorans illius vacationem, de eo poſt reſignationem primi provideatur. *ibid.* n. 78.
Intellige, ut ignorans vacationem ſecundi Beneficii non incurrat pœnam illius privationis juxta ſecundam Regulæ partem, non autem, ut ſubſiſtat reſignatio primi, ut in prima parte decernitur. *ibid.* n. 79. & 81.
Regula III. non impedit, quominus deputari ſperans in Coadjutorem, reſignet Beneficium incompatibile cum Coadjutoria. T. 1. p. 280. n. 83.
Amplia, etiam ſi Gratia Coadjutoriæ ſit a Papa ſignata. *ibid.* n. 88.
Aſſignantur rationes, & referuntur reſolutiones Congregationis Datariæ. *ibid.* n. 89. 90. & 91.
Regula III. ut locum habeat, requiritur, quod proviſio ſecundi Beneficii incompatibilis ſit perfecta cum ſubſequuta pacifica illius poſſeſſione. *ibid.* num. 87. & pag. 282. num. 107.
Regulæ diſpoſitio procedit, quamvis proviſio ſecundi Beneficii incompatibilis fiat auctoritate ordinaria, ſi illius poſſeſſio in Menſe Apoſtolico adipiſcatur, & quare? T. 1. p. 280. n. 92. & 93.
Contrarium, & redduntur rationes. *ibidem* num. 94. 95. & ſeqq.
Limita poſteriorem hanc Sententiam, ſi proviſus auctoritate ordinaria de ſecundo Beneficio incompatibili, teneatur neceſſario illius poſſeſſionem adipiſci in Menſe reſervato, & ponitur exemplum. Tom. 1. pag. 281. numer. 102.
Et quid, ſi agatur non de libera reſignatione primi Beneficii obtenti, ſed de reſignatione facta ex cauſa permutationis cum alio Beneficio compatibili cum eo, de quo Reſignans erat auctoritate ordinaria providendus? T. 1. p. 282. n. 103.
Concluſio, quod Regula non afficit Reſignantem Beneficium poſtea ab Ordinario de altero incompatibili proviſum, eo magis procedit, ſi Beneficium reſignatum, ſeu dimiſſum, ſit de Jurepatronatus laicorum. *ibid.* n. 104.
Sed aliter dicendum, ſi proviſio ſecundi Beneficii incompatibilis ſit expleta auctoritate Apoſtolica, & quare? *ibid.* n. 105.
Contrarium, quod Regula non comprehendit reſignantem Beneficium de Jurepatr. laicali, & poſtea auctoritate Apoſtolica proviſum de altero incompatibili. *ibidem* numer. 106.
Regula locum non habet, quando in proviſione Apoſtolica ſecundi Beneficii incompatibilis ſit mentio primi reſignati intra tempus illius vacationis, & proviſionis. *ibid.* num. 108.
Sed in praxi non ſervatur, quod fiat dicta mentio, ſed ſtylus eſt, quod in reſignatione primi, exprimatur, quod reſignans *provideri ſperat* de alio Beneficio incompatibili. *ibid.* n. 109.
Reſignationes Beneficiorum cum dicta clauſula, quod *Reſignans provideri ſperat de alio incompatibili*, olim erant *magnæ gratiæ*, & raro admittebantur. *ibid.* n. 110.
Et hæc erat praxis, quæ vigebat Regnantibus *Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente XI.* *ibid.* n. 111.
Et referuntur nonnulla exempla. *ibid.*
Paſſim tamen admittuntur Reſignationes cum dicta clauſula, quando Reſignans primum Beneficium *provideri ſperat* de ſecundo incompatibili auctoritate ordinaria; Vel quando primum Beneficium eſt de Jurepatr. laicorum. Et referuntur exempla. *ibid.* n. 112.
Refertur caſus ſingularis reſignationis Parochialis admiſſæ cum clauſula, quod Reſignans *provideri ſperabat* auctoritate ordinaria de Beneficio incompatibili Juriſpatronatus laicorum. T. 1. p. 282. n. 113.
Reſignatio Beneficii reſervati, reticita reſervatione, expleta intra tempus vacationis, & proviſione alterius incompatibilis ordinaria auctoritate factæ, ſubjacet cenſuræ Regulæ, & quare? T. 1. p. 283. n. 116. & 117.
Pontifices, licet paſſim admittant Reſignationes Beneficiorum, quæ ſunt reſervata, id tamen procedit in terminis reſignationis ſimplicis, ſecus quando reſignatio fit ab iis, qui *provideri ſperant* de aliis Beneficiis incompatibilibus. *ibid.* n. 118.
Et aſſignantur geminæ rationes differentiæ. *ibid.* num. 119. & 120.
Vid. V. Regula XXVI.

REGULA IV.

Regula IV. agnoſcit in Auctorem *Joannem XXIII.* Tom. 1. p. 286. n. 3.
Et reprobantur DD. qui exiſtimant Auctorem Regulæ fuiſſe *Innocentium III.* vel *Paulum II.* *ibid.* n. 2. & 4.
Regula IV. munita reperitur Decreto irritanti, uſque ab anno 1655. T. 1. p. 339. n. 56.

Regula IV. quoad reſervationem dignitatum poſt Pontificales majorum in Cathedralibus.

Regula reſervat Dignitates poſt Pontificales Majores in Cathedralibus. T. 1. p. 286. n. 5.
Et hæc eſt reſervatio ratione *Rei.* *ibid.*
Ratio hujus reſervationis quæ proprie ſit? *ibidem* numer 6.
Sed præter reſervationem Dignitatibus majoribus a Regula IV. infixam, ſubjacent illæ etiam reſervationi *Regulæ IX.* ſi vacent in Menſibus reſervatis. Tom. 2. p. 194. n. 53.
Necnon reſervationi ex familiaritate Cardinalitia, ſi vacent per obitum familiarium Cardinalium. T. 1. p. 341. num. 73.
Reſervatio Regulæ tam quoad Dignitates majores in Cathedralibus, quam principales in Collegiatis, locum non habet Sede Apoſtolica vacante. T. 1. p. 195. n. 32.
Contrarium verius, & redditur ratio. *ibid.* n. 33. Tom. 3. p. 126. n. 348.
Amplia, etiamſi Dignitates præfatæ fuerint Curatæ, nec earum reſpectu procedit diſpoſitio *Cap. Si Apoſtolica, de Præben. in 6.* T. 1. p. 296. n. 35. *Vid. V. Parochiales quoad Reſervationes.*
Proviſus ab Ordinario Sede Apoſtolica vacante de Dignitatibus prædictis, an teneatur fructus perceptos reſtituere? T. 1. p. 9. n. 77.
Regula eſt odioſa, & ſtricte intelligenda. Tom. 1. p. 286. num. 14.
Non afficit niſi veram, & propriam Dignitatem in Collegio. *ibid.* n. 15.
Unde Archipreſbyteri Rurales non dicuntur habere Dignitatem. *ibid.*
Dignitatem eſſe poſt Pontificalem majorem in Cathedrali, debet concludenter probari. *ibid.* n. 16.
Et ex quibus probatio hujuſmodi reſultet. *Vid. V. Dignitas.*
Regula irritat, & infringit contrarias conſuetudines, & poſſeſſiones. T. 1. p. 288. n. 32.
Ad effectum reſervationis Regulæ, neceſſe eſt, quod Dignitas major in Cathedrali excedat valorem decem Florenorum. T. 1. p. 294. n. 19.
Contrarium, quod exceſſus hujuſmodi ſolum requiritur pro reſervatione Dignitatum principalium in Collegiatis, & redduntur rationes. *ibid.* num. 20. 21. & p. 295. n. 22.
Reſervatio Regulæ, ut locum ſibi vindicet non requirit, quod Dignitas Juriſdictionem habeat, ſed ſufficit, quod gaudeat præheminentia. T. 1. p. 286. n. 12.
Regulæ reſervatio afficit etiam Dignitates majores in Cathedralibus Regularibus. T. 1. p. 288. n. 33.
Necnon Dignitates majores in Cathedralibus Germaniæ, etiam electivas. *ibid.* n. 33.
Vid. V. Germania Concordata.
Reprobatur *Rochus* contrarium exiſtimans. *ibid.* n. 34.
Dignitates præfatæ in Germania ſunt reſervatæ vigore *Regulæ IV.* & non Concordatorum. T. 1. p. 294. n. 15. 16. & 17.
Recenſentur nonnulla Capitula Germaniæ, quæ Apoſtolico gaudent Indulto eligendi, ad Dignitates majores in Cathedralibus. T. 1. p. 288. n. 35.

Regula

Regula locum ſibi vindicat, etiamſi in Cathedrali non adſit niſi unica Dignitas. T. 1. p. 289. n. 41.
Dummodo tamen adſint in ea alia Beneficia, nam Dignitas Monoculatis reſervationi Regulæ non ſubjacet. *ibid.* n. 42.
Si Dignitas poſt Pontificalem major ſit unita Capitulo, Regula locum habet in ſecunda Dignitate. *ibid.* n. 43.
Intellige, ſi unita ſit acceſſorie, ſecus ſi æque principaliter. *ibid.* n. 44.
Secunda Dignitas Cathedralis non ſubjacet reſervationi Regulæ, quando Dignitas major eſt de Jurepatronatus laicali. *ibid.* n. 45.
Sed contrarium verius. *ibid.* n. 46.
Regula non reſervat niſi unam tantum Dignitatem in Cathedrali. *ibid.* n. 47.
Si in Cathedrali adeſſent duæ Dignitates majores coæquales, ambæ eſſent reſervatæ. T. 1. p. 290. n. 48.
Probanda tamen eſſet concludenter æqualitas, cum etiam in Dignitatibus detur majus & minus. *ibid.* n. 49.
Et, an duæ Dignitates præfatæ in eadem Cathedrali dari poſſint? *Vid. V. Dignitas.*
Regulæ reſervatio afficit Dignitates majores in Cathedralibus erectas etiam poſt illius editionem. *ibid* n. 54.
Dignitas, ut ſubjaceat reſervationi Regulæ, debet eſſe *actu* major poſt Pontificalem in Cathedrali. *ibid.* n. 55.
Et Dignitas minor erecta in Majorem ſub aliqua conditione, tempore illius vacationis nondum purificata, non ſubjacet reſervationi Regulæ. *ibid.* n. 56.
Si tamen ante proviſionem efficeretur *actu major*, eſſet Reſervationi Regulæ obnoxia. *ibid.* n. 57.
Dignitas actu major in Cathedrali, cadit ſub reſervatione Regulæ, quamvis legitima auctoritate ſit diſpoſitum, quod ſequuta illius vacatione, deſinat eſſe talis. *ibidem* num. 58.
Dignitas, quæ eſt ſecunda, vel tertia in Cathedrali, comprehenditur ſub Regula, quando eſt etiam principalis in Collegiata. *ibid.* n. 59.
Intellige, ſi Collegiata actu ſit diſtincta a Cathedrali, ſecus ſi adſit in Cathedrali Collegium, cui aliqua Dignitas minor ejuſdem Cathedralis principaliter præſit. T. 1. p. 291. n. 60.
Dignitas major in Cathedrali, vel principalis in Collegiata, ſtante etiam ſtatuto, & conſuetudine optandi, ſubjacet reſervationi Regulæ, & immunis eſt ab Optione. Et redditur ratio. *ibid* n. 61. & 62.
Limita, ſi adſit Indultum Apoſtolicum, quod ad primam Dignitatem ſemper aſſumi debeat antiquior Canonicus abſque Ordinaria, vel Apoſtolica deputatione. *ibidem* n. 63.
Maxime, ſi Indultum diſponat, quod locus ſit Optioni, quamvis ultimus Primæ Dignitatis poſſeſſor eſſet familiaris alicujus Cardinalis. *ibid.* n 64.
Aut, ſi concurrat obſervantia, quod nunquam prima Dignitas fuerit a Sede Apoſtolica collata. *ibid.* n. 65.
Cardinales vigore eorum Ordinarii Indulti, an conferre poſſint Dignitates in Cathedralibus majores, & principales in Collegiatis? *Vid. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
Et, an Dignitates prælatas conferre poſſint Vice-Legati Avenioneſes? T. 1. p. 288. n. 30. *Vid. V. Vice-Legatus Avenionenſis.*
Facultas conferendi Dignitates majores in Cathedralibus, & principales in Collegiatis, indiget expreſſa & individua mentione, nec cenſetur impertita per clauſulas generales *Regulæ IV.* derogatorias. Tom. 4. pag. 171. n. 6.
Apoſtolicum Indultum Duci *Albæ*, & *Cauriæ* conceſſum præſentandi ad Dignitates majores in Cathedralibus, & principales in Collegiatis, an comprehendat Decanatum Dignitatem majorem in Cathedrali *Caurien.*? Tom. 1. p. 288. n. 37.
Indulta conferendi Dignitates majores in Cathedralibus, & principales in Collegiatis revocantur per *Regulam XV.* Cancellariæ. T. 1. p. 295. n. 31.
Vid. V. Regula XV.
Et quid, ſi fuerint conceſſa in limine fundationis? *Vid. V. Regula XV.*
Reſervatio Regulæ, tacite etiam excludi poteſt in limine fundationis, quando Dignitas major in Cathedrali, vel principalis in Collegiata ex bonis laicalibus fundatur. T. 1. p. 295. n. 26.
Et ad hunc effectum non requiruntur verba ita ampla, & prægnantia, quæ neceſſaria ſunt pro excluſione reſervationis *Regulæ* IX. *ibid* n. 27.
Secus, ſi Epiſcopus tanquam Exequutor Apoſtolicus illam erexerit cum redditibus Beneficiorum ſuppreſſorum; niſi expreſſe, & ſpecifice impertita ei fuerit poteſtas excludendi reſervationem Regulæ. Tom. 1. pag. 295. n. 28.
Nec ad hunc effectum ſufficiunt clauſulæ, licet ampliſſimæ, contentæ in Literis Apoſtolicis derogationis. *ibid* in numer. 29.
Vid. V. Reſervationum excluſio.

Regula IV. quoad reſervationem Dignitatum principalium in Collegiatis Eccleſiis.

Reſervat quoque *Regula IV.* Dignitates principales in Collegiatis Eccleſiis. T. 1. p. 293. n. 1.
Et Dignitates præfatæ ſubjacent etiam reſervationi *Regulæ IX.* ſi in aliquo ex Menſibus Apoſtolicis vacent. Tom. 1. p. 184. n. 61.
Quæ ſit Dignitas principalis in Collegiata? *Vid. V. Dignitas.*
Et ex quibus probetur Eccleſiam eſſe Collegiatam? *Vid. V. Eccleſia Collegiata.*
Regula, ad effectum ut locum ſibi vindicet, ſufficit quod Eccleſia ſit Collegiata *habitu*, licet *actu* talis non ſit. T. 1. p. 300. n. 96.
Et ſufficit probare, quod ab initio fuerit Collegiata *ibid.* n. 97.
Nec proviſiones Ordinariorum de Dignitate principali in ea exiſtente, expletæ, aptæ ſunt illius ſtatum immutare. *ibid.*
Prout, nec Proviſiones Apoſtolicæ, ſi emanaverint ex cauſa Reſignationis. *ibid.* n. 98.
Regulæ reſervatio locum habet etiam in Dignitatibus principalibus exiſtentibus in Collegiatis Eccleſiis Regularibus. T. 1. p. 304. n. 33.
Principalis Dignitas illa dicitur, quæ eſt prima inter Canonicos, licet adſit alia major cum juriſdictione quaſi Epiſcopali. T. 1. p. 293. n. 4.
Et in Collegiatis habentibus Dignitatem cum dicta Juriſdict. prout ſunt illæ *Alcamuræ*, *Carpi* &c. quæ Dignitas veniat appellatione principalis, ad effectum Regulæ? *ibid.* n. 5.
Regula, ut locum ſibi vindicet, requiritur, quod Dignitas principalis excedat valorem decem *Florenorum auri. ibid.* num. 6.
In Regulis editis a *Joanne XXIII.* & *Martino V.* non adeſt expreſſio valoris, legitur tamen in Regulis *Sixti IV. Innocentii VIII.* & Succeſſorum. *ibid.* n. 7.
Et Florenus auri quid importet? *ibid* n. 8.
Valor decem Florenorum conſtitui, & regulari debet ex fructibus certis Dignitatis *ibid* n. 9.
Dignitates principales in Collegiatis Germaniæ ſunt reſervatæ, etiamſi non excedant valorem decem Florenorum. T. 1. p. 291. n. 14.
Contrarium verius, & redditur ratio. *ibid.* & ſeqq p. 294. & 295.
In Concordatis Germaniæ nil de novo diſpoſitum fuit circa Dignitates principales in Collegiatis, & majores in Cathedralibus, ſed jus eas providendi relictum fuit ſub diſpoſitione Regulæ, ad cujus proinde terminos, & non Concordatorum, Pontifex de illis diſponit. T. 1. p. 294. n. 15. 16. 17.
De Indultis conceſſis a Sede Apoſtolica nonnullis Capitulis Germaniæ eligendi ad Dignitates Principales in Collegiatis? T. 1. p. 288. n. 35.
Et, an hujuſmodi Indulta ſint revocata per *Regulam XV.* Cancellariæ? *Vid. V. Regula XV.*
Dignitates principales in Collegiatis, etſi Curatæ, ſubjacent reſervationi Regulæ. T. 1. p. 295. n. 23.
Sed immunes ſunt a Concurſu. *ibid.* n. 24.
Regulantes tamen Pontifices demandare ſolent Concurſum pro eorum animi inſtructione. *ibid.* n. 25.
Vid. V. Concurſus.
Reſervatio Regulæ, an locum habeat ſi Dignitas Principalis in Collegiata vacet *Sede Apoſtolica vacante*? & quid ſi fuerit Curata? *Vid. V. Regula IV. quoad Reſervationem Dignitatum poſt Pontificales majorum in Cathedralibus. Vid. V. Parochiales quoad Reſervationes.*
Reſervatio Regulæ, an, & quando excludi poſſit in limine fundationis? *Vid. V. Regula IV. quoad Reſervationem Dignitatum poſt Pontificales majorum in Cathedralibus.*
Erecta Eccleſia de Jurepatronatus laicali in Collegiatam, Patronus amittit Jus præſentandi ad Dignitatem principalem. *ibid.* n. 30.

Regula IV. quoad reſervationem Prioratuum, Præpoſiturarum, aliarumque Dignitatum Conventualium.

Prioratus, Præceptoriæ, & aliæ Dignitates Conventuales, ſunt vigore *Regulæ IV.* reſervatæ. T. 1. p. 302. n. 1.
In quo differt illa reſervatio ab ea contenta in *Regula II.* *ibid.* n. 2.
Regula non habet locum in Gallia, cum Regi vigore Concordatorum competat facultas nominandi ad Prioratus omnes Conventuales electivos. T. 1. p. 309. n. 80.
Et de Elencho Prioratuum omnium Conventualium in Gallia ad Regis nominationem ſpectantium. *ibidem* numer. 81.
Qui ſe fundat in hac reſervatione Regulæ, probare debet Prioratum, Præceptoriam &c. eſſe Dignitatem Conventualem. T. 1. p. 302. n. 3.
Regula intelligitur de Prioratibus, & Dignitatibus Regularium. Et de ratione. *ibid.* n. 4. & 6.
Procedit etiam in Prioratibus, qui Monachos non habent. *ibid.* n. 9.
Et in Prioratibus Regularibus dari ſolitis in Commendam. *ibid.* n. 10.
Regula ſolum afficit Prioratus, & Præpoſituras perpetuas, non autem temporales, & amovibiles ad nutum Superioris *ibid.* n. 11.
Nec Prioratus obedientiarios, etſi Conventuales. *ibidem* n. 12.
Et, an afficiat Præceptorias *S. Antonii de S. Antonio Viennen.* *ibid.* n. 14. & p. 303. n. 22. *Vid. V. Ordo S. Antonii de S. Antonio Viennen.*
Cardinales poſſunt vigore Indulti conferre Prioratus, Præpoſituras, aliaſque Dignitates Conventuales, licet vigore Regulæ reſervatas. T. 1. p. 303. n. 25.
Intellige, quando Dignitates præfatæ non ſunt exemtæ, ſecus ſi tales ſint. *ibid.* n. 26. & ſeqq.
Vid. V. Beneficia Regularia. V. Beneficia Regularia exemta. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata. V. Dignitas Regularis.

Regula IV. quoad reſervationem Præceptoriarum Generalium Ordinum quorumcumque.

Præceptoriæ Generales Ordinum quorumcumque, ſunt vigore Regulæ reſervatæ. T. 1. p. 309. n. 1.
Dummodo ſint eorum Ordinum qui ex proprio inſtituto Hoſpitalitati ſunt addicti, & non Ordinum militarium. *ibid.* n. 2.
Hinc Præceptoriæ Ordinum S. Joannis Hieroſolymitani, *S. Jacobi de Spatha &c.* non ſunt reſervatæ vigore Regulæ. *ibid.* n. 3.
Sunt tamen reſervatæ Præceptoriæ Ordinis, qui ab initio fuit militaris, ſed poſtea evaſit Monacalis. *ibid.* n. 4.
Vid. V. Ordines Militares. V. Ordo S. Antonii de S. Antonio Viennen. Ordo S. Spiritus in Saxia.

Regula IV. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium per obitum Familiarium S. R. E. Cardinalium.

Beneficia vacantia per obitum Familiarium DD. Cardinalium, ſunt Apoſtolicæ Sedi vigore Regulæ IV. reſervata. T. 1. p. 334. n. 1.
Et quidem reſervatione perſonali. Tom. 3. pag. 105. n. 40. p. 107. n. 69.
Familiaritas Cardinalis quomodo inducatur, probetur, & diſſolvatur, & qui ſint Cardinalium Familiares? *Vid. V. Familiares Cardinalium. Verb. Familiaritas Cardinalis.*
Reſervatio Regulæ IV. eſt præparatoria ad *Regulam XXXII.* T. 1. p. 334. n. 2.
Et eſt inducta, etiam in gratiam eorumdem Cardinalium. T. 1. p. 342. n. 84.
Beneficia Familiarium, ut ſint reſervata, neceſſe non eſt, quod eorum ſervitium ſit quotidianum, & continuum, ſed ſufficit, quod inſerviant horis, & temporibus competentibus. T. 1. p. 351. n. 184.
Verbum *continue*, quod in Regula legitur, non judaice, ſed civili modo intelligi debet, & *continue* dicitur ſervire, qui inſervit horis, & temporibus competentibus. *ibid.* n. 184. & p. 352. n. 194.
Nec proinde requiritur ad effectum reſervationis ſervitium quotidianum, & continuum. T. 1. p. 352. n. 185.
Ex Conſtitutione XIX. *Gregorii XIV.* & LVIII. *Pauli V.* Beneficia Familiarium reſervantur Pontifici, tam ſi *apud Sedem*, quam ſi *extra Curiam* vacent, & quamvis ad alterius Cardinalis collationem, vel diſpoſitionem pertineant. T. 1. p. 334. n. 3. & 5. & p. 336. n. 22. & 22. p. 349. n. 160.
Et Regulæ Cancellariæ ſuper familiaritate, redactæ fuerunt ad terminos earundem Conſtitutionum. T. 1. p. 334. n. 9. & p. 336. n. 23.
Dumque a novis Pontificibus renoventur, cenſentur renovatæ cum conditionibus in dictis Conſtitutionibus inſertis. T. 1. p. 334. n. 10.
Beneficia Familiarium conferri non poſſunt a Cardinali Ordinario Collatore, quamvis Indulto gaudeat conferendi Beneficia reſervata. T. 1. p. 335. n. 11.
Niſi Indultum præfatum facultatem impertiatur conferendi etiam Beneficia Familiarium. *ibid.* n. 12.
Eaque ad Pontificis ſpectant diſpoſitionem, quamvis Cardinalis ſit Ordinarius Collator, & Patronus. *ibid.* n. 12. p. 337. n. 30. & 32.
Amplia, quamvis favore Cardinalis Patroni ſimul, Ordinarii Collatoris, concurreret longæva, & immemorabilis obſervantia. T. 1. p. 338. n. 46. & ſeqq.
Et ita reſolutum a Congregatione particulari. T. 1. p. 335. n. 13.
Beneficia Familiarium Cardinalium ſunt Pontifici reſervata, tametſi ſpectent ad collationem Cardinalis Titularis. T. 1. p. 340. n. 71.
Et, an in proviſione illorum a Sede Apoſtolica facienda, requiratur conſenſus Cardinalis Titularis? *Vid. V. Cardinales Titulares. Verb. Regula XXXII. Verb. Regula XXXIII.*
Reſervationi Regulæ ſubjacent etiam Parochiales vacantes per obitum Familiarium DD. Cardinalium. T. 1. p. 341. n. 72.
Item, Dignitates majores poſt Pontificalem in Cathedralibus, & Principales in Collegiatis. *ibid.* n. 73.
Non afficit tamen Regula Beneficia de Jurepatronatus laicorum. *ibid.* n. 74.
Nec juxta opinionem *Card. de Luca* Beneficia de Jurepatronatus Eccleſiaſtico. *ibid.* n. 75.
Sed reprobatur hæc opinio. *ibid.* n. 76. & 77.
Afficit Regula, etiam Beneficia obtenta ante familiaritatem. *ibid.* n. 78. T. 3. p. 123. n. 300. p. 124. n. 314.
Eorumque reſervatio non extinguitur per diſſolutionem familiaritatis. T. 1. p. 341. n. 79. & p. 343. n. 97.
Beneficia tamen obtenta poſt diſſolutam familiaritatem, non ſubjacent reſervationi Regulæ? T. 1. p. 341. n. 79.
Nec Beneficia obtenta per eum, qui receptus fuit inter familiares *Sede Apoſtolica vacante*, & eadem vacatione durante, deceſſit. *ibid.* n. 80.
Beneficia illius, qui pluribus Cardinalibus ſucceſſive inſervit, unicæ tantum ſubjacent reſervationi, cum multiplicitas familiaritatis reſervationem non multiplicet. *ibid.* n. 79. T. 3. p. 122. n. 120. p. 125. n. 163.
Regula reſervat etiam Beneficia ad quæ Familiaris Cardinalis jus *ad rem* habeat. T. 1. p. 341. n. 81.
Reſervatio Regulæ, ut locum ſibi vindicet, requirit familiaritatem ſaltem quadrimeſtrem, prout eam requirit *Regula XXXII.* *ibid.* n. 82.
Et aſſignatur ratio. *ibid.* n. 83. & ſeqq.
Contrarium, quod ſufficiat defunctum per modicum tempus fuiſſe familiarem. Et redduntur rationes. *ibid.* n. 83. & T. 3. p. 128. n. 400.
Niſi, quis narraverit Pontifici familiaritatem ad certum tempus reliſtam, quo caſu eam probare tenetur. Tom. 1. p. 342. n. 88.
Refertur Reſolutio Congregationis particularis de anno 1678. quod neceſſaria non ſit ad effectum reſervationis familiaritas quadrimeſtris. *ibid.* n. 89.
Maxime, ſi Cardinalis Patronus eſſet defunctus, & quare? *ibid.* n. 91. & p. 343. n. 92. 93. & 94.
Et reſpondetur diſpoſitioni *Regulæ XXXII.* requirentis in ſuo caſu familiaritatem quadrimeſtrem. Tom. 1. p. 343. n. 95.
Familiaritas, ad effectum Reſervationis, debet concludentiſſime probari. *ibid.* n. 98.
Secus, quando agitur ad effectum juſtificationis gratiæ, vel expediendi Literas Apoſtolicas *gratis*. *ibid.* n. 99.
Et quomodo probetur? *Vid. V. Familiaritas Cardinalis*, & *V. Familiares Cardinalium.*
Familiaritas ad effectum *Regulæ IV.* reſpicere debet Perſonam Cardinalis uti Cardinalis, non Perſonam Cardinalis uti Epiſcopi, Abbatis &c. *Vid. V. Familiares Cardinalium.*
Regulæ reſervatio locum ſibi vindicat, etiam reſpectu Beneficiorum, quæ obtinent Subfamiliares Cardinalium, ii nempe, qui ſerviunt eorum familiaribus, dummodo Cardinalis expenſis vivant. T. 1. p. 350. n. 172.
Beneficia vacantia per obitum Familiaris, qui per modicum tempus alteri inſervierat, ſubjacent Reſervationi Regulæ IV. quia non cenſetur diſſoluta familiaritas. Tom. 3. p. 125. n. 334.

Quemad-

Quemadmodum, & vacantia per obitum Familiaris, qui familiaritatis tempore alteri Magnati etiam inſervierat. T. 3. p. 125. n. 349.

Vid. V. Familiares Cardinalium.

Regula IV. quoad reſervationem Beneficiorum Familiarium Papæ.

Beneficia Familiarium Papæ, ſunt reſervata reſervatione perſonali. T. 1. p. 317. n. 1.
Qui ſunt Papæ familiares, & quomodo familiaritas probetur? *Vid. V. Familiares, & Familiaritas Papæ.*
Familiaritas Pontificis, etſi ficta, reſervationem quoque inducit, & Ordinarios excludit a collatione Beneficiorum, quæ ficti familiares Papæ obtinebant. T. 1. p. 318. n. 22. 24. p. 324. n. 84. p. 326. n. 112.
Reſervationi Regulæ ſubjacent, etiam Beneficia obtenta per Familiares Familiarium Pontificis. T. 1. p. 324. n. 80. p. 328. n. 144.
Et ſic Beneficia familiarium Auditorum Rotæ, qui ſunt veri Pontificis familiares. T. 1. p. 328. n. 145.
Maxime, ſi Familiares Familiarium Pontificis, fuerint agniti in Familiares ipſius Pontificis. Tom. 1. pag. 324. n. 91. & 92.
Diſtinguitur inter illos Subfamiliares, qui deſignantur a Pontifice, illiuſque expenſis vivunt, & alios qui vivunt expenſis Familiaris; ut Beneficia, quæ obtinent primi, ſint vigore Regulæ reſervata, ſecus ea, quæ obtinent ſecundi. *ibid.* n. 81. p. 328. n. 146. 147.
Si Pontifex aſſignaret alimenta ſuo familiari pro ſe, & duobus Subfamiliaribus, & Familiaris plures, quam duos retineret, nullius horum Subfamiliarium Beneficia eſſent reſervata. T. 1. p. 328. n. 149.
Beneficia Familiarium eorum, qui ſunt Familiares Pontificis ex Privilegio, non ſunt obnoxia reſervationi Regulæ. *ibid.* n. 150.
Reſervatio ex capite familiaritatis Pontificis, an locum ſibi vindicet in terminis Concordatorum Germaniæ? *Vid. Verb. Germaniæ Concordata, V. Protonotariatus quoad reſervationem. V. Regula I. quoad IV. reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.*
Reſervatio ex capite familiaritatis Pontificiæ, non extinguitur per obitum Papæ. T. 1. p. 329 n. 161.
Sed in terminis Concordatorum Germaniæ, Beneficia Familiarium Papæ poſt illius obitum non remanent reſervata, neque affecta. *ibid.* n. 164.
Contrarium, aſſignatur ratio, & reſpondetur *Deciſioni* 13. *cor. Mohedano.* *ibid.* n. 166. 167.
Familiaritas multiplicata, non multiplicat reſervationes; ſicque licet quis ex pluribus Officiis pluries efficiatur familiaris Papæ, adhuc ejus Beneficia unicæ ſunt reſervationi obnoxia. T. 1. p. 104. n. 180. & 189.
Beneficia reſervata ex familiaritate Pontificia, an conferri poſſint a Cardinalibus vigore Indulti? *Vid. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*

REGULA V.

Reſervat *Regula V.* Beneficia *Collectorum*, & *unicorum Subcollectorum.* T. 1. p. 360. n. 1.
Et Reſervatio hujuſmodi eſt *perſonalis.* *ibid.* n. 2.
Exponuntur rationes ſuper quibus fundatur Regulæ diſpoſitio. *ibid.* n. 6. & 7.
Beneficia *Collectorum* ſunt reſervata, etiam in eadem Provincia, vel Diœceſi, plures eodem tempore adeſſent Collectores. *ibid.* n. 8.
Verbum *Unicorum*, quod legitur in Regula, refertur ad Subcollectores, non ad Collectores. *ibid.* n. 9.
Quemadmodum ſimile verbum *Regulæ LVI.* adjectum, ad ſolos Subcollectores refertur. *ibid.* n. 10.
Regula æque loquitur de Collectoribus Provinciarum, ac Civitatum, & Diœceſum. *ibid.* n. 12.
Et ſive deputentur a Papa, ſive a Cardinali Camerario. T. 1. p. 361. n. 13.
Reſpondetur abſurdo, quod ex pluralitate *Collectorum* in eadem Civitate, vel Diœceſi, omnia Beneficia poſſent remanere reſervata in præjudicium Ordinarii. *ibid.* numer. 14.
Reſervatio Regulæ non afficit Beneficia Notariorum, ſeu *Actuariorum* Subcollectoribus inſervientium. *ibidem* numer. 16.
Reſervatio Regulæ, ut Beneficia Subcollectoris afficiat, requirit, quod Subcollector ipſe ſit *unicus* in Diœceſi, & cum omnimoda Juriſdictione deputatus. *ibid.* n. 17. p. 365. n. 65.
Aſſignatur ratio, cur ad effectum reſervationis requiratur *Riganti in Reg. Cancellariæ.* Tom. IV.

Unicitas in Subcollectoribus, & non in Collectoribus? T. 1. p. 361. n. 19.
Si plures Subcollectores, ſucceſſive unus poſt alium, in eadem Civitate, vel Diœceſi deputentur, omnium Beneficia erunt reſervata. *ibid.* n. 18.
Subcollector deputatus in aliqua Diœceſi dicitur *Unicus*, etiamſi adſit Collector generalis in Provincia. *ibidem* numer. 20.
Reſervationi Regulæ ſubjacet Beneficium illius, qui fuit deputatus Subcollector pro ſola Civitate, & Diſtrictu, non autem pro tota Diœceſi. Et redditur ratio. *ibidem* n. 21.
Et in impetratione illius Beneficii vigore reſervationis Regulæ, verificatur expreſſio facta Papæ, quod fuerit unicus Subcollector. *ibid.* n. 22. & p. 364. n. 24.
Subcollectorem, ad effectum Reſervationis Regulæ, non facit major, vel minor Juriſdictionis extenſio, ſed miniſterium ipſum. Tom. 1. p. 361 n. 23. p. 368. n. 106. p. 369. n. 113.
Unicitas verificatur, ſemel ac quis fuit unicus Subcollector momento temporis. T. 1. p. 362. n. 25.
Si unus in Civitate, & alter in Diœceſi deputetur Subcollector, nullius Beneficia erunt reſervata. *ibid.* n. 26.
Amplius, etiamſi Diœceſis eſſet valde lata, plures continens Civitates. *ibid.* n. 27.
Sed in Regno Neapolitano, ex Decreto Sac. Congregationis Concilii edito anno 1677. permittitur, ut in nonnullis Diœceſibus plures, pro earum amplitudine, deputari poſſint Subcollectores. *ibid.* n. 28.
Reprobatus *Monacellus*, qui exiſtimat, Decretum præfatum comprehendere etiam amplas Diœceſes extra Regnum præfatum. *ibid.* n. 29.
Et, an vigore laudati Decreti Sac. Congregationis, ſint reſervata Beneficia illorum plurium Subcollectorum, qui in amplis Regni Neapolitani Diœceſibus deputari debent? *ibid.* n. 30. & ſeqq.
Concluſio, quod ſi unus in Civitate, & alter in Diœceſi deputentur Subcollectores, nullius Beneficia erunt reſervata, limitatur in Beneficiis illius, qui poſt obitum alterius remanſit *unicus* Subcollector. Tom. 1. pag. 363. n. 40.
Etiamſi alius poſtea deputetur Subcollector, cum reſervatio ſemel infixa, ſemper duret. *ibid.* n. 41.
Intellige limitationem, ſi ambo Subcollectores ſint generaliter deputati in Diœceſi, ſecus ſi quiſque ſit privative deſtinatus ad partem aliquam Diœceſis, tunc enim uno defuncto, ſuperſtitis Beneficia non remanent reſervata. *ibid.* n. 42.
Si in Diœceſi, quæ ſit diviſa in duos Status temporales, duo Subcollectores, alter a Nuncio, alter a Theſaurario Generali deputari conſueverint, amborum Beneficia erunt reſervata. *ibid.* n. 43.
Idem dicendum, ſi duo Epiſcopatus ſint æque principaliter uniti. & in unaquaque Diœceſi Subcollector deputari ſoleat. T. 1. p. 364. n. 44.
Subcollectoris *Unicitas*, ad effectum reſervationis Regulæ, unico Teſte probari poteſt. *ibid.* n. 45.
Item probatur, ex quo Subcollector gaviſus fuit exemtione a Juriſdictione Ordinarii, cum ea non gaudeant Subcollectores, niſi ſint *Unici* in eorum exercitio. *ibid.* num. 46.
De jure præſumitur *Unicitas* Subcollectoris, niſi pluralitas ab allegante probetur. *ibid.* n. 47.
Maxime, quando in Literis deputationis, quis deputatur *Unicus* Subcollector. *ibid.* n. 48.
Vel, ſi deputatio facta fuerit a Papa *motu proprio.* *ibidem* n. 49.
Qui impetrando Beneficium per obitum Subcollectoris expreſſit illum fuiſſe *Unicum*, tenetur *Unicitatem* probare. *ibid.* n. 50.
Contrarium, quod dicta expreſſio nil magis contineat, quam ipſa Regula, quæ *Unicitatem* elicit ex juris præſumtione. *ibid.* n. 51.
Subcollectoris *Unicitas* non excluditur ex antecedenti alterius deputatione, quia hæc remanere potuit a poſteriore revocata. *ibid.* n. 52.
Intellige, quando ſecunda deputatio eſt æque generaliter expleta, ac prima. *ibid.* n. 53.
Subcollector deputatus ad certos actus particulares, non tollit *Unicitatem* generalis Subcollectoris prius alium primo loco deputatum, exiſtentis. *ibidem* numer. 54. & 59.
Nec dictus Subcollector particularis dicitur *Unicus* ad effectum Regulæ. *ibid.* n. 55.
Subcollectorum pluralitas tunc adeſſe dicitur, quando quis fuit Subcollector generalis toto tempore, quo aderant alii conſimiles generales Subcollectores. *ibid.* n. 56.

Sola poſſibilitas, quod quis fuerit *Unicus* Subcollector, etiam momento temporis, excludit pluralitatem ad effectum reſervationis Regulæ. T. 1. p. 364. n. 57. p. 373. n. 177.
Deputatio alterius Subcollectoris non excludit, quod primus fuerit *Unicus* annis, vel Menſibus antecedentibus. T. 1. p. 365. n. 58.
Subcollectorum pluralitas non evincitur ex alterius deputatione circa ſpolium particulare, nec probatur ex Ordinarii Teſtimonio, aut ex Teſtibus de auditu. *ibid.* n. 59.
Subcollectorum pluralitas, ut reſervationem Beneficiorum, quæ ipſi obtinent, excludat, provenire debet ex eodem fonte cum omnimoda Juriſdictione circa idem Officium. *ibid.* n. 60.
Hinc, ſi unus Subcollector a Nuncio pro Spoliis, alter a Theſaurario Generali pro Decimarum exactione in eadem Diœceſi deputentur, quilibet dicitur *Unicus* in ſuo officio, & utriuſque Beneficia ſunt reſervata. *ibid.* n. 61. p. 367. n. 88.
Beneficia Subcollectoris particularis deſignati a Subcollectore generali ad exigendum proventus Cameræ, non ſunt reſervata. Et aſſignatur ratio. Tom. 1. pag. 365. n. 61.
Limita, ſi ex conceſſione Papæ, ſeu ex conſuetudine, Subcollector alium Subcollectorem deputare poſſit. *ibid.* n. 63.
Rejicitur hæc limitatio, & quare? *ibid.* n. 64.
Regulæ Reſervatio, ut locum habeat, requiritur, quod Subcollectores deputentur ad exigenda jura Cameræ, & cum omnimoda Juriſdictione. *ibid.* n. 65.
Exactio Jurium Cameralium, & ſolutio reſpective facta in Camera, non evincunt Juriſdictionem. *ibidem* numer. 66.
Beneficia Collectorum, & Subcollectorum Decimarum, quæ pro ſubventione Principum Chriſtianorum ex publica cauſa imponuntur, non ſunt vigore Regulæ reſervata. *ibid.* n. 67.
Et redduntur rationes. *ibid.* a n. 69. uſque ad 76.
Sed contraria ſententia verior, & in Curia recepta. T. 1. p. 366. n. 77.
Exponuntur hujus ſententiæ fundamenta. *ibid.* a n. 78. uſque ad n. 85.
Et de ſtylo Datariæ, Beneficia vacantia per obitum Subcollectorum hujuſmodi Decimarum, providentur ſemper vigore reſervationis Regulæ V. T. 1. p. 367. n. 87.
Subcollector, ad effectum Regulæ, non dicitur, qui Appaltatore Cameræ deputatur ad exigendum ſubſidium Triennale, aliaque ejuſdem Cameræ jura. T. 1. p. 368. n. 100.
Nec ille, qui a Capitulo, quod ſe compoſuit cum Camera pro Spoliis Cleri, deputatur ad exigendum taxam a ſingulis Beneficiatis. *ibid.* n. 101.
Maxime, ſi adſit alius Subcollector pro Spoliis Epiſcoporum, & pro acquiſitis ex illicita negociatione. *ibidem* n. 102.
Amplia, etiamſi deputatio a Capitulo facta ſit univerſalis cum revocatione omnium aliorum Subcollectorum. *ibid.* n. 103.
Contrarium, quod Beneficia Subcollectoris deputati a Capitulo pro exigenda Taxa compoſitionis ſint reſervata; & quare? *ibid.* n. 104. & 105.
Sed prior Sententia amplectenda eſt, & pro ea deciſum in Congregatione Datariæ. *ibid.* n. 107.
Limitatur hæc ſententia, quando Exactor Taxæ concordatæ, deputatur a Cardinali Camerario, & non a Capitulo. *ibid.* n. 108.
Licet aliter dicendum, ſi a Cardinali Camerario confirmetur ſolum per Epiſtolam electus a Capitulo, quamvis confirmatio fiat cum facultatibus neceſſariis. *ibidem* n. 109.
Subcollectorum Juriſdictio ad effectum reſervationis Regulæ debet eſſe univerſalis. *ibid.* n. 110.
Generalis Juriſdictio conceſſa cenſetur, quando Subcollectori tribuitur facultas gerendi omnia, quæ Nuncius vigore ſuæ deputationis gerere poſſet. T. 1. p. 369. n. 112.
Item, quando omnes aliorum Subcollectorum deputationes expediri conſueverint cum juriſdictione univerſali. *ibid.* n. 115.
Ex facultate procedendi contra contumaces ad Cenſuras Subcollectori impertita, cenſetur ei tributa juriſdictio. *ibid.* n. 116.
Generalis deputatio in Subcollectorem pro Civitate, & Diœceſi, importat ſaltem *habitu*, & in potentia generalitatem Juriſdictionis. *ibid.* n. 117.
Et hoc ſufficit ad effectum reſervationis Regulæ. *ibidem* n. 118.
De conſuetudine, & ſtylo, omnes Subcollectores deputari ſolent cum omnimoda juriſdictione. *ibid.* n. 119.
Subcollector deputatus ad exigendas omnes Decimas Civitatis, & Diœceſis, non deſinit eſſe Subcollector generalis, ſi vigore compoſitionis ſint illæ ad certam ſummam taxatæ. T. 1. p. 369. n. 110.
Subcollector tamen deputatus ad certum Spolium unius Epiſcopi, non fruitur Juriſdictione univerſali, ejuſque proinde Beneficia non ſunt reſervata. *ibid.* n. 111.
Contrarium. *ibid.* n. 113.
Deputatio in Subcollectorem cum univerſali juriſdictione debet ad effectum reſervationis Beneficiorum, concludenter probari. *ibid.* n. 121.
Et ex quibus probatio hujuſmodi reſultet? *Vid. V. Subcollectores Spoliorum.*
Reſervatio Regulæ, ut locum habeat, requiritur, quod Collector, vel Subcollector proprium Officium aliquando exercuerint. T. 1. p. 370. n. 139.
Contrarium, quod ſufficiat ſola potentia exercendi, quoties occaſio ſe offerat. Et redditur ratio. *ibid.* num. 140. 141. & 148.
Amplia, etiam ſi non fuerit a Subcollectore præſtitum juramentum de fideliter adminiſtrando. *ibid.* num. 142. & 148.
Regula, in illis verbis -- *qui ſuo tempore Officia exercuerint* - intelligitur de exercitio in potentia, & non in actu. *ibid.* n. 143.
Vel reſpicit eos, qui non vere, ſed ficte ſunt Subcollectores. *ibid.* n. 144.
Si in Diœceſi non adſint jura Cameræ exigenda, Beneficia Subcollectoris pro ea deputati, non ſunt reſervata. T. 1. p. 371. n. 145.
Prout, nec ſunt reſervata Beneficia Subcollectoris, qui data occaſione, ſe abſtinuit a proprio munere exercendo. *ibid.* n. 146.
Ad effectum Regulæ ſufficit, quod fuerit quis deputatus in Subcollectorem, quamvis nec viderit, nec ſciverit Literas ſuæ deputationis. *ibid.* n. 147.
Contrarium, & aſſignatur ratio. *ibid.* n. 148.
Declaratur prima opinio, ut procedat, quando Subcollector ante notitiam deputationis deceſſit, vel ſi deputationem ipſe ſibi procuraſſet. *ibid.* n. 150.
Subcollector, ad effectum, ut ejus Beneficia ſint reſervata, debet eſſe in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus, juxta formam Cap. *Statutum, de Reſcript. in 6. ibidem* numer. 151.
Neceſſe tamen non eſt, quod Dignitatem obtineat tempore deputationis in Subcollectorem, ſed ſufficit, quod ex poſt, eam acquirat. T. 1. p. 373. n. 169.
Limita, Si Subcollectoratus obtentus fuerit ſub falſa expreſſione Dignitatis non adhuc obtentæ. *ibid.* n. 170.
Contrarium, quod ad effectum Regulæ non requiratur, quod Subcollector ſit in Dignitate Eccleſiaſtica conſtitutus. T. 1. p. 371. n. 152. & p. 372. n. 165.
Declaratur diſpoſitio dict. *Cap. Statutum.* T. 1. p. 371. n. 153. & ſeqq.
Et explicantur DD. qui favent contrariæ ſententiæ. T. 1. p. 372. n. 164.
Ex conſuetudine fere univerſali, præſertim in Italia, deputantur in Subcollectores ſimplices Presbyteri, & Clerici, Dignitatem non habentes. *ibid.* n. 162.
Dataria pro conſtanti ſemper habuit, obnoxia eſſe reſervationi Regulæ Beneficia Subcollectorum, quamvis non eſſent in Dignitate conſtituti. *ibid.* n. 163.
Parochiales vacantes per obitum Subcollectorum, ſunt vigore Regulæ reſervatæ. *ibid.* n. 166.
Subjacent tamen Parochi Subcollectores juriſdictioni Ordinariorum, quoad concernentia Curam Animarum, & Sacramentorum adminiſtrationem. *ibid.* n. 167.
Subcollectores in Italia, Inſuliſque adjacentibus, etſi effecti Parochi, *illico* eorum Officium amittunt; *Parochiales* tamen remanent vigore Regulæ reſervatæ. *ibidem* n. 168.
Regula reſervat ea etiam Beneficia, ad quæ, durante Officio, Subcollector jus habet. T. 1. p. 373. n. 175.
Canonicatus, ad quem Coadjutor tempore Subcollectoratus jus habet, remanet reſervatus, etiamſi facto loco ſucceſſioni, jam deſierit eſſe Subcollector. *ibid.* n. 174. & 176.
Ad effectum Regulæ ſufficit, quod quis momento temporis fuerit Subcollector, cum reſervatio ſemel impreſſa, nunquam extinguatur, licet ceſſet Officium. T. 1. p. 364. n. 57. p. 373. n. 177.
Beneficia Subcollectorum, concurrente alia reſervatione perſonali, conferri non poſſunt a Cardinalibus vigore Indulti. *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
Ex duplici Subcollectoratus officio in eadem Perſona concurrente, an inſurgat duplex reſervatio coæqualis ejuſdem
Indulti

Indolti exeluſive? Et; an illa reſultet ex Subcollectoratu, & Protonotariatu? *Vid. eod. V.*
Qui in Subcollectores deputari, & a quibus deputari poſſint? Et de illorum exemtione e Juriſdictione Ordinariorum. *Vid. V. Subcollectores Spoliorum.*

REGULA VI.

Reſervat *Regula VI.* Beneficia quorumcumque Curialium, qui ſequendo Curiam Romanam, quando transfertur de loco ad locum, in quovis loco, quantumcumque a dicta Curia remoto, decedant. T. 1. p. 378. n. 1.
Et agnoſcit in Auctorem *Urbanum V.* ibid.
Concordat cum diſpoſitiono Juris *in Cap. Præſenti* 34. *in fine, de Præb. in 6.* ibid. n. 2.
Eique ſubjacent etiam Beneficia Germaniæ. *ibid.* n. 4.
Regula emanavit in extenſionem Reſervationis contentæ in *Extravag. ad Regimen*, non in extenſionem dicti *Cap. Præſenti*, & quomodo? *ibid.* n. 5. & 6.
Et reprobatur *Sotus* exiſtimans Regulam contineri *in Extravag. ad Regimen*, & eſſe extenſivam *Cap. Præſenti.* ibid.
Curiales, qui dicantur, & an tales ſint Cardinales? *Vid V. Curialis. V. Cardinalis.*
Curia Romana ubi adeſſe dicatur? *Vid. V. Curia Romana.*
Beneficia illorum, qui Papam ſequuntur, non ſunt reſervata, ſi decedant ultra duas Dietas. Tom. 1. pag. 379. n. 13.
Contrarium, & ita in praxi ſervatum quoad Beneficia Curialium, qui ſequuti fuerunt *Clementem VIII.* Ferrariam proficiſcentem, quique ultra duas Dietas deceſſerunt *ibid.* n. 14.
Beneficia Curialium, ut ſint vigore Regulæ reſervata requiritur, quod ipſi obierint ſequendo Curiam, ſecus, ſi alio ſe transferentes, deceſſerint ultra duas Dietas. *ibid* n. 15.
Si Curia non transfertur, ſed Curialis ex aliqua cauſa ab ea recedat, ejus Beneficia non remanent reſervata. *ibid.* num. 16.
Curialium Beneficia ſunt reſervata, ſive deceſſerint in itinere Curiam ſequendo, ſive in loco unde Curia receſſit infirmitate detenti, inibi moriantur. *ibid* n. 17.
Ex quibus conjicitur, quod Curialis Curiam ſequatur? *ibid.* n. 18.
Beneficia Curialium non ſubjacent reſervationi Regulæ, niſi fuerint per ipſos acceptata; & redduntur rationes. *ibid.* n. 19.

REGULA VII.

Beneficia *Cubiculariorum*, *& Curſorum* reſervantur Pontificis diſpoſitioni per Regulam VII. Tom. 1. pag 380. n. 1.
Et reſervatio præfata eſt perſonalis. *ibid.*
Regula edita primo fuit a *Sixto IV.* *ibid.* n. 3.
Cubicularii, alii dicuntur *extra Muros*, alii *Secreti*, alii *Officiales* creati a Leone X. alii denique *Honoris.* *ibid.* n. 3.
Referuntur DD. Sententiæ circa Quæſtionem olim controverſam, an Reſervatio Regulæ afficeret Beneficia per omnes Cubicularios præfatos obtenta. T. 1. p. 381. n. 4. & ſeq. uſque ad 13.
Sed illam diremit *Gregorius XV.* qui in Regula expreſſe reſervavit Beneficia Cubiculariorum *etiam honoris* *ibid.* n. 14.
Sicque, reſervationi etiam obnoxia remanent Beneficia Cubiculariorum *extra muros*, & Cubiculariorum *officialium* a Leone X. creatorum. *ibid.* n. 15.
Et Beneficia a dictis Cubiculariis *Officialibus* obtenta, remanent reſervata, etiam poſt dimiſſum Officium. T. 1. p. 382. n. 22.
Antequam *Gregorius XV.* Regulæ adderet verba illa -- *Cubiculariorum etiam honoris nuncupatorum* -- eorum Beneficia jam erant reſervata vigore Conſtitutionis *Pauli V.* T. 1. p. 381. n. 16.
Exſcribitur tenor Conſtitutionis præfatæ. *ibid.* n. 17.
Beneficia *Cubiculariorum honoris* comprehenduntur ſub Regulis reſervatoriis Pontificum Prædeceſſorum, etiam a die earum publicationis. T. 1. p. 381. n. 18.
Hæcque declaratio Regulæ ſimiliter adjecta fuit a *Gregorio XV.* *ibid.*
Et deſumpta extitit e dicta Conſtitutione *Paulina.* *ibidem* num. 19.
Beneficia *Cubiculariorum honoris* ſunt vigore Regulæ reſervata, quamvis facta non fuerit per ipſos *Brevis* expeditio. *ibid* num. 20.
Dummodo per Teſtes, aut aliunde conſtet, revera fuiſſe Cubicularios honoris. T. 1. p. 382. n. 21.
Regula reſervat Pontificis diſpoſitioni Beneficia *Curſorum ſuorum.* *ibid* n. 23.
Qui dicantur *Curſores Papæ*? De eorum Officio, & Privilegiis, & in quo differant a *Mandatariis*? *ibid.* n. 24 25. & ſeqq.
Beneficia *Curſorum*, qui deceſſerunt poſt ſignatam & præſentatam ſupplicationem, ſed ante præſtitum Juramentum de Officio fideliter adminiſtrando, an ſint vigore Regulæ reſervata? *ibid.* n. 29. & 30.
Beneficia, ad quæ *Cubicularii*, *& Curſores* nullum jus habent, ſint tamen per eos detenta, an ſubjaceant reſervationi Regulæ? *ibid.* n. 32.
Vid. V. Cubicularii. V. Curſores.

REGULA VIII.

Quoad reſervationem Beneficiorum Eccleſiarum S. Joannis Lateranen. S. Petri, & B. Mariæ Majoris de Urbe.

Canonicatus, Præbendæ, Dignitates, Perſonatus, & Officia in tribus majoribus Urbis Baſilicis exiſtentia, ſunt vigore primæ partis *Regulæ VIII.* reſervata. T. 1. p. 387. num. 4.
Et Regula in hac parte agnoſcit in Authorem *Martinum V.* *ibid* n. 2.
Reſervatio prædicta eſt *realis.* *ibid* n. 5.
Et exponitur ratio, ob quam introducta fuit. *ibid.* n. 6.
Reſervatio Regulæ prodiit ad majorem cauthelam, ne Baſilicarum Archipresbyteri in dictorum Beneficiorum collatione ſe ingerere poſſent. *ibid.* n. 8. T. 2. p. 71. n. 7. p. 72. n. 17. T. 3. p. 110. n. 246.
Contrarium, quod reſervatio Regulæ fuit neceſſaria, & quare? T. 1. p. 387. n. 10.
Regula non comprehendit Beneficia inferiora exiſtentia in dictis Baſilicis, quorum collatio ex Privilegiis Apoſtolicis ſpectat ad earumdem Archipresbyteros, & Capitula. *ibid.* n. 13.
Si privilegia hujuſmodi non adeſſent Beneficia etiam præfata comprehenderentur ſub reſervatione Regulæ. T. 1. p. 388. n. 4.
Vid. V. Baſilicæ Urbis. V. Cardinales Archipresbyteri Baſilicarum Urbis.

Regula VIII. quoad reſervationem Beneficiorum, titulorum Cardinalium a Romana Curia abſentium.

Beneficia, quæ ſpectant ad Cardinalium collationem ratione Eccleſiarum ſui tituli, aut Eccleſiarum Cardinalatus, ſunt Pontifici reſervata, ſi vacent tempore, quo ipſi a Curia abſunt. *ibid* n. 17. & 32.
Quamvis Juriſdictionem in ſuis Titulis per Vicarios, abſentiæ tempore, exerceant. T. 1. p. 232. n. 49.
Sed hæc non eſt reſervatio proprie dicta, & quare? T. 1. p. 388. n. 27.
Reſervationem præfatam, primus induxit *Nicolaus V.* T. 1. p. 302. n. 3.
Et dicitur reſervatio *ratione temporis.* T. 1 p. 389. n. 33.
Traditur ratio Regulæ, ut ſcilicet Cardinales alliciantur ad reſidendum in Curia, & apud ſuas Eccleſias in Urbe exiſtentes. *ibid.* n. 34. p. 390. n. 50. p. 391. n. 68. p. 394. n. 99.
Hinc Cardinales e Curia abſentes, amittent Jus, Beneficia præfata conferendi ex defectu conditionis reſidentiæ, non in pœnam formalem, & privationem Juris eis originarie competentis, Tom. 1. p. 395. n. 108. & 110. & p. 397. n. 124.
Reſervatio Regulæ ſolum afficit Beneficia vacantia in ſex Epiſcopatibus Cardinalitiis tempore, quo Cardinales ſunt abſentes a Curia, non vero Beneficia aliarum Eccleſiarum, quibus ipſi ex conceſſione Apoſtolica præſunt, ſi ab iiſdem abeſſe contigerit. T. 1. p. 389. n. 36. p. 390. n. 54. p. 393. n. 84. p. 395. n. 109.
Minuſque afficit Beneficia inferiora Baſilicarum Urbis, quæ ſpectant ad collationem Cardinalium Archipresbyterorum, & vacant, dum ipſi a Romana Curia ſunt abſentes. T. 1. p. 389. n. 37.
Et reprobatur *Cohellius* qui contrarium exiſtimat. *ibid.* numer. 43.
Cardinales abſentes a Curia ex legitima cauſa, de licentia Papæ, & ſpecialiter ob reſidentiam apud Eccleſias Cathedrales ſibi commiſſas, conferre poſſunt Beneficia in eorum Titulis vacantia, non obſtante reſervatione Regulæ, & redduntur rationes. Tom. 1. pga 390. num. 55. & ſeqq. *San. mem. Alexander VIII. in Reg. VIII.* quam publicavit addidit Verba -- *non tamen ob ſervitium Sedis Apoſtolicæ, & cum licentia Sanctitatis ſuæ, vel apud*

eorum *Eccleſias reſidentes.* -- Tom. 1. p. 389. n. 44. T. 3. p. 128. n. 382.

Et hæc exceptio facta fuit in exequutionem Cap. XII. ex ſtabilitis in Conclavi. T. 1. p. 389. n. 45.

Contrarium, quod in ſupradictis etiam circumſtantiis, Beneficia vacantia in Titulis Cardinalitiis tempore abſentiæ Cardinalium a Curia, ſint vigore Regulæ Pontifici reſervata. Et exponuntur hujus ſententiæ fundamenta. T. 1. p. 393. n. 83. 85. & ſeqq. T. 3. p. 128. n. 381.

Refertur Decretum ejuſdem *Alexandri VII.* quo mandavit a *Reg. VIII.* quam edidit, deleri verba illa de novo addita -- *non tamen ob ſervitium &c.* T. 1. p. 390. n. 51. T. 3. p. 128. n. 381.

Et exponuntur rationes ob quas verba præfata expuncta fuerunt. T. 1 p. 389. n. 46.

Nec illa hucuſque a Succeſſoribus Pontificibus Regulæ reſtituta fuerunt. T. 1. p. 390. n. 52.

Cancellatio prædicta oſtendit, Pontificem voluiſſe impoſterum Cardinales a Curia abſentes ob ſervitium Sedis Apoſtolicæ, & de licentia Papæ, aut penes eorum Eccleſias extraordinarias reſidentes iterum ſub cenſura Regulæ comprehendere. Et redduntur rationes. T. 1. p. 393. n. 91. 92. & 93.

Decretum præfatum intelligi non poteſt de ſex Cardinalibus obtinentibus Epiſcopatus ſuburbicarios, & quare? T. 1. p. 394. n. 94. & 95.

Vid. V. Reg. XXXII.

Cardinales abſentes a Curia ex cauſa reſidentiæ penes Eccleſias ſuas extraordinarias, nec conferre poſſunt, durante abſentia, Beneficia vacantia in Epiſcopatibus Cardinalitiis, quæ obtinent. T. 1. p. 397. n. 129.

Et hæc ſententia eo magis hodie procedit, attenta Conſtitutione SSmi D. N. Clementis XII. *ibid.* n. 138.

Reprobatur *Pitonius*, qui pro veritate conſultus contrarium reſpondit, *ibid.* n. 136. 137. 139. & ſeqq.

Cardinales a Curia abſentes de licentia Pontificis ob publicam cauſam, vel ob reſidentiam apud ſuas Eccleſias extraordinarias, poſſunt vigore eorum ordinarii Indulti conferre Beneficia in ſuis Eccleſiis Cardinalatus, & Titulorum, tempore eorum abſentiæ a Romana Curia, vacantia. T. 1. p. 390. n. 53. p. 395. n. 76. & 77.

Nec exinde ſuperflua redditur diſpoſitio Regulæ VIII. & quare? T. 1. p. 393. n. 80. 81. 82.

Contrarium, quod hodie, poſt immutatam a ſan. mem. Innocentio XI. anno 1681. formulam Indultorum, in quibus adjecta fuit clauſula -- *ſervata tamen quoad Beneficia Titulorum, Diaconiarum, & Epiſcopatuum Cardinalitiorum Conſtitutionis, ſeu Regulæ VIII. Cancellariæ diſpoſitione* -- non poſſint Cardinales a Romana Curia abſentes, Beneficia præfata conferre. T. 1. pag. 396. n. 121. 122. & 123.

Ac ita ab anno 1681. ſervatum, ac a Congregatione particulari anno 1701. reſolutum. *ibid.* num. 124. pag. 397. n. 127. & 128.

Et explicantur contraria exempla. T. 1. pag. 396. n. 126. p. 397. n. 130. & ſeq. p. 398. n. 141.

Pontifices aliquando indulgere ſolent, ut Cardinales a Curia abſentes ob reſidentiam apud ſuas Eccleſias extraordinarias, conferre poſſint Beneficia in eorum Titulis, abſentiæ tempore, vacantia. Et referuntur exempla. T. 1. p. 398. n. 141.

Regula non afficit Cardinales abſentes a Romana Curia, ſed tamen morantes in Urbis *Diſtrictu*, ſeu intra *duas Dietas*. *ibid.* n. 144.

Contrarium, quod Cardinalis abſens a Romana Curia, etſi degat in Diſtrictu, vel intra duas Dietas, ac in ipſa Eccleſia Suburbicaria, conferre nequit Beneficia in Eccleſia præfata, vel in ſuo Titulo vacantia. *ibid.*

Redditur ratio, & reſpondetur contrariis rationibus. *ibid.* & n. 145. & ſeqq.

Et ita reſolutum a Congregatione particulari ſub *Alexandro VII.* T. 1. p. 400. n. 169.

Reſervatio Regulæ ceſſat, ſi Cardinales abſentes, ad Curiam revertantur antequam Beneficia, quæ tempore abſentiæ in eorum Titulis vacarunt, a Papa conferantur. Et redditur ratio. T. 1. p. 395. n. 71.

Contrarium, & redditur ratio. T. 1. p. 395. n. 111. & ſeqq.

Beneficia tamen, quæ vacant poſt eorum reditum ad Curiam, non ſubjacent cenſuræ Regulæ. *ibid.*

Cardinales ſequentes Curiam, dum alio transfertur, vel in Urbe manentes, non amittunt facultatem conferendi Beneficia in eorum Titulis, vel Eccleſiis Cardinalitiis vacantia. T. 1. p. 400. n. 170.

REGULA IX.

Quoad I. ejus partem, reſervationem nempe Beneficiorum in menſibus Apoſtolicis vacantium.

Regula IX. in prima ſui parte, in qua reſervat Beneficia in certis Menſibus vacantia, agnoſcit in Auctorem *Nicolaum V.* T. 2. p. 3. n. 3. T. 1. p. 11. n. 113.

Sed quo Pontificatus ſui anno edita? incertum, nec ab ipſo inter alias Cancellariæ Regulas inſerta fuit. T. 1. p. 11. n. 113.

Originem duxit a Conſtitutione quadam edita a *Martino V.* in Concilio Conſtantienſi. T. 2. p. 3. n. 3.

Reprobantur *Louet.* & *Cardinalis de Luca*, qui exiſtimant Auctorem dictæ primæ partis Regulæ fuiſſe *Alexandrum V.* T. 2. p. 4. n. 7.

Quemadmodum *Rota*, aliique aſſerentes fuiſſe *Joannem XXII.* *ibid.* n. 8.

Regula IX. priſcis temporibus non edebatur in exordium Aſſumtionis Pontificis ut a cum aliis, ſed quando Pontificibus placebat, & ad certum tempus. *ibid.* n. 11.

Publicabatur tamen, & regiſtrabatur in Cancellaria. *ibid.* n. 13.

Sixtus V. primus Regulam edidit *ad beneplacitum* duraturam. *ibid.* n. 14.

Eamque *Gregorius XIV.* inter alias Cancellariæ Regulas inſeruit. *ibid.* n. 13. & p. 28. n. 91.

Reprobatur *Spada*, qui exiſtimat fuiſſe primo Regulis inſertam a *Clemente VIII.* T. 2. p. 4. n. 13.

Pontifex reſervando ſibi in Regula IX. Beneficia vacantia in octo tantummodo Menſibus, ſumma utitur moderatione. *ibid.* n. 15.

Aſſignatur ratio Regulæ, ut nempe Pontifex pauperibus Clericis, & aliis benemeritis Perſonis providere poſſit. *ibid.* n. 16.

Vid. V. Reſervationes Apoſtolicæ.

Et declaratur aſſertio *Bartholomæi de Martyribus*, quod in Beneficiis conferendis, attendi debeat doctrina, non paupertas Clericorum. T. 2. p. 5. n. 27. & 28.

Clemens VII. in Regula, quam edidit, declaravit, quod Beneficia in octo Menſibus vacantia reſervabat pro pauperibus, & benemeritis, *præſertim in Romana Curia Cardinalium, & Curialium obſequiis inſiſtentibus.* *ibidem* numer. 22.

Et declaratio præfata non excludebat pauperes Clericos *extra Curiam* commorantes. *ibid.* n. 24.

Hodie non inſeritur amplius in Regula IX. Clauſula ſupradicta *præſertim &c.* *ibid.* n. 25.

De Germanorum inſtantia facta *Pio IV.* pro exemtione Dignitatum, & Beneficiorum a reſervatione Menſium, & reſponſione illis nomine Pontificis tradita. T. 2. p. 4. n. 19.

Reſervatio Regulæ IX. eſt ſubſidiaria, & locum ſibi non vindicat ubi altera fortior concurrat. T. 2. p. 71. n. 3.

Reſervatio Menſium durat uſque ad *beneplacitum Papæ*, quod ejus morte extinguitur, unde Sede Apoſtolica vacante, omnes Menſes ſunt ordinarii. T. 2. p. 103. n. 1. & 2.

Et poſſunt Ordinarii, aliique inferiores Collatores, *Sede Apoſtolica vacante*, in omnibus Menſibus Beneficia conferre, etiamſi dictæ Sedis vacationem ignoraverint. *ibid.* n. 6. & 7.

Sed in *Britannia* Reſervatio Menſium, Sede Apoſtolica vacante, non expirat. *Vid. V. Britannia.*

Regula IX. reſervatio quoad menſes pro quibus inducta eſt.

Reſervatio Regulæ IX. dicitur ratione *temporis*, non perpetua, ſed reſtricta ad Menſes inibi enumeratos. T. 2. p. 6. n. 1.

Menſis incipit a puncto mediæ Noctis ultimi diei Menſis antecedentis, & durat uſque ad mediam Noctem ultimi diei Menſis ſequentis. *ibid* n. 2.

In Diœceſi *Leodien.* Menſis incipit ab ortu Solis primi illius diei. *ibid.* n. 3.

Initium diei a media Nocte ad mediam Noctem, procedit etiam, quando Beneficiorum collatio non eſt diviſa per Menſes, ſed per Hebdomadas. T. 2. p. 7. n. 4.

Media Nox in *Italia*, & in *Hiſpania*, qua hora habeatur? *ibid.* n. 6. & 7.

Mediam Noctem eſſe elapſam, vel non, ex quibus probetur? *Vid. V. Nox.*

Proviſus Apoſtolicus probare tenetur lapſam fuiſſe, vel non, mediam Noctem, quando proviſus ab Ordinario eſt reus, & poſſeſſor. T. 2. p. 8. n. 19.

Spectat

Spectat vero hujuſmodi probatio ad proviſum ab Ordinario, quando proviſus Apoſtolicus eſt poſſeſſor, & reus. T. 2. p. 8. n. 20.
Contrarium, quod etiam hoc caſu talis probatio ſpectet ad proviſum Apoſtolicum, & quare? *ibid.* num. 21. & 22.
Diſtinguitur, quod aut Menſis, qui labitur, eſt ordinarius, & vacatio Beneficii in ſequenti Menſe reſervato probari debet a proviſo Apoſtolico: aut eſt Apoſtolicus, & probatio, quod Beneficium vacaverit in ſequenti Menſe Ordinarii, expleri debet a proviſo per Ordinarium. *ibid.* n. 23.
Explicatur, in quibus terminis hæc diſtinctio procedat. *ibid.* n. 24. & 25.
In æqualitate probationum ſuper obitu defuncti in Menſe Apoſtolico, vel ordinario, proviſio anterior Ordinarii præferenda eſt proviſioni Apoſtolicæ poſteriori. *ibidem* n. 26.
Amplia, etiamſi proviſio Apoſtolica ſit anterior. T. 2. p. 9. num. 27.
Epiſcopus conferens Beneficium vacans in fine ſui Menſis, vel in principio illius, quid agere debet, ut conſultius procedat? *ibid.* n. 28.
Si facta morali diligentia neſciri poſſit, quo Menſe Beneficiatus obierit, præſumtio eſt, quod mors ſequuta fuerit in Menſe ordinario. *ibid.* n. 29.
Et proviſio tali caſo ab Ordinario expleta, præferri debet proviſioni Apoſtolicæ anteriori. *ibid.* n. 30.
Obitus Beneficiati in Menſe Apoſtolico probatur ex ſola fama, etiam contra proviſum ab Ordinario. *ibid.* numer. 31.
Beneficium vacans in Menſe Ordinarii, poteſt ab eodem conferri ingreſſo Menſe Apoſtolico *ibid.* n. 32.
Menſis, in quo vacat Beneficium, debet non per verba dubitativa, ſed *diſpoſitive* exprimi Papæ, etiam in Gratia *motu proprio* facta, & redditur ratio. *ibid.* n. 33.
Non ſufficit narrativa, quod Beneficium vacaverit in Menſe Apoſtolico. *ibid.* n. 35.
Contrarium, quod id juxta hodiernam praxim ſufficiat. *ibid.* n. 36.
Expreſſio Menſis eſt neceſſaria, etiam ſtante Alternativa per Epiſcopum acceptata. *ibid.* n. 37.
Et fieri debet, ſive Beneficium vacet *de Jure*, ſive *de facto*. *ibid.* n. 38.
Ad effectum reſervationis Regulæ, ſufficit, quod Beneficium vacet in Menſe Apoſtolico *de Jure*, quamvis non *de facto* *ibid.* n. 39.
Expreſſio Menſis fieri debet in quacumque vacatione, etiamſi non ut per obitum, ſed per contractum Matrimonii, aſſequutionem incompatibilis, &c. T. 2. p. 10. n. 40.
De pluribus limitationibus ad Regulam. *Remiſſive. ibidem* num. 41.
Expreſſio Menſis non eſt neceſſaria in proviſione Beneficii expleta per Ordinarium. *ibid.* n. 42.
Nec requiritur, quando Beneficium, etſi vacans in Menſe Apoſtolico, ſit alteri reſervationi fixæ obnoxium. *ibid.* n. 44.
Expreſſio Menſis, an ſit neceſſaria, quando Papa providet Beneficia vacantia in Menſibus ordinariis? Referuntur variæ Doctorum ſententiæ, & amplectitur opinio negativa. *ibid.* n. 45. 46. 47 & 48.
Expreſſio Menſis non requiritur in proviſione Beneficiorum vacantium in Menſibus reſervatis vigore Concordatorum Germaniæ. *ibid.* n. 49.
Intellige, quando vacatio evenit in Menſibus prius per Regulam non reſervatis, nempe *Martio*, vel *Septembri*, ſecus quando ſequuta fuit in Menſibus, qui prius in Regula reſervabantur, *Januario*, nempe, *Majo*, *Julio*, *& Novembri*. *ibid.* n. 50.

Regula IX. quoad Beneficia, quæ illius reſervationi ſubjacent.

Beneficia omnia Eccleſiaſtica quomodocumque qualificata, ſubjacent reſervationi Regulæ. T. 2. p. 19. n. 1.
Et, ex quibus ſignis dignoſcatur Beneficium eſſe Eccleſiaſticum? *Vid V. Beneficium.*
Reſervationi Regulæ ſubjacent etiam Dignitates Majores in Cathedralibus, & Principales in Collegiatis, quamvis ſpecialiter reſervatæ vigore Regulæ IV. T. 2. p. 195. n. 62.
Regula comprehendit etiam *Perſonatus*. T. 2. p. 20. n. 19.
Et quid ſit Perſonatus? *Vid. V. Perſonatus.*
Eique ſubjacent etiam *Perſonatus* erigi ſoliti in Cathaloniæ Provincia. *ibid.* n. 22.
Vid. V. Perſonatus.
Nec non Parochiales, & Beneficia Curata. Tom. 2. p. 21. n. 34.
Et, ex quibus Beneficium dicatur Curatum? *Vid. V. Beneficium Curatum.*
Refertur, quid actum fuit in Concilio Tridentino pro eximendis Beneficiis Curatis a reſervationibus. *ibid.* numer 36.
Forma providendi Parochiales, etiam in Menſibus Apoſtolicis vacantes, prævio examine per Concurſum, etſi acriter contradicta, approbata tandem remanſit a Concilio *ibid.* n. 37.
Rejicitur *Paulus Sarpius* maligne carpens Decretum Concilii ſuper forma providendi Parochiales per Concurſum, præſervatis Reſervationibus. T. 2. p. 23. n. 39.
Vid. V. Parochiales quoad Concurſum.
De inſtantia facta ab Epiſcopis Germaniæ *Pio IV.* pro collatione Parochialium in omnibus anni Menſibus, & de reſponſione iis, Pontificis nomine, tradita. *ibidem* num. 58.
Improbatur abuſus olim vigens in *Belgio*, in quo locum habet Regula IX. circa exemptionem Parochiarum præſertim de Jurepatr. Eccleſiaſtico, a reſervatione ejuſdem Regulæ. T. 2. p. 25. n 65.
Et referuntur rationes hujuſmodi abuſus. T. 2. p. 26 n. 66. 67. & 68.
De ſimili abuſu vigente in Diœceſi *Tridentina*, ut Ordinarii conferrent Parochiales vacantes in Menſibus Sedi Apoſtolicæ, vigore Concordatorum, reſervatas. *ibidem* numer 72.
Papa nunquam indulget, ut Parochiales reſervatæ, pro quibus aſſequendis nemo, ob fructuum tenuitatem, pro examine ſubeundo compareat, ab Ordinariis conferantur, ſed permittere ſolet, ut Literæ earum Apoſtolicæ proviſionis expediantur per ſimplicem Signaturam favore illorum, quos Ordinarii denotant aptiores pro qualitate locorum. *ibid.* n. 74.
Et referuntur exempla. T. 2. p. 27. n. 75. & 76.
Reſervationi Regulæ non ſubjacent Vicariæ temporales, & ad nutum amovibiles. *ibid.* n. 77.
Quinimmo, nec Vicariæ perpetuæ, quæ dantur in Titulum, & ſive ante, ſive poſt Concilium erectæ, ac ſive unitæ, ſive non. *ibid.* n. 80. & ſeqq.
Etiamſi fuerint impetratæ a Papa, tanquam de reſervatis, & in Literis Apoſtolicis adſint ſolitæ Clauſulæ derogatoriæ. *ibid.* n. 83.
Contrarium, quod Vicariæ perpetuæ ſint vigore Regulæ reſervatæ, licet conferri debeant ad nominationem Rectoris principalis, vel Abbatis *ibid.* n. 85.
Redditur ratio, & reſpondetur contrariis rationibus. *ibid.* & T. 2. p. 28. n. 86. & ſeqq.
Vid. V. Vicaria.
Conſtitutio S. *Pii V.* la XLVII. ſuper modo providendi Vicarias, non eſt incompatibilis cum diſpoſitione Regulæ IX. T. 2. p. 28. num. 92.
Regulæ reſervatio afficit Beneficia etiam tenuiſſimi redditus. T. 2. p 32 n 136.
Reprobatur abuſus, qui irrepſit apud *Sebuſianos*, quod Epiſcopi conferant Beneficia ſimplicia in Menſibus Apoſtolicis vacantia. T. 2. p. 28. n. 98.
Et reſpondetur rationibus *Antonii Fabri. ibidem* num 99. & 100.
Beneficia Regularia, quæ ſint perpetua, non ad nutum Superiorum amovibilia, ſubjacent reſervationi Regulæ. T. 2. p 30. n. 102. 103. & 104.
Vid. V. Beneficia Regularia.
Beneficia tamen Ordinum Militarium, tam majora, quam minora, a reſervatione Regulæ ſunt immunia. *ibid.* n. 108. & 109.
Seculariżata Eccleſia Regulari, Beneficia manualia in ea exiſtentia efficiuntur perpetua, & ſubjacent reſervationi Regulæ. *ibid.* n. 111.
Amplia, etiamſi in Bulla ſeculariżationis præſerventur Privilegia Eccleſiæ Regulari antea competentia. *ibidem* n. 112.
Limita, ſi in limine ſeculariżationis fuerit conceſſum Indultum excluſivum reſervationis Regulæ *ibid.* n. 113.
Beneficia Regularia ſeculariżata cum clauſula, quod eorum vacatione *quandocumque* ſecuta, proviſio ſpectet ad Papam, adhuc conferri poſſunt ab Ordinariis, ſi in eorum Menſibus vacent. *ibid.* n. 114.
Contrarium eſt verius. T. 2. p. 31. n. 115. & 120.
Beneficia erecta poſt editionem Regulæ, ſunt etiam illius reſervationi ſubjecta. *ibid.* n. 122.
Si in limine erectionis Beneficii collatio Pontifici *quandocumque* reſervetur, Ordinarius, nec in quatuor Menſibus illud conferre poteſt. *ibid.* n. 123.
Beneficium erectum auctoritate ordinaria in Menſe Apoſtolico,

Digitized by Google

ſtolico, ſubjacet reſervationi Regulæ. T. 2. p. 31. n. 124. & 127.

Et reprobatur *Garcia* contrarium exiſtimans. *ibidem* numer. 126.

Spectat vero ad Ordinarium, ſi in Menſe ordinario ſequuta fuerit erectio. *ibid.* n. 124.

Sed erecto Beneficio auctoritate Papæ, etiam in Menſe ordinario, collatio ad ipſum Papam ſpectat, & quare? *ibid.* n. 128. & p. 32. n. 133.

Et traditur formula proviſionis dicti Beneficii. T. 2. p. 31. n. 129.

Amplia, ſive erectio immediate fiat ab ipſo Papa, ſive ab altero auctoritate Apoſtolica. *ibid.* n. 130.

Nec Cardinalis poteſt vigore Indulti conferre prima vice Beneficium auctoritate Apoſtolica erectum, & dantur exempla. *ibid.* n. 131.

Maxime, ſi fuerit erectum ex diſmembratione fructuum alterius Beneficii ab Indulto Cardinalis excluſi. T. 2. p. 32. n. 132.

Beneficia *Monocularia* ſubjacent reſervationi Regulæ. *ibid.* n. 135.

Nec non Canonicatus Pœnitentiarii, & Theologales. *ibid.* n. 137. & 139.

Limita in *Hiſpaniis*, ubi Canonicatus præfati, quocumque Menſe vacant, providentur ab Ordinariis per Concurſum. *ibid.* n. 138. & 140.

Ex Conſtitut. ſan. mem. *Benedicti XIII.* licet in *Italia*, Inſuliſque adjacentibus, Canonicatus Pœnitentiarii, & Theologales provideri debeant per Concurſum, ſubjacent tamen reſervationibus Apoſtolicis. *ibid.* n. 141.

Beneficia electiva, etiam majora, Abbatiæ nempe, & Monaſteria, obnoxia ſunt reſervationi Regulæ. T. 2. p. 33. n. 142. & 143.

Beneficia de Jurepatr. Eccleſiaſtico, reſervationi Regulæ ſubjacent, non obſtante quacumque obſervantia in contrarium. *ibid.* n. 144. p. 40. n. 220.

Aſſignatur vera ratio, aliis reprobatis, cur Beneficia de Jurepatronatu Eccleſiaſtico ſub reſervationibus Apoſtolicis comprehendantur? T. 2. p. 34. n. 154. & 155.

Redarguitur *Matthæus Pariſius* maligne carpens reſervationem Beneficiorum de Jurepatronatu Eccleſiaſtico. *ibid.* n. 156. *Vid. V. Juſpatr. Eccleſiaſticum.*

In *Britannia* conſuetudo viget, quod Patroni Eccleſiaſtici in omnibus Menſibus præſentent. *ibid.* n. 159.

Et eadem conſuetudo olim vigebat in *Hiſpania*. *ibidem* n. 160.

Sed hujuſmodi conſuetudines removentur ex ampliſſimis clauſulis, quibus Regula IX. munita reperitur. T. 2. p. 26. n. 72. p. 33. n. 144. p. 34. n. 160. p. 40. n. 220.

Beneficia Juriſpatr. Eccleſiaſtici non ſubjacent reſervationi Regulæ, quando Fundator in limine fundationis legem adjecit illius excluſivam. Tom. 2. pag. 35. n. 162. *Vid. V. Fundator.*

Intellige, ſi Fundator Beneficium dotaverit cum bonis propriis, ſecus ſi cum bonis Eccleſiaſticis. *ibid.* n. 163.

Reſervatio Regulæ poteſt nedum expreſſe, ſed etiam tacite, & virtualiter excludi. *ibid.* n. 164.

Et quibus ex verbis cenſeatur tacite excluſa? *Vid. V. Reſervationum excluſio.*

Beneficia Juriſpatr. laicalis, nec reſervationi *Regulæ IX.* nec aliis reſervationibus ſunt obnoxia. Tom. 2. p. 54. n. 333.

Proindeque non comprehenduntur ſub Indultis Cardinalium. *ibid.* n. 334.

Intellige, quando Juſpatronatus competit ex fundatione, dotatione, vel conſtructione, ſecus ſi ex conſuetudine, uſurpatione, præſcriptione, aut Privilegio. *ibidem* num. 335.

Amplia, etiam concurrente quaſi poſſeſſione præſentandi, quæ a Regula IX. eliditur. *ibid.* n. 336.

Vid. V. Juſpatr. Laicale. V. Juſpatr. ex *Privilegio.*

Regulæ reſervatio, an afficiat Beneficia Juriſpatr. mixti? *Vid. V. Juſpatr. mixtum.*

Beneficia Patrimonialia, & debita certo generi Perſonarum, reſervationi Regulæ, cœteriſque Apoſtolicis reſervationibus ſunt obnoxia. T. 2. p. 58. n. 369.

Sed ſubjacent cum ſua cauſa, favore nempe illorum, quibus competit Jus paſſivum. *ibid.* n. 370.

Intellige, ſi jus paſſivum competat ex fundatione, ſecus ſi ex Privilegio, Statuto, aut Conſuetudine, quibus Papa de facili derogare ſolet. *ibid.* n. 371.

Intellige ſecundo, quando jus paſſivum competit principaliter, & independenter ab activo, ſecus ſi acceſſorie, & dependenter. *ibid.* n. 372.

Vel, ſi una cum jure paſſivo, concurrat reſpectu ejuſdem Perſonæ exercitium juris activi, ut in *Optione*, quæ ſicut Regulam non excludit, ita nec juvat illum, ad quem jus optandi ſpectat. Tom. 2. pag. 58. num. 373.

Beneficia Eccleſiaſtica ubicumque exiſtentia, etiam in Metropolitanis, & Patriarchalibus Eccleſiis, cadunt ſub reſervatione Regulæ. *ibid.* n. 374.

Amplia, etiamſi exiſtant in Baſilicis Urbis, ſi contingat, ea vacare *extra Curiam* in Menſe reſervato. *ibid.* n. 375. *Vid. V. Regula IX. quoad exceptiones in ea poſitas.*

Beneficia Eccleſiaſtica fundata in Eccleſia Juriſpatronatus laicalis, etiam Regii, aliter quam ex fructibus Eccleſiæ, ſubjacent reſervationi Regulæ. *ibid.* n. 376. & 377.

Regula comprehendit etiam Beneficia ſpectantia ad collationem Fœminarum. *ibid.* n. 378. & 381.

Vid. V. Fœminæ.

Regulæ reſervationi ſubjacent Beneficia vacantia tam per mortem naturalem, quam civilem. Tom. 2. pag. 59. numer. 384.

Et ſi ea vacent *de jure*, ſive *de facto* tantum, ſive per modum fictum, & interpretativum. *ibidem* num. 385. & 386.

Regula afficit Beneficia vacantia per contractum Matrimonii ſequutum in Menſe reſervato, etiam ſi fuerit nullum, præterquam ex defectu conſenſus. *ibid.* num. 387. & 388.

Et Beneficia ſic vacantia, ſubjacent etiam Concordatis Germaniæ. *ibid.* n. 389.

Beneficium vacans per aſſequutionem alterius incompatibilis Ordinaria auctoritate collato in Menſe Apoſtolico, ſubjacet reſervationi Regulæ, quamvis illius poſſeſſio adipiſcatur in Menſe ordinario. *ibid.* n. 390. & 391.

Contrarium, quod ad effectum reſervationis primi Beneficii incompatibilis, attenditur Menſis adeptæ poſſeſſionis ſecundi, quam in Menſe potius ordinario, vel Apoſtolico adipiſci, ſtat in libertate proviſi. *ibid.* n. 392. & 393.

Vid. V. Regula I. quoad VIII. Reſervationem contentam in Extrav. ad Regim.

Beneficia exiſtentia in Eccleſia receptitia, & quorum reſpectu non cadit vacatio, ſunt exempta a reſervatione Regulæ. T. 2. p. 60. n. 396.

Nec Regula comprehendit Portiones, ſeu admiſſiones ad participationem Maſſæ communis, etiam ſi perpetuæ ſint, & ad earum Titulum permittatur Ordinatio. *ibid.* n. 397. & 398.

Minuſque Portiones præſtimoniales unum, & idem corpus facientes cum Eccleſia. *ibid.* n. 399.

Beneficia de Menſa Epiſcopali, Capitulari, ſeu Abbatiali, non ſubjacent reſervationi Regulæ. *ibid.* n. 400.

Intellige, quando ſunt incorporata Menſæ unione extinctiva Tituli; ſecus quando Titulum retinent, & Titularis jure proprio Beneficii reddituus percipit. *ibid.* num. 401. *Vid. V. Beneficia Regularia.*

Beneficium ſubjective unitum, propriam amittit naturam, nec eſt reſervationi Regulæ obnoxium. *ibid.* n. 402.

Cadunt tamen ſub reſervatione Regulæ Beneficia æque principaliter ad invicem unita. *ibid.* n. 403.

Vel, quando unio fit tantum quoad Rectorem, non quoad jura, & Bona Beneficiorum. T. 2. p. 61. n. 404.

Aut, quando unio eſt plurium Beneficiorum reductiva, nam Beneficium illud ex pluribus unitis compoſitum, ſubjacet Regulæ. *ibid.* n. 405. & 406.

Regula non comprehendit Beneficia manualia Regularia, quæ non ſunt de menſa, & aſſignatur ratio. Tom. 2. p. 113. n. 53.

Vid. V. Beneficia Regularia.

Beneficia exiſtentia in Eccleſia alteri ſubjective unita, an, & quando comprehendantur ſub reſervatione Regulæ? T. 2. p. 61. n. 407.

Officia Eccleſiaſtica in Titulum perpetui Beneficii conferri ſolita, ſubjacent reſervationi Regulæ, & Concordatis Germaniæ, quia ſunt vera Beneficia Eccleſiaſtica *ibid.* n. 411.

Et de variis Officiis, quæ in Titulum præfatum conferri ſolent? *Vid. V. Beneficium Eccleſiaſticum.*

Hoſpitale, quod non datur in adminiſtrationem, ſed in Titulum perpetui Beneficii, diſpoſitioni Regulæ, quemadmodum, & cœteris reſervationibus ſubjacet. Tom. 2. p. 62. n. 414.

Juſpatronatus relictum Adminiſtratoribus, ſeu Miniſtris laicis Hoſpitalis Eccleſiaſtici, an ſit laicale, ſeu potius Eccleſiaſticum, ita ut reſervationi Regulæ ſubjaceat? *Vid. V. Hoſpitale, & V. Juſpatr. Eccleſiaſticum.*

Reſervationi Regulæ, an ſubjaceant Præbendæ, quas obtinent Canoniſſæ Collegiorum utriuſque ſexus, quæ adſunt in *Germania*, *Hannonia*, *Brabantia &c.* *Vid. V. Canoniſſæ.*

Regula IX. quoad exceptiones in ea poſitas.

Reſervatio Regulæ IX. eſt reſtricta ad Beneficia vacantia *extra Curiam*, proindeque non afficit Beneficia *in Curia* vacantia, quæ quocumque Menſe vacant, ſpectant ad Pontificis collationem. T. 2. p. 71. n. 1. & 2.
Regula, an excipiat Beneficia largo modo *apud Sedem* vacantia? Remiſſive. *ibid.* n. 5.
Reſervatio Regulæ IX. uti reſtricta ad Beneficia vacantia *extra Curiam*, non afficit ea, quæ vacant per obitum Beneficiariorum intra duas dietas, ad quas Curia extenditur vigore *Cap. Præſenti, de Præbe. in 6.* T. 2. p. 72. n. 18. & 19.
Contrarium, quia Curia Romana eſt proprie locus, ubi reſides Papa cum ſua Curia, quodque diſpoſitio dicti *Cap. Præſenti* procedit per modum fictum, nec egreditur caſum reſervationis ex vacatione *apud Sedem*. *ibid.* n. 20. & 21.
Proindeque, ad effectum reſervationis Regulæ, *Curia Romana* intelligitur de loco, ubi adeſt Papa. *ibidem* numer. 22.
Extenſio fictitia dicti *Cap. Præſenti* prodiit ad favorem Papæ, unde coarctare non debet contra illum reſervationem Menſium. *ibid.* n. 23.
Vid. V. Curia Romana.
Traditur obſervantia Datariæ in conferendis Beneficiis vacantibus in Epiſcopatibus diſtrictualibus Urbis, & ratione Menſium reſervatis, cum clauſula apponi ſolita in Literis Apoſtolicis, quod - *extra Romanam Curiam vacaverint* -. *ibid.* n. 24.
Beneficia inferiora Baſilicarum Urbis ad collationem Capitulorum ſpectantia, ſubjacent reſervationi Regulæ, ſi contingat Beneficiatum mori extra Urbem in Menſe reſervato, & in Hebdomada Capituli. T. 2. p. 71. n. 9. p. 73. n. 25.
Redduntur rationes. T. 2. p. 71. n. 10. & ſeqq.
Amplia, etiam ſi Beneficiatus decedat *intra duas Dietas*. Et de rationibus T. 2. p. 72. n. 18. & ſeq.
Et ita deciſum a Congregatione particulari anno 1664. cujus Reſolutionem motu proprio approbavit ſan. mem. Alex. VII. *ibid.* n. 15. & 27.
Idemque ſervatum ſub Clemente X. anno 1671. Tom. 2. p. 73. n. 28.
Et denuo reſolutum a Congregatione particulari de anno 1701. quæ reſolutio Motu proprio confirmata fuit a Clemente XI. qui ulterius mandavit Declarationem ſan. mem. *Alexandri VII.* perpetuis futuris temporibus obſervari. *ibid.* n. 29.
Beneficia per Reſignationem vacantia excipiuntur a Regula. T. 2. p. 75. n. 30.
Et, an hujuſmodi exceptio intelligatur de Reſignatione ſimplici, vel etiam conditionali? &, an de expreſſa tantum, vel etiam tacita? *ibid.* n. 31.
Beneficia, in Menſibus quoque Apoſtolicis, ſervata tamen forma Conſtitutionis *S. Pii*, reſignari poſſunt coram Ordinariis, & ab iis conferri *ibid.* n. 32. & 33.
Etiam in exclusionem Cardinalis habentis Indultum conferendi Beneficia reſervata. *ibid.* n. 34.
Regula excipit Beneficia ſpectantia ad collationem S. R. E. Cardinalium, qui proinde Beneficia, quæ duplici coæquali reſervatione affecta non ſint, in quibuſcumque Menſibus conferre poſſunt. *ibid* n. 38. & 39.
Hujuſmodi exceptio nil aliud eſt, niſi Indultum, licet generale, & tacitum, ipſis Cardinalibus conceſſum. T. 2. p. 79. n. 71.
Contrarium, quod non ſit proprie Indultum, quia nihil ſuperaddit, ſed removet ſolum obſtaculum reſervationis. *ibid.* n. 85.
Exceptio Regulæ intelligitur de Cardinalibus ordinariis Collatoribus. T. 2. p. 76. n. 40.
Et ſic, de habentibus ordinariam collationem, non ſolum ratione Eccleſiarum Cathedralium, quibus præſunt, ſed etiam ratione Abatiarum, vel aliarum Eccleſiarum inferiorum *ibid.* n. 43.
Cardinales Legati, aliique habentes Indultum extraordinarium conferendi Beneficia, non comprehenduntur ſub exceptione Regulæ. *ibid.* n. 41.
Nec Cardinales, qui Eccleſiis ceſſerunt cum Indulto conferendi earum Beneficia, quia remanent extraordinarii Collatores. *ibid.* n. 42.
Minuſque Cardinales Protectores. *ibid.* n. 44.
Cardinales olim vigore exceptionis a Regula, Beneficia ratione Menſium reſervata conferebant jure Ordinario, & nativo. *ibid.* n. 45. & p. 82. n. 117.
Hodie, poſt Conſtitutionem LIX. *Urbani VIII.* Beneficia præfata conferunt nedum jure Ordinario, ſed etiam delegato Pontificis. T. 2. p. 76. n. 46. p. 77. n. 56. p. 78. n. 70. p. 81. n. 97. & 105. p. 82. n. 112. p. 79. n. 79.
Et Beneficia vacantia in Menſibus Apoſtolicis, ac ad Cardinalium collationem ſpectantia, ſunt adhuc vigore Regulæ reſervata T. 2. p. 76. n. 47. p. 77. n. 54.
Poſſunt tamen Cardinales Ordinarii Collatores Indultum non acceptare, & jure ordinario conferre Beneficia in omnibus duodecim menſibus vacantia. Tom. 2. pag. 80. n. 84.
Exceptio Cardinalium, qua ratione adjecta fuit in Regula? T. 2. p. 76. n. 48. & 49.
Proviſi a Cardinalibus de Beneficiis vigore Regulæ reſervatis, tenentur novam proviſionem a Sede Apoſtolica reportare. T. 2. p. 77. n. 52. p. 86. n. 151.
Exceptio Cardinalium a Regula, & Indultum quo gaudent, conferendi Beneficia ratione Menſium reſervata, ſuffragantur etiam Capitulis, aliiſque inferioribus Collatoribus, ſimultaneam in jure conferendi cum iiſdem Cardinalibus habentibus. T. 2. p. 77. n. 53.
Contrarium eſt hodie verius poſt ſupervenıam Conſtitutionem LIX. *Urbani VIII.* *ibid.* n. 54. & p. 78. n. 71.
Amplia, etiamſi Cardinalis Ordinarius Collator non gaudeat Indulto conferendi Beneficia reſervata. T. 2. p. 77. n. 55.
Cardinalis Epiſcopus ſimul, & Canonicus, unicam tantum vocem habens in Beneficiorum collatione, æquam Canonicus, nec Indulto, nec Conſtitutione *Urbana* juvatur pro conferendis Beneficiis vigore Regulæ reſervatis, ſed eorum collatio ſpectat ad Papam. *ibid.* n. 56. & 59.
Quando ſimultanea inter Epiſcopum, & Capitulum competit ex ſtatuto fundamentali Eccleſiæ a Sede Apoſtolica approbato, tunc ex declaratione ejuſdem *Urbani VIII.* eadem præſervata remanet favore Capitulorum, ad effectum, ut gaudeant & ipſa exceptione Regulæ. *ibidem* n. 60.
Vindicatur hujuſmodi declaratio a nota exorbitantiæ et impicta ab *Amydeno*. T. 2. p. 78. n. 61.
Cardinales poſſunt non uti Privilegio Regulæ & Conſtitutionis *Urbanæ*, & communicare Capitulis jus conferendi Beneficia ſimultaneæ collationis vigore Regulæ reſervata. *ibid.* n. 62. & p. 80. n. 85.
Non ſolum Cardinales Epiſcopi, ſed etiam Cardinales inferiores Collatores cum aliis ſimultaneam habentes, gaudent exceptione Regulæ, & Privilegio Conſtitutionis *Urbanæ*. T. 2. p. 78. n. 64.
Limita in Cardinalibus Archipresbyteris Baſilicarum Urbis, qui non ſunt vere, & proprie ordinarii, ſed improprie, & quaſi Collatores extraordinarii. *ibid.* n. 65.
Spectante Jure conferendi privative ad Capitulum, vel alium inferiorem Collatorem abſque ulla participatione Cardinalis Epiſcopi, an poſſit iſte conferre Beneficia ratione Menſium, aut alias reſervata, ſeu potius collatio ſpectet ad Papam? *Vid. V. Cardinales quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
Cardinalis de una ad alteram Eccleſiam tranſlatus cum Indulto conferendi Beneficia Eccleſiæ dimiſſæ, non poteſt jure ordinario, & vigore exceptionis a Regula conferre Beneficia Eccleſiæ, cui actu præeſt, quæ ſint reſervata ratione Menſium. Et redditur ratio. *ibid.* n. 68. 69. & ſeqq.
Contrarium, quod Cardinalis poſſit in Eccleſia dimiſſa uti Indulto conferendi Beneficia in octo Menſibus reſervatis, & in ea, cui præeſt, Beneficia in iiſdem Menſibus etiam vacantia conferre vigore exceptionis a Regula, & quare? T. 2. p. 79. n. 79. & 80.
Sicque alias obſervatum. T. 2. p. 80. n. 89.
Cardinalis, qui Eccleſiam dimiſit cum Indulto conferendi Beneficia in octo Menſibus reſervatis, an poſſit eodem uti Indulto, ſi ad illam promoveatur alter Cardinalis? *Vid. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia Eccleſiæ dimiſſæ.*
Cardinalis, qui Eccleſiam dimiſit cum Indulto conferendi illius Beneficia in *omnibus Menſibus*, an poſſit Beneficia conferre etiam in quatuor Menſibus ordinariis? *Vid. eod. V.*
Cardinalis, qui duabus præeſt Eccleſiis, in earum altera, pro qua non habet Indultum, ſolum conferre poteſt ea vacantia in quatuor Menſibus Ordinariis. T. 2. pag. 79. n. 75.
Regula excipit Collatores jus habentes providendi Beneficia vigore Concordatorum, quæ cum S. Sede inita fuerunt. T. 2. p. 87. n. 154.
Requiritur, quod Concordata ſint acceptata, & obſervata, idque probari debet ab eo, qui ſuam ſuper iiſdem Concordatis fundat intentionem. *ibid.* n. 155.
Et ſufficit acceptatio tacita, quæ ex ipſa ſubſequuta obſervantia eruitur. *ibid.* n. 156.

Concordata excipiuntur a Regula in iis ſolum caſibus, in quibus per eam præjudicium infertur Ordinariis, ſecus quoad Beneficia collationis Pontificiæ. T. 2. p. 87. n. 157. *Vid. V. Galliarum Concordata. V. Germaniæ Concordata. V. Italiæ Concordata.*

Regula IX. quoad derogationem conſuetudini optandi.

Derogat Regula IX. Conſuetudini, etiam immemorabili, Privilegiis, & Indultis optandi in Menſibus reſervatis pinguiores Præbendas. T. 2. p. 108. n. 1.
Quemadmodum Regul. XV. derogat Indultis optandi Beneficia quomodolibet Sedi Apoſtolicæ reſervata. *Vid. V. Regula XV.*
Derogatio præfata conſuetudini optandi, primo Regulæ adjecta fuit a *Sixto V.* *ibid.* n. 2.
Eaque locum ſibi vindicat, etiam ſi collatio non ad Papam, ſed ad Cardinalem indultarium ſpectet. *ibid.* n. 3.
Regula non derogat juri optandi, quod competat ex lege in limine fundationis adjecta per Fundatorem laicum, & a Papa approbata. T. 2. p. 111. n. 36.
Mi uſque derogatio Regulæ locum ſibi vindicat, ſi Papa ſpecialem indulgeat facultatem optandi Præbendas pinguiores, non obſtante reſervatione Menſium. *ibid.* n. 39. *Vid. V. Optio.*
Sed hujuſmodi facultas expirat morte Pontificis. T. 2. p. 112. n. 40.
Regulæ derogatio locum ſibi non vindicat in ſubſequentibus vacationibus Præbendarum. T. 2. p. 111. n. 37.
Limita in Præbenda Theologali, quæ nunquam optari poteſt. *ibid.* n. 38.
Præbendæ, Domus, aliaque Membra temporalia Canonicatui adnexa, an optari poſſint, vel potius ſubjaceant reſervationi Regulæ? *Vid. V. Optio.*

Regula IX. quoad derogationem indultis conferendi Beneficia in menſibus Apoſtolicis vacantia.

Indulta Apoſtolica conferendi Beneficia vigore Regulæ IX. reſervata, etſi munita efficaciſſimis clauſulis derogatoriarum derogatoriis, & in limine fundationis, quibuſcumque Ordinariis Collatoribus conceſſa, ſunt vigore ejuſdem Regulæ ſublata. T. 2. p. 112. n. 41.
Amplia, etiamſi elargita fuerint quibuſcumque Collegiis, & ad inſtantiam Imperatoris, Regum &c. *ibid.* n. 42. & p. 193. n. 36. & 43.
Non tollit tamen Indulta conceſſa Univerſitatibus Studiorum. T. 2. p. 112. n. 43.
Derogatio Regulæ afficit etiam Indulta impertita favore certi generis Perſonarum, veluti Conſanguineorum, filiorum Patrimonialium &c. dummodo in limine fundationis conceſſa non fuerint. *ibid.* n. 45.
Intellige, quando Indultum eſt principaliter directum Collatori, cui injungitur conſequutive collatio favore certi generis Perſonarum, ſecus ſi fuerit iſtis principaliter conceſſum jus paſſivum independenter ab activo. *ibidem* n. 46.
Indultum a *Clemente VIII.* conceſſum filiis Patrimonialibus Diœceſis Calaguritanæ, quod Beneficia inibi exiſtentia, eorum favore conferri debeant, non comprehenditur ſub revocatione Regulæ. *ibid.* n. 47.
Regula derogat etiam Indultis elargitis ex cauſa gratitudinis, & benemerentiæ cum Pontifice concedente. *ibid.* n. 48.
Et quibuſcumque aliis Indultis, non obſtante quacumque longæva obſervantia ad favorem Indultariorum. *ibidem* n. 49.
Amplia, etiamſi continerent expreſſam derogationem ad futuras Regulas Cancellariæ, & clauſulam, quod toties reviviſcerent, quoties fuiſſent abrogata. Et referuntur exempla. T. 2. p. 113. n. 50.
Regula non derogat Indulto conferendi Canonicatus Doctorales, & Magiſtrales Cathedralium Hiſpaniarum in Menſibus reſervatis vacantes, T. 2. p. 114. n. 55.
Nec Indulto, quod emanavit per viam legis generalis, & ob publicum bonum. *ibid.* n. 56.
Indulta conceſſa ex cauſa oneroſa, non comprehenduntur ſub derogatione Regulæ. *ibid.* n. 57. *Vid. V. Regula XV.*

Regula IX. quoad ſecundam ejus partem, alternativam nempe menſium.

Alternativæ originem ad annum 1447. referunt nonnulli DD. T. 2. p. 115. n. 1.
Contrarium, quod indulgeri cœpit ſub *Paulo II.* circa annum 1470. *ibid.* n. 5.
Sed de illa omnibus Epiſcopis concedenda; actum fuit in Concilio *Conſtantienſi* anno 1418. T. 1. p. 115. n. 8.
Et anno 1421. *Martinus V.* & Epiſcopi Gallicani convenerunt de Alternativa Menſium. T. 1. p. 22. n. 19. T. 2. p. 115. n. 8.
Dictaque partitio Menſium ſervata fuit cum *Eugenio IV.* T. 1. p. 22. n. 21.
Eamque vigore Pacti Ordinariis Germaniæ conceſſit *Nicolaus V.* in Concordatis cum illa Natione initis anno 1447. T. 2. p. 115. n. 9.
Concedebatur nonnullis Epiſcopis non per viam Regulæ, ſed per Indulta particularia, & prævia Supplicatione expediebantur Literæ ſub Plumbo. *ibid.* n. 6. & 10.
Reprobatur *Rota cor. Cavaler.* dum ait Alternativam tempore *Sixti IV.* ad Pontificatum aſſumti anni 1471. non adhuc fuiſſe in uſu. *ibid.* n. 7.
Alternativam Menſium Epiſcopis omnibus Gallicanis indulſit anno 1472. *Sixtus IV.* in Concordato inito cum *Ludovico XI.* ſed Concordatum illud effectum non habuit. T. 1. p. 22. n. 26. T. 2. p. 115. n. 7.
Alternativam prius per Indulta particularia concedi ſolitam, *Leo X.* anno 1514. omnibus Epiſcopis eam acceptare volentibus generaliter indulſit. Tom. 2. pag. 115. n. 10.
Alternativa, quibus concedi ſoleat? quomodo acceptetur? quo tempore acceptari debeat, ut ſit Epiſcopis proficua? quæ Beneficia comprehendat? qualem in Epiſcopis reſidentiam requirat? & quando, ac quomodo ceſſet? *Vid. V. Alternativa in Beneficialibus.*

REGULA X.

Literæ Apoſtolicæ tempore Anteceſſoris Pontificis ſuper Gratiis ab eo conceſſis non expeditæ, poſſunt, ad earumdem Gratiarum probationem, expediri in forma *Rationi congruit*, tempore Succeſſoris, vigore Regulæ X. T. 2. p. 137. n. 1.
Aſſignatur ratio Regulæ. *ibid.* n. 2. 3. & 4.
Gratia in forma *Rationi congruit*, etſi Gratia ſit, eſt tamen de jure debita. *ibid.* n. 5.
Et dicitur talis, quia Literarum principium concipi ſolet: *Rationi convenit, & congruit honeſtati &c.* *ibidem* numer. 6.
Super Gratiis injuſte expiſcatis a deceſſore Pontifice, non poſſunt tempore Succeſſoris expediri Literæ in forma *Rationi congruit.* T. 2. p. 138. n. 7.
Gratia in forma *Rationi congruit*, Gratiam a deceſſore Pontifice conceſſam non confirmat, eique nil addit, aut detrahit. *ibid.* n. 8.
Non importat proprie Gratiam, ſed ſolum probationem, & executionem Gratiæ præcedentis. *ibid.* n. 9.
Literæ in forma *Rationi congruit* expediuntur abſque nova ſupplicatione ſignata a Succeſſore Pontifice, ſed cum antiqua Deceſſoris. *ibid.* n. 10.
Debent eſſe in omnibus, & per omnia antiquæ ſupplicationi conformes. *ibid.* n. 11. p. 139. n. 22.
Etſi plus, minuſve continent, ſunt ſubreptitiæ. T. 2. p. 138. n. 12. p. 139. n. 30.
Signata tempore Prædeceſſoris ſupplicatione ſuper reſervatione Penſionis vitalitiæ pro Perſonis Regi gratis, & acceptis, non poſſunt tempore Succeſſoris expediri Literæ in forma *Rationi congruit* ſuper reſervatione ejuſdem Penſionis favore Dignitatum alicujus Eccleſiæ. T. 2. p. 138. n. 13.
Et expeditæ exequi non debent, nec in ea parte, in qua ſunt conformes cum ſupplicatione, nempe in temporaneitate Penſionis, & ad vitam obtinentium illas Dignitates. *ibid.* n. 14.
Reprobantur *Sot. & Rebuff.* exiſtimantes, expediri poſſe Literas in forma *Rationi congruit* ampliores ſupplicatione. *ibid.* n. 16.
Expeditis Literis tempore Prædeceſſoris Pontificis ſuper gratia ab eo conceſſa, nullæ, & ſuperfluæ eſſent aliæ, quæ tempore Succeſſoris in forma *Rationi congruit* expedirentur. *ibid.* n. 18.
Forma Literarum *Rationi congruit* ſupponit alias Literas non fuiſſe tempore Anteceſſoris expeditas. *ibidem* numer. 19.
Si tamen Literæ tempore Anteceſſoris fuiſſent errore expeditæ, tunc poſſent tempore Succeſſoris novæ expediri Literæ in forma *Rationi congruit.* T. 2. p. 139. num. 20. & 23.
Quod eſt prætermiſſum in Literis tempore Anteceſſoris expeditis, corrigi, & emendari poteſt per Reſcriptum in forma *Rationi congruit* tempore Succeſſoris Pontificis. *ibid.* n. 21.
Intellige dummodo id, quod fuit in Literis prætermiſſum, reperiatur

reperiatur expreſſum in ſupplicatione eb Anteceſſore Pontifice ſignata. T. 2. p. 139. n. 21.
Literæ in forma *Rationi congruit* ſuom operantur effectum a die ſignatæ ſupplicationis in Vita Prædeceſſoris Pontificis. *ibid.* n. 24. & 29.
Maxime, ſi id in Literis præfatis exprimatur. *ibid.* n. 27.
Et in hoc differunt a Literis *Perinde valere*, quæ operantur a die Datæ currentis. *ibid.* n. 25.
Expeditis Literis in forma *Rationi congruit* ſuper reſervatione Penſionis, debetur terminus reſervatus in Supplicatione per Prædeceſſorem ſignata. *ibid.* n. 26.
Concluſio, quod literæ in forma *Rationi congruit* valent a die ſignatæ Supplicationis in Vita Deceſſoris Pontificis, procedit, etiamſi res non eſſet amplius integra, & in præjudicium Juris tertio medio tempore quæſiti. *ibidem* n. 28.
Hinc, ſi quis obtinuerit ſignari Supplicationem ſuper retentione Penſionis, etiamſi Profeſſionem emiſerit, & eam mortuo Papa emittat, poteſt tempore Succeſſoris Literas in forma *Rationi congruit* expedire. *ibid.*
Contrarium, quod re non amplius integra, & in præjudicium Juris tertio modo tempore quæſiti, expediri non poſſent Literæ in forma *Rationi congruit*. Et redditur ratio. *ibid.* n. 31.
Diſtinguitur inter Tertium foventem cauſam lucrativam, & alterum foventem cauſam oneroſam, ut reſpectu primi Literæ in forma *Rationi congruit* valeant a die ſignatæ Supplicationis in Vita Prædeceſſoris Pontificis, ſecus in præjudicium ſecundi. T. 2. p. 140. n. 33. & 34.
Literæ in forma *Rationi congruit* expediri non poſſunt ſuper Gratia *verbo* tantum ab Anteceſſore Pontifice conceſſa. *ibid.* n. 35.
Contrarium, ſi Gratia verbo tantum facta, rite probata fuerit. *ibid.* n. 36.
Poſterior hæc Sententia procedit, quando Papa poſt conceſſam gratiam non fuit amplius in ſtatu ſignandi Supplicationem, ſecus ſi diu ſupervixit, & illam ſignere potuit. *ibid.* n. 37.
Inſuper locum ſibi vindicat, quando Pontifex Succeſſor Literas præfatas expediri mandat, ſecus de Stylo Cancellariæ, quæ illas concedere non ſolet, niſi Supplicatione ab Anteceſſore ſignata. *ibid.* n. 38.
Literæ in forma *Rationi congruit*, ſuper quibus gratiis expediri ſoleant? *ibid.* n. 39.
Expediuntur etiam ſuper gratiis Reſignationum Beneficiorum ab Anteceſſore Pontifice ſignatis. *ibid.* n. 40.
Ampliaa, quamvis illius tempore datatæ non fuerint. *ibid.* num. 41.
Regule comprehendit non ſolum gratias conceſſas per Pontificem immediate Prædeceſſorem, ſed etiam per alterum mediatum. *ibid.* n. 43.
Terminus *ſex Menſium* a Regula præſcriptus ad expediendum Literas in forma *Rationi congruit*, refertur ad gratias conceſſas a Pontifice Prædeceſſore mediato, non immediato. *ibid.* n. 44.
Regula in hoc eſt obſcura, & clarius loqui deberet, cum inter utrumque caſum non eſſet diverſitatis ratio. T. 2. p. 141. n. 45.
Traditur varius Pontificum ſtylus ſuper ampliatione, & reſtrictione Regulæ ad gratias conceſſas, vel ab immediato Prædeceſſore tantum, vel etiam mediato, aut duobus mediatis, & quidem, aut nullum præfigendo terminum ad expediendum Literas in forma *Rationi congruit*, vel illud ad ſex Menſes reſtringendo. *ibid.* n. 46.
Referuntur exempla *Alexandri VII.* qui mandavit expediri Literas in forma *Rationi congruit* ſuper Supplicatione ſignate a *Paulo V.* & *Alexandri VIII.* ſuper Supplicatione ſignata a *Paulo III.* necnon *Clementis XI.* ſuper altera ſignata a *Gregorio XIII.* *ibid.* n. 47.
Et per extenſum traditur formula Mandati *Alexandri VII.* pro expeditione Literarum in forma *Rationi congruit*, ſuper Supplicatione ſignata a *Paulo III.* *ibidem* n. 48.
Regulæ, quoad præfixionem *Semeſtris* pro expediendis Literis in forma *Rationi congruit* ſuper Supplicatione a Pontifice anteceſſore mediato ſignata, de facili derogari ſolet. T. 2. p. 142. n. 49.
Et traditur formula hujuſmodi derogationis. *ibid.* n. 52.
Clauſula -- *ſine alicuius præjudicio* -- adjecta in Mandato expediendi Literas in forma *Rationi congruit*, cum derogatione termino Semeſtris, eſt ſuperflua, nec tollit earumdem Literarum effectum. Et redduntur rationes. *ibid.* n. 50. & 51.
Impedito expedire Literas in forma *Rationi congruit* infra ſex Menſes, indulgetur Reſtitutio in integrum. *ibid.* n. 53.
Et pro juſtificatione impedimenti ad hunc effectum qualibet cauſe ſufficit, & Dataria ſola aſſertione contentatur. T. 2. p. 142. n. 54.
Literæ in forma *Rationi congruit* expediuntur ſub *Datum* Coronationis Pontificis Succeſſoris. Idque primo præſcriptum a *Paulo III.* *ibid.* n. 55.
Sed de jure expediri poſſunt ſub *Datum* diei electionis Pontificis, a quo tempore plenum, & liberum conſequitur ipſe ſuæ Juriſdictionis exercitium. *ibid.* n. 56.

REGULA XI.

Reſervat *Regula XI.* diſpoſitioni Succeſſoris Pontificis Beneficia illa reſervata, de quibus Anteceſſores non diſpoſuerunt. T. 2. p. 145. n. 2.
Et qua ratione reſervet Eccleſias Cathedrales, & Monaſteria, quorum reſervatio jam aderat vigore Regulæ II. *ibid.* n. 6. & 7.
Regula agnoſcit in Auctorem *Innocentium VIII.* *ibid.* n. 1. p. 148. n. 42.
Et concordat cum diſpoſitione juris in *Extrav. ad Romani, de Præbend.* T. 2. p. 146. n. 3.
Superflua tamen non eſt, & redduntur rationes. *ibid.* n. 4. & 5.
Regula tantummodo loquitur de Beneficiis reſervatis non proviſis a duobus immediatis Pontificibus prædefunctis, de quibus in præcedenti *Regula X.* mentio habita fuit. T. 2. p. 147. n. 17.
Et quando nonnulli Pontifices in dicta *Regula X.* loquuti ſunt de uno immediato Prædeceſſore, ſubſequens *Regula XI.* ad Beneficia reſervata, quæ vacarunt tempore unius tantum Prædeceſſoris reſtricta fuit. *ibid.* n. 18.
Sed in ſpiritu *Regula* comprehendit etiam Beneficia reſervata, de quibus Pontifices ultra duos immediatos Prædeceſſores non diſpoſuerunt. Et traditur exemplum. *ibid.* n. 19.
Regulæ diſpoſitioni ſubjacent etiam Beneficia, quæ Prædeceſſores Pontifices abſque Decreto irritanti reſervaverant. *ibid.* n. 20.
Regula, an comprehendat Parochiales, quomodolibet reſervatas, de quibus Pontifex Prædeceſſor non diſpoſuit? *ibid.* n. 24. & ſeqq.
Vid. V. Parochiales quoad Reſervationes.
Beneficia, quæ vivente Papa in Menſibus Apoſtolicis vacarant, non poſſent eo mortuo ab Ordinariis conferri, ſed Succeſſoris Pontificis diſpoſitioni ſunt reſervata. *ibid.* num. 10.

REGULA XII.

Revalidat *Regula XII.* Literas Apoſtolicas gratiam, & juſtitiam reſpicientes expeditas infra annum, Prædeceſſore Pontifice vivente, ſed Exequutoribus ante illius obitum non præſentatas. T. 2. p. 151. n. 1.
Non revalidat tamen Regula Acta nulliter geſta tempora Sedis vacantis, ſed ea repetenda ſunt ex integro poſt novi Pontificis aſſumtionem. T. 2. p. 163. n. 52.
Revalidatio Literarum vigore Regulæ ſuſcitat tantum Juriſdictionem Exequutorum, quæ per mortem Pontificis ſilebat. T. 2. p. 151. n. 5.
Regula, ut locum ſibi vindicet, requirit quod Literæ Apoſtolicæ ſint expeditæ tempore Prædeceſſoris Pontificis. *ibid.* n. 3.
Et in hoc differt a Regula *de Literis in forma Rationi congruit*, quæ ſupponit ſupplicationem tantum fuiſſe ſignatam. *ibid.* n. 4.
Diſpenſationes Matrimoniales ante obitum Pontificis Exequutori nondum præſentatæ, exequi non poſſunt Sede Apoſtolica vacante, ſed expectanda eſt Regula revalidatoria. *ibid.* n. 13.
Contrarium, & redditur ratio. *ibid.* n. 14.
Grane *ſi in evidentem* exequi non poteſt, ſi re integra Papa moriatur. *ibid.* n. 15.
Revalidatio Literarum ope Regulæ, ut locum ſibi vindicet, expoſcit, quod illæ ſint conceſſæ infra annum ante obitum Pontificis, & de ratione? T. 2. p. 152. n. 16.
Si elapſo anno, magna non appareat negligentia, & impedimentum aliquod allegetur, propter quod Literæ non fuerint Exequutori præſentatæ, expediri ſolet revalidatoria, quæ dicitur -- *Indultum, quod Judex procedat ad exequutionem Literarum non obſtante obitu Prædeceſſorum.* *ibid.* n. 17.
Et Indultum hujuſmodi novam gratiam non præſefert, ſed ſuſcitat ſolum Juriſdictionem Exequutorum. *ibid.*
Conſtito tamen de reiterata negligentia, quia nempe Literæ nec tempore Succeſſoris, qui Regulam edidit, fuerint Exequutori præſentatæ, tunc revalidatio, vel denegatur, vel difficilius indulgetur. *ibid.* n. 18.

Traditur

Traditur exemplum conceſſæ a ſan. mem. *Clemente XI.* revalidationis Literarum, non obſtante reiterata negligentia in illis Exequutori præſentandis. T. 2. p. 152. n. 19.
Literas, vivente Pontifice ſibi præſentatas, non prohibetur Exequutor poſt illius obitum exequutioni demandare. ibid. n. 20. & 13.
Intellige, dummodo Exequutor vivente Pontifice aliquem actum juriſdictionalem exercuerit, quia nempe unico contextu mandaverit de contentis in Literis informationem capi. ibid. n. 21. & 36.
Val, ſi Literæ Apoſtolicæ ante Pontificis obitum, una cum citatione partis, fuerint jam Exequutori præſentatæ, & coram eodem productæ. ibid. n. 22.
Vid. V. Exequutores Apoſtolici. V. Literæ Apoſtolicæ quoad exequutionem.
Præſentata Commiſſione uni ex Rotæ Auditoribus, & expedita Pontifice vivente citatione, an hæc poſſit legitime exequi poſt illius obitum, Sede Apoſtolica vacante, ita ut totus proceſſus radicatus in hac, ita exequuta citatione reputari non debeat invalidus? *ibid.* num 24. & plur. ſeqq.
Vid. V. Citatio. V. Auditores Rotæ.

REGULA XIII.

Revocat Regula XIII. Beneficiorum uniones, ſuppreſſiones, extinctiones, applicationes &c. ab Anteceſſoribus Pontificibus expletas, & ipſis viventibus effectum non ſortitas. T. 2. p. 160. n. 5.
Uniones præfatas ab antiquiſſimo tempore Succeſſores Pontifices revocare conſueverunt, & refertur Conſtit. generalis Bonifacii IX. earum revocatoria. ibid. n. 1.
Regulæ *Joannis XXIII. & Martini V.* dictarum Unionum revocatoriæ, brevibus erant conceptæ verbis, earumque tenor exſcribitur. ibid. n. 2.
In Regulis antiquis excipiebantur Uniones reſpicientes favorem Cardinalium. ibid. n. 3.
Sed *Paulus III.* Regulam immutavit, eique addidit, *etiam in favorem S. R. E. Cardinalium.* ibid. n. 4.
Traditur ratio, cui Regula innititur. ibid. n. 5.
Regula locum ſibi vindicat, tametſi Unio Beneficiorum expleta fuerit cum clauſulis ampliſſimis, & derogatoriis Cancellariæ Regulis. ibid. n. 6.
Et quamvis ſit munita Decreto, quod non comprehendatur ſub quibuſcumque Unionum revocationibus. T. 2. p. 121. n. 7.
Proponitur Clauſula, ob quam cenſeri poteſt præſervata Unio Beneficiorum, ſi ante illius effectuationem ſuperveniat Regula revocatoria. ibid. n. 8.
Regula revocat Unionem effectum non ſortitam, quamvis in ejus litteris adeſſet clauſula, *quod ex nunc pro tunc haberetur pro effectuata.* ibid. n. 9.
Intellige, ut ibid. n. 11. & 12.
Non comprehendit tamen Unionem Beneficii vacaturi expletam cum clauſula, *ex nunc pro tunc cedente, vel decedente Beneficiato.* ibid. n. 12.
Contrarium, & redditur ratio. ibid. n. 13.
Subjacent revocationi Regulæ Uniones Beneficiorum, etiam Conſiſtorialiter expletæ, ut in Regula ſancitur. ibid. n. 14. & 15.
Tametſi in Litteris Apoſtolicis diceretur, quod eædem haberent vim contractus, per quem Papa ſe obſtringeret, nulla ex cauſa ab eo recedere. ibid. n. 16.
Limita, ſi unio expleta fuerit ex cauſa oneroſa, & in compenſationem. ibid. n. 17.
Confirmatio Unionis expleta a Papa inſcio revocationis ob illius ineffectuationem, nil relevat pro unione ſuſtinenda. ibid n. 18.
Maxime ſi in Litteris confirmationis adſit clauſula -- *Dummodo Unio ſit in uſu* --. Ibid. n. 19.
Secus vero ſi Pontifici innoteſceret Unionem remanſiſſe per Regulam revocatam, & adhuc eam confirmaret. T. 2. p. 162. n. 20.
Regula revocat Uniones Beneficiorum etiam a principio validas, quæ ſuum poſtea ſortitæ non fuerint effectum. ibid. n. 21.
Quemadmodum Uniones expletas ex juſta cauſa, non tamen neceſſaria. ibid. n. 22. & p. 167. n. 81.
Necnon Uniones factas de Præbendis, & Canonicatibus ad nutum amovibilibus. T. 2. p. 162. n. 23.
Regula comprehendit nedum diſmembrationes Beneficiorum, ſed partis quoque eorum fructuum. ibid n. 24.
Etiamſi agatur de diſmembratione partis fructuum alicujus pii operis, juxta notabilem *Deciſ. 161. coram Remboldo.* ibid n. 27.
Sed priſcis temporibus revocationi Regulæ non ſubjacebant, niſi diſmembrationes Beneficiorum, non autem partis fructuum. T. 2. p. 162. n. 25. & 26.
Verba -- *eorumque Domibus, Prædiis &c.* addita fuerunt Regulæ tempore *Clementis VIII.* ibid. n. 26.
Revocationi Regulæ non ſubjacet Unio Beneficiorum effectum ſortita, vel in Vita Pontificis, qui illam induſit, vel ante renovationem ejuſdem Regulæ a Succeſſore factam. ibid. n. 28.
Idque concludenter probari debet. ibid. n. 29.
Et quidem ab eo, qui contendit Unionem fuiſſe effectum ſortitam, non autem a negante effectuationem. ibidem n. 32.
Unionem Beneficiorum fuiſſe effectum ſortitam, in dubio non præſumitur, quia id in facto conſiſtit. ibid. n. 30.
Unio dicitur effectum ſortita, quando illius vigore adepta fuit poſſeſſio Beneficii. ibid. n. 33.
Amplia etiamſi facta Unione Beneficii vacaturi cum clauſula -- *ex nunc pro tunc &c.* -- illius poſſeſſio adepta fuerit vivente adhuc Beneficiato vigore facultatis in Litteris Unionis a Pontifice impertitæ. ibid. n. 34.
Limita, ſi agatur de fructuum diſmembratione, & redditur ratio. ibid. n. 35.
Sola poſſeſſio reddit Unionem effectuatam, etiam abſque ulla perceptione fructuum. ibid. n. 37.
Sed fructuum perceptio Unionis effectuationem magis firmat, & roborat. T. 2. p. 163. n. 38.
Sed, quid ſi omnis adhibitus fuerit conatus pro adipiſcenda poſſeſſione Beneficii, ſed adipiſci non valuit, an Unio dici poſſit effectum ſortita? ibid. n. 39. & 40.
Concluſio, quod poſſeſſio inducit effectuationem Unionis Beneficiorum, intelligitur in caſu, quo Unio ſit in *forma gratioſa* expedita. ibid. n. 41.
Ubi agitur de mandato de uniendo Exequutori directo, poſſeſſio non inducit effectuationem Unionis, niſi fuerit adepta de manu Exequutoris rite procedentis, eaque fuerit pacifica, & non controverſa. ibid. n. 42.
Regula locum ſibi non vindicat, ſi facta plurium Beneficiorum Unione, ea in parte, quoad unum nempe, vel duo Beneficia, ſuum ſortita fuerit effectum. Et redditur ratio. ibid. n. 43. 44. & 45.
Intellige quando effectuatio in parte ſequuta fuit vivente Pontifice, qui Unionem explevit, ſecus illo defuncto. ibid. n. 46.
Intellige etiam, ſi unica fuerit Unio, ſecus ſi plures, & diſtinctæ, quamvis in iiſdem Litteris expletæ, tunc enim per effectuationem unius, inferri nequit ad effectuationem alterius. ibid. n. 47.
Plurium Beneficiorum Unio tunc unica cenſetur, quando valor Beneficiorum in unam tantum ſummam expreſſus fuit. ibid. n. 48.
Vel, quando diſpoſitio concepta fuit unica oratione, ac ſtructura verborum pendente ab iiſdem verbis *unimus, adnectimus &c.* in fine orationis appoſitis. ibid. n. 49.
Conſtito tamen, quod revera plures fuerint Uniones diverſis locis piis in iiſdem Litteris expletæ, etiamſi dirigantur ab unico verbo *unimus, incorporavis &c.* non exinde inferri poteſt ad unicitatem Unionis, & redditur ratio. ibid. n. 51.
Regula non revocat Uniones Beneficiorum expletas pro Dote Dignitatis, Canonicatus, aut alterius Beneficii de novo erecti. Et quare? ibid. n. 52. & p. 178. n. 185. & 195.
Minuſque Uniones factas auctoritate Concilii Tridentini. T. 2. p. 164. n. 53.
Et verba illa -- *Non tamen Concilii Tridentini &c.* -- Regulæ primus adjecit *Sixtus V.* ibid. & p. 178. n. 194.
Regula non revocat Uniones Beneficiorum expletas ex cauſa neceſſaria; & quæ iſta dicatur? T. 2. p. 177. n. 173.
Neceſſitas tamen probanda eſt ab eo, qui illius prætextu Regulam revocatoriam evitare contendit. ibid. num. 174. & 180.
Et requiritur neceſſitas quoad ipſam Eccleſiam, non autem reſpectu Beneficiati, ejuſque commodioris ſuſtentationis. ibid. n. 175. & 181.
Uniones expletæ in Divini cultus augumentum, revocationi Regulæ non ſubjacent. ibid. n. 176.
Intellige, dummodo illud ſit neceſſarium, itaut aliter Eccleſia debito ſervitio deſtituatur. ibid. n. 177.
Proindeque non ſufficit neceſſitas moralis pro Eccleſiæ majeſtate, & decentiori cultu. ibid. n. 178.
Unio Beneficiorum favore Menſæ Capitularis expleta pro manutentione Muſicæ, & Cantorum, ſubjacet revocationi Regulæ. Et redduntur rationes. ibid. n. 179.
Concilium Tridentinum nullibi diſponit, quod menſæ Capitulari uniri poſſint Beneficia ex cauſa Muſicæ, & Cantus. ibid. n. 182.
Regula non revocat Uniones factas pro Dote Eccleſiæ erectæ in Cathedralem, vel Collegiatam. ibid. pag. 178. n. 186. & ſeqq.

Minuſque

Minuſque Beneficiorum Uniones expletas pro fundatione, augumento, vel conſervatione Collegiorum ad Fidei Catholicæ defenſionem, & propagationem, bonarumque artium cultum inſtitutorum. T. 2. p. 167. n. 190.

Rejicitur contraria ſententia, & exponitur motivum ob quod irrepſit. *ibid.* n. 191. & ſeqq.

Regulæ diſpoſitio non procedit, ſi Unio Beneficiorum expleta fuerit titulo permutationis, vel alio titulo oneroſo. *ibid.* n. 196.

Nec, quando unus Ordo Religioſorum in totum ſupprimitur, & ejus Beneficia alteri uniuntur. *ibid.* & n. 197.

Minuſque comprehendit Regula Bona parvorum Conventuum per *Innocentium X.* ſuppreſſorum, & aliis Locis Piis applicata. *ibid.* n. 198.

Revocationi Regulæ non ſubjacent Penſiones, etiamſi perpetuo applicatæ fuerint alicui Collegio, vel Loco Pio, quia applicatio non importat Unionem. *ibid.* n. 199.

Quemadmodum nec Donationes, ſeu Ceſſiones ab uno Loco Pio auctoritate Apoſtolica favore alterius Loci Pii expletæ. T. 2. p. 179. n. 200. *Vid. V. Unio.*

REGULA XIV.

Revocat Regula XIV. facultates diſpenſandi ſuper Matrimonio in gradibus prohibitis, Natalium, ac ætatis defectibus &c. Epiſcopis, Prælatis, Nunciis, aliiſque Perſonis, etiam utriuſque Signaturæ Referendariis, ab Anteceſſoribus Pontificibus elargitas. T. 2. p. 181. n. 1.

Et quid olim in antiquis Regulis decernebatur? *ibidem.* n. 2. & 5.

Verba illa -- *ac diſponendi de quibuſvis Beneficiis Eccleſiaſticis* -- addita Regulæ fuerunt poſt *Innocentium VIII.* *ibid.* n. 3.

Verba, quæ in Regula leguntur -- *etiam utriuſque Signaturæ Referendariis* -- prius eidem adjecit Benedictus XIII. & qua ratione? T. 2. p. 181. n. 9. 11. & 12.

Oporteret, quod in Regula mentio etiam fieret de Auditoribus Rotæ, & quare? *ibid.* n. 13.

Verba illa Regulæ -- *& alias a præmiſſis Officia ipſorum Notariorum, & Collectorum &c.* -- quid importent? *ibid.* num. 14.

Regula in nullo fere caſu ſervatur, & tempore *Alexandri VIII.* actum fuit de illa a cæteris Cancellariæ Regulis expungenda. T. 2. p. 185. n. 44.

Regula non revocat facultates omnes in ea expreſſas, ſed illas tantummodo, quæ ſuum, tempore Anteceſſoris Pontificis, non ſunt ſortitæ effectum. T. 2. p. 182. n. 15.

Licet revocet facultatem diſpenſandi, non tamen revocat facultatem legitimandi. *ibid.* n. 18.

Regula comprehendit Nuncios Apoſtolicos, tametſi facultatibus Legati de Latere munitos. T. 2. p. 183. n. 27.

Quemadmodum revocat facultates Cardinalibus ipſis de Latere legatis, conceſſis. *ibid.* n. 29. & 30.

Privilegio creandi Comites Palatinos a *Sixto IV.* DD. de *Riarus* elargito, an ſit per Regulam revocatum? T. 2. p. 185. n. 36.

An revocatum quoque ſit pretenſum Privilegium creandi Prothonotarios, Notarios, & Doctores *Comitibus Sfortiis a Paulo III.* conceſſum? *ibid.* n. 37.

Regula non revocat facultates a Sede Apoſtolica Regibus impertitas conferendi Beneficia Eccleſiaſtica. *ibidem.* num. 38.

Nec facultates conceſſas Collegio Pronotariorum de numero Participantium, Militibus Piis, aliiſque Sedis Apoſtolicæ Officialibus titulo oneroſo eorum Officia poſſidentibus. *ibid.* n. 39.

Revocationi Regulæ, an ſubjaceant facultates in remunerationem meritorum a Sede Apoſtolica elargitæ? *ibid.* n. 40.

Aut Gratiæ quibus Loca Pia donata fuerunt? T. 2. p. 184. n. 35 p. 185. n. 41. & 43.

Facultas diſpenſandi ſuper Matrimoniis in certis gradibus prohibitis, quæ per Congregationem Sñæ Inquiſitionis nonnullis Epiſcopis, Nunciis Apoſtolicis, & Miſſionariis impertitur, revocationi Regulæ non ſubjacet. T. 2. p. 185. n. 49.

Vid. V. Cardinales a Latere Legati. V. Nuncii Apoſtolici.

REGULA XV.

Revocat *Regula XV.* facultates, & Indulta quibuſvis Perſonis conceſſa diſponendi de Beneficiis generaliter reſervatis, ſeu affectis. T. 2. p. 191. n. 1.

Originem trahere videtur a Conſtitutione quadam *Bonifacii IX.* cujus verba exſcribuntur. *ibid.* n. 2.

Refertur tenor Regulæ, quam edidit *Martinus V.* eaque fuit temporalis, & cum ſuo Conditore expiravit. *ibid.* n. 3. & p. 196. n. 84.

Poſt *Martinum V.* Regulam primus renovavit *Paulus III.* T. 2. p. 191. n. 4. 5. & 6.

Et *Urbanus VIII.* illam clauſulis derogatoriis, & clauſula *quorum tenores*, munivit. T. 2. p. 192. n. 7.

Regula XV. non fuit ſuperflua propter *Regul. IX.* quæ pariter revocat Indulta conferendi Beneficia reſervata. Et quare? *ibid.* n. 8.

Nec eſt ejuſdem *Regulæ IX.* correctoria in ea parte, qua Epiſcopis Alternativa indulgetur. *ibid.* n. 9.

Regula revocat Indulta diſponendi de Beneficiis reſervatis nedum Epiſcopis, ſed inferioribus etiam Collatoribus elargita? *ibid.* n. 10.

Amplia, quamvis in Indultis adſit clauſula, quod Collatores prælati diſponere poſſint de Beneficiis reſervatis *uti Vicarii perpetui Papæ.* *ibid.* n. 11.

Aut ſint illa conceſſa ad inſtantiam Imperatoris, Regum, aliorumque ſupremorum Principum, & traditur exemplum. *ibid.* n. 12. & 13.

Sive ex cauſa oneroſa, & intuitu meritorum præcedentium. *ibid.* n. 14. 15. & 17.

Quemadmodum hujuſmodi generis Indultis Religioni Hieroſolymitanæ conceſſis derogat Regula IX. *ibid.* n. 16.

Amplia iidem, tametſi favore Indultariorum concurreret centenaria obſervantia. Et redditur ratio. *ibid.* n. 18. 19. 20 p. 194. n. 1.

Indulta optandi Beneficia Sedi Apoſtolicæ quomodocumque reſervata, & affecta, ſubjacent revocationi Regulæ. T. 2. p. 192. n. 21. 22. & 23.

Quemadmodum Regula IX. derogat Conſuetudini optandi Beneficia in Menſibus Apoſtolicis vacantia. *Vid. V. Regula IX. quoad derogationem Conſuetudini optandi.*

Amplia, etiamſi in Indulto optandi Beneficia reſervata adſit clauſula *non obſtantibus quibuſcumque reſervationibus tam editis, quam edendis.* *ibid.* n. 24. p. 194. n. 48.

Et quamvis Optio inducta fuerit vigore pacti, & Concordiæ inter partes initæ, & a Sede Apoſtolica approbatæ. Et redditur ratio. p. 193. n. 25. & 27.

Revocat Regula Indultum Ordinario Collatori elargitum conferendi Beneficia reſervata favore certi generis Perſonarum. *ibid.* n. 28.

Intellige, quando jus paſſivum eſt acceſſorium, & dependens ab activo, ſecus ſi ab eo independens, quo caſu licet Regula revocet jus activum conferendi Beneficia reſervata inferiori Collatori conceſſum, præſervat tamen jus paſſivum favore Perſonarum, quæ ſunt in Indulto contemplatæ. *ibid.* n. 29. & 30.

Regula non revocat facultates diſponendi de Beneficiis reſervatis indultas Collegiis, & Univerſitatibus. *ibid.* n. 31. & ſeqq.

Sed contraria ſententia, quam perpetuo ſequuta eſt Rota, verior eſt, & aſſignantur rationes. T. 1. p. 204. n. 63. T. 2. p. 194. n. 46. & ſeqq. *Vid. V. Regula LXX.*

Nec revocat Concordata inter Sedem Apoſtolicam & Nationem Germanicam inita. T. 2. p. 193. n. 26. p. 195. n. 64.

Regula XV. an revocet tantummodo Indulta perpetua diſponendi de Beneficiis reſervatis, vel etiam temporalia? T. 2. p. 193. n. 37. & 50. p. 194. n. 52.

Et, an Regulæ revocationi ſubjaceant Indulta quibus gaudent nonnulla Capitula Germaniæ eligendi ad Dignitates majores in Cathedralibus, & Principales in Collegiatis? T. 2. p. 193. n. 38.

Regula XV. non obſtante, quamplura Capitula Germaniæ ſuis utuntur Apoſtolicis Indultis eligendi ad Dignitates majores in Cathedralibus, & principales in Collegiatis. T. 2. p. 194. n. 53.

Et, ubi Dignitates hujuſmodi ſunt Conſiſtoriales Sac. Congregatio Rebus Conſiſtorialibus præpoſita, electiones ad eas rite expletas, confirmat. Et refertur exemplum. *ibid.* n. 54. & 55.

Regula non revocat Indulta diſponendi de Beneficiis reſervatis elargita in limine fundationis, & erectionis eorumdem Beneficiorum. *ibid.* n. 56.

Etiamſi agatur de Indulto diſponendi, ſeu eligendi ad Dignitatem majorem in Cathedrali, aut principalem in Collegiata. *ibid.* n. 57.

Subjacent tamen Indulta hujuſmodi revocationi Regulæ IX. ſi contingat Beneficia, vel Dignitates præfatas, quæ etiam reſervationi Regulæ IX. ſunt obnoxiæ, vacare in Menſibus reſervatis vigore ejuſdem Regulæ, cum ipſa deroget Indultis, etiam in limine fundationis elargitis. T. 2. p. 195. n. 60. & 61.

Seculariżata Eccleſia Regulari, eaque in Collegiatam ſecularem erecta cum prima Dignitate, & Canonicatibus, & cum Indulto favore Canonicorum ad Dignitatem illam eligendi, an Indultum præfatum ſubjaceat revocationi Regulæ? *ibid.* n. 58.

Indultum conferendi certa Beneficia quamvis reſervata, Univerſitati ſtudiorum Lovanii a Sede Apoſtolica conceſſum, non ſubjacet revocationi Regulæ XV. T. 2. p. 195. n. 63. & 66. & ſeqq.
Minuſque alteri revocationi contentæ in Regula IX. *ibid.* num. 65.
Vid. V. Univerſitas ſtudiorum Lovenii.
Regula XV. excipit Indulta, & facultates conferendi Beneficia reſervata Cardinalibus elargita. *ibid.* n. 68.
Et, an ſub tali exceptione comprehendat facultates de Beneficiis præfatis diſponendi Cardinalibus de Latere Legatis, cæteriſque Cardinalibus extraordinariis Collatoribus conceſſas? *ibid.* n. 69. & ſeqq. & p. 190. n. 75. 77. & ſeqq.
Verba quæ leguntur in Regula -- *ad collationem* -- ſupplenda ſunt hoc modo, videlicet -- *ad eorum aliorum collationem* -- & qua ratione? T. 2. p. 196. n. 85.
Vid. V. Regula IX. quoad derogationem Indultis conferendi Beneficia in Menſibus Apoſtolicis.

REGULA XVI.

Mandat Regul. XVI. Dictiones numerales, quæ in Literis Apoſtolicis ante *Kalendas*, *Nonas*, *Idus*, apponuntur, deſcribi extenſas per Literas, & Syllabas T. 2. p. 197. n. 1.
Et prodiit ad effectum præcidendi occaſionem committendi falſitatem in Literis Apoſtolicis. *ibid.* n. 2.
Concordat cum jure civili, quo ſancitur Inſtrumenta, ac Teſtamenta, integris dictionibus exaranda eſſe. *ibid.* num 3.
Bullæ ad Bullariam tranſmiſſæ ſine dictionibus numeralibus, an ſint nullæ? *ibid.* n. 14.
De ſtylo Dataræ Dictiones numerales extendi debent etiam in Supplicationibus. *ibid.* n. 4.
At hodie ſervatur, quod in Supplicationibus, ſola dictio numeralis ponatur per extenſum in magna Data, ſed reliqua verba poſſunt abbreviari. *ibid.* n. 11.
Regulæ diſpoſitio, etſi loquatur de Dictionibus numeralibus ponendis ante *Kalendas &c.* procedit etiam in aliis Dictionibus numeralibus, quæ in Literis Apoſtolicis apponi contingat. Redditur ratio, & traduntur exempla. *ibid.* n. 12. & 13.
Secretaria Brevium Regulæ diſpoſitionem non ſervat, ſed utitur Literis numeralibus Romanis. Tom. 2. pag. 198. n. 17. & 19.
Kalendæ, *Nonæ*, *& Idus*, neceſſe non eſt, quod ponantur per extenſum in Literis Apoſtolicis, & quare? Tom. 2. p. 197. n. 10.

REGULA XVII.

Regula XVII. decernit, quod inter duos proviſos Apoſtolicos Gratiam ſub eadem *Data* habentes, ille præferri debeat, qui poſſet ſequitur, & qualitatibus ab eadem præſcriptis. T. 2. p. 208. n. 56.
Agnoſcit in Auctorem *Martinum V.* & exteſibitur Regula, quam ipſe edidit. T. 2. p. 204. n. 1. & 2.
Regula quomodo antiquitus inſcribebatur? *ibid.* n. 3.
Qui habet Gratiam *Motu proprio* conceſſam, præferendus eſt in *pari Data* alteri ſimilem gratiam non habenti. T. 2. p. 208. n. 57.
Et quomodo Gratia cenſetur *Motu proprio* conceſſa? *Vid. V. Gratia Motu proprio.*
Graduatus in aliqua ſcientia, non Graduato in *pari Data* præfertur. *ibid.* n. 61.
Et inter plures Graduatos, magis Graduatus minus Graduato præferri debet. Et plura referuntur exempla. T. 2. p. 209. n. 65. & ſeqq.
Doctoratus in Medicina nullam tribuit prælationem erge non doctoratum in eadem facultate. *ibid.* n. 62. & 63.
Non Doctori præfertur Doctor, quamvis ſolo verbo talis a Papa creatus. *ibid.* n. 64.
Et refertur exemplum Doctoris *verbo* ſolum a Papa creati. *ibid.*
Appellatione *Doctoris* non venit *Licentiatus*, quia pro Doctoratu requiritur aliud examen, & ſecunda approbatio. *ibid.* n. 69.
Doctor creatus a Papa, vel Imperatore, præfertur in *pari Data* Doctori ab inferiori Principe creato. *ibid.* n. 73.
Et Doctoratus in publica famoſa Univerſitate, qualis eſt illa Romanæ Sapientiæ, præferri debet Doctorato in Collegio habente Privilegium doctorandi, ſed quod publica Univerſitas non eſt. *ibid.* n. 74.
Multoque magis præferendus eſt Doctoribus creatis a DD. Comitibus Domus *Sfortiæ*, & Comitibus *Palatinis*. *ibid.* n. 75.
Doctor in publica Univerſitate Laureatus præfertur in *pari Date* Doctori creato a Collegio Prothonotariorum Apoſtolicorum de numero participantium, quia Collegium prædictum publicam Univerſitatem non efformat. Tom. 2. p. 209. n. 77. *Vid. V. Doctor, Doctoratus.*
Inter æqualiter Graduatos, illi in *pari Data* competit prælatio, qui fuit prius Graduatus, quamvis alter ſit ætate major. T. 2. p. 210. n. 81.
Sed quis præferendus, an qui primo licentiatus, & poſtea Doctor, ſeu potius qui ſecundo licentiatus, & primo Doctor effectus fuit? *Remiſſive.* *ibid.* n. 82.
Poſſeſſor Beneficii præferendus eſt in *pari Data* non Poſſeſſori. *ibid.* n. 83.
Debet tamen poſſeſſio eſſe integra, tam quoad ſpiritualia, quam reſpectu temporalium. T. 2. p. 211. n. 88.
Et ſufficit, quod poſſeſſio ſit innixa titulo colorato. T. 2. p. 210. n. 84.
Et qui ſit Titulus coloratus? *Vid. V. Titulus coloratus.*
Poſſeſſio vero, quæ tanquam nulla, & attentata circumſcripta fuit, jus non præſtat ad prælationem. T. 2. p. 211. n. 87.
Præſentes *in Curia*, abſentibus ab ea, in *pari Data* præferri debent. *ibid.* n. 88.
Et ſive Papæ, aut Cardinalibus inſerviant, ſive non. *ibid.* n. 90.
Limita, ſi quis non prius, ſed tantum occaſione litis ſuper eodem Beneficio jam obtento ad Curiam acceſſerit. *ibid.* n. 91.
Abſens a Curia ob ſervitium Sedis Apoſtolicæ, non reputatur præſens ad effectum obtinendi in *pari Data* prælationem, quia Regula requirit præſentiam veram, non fictam. *ibid.* n. 92.
Contrarium. *ibid.*
Quemadmodum nec favore Regulæ gaudet abſens a Curia, etſi cito reverſurus. *ibid.* n. 93.
Aut, qui intra duas Dietas moratur. *ibid.* n. 94.
Contrarium, quod in utroque caſu locum ſibi vindicet prælatio a Regula indulta. *ibid.* n. 95.
Qui nullum obtinet Beneficium in *pari Data* Beneficium obtinenti præfertur. *ibid.* n. 96.
Intellige, dummodo ambo ſint præſentes in Curia, aut abſentes, ſecus vero ſi Beneficiatus ſit præſens, non Beneficiatus abſens, tunc enim prælatio debetur præſenti, etſi Beneficiato. *ibid.* n. 97.
Penſionarius in terminis Regulæ non venit appellatione Beneficiati. *ibid.* n. 98.
Venit tamen intruſus, cui a fortiori præferendus eſt non Beneficiatus, ſi ille vero Beneficiato præfertur. *ibid.* n. 99.
Oriundus in *æquali Data*, & cæteris paribus, præferendus eſt non oriundo in aſſequutione Beneficii, præſertim Curiali. *ibid.* n. 100. 101. & 102.
Oriundus, quis de jure, & quis de ſtylo Dataræ dicatur? *Vid. V. Oriundus.*
Diœceſani in *pari Data*, non Diœceſanis præferri debent. T. 2. p. 212. n. 108.
Et qui dicantur Diœceſani? *Vid. V. Diœceſani.*
Naturalis unius Regni, vel Provinciæ debet in aſſequutione Beneficiorum illius Regni, vel Provinciæ præferri Extero in *pari Data*. *ibid.* n. 120.
Intellige, de congruentia, & æquitate, non autem de neceſſitate. T. 2. p. 213. n. 121.
In *pari Data* pro aſſequutione Beneficii præferendus eſt, qui prius Literas Apoſtolicas Exequutoribus præſentavit. T. 2. p. 219. n. 190.
Maxime, ſi Literarum præſentatio fuerit ab ipſis acceptata. *ibid.* n. 191.
Intellige cæteris paribus, nam ſi in eo, qui Literas non præſentavit, concurrat prærogativa aliqua ex recenſitis in Regule, qua ſit deſtitutus, qui prius Literas præſentavit, tunc ſola anterior Literarum præſentatio, prælationem non tribuit. *ibid.* n. 192. & 193.
Regula non procedit in Penſione, quæ ſub *æquali Data* ſuper eodem Beneficio ſit favore duorum reſervata, & quare? *ibid.* n. 194.
Intellige dummodo utraque ſupplicatio ſit ſignata per Verbum *Fiat*, aut *Conceſſum*, ſecus ſi una per *Fiat*, altera per *Conceſſum*, nam hoc caſu gratia ſignata per verbum *Fiat*, præfertur alteri ſignatæ per *Conceſſum*. *ibid.* n. 195.
Vid. V. Beneficia quoad prælationem. V. Data.
Regula *de Concurrentibus in Data* non procedit in ea parte Regni Franciæ, quæ *Patria reducta* nuncupatur. T. 2. p. 221. n. 211.
Expediret tamen, ut Regulæ diſpoſitio inibi quoque locum ſibi vindicaret, & quare? T. 2. p. 223. n. 241.

REGULA XVIII.

Regulæ Auctor *Benedictus* in ſua obedientia dictus XIII. T. 2. p. 226. n. 1.
Et

Et quomodo per *Nicolaum V.* & Succeſſores Pontifices renovata, & ampliata fuit? T. 2. p. 226. n. 2.
Regula eſt favorabilis. ibid. n. 3.
Principum Conceſſiones, ita ſunt interpretandæ, ut aliorum jura non lædant. ibid. n. 4.
Et Pontifex in quibuſcumque gratiis nunquam cenſetur juri alteri quæſito præjudicium velle irrogare. T. 3. p. 73. n. 148.
Et ad hunc effectum in Literis Apoſtolicis inſeruntur clauſulæ Juris tertii præſervativæ. ibid. n. 149.
Illa præſertim -- *Dummodo tempore Datæ præſentium non ſit alteri in Beneficio jus quæſitum* --. T. 2. p. 226. n. 5.
Et in proviſione Beneficii reſervati, adjicitur altera clauſula -- *Dummodo collatio ad Nos hac vice pertineat* --. ibid. n. 6.
Pontifex tollere non intendit per ſuas Conceſſiones jus tertio quæſitum, quamvis illud ſit indirectum, & minimum. ibid. n. 7. & T. 3. p. 74. n. 150.
Amplia, etiamſi agatur de Gratia *Motu proprio* conceſſa. T. 2. p. 226. n. 8.
Et ſit ipſa munita altera clauſula -- *ex certa ſcientia.* ibid. num. 9.
Amplia itidem, quamvis Gratia ſit conceſſa favore Perſonæ miſerabilis. ibid. n. 10.
Aut favore magnorum Principum, & Regum. ibid. n. 11.
Gratia Pontificis non tollit jus tertio quæſitum, ſive ex Indulto particulari, ſive ex Statuto, ſive ex Privilegio, præſertim ex cauſa onaroſa. ibid. n. 13. & 14.
Nec jus alteri competens de jure communi. T. 2. p. 227. n. 15. & 20.
Amplia, etiamſi Papa ex narratis habuerit certam notitiam præjudicii tertii. ibid. n. 16.
Gratia, quæ alterius jus tangit, nulla eſt, niſi juri præfato, & Regulæ derogetur. ibid. n. 17.
Etiam ſi in ea mentio fiat alterius Gratiæ, per quam fuit tertio jus quæſitum. ibid. n. 18. & 19.
Si alicui jus competat de jure communi, quod per Statutum ſit abrogatum, ſufficit derogare Statuto abſque neceſſitate derogandi Regulæ. ibid. n. 21.
Regulæ derogatio neceſſaria eſt, etiamſi per Gratiam, ob quam jus tertii læditur, fiat reditus ad jus commune. ibid. n. 22.
Vel quando auſertur Epiſcopo jus ei competens vigore Decretorum Concilii Tridentini, puta eligendi Lectorem, vel Pœnitentiarium. ibid. n. 23.
Aut, ſi Pontifex liberæ collationi Beneficiorum ad Capitulum ſpectanti, præjudicium inferat. ibid. n. 24.
Pro derogatione Regulæ non eſt certa verborum formula præſcripta, ſed ſufficit, quod Papa utatur verbis quomodocumque derogatoriis. ibid. n. 25.
Contrarium, quod neceſſaria ſit derogatio ſpecifica, ac individua. Et redditur ratio. ibid. n. 26. & 27.
Nec proinde ſufficiunt clauſulæ derogatoriæ generales in Litteris Apoſtolicis inſeri ſolitæ, alias Regula eſſet ſuperflua. ibid. n. 28.
Minuſqua ſufficit derogatio Regulis Cancellariæ, quamvis expleta cum clauſula, *quarum tenores* &c. ibid. n. 29.
Limita, ſi Papa derogaverit ejus Regulis, quibus derogare non ſolet. ibid. n. 30.
Clauſula -- *de plenitudine poteſtatis* -- pro ſufficienti Regulæ derogatione non inſervit. ibid. n. 31.
Nec ſufficiunt clauſula ſublata, & Decretum irritans. ib. n. 32.
Derogatio Regulæ non requiritur, ſi jus tertii non ſit perfectum, & radicatum. ibid. n. 33.
Hinc neceſſaria non eſt, ſi præcedens gratia, ex qua oritur jus tertii, non fuerit regiſtrata. ibid. n. 34.
Nec ubi jus tertii ſit turbidum, & dubium. ibid. n. 35.
Aut agatur de præjudicio, quod veniat in conſequentiam, occaſionaliter, & ſecundario. ibid. n. 36.
Vel de jure eventuali ſub ſpe, & conditionali. ibid. n. 37.
Intellige, ubi jus tertii non eſt fundatum in aliqua ſpe probabili de præſenti, ſecus ſi innitatur Cauſæ de præterito, & probabili ſpei de præſenti. T. 2. p. 228. n. 40. & ſeqq.
Item locum ſibi vindicat in Beneficialibus, ſecus in Contractibus feudalibus. ibid. n. 44.
Regulæ derogatio neceſſaria non eſt in legitimationa filii illegitimi, cum præjudicium Agnatorum ſit eventuale, ſi nempe decedat ſine filiis legitimis, & naturalibus. ibid. n. 38.
Si Papa decernat Beneficia Juriſpatronatus laicalis non vacare per Promotionem, non eſt opus derogare juri Patronorum, cum eorum præjudicium ſit conſequutivum, & occaſionale. ibid. n. 39.
Regulæ derogatio non requiritur, ubi jus tertii non tollitur, ſed illius effectus ad modicum tempus ſuſpenditur. ibid. n. 45. & 46.
Regula perſervat jus *ad rem*, quod provenit ex electione, præſentatione, & oppoſitione. T. 2. p. 228. n. 47.
Intellige, ubi unus tantum eſt præſentatus, ſeu oppoſitor. Et redditur ratio. ibid. n. 48. & 49.
Secus ſi præſentati, ſeu oppoſitores ſint plures, tunc enim nemini dicitur quæſitum jus *ad rem*. ibid. n. 50.
Non requiritur derogatio Regulæ, ſi Gratia de ſui natura ſit tertio præjudicialis, & conſtet de Pontificis ſcientia. ibid. n. 51.
Nec pro validitate hujuſmodi Gratiæ neceſſe eſt, quod fiat mentio illorum, quibus præjudicium irrogatur. ibid. num. 55.
Et ſive Gratia præfata ſit præjudicialis in parte, ſive in totum. ibid. n. 52.
Gratia dicitur de ſui natura præjudicialis, quando implicat neceſſario præjudicium tertii. Et plura referuntur exempla. ibid. n. 53. & 54.
In Gratia, in qua Papa intelligit præjudicium tertii non ex natura rei, ſed ex narrativa partis, neceſſaria eſt pro illius validitate derogatio Regulæ. ibid. n. 56. & 57.
Derogatio Regulæ non requiritur, ubi præjudicium tertii emergit ex Conceſſionibus emanatis ob bonum publicum. ibid. n. 58.
Remotio Officialis, non ob delictum, ſed ex cauſa Senectutis, Cæcitatis, Infirmitatis &c. publicam utilitatem non reſpicit. T. 2. p. 229. n. 59.
Ubi agitur de mera declaratione rei dubiæ contentæ in Gratia principali, neceſſaria non eſt derogatio Regulæ. ibid. n. 60.
Sive agatur de dubio juris, ſive facti. ibid. n. 63.
Et explicatur Regula, quæ decernit etiam in declarationibus tollendum non eſſe jus alteri quæſitum. ibid. n. 62.
Regulæ derogatio neceſſaria non eſt, ubi agitur de removendo obſtaculo, non de tollendo jure alteri quæſito. ibid. n. 64.
In legitimatione a Principe elargita illegitimo ad feuda ex pacto, & providentia, non eſt opus derogatione Regulæ, & quare? ibid. n. 65.
Nec in conceſſione Officiorum vacabilium, & de Regalibus Principis exiſtentium. ibid. n. 66.
Intellige, ſi Officia ad liberam Pontificis diſpoſitionem pertineant, ſecus vero ſi naturam allodialium aſſumſerit. ibid. n. 67.
Quemadmodum neceſſaria eſt derogatio Regulæ, ſi Officium ad vitam uni conceſſum, ſine cauſa auferatur, & alteri concedatur. ibid. n. 68.
Regulæ derogatio neceſſaria non eſt, quando Gratia conceſſa fuit in Signatura Pontificis, citata parte, de cujus intereſſe agebatur. ibid. n. 69.
Nec quando verba Conceſſionis ſunt adeo clara, ut de Pontificis voluntate tollendi jus alteri quæſitum dubitari non poſſit. ibid. n. 70.
Si jus alicui ſit quæſitum vigore Statuti, ſufficit eidem derogare abſque neceſſitate derogandi Regulæ. ibid. n. 71.
Derogatio Regulæ non requiritur, ubi jus alteri quæſitum eſt mere ſpeciale. ibid. n. 72.
Et in Gratia Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione neceſſe non eſt, quod derogetur Regulæ ob prætenſum Ordinarii præjudicium. ibid. n. 73.
Derogatio Conſtitutioni *Sixtinæ* circa taxam Dotium, obtenta poſt diſſolutum Matrimonium per mortem alterius ex Conjugibus, ad effectum, ut exinde pinguius evadat lucrum Dotale Conjugi ſuperſtiti debitum, rite ſuſtinetur abſque derogatione juri quæſito hæredi Conjugis defuncti. ibid. n. 74.
Contrarium, & de ratione. ibid. n. 75.

REGULA XIX.

Regula XIX. nullas, ac irritas reddit Beneficiorum Reſignationes, ſive ſimplices, ſive ad favorem, ſive ex cauſa permutationis expletas, ſi Reſignans intra viginti dies computandos a die præſtiti conſenſus, decedat. T. 2. p. 238. n. 1.
Et quis fuerit Regulæ Auctor? ibid. n. 2. & ſeqq.
Regula eſt de antiquis Regulis Curiæ, eamque Pontifices plures immutarunt aliquid addendo, vel delendo, unde orta eſt Doctorum diſſentio circa illius interpretationem. ibid. n. 8. 9. & 10.
Regula eſt una ex receptis in Gallia, regiſtrata in Parlamento, & pro lege Regni recepta. ibid. num. 11. & p. 147. n. 147.
Et ſervatur etiam in Reſignatione Beneficiorum, quæ ſunt de Jurepatronatus Regio collativo. T. 2. p. 238. n. 12.
Refertur Ædictum *Franciſci I.* Galliarum Regis, ne fraus huic Regulæ fieret. ibid. n. 13.

Exponuntur rationes quibus Regulæ diſpoſitio innititur. T. 2. p. 238. n. 17. & p. 247. n. 154.

Regula eſt favorabilis, non odioſa. T. 2. p. 239. n. 19.

Et uniformis diſpoſitioni Juris communis. ibid. n. 20.

Regula, an locum habeat ſi Reſignans tempore præſtiti conſenſus ſanus fuerit? T. 2. p. 240. n. 33. 34. & ſeqq.

Regula comprehendit etiam S. R. E. Cardinales Beneficia reſignantes, & infra viginti dies decedentes. T. 2. p. 239. num. 25.

Nec non Patriarchas, Archiepiſcopos, & Epiſcopos. ibid. num. 27.

Et Officiales Romanæ Curiæ, Familiares Papæ, & Cardinalium. ibid. n. 28.

Sed decedente Familiari Cardinalis infra viginti dies, Beneficii reſignati proviſio expletur a Papa de conſenſu Cardinalis Patroni. ibid. n. 29. T. 3. p. 106. n. 54. 55.

Subjacent cenſuræ Regulæ etiam Reſignationes expletæ a Perſonis exemptis. T. 2. p. 239. n. 30.

Regulæ diſpoſitio afficit Reſignationes & Permutationes Dignitatum. T. 2. p. 240. n. 38.

Quamvis obtineantur a Fœminis in Titulum, vel adminiſtrationem. T. 2. p. 239. n. 31. p. 242. n. 61.

Subjacent diſpoſitioni Regulæ Beneficia ſive Regularia, ſive Secularia. T. 2. p. 240. n. 39.

Beneficia Patrimonialia, ſeu quæ certo generi Perſonarum ſunt debita. ibid. n. 40.

Oratoria, Cappellæ, & Cappellaniæ, quæ in titulum perpetui Beneficii Eccleſiaſtici conferuntur. ibid. n. 41.

Hoſpitalia, & Præceptoriæ, quæ in parem titulum conferri ſoleant. ibid. n. 42. & p. 545. n. 61.

Beneficia litigioſa, & electiva. T. 2. p. 240. n. 43.

Beneficia Conſiſtorialia, ſi a Papa extra Conſiſtorium provideri ſoleant, ſecus ſi in Conſiſtorio. ibid. n. 44.

Et cur conceſſiones ad Officia vacatura, quamvis in Conſiſtorio factæ, ſubjaceant revocationi Regulæ LXIV.? *Vid. V. Regula XLIV.*

Sunt pariter obnoxiæ diſpoſitioni Regulæ Beneficiorum Commendæ, dummodo ſint perpetuæ, non temporales. ibid. n. 45.

Necnon Beneficia unita. ibid. n. 46.

Verba illa -- *ſeu ipſius Beneficii diſſolutioni conſenſerint* -- Regulæ addita fuerunt a Paulo III. ibid. n. 47.

Beneficia de Jurepatronatus comprehenduntur ſub diſpoſitione Regulæ. ibid. n. 48.

Maxime, ſi ſint de Jurepatronatus Eccleſiaſtico. T. 2. p. 241. num. 50.

Contrarium, quod Beneficia de Jurepatronatus laicali ſint exempta a cenſura Regulæ. ibid. n. 49.

Sed prior ſententia verior eſt, & redduntur rationes. ibid. num. 51.

Patronus conſcius infirmitatis Reſignantis, ſi Reſignationi, ſeu permutationi Beneficii de ſuo Jurepatronatus conſenſum præſtet, an Reſignante ipſo intra viginti dies decedente, poſſit alium, quam Reſignatarium præſentare? ibid. n. 52.

Regula non procedit in Reſignationibus Officiorum vacabilium Romanæ Curiæ. ibid. n. 54.

Et, an reſignatio eorumdem Officiorum ſit irrita, ſaltem de jure communi, ſi paucos poſt dies ſequatur obitus Reſignantis? ibid. n. 55. & 58.

Regula non comprehendit tranſlationem Penſionis, quæ valida eſt, quamvis transferens intra viginti dies moriatur. ibid. n. 59.

Æquum tamen eſſet, quod cenſuræ Regulæ ſubjaceret etiam tranſlatio Penſionis, quæ non eſt niſi ſervitutis prorogatio. ibid.

Amplia, etiamſi Indultum obtentum fuerit in ſtatu periculoſæ infirmitatis, & tunc temporis expleta fuerit Penſionis tranſlatio. T. 2. p. 242. n. 60.

Diſpoſitioni Regulæ non ſubjacent Præbendæ, quas obtinent Canoniſſæ in Germania, & Flandria. ibid. n. 62. *Vid. V. Canoniſſæ.*

Regula afficit quamcumque Beneficii reſignationem, ſive conſenſus per ipſummet Reſignantem, ſive per Procuratorem præſtitus fuerit. ibid. n. 66.

Quemadmodum comprehendit Renunciationem expletam cum reſervatione fructuum, aut eorum medietatis, ſive certæ Penſionis. ibid. n. 67.

Ceſſat tamen Regulæ diſpoſitio, ſi Reſignans cum Penſione decedat poſt viginti dies a die præſtiti ſui conſenſus, ſed ante viginti dies a præſtito conſenſu per Reſignatarium ſuper acceptatione Penſionis. ibid. n. 68.

Regula comprehendit Beneficiorum renunciationes, quæ extra Romanam Curiam explentur in manibus Legati, ſeu Ordinariorum. ibid. n. 69.

Verba -- *ſive in Romana Curia, ſive extra* -- primus Regulæ adjecit *Alexander VII.* ibid. n. 70.

Et *Paulus III.* addidit illa -- *Quavis auctoritate conficiatur.* -- T. 2. p. 242. n. 71.

In Gallia, ſolum cenſuræ Regulæ ſubjacent Reſignationes, quæ fiunt coram Pontifice, vel Legato, ſecus, quæ in manibus Ordinariorum explentur. ibid. n. 72. & 73.

Licet econtra Permutationes Beneficiorum, quæ coram Galliæ Ordinariis fiunt, ſub Regula comprehendantur. T. 2. p. 243. n. 74.

Regula locum ſibi vindicat etiam in Permutationibus Beneficiorum. ibid. n. 75.

Sive Beneficia hinc inde permutata ſint æqualis, ſive inæqualis reditus. ibid. n. 76.

Permutans Beneficium cum Infirmo, qui poſtea infra viginti dies decedat, non poteſt ad ſuum Beneficium redire, & utroque privatus remanet. ibid. n. 77.

Sed opinio hæc dura eſt. ibid. n. 78.

Regula locum ſibi non vindicat, ſi Reſignans *intra viginti dies* moriatur civiliter, & non naturaliter. ibid. n. 79.

Onus probandi, quod Reſignans obierit *intra viginti dies* ſpectat ad eum, qui Reſignationem vigore Regulæ irritare contendit. ibid. n. 81.

Et probatio debet eſſe plena, & concludens. ibid. n. 82.

Amplia, etiamſi Reſignans peſte correptus ſolus Domi incluſus fuerit, & deinde incerto die obierit, nam adhuc probatio, quod *infra viginti dies* deceſſerit, ſpectat ad eum, qui Regulæ innititur. ibid. n. 83.

Terminus *viginti dierum* computari debet *a die per ipſum Reſignantem præſtandi conſenſus*, ut Regula præſcribit. ibid. n. 84.

Verba præfata Regulæ primus adjecit *Julius II.* ibid. n. 85.

In Gallia, *viginti dies* numerantur, non a die præſtiti per Reſignantem conſenſus, ſed a die admiſſæ per Collatorem Reſignationis. ibid. n. 86.

Dies præſtiti conſenſus, an numeretur in termino *viginti dierum*, ſeu potius incipiat a die ſequenti? ibid. n. 87. & ſeqq.

Dies, qua Reſignans moritur, debet eſſe completa, unde ſi decedat in ipſa die vigeſima a præſtito conſenſu, cenſetur mori intra viginti dies ad mentem Regulæ. T. 2. p. 244. n. 93.

Dies, ad effectum Regulæ, debet eſſe naturalis viginti quatuor horarum, non autem artificialis horarum duodecim. ibid. n. 98.

Si quis bis reſignaverit Beneficium, & in utraque reſignatione conſenſum præſtiterit, tempus *viginti dierum* incipit a die conſenſus præſtiti primæ Reſignationi. ibid. num. 99.

Decedente Reſignante *infra viginti dies*, Regula non ſolum irritat collationem, ſed etiam Reſignationem, quæ illam præcedit. ibid. n. 100. p. 245. n. 118. & 128.

Reprobatur *Romanus* exiſtimans per Regulam annullari ſolam collationem. T. 2. p. 244. n. 101. 102. 104. 106. p. 245. n. 126.

Annullata per Regulam collatione, & Reſignatione Beneficii ob Reſignantis obitum intra *viginti dies*, Beneficium ipſum vacat per obitum vere, & non ficte. T. 2. p. 244. n. 105. & p. 246. n. 127.

Etiamſi Reſignatarius Beneficii poſſeſſionem adeptus fuerit, Litteraſque Reſignationi publicaverit. T. 2. p. 244. num. 107.

Sequuta reſignatione Beneficii extra Curiam, remanet illud Sedi Apoſtolicæ reſervatum, ſi Reſignans *intra viginti dies* decedat in Menſe Apoſtolico. ibid. n. 108.

Secus, ſi in Menſe Ordinarii, nam tunc ad illius collationem ſpectat. ibid. n. 109.

Et poteſt tali caſu Ordinarius de Beneficio diſponere alterius favore, non obſtante collatione alteri prius facta, & de ratione. ibid. n. 110. & ſeqq. p. 247. n. 140.

Reprobatur *Peleus* contrarium exiſtimans, Tom. 2. p. 245. n. 112.

Æquitas tamen ſuggerit, ut Ordinarius de Beneficio diſponat illius favore, cui prius collatum erat. ibid. n. 113.

Et hanc æquitatem ſervat Dataria, quando Beneficium ad Pontificis diſpoſitionem ſpectat. ibid. n. 114.

Reſignatione Beneficii coram Pontifice expleta, ſi Reſignans *infra viginti dies* moriatur in Menſe Ordinarii, an collatio ad illum pertineat, ſeu potius Beneficium remaneat eidem Pontifici affectum? ibid. a num. 115. & pluribus ſeqq.

Regula XIX. nullam reſervationem inducit. ibid. n. 121.

Reprobatur *Louetus* qui exiſtimat Beneficium reſignatum, decedente Reſignante intra viginti dies, reſervatum eſſe reſervatione *clauſa in corpore juris*. T. 2. p. 246. n. 133. & 134.

Decedente Papa intra *viginti dies*, una cum ipſo Reſignante, Reſignatio tunc evaneſcit, ſi conſenſus præſtitus fuerit vivente Papa, ſecus ſi poſt illius obitum. T. 2. p. 247. n. 145.

Sed

Sed *in Gallia*, ſive conſenſus vivo Pontifice, ſive eo mortuo præſtetur, ſemper locus eſt diſpoſitioni Regulæ, decedente Reſignante intra viginti dies. T. 2. p. 247. n. 146.
Regulæ diſpoſitioni poteſt, & ſolet Papa derogare, ſed raro intra Montes. *ibid.* n. 148. & 149.
Referuntur nonnulla exempla hujuſmodi derogationis. *ibid.*
Derogatio tamen fere ſemper, & quaſi de ſtylo indulgetur in Reſignationibus, quæ de Beneficiis ultra Montes, explentur. *ibid.* n. 150.
Sed fieri debet expreſſe, nec ſubintelligitur per clauſulas generales. *ibid.* n. 151.
Olim, præſertim tempore *Pauli II.* derogatio præfata rariſſime indulgebatur, ſed ſub *Leone X.* rigor hujuſmodi relaxari cœpit. *ibid.* n. 152.
Derogatio Regulæ, ſuum operatur effectum, quamvis Reſignans in gravi infirmitate ſit conſtitutus. *ibid.* n. 153.
Expeditis Literis Reſignationis, ſeu Permutationis abſque derogatione Regulæ, ſi ſupervenerit notitia obitus Reſignantis, ſeu permutantis intra *viginti dies*, an poſſint novæ Litteræ derogationis expediri vigore primæ ſupplicationis ſuper Gratia reſignationis ſignata? *ibid.* n. 154. & 155.
Referuntur rationes, ob quas conqueri non poſſunt Ordinarii, etiam Germaniæ, ſi Papa Regulæ diſpoſitioni deroget. T. 2. p. 248. n. 156. & 157.
Si Papa Regulam non ederet, quod a ſuo pendet arbitrio, Reſignationes, etiam in Germania, ſuum ſortirentur effectum, etſi Reſignantes infra viginti dies decederent. *ibid.* n. 158.
Legati a Latere, an poſſint diſpoſitioni Regulæ derogare. *ibid.* n. 159. & 160.
Derogatio Regulæ fere ſemper indulgetur in reſignationibus Beneficiorum Galliæ. *ibid.* n. 161.
Sed in *Gallia* hujuſmodi derogatio non admittitur in præjudicium Cardinalium Indultum conferendi habentium. *ibid.* n. 162. & 164. T. 3. p. 267. n. 41.
Admittitur tamen in præjudicium Collatorum habentium Indultum extraordinarium. T. 2. p. 248. n. 167.
Paulus IV. in *Compacto* inito cum Cardinalibus in Conclavi, promiſit -- *Regulæ de infirmis Reſignantibus tam citra, quam ultra Montes in præjudicium Indultorum Cardinalium* -- non derogare *ibid.* n. 163.
Hujuſmodi Compactum fuit Perſonale, immo nec ipſum *Paulum IV.* aptum erat obſtringere. *ibid.* n. 167.
Derogatio Regulæ in *Gallia* admittitur in præjudicium *Graduatorum.* *ibid.* n. 168.
Et ſive derogatio fiat a Papa, ſive a Legato ſufficienti facultate munito. *ibid.* n. 169.
Sed non admittitur in præjudicium Indultorum Regis, & Parlamenti *Pariſienſis.* *ibid.* n. 170.

REGULA XX.

Irritat Regula XX. proviſiones Parochialium, & Beneficiorum Curatorum, expletas eorum favore, qui Idioma locorum, in quibus Beneficia hujuſmodi exiſtunt, non intelligunt. T. 2. p. 261. n. 2.
Eaque primo edita fuit a *Gregorio XI.* *ibid.* n. 1.
Et concordat cum Jure Divino. *ibid.* n. 3.
Nec non cum Jure Canonico. *ibid.* n. 4.
Proindeque cenſetur favorabilis. T. 2. p. 262. n. 12.
Traditur ratio Regulæ. T. 2. p. 261. n. 7. & 8.
In Gallia, non admittitur diſpenſatio contra Regulæ diſpoſitionem. T. 2. p. 262. n. 9.
Ex Capitularibus *Caroli Magni* Parochialibus Eccleſiis præfici non poterant, niſi, qui ſibi commiſſi Gregis linguam callerent. *ibid.* n. 10.
Parochi debent perfecte loqui, & intelligere Idioma loci, nec ſufficit, quod illud pro parte intelligant, & loquantur, pro parte non. *ibid.* n. 13.
Aut, quod calleant Idioma Viciniæ. *ibid.* n. 14.
Quemadmodum loqui debent Idioma naturale, non accidentale loci, niſi illud ſit omnibus notum. *ibid.* n. 14. & 16.
Galli obtinere poſſunt Beneficia Curata in Normandia, Picardia, Burgundia &c. quia Gallicum Idioma in toto Regno intelligitur. *ibid.* n. 15.
Idiomatis Peritia adeſſe debet de tempore proviſionis Beneficii Curati. *ibid.* n. 17.
Et, ad quem ſpectet probare, quod Proviſus de Beneficio curato, loci Idiomate polleat? *ibid.* n. 18. & 19.
Regulæ diſpoſitio comprehendit etiam promovendos ad Eccleſias Epiſcopales. *ibid.* n. 20.
S. *Auguſtinus* ad Eccleſiam *Fuſſalæ* elegit Punica lingua inſtructum. *ibid.* n. 21.
Et ipſimet *Auguſtino* in Presbyterum ordinato, *Valerius* Epiſcopus *Hypponenſis* origine Græcus, & latinæ linguæ ignarus, contra uſum, & conſuetudinem Eccleſiarum Africæ, poteſtatem fecit coram ſe Evangelium prædicandi. T. 2. p. 261. n. 22.

S. *Baſilius*, Armeniæ Epiſcopos eos deſignavit, qui Regionum linguas, & Idiomata callebant. *ibid.* n. 23.
Referuntur exempla eorum, qui ob ignorantiam Idiomatis ad Eccleſias Epiſcopales promoti non fuerunt. *ibid.* n. 24. 25. & 26.
Paulus IV. novas in Belgio erexit Cathedrales, eo præſertim motivo, ut ab Epiſcopis, qui Regionis Idioma callerent, regerentur. T. 2. p. 263. n. 27.
Congregatio Conſiſtorialis, non aliter cenſuit nominatum ab Imperatore promovendum eſſe ad Eccleſiam *Tininen.* in Croatia, quam ſi calleret Idioma congruum ad obeundum functiones tam Epiſcopales, quam Comitiales. *ibid.* n. 28.
Et de Promovendo ad Eccleſiam de novo erigendam in Germania, Congregatio particularis cenſuit inſpiciendum eſſe, an calleret linguam Theutonicam. *ibid.* n. 29.
Cenſuræ Regulæ de *Idiomate* ſubjacent etiam S. R. E. Cardinales. T. 2. p. 264. n. 42.
Et reprobatur *Peleus* contrarium exiſtimans. *ibid.*
Regula requirit Idioma loci in ipſo Titulari, nec contentatur, quod illud calleat ſubſtitutum. *ibid.* n. 43.
Locum ſibi vindicat, etiam in Beneficiis Curatis, quæ ſunt electiva, vel de Jurepatronatus. *ibid.* n. 44.
Comprehendit Regula proviſos de Parochialibus Eccleſiis in Commendam. *ibid.* n. 46.
Nec non Vicarios perpetuos. *ibid.* n. 47.
Quemadmodum proviſos de quovis Beneficio *certam Curæ Animarum Parochialium quomodolibet habente.* *ibid.* n. 48.
Et verba præfata Regulæ addidit *Greg. XIII.* *ibid.* n. 49.
Regula locum ſibi vindicat in Beneficiis adnexam habentibus Curam Fori pœnitentialis, non contentioſam. *ibid.* n. 51. 52.
Quemadmodum non procedit in Beneficiis *habitu* tantum, & non *actu* Curatis. *ibid.* n. 53.
Sed, an comprehendat proviſum de Beneficio Curato, qui Indulto fruatur Apoſtolico non reſidendi? *ibid.* n. 54. 55. & 56.
Regula afficit proviſos de Parochialibus, vel Beneficiis Curatis, etiam ab aliis, quam a Papa. *ibid.* n. 57.
Contrarium, quod proviſi de Beneficiis præfatis ab Ordinariis, vel Legatis, non ſubjaceant cenſuræ Regulæ. *ibid.* n. 58.
Sed prior ſententia verior, maxime ob verba illa -- *tam in Curia, quam extra* -- quæ Regulæ additæ fuerunt ab *Alexandro VII.* T. 2. p. 265. n. 59. & 60.
Regula non comprehendit Collegia, vel Capitula, penes quæ reſidet cura Animarum, ſed ſufficit, quod illa exerceatur per Vicarios ſive perpetuos, ſive temporales, Idioma locorum callentes. *ibid.* n. 61.
Minuſque proviſum Beneficio, quod non ſit Curatum de natura ſua, ſed per viam adhærentiæ, quia nempe illud obtinens, teneatur Parochum coadjuvare. *ibid.* n. 62.
Limita, ſi teneatur Populo Sacramenta adminiſtrare. *ibid.* num. 63.
Ceſſat diſpoſitio Regulæ, ſi Papa ex certa ſcientia, & *Motu proprio*, Parochialem conferat ignoranti Idioma loci. *ibid.* n. 64.
Pontifex derogare poteſt diſpoſitioni Regulæ, & diſpenſare, ut Idiomatis imperitus Parochialem obtineat. *ibid.* num. 65.
Et diſpenſationem, indulgere etiam per Reſcriptum *Perinde valere.* *ibid.* n. 66.
De Formula hujuſmodi diſpenſationis, quæ fere nunquam conceditur. Remiſſive. *ibid.* n. 67. & 68.
Vid. V. Lingua Latina &c. V. Epiſcopus quoad ſcientiam.

REGULA XXI.

Decernit Regula XXI. quod impetrans Beneficium Viventis, tanquam per illius obitum vacans, inhabilis poſtea efficiatur ad idem Beneficium vigore novæ gratiæ obtinendum. T. 2. p. 272. n. 1. & 10.
Regulam primus edidit *Benedictus XII.* *ibid.* n. 2.
Eique *Julius III.* addidit verba illa -- *& qualibet alia diſpoſitio.* *ibid.* n. 3.
Et *Alexander VII.* alia verba -- *etiam vigore alterius novæ ſupplicationis, vel Gratiæ.* *ibid.* n. 4.
Concordat Regula cum jure communi, præſertim *Cap.* 1. *de Conceſſ. Præbend.* *ibid.* n. 5.
Et aſſignatur illius ratio. *ibid.* n. 8.
De pœnis, quas incurrunt impetrantes Beneficia Viventium? *ibid.* n. 7.

Regula, an locum habeat in Gallia? T. 2. p. 272. n. 8. & 9.

Impetratio Beneficii Viventis eſt *ipſo jure* nulla, etiamſi illud vacaret ob incapacitatem illius obtentoris, & in Literis impetrationis adeſſet clauſula -- *ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo &c.* *ibid.* n. 11.

Nova proviſio de eodem Beneficio a Pontifice reportata, non facta mentione prioris obtentæ vivente Beneficiato, nulla prorſus, & irrita eſt. *ibid.* n. 12.

Sed pro validitate ſecundæ Proviſionis, vel requiritur expreſſa mentio nullitatis prioris. *ibid.* n. 13.

Vel derogatio Regulæ. *ibid.* n. 14.

De Formula hujuſmodi Derogationis. *Remiſſive.* *ibidem.* num. 15.

Et refertur exemplum ſequutæ derogationis. *ibid.* n. 16.

Regula locum ſibi vindicat, etiam in Proviſionibus Beneficiorum Viventium, reportatis ab Ordinariis, vel Legatis Apoſtolicis. *ibid.* n. 17. & 18.

Et reprobantur DD. qui contrarium exiſtimant. *ibidem.* num. 20.

Nec Ordinarii ipſi, aut Legati diſpenſare poſſunt cum eo, qui Beneficium Viventis impetravit, niſi poteſtas hæc ſit eis a Papa elargita. *ibid.* n. 21.

Ordinarius conferendo Beneficium Viventis, privatur facultate illud poſtea, dum revera vacat, conferendi. *ibid.* n. 22.

Intellige, ſi ſcienter id egerit, ſecus ſi ex probabili credulitate obitus Beneficiati. *ibid.* n. 23.

Regula afficit Cardinales Beneficia Viventium impetrantes. T. 2. p. 273. n. 24.

Et procedit, etiamſi Proviſio Beneficii Viventis expleta fuerit a Papa *Motu proprio.* *ibid.* n. 25.

Intellige, dummodo fuerit illa a proviſo acceptata. *ibid.* num. 27.

Regula locum habet, etiam in Proviſo de Beneficio Viventis *in forma Dignum.* *ibid.* n. 28.

Et comprehendit omnem modum diſponendi de Beneficiis Viventium propter illius verba -- *proviſio, & quævis diſpoſitio.* *ibid.* n. 29.

Nec non Proviſos de Beneficiis cujuſcumque generis exiſtant, Regularibus, Curatis, Dignitatibus, &c. *ibid.* num. 32.

Quemadmodum afficit promotos ad Eccleſias Epiſcopales, non adhuc vacantes. *ibid.* n. 31.

Intellige, ſi agatur de Promotione ad Eccleſiam expleta ad ſuggeſtionem Promoti, ſecus ſi Promotio fiat a Papa ob delatum falſum rumorem obitus Epiſcopi, & prævio ſolito Proceſſu. *ibid.* n. 32.

Refertur caſus proviſionis Eccleſiæ Epiſcopalis taliter expleta. *ibid.* n. 33.

Impetrans Officium Eccleſiaſticum a Vivente poſſeſſum, cenſuræ Regulæ ſubjacet. *ibid.* n. 34.

Qui *de facto* Beneficium Viventis occupavit, etiamſi poſtea defuncto Beneficiato illud a Papa impetraverit, adhuc ſubjacet Pœnis Regulæ. *ibid.* n. 35.

Contrarium, & redditur ratio. *ibid.* n. 36.

Sed violentus Beneficii occupator redditur ad illud obtinendum incapax ex alio capite, quam vigore Regulæ. *ibid.* n. 37.

Regula, etſi loquatur de impetratione Beneficii, tanquam vacantis per obitum Viventis, adhuc quemcumque falſum vacationis modum, per contractum nempe Matrimonii, Profeſſionem Regularem &c. comprehendit. *ibid.* n. 38. & 39.

Locum ſibi vindicat, etiam ſtante juſta credulitate obitus Beneficiati. *ibid.* n. 40.

Intellige, ut nulla ſit Proviſio Beneficii ſub tali credulitate reportata, non quod Impetrans perpetuo ad illud poſtea obtinendum inhabilis reddatur. T. 2. p. 274. n. 41. 43. & 50.

Qui Beneficium impetravit ex juſta credulitate obitus Beneficiati, tenetur in nova ejuſdem Beneficii Proviſione, nullitatem prioris Grati Pontifici exprimere. *ibid.* n. 44.

Et hoc caſu derogari ſolet Regulæ ad cauthelam. *ibid.* n. 45.

Regulæ diſpoſitio locum ſibi vindicat, quamvis exhibita ſolum fuerit Pontifici ſupplicatio ſuper impetratione Beneficii Viventis. T. 2. p. 275. n. 64.

Redditur ratio, & ponderantur verba illa Regulæ -- *ſi quis ſupplicaverit.* *ibid.* n. 65.

Quinimmo ſufficit, quod, Beneficiato vivente, tranſmiſſus fuerit ordo pro reportanda proviſione Beneficii per eam obtenti. *ibid.* n. 66.

Contrarium, quod ſola ſupplicationis exhibitio non ſubjiciat ſupplicantem pœnæ Regulæ. *ibid.* n. 67.

Et reſpondetur verbis illis Regulæ -- *ſi quis ſupplicaverit &c.* *ibid.* n. 68. p. 276. n. 86.

Supplicatio impetrationis Beneficii, *ſignata*, & *Datata*, licet non regiſtrata vivente illius poſſeſſore, operatur, ut impetrans pœnam Regulæ incurrat, & quare? T. 2. p. 275. n. 69. & 70.

Regula procedit etiam quando ſupplicatio eſt tantum ſignata vivente Beneficiato, licet poſt ejus obitum fuerit *Datata.* *ibid.* n. 71. & 72.

Contrarium, quod pœna in Regula contenta non incurritur, niſi ſupplicatio fuerit *ſignata*, & *Datata* vivente Beneficiato. T. 2. p. 276. n. 75. 79. & 83. p. 277. n. 94. p. 278. n. 110.

Quæſtio tamen hæc unico verbo dirimi poſſet, dum novæ Cancellariæ Regulæ efformantur, & bonum eſſet id facere. T. 2. p. 278. n. 111.

Impetrans Beneficium Viventis non incidit in pœnas Regulæ, niſi probetur, quod ſupplicatio, ſignatura, & alia geſta ab Expeditore vivente Beneficiato, expleta fuerint de illius mandato, aut conſenſu. *ibid.* n. 103.

Nec proinde ſufficit ſola præſumptio generalis, quod Expeditor non porrexerit Supplicationem, niſi de mandato principalis. Et redditur ratio. *ibid.* n. 104.

Amplia, etiamſi Supplicatio fuerit regiſtrata. *ibid.* num. 105.

Proviſio Beneficii expleta ſub Datum ejuſdem diei, quo obiit Beneficiatus, nulla prorſus, & irrita eſt. *ibid.* num 112.

Inhabilem tamen non reddit impetrantem ad illud de novo a Papa, vel ab Ordinario obtinendum. *ibid.* n. 113.

Impetrans Beneficium Viventis, non redditur immunis a cenſura Regulæ, quamvis ipſius Poſſeſſoris ratihabitio poſtea intervenerit. Et redditur ratio. T. 2. p. 279. n. 115. & 116.

Reſignatio tamen ejuſdem Beneficii a poſſeſſore ad favorem ipſius Impetrantis expleta, non aliter valida erit, quam ſi Pontifici præcedens impetratio narrata fuerit. *ibid.* n. 117.

Regula dum irritat *diſpoſitionem* de novo favore impetrantis Beneficium Viventis faciendam, comprehendit etiam Reſignationem. *ibid.* n. 118.

Impetrans Beneficium Viventis, an gaudeat favore gratioſæ ſurrogationis? *Vid. V. Reg. XXIX.*

REGULA XXII.

Regula XXII. eſt de antiquis Regulis Curiæ, jam edita temporibus *Joannis XXII. & Martini V.* licet non ita ample, ut modo legitur. T. 2. p. 282. n. 1.

Decernit in prima parte, quod in Beneficiorum Unionibus exprimi debeat pro earum validitate valor utriuſque Beneficii, tam ſcilicet uniendi, quam alterius cui fit Unio. *ibid.* n. 10. & p. 283. n. 25.

Et de utriuſque Beneficii fructibus ſolvi debet media Annata, ſi illa excedant valorem ducat. 24. auri de Camera. T. 2. p. 282. n. 11.

Aſſignantur rationes, quibus dicta prima pars Regulæ innititur. *ibid.* n. 3. & 6.

Regula eſt favorabilis, late proinde interpretanda. *ibid.* num. 4.

Contrarium, quod ſit exorbitans, proindeque reſtringenda. *ibid.* n. 5.

Regula, an locum ſibi vindicet, ſi Unio expleatur a Papa *motu proprio.* *ibid.* n. 7. 8. & 9.

Comprehendit ſolum Uniones Beneficiorum perpetuas, non autem temporales. T. 2. p. 286. n. 66.

In Beneficiorum Unione, quæ fit favore Eccleſiæ, aut Menſæ, non eſt facienda mentio aliorum Beneficiorum, quæ eidem Eccleſiæ, vel Menſæ unita reperiuntur. T. 2. p. 282. n. 11.

Valor exprimendus eſt ſecundum communem æſtimationem. Et quomodo hæc regulanda? *ibid.* n. 12.

Et exprimi debet per non exceſſum, ne fiat fraus Annatiſtis. T. 2. p. 283. n. 13.

Expreſſio valoris neceſſaria eſt, etiam in Unionibus Beneficiorum *Galliæ*, & *Germaniæ.* *ibid.* n. 14. & ſeqq.

Et reſpondetur contrariis exemplis. *ibid.* n. 19 & ſeqq.

Non expreſſo valore utriuſque Beneficii, Unio, an ſit nulla ipſo jure, vel potius annullanda veniat? *ibid.* num. 26. & 27.

Admiſſa nullitate Unionis *ipſo jure*, Beneficia unita ſtatim tanquam vacantia impetrari poſſunt, etiam ante declarationem nullitatis ejuſdem Unionis. *ibid.* n. 28.

Reprobatur *Zypeus* exiſtimans Unionem eſſe validam, etiam non expreſſo vero Beneficiorum valore, ſi de voluntate Papæ conſtare poſſit, quod dicto valore narrato,

rato, adhuc Gratiam conceſſiſſet. T. 2. p. 283. n. 29.
Regulæ diſpoſitio comprehendit ſolum Beneficia Eccleſiaſtica, non autem temporalia. T. 2. p. 264. n. 31.
Et ubi petitur Unio Beneficii non Beneficio, ſupprimitur titulus Beneficii, fitque illius fructuum applicatio. ibid. n. 32.
Diſpoſitioni Regulæ, an ſubjaceant Beneficia, quæ uniuntur ab Ordinariis? ibid. n. 33.
Regula *in ſecunda parte* decernit, quod ſemper in Beneficiorum Unionibus *fiat Commiſſio ad partes*, *vocatis quorum intereſt*. ibid. n. 34.
Et in hac parte recepta eſt in Gallia. ibid. n. 37.
Sed aliquando indulgetur Unio a Papa in forma gratioſa cum derogatione Regulæ in hac parte. ibid. n. 35.
In Gallia tamen, Uniones in forma gratioſa ſine clauſula *vocatis vocandis*, & abſque deputatione Commiſſariorum in partibus, exequutioni non demandantur. ibid. num. 36.
Etſi fuerint exequutioni demandatæ, quamvis per longiſſimum tempus obſervatæ, juxta illius Tribunalium ſtylum irritantur. ibid. n. 38.
Pro validitate Unionis Beneficiorum neceſſe eſt, quod citentur, & vocentur coram Exequutore omnes intereſſe nedum principale, ſed etiam ſecundarium habentes. T. 2. p. 285. n. 39. & 40.
Citati debent Patroni tam Seculares, quam Eccleſiaſtici. ibid. n. 41.
Sed, an Patroni Eccleſiaſtici citandi ſint in Unionibus, quæ fiunt a Legatis a Latere? ibid. n. 42. 43. 44.
Patroni laici nedum ſunt vocandi, ſed eorum etiam conſenſus exquirendus. ibid n. 45. & 49.
Patronorum conſenſus intercedere debet in ipſo actu Unionis. ibid n. 50.
Contrarium, quod ſufficiat, ut Unionem ſubſequatur, & redditur ratio. ibid. n. 51.
In Beneficiorum Unione, quæ fit per Papam, vocandus non eſt Epiſcopus. ibid. n. 51.
Sed, an vocari debeat quando expletur a Legato? ibid. n. 53. & 54.
Capitulum Cathedralis citari debet in Unionibus, quæ fiunt ab Ordinariis, vel a Legato tanquam Ordinario. ibid. n. 55. & 57.
Secus in illis, quæ explentur a Papa, vel Legato, vice, & nomine Papæ. ibid. n. 56.
Rector Beneficii citari non debet, ſi Unio non ſit effectum ſortitura, niſi poſt illius obitum. ibid. n. 58.
Æquum tamen erit, ut in Unione Beneficii, præſertim Curati, audiatur poſſeſſor. ibid. n. 59.
Plebs Eccleſiæ Parochialis, quæ unitur, vocanda non eſt. T. 2. p. 286. n. 60.
Audienda tamen, ſi Unioni ſe opponat, & juſtam cauſam aliquam alleget. ibid. n. 61.
Regula *in tertia parte* diſponit, quod Beneficiorum valor eſt exprimendus, ac vocandi ſunt ii, quorum intereſt, etiam in *quibuſvis Suppreſſionibus perpetuis*, *Conceſſionibus*, *Diſmembrationibus*, & *Applicationibus*, *etiam de quibuſcumque fructibus*, & *Bonis Eccleſiaſticis*. ibid. n. 62.
Et verba præfata addita fuerunt Regulæ ſub *Clement VIII.* ibid. n. 63 & 70.
Verbum *idem*, quod in Regula legitur, non ſolum refertur ad vocationem eorum, *quorum intereſt*, de qua ipſa proxime immediate loquitur, ſed etiam ad primam partem circa valorem Beneficiorum exprimendum. ibid. n 64.
Regula locum ſibi vindicat etiam in Beneficiorum ſuppreſſionibus, quæ ſint perpetuæ. ibid n. 65.
Nec non in diſmembrationibus, & applicationibus de quibuſcumque Beneficiorum fructibus. ibid. n. 67.
Redditur ratio, quia ſolemnitates omnes, quæ de jure neceſſariæ ſunt pro Beneficiorum Unione, requiruntur etiam in illorum diſmembratione, & applicatione fructuum. ibid. n. 68.
Regulæ diſpoſitio comprehendit etiam diſſolutionem Unionis. ibid n. 69.
Et reprobatur *Mandoſius* contrarium exiſtimans. ibidem. n. 70.
Quemadmodum afficit confirmationes Unionum. ibidem. n. 71.
Intellige de confirmationibus Apoſtolicis Unionum ab aliis, quam a S. Sede factarum. ibid. n. 72.
Regula juxta *Rebuff.* non procedit in Unionibus, earumque diſſolutionibus, diſmembrationibus, & ſuppreſſionibus Beneficiorum Conſiſtorialium, quæ Conſiſtorialiter provideri ſolent. ibid. n. 77.
Sed explicatur *Rebuff.* ibid. n. 78.
Sac. Congregatio Conſiſtorialis decernere non ſolet Beneficiorum Conſiſtorialium Uniones, niſi ſervatis iis, quæ a Regula XXII. præſcribuntur. T. 2. p. 286. n. 79.
Quemadmodum, in decernenda diſſolutione Unionis duarum Eccleſiarum Cathedralium ſervari mandat præſcripta a Regula. T. 2. p. 287. n. 83.
Eademque Sac. Congregatio Regulæ diſpoſitionem ſervari mandat, ubi juſta concurrente cauſa, agitur de diſmembrando aliquo loco ab una Diœceſi, & alteri applicando. ibid. n. 85.
Regulæ diſpoſitio locum ſibi vindicat, etiam in permutatione Locorum, quæ ad duas Diœceſes pertinent. T. 2. p. 291. n. 111.
Vid. V. Eccleſia Cathedralis quoad erectionem, & Unionem.

REGULA XXIII.

Mandat Regula XXIII. obſervantiam Conſtitutionis *Martini V.* qua certis præſcriptis pœnis, etiam contra Receptores, prohibetur Mendicantibus Tranſitus ad Religionem non Mendicantium, præterquam Carthuſienſium. T. 2. p. 297. n. 2. & 3.
Non prohibet tamen Conſtitutio prælata, quin legitime tranſire poſſint ad alium Ordinem Mendicantium. T. 2. p. 298. n. 23.
Vid. V. Regulares quoad Tranſitum ad alium Ordinem.

REGULA XXIV.

Mandat Regula XXIV. omnino ſervari Conſtitutionem *Pii II.* quæ incipit *Cum ex Sacrorum*, nonnullas pœnas decernentem contra illos, qui ad Sac. Ordines ſe promoveri fecerint ſive *extra tempora a jure ſtatuta*, ſive *ante ætatem legitimam*, ſive *abſque Literis Dimiſſoriis* proprii Ordinarii. T. 3. p. 309. n. 1.
Conſtitutionem præfatam, quoad pœnas in ea contentas, ampliavit *Sixtus V.* per alteram ſuam Conſtitutionem, & quomodo? ibid. n. 2.
Sed *Sixtinam* Conſtitutionem, ad terminos Sacrorum Canonum, & Conſtitutionis *Pianæ*, reduxit *Clemens VIII.* ibid. n 3.
Idemque ſervatum a Pontificibus *Clementis* Succeſſoribus. T. 3 p. 310 n. 4.
De fine ob quem *Regula XXIV.* inter cæteras Cancellariæ Regulas inſerta fuit? ibid n. 5.
Vid. V. Literæ Dimiſſoriales. V. Literæ Dimiſſoriales pro Ordinatione Regularium. V. Literæ Teſtimoniales. V. Ordinarius ratione Beneficii. V. Ordinarius ratione Domicilii. V. Ordinarius ratione familiaritatis. V. Ordinarius ratione Originis. V. Ordinarius viciniar ad effectum Ordinationis. V. Ordines quoad ætatem. V. Ordines quoad tempora, in quibus de jure conferri debent.

REGULA XXV.

Diſponit Regula XXV. quod tanti valet *Libra Turonenſium* parvorum, quantum *Florenus auri*. T. 3. p 2 n. 1.
Regula, an ſit ſuperflua, vel utilis? T. 3. p. 3. n. 5.
Vid. V. Florenus. V. Turonenſes.

REGULA XXVI.

Regula XXVI. quoad primam ejus partem nullas, & irritas reddit conceſſiones Gratiarum ſuper Beneficiis per *Promotionem* vacaturis, etiam *motu proprio* factas, & cum derogatione ejuſdem Regulæ. T. 3. p. 12. n. 1.
Redditur ratio hujus diſpoſitionis. ibid.
Gratiæ prælatæ naturam ſapiunt *Expectativarum*, quæ per Concilium Tridentinum ſublatæ fuerunt. ibid. n 3. & 4.
Et ob id, ſuperflua videtur prima pars Regulæ. ibid. n. 5.
Contrarium, quod ſuperflua non ſit, & quare? ibid. n. 6. 7. & 8.
Vid. V. Expectativa. V. Regula LVIII. V. Regula LXII.
Regula in ſecunda parte diſponit, quod nullæ ſint Ceſſiones, Reſignationes, & Permutationes Beneficiorum expletæ a Promovendis ad quaſcunque Prælaturas intra illarum vacationis, & promotionis ad eas, tempora. T. 3. p. 24. n. 165.
Et emanavit in declarationem Reſervationis Beneficiorum vacantium per Promotionem ad Epiſcopatus, & Monaſteria contentæ *in Extrav. ad Regimen, de Præbend.* T. 3. p. 25. n. 167 & 170 p. 26. n. 187. p. 28. n. 107.
Eſt de antiquioribus Regulis Curiæ, & reperitur inter editas a *Joanne XXIII.* & *Martino V.* T. 3. p. 25. n. 166.
Et reputatur favorabilis. ibid. n. 167. p. 26. n. 182.
Regula in hac ſecunda parte concordat cum prima parte *Regulæ III.* quæ proinde ſuperflua videtur. T. 3. p. 25. n. 168. & 169.

Contrarium, quod prædictæ Regulæ ſint inter ſe diſtinctæ, & ſeparatæ, ac diverſum Beneficiorum genus percutiant. Et de differentiis inter utramque Regulam. T. 3. p. 25. n. 170.
Vid. V. Regula III.
Regula XXVI. comprehendit etiam Reſignationes Beneficiorum vacantium per aſſumtionem ad Dignitates, ſeu Prælaturas inferiores aliqualem habentes Juriſdictionem. Et redditur ratio. T. 1. p. 275. n. 20. & T. 3. p. 25. n. 171. & 172.
Contrarium: Aſſignantur rationes, & explicantur Doctores. T. 1. p. 275. n. 20. & T. 3. p. 25. n. 173.
Sed quæſtio iſthæc hodie ſuperflua & quare? T. 1. p. 275. n. 21. T. 3. p. 26. n. 174. & 175.
Regula procedit tam in Reſignationibus expletis in manibus Papæ, quam Ordinariorum. Et de ratione. T. 3. p. 26. n. 176. 177. & 178.
Inſuper procedit diſpoſitio Regulæ in Reſignationibus ad favorem coram Pontifico factis. *ibid.* n. 179.
Quemadmodum comprehendit Ceſſiones, & Renunciationes, quæ fiunt Commendis intra tempus vacationis, & proviſionis Beneficii cum ea incompatibilis. Et redduntur rationes. *ibid.* n. 183. & 184.
Regula afficit Beneficia electiva; & de ratione. *ibid.* n. 185.
Non autem Beneficia Germaniæ, ob reſiſtentiam Concordatorum. *ibid.* n. 186.
Contrarium, & quare? *ibid.* n. 187. 188. 191.
Regula comprehendit Reſignationes expletas ab iis, qui poſtea promoventur ad unam ex quatuor Eccleſiis Epiſcopalibus, quas pleno jure providet Archiepiſcopus *Salisburgenſis*, & de ratione. T. 3. p. 27. n. 192. & 193.
Et, an cenſuræ Regulæ ſubjaceant Beneficia, quæ vacantibus Eccleſiis, & Monaſteriis de Jurepatronatus Regis Hiſpaniarum, reſignantur ab iis, qui poſtea ad illa ad Regis præſentationem promoventur? *ibid.* n. 194. & ſeq.
Regula comprehendit Beneficia reſignata a Familiaribus DD. Cardinalium intra tempus vacationis, & promotionis ad Eccleſias, vel Monaſteria. *ibid.* n. 197.
Sed illius cenſuræ non ſubjacet Beneficium, ſuper cujus reſignatione ſignata fuit ſupplicatio ante Promotionem, ſed conſenſus præſitus poſt eam. *ibid.* n. 198. & 202.
Regula non afficit Reſignationem Beneficii ſequutam ante vacationem Prælaturæ, quam Reſignans ſciebat eſſe ſibi de proximo reſignandam, etiamſi ſequuta fuerit de facto Reſignatio. Et redduntur rationes. *ibidem.* n. 203. & ſeqq.
Minuſque comprehendit Beneficia reſignata a Promovendis ad Epiſcopatus Titulares. Et redditur ratio. T. 3. p. 28. n. 207.
Deputato Epiſcopo Titulari in Suffraganeum cum Decreto, quod Beneficia per ipſum obtenta vacent *ipſo jure*, ſi ante Suffraganeatus expeditionem eadem Beneficia reſignentur, ſubjacet Reſignatio cenſuræ Regulæ. *ibid.* n. 208.
Et ita reſolutum a Sac. Congregatione Conſiſtoriali. *ibid.*
Diſpoſitioni Regulæ derogari ſolet per Pontifices, nedum expreſſe, ſed etiam tacite, quando nempe in Supplicatione Reſignationis exprimitur, quod Reſignans ſit de proximo promovendus ad Prælaturam, vel promoveri ſperat. *ibid.* n. 209.
Ex pacifica poſſeſſione decennali Beneficii reſignati intra tempus vacationis, & promotionis ad Prælaturam, an inſurgat præſumtio derogationis Regulæ? *ibid.* n. 210.
Vid. V. Regula III.

REGULA XXVII.

Judices, etiam S. R. E. Cardinales, ac S. Rotæ Auditores, judicare non poſſunt juxta formam ſupplicationis, ſed judicare debent juxta tenorem Literarum expeditarum, ut decernit Regula XXVII. in prima ſui parte. T. 3. p. 33. n. 1. & 11.
Neceſſitatem hanc expeditionis Literarum Apoſtolicarum demandant quoque *Reg. XXXI. & LII.* *ibid.*
Et omnes tres Regulæ præfatæ, eundem finem reſpiciunt. *ibid.* n. 2.
Sed, quod ſint inter ſe diſtinctæ, & in quo diverſitas conſiſtat? *ibid.* n. 3.
Aſſignantur plures rationes quibus Regula XXVII. innititur. *ibid.* n. 4. 5. 6. & p. 34. n. 11.
Diſpoſitio Regulæ, Juris quoque fomentum habet, nec reſpicit ſolum intereſſe burſale Officialium Romanæ Curiæ. T. 3. p. 34. n. 11.
Eique derogari nequit, nec per conſenſum Partium, nec per obligationem Cameralem, nec quamcumque clauſulam in Commiſſione appoſitam. *ibid.* n. 14.
Regula generaliter loquitur, proindeque generaliter intelligenda eſt. Tom. 3. p. 34. n. 13.
Et locum habet, etiamſi agatur de Gratia *Motu proprio* conceſſa. *ibid.* n. 15.
Pactum aliquod inter Compermutantes Beneficia initum, ſi in ſupplicatione tantum, & non in Literis expreſſum fuerit, executioni demandari non debet a Judice, qui ad Literarum tenorem Judicium ferre debet. T. 3. p. 39. n. 92.
Contrarium, ſi agatur de pacto, quod exprimi tantum ſoleat in ſupplicatione, & non in Literis. *ibid.* n. 93.
Et quæ ſint hujus generis pacta? *Vid. V. Supplicatio.*
Sententia ſuper validitate Penſionis ferri non poteſt Literis Apoſtolicis non expeditis. T. 3. p. 34. n. 16.
Nec abſque illarum expeditione, Penſionis termini exigi poſſunt. *ibid.* n. 17.
Regula non procedit, ubi agitur non cum ipſo Penſionario, qui Literas expedire neglexit, ſed cum Translatario Penſionis agente pro executione Literarum Translationis. T. 3. p. 36. n. 31.
Locum habet illius diſpoſitio in judicio petitorio, ſeu poſſeſſorio *adipiſcendæ*, ſecus in poſſeſſorio *retinendæ*, ſeu *manutenendæ*. Et redditur ratio. *ibid.* n. 32.
Amplia, etiamſi adſit in Supplicatione Decretum, quod Penſio exigi non poſſit, niſi Literis expeditis. *ibid.* n. 33.
Limita, ſi Titularis in conſenſu exprimat, quod conſentit aſſignationi, & Literarum expeditioni. *ibid.* n. 34.
In Regulis *Sixti V. & Gregorii XIV.* prohibitum erat judicare ad formam Supplicationis tam in *poſſeſſorio*, quam in *petitorio judicio*. *ibid.* n. 37.
Sed tempore *Clementis VIII.* verba præfata deleta fuerunt a Regula. *ibid.* n. 36.
Penſionario, qui ab Anteceſſore Titulari Penſionem exegit, datur contra Succeſſorem manutentio ex ſola Supplicatione ſignata. *ibid.* n. 37.
Non poſſunt tamen illius hæredes pro terminis decurſis hoc ſummariſſimo poſſeſſorio juvari. *ibid.* n. 35.
Diſpoſitio Regulæ procedit etiam in judicio poſſeſſorio *recuperandæ*. T. 3. p. 36. n. 40.
Potiſſimum inſpecta Conſtitutione *Julii III.* *ibid.*
Contrarium, quod in hujuſmodi Judicio ſufficiat ſola Supplicatio a Papa ſignata. *ibid.* n. 41.
Sed fœdere diſtinctionis utraque ſententia conciliatur. *ibid.* n. 42.
Regulæ diſpoſitio ceſſat, quando agitur ad aliam effectum, quam canonizationis Gratiæ principalis. T. 3. p. 37. n. 43.
Proindeque, ubi agitur ad docendum de jure tertii, ſeu de titulo ſui Auctoris, Gratia probatur per ſolam Supplicationem. *ibid.* n. 44.
Quemadmodum ſufficit ſola ſupplicatio pro juſtificatione alicujus narrativæ. *ibid.* n. 45.
Aut ad effectum probandi præcedentem Beneficii vacationem. *ibid.* n. 46.
Sed, an ſufficiat ſola Supplicatio a Beneficii poſſeſſore producta non ad effectum obtinendi illius adjudicationem, ſed pro excludendo Adverſario, & obtinenda ſimplici abſolutoria ab impetitis? *ibid.* n. 47. 48. 49. p. 93. n. 40.
Sola Supplicatio ſufficit pro abſolutoria, quando agitur cum proviſo ab Ordinario, ſecus ſi cum Proviſo Apoſtolico. Et traditur exemplum. T. 3. p. 37. n. 50. & 51.
Gratia *Perinde valere* non ſuffragatur, niſi Literis ſuper ea expeditis. *ibid.* n. 52.
Sufficit tamen, quod Literæ expediantur ante Judicis ſententiam. *ibid.* n. 53.
Neceſſaria non eſt expeditio Literarum, ſed ſufficit Supplicationis ſignatura, quando incidenter agitur de Gratia ad effectum alicujus denominationis. *ibid.* n. 54.
Vel ſi agatur de circumſtantiis temporis, aut alicujus qualitatis. *ibid.* n. 55.
Aut de interpretandis verbis dubiis ejuſdem Gratiæ. *ibid.* n. 56.
Regula, Literis non expeditis, non adimit Judici facultatem cognoſcendi de Juribus collitigantium ad effectum audientiæ, & diſputationis Dubiorum. *ibid.* n. 57.
Et Rota procedere ſolet ad diſputationem Dubiorum cum ſola Supplicatione a Pontifice ſignata. *ibid.* n. 58.
Intelligo, quando Literæ poſſunt de facili expediri, ſecus ſi difficilis ſit earum expeditio, quia nempe agatur de Gratia ſignata a Prædeceſſore Pontifice, & elapſum ſit tempus a *Regula X.* præſcriptum ad expediendum ſuper ea Literas. *ibid.* n. 59.
Regulæ diſpoſitio locum non habet, quando in Supplicatione adeſt clauſula, *quod ſola ſignatura ſufficiat.* *ibid.* n. 60.
Et quæ ſint Gratiæ expediri ſolitæ per ſolam ſignaturam? *ibid.* n. 61.
Attenditur ſola Supplicatio abſque Literarum expeditione, ubi

ubi agitur contra Colliſigantem, qui eam produxit. T. 3. p. 37. n. 62.
Literis Apoſtolicis expeditis, Regula non prohibet quominus attendatur Supplicatio, ne Impetrans juvetur Decreto aliquo in ea contento, & in Literis non inſerto. T. 3. p. 38. n. 71. & 72.
Vid. V. Literæ quoad neceſſitatem earum Expeditionis, V. Regula XXXI. V. Regula LII.
Regula in ſecunda parte diſponit, quod, ſi Literæ Apoſtolicæ ſint per *præoccupationem*, vel alias minus recte expeditæ, remitti poſſint ad Cancellariam Apoſtolicam pro earum correctione. T. 3. p. 42. n.
Et quid denotet Verbum illud *per præoccupationem*? *ibid.* n. 156.
Vid. V. Literæ Apoſtolicæ quoad earum correctionem.

REGULA XXVIII.

Præſcribit Regula XXVIII. quod ad effectum, ut Regulæ Cancellariæ, ſi in judicium producantur, fidem faciant, neceſſe ſit, quod ſuper iis ſiat Cedula, quæ ſit a duobus Abbreviatoribus de Parco majori ſignata, a duobus Literarum Apoſtolicarum Abbreviatoribus auſcultata, & Vice-Cancellarii, ſeu Regentis manu ſubſcripta. T. 3. p. 45. n. 1.
Traditur ratio hujuſmodi diſpoſitionis. *ibid.* n. 2.
Forma a Regula præſcripta locum ſibi vindicat, ubi Regulæ producendæ ſunt in Curia. *ibid.* n. 3.
Si Regulæ producendæ ſint extra Curiam, expediuntur literæ Apoſtolicæ ſub Plumbo, in quibus earum tenor inſeritur. *ibid.* n. 4.
Exſcribitur tenor hujuſmodi Literarum. *ibid.* n. 5.
Regula procedit ſolum reſpectu earum Cancellariæ Regularum, quæ ſunt *de Dandis*, ſecus in illis, quæ non ſunt *de Dandis*. *ibid.* n. 6. & 8.
Explicatur, quæ Regulæ non ſunt *de Dandis*, & quæ *de Dandis*. *ibid.* n. 6. & 8.
Regulæ *de Dandis* produci debent, quamvis notæ ſint, & a multis annis promulgari ſolitæ. *ibid.* n. 9.
Regula hæc XXVIII. hodie ſuperflua eſt, & de ratione. T. 3. p. 46. n. 10.
Prodiit de tempore, quo adhuc adinventa non erat Ars imprimendi. *ibid.* n. 11.
Et quo tempore Ars hujuſmodi adinventa fuit? *ibid.* n. 12.

REGULA XXIX.

Regula XXIX. mandat, quod mortuo altero ex Colliſigantibus detur ſuperſtiti ſubrogatio in illius Juribus, & poſſeſſione. T. 3. p. 47. n. 1.
Eſt deprompta ex viſceribus juris communis. *ibid.* n. 2. p. 72. n. 129.
Et ob quas rationes emanavit? T. 3. p. 47. n. 1. & 6.
Priſcis Eccleſiæ ſæculis, quando neceſſitas urgebat, ut duo eidem Cathedrali præficerentur Epiſcopi, altero defuncto, ſuperſtes Eccleſiæ regimini ſolus præerat. Et referuntur exempla. *ibid.* n. 3.
Regula edita primo fuit ab *Innocentio VIII.* *ibid.* n. 4.
Sed rectius in Auctorem agnoſcit *Joannem XXIII.* *ibid.* num. 5.
Eſt favorabilis, lateque proinde interpretanda. *ibid.* n. 6. & p. 73. n. 132.
Aptaque comprehendere etiam caſus in ea non expreſſos, ſed quibus illius ratio eſt adaptabilis, T. 3. p. 73. n. 132. 143. & ſeqq.
Regulæ derogare non expedit in præjudicium ſuperſtitis Colliſigantis. T. 3. p. 47. n. 6.
Et ſunt qui exiſtimant, peccare mortaliter Datarium, ſi ſuperſtiti Colliſiganti ſubrogationem in juribus defuncti deneget. T. 3. p. 50. n. 1. p. 73. n. 134.
Contrarium, quod illius conceſſio pendeat ab arbitrio Papæ, & a prudentia ejuſdem Datarii. T. 3. p. 50. n. 2. 3. & 12. p. 76. n. 191. p. 249. n. 227.
Subrogationis gratioſæ favor proprie locum ſibi vindicat, quando duo ſunt in cauſa, quia tunc per obitum unius extinguitur lis, nec per ſubrogationem alicui injuria irrogatur. T. 3. p. 73. n. 143. & 144.
Subrogatio gratioſa non eſt gratia exorbitans. *ibid.* n. 143.
Per illam, nedum removetur obſtaculum novi Colliſigantis, ſed transferuntur etiam jura defuncti in ſuperſtitem. T. 3. p. 70. n. 98. & 99.
Et ſubrogatus duplici jure otitur, & proprio, ſi validum eſt, & jure defuncti, ſi proprium non ſubſiſtat. *ibid.* n. 100. & 101.
Subrogatio conceditur, & in *forma gratioſa*, & in *forma rigoroſa*, & de illius effectibus ad effectum exequutionis Literarum. *Vid. V. Regula XXIX. quoad exequutionem Literarum Gratioſæ ſubrogationis.*
Subrogatio gratioſa, an neceſſario peti debeat a ſuperſtite intra Menſem a die obitus Colliſigantis, ſeu habita illius notitia? T. 3. p. 51. n. 4. & 5. p. 52. n. 12. & 13.
Et terminus Menſis a Regula præſcriptus quomodo intelligi debeat? T. 3. p. 51. n. 6. 7. 8.
Si Tertio indulta fuerit ſubrogatio in juribus defuncti Colliſigantis, ſuperſtes tenetur illam petere intra Menſem a die Gratiæ favore ejuſdem Tertii ſignatæ, alias excluditur a favore Regulæ. T. 3. p. 52. n. 14. & 15.
Subrogatio pluribus modis concedi conſuevit. *Primo* de per ſe, & in particulari ſupplicatione, & expeditur principaliter per Literas particulares. T. 3. p. 79. n. 11.
Secundo deſumitur ex clauſulis generalibus Supplicationis ſignatæ ſuper Gratia principali, & expeditur poſtea per Literas ad partes. *ibid.* n. 12.
Tertio deſumitur ex clauſulis præfatis, ſed abſque expeditione Literarum ad partes. *ibid.* n. 13.
Subrogationis ſubjectum triplex *Lis*, *Jus*, & *Poſſeſſio* defuncti. T. 3. p. 80. n. 33.
Et Literæ Subrogationis ſuper his omnibus, aut eorum altero, expediri poſſunt. *ibid.* n. 34.
Sed Subrogatio obtenta quoad unum, non ſe protendit quoad alterum. *ibid.* n. 35.
Hinc Subrogatus ad jus defuncti, non cenſetur ſubrogatus ad poſſeſſionem, ſed ſolum ad omne jus quod ei competebat ſive *in re*, ſive *ad rem*. *ibid.* n. 36.
Subrogatio, etiam in Jure *ad rem* defuncto Colliſiganti competente, concedi conſuevit. *ibid.* n. 37.
Exemplo Coelecti, ſeu Compræſentati, quibus denegari non ſolet ſubrogatio ad jus illud *ad rem*, quod Coelecto, ſeu Compræſentato competebat. *ibid.* p. 54. n. 49. p. 73. n. 138.
Subrogatus ad jus, & poſſeſſionem duorum, non prohibetur jure unius, & poſſeſſione alterius uti. T. 3. p. 81. n. 60.
Subrogatus ad litem, & poſſeſſionem defuncti, cenſetur quoque ſubrogatus ad jus recuperandæ poſſeſſionis, qua defunctus ſpoliatus fuerat. *ibid.* n. 61.
Et ſufficit probare ſpolium, quod defunctus paſſus fuit, abſque neceſſitate juſtificandi gratiam. T. 3. p. 82. n. 62.
Subrogatus ad poſſeſſionem defuncti, non cenſetur ſubrogatus ad jus petendi fructus ab eo, tempore quo vivebat, inexactos. *ibid.* n. 63.
Secus, ſi conceſſa fuerit ſubrogatio ad jus proſequendi litem, vel ad omne jus defuncti. *ibid.* n. 64.
Maxime, ſi lis verſabatur etiam ſuper fructibus. *ibid.*
Subrogatus in juribus defuncti Colliſigantis intruſi, non prohibetur fructus ab eo nulliter perceptos recuperare. *ibid.* n. 65.

Regula XXIX. Quoad neceſſaria requiſita pro obtinenda Subrogatione gratioſa.

Subrogatio gratioſa non conceditur ſine lite, quæ illius fundamentum eſt. T. 3. p. 54. n. 38.
Et requiritur lis cum defuncto, nec ſufficit, quod adſit inter duos ſuperſtites. *ibid.* n. 39.
Lis, ad effectum obtinendæ ſubrogationis, debet eſſe ſuper *Titulo* Beneficii. *ibid.* n. 40.
Non curato, an ſuper *Titulo* unius, vel alterius Colliſigantis, Actoris, vel Rei. T. 3. p. 56. n. 74. 75. & ſeqq. & p. 57. n. 79.
Et in materia ſubrogationis, Acta ad inſtantiam unius partis facta, proſunt alteri Colliſiganti. T. 3. p. 56. n. 77.
Ad effectum ſubrogationis, Beneficium peti debet, uti proprium, & collatum, non tanquam debitum, & conferendum, & ſic actione reali, non perſonali. T. 3. p. 54. n. 41. & 48.
Beneficium dicitur vindicari uti ſuum, quando præceſſit valida collatio, inſtitutio, adjudicatio &c. *ibid.* n. 42.
Subrogatio, an debeatur illi, qui habuit mandatum de conferendo, & Literas expedivit *in forma Dignum*? T. 3. p. 53. n. 33. 34. & 35.
Lis ſuper præſentatione, ſeu electione, facit Beneficium litigioſum ad effectum ſubrogationis, licet nulla adſit inſtitutio, ſeu confirmatio, & Beneficium petatur uti debitum. T. 3. p. 54. n. 46. & p. 55. n. 56. 57. & ſeqq.
Et redditur ratio. T. 3. p. 54. n. 49.
Intellige, quando petitur confirmatio, ſeu inſtitutio contra alium Coelectum, ſeu alium præſentatum, aut proviſum ab Ordinario; ſecus, ſi Electus petat confirmationem a Superiore, aut Præſentatus inſtitutionem ab Ordinario, nullo exiſtente contradictore. Et redditur ratio. T. 3. p. 56. n. 64.
Contrarium, quod etiam hoc poſteriori caſu Beneficium dicatur litigioſum. *ibid.* n. 65.
Subrogatio gratioſa requirit litem ſuper *Titulo Beneficii*, quando illius conceſſio vergeret in præjudicium tertii,

puta

puta Ordinarii habentis jus conferendi, vel Patroni, ad quem ſpectaret jus præſentandi. T. 3. p. 51. n. 50.
Secus, ſi hujuſmodi præjudicium non adeſſet, tunc enim ſufficeret Mandatum de providendo. ibid. n. 51.
Mandatum de providendo ſub conditione aliqua, quæ nec eſt verificata, nec verificabilis, non reddit Beneficium litigioſum ad effectum obtinendi ſubrogationem. ibid. num. 52.
Sed aliter dicendum, ſi conditio ſit juſtificata, vel juſtificabilis. ibid. n. 53.
Et traditur exemplum in Mandato de providendo ex cauſa Reſignationis præſeferente conditionem, dummodo Reſignans habeat unde commode vivere poſſit. ibid. num. 54.
Contrarium, quod etiamſi Mandatum *de providendo* ſit juſtificabile, lis non dicatur *ſuper Titulo*, cum actio, quæ intentatur a proviſo, ſit perſonalis. ibid. n. 55.
Lis inter præſentatos ſuper inſtitutione, reddit Beneficium litigioſum ad effectum ſubrogationis, etiamſi in lite intervenerint Patroni pro eorum intereſſe. ibid. n. 60.
Secus exiſtente lite principaliter inter Patronos contendentes inter ſe de pertinentia patronali, vel cum Ordinario prætendente Beneficii libertatem, quamvis acceſſorie pro eorum intereſſe adſint Patroni. ibid. n. 61. & 62.
At ſi narrata Pontifici lite eo modo, quo inter Patronos introducta extitit, ipſe ſubrogationem indulgeat, ſubeſt verificata litem eo modo, quo narrata fuit, nec eſt inquirendum, an ipſi principaliter, vel acceſſorie ſuerint in Cauſa. T. 3. p. 56. n. 63.
Per appellationem interpoſitam a præſentato ob ei denegatam ab Ordinario inſtitutionem, Beneficium efficitur litigioſum ad effectum ſubrogationis. ibid. n. 65.
Lis ſuper remotione Poſſeſſoris a Beneficio, ex quo illud legitime aſſequutus non fuit, & reſpectiva collationis ad ſui favorem, introducta dicitur *ſuper Titulo* Beneficii. ibid. n. 66.
Sed non percutit Beneficii *Titulum*, quando contenditur aliquem ob Crimen fuiſſe privatum, ſeu privandum fore Beneficio obtento. ibid. n. 67.
Limita, ſi Impetrans ulterius agat, ut Beneficium præfatum ſibi conferatur, vel adjudicetur. ibid. n. 68.
Quod tamen intelligendum eſt, dummodo præceſſerit collatio, & quis peteret Beneficium tanquam collatum, non tanquam conferendum caſu, quo ſequeretur privatio. ibid. n. 69.
Subrogatio, non ſolum requirit litem ſuper *Titulo*, ſed illam expoſcit principaliter, & non incidenter ſuper eo. T. 3. p. 57. n. 80.
Lis ſuper exequutione Literarum Apoſtolicarum non reddit Beneficium litigioſum, cum in ea principaliter de *Titulo* non inquiratur. ibid. n. 81. & p. 58. n. 98.
Quemadmodum nec lis ſuper ſimplici poſſeſſorio. T. 3. p. 57. num. 82.
Clauſula *quam*, *& quas*, *cum incidentibus*, *& emergentibus* in Commiſſione appellationis adjecta, operatur, ut lis cenſeatur etiam introducta ſuper *Titulo*, & proprietate, quamvis in prima inſtantia remedio poſſeſſorio actum fuerit. ibid. n. 86. 87. 88.
Judicium *Jactationis*, litem, nedum ſuper poſſeſſorio, ſed etiam ſuper *Titulo* inducit. ibid. n. 89.
Suſpenſio petitorii in Judicio facta, præſupponit, illud fuiſſe uſque ab initio in litem deductum. ibid. n. 90.
Commiſſio cum clauſula -- *quam*, *& quas* -- & Judicium *Jactationis*, tunc ſolum inducunt litem ſuper *Titulo*, & proprietate, quando nulla adeſt clauſula reſtrictiva ad poſſeſſorium, ſecus ſi adſit. ibid. n. 91.
Quemadmodum opus eſt, quod adſit materia præexiſtens, ut quis poſſit petere Beneficium *uti ſuum*, nempe præcedens collatio, ſeu inſtitutio. T. 3. p. 58. n. 94.
Contrarium. ibid. n. 95.
Clauſula -- *deducens &c. omne jus &c.* efficit, ut cenſeatur introducta lis ſuper *Titulo* Beneficii. T. 3. p. 57. n. 92.
Niſi reſtricta reperiatur ad Judicium Immiſſionis, quo caſu non efficit Beneficium litigioſum ad effectum ſubrogationis. ibid. n. 93.
Clauſula, *quam*, *& quas* non operatur, ut lis introducta dicatur ſuper *Titulo*, niſi jus ad ſpeciem deducatur. T. 3. p. 58. n. 96.
Limita, ſi in Commiſſione adſit etiam clauſula -- *cum incidentibus*, *& dependentibus*, *&c.* -- ibid. n. 97.
Lis introducta ſuper ſubreptione Gratiæ, aut Literarum Apoſtolicarum, non reddit Beneficium litigioſum ad effectum ſubrogationis. ibid. n. 99.
Contrarium, quod etiam tali caſu lis dicatur eſſe ſuper *Titulo*, & proprietate Beneficii. ibid. n. 100.
Lis ſuper Optione non dicitur ſuper *Titulo*, nec facit Beneficium litigioſum. ibid. n. 101.
Minuſque lis ſuper Unione, cujus vigore nominatus prætendat ſibi deberi Beneficium. T. 3. p. 58. n. 102.
Quemadmodum nec erit ſuper *Titulo*, ſi contendatur Beneficium retineri non poſſe ex capite incompatibilitatis. ibid. n. 103.
Lis non dicitur ſuper *Titulo*, ſed ſuper *Statu*, quando quis ſtat in judicio pro ſuo jure, & intereſſe, nec petit Beneficium ſibi conferri. ibid. n. 104.
Dicitur pariter ſuper *Statu*, & non ſuper *Titulo* lis, quæ verſatur ſuper qualitate Beneficii, an ſit Seculare, vel Regulare. ibid. n. 105.
Vel, an ſit liberæ collationis, vel de Jurepatronatus. ibid. n. 106.
Quando Beneficii ſtatus narratur in Commiſſione ad effectum canonizandi proviſionem, & excludendi alium, qui Beneficium, uti ſeculare, vel uti liberum obtinuerat, tunc lis introducta dicitur ſuper *Titulo*. ibidem. n. 107.
Lis ſuper nullitate Reſignationis, aut Permutationis Beneficii promota ab eo, qui *Regreſſum* ſibi reſervaverat, dicitur ſuper *Titulo*, & proprietate. ibid. n. 108.
Lis ad effectum ſubrogationis non dicitur introducta ex ſola Cauſæ commiſſione, vel expeditione Citationis, ſed requiritur, quod hæc ſit legitime exequuta. ibid. n. 109.
Ac etiam reproducta, & quare? ibid. n. 112. & 113.
Vid. V. Citatio.
Lis non dicitur legitime introducta, niſi fuerint expeditæ Literæ ſuper ſua Proviſione ab eo, qui ſubrogari prætendit. T. 3. p. 59. n. 110. & p. 92. n. 20.
Maxime ſtante clauſula, quæ in Commiſſione apponi ſolet -- *Dummodo expediantur Literæ, & interim non cenſeatur vera lis, nec ſit locus Regulæ de ſubrogando.* T. 3. p. 59. n. 121. & p. 92. n. 7.
Vid. V. Regula XXVI.
Lis, ut ſuffragetur pro ſubrogatione, perdurare debet de tempore, quo illius gratia obtinetur, nec opitulatur, ſi fuerit extincta, vel deſerta. T. 3. p. 59. n. 122.
Et ex quibus lis cenſeatur extincta, vel deſerta? *Vid. V. Lis quoad extinctionem, vel deſertionem.*
Lite extincta, inutilis eſt Commiſſio Appellationis obtenta poſt obitum Collitigantis, petitamque ſubrogationem a ſuperſtite. T. 3. p. 60. n. 150.
Et ex nova Commiſſione poſt litem extinctam obtenta, inſurgit calumnia, quæ excludit favorem gratioſæ ſubrogationis. ibid. n. 151.

Regula XXIX. Quoad caſus in quibus Subrogatio gratioſa debetur.

Subrogatio debetur ſuperſtiti, ſive Collitigans moriatur naturaliter, ſive civiliter, quia nempe Uxorem ducat, Profeſſionem emittat &c. T. 3. p. 52. n. 16. & 17.
Debetur, etiamſi Collitigans aliud Beneficium incompatibile pacifice aſſequatur. ibid. n. 18.
Quemadmodum, ſi Beneficio cedat. ibid. n. 19.
Intellige de ceſſione ſimplici, per quam Beneficium vacat. T. 3. p. 53. n. 15. & p. 59. n. 127.
Si ceſſio Beneficii expleatur favore Collitigantis, non indulgetur eidem ſubrogatio, ſed nova proviſio, & quomodo? T. 3. p. 52. n. 20.
Facta ceſſione Beneficii favore tertii non Collitigantis, non poteſt Collitigans ſubrogationem petere in juribus ipſius cedentis, & quare? T. 3. p. 53. n. 25. 26. & 27.
Subrogatio debetur ſuperſtiti Collitiganti, nedum quoad Beneficia liberæ collationis, ſed etiam de Jurepatronatus laicorum. ibid. n. 36.
Et conceſſa ſuper Beneficio de Jurepatr. laicorum, neceſſe non eſt, quod in Literis Apoſtolicis illius mentio fiat, & quare? ibid. n. 37.
Impetranti Beneficium ob non expreſſionem veri valoris, debetur ſubrogatio in juribus defuncti Collitigantis. T. 3. p. 54. n. 40.
Decedente illo, qui impetravit Beneficium ex capite Simoniæ, an ſuperſtiti Collitiganti debeatur ſubrogatio in illius juribus? T. 3. p. 70. a n. 93. uſque ad 179.
Decedente præfecto per Epiſcopum ad Parochialem, debetur ſubrogatio ſuperſtiti Collitiganti, qui ab irrationabili judicio ejuſdem Epiſcopi appellaverat. T. 3. p. 56. n. 77.
Collitiganti ſuperſtiti debetur ſubrogatio in juribus defuncti, quamvis Beneficium ſpectet ad collationem Cardinalis habentis ſolum Indultum conferendi Beneficia reſervata, & quare? T. 3. p. 75. n. 173. & ſeqq.
Secus, ſi in Cardinalis Indulto adſit facultas (prout hodie regulariter adjici ſolet) conferendi etiam Beneficia litigioſa, tunc enim ad liberam Cardinalis collationem Beneficium

Beneficium ſpectat. Et redduntur rationes. T. 3. p. 76. n. 187. & ſeqq.

Et rejiciuntur geminæ interpretationes, quæ Indulto dari poſſint. *ibid.* n. 189. 190. & 193.

Familiari Cardinalis defuncto, an pro concedenda in illius Juribus Gratioſa ſubrogatione favore Collitigantis, aut Tertii, requiratur conſenſus Cardinalis Patroni? *Vid. V. Regula XXXII.*

Regula XXIX. Quoad caſus in quibus ſubrogatio gratioſa non debetur.

Subrogatio gratioſa non debetur ſuperſtiti, qui fuit calumnioſus litigator. T. 3. p. 71. n. 110.

Et *Sac. Rot.* ſtylus eſt ſubrogationis Literas non exequi, niſi aliquo modo conſtet de Jure ſubrogati. *ibid.* n. 111.

Antiquitus ſubrogatus jurare tenebatur, quod litem non malitioſe, nec fraudulenter, ſed bona conſcientia incohaverit, ut in Regulis *Joannis XXIII. & Martini V.* præſcribitur. Sed hodie juramentum hujuſmodi receſſit ab aula. *ibid.* n. 112.

Pro excludendo a favore ſubrogationis ſuperſtite Collitigante, uti calumnioſo litigatore, requiritur, quod lis fuerit calumnioſa ab initio. *ibid.* n. 113.

Quodque calumnia talis ſit, ut nullo velamine obfuſcari poſſit. *ibid.* n. 114.

Et ad illam excludendam, ſufficit ſola poſſibilitas boni juris, & quælibet colorata cauſa litigandi. *ibid.*

In decernendo, an adfuerit necne calumnia, Judicis arbitrium plurimi æſtimatur. T. 3. p. 72. n. 116. *Vid. V. Lis quoad calumniam.*

Intruſus in Beneficio non gaudet favore ſubrogationis gratioſæ in juribus defuncti Collitigantis. T. 3. p. 64. n. 1.

Et in Literis Apoſtolicis ſubrogationis præfatæ, ſemper apponi ſolet clauſula *dummodo intruſus non ſit.* *ibid.*

Eaque verificanda eſt de tempore gratiæ. T. 3. p. 65. n. 14.

De differentia inter clauſulas -- *dummodo intruſus non ſit, & quando intruſus non fuerit.* *ibid.* n. 16.

Exceptio Intruſionis veluti deprompta ex verbis Literarum Apoſtolicarum, illarum exequutionem retardat. T. 3. p. 65. n. 2.

De jure communi pluribus modis quis dici poteſt intruſus. *Remiſſive.* *ibid.* n. 3.

Regula omnes intruſionis ſpecies comprehendit, & redduntur rationes. *ibid.* n. 4. & 5.

Contrarium, quod ſolum excludat a favore ſubrogationis, verum intruſum, & quis dicatur talis? *ibid.* n. 6. & p. 66. n. 25. & ſeqq. *Vid. V. Intruſio, Intruſus.*

Si Pontifici ſpecies aliqua intruſionis exponatur, ipſeque ſubrogationem adhuc indulgeat cum clauſula -- *dummodo intruſus non ſit* -- hæc intelligi debet de alia Intruſionis ſpecie, quam de narrata, quæ jam purgata cenſetur. T. 3. p. 66. n. 32.

Subrogatio non debetur ei, qui litem promovit contra *Triennalem* pacificum poſſeſſorem Beneficii. T. 3. p. 67. n. 39.

Et poteſt hoc caſu concedi tertio. *ibid.* n. 40.

Amplia, etiam ſi Triennalis ipſe Poſſeſſor litem introduxerit vigore *leg. Diffamari, Cod. de Ingen. & Manumiſſ.* *ibid.* n. 41.

Debetur tamen ſubrogatio ſuperſtiti, qui litem promovit contra Triennalem poſſeſſorem duorum Beneficiorum incompatibilium. T. 3. p. 68. n. 50. 52.

Ad effectum, ut qui litem introduxit contra Triennalem pacificam Beneficii poſſeſſorem, excludatur a favore ſubrogationis, requiritur, quod poſſeſſio ſit innixa titulo ſaltem colorato. T. 3. p. 67. n. 42. & 46.

Et redduntur rationes. *ibid.* n. 47. & 48.

Contrarium, quod excluditur a ſubrogatione, ſive Poſſeſſor Triennalis titulum coloratum habeat, ſive non, dum Regula ad ſolam poſſeſſionem reſpexit. *ibid.* n. 43. & 45.

Defuncto poſſeſſore Triennali, qui cauſam habuit ab alio, cum quo lis prius introducta fuerat, an debeatur ſubrogatio ſuperſtiti, qui fuit in lite non cum ipſo Poſſeſſore Triennali, ſed cum ejus Auctore? T. 3. p. 68. n. 53. & 54. *Vid. V. Regula XXXVI.*

Impetrans Beneficium, *Viventis*, præſertim *Senis*, aut *infirmi*, ſubrogationis favore non gaudet. Et de ratione. *ibid.* n. 55. & p. 69. n. 70. & 72.

Idque Regulæ additum fuit tempore *Pauli III.* T. 3. p. 68. num. 56.

Et in hac parte Regula eſt favorabilis, & amplianda. *ibid.* num. 57.

Ad effectum, ut excludatur ſubrogationis favor, non ſufficit, quod impetretur Beneficium *Viventis*, ſed requiritur, quod ſit ille *Senex*, *infirmus* &c. Et redduntur rationes. *ibid.* n. 58.

Contrarium, quod a favore Regulæ excludatur impetrans Beneficium cujuſcumque *Viventis* etiam non *infirmi*, nec *Senis*; Aſſignantur rationes, & reſpondetur rationibus contrariis. T. 3. p. 68. n. 59. 60. & ſeqq.

Maxime ſi daretur fumus aliquis fraudis, quia nempe impetretur Beneficium illius, qui contracturus eſſet Matrimonium, profeſſionem emiſſurus, aut aliud Beneficium incompatibile eſſet obtenturus. T. 3. p. 69. n. 64.

Qui candide, & bona fide *Viventis* Beneficium impetrat, a favore Regulæ non excluditur, & plura referuntur exempla. T. 3. p. 68. n. 61. & p. 69. n. 66. & ſeqq.

Quemadmodum, nec excluditur, qui Beneficium *Senis*, aut *Infirmi* impetravit ſine dolo, & fraude. T. 3. p. 69. num. 73.

Maxime, ſi oſtenderet aliquid ſui boni juris ſpecimen, aut juſtam cauſam impetrandi. *ibid.* n. 74. & 76.

Amplia, quamvis citationem contra Febricitantem exequi fecerit. *ibid.* n. 75.

Impetrans Beneficium *Infirmi*, aut *Senis*, ut excludatur a favore Regulæ, requiritur, quod ei vitæ periculum tempore impetrationis immineat. *ibid.* n. 77.

Aut, quod reperiatur in ætate ſeptuaginta annorum, in qua incipit Decrepitas, quæ morbo aſſimilatur. *ibid.* n. 81. & 82.

Nec ſufficit, ad hunc effectum ætas infra annum ſeptuageſimum, nempe 60. aut 65. annorum: maxime, ſi Beneficiatus per plures annos poſtea vixerit. *ibid.* n. 78. 79. 80.

Impetrans Beneficium *Viventis*, aut *Senis*, qui ſuper ſua impetratione Sententiam favorabilem obtinuit, a ſubrogationis favore non excluditur. *ibid.* n. 83.

Nec, qui primo fuit præſentatus ad Beneficium, quam Collitigans de eo proviſus, & redditur ratio. *ibid.* n. 84.

Minuſque ille, qui impetravit Beneficium *Senis* aut *infirmi* ex capite incompatibilitatis cum altero per eos obtento. T. 3. p. 70. n. 85.

Non gaudet favore Regulæ, qui Beneficium impetravit per *privationem*, & *amotionem*, ex quibuſvis exceſſibus, & criminibus. *ibid.* n. 86.

Niſi fuerit Regulæ derogatum. *ibid.* n. 87.

Amplia, nedum ſi agatur de Crimine, pro quo Sententia privationis requiritur, ſed etiam de eo, pro quo incurritur privatio *ipſo jure*, nempe de Crimine Simoniæ, aut alio ſimili. *ibid.* n. 88.

Amplia itidem, etiam ſtante Sententia definitiva, quæ tamen in rem judicatam non tranſierit. *ibid.* n. 89 & 91.

Contrarium. *ibid.* n. 90.

Debetur ſubrogatio impetranti Beneficium ex capite privationis, quando hæc inſurgit ex Decreto Papæ facientis cuique in certo caſu poteſtatem illud impetrandi. *ibid.* n. 92.

Proviſo ab Ordinario de Beneficio litigioſo, non competit ſubrogatio in juribus defuncti Collitigantis. T. 3. p. 72. n. 120.

Intellige, dummodo lis fuerit ſuper titulo Beneficii. *ibid.* n. 121.

Collitigante in *Curia* defuncto, indulgeri non ſolet ſuperſtiti ſubrogatio in illius juribus. *ibid.* n. 122.

Quod ſervatur, etiam ſi Beneficium litigioſum ſit de Jurepatronatus laicorum, & ita pluries deciſum, & quare? *ibid.* n. 123. & 124.

A favore gratioſæ ſubrogationis excluditur juxta Sententiam *Amaydeni*, quicumque non eſt proviſus Apoſtolicus. *ibid.* n. 125.

Contrarium, quod ſubrogatio debeatur ſuperſtiti Collitiganti, ſive a Papa, ſive ab Ordinario proviſo. *ibid.* n. 126. 127. & ſeqq.

Explicatur in quibus terminis Sententia *Amaydeni* procedere poſſit? T. 3. p. 73. n. 139.

Concurrentibus ad petendam ſubrogationem in juribus tertii, proviſo Apoſtolico, & proviſo ab Ordinario, prælatio debetur proviſo Apoſtolico. *ibid.*

Quod, ſi utrique denegandam exiſtimet Datarius, adhuc bonum eſſet proviſo Apoſtolico gratiam ex integro elargiri. *ibid.* n. 140.

Subrogatio gratioſa indulgenda non eſt, quando vergeret in præjudicium Tertii, & *ibid.* n. 141. 142. 145. & p. 74. n. 154.

Tametſi illud per poſſibile tantum adeſſe poſſet. Tom. 3. p. 74. n. 157.

Subrogatio ſuperſtiti Collitiganti non debetur, quando adeſt Tertius, cui competat *Regreſſus* ad Beneficium in caſu obitus illius poſſeſſoris. T. 3. p. 73. n. 147. & p. 74. n. 155.

Quemadmodum, dum vigebant *Expectativæ* ad Beneficia, ſuperſtiti Collitiganti non concedebatur ſubrogatio, ſi aderat Expectans. *ibid.* n. 146. & 155.

Duobus cumulative præſentatis ab uno Patrono, ſi primus ex illis, qui præſentationem acceptavit, extra quadrimeſtre decedat, non debetur ſubrogatio in illius juribus ſuperſtiti Colliriganti præſentato ab altero Patrono. Et redduntur rationes. T. 3. p. 74. n. 151. 154 & ſeqq. p. 75. n. 172. & ſeqq.
Contrarium. Et quare? T. 3. p. 75. n. 172.
Defuncto primo ex cumulative præſentatis, magis æquum eſt, quod ſecundo detur Gratia pro *præſentato*, quam ſuperſtiti Colliriganti ſubrogatio gratioſa in juribus ejuſdem defuncti. *ibid.* n. 168.
Cumulative præſentatus impedire nequit favore ſuperſtitis Colliriganti ſubrogationem in juribus defuncti primo loco præſentati, ſi in Cauſa non ſuit. *ibid.* n. 170.
Aut, ſi favore primo loco præſentati jus ſuum tranſtulerit. *ibid.* n. 171. *Vid. V. Præſentatio.*

Regula XXIX. Quoad exequutionem Literarum gratioſæ Subrogationis.

Subrogatio in juribus defuncti Colliriganti competit remedium Immiſſionis. T. 3. p. 78. n. 1.
Manutentio vero non debetur ex poſſeſſione defuncti, ſed ex propria, ſi eam prius adeptus fuerat. *ibid.* n. 2.
Subrogatus, ut Immiſſionem conſequi valeat, juſtificare debet proprium Clericatum, litem, ſeu affectionem, aut reſervationem, & obitum Colligantis. *ibid.* n. 3.
Et ſive agatur de ſubrogatione principaliter expedita per Literas particulares; ſive de ſubrogatione deſumta ex Clauſulis generalibus Supplicationis ſignatæ ſuper Gratia principali, & expedita poſtea per Literas ad partes. T. 3. p. 79. n. 11. & 12.
Sed ubi ſubrogatio deſumitur ex clauſulis præfatis, ſed abſque expeditione Literarum *ad partes*, tunc juſtificari debent omnia narrata in Gratia principali. *ibid.* n. 13.
Sequuta vero juſtificatione præfata, debetur Immiſſio, perinde, ac ſi Literæ ſubrogationis expeditæ fuiſſent. *ibid.* num. 14.
Et ſic intelliguntur Doctores, qui diſcrimen non conſtituunt inter ſubrogationem, quæ de per ſe expeditur, & illam, quæ continetur in ipſa Gratia principali. *ibid.* n. 15.
Conſilio de pendentia litis, Immiſſionem retardare nequit prætextus, quod ejuſdem litis, & Sententiarum circumſtantiæ, Pontifici expreſſæ non fuerunt. T. 3. p. 78. num. 4.
Circumſtantiæ præfatæ ſupplentur a clauſula, *cujus litis ſtatum &c.* adjici ſolita in Literis Apoſtolicis ſubrogationis. *ibid.* n. 5.
Lis ſuper ſimplici poſſeſſorio, licet non reddat Beneficium litigioſum, ſi tamen ea Papæ narrata fuerit, & ipſe ſubrogationem indulſerit, pro illius exequutione ſat erit juſtificare litem eo modo, quo narrata fuit. T. 3. p. 57. n. 83.
Idem dicendum, ſi Colligans narraverit obtinuiſſe Mandatum de providendo, & ſubrogationem obtinuit. *ibid.* num. 84.
Quemadmodum, ſi narrata Pontifici lite eo modo, quo inter Patronos introducta extitit, ipſe alteri ex præſentatis ſubrogationem in Juribus defuncti Compræſentati concedat, ſufficit verificare litem eo modo, quo narrata fuit, nec eſt inquirendum, an Patroni ipſi acceſſorie, vel principaliter fuerint in cauſa. T. 3. p. 56. n. 63.
Immiſſio, concurrentibus ſupradictis requiſitis, tunc Subrogato debetur, quando ſubrogatio eſt conceſſa in forma *gratioſa*. T. 3. p. 79. n. 6.
Secus, ſi in forma *rigoroſa*; hoc enim caſu debet coram Judice tota gratia, una cum omnibus in ea contentis, juſtificari. *ibid.* n. 7.
Inſuper juſtificari debent jura illius, in quibus conceſſa fuit ſubrogatio. *ibid.* n. 8. & 10.
Nec non valor narratus in Literis Apoſtolicis. *ibid.* n. 9.
Neceſſe tamen non eſt in ſubrogatione *rigoroſa*, quod ſcrupuloſe inquiratur de juribus ſubrogati, ſed ſufficit, quod conſtet litem non fuiſſe calumnioſe introductam. *ibid.* n. 10.
Subrogatio conceſſa ſuper Beneficio non litigioſo, vim collationis habet, & obſtringitur ſubrogatus, ſeu proviſus, omnia in Gratia narrata juſtificare. *ibid.* n. 16. & 17.
Intellige, ſi adſit legitimus Contradictor, nam eo deficiente, ſufficit, quod Judex juſtificet ſolam ſubrogationem. *ibid.* n. 18.
Subrogatus, pro Immiſſione obtinenda, præter litem, & proprium Clericatum, concludenter probare debet reſervationem, ſeu affectionem Beneficii, ſuper qua ſe fundat. *ibid.* n. 19.
Sed nullo exiſtente Contradictore, aut ſi adſit juſto Titulo ſit deſtitutus, exuberat ſemiplena probatio. *ibid.* num. 20.
Reſervatio, ſeu affectio, ſi turbida ſit, Immiſſionem impedit. T. 3. p. 80 n. 21. & 23.
Secus, ſi reſervatio ſit clara, exceptiones turbidæ. *ibid.* n. 22. & 24.
Superſtes Colitigans, ſeu Tertius, quibus indulta fuit ſubrogatio ad poſſeſſionem defuncti, tenentur eam concludenter probare. *ibid.* n. 25.
Probatio percutere debet poſſeſſionem illius, in cujus locum immediate conceſſa fuit ſubrogatio *ibid.* n. 26.
Non eſt tamen neceſſaria probatio, quod poſſeſſio fuerit legalis, ſed ſufficit etiam attentata, & ſpoliativa, nam cum tali vitio tranſibit in ſubrogatum. *ibid.* n. 27.
Immiſſio non debetur Subrogato, ſi defunctus fuerit poſſeſſione ſpoliatus. *ibid.* n. 28.
Contrarium, quando defunctus non habuit ſe pro ſpoliato, ſed animo poſſeſſionem retinuit. *ibid.* n. 29.
Defunctum obiiſſe in poſſeſſione Beneficii evincitur, ſi probetur antea illud poſſediſſe. *ibid.* n. 30.
Limita, ſi concurrant præſumtiones in contrarium, aut actus, ex quibus poſſeſſio interrupta remanſerit. *ibid.* num. 31.
Immiſſio non aliter Subrogato debetur, quam ſi fuerit ille expreſſe ad poſſeſſionem defuncti ſubrogatus. *ibid.* num. 32.
Subrogatus ad *jus* Defuncti, tenetur illud concludenter juſtificare. *ibid.* n. 29.
Et ſi defunctus non poſſedit, tenetur totam Gratiam per viam ordinariam juſtificare. Et aſſignatur ratio. *ibid.* num. 40.
Limita, ſi agatur cum ſuperſtite intruſo, quo caſu ſubrogatus in *jus* defuncti, qui non poſſedit, totam Gratiam juſtificare non obſtringitur. *ibid.* n. 41.
Subrogatus ad *jus* proſequendi litem *in ſtatu, & terminis &c.* gaudet privilegio exequutivo, ſi illud defuncto, vigore Brevis de capienda poſſeſſione, aut rei judicatæ, competebat. *ibid.* n. 42.
Et in hoc caſu non inquiritur, an defunctus obtinuerit, nec ne Beneficii poſſeſſionem. *ibid.* n. 43.
Subrogatio ad *poſſeſſionem* defuncti, ſi legatur in narrativa Supplicationis, quamvis conceſſa non fuerit in parte diſpoſitiva, adhuc indulta cenſetur. T. 3. p. 81. n. 44.
Subrogatus ad defuncti *poſſeſſionem*, ſi hæc poſtea non probetur, Immiſſionem obtinere nequit, ſed obſtringitur in judicio ordinario omne jus defuncti evincere. *ibid.* num. 45.
Subrogatus ad *poſſeſſionem* defuncti, non prohibetur eam propria auctoritate adipiſci abſque vitio attentatorum. Et redditur ratio. *ibid.* n. 46. & 47.
Amplia, etiamſi fuerit intruſus, nam mutata ex novo titulo cauſa poſſidendi, continuando in poſſeſſione, attentare non dicitur. *ibid.* n. 48.
Intellige, ſi Papæ narraverit vitium antecedentis poſſeſſionis. *ibid.* n. 49.
Concluſio, quod ſubrogatus ad *poſſeſſionem* defuncti poſſit eam propria auctoritate adipiſci, locum ſibi vindicat ubi agitur de ſubrogatione gratioſa, ſecus de rigoroſa. *ibid.* n. 50.
Item, quando poſſeſſio eſt vacans, ſecus ſi fuerit poſt mortem Colligantis ab alio adepta. *ibid.* n. 51.
Dummodo poſſeſſio medio tempore ab alio capta, non ſit attentata, vel infecta *Decreto irritanti*, quo caſu habetur pro vacua. *ibid.* n. 52.
Subrogatus, Beneficii poſſeſſionem adipiſci nequit, quando lis principaliter ſuper ipſa ſubrogatione verſatur. *ibid.* n. 53.
Vel, quando ſubrogatio conceſſa fuit cum clauſula -- *ſine præjudicio litis pendentis.* *ibid.* n. 54.
Aut, ſi adſit ſuper Beneficio ſequeſtrum Rotale, tametſi fuerit illud Pontifici narratum. *ibid.* n. 55.
Quemadmodum, nec poſſeſſionem abſque vitio attentatorum propria auctoritate adipiſci valet, quando defunctus nunquam poſſedit, vel tempore mortis deſiit poſſidere. *ibid.* n. 56.
Amplia, quamvis ſubrogatio facta ſit ad jus proſequendi litem in ſtatu, & terminis &c. Et redditur ratio. *ibid.* num. 58.
Sed limita in caſu, quo Collitigans non poſſidet. *ibid.* num. 59.
Nec abſurdum eſt, quod plus juris habeat ſubrogatus, quam defunctus, in cujus locum ſubrogatio facta fuit. *ibid.* n. 57.
Legitimus Contradictor ad effectum impediendi exequutionem Literarum gratioſæ ſubrogationis, ille dicitur, qui habet a Papa parem titulum, ſimilem nempe gratioſam ſubrogationem. T. 3. p. 82 n. 66.
Et dummodo ejus titulus ſit validus. *ibid.* n. 69.
Utraque ſubrogatio debet eſſe pura, nam ſi una ſit pura, altera

altera conditionalis, effectus primæ non retardatur a ſecunda. T. 3. p. 81. n. 67.
Qui ſupplicationem habet ſignatam cum clauſula — *quod deſuper Literæ expediri poſſint in forma gratioſæ ſubrogationis* — non eſt Contradictor legitimus pro impedienda immiſſione favore illius, qui Literas expedivit ſuper eadem ſubrogatione. *ibid.* n. 68.
Qui habet titulum Apoſtolicum, etſi difformem, eſt legitimus Contradictor pro impedienda exequutione Literarum ſubrogationis, quando poſſidet ex facto Exequutoris. *ibid.* n. 70.
Et hoc caſu ſubrogatus agere debet via ordinaria. *ibidem* n. 71.
Eſt pariter legitimus Contradictor proviſus ab Ordinario, qui reportata poſtmodum proviſione Apoſtolica, novam Beneficii poſſeſſionem a manu Exequutoris adeptus fuit. *ibid.* n. 72.

REGULA XXX.

Nullas, & irritas reddit Regula XXX. proviſiones Beneficiorum expletas ante veroſimilem notitiam obitus Beneficiariorum. T. 3. p. 85. n. 1.
Sufficit tamen pro validitate Gratiæ, quod veroſimilis notitia obitus Beneficiati adſit de tempore Datæ. Tom. 2. p. 276. n. 83.
Papa a Curia recedente, ſi inibi *Signatorem* relinquat, ſufficit pro validitate Gratiæ, quod notitia obitus Beneficiati ad ejuſdem *Signatoris* notitiam veroſimiliter pervenire potuit. T. 3. p. 85. n. 2.
Regula XXX. *De Veroſimili* Notitia eſt appendix, & ſequela Regulæ XXI. *De non impetr. Benef. per obit. Vivent.* eumdemque finem reſpicit. T. 1. p. 276. n. 82. & T. 3. p. 85. n. 3.
Et eſt depromta ex viſceribus juris communis. Tom. 3. p. 85. n. 4.
Contrarium, quod exorbitet a jure præfato. *ibid.* num. 5. p. 86. n. 23.
Et explicantur contraria jura. T. 3. p. 85. n. 7.
Suſtinetur de jure proviſio Beneficii vere vacantis, etiam ante notitiam illius vacationis. *ibid.* n. 6.
Regulæ ratio ignota nonnullis viſa fuit. *ibid.* n. 8.
Sed ea depromitur ex Proœmio, quod antiquitus Regulæ præfigebatur, quodque exſcribitur. *ibid.* n. 9. & 10.
Et ponderantur geminæ aliæ rationes Regulæ. *ibid.* n. 11. & 12.
Regula ob rationes prædictas eſt favorabilis, lateque interpretanda. *ibid* n. 13. p. 86. n. 25.
Et quis primus ex Pontificibus eam edidit? Tom. 3. p. 85. n. 14. 15. 16. & 17.
Regula XXX. eſt una ex receptis *in Gallia*, regiſtrata in Parlamento, & Lex Regni effecta. *ibid.* n. 18.
Et ne illi fraus fieret, quid Edicto ſuo mandaverit *Franciſcus I.* Galliarum Rex? *ibid.* n. 19.
Tempus veroſimilis Notitiæ currere incipit a momento obitus Beneficiati. T. 3. p. 86. n. 10.
Et ſi mors occultata fuerit, computatur a die quo revelatur. *ibid.* n. 21.
Regula non procedit in Proviſionibus Ordinariorum, quæ expletæ etiam ante veroſimilem Notitiam obitus Beneficiatorum, jure ſubſiſtunt. *ibid.* n. 22.
Et ponderantur rationes. *ibid.* n. 27.
Contrarium, quod Regula, ſi non in Litera, in ſpiritu tamen Proviſiones prælatas comprehendit. *ibid.* num. 24. & 25.
Quemadmodum afficit Regula Proviſiones Beneficiorum ante eorum veroſimilem vacationis Notitiam expletas a Legatis. *ibid.* n. 26.
Proviſio Beneficii, quod Apoſtolica Sede viduata Paſtore vacaverat in Menſe alias eidem Sedi reſervato, ab Ordinario expleta ante veroſimilem Notitiam obitus Pontificis, rite ſuſtinetur. *ibid.* n. 28.
Regula non extenditur de caſu ad caſum, in quo ejus ratio non viget. *ibid.* n. 29.
Regulæ diſpoſitio locum ſibi vindicat, etiamſi Impetrans, vel Collator juſte credere potuit Beneficium tempore collationis eſſe vacans. T. 3. p. 267. n. 42.
Comprehendit Gratiam proviſionis Beneficiorum etiam *motu proprio* a Pontifice factam ante veroſimilem illius vacationis Notitiam. T. 3. p. 86. n. 30.
Quamvis conſtet de bona fide illius, qui Gratiam obtinuit. *ibid* n. 31.
Nec non Beneficiorum proviſiones expletas in Commendam, quæ hodie nil differt a Proviſione in titulum. *ibid.* n. 32.
Et quid dicendum, ſi agatur de Commenda temporali? T. 3. p. 87. n. 33.
Regula afficit Proviſiones Beneficiorum quorumcumque, etiam Regularium, & Curatorum, nec non Dignitatum, & Officiorum Eccleſiaſticorum. Et redditur ratio. T. 3. p. 87. n. 34.
Regula *de Triennali* non ſuffragatur Proviſo de Beneficio ante veroſimilem illius vacationis Notitiam. *ibidem* numer. 35.
Regula XXX. *de Veroſimili Notitia* comprehendit Beneficia vacantia per mortem civilem, contractum ſcilicet Matrimonii, aſſequutionem incompatibilium, Privationem, depoſitionem &c. *ibid* n. 36.
Contrarium, quod afficiat ſolum Proviſiones Beneficiorum reportatas ante veroſimilem Notitiam mortis naturalis Beneficiati. *ibid.* n. 37.
Regula non comprehendit præſentationem Patroni expletam ante veroſimilem notitiam obitus Beneficiati, ſi revera præſentationis tempore obitus prælatus ſequutus erat. *ibid.* n. 39. & n. 45.
Contrarium, & redduntur rationes. *ibid.* numer. 40. 41. & 42.
Sed a priori ſententia non recedendum. *ibid.* n. 43.
Regula locum non habet in Gratia derogationis medietati Vocum Patronalium a præſentato per alteram medietatem reportata ante veroſimilem Notitiam obitus Beneficiati. *ibid.* n. 44. & 46.
Contrarium, & redditur ratio. *ibid* n. 47. & 48.
Et aſſignantur plures diſcriminis rationes inter præſentationem, quæ expleta ante veroſimilem notitiam obitus Beneficiati, valida eſt, & Gratiam pro præſentato cum derogatione medietati vocum Patronalium. T. 3. p. 88. n. 49. 50. & ſeq.
Regulæ diſpoſitioni non ſubjacet proviſus de Beneficio ex cauſa Reſignationis, cum clauſula, *ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo*, ſi Reſignatione effectum non ſortita, decedat Reſignans. *ibid.* n. 53.
Contrarium, & redditur ratio. *ibid.* n. 54.
Regula non comprehendit Proviſiones Beneficiorum a Pontifice expletas *jure devoluto*, ob non factam tempore a jure præfixo ab Ordinariis collationem, vel a Patronis præſentationem. *ibid.* n. 55.
Nec Proviſiones Beneficiorum, quæ a Galliarum Regibus explentur jure prætenſæ Regaliæ. *ibid.* n. 56.
Quemadmodum locum non habet in Gratia delinquenti a Principe præmature facta, antequam veroſimilem Notitiam delicti haberet *ibid* n. 57.
Nec in Beneficiis temporalibus, & Officiis Regiis ante notitiam obitus eorum Poſſeſſorum impetratis. *ibid.* n. 58.
Quamvis, ut ambitio, votumque captandæ alienæ mortis compeſcantur, æquum eſſet, ut Officia prælata cenſuræ Regulæ ſubjacerent. *ibid.* n. 59.
Probatio, quod tantum tempus non effluxerit, ut veroſimiliter Notitia obitus Beneficiati ad Pontificem pervenire valuerit, ad eum ſpectat, qui Regulæ innixus, Gratiam infringere contendit. *ibid.* n. 60.
Reprobatur Gar*zias*, qui autumat, veroſimilem Notitiam probandam eſſe a Proviſo, quando Regulæ non fuit derogatum. *ibid.* n. 61.
In dijudicando, an notitia obitus Beneficiarii veroſimilis eſſe potuerit, Judicis arbitrio, certis penſatis circumſtantiis, quæ recenſentur, remittitur. *ibid.* n. 62.
Itineris computatio pro eruenda veroſimili Notitia obitus Beneficiarii fieri debet non a fine Diœceſis, ſed a loco, in quo Beneficiatus ipſe obiit. *ibid* n. 63.
Nec attenditur differentia inter maritimum, & terreſtre iter, nam quocumque modo Notitia veroſimilis reddatur, ſemper attenditur. T. 3. p. 89. n. 64.
Ab *Hiſpaniis* ad Urbem, ſex dierum ſpatio per iter maritimum notitia obitus Beneficiarii veroſimiliter pervenire poteſt. *ibid.* n. 65.
Et a Civitate *Barchinonen.* ad Urbem, in octo, vel novem diebus. *ibid* n. 66.
Notitia obitus Beneficiarii ad effectum Regulæ neceſſe non eſt, quod habeatur per Tabellarios, ſed admittitur probatio, etiam per Curſores. *ibid* n. 67.
Dictorumque Curſorum depoſitioni, quod iter intra tantum tempus expleri poſſit, plene deferandum eſt. *ibidem* numer. 68.
De nonnullorum incredibili velocitate in currendo exempla. *ibid.* n. 69.
A Civitate *Ameriæ*, poteſt eadem die obitus Beneficiati, haberi in Urbe illius notitia. *ibid.* n. 70.
Quemadmodum a Civitate *Senarum* ſpatio pariter, unius diei. *ibid.* n. 71.
Et a Civitate *Piſtorii* intra decem, & ſeptem, aut decem, & octo horarum ſpatium. *ibid.* n. 72.
A Civitate *Valentiæ* poteſt Curſor ſex diebus Romam pervenire. *ibid.* n. 73.

A Leodio Romam ſpatio novem, vel decem dierum. T. 3. p. 89. n. 74. & 75.
A Tholoſa ſeptem. ibid. n. 74.
A Pariſiis ſex, vel ſeptem. ibid. & n. 75.
A Lugduno quinque. ibid. n. 74.
A Civitate *Mediolani*, etiam tempore hyemali, ſexaginta horarum ſpatio poteſt veroſimilis Notitia obitus Beneficiati ad Urbem pervenire. ibid. n. 76.
Cato ab *Hydranto* Romam, quinto die pedeſtri itinere pervenit. ibid. n. 77.
Pro evitanda cenſura Regulæ neceſſe non eſt, quod veroſimilis notitia obitus Beneficiati ad Collatoris notitiam tempore Proviſionis Beneficii re vera pervenerit, ſed exuberat poſſibilitas, quod devenire potuerit. ibid. n. 78. 83. & 84.
Hinc, qui Regulæ innititur, oſtendere tenetur inveroſimilitudinem notitiæ, nedum per probationem actualem, ſed etiam habitualem, nempe quod notitia non pervenit, nec pervenire potuerit. ibid. n. 79.
Et reprobatur *Tondutus* contrarium exiſtimans. ibidem numer. 82.
Dies, etiam in terminis Reg. XXX. computatur a media nocte ad mediam noctem. ibid. n. 80.
Regulæ præfatæ poteſt Pontifex derogare, licet regulariter hac non utatur facultate. ibid. n. 85.
Sed in *Gallia* hujuſmodi derogatio non admittitur, & quare? T. 3. p. 90. n. 86. & 87.

REGULA XXXI.

Nullius roboris decernit Regula XXXI. Commiſſiones Cauſarum ſuper Gratiis quorumcumque Beneficiorum Eccleſiaſticorum factas, ſi Litteræ Apoſtolicæ ſuper Gratiis iiſdem expeditæ non fuerint. Tom. 3. p. 91. n. 1. p. 92. n. 13.
Nec ſine Litterarum expeditione lis induci poteſt propter defectum Juriſdictionis in Judice. T. 3. p. 92. n. 13.
Amplia, quamvis altera Pars compareat, & Proceſſum inſtruat. ibid. n. 21.
Intellige in favorem negligentis Literas expedire; ſed in illius odium Beneficium efficitur litigioſum. ibid. n. 22.
Examen quoque Teſtium ante expeditas Literas nullum eſt. ibid. n. 3.
Lis abſque Literarum expeditione, an dicatur introducta in terminis Regulæ de Annali, Gratiæ ſi Neutri, Gratiæ perinde valere, & Subrogationis Gratioſæ? *Vid. V. Regula XXXV. V. Gratia Perinde valere, ſeu Revalidatione. V. Gratia ſi neutri.*
Regula reſpicit nedum favorem Collitigantium, verum etiam Sedis Apoſtolicæ, Ordinariorum, & Patronorum. ibid. n. 21. & 26.
Regula XXXI. in quo differat a *Regula XXVII.* Tom. 3. p. 91. n. 2.
Aſſignatur a *Mandoſio* ratio Regulæ. T. 3. p. 92. n. 4.
Sed ea rejecta, alteram tradit *Lotterius.* ibid. n. 5.
Regulæ diſpoſitioni derogari poteſt. ibid. n. 6.
Et paſſim per Signaturam, ſive Gratiæ, ſive Juſtitiæ derogari conſueverat, clauſulis tamen adjectis -- *Dummodo Literæ Apoſtolicæ expediantur intra terminum ad articulandum, & interim non cenſeatur orta lis, nec ſit locus Regulæ de ſubrogandis.* ibid. n. 7.
De ratione, ob quam Clauſulæ præfatæ adjiciebantur. ibid.
Literæ quando dicantur expeditæ intra terminum ad articulandum? ibid. n. 8.
Derogatio Regulæ operatur validitatem Proceſſus. ibidem n. 9.
Et aliquando expedita fuit ſine ſupradicta clauſula -- *Dummodo Literæ Apoſtolicæ expediantur &c.* ibidem numer. 10.
Commiſſio cum clauſula -- *Literis non expeditis* -- operatur, ut iis non expeditis, diſputari poſſit Dubium in Rota. ibid. n. 11.
Sed non eximit Partem ab onere exhibendi in Actis Supplicationem a Pontifice ſignata. ibid.
A tempore *Innocentii XII.* non amplius conceditur derogatio huic Regulæ. ibid. n. 12.
Et Commiſſiones, quæ manu Pontificis hodie ſignantur, non aliter expediuntur, quam cum expectione, quod Literæ Apoſtolicæ expeditæ jam fuerunt. ibid.
Contumacia in expediendis Literis præſtat impedimentum perpetuum, nedum in odium illius, contra quem Cauſa committitur, verum & ſucceſſorum in Beneficio. ibid. n. 13.
Stante identitate Cauſæ, clauſula -- *dummodo Literæ Apoſtolicæ expediantur &c.* -- in prima Commiſſione appoſita, innovata, & repetita cenſetur in omnibus aliis poſterioribus Commiſſionibus, & Inſtantiis. T. 3. p. 92. n. 14.
Limita, quando diſpoſitio reſpicit favorem S. Sedis, & Collatorum Ordinariorum. T. 3. p. 93. n. 26.
Literis Apoſtolicis non expeditis, non cenſetur interrupta Poſſeſſio Triennalis. Et redditur ratio. ibid. n. 27.
Amplia, etiamſi in Commiſſione adeſſet derogatio Regulæ cum ſolita clauſula: *dummodo intra terminum ad articulandum &c.* nam ſi Actor differret ſervare terminum, & interim Reus efficiatur Triennalis Poſſeſſor, obſtabit Regula. ibid. n. 28.
Exceptio Literarum non expeditarum, rite opponitur contra petentem revocationem Attentatorum. ibid. num. 29. & 31.
Literæ ad effectum, ut Regulæ ſit ſatisfactum, ſufficit, quod ante commiſſam Cauſam fuerint expeditæ, nec neceſſe eſt, quod producantur. ibid. n. 32.
Amplia, etiamſi in pluribus eſſent defectuoſæ, quia poſtquam ſunt expeditæ, veræ Literæ dicuntur. ibid. n. 33.
Regulæ cenſura an obſtet, ſi Literæ ſint expeditæ poſt duos, aut tres dies ab obtenta Commiſſione? ibid. n. 34. & ſeqq.
Regulæ diſpoſitio non procedit in Reo, qui non tenetur expedire Literas pro ſe tuendo in poſſeſſione, & obtinenda abſolutoria. ibid. n. 38.
Nec afficit eum, qui commiſit Cauſam Jactationis, & moleſtiarum, quia tali caſu eſt Reus. ibid. n. 39.
Regula locum ſibi non vindicat, ubi agitur ad alium effectum, quam Canonizationis Gratiæ; ſed ſufficit tali caſu ſola Supplicatio ſignata. ibid. n. 41.
Aut, ſi agatur ad effectum docendi de jure tertii & traditur exemplum. ibid. n. 42. 43.
Regulæ diſpoſitio ſolum procedit, ſi de ea, ab illo, cujus intereſt, opponatur. ibid. n. 44.
Et interim lis bona eſt. ibid.
Opponi vero poteſt de Regulæ diſpoſitione quandocumque, etiam poſt rem judicatam, redditque oppoſitio Judicium retronullum ex defectu juriſdictionis. ibid. n. 45.
Limita, ſi tempore, quo de Regula opponitur, Literæ eſſent jam expeditæ. ibid. n. 46.
Probatio, quod Literæ congruo tempore, vel extra illud expeditæ ſint, an ſpectet ad opponentem de cenſura Regulæ, ſeu potius ad illum qui aſſerit Literas congruo tempore expediviſſe? ibid. n. 47. & 48.
Verbum *obtentas*, quod in antiquis Regulis legebatur, poſteaque expunctum, & ejus loco dictum alterum *obtenta*, Regulæ redintegratum fuit a *Sanctiſſimo D. N. Clemente XII.* T. 3. p. 94. n. 49.
Vid. V. Beneficium Litigioſum. Verb. Cauſarum Commiſſiones. Verb. Literæ Apoſtolicæ. Verb. Regula XXVII. Verb. Regula LII.

REGULA XXXII.

Decernit Regula XXXII. quod Impetrans Beneficium vacans per obitum Familiaris Cardinalis, tenetur exprimere Nomen, & Titulum Cardinalis, ac ejuſdem quoque conſenſum, ſi præſens in Curia ſit, reportare. T. 3. p. 103. n. 1.
Regula hæc non reperitur inſerta inter illas *Joannis XXIII.* & *Martini V.* ibid. n. 2.
In illius auctorem alii *Nicolaum V.* agnoſcunt. ibid. n. 3.
Alii vero *Gregorium XI.* ibid. n. 4. & p. 119. n. 227.
Sed *Gregorius* præfatus fuit Auctor partis, & non integræ Regulæ. T. 3. p. 119. n. 227.
Aſſignantur quamplures Regulæ rationes. T. 3. p. 103. n. 8. p. 112. n. 119. p. 127. n. 371. & 372.
Impetrans Beneficium per obitum Familiaris Cardinalis, *Nomen*, ac *Titulum* Cardinalis exprimere debet, quamvis Cardinalis ipſe ſit abſens a Curia. T. 3. p. 104. n. 12. p. 122. n. 275.
Cardinalis tamen *Cognomen* exprimere non tenetur. T. 3. p. 103. n. 11.
Expreſſio Nominis, & Tituli Cardinalis honorat ſolum Cardinalem, ſed non reſtringit libertatem Pontificis in conferendo Beneficia illius familiarium, quemadmodum eam reſtringit Cardinalis conſenſus. T. 3. p. 122. n. 274. p. 109. n. 88.
Pontifices ab antiquiſſimo tempore conſueverant Beneficia vacantia per obitum familiarium Cardinalium de eorumdem conſenſu providere. T. 3. p. 103. n. 6. & 7.
Regula, quoad conſenſum Cardinalium, eſt favorabilis, ideoque eorum reſpectu contra Papam interpretanda. Exorbitans vero, & odioſa ubi agitur in præjudicium tertii. T. 3. p. 103. n. 9. & 10. p. 105. n. 37. p. 113. n. 135. p. 118. n. 224. p. 125. n. 338.
Contrarium, quod ſit etiam exorbitans reſpectu Cardinalium. T. 3. p. 109. n. 88. p. 124. n. 324.

Jus

Jus præſtandi conſenſum in proviſione Beneficiorem ſuorum familiarium competit Cardinalibus ab inſtanti contractæ familiaritatis. T. 3. p. 122. n. 284.

Sed jus illud eventuale eſt, ſi nempe familiari ante obitum qualitas aliqua non ſupervenint, quæ apta ſit impedire conſenſum Cardinalis Patroni. ibid. n. 286.

Conſenſus Cardinalis Patroni, ut locum ſibi vindicet, requiritur, quod familiaritas duraverit ad minus per quatuor menſes, ut Regula præſcribit. T. 3. p. 118. n. 399.

Et Regula in hac parte exorbitans non eſt, ut minus recte exiſtimat Mandoſius. ibid. n. 401. & 402.

Sed pro inducenda reſervatione vigore Regulæ IV. ſufficit, quod quis, momento temporis fuerit Familiaris. Vid. V. Reg. IV. quoad Reſervationem Benef. vacantium.

Familiaritas quadrimeſtris ad effectum Regulæ XXXII. debet eſſe continua. ibid. n. 403. & p. 125. n. 331.

Qui Cardinalis familiaris fuit per duos menſes, & deinde receſſit, ſi poſtea revertatur, & duobus aliis menſibus inſerviat, non dicitur Familiaris quadrimeſtris ad effectum Regulæ. T. 3. p. 118. n. 404.

Quatuor menſes debent eſſe completi. T. 3. p. 119. n. 405.

Poſſunt tamen computari prout in Kalendario poſiti ſunt. ibid. n. 406.

In tempora Quadrimeſtri computari poteſt tempus ante Promotionem ad Cardinalatum, ut Regula decernit. ibidem n. 407.

Idque fuit Regulæ additum ab Alexandro VII. ibid. n. 408.

Decedente Familiari Sede Apoſtolica vacante, tempore quo non adhuc completum erat quadrimeſtre familiaritatis, an in proviſione illius Beneficiorum requiratur conſenſus Cardinalis Patroni? ibid. n. 411. & 412.

Cardinalis ad effectum præſtandi conſenſum in Apoſtolica proviſione Beneficii per obitum ſui familiaris vacantis, Indulto Apoſtolico non indiget. Tom. 3. pag. 135. n. 53.

Conſenſus præfatus debet eſſe expreſſus, nec ſufficit tacitus. T. 3. p. 104. n. 13.

Sed, an ſufficiat, quod Cardinalis intercedat alicujus favore penes Pontificem pro Beneficio ſui familiaris? ibid. n. 14.

In libertate Cardinalis eſt conſenſum præſtare, vel non in proviſione Beneficiorum ſuorum familiarium. ibid. n. 15. p. 138. n. 109.

Et ex quo cenſeatur dicto conſenſui renunciatum? T. 3. p. 138. n. 109.

Nolente Cardinali præſtare conſenſum, Pontifex libere de Beneficiis illius Familiarium diſponit cum derogatione Regulæ. T. 3. p. 104. n. 16.

Secluſo hujuſmodi caſu, Papa fere nunquam Cardinalium Patronorum conſenſui derogare ſolet. ibid. n. 17.

Et ſemel tantum ei derogatum vidiſſe, teſtatur Sotus. ibid.

Conſenſus Cardinalis in proviſione Beneficiorum ſuorum Familiarium, quomodo olim præſtari conſueverat? ibid. n. 18. & 19.

Et quomodo hodie præſtari ſoleat? ibid. n. 20.

Decedente Cardinali poſt præſtitum conſenſum, ſed ante porrectam ab eo, qui illum obtinuit, Pontifici Supplicationem pro Beneficii proviſione, illius collatio ad liberam ejuſdem Pontificis diſpoſitionem pertinet. ibidem n. 21.

Regulæ diſpoſitio locum ſibi vindicat, etiam in Proviſionibus Beneficiorum Familiarium a Pontifice expletis Motu proprio. ibid. n. 22.

Necnon in Proviſionibus Officiorum quorumcumque ſpiritualium, quæ in titulum conferri ſolent; ſecus, ſi Officia ſint mere temporalia, ſeu mixta. ibid. n. 23.

Comprehendit Regula Proviſiones Beneficiorum familiarium in Commendam expletas, ac ita reſolutum. ibid. n. 24. & 27.

Reprobatur Sotus contrarium exiſtimans, & illius rationi reſpondetur. ibid. n. 26.

Conſenſus Cardinalium Patronorum præſtandus eſt vigore Regulæ in Proviſionibus omnium, & quorumcumque Beneficiorum ſuorum Familiarium. ibid. n. 28.

Et quoad Beneficia, quæ non ſunt curata, redolet conſenſus præfatus ſpeciem Proviſionis; & de ratione. ibid. n. 29. p. 119. n. 233. & 235.

Reſpectu vero Eccleſiarum Parochialium, conſenſus eſt tantum honorificus, cum præſtari debeat favore Perſonæ prælectæ in Concurſu. T. 3. p. 105. n. 30.

Conſenſus Cardinalium præſtari debet, etiamſi Beneficia Familiarium vacent in Curia. Et redditur ratio. ibid. n. 31. & 32. p. 112. num. 116. p. 116. num. 178. p. 119. n. 229. p. 121. n. 261.

Limita, ſi Familiaris fuerit etiam Curialis. Tom. 3. p. 105. n. 33. & 41. p. 112. n. 117.

Contrarium, quod conſenſus præſtari debeat, etiamſi Familiaris moriatur in Curia, & fuerit Curialis. Redduntur rationes. T. 3. p. 105. n. 34. 36. & ſeqq.

Et ita alias ſervatum. ibid. n. 41.

Familiari, Sede Apoſtolica vacante decedente, adhuc Cardinali competit Privilegium conſenſus in proviſione illius Beneficiorum. T. 3. p. 125. n. 341.

Exponuntur plures rationes, quæ tamen tanquam inſubſiſtentes refelluntur. ibid. n. 342. p. 126. n. 343. & ſeqq.

Et traditur vera ratio, quia Privilegium conſenſus competit hodie Cardinalibus, etiam vigore Conſtitutionum Gregorii XIV. & Pauli V. quæ Sede Apoſtolica vacante, non expirant. T. 3. p. 126. n. 354. & 355.

Reprobatur Cardinalis de Luca exiſtimans per dictas Conſtitutiones præſervari Regulam in ſuis terminis, quatenus ſcilicet locum habeat, ſed jus novum non induci circa Privilegium conſenſus Cardinalibus elargitum. ibid. n. 356. & 357.

Decedente illo, qui inter familiares Cardinalis receptus fuerat tempore Conclavis, ſed ante Pontificis electionem ſervitium dimiſerat, non competit Cardinali conſenſus in proviſione Beneficiorum, quæ antea obtinebat. ibidem n. 358.

Cardinalis conſenſus requiritur, nedum in proviſione Beneficiorum, quæ familiaris durante familiaritate, ſed eorum quoque, quæ antea obtinebat. T. 3. p. 123. n. 299. & p. 124. n. 311. & 314.

Diſſoluta etiam Familiaritate, conſenſus Cardinalis, qui fuit Patronus, requiritur in proviſione Beneficiorum, quæ familiaris obtinebat ante, vel durante familiaritate. Et ita reſolutum. T. 3. p. 123. n. 303. & 306.

Regula locum ſibi non vindicat in Proviſionibus Beneficiorum de Jurepatronatus laicali, vel mixto, vacantium per obitum Familiarium. T. 3. p. 105. n. 43. & 44.

Intellige, ſi Juſpatronatus competat ex fundatione, ſed dotatione, ſecus, ſi ex Privilegio, aut præſcriptione. ibid. n. 45.

In proviſione Beneficii de Jurepatronatus, per obitum familiaris in Curia, vacantis, & a Pontifice cum derogatione eidem Jurispatronatus expleta, conſenſus Cardinalis non requiritur, & quare? ibid. num. 46. & pag. 120. n. 247. & 248.

Neque requiritur in proviſione Beneficii, non per obitum naturalem Familiaris, ſed civilem, vacantis. T. 3. p. 108. n. 47.

Aut Beneficii, de quo Familiaris ſit ipſo jure privatus. ibid. n. 48.

Seu vacantis juxta Decretum in proviſione alterius incompatibilis adjectum. ibid. n. 49.

In reſignatione Beneficii a Familiari alterius favore expleta, Regulæ diſpoſitio locum ſibi non vindicat. ibidem n. 50.

Et quid ſi Familiaris reſignans decedat infra viginti dies a die præſtiti conſenſus, an in proviſione illius Beneficii requiratur conſenſus Cardinalis Patroni? T. 2. pag. 139. n. 29. T. 3. p. 106. n. 54.

Conſenſus Cardinalis Patroni non requiritur in Permutatione Beneficii a ſuo Familiari expleta. Tom. 3. p. 106. n. 51.

Nec in libera ceſſione facta in manibus Ordinarii. ibidem n. 52.

Quemadmodum, nec ſi Familiaris Coadjutorem in Beneficio, quod obtinet, deputari obtineat. ibid. n. 53.

Regulæ diſpoſitio non afficit Beneficia Familiarium, quæ vacant per Promotionem; Et de ratione. ibid. num. 56. & 57.

Nec Proviſiones Beneficiorum eorumdem Familiarium, ſuper quibus ante vacationem lis aderat. ibid. n. 58.

Regula non procedit in ſubrogatione gratioſa conceſſa ſuperſtiti Colitiganti in juribus Familiari defuncto competentibus ſuper Beneficio litigioſo. ibid. n. 59. p. 119. n. 231. p. 122. n. 276.

Requiritur tamen conſenſus Cardinalis, ſi ſubrogatio non Colitiganti, ſed tertio concedatur. T. 3. p. 106. n. 60. p. 119. n. 232. p. 122. n. 277.

Et redditur ratio. T. 3. p. 122. n. 278.

Gratiæ ſuper Beneficiis Familiarium, quæ ſecundariæ vocantur, nempe Perinde valere, ſi Neutri, & ſimiles, diſpoſitioni Regulæ non ſubjacent. T. 3. p. 106. n. 61.

Et ita olim conſulti, reſponderunt Abbreviatores de Parco. ibid. n. 62.

Impetrans Beneficium Familiaris, ex quo proviſus de conſenſu Cardinalis Patroni, verum illius valorem non expreſſit, non tenetur exprimere Nomen, & Titulum Cardinalis, nec illius conſenſum exquirere. ibid. num. 63. 64. & 65.

Redditur ratio, quia conſenſus Cardinalis requiritur in primæva Beneficii ſui Familiaris proviſione, ſecus, ſi

prima vacatione conſumta; impetretur ex alio capite, quam Familiaritatis Cardinalitiæ. Tom. 3. pag. 106. num. 64.

Aſſignatur, & altera ratio. *ibid.* n. 65.

Regulæ diſpoſitio locum ſibi non vindicat, ſi defunctus Familiaris Cardinalis erat Papæ *Officialis*, ut in Regula diſponitur, & quare? Tom. 3. pag. 107. num. 66. 67. p. 111. n. 108.

Regula, dum excludit conſenſum Cardinalis a Beneficiis *Officialium*, relationem habet ad *Officiales* numeratos in *Extravag. ad Regimen.* T. 3. pag. 111. n. 110. pag. 113. n. 126.

Contrarium, quod comprehendat etiam Beneficia illorum *Officialium*, qui licet non enumerati, comprehenduntur tamen ſub *Extravag.* etiamſi fuerint poſt illam creati. T. 3. p. 114. n. 148, & ſeqq.
Vid. V. Officiales Sedis Apoſtolicæ.

Regula, dum excludit Cardinales a præſtando conſenſu in Proviſione Beneficiorum ſuorum Familiarium *Officialium*, indiſtincte loquitur abſque ulla differentia inter veros, & fictos *Officiales*. *ibid.* n. 145.

Hac ratione, eoſdem Cardinales excludit a conſenſu præſtando in proviſione Beneficiorum ſuorum Familiarium, qui obtinuerunt Officium *Militis Pii*, aut *Lilii*. *ibid.* numer. 146.

Seu Officium Militis *S. Petri*, aut eſſent *Cubicularii*. T. 3. p. 111. n. 112. p. 114. n. 147.

Conſenſus Cardinalis requiritur in proviſione Beneficii ſui Familiaris, qui fuit etiam Protonotarius creatus a Cardinali Legato, & redduntur rationes. Tom. 3. p. 113. a n. 125. uſque ad n. 135.

Contrarium, & quare? *ibid.* n. 140. & ſeqq.

Et ita reſolutum a Congregatione particulari, quæ Reſolutio approbata fuit a ſan. mem. *Innoc. XII.* T. 3. p. 115. n. 164.

Ex Compacto inito in Conclavi *Innocentii VIII.* inter Cardinales, permiſſum erat illis conſenſum præſtare in Proviſionibus Beneficiorum vacantium per obitum ſuorum Familiarium, qui fuerant Protonotarii Apoſtolici, vel Scriptores Literarum Apoſtolicarum. T. 3. p. 113. n. 136.
Vid. V. Facta Conclavis.

Regulæ diſpoſitio locum non habet, ſi una cum Familiaritate Cardinalitia concurrat altera reſervatio perſonalis, quæ veluti dignior, ſuffocat alteram minus dignam Cardinalis. Tom. 3. pag. 107. n. 68. p. 114. n. 143. p. 116. n. 176.

Licet locus ſit conſenſui, ſi altera reſervatio ſit realis, nam tunc prævalet Familiaritas Cardinalis, tanquam perſonalis, & dignior. T. 3. p. 107. n. 69. p. 120. n. 249.

Cardinalis conſenſus requiritur in Proviſione Dignitatis majoris in Cathedrali, aut principalis in Collegiata, per obitum ſui Familiaris vacantis. T. 3. p. 107. n. 70. p. 114. n. 161.

Et ita reſolutum. T. 3. p. 107. n. 73. p. 113. n. 138.

Limita, ſi prima Dignitas vacaverit in Menſe reſervato, nam tunc concurrentibus duabus reſervationibus realibus, altera ratione primæ Dignitatis, altera ob illius vacationem in Menſe reſervato, ceſſat conſenſus. Tom. 3. p. 107. n. 71.

Regula non procedit in Proviſione Beneficii vacantis per obitum illius, qui fuerat familiaris Papæ, & Cardinalis, quia familiaritas Papæ offuſcat, & ceſſare facit illam Cardinalis. *ibid.* n. 74. p. 109. n. 95. p. 115. n. 169. 181. & ſeq. p. 120. n. 249. & ſeq. p. 124. n. 313.

Etiamſi Familiaris Papæ non fuerit Officialis. T. 3. p. 107. n. 75. p. 111. n. 113.

Et quamvis per obitum Papæ diſſoluta eſſet familiaritas, nam licet tunc extinguatur reſervatio, remanet tamen affectio, quæ ejuſdem eſt efficaciæ. Tom. 3. p. 107. n. 77. & 78. p. 115. n. 169. p. 116. n. 183. p. 124. n. 313.

Amplia itidem, quamvis familiaritas Papæ non eſſet vera *ex mente, & dente*, ſed ficta, & ex Privilegio. Tom. 3. p. 107. n. 79. p. 110. n. 100. p. 111. n. 108.

Et ita pluries reſolutum fuit. T. 3. p. 107. n. 81. & p. 108. n. 82.

Intellige in Beneficiis obtentis ante, vel durante familiaritate Papæ, ſecus in iis poſt diſſolutam familiaritatem acquiſitis, eorum namque reſpectu intrat conſenſus Cardinalis. T. 3. p. 107. n. 76. & p. 115. n. 170. & 174. & p. 124. n. 315. & 316.

Quemadmodum, ſi Familiaris Papæ ſe transferat ad ſervitium Cardinalis, & in ejus familiaritate decedat, Cardinalis poteſt præſtare conſenſum in Proviſione Beneficiorum, quæ obtinuerat diſſolutam Familiaritate Papæ, ſecus quoad obtenta ante, vel ea durante. Tom. 3. p. 124. n. 312. 315. & ſeqq.

Cardinalis nequit præſtare conſenſum in proviſione Beneficiorum ſui Familiaris, quæ tempore familiaritatis obtinebat, ſi poſtea ad Pontificis familiaritatem transierit. *ibid.* T. 3. p. 114. n. 320.

Pro excludendo conſenſu Cardinalis, neceſſe non eſt, quod Beneficium Familiaris ſit duplici alteri reſervationi obnoxium, ſed ſufficit altera reſervatio perſonalis præter illam, quæ ex familiaritate ipſa reſultat. T. 3. p. 117. n. 198.

Cardinalis non prohibetur præſtare conſenſum in Proviſione Beneficii vacantis per obitum ſui Familiaris, qui fuerat *Conclaviſta*. Et redduntur rationes. T. 3. p. 115. a n. 165. uſque ad n. 171.

Contrarium, & quare? T. 3. p. 115. a n. 173. & ſeqq.

Et ita pluries ſervatum. T. 3. p. 117. n. 202.

Et reprobatur *Cardinalis de Luca.* *ibid.* n. 199. & 200.

Nec non *Spada*, qui exiſtimat, quod tranſeunte Conclaviſta ad familiaritatem Cardinalis, diſſolvatur familiaritas ratione Conclaviſtatus contracta cum Papa, & in proviſione illius Beneficiorum requiratur conſenſus Cardinalis. T. 3. p. 114. n. 317. & ſeqq.

Et in quibus terminis procedere poſſet opinio *Spadæ*? *ibid.* n. 318. & 319. p. 116. n. 355.

Cardinalis præſtare nequit conſenſum in proviſione Beneficiorum ſuorum familiarium, qui fuerunt *Dapiferi*, ſi Beneficia obtenta fuerint ante, vel durante familiaritate Pontificis, in cujus Conclavi inſervierunt. T. 3. p. 117. n. 203.

Competit vero Privilegium conſenſus quoad Beneficia obtenta poſt obitum ejuſdem Pontificis. *ibid.* n. 204.

Limita, ſi *Dapifer* fuerit creatus Protonotarius a tribus Cardinalibus *Ordinum Capitulis*, quo caſu, etiam quoad Beneficia poſt obitum Pontificis obtenta, ceſſat Cardinalis conſenſus. Et redditur ratio. *ibid.* n. 105. & 106.

Cardinalibus competit conſenſus, etiam in Proviſione Beneficiorum Urbis, quæ vacant per obitum ſuorum Familiarium, quæque ſpectant ad liberam collationem Pontificis, tanquam *Urbis Romæ Epiſcopi*, nec ſubjacent alicui Titulo Cardinalitio. Et redduntur rationes. T. 3. p. 118. a n. 207. uſque ad n. 230.

Contrarium, aſſignantur rationes, & reſpondetur contrariis rationibus. T. 3. p. 119. a n. 231. uſque ad n. 250. p. 121. a n. 252. uſque ad n. 279.

Et ita pluries deciſum tam reſpectu Canonicatuum Eccleſiarum *S. Mariæ ad Martyres*, quam *S. Celſi*. T. 3. p. 120. n. 251.

Beneficia Urbis obnoxia eſſe poſſunt Conſenſui Cardinalium Patronorum, quando ſpectant ad collationem aliorum Cardinalium, Capitulorum, aliorumque inferiorum Collatorum. T. 3. p. 121. n. 261. & 271.

Cardinalis Patroni conſenſus non requiritur in proviſione Beneficii exiſtentis in Eccleſia Titulari, & vacantis tempore, quo Titularis defunctus erat. Et ita ſervatum. T. 3. p. 122. n. 280. & p. 123. n. 290.

Redditur ratio, quia non exiſtente Titulari, Papa Beneficia Eccleſiæ Titularis confert jure proprio, & ut Epiſcopus Urbis Romæ. *ibid.* n. 281. & 192.
Vid. V. Beneficia Urbis.

Conſenſus Cardinalis Patroni requiritur in proviſione Beneficii ſui Familiaris exiſtentis in Eccleſia Titulari, quod vivente Cardinali Titulari vacaverat, & poſt ejus obitum expletur a Papa? T. 3. p. 123. n. 188.

Præſtari itidem debet conſenſus, pro Beneficio exiſtente in Eccleſia Titulari, ſi Cardinalis Titularis abſit a Curia. Et redditur ratio. *ibid.* n. 291. & 293.

Ac ita alias ſervatum. *ibid.* n. 298.

Cardinalis Patronus non gaudet Privilegio conſenſus, niſi vere, & realiter, & non ficte ſit præſens in Curia. Et aſſignantur rationes. Tom. 1. p. 391. n. 61. T. 3. p. 157. n. 370. & ſeqq.

Amplia, etiamſi a Curia abſit *ex quacumque Cauſa quantumvis neceſſaria, & neceſſario exprimenda*, ut legitur in Regula. *ibid.* n. 373.

Declarationem hanc a *Paulo V.* primo editam, Succeſſores Pontifices in eorum Regulis inſeruerunt. *ibid.* n. 374.

Cardinalis abſens ex cauſa Legationis, aut Reſidentiæ penes ſuam Eccleſiam Epiſcopalem, aut de licentia Papæ, Privilegio conſenſus non gaudet. T. 1. p. 390. n. 49. & p. 394. n. 97. T. 3. p. 127. n. 375. 379. 380.

In *Regula XXXII* edita ab *Alexandro VII.* exquirebatur conſenſus Cardinalis præſentis in Curia, *vel, ſi ob ſervitium Sedis Apoſtolicæ, cum licentia Sanctitatis Suæ, abſens fuerit, vel apud ejus Eccleſiam reſideat.* Tom. 3. pag. 127. n. 376.

Sed poſtea verba præfata, reclamantibus Datariæ Miniſtris, mandavit idem Pontifex a Regula deleri. *ibid.* numer. 377.

Et deletio hujuſmodi huc uſque a Succeſſoribus approbata fuit. *ibid.* n. 378.

Cardinales

Cardinales pariter abſentes a Curia, etiam ex cauſa Legationis, aut reſidentiæ apud Eccleſias Epiſcopales ſibi commiſſas, conferre nequeunt Beneficia in ſuis Titulis exiſtentia. *Vid. V. Reg. VIII.*

Regulæ VIII. & XXXII. eundem finem reſpiciunt, allicere nempe Cardinales ad reſidendum in Curia pro ſervitio Papæ, & Sedis Apoſtolicæ. T. 3. p. 128. n. 384.

Cardinales abſentes a *Curia* gaudent Privilegio conſenſus, ſi Papa illud ex gratia indulgeat. *ibid.* n. 385.

Aut, ſi tempore proviſionis, præſentes in *Curia* reperiuntur. T. 1. p. 391. n. 72. & ſeq.

Contrarium. T. 1. p. 395. n. 112. & ſeqq.

Vel, ſi ubilibet degentes, *Familiamque, & lares in eadem Curia retinentes, ab ipſa Curia receſſerint, ad eamdem illico reverſuri, & infra decem, vel ad ſummum quindecim dies, vere, & perſonaliter reverſi fuerint.* T. 3. p. 128. n. 386.

Verba mox exſcripta, primo Regulæ addita fuerunt a *Gregorio XIV.* *ibid.* n. 387.

Et præſeferunt imaginem quandam illius extenſionis, quam circa reſervationem Beneficiorum *apud Sedem* vacantium, fecit *Bonifacius VIII.* in *Cap. Præſenti 34. de Præbend. in 6.* *ibid.* n. 388.

Sed etiam ante additionem præfatam, Cardinales parum a *Curia* diſtantes, ſed cito ad eam reverſuri, Privilegio conſenſus gaudebant. *ibid.* n. 389.

Decem, vel *quindecim* dies, intra quos Cardinalis abſens ad *Curiam* reverti debet, ut Privilegio conſenſus gaudere poſſit, numerantur a die ejus receſſus a *Curia*. *ibid.* num. 390.

Et reditus fieri debet animo in *Curia* permanendi, alias pro non reverſo haberetur. *ibid.* n. 391.

Si quis duobus Cardinalibus inſervivit, & tempore ejus obitus, primus ſit abſens a *Curia*, proviſio Beneficii in prima familiaritate obtenti, non libere a Pontifice, ſed de conſenſu alterius Cardinalis præſentis expleri debet. Et redduntur rationes. *ibid.* n. 393. 394. & ſeqq.

Primo Cardinali Patrono in *Curia* præſente, & ſecundo abſente, primus ſolum conſenſum præſtare poteſt in proviſione Beneficiorum, quæ defunctus Familiaris, durante priori familiaritate, obtinebat, ſecus quoad alia poſtea acquiſita. *ibid.* n. 396.

Defuncto Cardinali, ſi Familiaris ad alterius Cardinalis familiaritatem tranſeat, requiritur iſtius conſenſus tam in proviſione Beneficiorum, quæ ante primam familiaritatem, quam eorum, quæ ea durante, obtinebat. Et redditur ratio. T. 3. p. 123. n. 307. 308. 309. 311.

Si Familiaris unius Cardinalis ad alterius tranſeat familiaritatem, & utroque ſuperſtite decedat, reſpectu Beneficiorum, quæ prima durante familiaritate obtinebat, requiritur conſenſus primi Cardinalis, & conſenſus ſecundi in proviſione aliorum, quæ poſtea obtinuerat. T. 3. p. 124. n. 310.

Cardinalis conſenſus requiritur in proviſione Beneficiorum ſui Familiaris, qui etiam Magnati ſæculari eodem tempore ſervitium ſuum præſtabat. *ibid.* n. 311.

Contrarium. *ibid.* n. 314. & ſeqq. & p. 125. n. 329. & ſeqq.

Sed plurium caſuum diſtinctione utraque Sententia conciliatur. T. 3. p. 125. n. 335. & ſeqq.

Quemadmodum requiritur conſenſus in proviſione Beneficii Familiaris, qui ſciente; & tolerante Cardinali Patrono, licet non mandante, alteri illius familiari inſerviebat. T. 3. p. 124. n. 322.

Cardinalis Patronus, an conſenſum præſtare poſſit in Beneficio obtento per Familiarem, quod ſpectat ad collationem alterius Cardinalis ordinarii Collatoris? *Vid. V. Regula XXVIII.*

Et quid ſi ſpectet ad collationem Cardinalis Titularis? *Vid. eod. V.*

Cardinalis, qui conſenſum præſtare debet in proviſione Beneficii vacantis per obitum ſui Familiaris, an poſſit ſuper eo Penſiones imponere, ſeu potius illæ Pontificis arbitrio reſervandæ ſint? T. 3. p. 126. n. 360. & ſeqq.

REGULA XXXIII.

Regula XXXIII. declaratoria eſt præcedentis Reg. XXXII. T. 3. p. 132. n. 2.

Decernit in prima parte, quod Beneficium extra Curiam vacans per obitum familiaris Cardinalis, ſi ad alterius Cardinalis collationem ſpectet, in illius proviſione non requiritur conſenſus Cardinalis Patroni. *ibid.* num. 2. & p. 138. n. 96.

In ſecunda vero mandat, quod Beneficio familiaris *apud Sedem* vacante, conſenſus in Apoſtolica proviſione præſtari debet a Cardinali ordinario Collatore, non a Cardinali Patrono. Tom. 3. pag. 132. n. 3. & p. 138. n. 97. & 98.

Regula originem trahit a declaratione quadam *Adriani VI.* T. 3. p. 131. n. 4.

Et ex ea *Julius III.* Regulam efformavit. *ibid.* num. 5.

Traditur ratio Regulæ, quia Cardinalis Privilegiatus ſuo non utitur Privilegio adverſus alium Cardinalem pariter privilegiatum. *ibid.* n. 6.

S. Pius V. quid circa Cardinalium Indulta diſpoſuit? *ibid.* n. 7.

Conſtitutiones *Gregorii XIV.* la IX. & *Pauli V.* la LVIII. dum mandant, quod Beneficia, ſive in Curia, ſive extra, vacantia per obitum Familiaris unius Cardinalis, conferri non poſſint ab altero Cardinali ordinario Collatore, reſpiciunt primam partem Regulæ *ibid.* num. 11. & 12.

Et decernentes, quod tali caſu in proviſione eorumdem Beneficiorum a Sede Apoſtolica explenda, intercedere debeat conſenſus Cardinalis Patroni, non Cardinalis ordinarii Collatoris, percutiunt ſecundam partem ejuſdem Reg. XXXIII. *ibid.* n. 13. & 14.

Et ſic per dictas Conſtitutiones, ad quarum formam hodie expediuntur Indulta Cardinalium, revocata remanſit *Regula XXXIII.* in utraque ſui parte. Tom. 3. p. 133. n. 15. & 16. p. 136. n. 65. 67. p. 138. n. 59. & 106.

Regula præfata, quamvis poſt laudatas Conſtitutiones, una cum aliis Regulis ſemper publicata fuerit, non exinde cenſetur per eam voluiſſe Pontifices iiſdem Conſtitutionibus derogare. Et redditur ratio. T. 3. p. 133. n. 17. & 18. & ſeqq. & n. 44.

Verba, quæ leguntur in Regula -- *Salvis tamen ſemper Indultis conceſſis, & concedendis eiſdem S. R. E. Cardinalibus* -- addita fuerunt tempore ſan. mem. *Alexandri VII.* T. 3. p. 133. n. 22.

Et quidem ad effectum demonſtrandi, quod Regulæ diſpoſitio jam abrogata erat per Conſtitutiones *Gregorianam*, & *Paulinam*. *ibid.* n. 21.

Tempore *Alexandri VIII.* actum de expungenda Regula a volumine Regularum, & nova efformanda ad tramites dictarum Conſtitutionum. *ibid.* n. 23.

Sed Pontifex mandavit, nil innovari, & quare? *ibid.* n. 24. p. 136. n. 68. 69. 70. 77. 78. & p. 138. n. 100.

Regula XXXIII. quamvis abrogata, non eſt ſuperflua. T. 3. p. 133. n. 25.

Abſente a Curia, vel mortuo Cardinali Patrono, proviſio Beneficii exiſtentis in Eccleſia Titulari vacantis per obitum Familiaris, ſpectat ad liberam Pontificis diſpoſitionem, & non ad Cardinalem Titularem. *ibid.* num. 28. p. 134. n. 40.

Proviſio Beneficii ſpectantis ad ordinariam collationem Cardinalis, uti Epiſcopi, vel Abbatis, & vacantis per obitum Familiaris, expletur a Papa cum conſenſu Cardinalis Patroni, juxta Conſtitutiones *Gregorii*, & *Pauli*, & redditur ratio. T. 3. p. 133. n. 29. 30. 31.

In proviſione Beneficii per obitum Familiaris, & ſpectantis ad collationem Cardinalis Titularis, Conſenſus præſtari debet ab ipſo Titulari ad tramites Regulæ, & non a Cardinali Patrono juxta *Gregorii*, & *Pauli* Conſtitutiones? T. 3. p. 134. n. 33.

Et pro hujuſmodi conſenſu præſtando non indiget Cardinalis Titularis Indulto conferendi Beneficia reſervata ex capite Familiaritatis. T. 3. p. 135. n. 52.

Reſpondetur contrariis auctoritatibus. T. 3. p. 134. n. 34. 50. & 51.

Et explicantur Conſtitutiones *Gregorii*, & *Pauli*, ut ſcilicet, dum adimunt Cardinali Ordinario Collatori Privilegium conſenſus in Concurſu cum Cardinali Patrono, loquatur de Ordinario Collatore ratione Epiſcopatus, non ſui Tituli Cardinalatus. *ibid.* n. 37.

Contrarium, quod in ſupradicto caſu conſenſus præſtari debeat a Cardinali Patrono, & non a Cardinali Titulari. T. 3. p. 135. n. 55.

Ac ita reſolutum a Congregatione particulari anno 1680. T. 3. p. 136. n. 75.

Et redduntur rationes. Tom. 3. p. 135. n. 56. & pluribus ſeqq.

Regula XXXIII. præferens in præſtando conſenſu Cardinalem ordinarium Collatorem Cardinali Patrono, ſuum obtinet vigorem, quando Cardinalis ordinarius Collator Indulto gaudet Apoſtolico conferendi Beneficia reſervata ex capite familiaritatis. T. 3. p. 133. n. 26. p. 136. n. 68. 69. 70. & 77. p. 137. n. 85. & p. 138. n. 99. & 100.

Et hoc caſu ceſſant Conſtitutiones *Gregorii*, & *Pauli*. T. 3. p. 133. n. 26.

Et facultas conferendi Beneficia præfata ſolam indulgere conſuevit Cardinalibus Pontificum Nepotibus. *ibid.* n. 27. & p. 136. n. 78.

Si Cardinalis ordinarius Collator Indulto gaudens conſerendi Beneficia reſervata ex capite Familiaritatis, ea conferre non poſſit, ex quo eorum ſequatur vacatio *apud Sedem*, tunc quia ceſſat illius favor, locus eſſe debet conſenſui favore Cardinalis Patroni. T. 3. p. 137. n. 88.

Contrarium, quia tali caſu Cardinalis ordinarius Collator excludit Cardinalem Patronum, & licet ille conferre non poſſit, viam aperit Datariæ pro libera Beneficii collatione. *ibid.* n. 89. & ſeq.

Et ſic alias ſervatum in caſu Proviſionis Beneficii vacantis per obitum Familiaris, qui fuerat Dapifer, & concurrebant Dataria, Cardinalis Indultarius, & Cardinalis Patronus. *ibid.* n. 93.

Excluſio Beneficiorum *apud Sedem* vacantium ab Indultis Cardinalium, non operatur, quod cenſeantur ipſi excluſi etiam a præſtando conſenſu in proviſione Beneficiorum apud *eandem Sedem* vacantium. T. 3. p. 138. n. 102.

Exponitur differentia, quæ viget inter collationem Beneficii, & conſenſum in illius proviſione præſtandum. *ibid.* n. 103.

Cardinalis Indulto gaudens conferendi Beneficia reſervata ex capite familiaritatis, non poteſt illius vigore præſtare præſtare cenſenſum ſuper illorum proviſione, ſi hæc a Dataria expleri debeat. *ibid.* n. 107.

Nec hujuſmodi conſenſus aliquando præſtiti ullum adeſt exemplum. *ibid.* n. 108.

Sede Apoſtolica vacante, ceſſat diſpoſitio *Regulæ XXXIII.* T. 3. p. 137. n. 82.

Proindeque facilius, defuncto dicto tempore Familiari, intrat conſenſus Cardinalis Patroni ad excluſionem Cardinalis ordinarii Collatoris. *ibid.* n. 83.

Sed non exinde erui poteſt, quod eveniente obitu Familiaris Sede plena, præferri debeat conſenſus Cardinalis Titularis. *ibid.*

Defuncto Cardinalis Familiari, qui fuerat etiam *Curialis*, Beneficium exiſtens in Eccleſia Titulari ſpectat ad liberam collationem Datariæ abſque conſenſu Cardinalis Patroni, aut Cardinalis Titularis. *ibidem* numer. 84. 85. & ſeqq.

Et ita reſolutum a Congregatione particulari. *ibid.* n. 84.

REGULA XXXIV.

Si concurrant eodem die ſuper quocumque Beneficio duæ Pontificis Signaturæ, altera per *Fiat*, altera per *Conceſſum*, illa expleta per *Fiat* præferenda eſt vigore Regulæ XXXIV. T. 3. p. 140. n. 1.

Regula cum Jure communi concordat. T. 3. p. 141. n. 3.

Et eſt de antiquis Regulis Curiæ, eamque *Julius III.* & *Gregorius XIII.* ampliarunt. *ibid.* n. 4.

Reprobatur Auctor *Gallus* Anonymus exiſtimans, differentiam inter Signaturas per *Fiat*, & per *Conceſſum* adinventas fuiſſe ad effectum lites protrahendi. *ibidem* num. 5. & 6.

Gratia ſignata per *Fiat*, ejuſdem eſt efficaciæ, ac illa ſignata per *Conceſſum*. T. 3. p. 144. n. 38. & 39.

Et diſcrimen inter illas ſolum adeſt in terminis Regulæ, quando ambæ Signaturæ concurrant in pari Data. *ibid.* num. 40.

Explicatur, quomodo Regula poſſit ad praxim deduci, ſi ex Literis Apoſtolicis non dignoſcitur, an Gratia ſit conceſſa per *Fiat*, an per *Conceſſum*, & cæteroquin juxta formam Supplicationis judicari non poſſit ad tramites *Regulæ XXVII.* *ibid.* n. 41. & 42.

Diſpoſitio *Regulæ XXVII.* non procedit quando Supplicatio producitur pro declaratione Literarum. *ibid.* n. 43.

Regula, ut locum ſibi vindicet, non requirit, ut habentes Signaturam per *Fiat*, & per *Conceſſum*, ſint in meritis æquales. *ibid.* n. 44.

Sed habens Signaturam per *Fiat* præferendus eſt habenti Signaturam per *Conceſſum*, quamvis ille ſit Doctor, ſeu alias magis qualificatus. *ibid.* n. 45.

Imo præfertur, etiamſi qui habuit Signaturam per *Conceſſum*, prius adeptus fuiſſet Beneficii poſſeſſionem. T. 3. p. 145. n. 46.

Aut, ſi Gratia ſignata per *Conceſſum* ſit elargita *Motu proprio*. *ibid.* n. 47.

Et traditur exemplum *Motus proprii* emanati per *Conceſſum*. *ibid.* n. 48.

Seu contineat clauſulas prægnantes, & privilegiativas. *ibid.* n. 49.

Signatura per Fiat præfertur Signaturæ per *Conceſſum*, etiam in reſignatione Beneficiorum, ſive ſimplici, ſive ad favorem. *ibid.* n. 50.

Limita, ſi conſenſus ſit a Reſignante præſtitus favore habentis Signaturam per *Conceſſum*. *ibid.* n. 51.

Procedit etiam diſpoſitio Regulæ in Gratia Penſionis, quæ duorum favore ſit ſignata per *Fiat*, & per *Conceſſum*. T. 3. p. 145. n. 52.

Explicatur *Tondutus*, qui exiſtimat, utramque Penſionem hoc caſu eſſe nullam. *ibid.* n. 53.

Signatura per *Fiat* non præfertur alteri per *Conceſſum*, quando probari poſſit illius anterioritas, etiam per horam: Et quare? *ibid.* n. 54.

Contrarium, & redduntur rationes. *ibid.* n. 55. & 58.

Signatura per *Conceſſum* præfertur alteri per *Fiat*, ſi hæc ſit ſubreptitie impetrata. *ibid.* n. 60.

Concurrentibus Signatura per *Fiat*, & altera per *Fiat*, *ut petitur*, hæc tamquam præſtantior, præfertur. *ibid.* numer. 62.

Et in concurſu Signaturæ per *Fiat Motu proprio*, & alterius per *Fiat ut petitur*, primæ debetur prælatio. *ibidem* numer. 63.

Ex duobus, qui habent ſub eadem Data Signaturam per *Fiat*, & per *Conceſſum*, ille præfertur, qui magis eſt qualificatus, ad tramites *Regulæ XXVII.* *ibid.* n. 64.

Et ſi ambo ſit in meritis pares, locus eſt gratificationi Pontificis. *ibid.* n. 65.

Et quid ſi Pontifex eam indulgere nolit? *ibid.* n. 66.

Vid. Vt Signatura per Fiat, *Signatura per* Conceſſum.

De Tribus Nominibus, quibus Papa ſubſcribendo utitur, & cur ſupplicationibus ſubſcribat Nomine, quod in Baptiſmate recepit, & in Literis quæ poſtea expediuntur apponatur Nomen, quod in Pontificatu aſſumpſit? *Vid. V. Papa.*

REGULA XXXV.

Innocentius VIII. Auctor Regulæ. T. 3. p. 149. n. 1.

Rectius alii in illius auctorem agnoſcunt *Eugenium IV.* *ibid.* n. 2. & p. 154. n. 100.

Sed *Nicolaus V*, inter Regulas Cancellariæ eam inſeruit. T. 3. p. 149. n. 3.

Et *Julius III.* in hanc, quæ modo legitur formam, reduxit. *ibid.* n. 4.

Regula eſt una ex receptis in Gallia. *ibid.* n. 5.

Unde originem habuit? *ibid.* n. 6.

Et quæ ſit illius cauſa finalis? *ibid.* n. 7.

Reſpicit commune bonum & publicam utilitatem, unde favorabilis reputatur. *ibid.* n. 8. & 17.

Et in quo differat a Regula de *Triennali*? T. 3. pag. 153. n. 89. p. 162. n. 13. 15. & 16. p. 175. n. 214. 215.

Decernit in prima parte, quod impetrans Beneficium ab alio per annum pacifice poſſeſſum, tenetur exprimere *Nomen*, *Gradum*, *&* *Nobilitatem* Poſſeſſoris: quot annis illud poſſederit, & determinatam cauſam, ob quam eidem Jus ſuper illo non competat. T. 3. p. 149. n. 9.

Et huic primæ parti Regulæ, Dataria paſſim derogare ſolet. *ibid.* n. 10.

Eique etiam derogari poteſt per Legatum. *ibid.*

Ac ſufficit, quod ei derogetur in ſupplicatione. *ibidem* numer. 11.

Derogatio tamen debet eſſe ſpecialis, & expreſſa. *ibidem* n. 12.

Sed hodie in quibuſcumque ſupplicationibus apponitur clauſula -- *Et cum derogatione Regulæ de Annali poſſeſſore quoad primam ejus partem.* *ibid.* n. 13.

Derogatio præfata, ut locum ſibi vindicet, opus eſt quod Gratia principalis irrita non ſit. *ibid.* n. 14.

Regula *in ſecunda parte* decernis, quod Impetrans Beneficium Annalis poſſeſſoris tenetur illum intra *ſex menſes* in judicium vacare, & ex tunc cauſam intra annum, uſque ad ſententiam diffinitivam incluſive, proſequi, ſub pœna nullitatis gratiæ. *ibid.* n. 15. & p. 150. n. 34.

Hæc ſecunda pars Regulæ non amplius ſervatur in *Gallia*. T. 3. p. 149. n. 16.

Licet nonnulli Galliæ Pragmatici illius obſervantiam, uti valde utilem, & neceſſariam, optarent. Tom. 3. p. 150. n. 17.

Derogatio ſecundæ parti Regulæ concedi non ſolet. *ibidem* n. 18.

Aſſignatur ratio, cur primæ paſſim, & non ſecundæ parti Regulæ derogari conſuevit? *ibid.* n. 19. & 20.

Prorogatio termini *ſex menſium* a Regula præſcripti ad vocandum Annalem poſſeſſorem in judicium, cuicumque petenti concedi ſolet. *ibid.* num. 21. & pag. 151. n. 47 & 50.

Dummodo tempus præfatum elapſum non ſit. T. 3. p. 150. n. 22.

Terminus *ſex menſium*, intra quos impetrans vocare debet Annalem poſſeſſorem in judicium, currere incipit a die Datæ Impetrationis, & non expeditionis Literarum. *ibid.* n. 23.

Nec ſufficit Citatio expedita, niſi fuerit legitime exequuta. T. 3. p. 150. n. 24.

Sed in præjudicium obtinentis, neceſſaria non eſt Citationis exequutio. *ibid.* n. 25.

Et ſufficit Citatio exequuta contra Procuratorem in Cauſa conſtitutum, ac legitimo Mandato munitum. *ibidem* numer. 26.

Non requiritur tamen Citatio, ſi Annalis poſſeſſor Beneficii, prævenerit introducendo judicium intra *ſex menſes.* *ibid.* n. 27.

Aut, ſi lis fuerit contra alium introducta; vel ſi poſſeſſor ipſe non citatus, per ſe, vel per Procuratorem ad Cauſam veniat. *ibid.* n. 28.

Lis, ad effectum Regulæ, non cenſetur introducta, ſi Impetrans Beneficium Annalis poſſeſſoris, Literas ſuper ſua Impetratione non expedivit. *ibid.* n. 29.

Et Literis non expeditis, recurſus ad Judices laicos non ſupplet defectum ingreſſus litis, niſi derogatum fuerit cenſuræ Regulæ XXXI. *ibid.* n. 30.

Annus, intra quem Impetrans Beneficium ab Annali poſſeſſore obtentum, litem proſequi debet, currere incipit non a fine *ſex menſium*, ſed a die exequutæ citationis. *ibid.* n. 31. & 32.

Nec Feriarum tempora ſubducuntur. *ibid.* n. 33.

Elapſo tempore in Regula Impetranti præfixo, concedi aliquando ſolet reſtitutio adverſus illud cum conceſſione aliorum *ſex menſium* ad judicium promovendum, & alterius anni ad Cauſam proſequendam. *ibid.* n. 34.

Et hujuſmodi reſtitutionis gratia ſuſtinetur, etiam ſi qui illam impetravit, Literas Apoſtolicas ſuper ea intra ſimile ſpatium *ſex menſium* non expediverit. T. 3. p. 151. num. 38.

Referuntur exempla. Tom. 3. pag. 150. num. 35. & p. 151. num. 37.

Sed aliquando adjici ſolet clauſula -- *dummodo tempore conceſſ. gratiæ reſtitutionis adverſus Regulam de Annali, Beneficii poſſeſſor non ſit poſſeſſor Triennalis.* Tom. 3. p. 152. n. 36.

Judicium, quod Impetrans Beneficium adverſus Annalem poſſeſſorem proſequi tenetur uſque ad ſententiam diffinitivam, eſſe debet ſuper petitorio, non ſuper poſſeſſorio. T. 3. p. 151. n. 39.

Sufficit tamen, quod ſit ſuper poſſeſſorio adnexam habente cauſam petitorii, ut eſt illud *adipiſcendæ.* *ibidem* numer. 40.

Lis cenſetur etiam introducta ſuper petitorio, ſi Cauſa commiſſa fuerit Exequutori mixto. Et de ratione. *ibid.* num. 42.

Regulæ diſpoſitioni ſatisfactum eſt, ſi Impetrans ex parte ſua diligentias adhibuerit pro expeditione Cauſæ intra annum. *ibid.* n. 44. & 45.

Immo nec diligentiæ ſunt neceſſariæ, ſi non eſſent profuturæ. *ibid.* n. 46.

Tempora in Regula præſtituta currunt, etiam ſtante aliquo impedimento. Et redduntur rationes. *ibid.* numer. 47. & 50.

Contrarium, quod ſtante legitimo impedimento, nec *ſex menſes*, nec annus currant, etiam prorogatione non petita. *ibid.* n. 51.

Amplia, ſive impedimentum provenerit a Judice, ſive a Parte, quæ de facto, aut de jure ſe opponat. *ibid.* numer. 53.

Et, an ſi impedimentum proveniat a Parte, requiratur proteſtatio? *ibid.* n. 54. & 55.

Stante legitimo impedimento, ratione cujus Impetrans intra annum Cauſam proſequi, & uſque ad ſententiam diffinitivam terminare non valuit, nil obeſt, quod poſtea plures anni elabantur. Et quare? *ibid.* n. 56.

Impedimentum, ut ſuffragetur, ne tempora a Regula præfixa currant, intercedere debet tempore legitimo. T. 3. p. 152. n. 57.

Ac inſuper probari debet, quod, niſi illud interceſſiſſet, Judicium intra *ſex menſes* introduci, vel Cauſæ expeditio intra annum ſequi potuiſſet. *ibid.* n. 58.

Regulæ diſpoſitio locum ſibi non vindicat, niſi Reus de ea excipiat. *ibid.* n. 59.

Et in quacumque parte judicii, ac in quacumque inſtantia de ea opponi poteſt. *ibid.* n. 61.

Regula requirit, quod Reus ſit Beneficii poſſeſſor per annum immediate præcedentem *Datam* impetrationis de eo factæ. *ibid.* n. 62.

Incipit annus hujuſmodi, non a die proviſionis, ſed adeptæ poſſeſſionis Beneficii. *ibid.* n. 63.

Et annus computatur de momento in momentum *Remiſſive.* *ibid.* n. 64.

Sed præſumitur Annalis poſſeſſio continuata, niſi contrarium probetur. *ibid.* n. 65.

Annalis hæc poſſeſſio ad effectum Regulæ, debet eſſe pacifica abſque ulla, vel juris, vel facti controverſia. T. 3. p. 152. n. 66. & 67.

Dummodo tamen lis fuerit ſuper Titulo, non ſuper fructibus Beneficii. *ibid.* n. 68.

Poſſeſſor Annalis favore Regulæ non gaudet, ſi Titulum habeat infectum, ſeu evidenter nullum. *ibid.* n. 70.

Maxime, ſi in poſſeſſione Beneficii Apoſtolicæ Sedi reſervati, ex Ordinarii collatione ſe intruſit. Et redditur ratio. *ibid.* n. 71.

Contrarium, quod Regula Titulum non requirat, ſed contentatur nuda facti detentione, & favet ei, qui ſe intruſit in Beneficio Sedi Apoſtolicæ reſervato. *ibid.* n. 72. 74. & 75.

Et explicantur contrariæ Auctoritates. T. 3. p. 153. n. 80. & ſeqq.

Amplia, etiamſi Beneficium fuerit reſervatum reſervatione clauſa in corpore juris. T. 3. p. 152. n. 76.

Et reprobatur *Felinus* qui exiſtimat, Regulam favere ſolum intruſo in Beneficio reſervato reſervatione generali, ſecus ſpeciali. T. 3. p. 153. n. 78.

Regula XXXV. non ſuffragatur contra reſervationem clauſam in corpore juris. T. 1. p. 24. n. 54.

Regula non emanavit in favorem Annalium poſſeſſorum, ſed in odium Impetrantium. T. 3. p. 152. n. 73.

Regulæ diſpoſitio ceſſat, ſi conſtet de non jure Annalis poſſeſſoris per rem judicatam, aut propriam confeſſionem, ſive expreſſam, ſive tacitam reſultantem ex productione ab ipſo facta Tituli evidenter nulli, & infecti. T. 3. p. 153. n. 79.

Proviſus a Cardinali Indultario de Beneficio reſervato cum Decreto reportandi a Dataria intra quatuor menſes *novam proviſionem*, ſi Decreto non paruerit, favore Regulæ *de Annali* non gaudet. *ibid.* n. 80. & p. 154. n. 107.

Quemadmodum, nec proviſus a Nuncio Apoſtolico, qui titulum produxit evidenter nullum. T. 3. p. 153. n. 81.

Regula, etſi reſtricta ad Impetrantes *certo modo* Beneficia Annalium poſſeſſorum, afficit nihilominus quoſcumque alios Impetrantes, ſive per obitum, ſive per reſignationem, contractum Matrimonii, emiſſionem Profeſſionis &c. *ibid.* n. 82.

Nec non Impetrantem ex capite Simoniæ. *ibid.* n. 83.

Aut ob privationem in forma Juris. *ibid.* n. 84.

Seu Impetrantes Beneficia, tanquam vacantia per devolutionem. *ibid.* n. 85.

Verba illa -- *quod etiam extendi voluit &c.* -- Regulæ addita fuerunt a *Julio III.* *ibid.* n. 86.

Regulæ diſpoſitio procedit adverſus Impetrantem plura Beneficia incompatibilia, aut alias contra Decreta Concilii Tridentini ab alio per annum poſſeſſa. *ibid.* n. 87.

Intellige, ſi Beneficia incompatibilia obtineantur ex proviſione ordinaria, ſecus vero ex Apoſtolica proviſione. Et redditur ratio. *ibid.* n. 90.

Regula afficit Impetrantes quæcumque Beneficia ſimplicia, & curata, etiam in Commendam conceſſa, necnon Dignitates. *ibid.* n. 92.

Ac Officia Eccleſiaſtica. *ibid.* n. 93.

Quemadmodum, & Impetrantes Præbendas illas Canoniſſarum, quibus adnexa eſt Dignitas Abbatiſſatus, Decaniſſatus &c. *ibid.* n. 94. p. 163. n. 36.

Regula *de Annali* procedit etiam contra Capitula, & Collegia, licet de iis nullam faciat mentionem. T. 2. p. 194. n. 44.

Locumque ſibi vindicat in Ceſſionibus, itaut obſtando cedenti, obſtet etiam ceſſionario. T. 3. p. 153. n. 95.

Intellige, dummodo Gratia ſit tantummodo reſtricta ad ceſſionem, ſecus ſi alternative ſit concepta, ſive per ceſſionem, ſive per obitum. *ibid.* n. 95.

Regulæ diſpoſitio opitulatur poſſeſſori Beneficii, quod ſit alteri unitum. *ibid.* n. 96. p. 173. n. 190.

Et afficit Impetrantes Beneficia poſſeſſa per annalem poſſeſſorem ex proviſione Legatorum, & Nunciorum. T. 3. p. 154. n. 97.

Regula *de Annali* non comprehendit Beneficia de Jurepatr. Laicali. T. 3. p. 173. n. 182.

Nec locum habet contra inſtitutionem faciendam ad præſentationem veri Patroni. T. 3. p. 154. n. 98.

Regulæ diſpoſitio non afficit impetrantes Beneficia, de quibus Annales poſſeſſores fuerunt ab Ordinariis proviſi. *ibid.* n. 100.

Nec impetrantes illos, quibus impetrationis Gratia fuit *Motu proprio* a Papa conceſſa. *ibid.* n. 101.

Contrarium, & redditur ratio. *ibid.* n. 102.

Impetrantes Beneficia *Conſiſtorialia*, de quibus conſiſtorialiter provideri conſuevit, diſpoſitioni Regulæ *de Annali* non ſunt obnoxii, ſecus ſi agatur de illis, quorum diſpoſitio extra Conſiſtorium fit. *ibid.* n. 104.

Regula *de Annali* eſt perſonalis, & non favet Succeſſori in Beneficio impetrato, qui a primo cauſam habuit. T. 3. p. 154. n. 105.
Proviſis contra Concordata Germaniæ, diſpoſitio Regulæ *de Annali* non ſuffragatur. Et de ratione. *ibid.* n. 106.
Regula non procedit in Officiis, & Adminiſtrationibus, quæ non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica. *ibid.* n. 108.
Nec favet Poſſeſſoribus Beneficiorum manualium, & ad nutum Superiorum amovibilium. *ibid.* n. 109.
Unde locum ſibi non vindicat in Præceptoriis S. Joannis Hieroſolymitani, quæ ſunt ad nutum amovibiles. *ibid.* n. 110.
Reſignatario, qui Publicationem omiſit, pro evitandis pœnis a Conſtitut. Gregoriana ſancitis, non ſuffragantur Regulæ *de Annali*, *&* *Triennali* Poſſeſſora. T. 2. p. 256. n. 258.
Regula *de Annali*, quemadmodum & altera *de Triennali*, non juvantur Coadjutores cum futura ſucceſſione. T. 3. p. 154. n. 112.
Et expreſſio, quæ in Coadjutoriæ Litteris legitur, quod Coadjutor gaudere debeat Regulis *de Annali*, *&* *Triennali*, intelligitur poſt obitum Coadjuti, & facto ſucceſſioni loco. T. 3. p. 155. n. 113. 114. 115.
Minuſque Regulæ præfatæ ſuffragantur proviſo de Beneficio ante veroſimilem illius vacationis notitiam. T. 3. p. 87. n. 35.
De pœnis, quibus ſubjacent moleſtantes *Annales* Beneficiorum poſſeſſores, non ſervata forma a Regula præſcripta? T. 3. p. 155. n. 116. 117. 118.
Explicantur verba illa Regulæ -- *nec alius, quam præmiſſæ vacationis modus &c.* *ibid.* n. 119. & 120.
Diſpoſitio Regulæ in ſupradictis verbis, non viget amplius in praxi. *ibid.* n. 121.
Qui in Regulam ſemel incidit, non prohibetur idem Beneficium ex novo, & independenti jure iterum impetrare. *ibid.* n. 122.
Et quid ſi agatur de Gratia Reformatoria, *Perinde valere*, aliaque ſimili a priori dependente? *ibid.*
Intellige, quando Impetrans peccavit in Regulam *omittenda*, quia nempe non vocavit in judicium Poſſeſſorem intra ſex Menſes, aut cauſam intra annum expediri non curavit. T. 3. p. 156. n. 123.
Secus, quando in Regulam peccavit *committendo*, quia nempe ad Poſſeſſoris favorem emanavit ſententia, quæ detegat Impetrantem ipſum improbum Litigatorem. *ibid.* n. 124.
Referuntur nonnulli Auctores, qui ſuper Regula *de Annali* plena ſcripſerunt. *ibid.* n. 125.

REGULA XXXVI.

Mandat Regula XXXVI. quod *Triennalis* pacificus Beneficii poſſeſſor moleſtari non poſſit, quodque irritæ ſint impetrationes ſuper eodem Beneficio factæ. T. 3. p. 161. n. 1.
Aſſignantur plures Regulæ rationes. *ibid.* n. 2.
Regula favorabilis eſt, & publico bono edita. *ibid.* n. 3.
Ex Conciliis Africanis, quoad novas Eccleſiarum Colonias ſtatutum fuit, ut is eſſet cujuslibet Eccleſiæ, & Plebis Epiſcopus, qui eam unitati Catholicæ lucratus eſſet, & per *Triennium* pacifice obtinuiſſet. *ibid.* n. 4. 5. & 6.
Concilium *Baſileenſe*, quid favore *Triennalis* pacifici Beneficii poſſeſſoris diſpoſuit? *ibid.* n. 7.
Ex Decreto præfati Concilii, Regula de Triennali originem trahit. T. 3. p. 67. n. 49. p. 162. n. 8.
Eamque inter alias Cancellariæ Regulas inſeruit *Calixtus III.* dict. *ibid.*
Et in caſibus dubiis a Decreto præfato interpretationem recipit. T. 3. p. 162. n. 10.
Regula XXXVI. *de Triennali* eſt una ex receptis in Gallia. *ibid.* n. 11.
Et introducta fuit ad inſtar præſcriptionis, & Uſucapionis juris communis. *ibid.* n. 12. & p. 165. n. 70.
Eamdemque parit ſecuritatem, ac præſcriptio quadragenaria. T. 3. p. 162. n. 13.
Regula *de Triennali* quamplurimis reſtrictionibus, & declarationibus eſt obnoxia. *ibid.* n. 14.
Et in quo differat ab altera *de Annali*? T. 3. p. 153. n. 89. p. 162. n. 15. & 17. p. 175. n. 214. & 215.
Poſſeſſor *Triennalis* Beneficii, nec in petitorio, nec in poſſeſſorio moleſtari poteſt. T. 3. p. 162. n. 18.
Et vigore *Triennalis* poſſeſſionis allegare poteſt meliorem Titulum de mundo. *ibid.* n. 19.
Regula tutum reddit *Triennalem* poſſeſſorem, etiam in foro Conſcientiæ. T. 3. p. 163. n. 37.
Non excludit tamen Impetrantem, niſi pacificus *Triennalis* poſſeſſor de ea opponat. T. 3. p. 152. n. 60.
Regula *de Triennali* locum ſibi vindicat, etiam poſt Rem indicatam provenientem ex unica ſententia lata *extra Curiam*, maxime per Contradictas. T. 3. p. 163. n. 30.
Aut, ſi Res judicata orta fuerit ea culpa Procuratoris non appellantis. *ibid.* n. 31.
Regula *de Triennali* locum habet, etiam adverſus Reſervationes Regularum Cancellariæ. *ibid.* num. 21. & p. 167. n. 101. & 108.
Sed non ſuffragatur quoad alias diſpoſitiones in iiſdem Regulis contentas. T. 3. p. 163. n. 24.
Regula favet ſucceſſori in Beneficio, qui poſſeſſione prædeceſſoris juvari poteſt. *ibid.* n. 25.
Contrarium, quod favor Regulæ ſit perſonalis, ipſique *Triennali* poſſeſſori tantum, non ſucceſſori competat. *ibid.* n. 26.
Sed fœdere diſtinctionis utraque ſententia conciliatur. *ibid.* n. 27.
Qui Beneficium titulo permutationis obtinuit, juvari poteſt contra impetrantem poſſeſſione *Triennali* ſui Auctoris. *ibid.* num. 28.
Regulæ diſpoſitio procedit, etiam favore obtinentis Beneficium in *Commendam*. T. 3. p. 163. n. 32. & 34.
Antiquius tamen Commendatarios non juvabat. *ibidem* numer. 33.
Et comprehendit Abatias, & Beneficia conſiſtorialia. *ibid.* n. 35.
Nec non Præbendas illas Canoniſſarum, quibus adnexa eſt Dignitas Abatiſſatus, Prioriſſatus &c. cum illæ inter Eccleſiaſtica Beneficia numerentur. *ibid.* n. 36.
Favet Regula *de Triennali* Poſſeſſori Beneficii, etiam oppreſſionis Titulo obtenti. T. 3. p. 162. n. 20.
Et an juvet Coadjutorem, qui per Triennium munus ſuum pacifice exercuit? *ibid.* n. 21.
Triennium Poſſeſſionis, ad effectum Regulæ, eſſe debet continuum, & completum. T. 3. p. 164. n. 38 & ſeqq.
Idque probandum a Reo, qui de Regula excipit. *ibid.* n. 40.
Pro efformanda Triennali poſſeſſione jungi non poteſt tempus anteceſſoris cum tempore ſucceſſoris. *ibidem* numer. 42.
Amplia, licet Succeſſor ſit ſubrogatus in jus, & poſſeſſionem anteceſſoris. *ibid.* n. 45.
Et aſſignatur diſcriminis ratio. *ibid.* n. 44.
Qui de Regula excipit, poſſidere debet de tempore, quo excipit, ſi favore Regulæ uti vult. *ibid.* n. 46.
Spoliatus poſſeſſione, opponere poteſt de Regula poſtquam poſſeſſionem ipſam recuperavit. *ibid.* n. 47.
Imo, etiamſi eam de facto non recuperaverit, dummodo animo civilem retinuerit. *ibid.* n. 48.
Completa favore Rei poſſeſſione Triennali, ſecunda efformata favore Actoris non ſuffragatur, veluti infecta Decreto irritanti Regulæ. *ibid.* n. 49.
Poſſeſſio Beneficii cum effectu adepta, præſumitur toto triennio continuata, ſi contrarium non oſtenditur. *ibid.* n. 50.
Poſſeſſio adepta per Procuratorem, non ſuffragatur abſque ſpeciali mandato Procuræ. *ibid.* n. 51.
Mandatum tamen hujuſmodi neceſſe non eſt, quod ſit expreſſum pro adipiſcenda poſſeſſione illius Beneficii in individuo, ſed ſatis, quod contineat clauſulam generalem ad capiendam poſſeſſionem quorumcuoique Beneficiorum. *ibid.* n. 52.
Deficiente mandato, non ſufficit ſubſequuta ratihabitio poſſeſſionis, quæ ab alio nomine Beneficiarii adepta fuit. *ibid.* n. 53.
Poteſt tamen triennium computari a die ratihabitionis. *ibid.*
Poſſeſſio Beneficii ad effectum Regulæ *de Triennali* debet eſſe pacifica. *ibid.* n. 54.
Pacificus poſſeſſor ille dicitur, cui nulla ſuper Beneficio mota fuit controverſia Juris in Judicio. *ibid.* num. 55. & 56.
Et ad interrumpendam *Triennalem* poſſeſſionem ſufficit lis ſuper Poſſeſſorio. *ibid.* n. 57.
Incipit hæc interruptio a die motæ litis, non a die impetrati Beneficii. *ibid.* n. 58.
Intellige, quando de ea dumtaxat pro extinctione litis, ſecus ſi agatur ad effectum juſtificationis gratiæ. *ibid.* n. 59.
Pro interrumpenda Triennali poſſeſſione, præter litem, ſufficiunt etiam moleſtiæ extrajudiciales, & de facto. T. 3. p. 165. n. 60.
Debent iſtæ tamen eſſe per actus naturales, nempe circa poſſeſſionem, vel perceptionem fructuum. *ibid.* n. 61.
Inobedientia in non recognoſcendo aliquem pro Beneficiato, poſſeſſionem *Triennalem* non interrumpit, *ibidem* n. 62.
Moleſtiarum extrajudicialium effectus, tamdiu durat, quamdiu

quamdiu ipſæ moleſtiæ, quibus ceſſantibus poteſt nova *Triennalis* inchoari. T. 3. p. 165. n. 64.

Ad differentiam Moleſtiarum judicialium, quarum effectus continuo durat donec lis terminetur per rem judicatam, vel ſententiam ſuper deſertione litis. *ibid.* n. 63. 78. 83. & 84.

Lis, quoad impetrantem, a die Commiſſionis, ſed reſpectu poſſeſſoris, a die exequutæ citationis introducta cenſetur. *ibid.* n. 65. 66. 67.

Citatio debet eſſe legitime exequuta. *ibid.* n. 68. & 70.

Et quando citatur abſens ad formam *Clementin. Cauſam, de Elect.* relinqui debet Copia Citationis in publica forma. *ibid.*

Citatio fieri debet coram Judice competenti; Nec ſuperveniens Juriſdictio eam validat. *ibid.* n. 71. & 73.

Citatio, quæ prodiit a Judice ante expeditas Litteras intra terminum ad articulandum, *Triennalem* poſſeſſionem non interrumpit. *ibid.* n. 74.

Citatio coram judice incompetenti expedita, apta eſt interrumpere litem in vim moleſtiæ extrajudicialis, dummodo reſpiciat poſſeſſionem, vel fructuum perceptionem. *ibid.* n. 75. 76. & ſeqq.

Triennalis poſſeſſio interrumpitur, ſi Beneficii poſſeſſor in Judicio compareat, & Moleſtias judiciales ſibimet inferat. *ibid.* n. 79.

Etiamſi non adſit Citatio partis. *ibid.* n. 80.

Regula non ſuffragatur, ſi poſſeſſor poſt completam *Triennalem*, litem inſtruat. *ibid.* n. 81.

Intellige, ſi conſtituat ſe Actorem, ſecus ſi Reum, introducendo litem vigore *leg. Diffamari, C. de Ingen. Manumiſ.* *ibid.* n. 82.

Tertius allegare non poteſt poſt Triennium moleſtias per alium intra Triennium poſſeſſionis illatas. *T.* 3. p. 166. n. 85.

Intellige, ſi moleſtiæ illatæ fuerint per actus civiles, ſecus ſi per actus naturales. Et redditur ratio. *ibid.* n. 86.

Contrarium, quod moleſtiæ illatæ per actus civiles allegari poſſint a Tertio, ſi fuerit ſubrogatus, etiam quoad litem, in juribus illius, qui eas intulit. *ibid.*

Lis, ut impediat curſum Triennalis poſſeſſionis, inſtrui debet intra annum poſſeſſionis. *ibid.* n. 87.

Pacificus Beneficii poſſeſſor, an dicatur, qui poſſidet tantum ſpiritualia, non temporalia? *ibid.* n. 88.

Talis dicitur, qui majorem partem temporalium poſſidet. *ibid.* n. 89.

Regula *de Triennali*, ut ſuffragari poſſit, præter pacificam poſſeſſionem, titulum etiam requirit, quem *Triennalis* poſſeſſor exhibere tenetur. *ibid.* n. 90.

Et redditur ratio. *ibid.* n. 94. & 95.

Exſcribitur reſponſio *Pii IV.* nomine data Germanis petentibus, ut Poſſeſſores *Triennales* nullo caſu poſſent moleſtari. *ibid.* n. 93.

Poſſeſſor *Decennalis* titulum exhibere non tenetur, quia tanti temporis lapſus illius præſumtionem inducit. *ibidem* n. 94. p. 171. n. 156.

Sed, ut poſſeſſor *Decennalis* exceptione Regulæ abſque exhibitione Tituli uti poſſit, requiruntur tredecim anni, decem nempe ad præſumendum titulum, & tres ad illum colorandum. T. 3. p. 166. n. 97.

Titulus a poſſeſſore *Triennali* exhibendus ſufficit, quod ſit coloratus. *ibid.* n. 98.

Ipſeque adeſſe debet toto Triennio poſſeſſionis; alias Triennium incipiet ab eo tempore, quo Titulus coloratus obtentus fuit. T. 3. p. 167. n. 99.

Titulus coloratus, quis dicatur, & ex quibus reſultare poſſit? *Vid. V. Titulus coloratus.*

Regula duos tantum caſus excipit, in quibus titulum diſcolorat, ingreſſum nempe ſimoniacum in Beneficio, & Intruſionem in Beneficio obnoxio reſervationi clauſæ in corpore Juris. T. 1. p. 24. n. 53. & T. 3. p. 169. n. 118. p. 171. n. 168. p. 174. n. 197.

Et hoc jure etiam vivimus in Gallia. T. 3. p. 169. n. 129.

Simonia, ut titulum diſcoloret, & Regulæ *de Triennali* favorem excludat, debet eſſe realis; nec ſufficit pura conventionalis. T. 3. p. 169. n. 130.

Et titulum diſcolorat, etiamſi ab alio commiſſa ſit inſcio Proviſo. Et aſſignatur ratio. *ibid.* n. 131.

Contrarium, quod Regulæ exceptio non afficiat Proviſum de Beneficio ignorantem ſimoniam a tertio commiſſam. *ibid.* n. 132.

Simonia ad effectum excludendi favorem Regulæ, debet eſſe in ingreſſu Beneficii, ſecus, ſi committatur poſt ingreſſum cum titulo. *ibid.* n. 133.

Beneficiatus, qui poſt commiſſam ſimoniam acquiſivit novum titulum coloratum, cum quo Beneficium per triennium poſſedit, ope Regulæ non remanet defenſus. *ibid.* n. 134.

Simoniacus reſpectu unius Beneficii, juvatur exceptione Regulæ quoad alia poſtea ſine ullo vitio obtenta, & per triennium pacifice poſſeſſa. T. 3. p. 169. n. 135.

Beneficium vacans juxta Decretum a Pontifice adjectum in proviſione alterius incompatibilis, ſi ab Ordinario conferatur, & per triennium pacifice poſſideatur, non cadit ſub exceptione Regulæ. *ibid.* n. 137.

Redditur ratio, quia non eſt reſervatum reſervatione clauſa in corpore Juris. *ibid.*

Regula *de Triennali*, an procedat, ſi Beneficia vacent *in Curia* per ſententiam in ea latam? *ibid.* n. 139.

Triennalis poſſeſſio non ſuffragatur, ſi incontinenti evidenter conſtet de nullitate, ſeu vitio Tituli. Tom. 3. pag. 170. n. 140.

Non juvat illum, qui poſſedit Bona Conventus ſuppreſſi Monaſterio applicata. *ibid.* n. 141.

Nec Reſignatarium, conſtito de Reſignatione evidenter nulla. *ibid.* n. 142.

Seu metu extorta. *ibid.* n. 150.

Aut illum, qui, ſpreto Patrono, Beneficii collationem obtinet ab Ordinario jure devoluto. *ibid.* n. 144.

Proviſo de Beneficio, de quo poſſeſſor privatus fuit per ſententiam notorie nullam, Regula *de Triennali* non ſuffragatur. *ibid.* n. 145.

Quemadmodum nec juvat Spoliatores. *ibid.* n. 146. 147. 148.

Multoque minus violentum Beneficii poſſeſſorem. *ibidem* n. 149.

Nec tertium de Beneficio litigioſo proviſum. *ibid.* n. 151.

Contrarium, & redditur ratio. *ibid.* n. 152.

Triennalis poſſeſſio non ſuffragatur ei, qui duo Beneficia incompatibilia poſſidet. Et quare? T. 3. p. 68. n. 51. p. 170. n. 154. & 155.

Favet tamen illi poſſeſſio *Decennalis*, & multo magis Vicennalis, aut Tricennalis? *ibid.* p. 171. n. 156.

Redditur ratio, quia poſſeſſio *Decennalis* inducit præſumptionem Tituli, diſpenſationis nempe Apoſtolicæ, etiam contra Decreta Concilii Tridentini. *ibid.*

Intellige, ut in T. 3. p. 166. n. 96.

Poſſeſſoribus Beneficiorum ſive incompatibilium, ſive ſimplicium, non ſuffragatur Triennalis pro ſe eximendo ab onere exhibendi Titulum, ſi ab Ordinario requiratur. T. 3. p. 171. n. 158.

Vid. V. Titulus in Beneficialibus.

Triennalis Poſſeſſor Beneficiorum incompatibilium, an teneatur juſtificare legitimum retentionis Titulum pro excludendo Impetrante ex capite incompatibilitatis? *Remiſſive.* *ibid.* n. 159.

Regulæ *de Triennali* favore non gaudet Canonicus Regularis Lateranenſis, qui abſque Apoſtolico Indulto poſſidet Eccleſiam Parochialem Secularem. *ibid.* n. 161.

Nec Reſignatarius, etiam ex cauſa permutationis, qui reſignationis Literas non publicavit intra terminum a Conſtitut. LXXXV. ſan. mem. *Gregorii XIII.* præſcriptum. T. 2. p. 256. n. 288. T. 3. p. 171. n. 162.

Sed, an eum juvet poſſeſſio *Decennalis*? T. 2. p. 256. n. 259.

Proviſus a Sede Apoſtolica de ſecundo Beneficio cum Decreto dimittendi primum cum eo non incompatibile, ſi illud per tres annos pacifice retineat, favore Regulæ juvatur. T. 3. p. 171. n. 163.

Regula *de Triennali* non favet Triennali Poſſeſſori Beneficii, de quo fuerat proviſus ante veroſimilem notitiam ultimi Beneficiati. T. 3. p. 87. n. 35.

Et, an juvet Proviſum Apoſtolicum, qui Literis non expeditis, Beneficii poſſeſſionem adeptus fuit, & in ea per triennium pacifice continuavit? T. 3. p. 171. n. 166.

Regula *de Triennali* ſuffragatur illi, qui proviſus fuit de Beneficio de Jurepatronatus laicali, uti de libero. *ibid.* n. 167. & p. 172. n. 174.

Redduntur rationes. T. 3. p. 171. n. 168. & ſeqq.

Regula *de Triennali* tunc gaudet Proviſus de Beneficio de Jurepatronatus laicali, uti de libero, qui agitur principaliter cum præſentato, qui jura ſua intra triennium experiri negligit. T. 3. p. 172. n. 175.

Secus vero, ubi agitur principaliter contra Patronum, cui nota non fuit vacatio Beneficii. *ibid.* n. 176. & 178.

Et reſpondetur contrariis rationibus. T. 3. p. 173. n. 180. & ſeqq.

Regula *de Triennali* favet proviſo de Beneficio de jurepatronatus Eccleſiaſtico, uti de libero. *ibid.* n. 180. & 181.

Regula *de Triennali* non juvatur Secularis proviſus a Sede Apoſtolica de Beneficio Regulari cum Decreto profitendi intra certum tempus ſub pœna nullitatis Gratiæ, ſi illi non paruerit. *ibid.* n. 183.

Limita, ſi Decretum ſit deſtitutum pœna nullitatis Gratiæ in caſu illius inadimplementi. *ibid.* n. 185.

Nec Regularis, qui per triennium poſſedit abſque Apoſtolica diſpenſatione Beneficium ſeculare. *ibid.* n. 184.

Regula *de Triennali* non gaudet Proviſus Apoſtolicus, qui Decretum non adimplevit ſe promovendi intra certum tempus ad Sacros Ordines. T. 3. p. 173. n. 186.
Vel aſſumendi Gradum aliquem in jure, vel in Theologia. *ibid.*
Regula *de Triennali* locum non habet in Beneficio acceſſorie alteri unito. Et quare? *ibid.* n. 187.
Quemadmodum nec in unione nullitet expleta. *ibid.* n. 188.
Intellige, quando opponitur *de Triennali* ex parte ejus, qui fundatur in Unione, ſecus ſi ex parte Poſſeſſoris *Triennalis* contra Actorem prætendentem unionem Beneficii, quam incontinenti non demonſtrat. *ibid.* n. 189.
Regula *de Triennali* non ſuffragatur Proviſis ab Ordinariis de Beneficiis, quæ vigore Concordatorum Germaniæ ſunt Apoſtolicæ Sedi reſervata. *ibid.* n. 191.
Iiſdemque proviſis, nec *decennalis* pacifica poſſeſſio ſuffragatur. *ibid.* n. 192.
Minuſque favet Regula ei, qui non poſſidet Beneficia Eccleſiaſtica. *ibid.* n. 193.
Seu Poſſeſſori Beneficiorum manualium, & ad nutum amovibilium. T. 3. p. 174. n. 194.
Unde locum non habet in Præceptoriis Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani. *ibid.* n. 195.
Præceptoriæ præfatæ, & Beneficia manualia nec ſub aliis Regulis Cancellariæ comprehenduntur, dict. num. 194. & 195.
Regula non ſuffragatur, niſi Perſonis capacibus obtinendi Beneficia Eccleſiaſtica, ſecus incapacibus omnimoda incapacitate, ut ſunt Laici, Fœminæ, Judæi &c. *ibid.* n. 196. & 197.
Apoſtata favore Regulæ juvari non prohibetur. *ibidem* numer. 198.
Nec proviſus de Beneficio ante legitimam ætatem. *ibid.*
Quemadmodum favet Regula Illegitimo, de Beneficio abſque Apoſtolica diſpenſatione proviſo. *ibid.* n. 198. & 199.
Secus vero Illegitimo poſſidenti Beneficium in eadem Eccleſia, in qua Pater ſimile, aut diſſimile habet, vel habuit Beneficium. *ibid.* n. 200.
Excommunicatus, etiam denunciatus, & evitandus, favore Regulæ non privatur. Et quare? *ibid.* n. 201.
Contrarium, & redduntur rationes. n. 203.
Sed fœdere diſtinctionis utraque ſententia conciliatur. *ibid.* n. 202. & 205.
Regula *de Triennali* vim habet Litterarum *Perinde valere*, quibus proviſio Beneficii ob aliquem defectum nulla, confirmatur, modo Proviſus ſit habilis eo tempore, quo Regulæ favorem implorat. T. 3. p. 175. n. 206.
Clericus de Beneficio actu Sacerdotali proviſus, favore Regulæ non gaudet. *ibid.* n. 207.
Contrarium, & redditur ratio. *ibid.* n. 208. & 209.
Regula *de Triennali*, ut locum ſibi vindicet, neceſſe non eſt, quod concurrat in Poſſeſſore bona fides. *ibid.* numer. 210.
Contrarium. *ibid.* n. 212.
Imo favet etiam Poſſeſſori malæ fidei. *ibid.* n. 211.
Contrarium, ſi in Poſſeſſore concurrat mala fides poſitiva. *ibid.* n. 213.
Subrogatio Gratioſa, an debeatur ei qui litem movit contra *Triennalem* Beneficii poſſeſſorem? *Vid. Verb. Regula XXIX.*
Beneficio *Clem. Unic. de ſequeſtr. poſſeſſion.* non gaudet, qui litem movit contra *Triennalem* pacificum poſſeſſorem, etſi Titulo colorato deſtitutum. Tom. 3. p. 67. n. 43. & 45.
Regulæ *de Triennali*, ad differentiam Regulæ *de Annali*, nunquam, vel ſaltem difficillime a Papa derogatur. T. 3. p. 175. n. 214.
Regula *de Triennali* eſt favorabilis, altera vero *de Annali* odioſa. *ibid.* n. 215.
Derogatio Regulæ *de Triennali* debet eſſe clara, & expreſſa, nec per ſubauditos intellectus inducitur. *ibid.* n. 216. & 218.
Maxime, ſi in Litteris Impetrationis Beneficii adſit clauſula -- *dummodo non ſit alteri jus quæſitum* -- quæ, jura *Triennalis* Poſſeſſoris præſervat. T. 3. p. 176. n. 219. & 224.
Id, quod procedit, etiamſi cæteris Cancellariæ Regulis derogari contingat. *ibid.* n. 217.
Expreſſio emiſſa ab Impetrante, quod Titius Beneficium *a decennio detinebat*, non operatur, quod Papa indulgendo Gratiam, diſpoſitioni Regulæ derogare voluerit. *ibid.* n. 220. 221. & 222.
Maxime, ſi impetrans inſuper expreſſit, quod Poſſeſſor Beneficii fructus *a decennio detineret occupatos*, & de ratione. *ibid.* n. 223.
Reſtitutio adverſus Regulam *de Triennali*, regulariter concedi non ſolet. *ibid.* n. 225.
Niſi doceatur a petente de legitimo aliquo impedimento, ob quod fuerit præpeditus agere intra triennium. T. 3. p. 176. n. 226.
Et, an ſi impedimentum fuerit privatum, requiratur proteſtatio, illiuſque intimatio poſſeſſori facienda? *ibid.* numer. 227.
Minoribus, poſt annum decimumquartum, præciſa legitima cauſa, an concedi debeat reſtitutio adverſus Regulam? *ibid.* n. 228. 229. 230.
Impetrationi Beneficii poſt *Triennium* ſequutæ, apponitur aliquando, rationabili concurrente cauſa, *Antedata*, ut intra *Triennii* tempus expleta appareat. *ibidem* numer. 231.
Prorogatio Regulæ ad aliquod tempus Pontifici beneviſum, & ab ultimo die labentis *Triennii* computandum, ſolet aliquando in præjudicium Poſſeſſoris concedi. *ibid.* numer. 232.
Refertur exemplum hujuſmodi prorogationis ad annum. *ibid.* num. 233.
Stante prorogatione præfata, ſufficit, quod lis introducatur intra terminum prorogatum, ad effectum interrumpendi curſum triennalis poſſeſſionis. *ibid.* n. 234.
Tempus prorogatum currere incipit a die ſignatæ Supplicationis. *ibid.* n. 235.
Et ſufficit, quod dicto tempore completum adhuc non exiſtat *Triennium*, licet tempore expeditionis Literarum effluxerit. *ibid.* n. 236.
Amplia, etiamſi Supplicatio fuerit ex intervallo regiſtrata poſt lapſum *Triennium*, & traditur ratio. *ibid.* num. 237. & 238.
Explicatur, quid denotent verba illa finalia Regulæ: *antiquas lites ſuper illis motas penitus extinguentes* -- *ibidem* n. 239. 240.
Referuntur nonnulli Doctores, qui ſuper Regula *de Triennali* plene ſcripſerunt. T. 3. p. 177. n. 241.

REGULA XXXVII.

Decernit Regula XXXVII. quod admitti non debet Appellatio ante Sententiam diffinitivam, nec ab interloquutoria, niſi hæc vim diffinitivæ habeat, aut contineat gravamen per diffinitivam irreparabile. T. 3. p. 182. num. 1. & p. 183. n. 16.
Et Sententia interloquutoria quando dicatur habere vim deffinitivæ, aut continere gravamen per deffinitivam irreparabile? *Vid. Verb. Appellatio a Decreto interloquutorio.*
Regula eſt de antiquis Regulis Curiæ ante tempora *Innocentii VIII.* edita. T. 3. p. 182. n. 2.
Et, an ſit conformis Concordatis Gallicanis? T. 3. p. 194. n. 140.
Priſcis temporibus uſque ad tempora *Sixti V.* Regula loquebatur de Cauſis in *Romana Curia* pendentibus, nec ultra Mœnia Urbis ſe protendebat. At ſub *Gregorio XIV.* expuncta fuerunt verba -- *in Romana Curia.* T. 3. p. 182. n. 3.
Traditur ratio Regulæ, quæ publicam reſpicit utilitatem. *ibid.* n. 4. & p. 185. n. 53.
Exorbitat tamen a Jure, eſtque illius correctoria. Tom. 3. p. 182. n. 5.
Diſpoſitioni Regulæ a partibus renunciari non poteſt. *ibid.* n. 6.
Regula decernens, quod ante Sententiam diffinitivam appellare non licet, conformis eſt Juri Civili, ſed adverſatur Juri Canonico. *ibid.* n. 8.
De Jure Canonico quatuor temporibus appellari poteſt, nempe ante, & poſt litis conteſtationem, in prolatione Sententiæ, & poſt. *ibid.* n. 9.
De caſibus, in quibus appellare licet, Jure Canonico inſpecto, ante Sententiam, legitima concurrente cauſa. Remiſſive. *ibid.* n. 10.
De Jure civili non datur Appellatio a Sententia interloquutoria, niſi habeat illa vim diffinitivæ, aut contineat gravamen per diffinitivam irreparabile. Tom. 3. p. 185. n. 48.
Et Juri civili præfato adhæſit *Regula XXXVII. ibidem* numer. 49.
Necnon Concilium Tridentinum. *ibid.* n. 50.
Ac Decreta generalia Sac. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium ſub *Clemente VIII.* edita. *ibid.* n. 55.
Refertur tenor hujuſmodi Decretorum. T. 3. p. 191. n. 121.
Sed Regula latius patet, quam hujuſmodi Sanctiones, & quare. T. 3. p. 185. n. 51. 52. 53. 54.
Regula, quid ſibi velit in verbis illis. -- *Commiſſionibus Appellationum jam Judicibus præſentatis*? Tom. 3. pag. 193. n. 135.
A Decretis *de Exhibendo*, *Conceſſionis Monitorialium*: *quod non ſit aliquis legitimus Contradictor*; *A Decreto inſtitut.*

inſtitutionis, & ab eo, quo Judex ſe declaret *Judicem competentem*, an, & quomodo detur Appellatio? *Vid. V. Appellatio a Decreto Interloquutorio.*

A mala Relatione Examinatorum, & ab Irrationabili Judicio Epiſcopi in eligendo aliquem ex approbatis in Concurſu, an, & quomodo detur Appellatio? *Vid V. Appellatio a mala relatione Examinatorum, vel ab irrationabili judicio Epiſcopi.*

Vid. V. Appellatio a denegata juſtitia. V. Appellatio a denegatione Ordinum. V. Appellatio a Decretis editis in Sac. Viſitatione. V. Appellatio a mandato de rejidendo.

REGULA XXXVIII.

Regula XXXVIII. eſt ultima ex judicialibus, & vix in praxi ſervatur. T. 3. p. 216. n. 1.

Diſponit, quod poſt *Concluſionem in Cauſa* non attendatur Commiſſio, niſi expreſſe Concluſioni præfatæ derogetur. *ibid.* n. 2.

Et ſub *Alexandro VII.* additum fuit, quod etiam huic Regulæ expreſſe derogari debeat. *ibid.* n. 3.

Aſſignatur ratio Regulæ. *ibid.* n. 4.

Illiuſque Diſpoſitio cum jure civili concordat. *ibid.* n. 5.

Concluſio in Cauſa quid ſit: & de illius effectibus, ac de ſtylo, qui viget in nonnullis Regionibus, quod habeat vim Citationis ad ſententiam, ac ut locum habeat ſtylus hujuſmodi, quæ requirantur? *Vid. V. Concluſio in Cauſa. V. Citatio ad Sententiam.*

REGULA XXXIX.

Diſponit Regula XXXIX. quod petente Regulari a Papa Beneficium amovibile cum clauſula -- *quod ex ſola mutu Abbatis amoveri non poſſit* -- Literæ Apoſtolicæ deſuper non expediantur cum dicta clauſula, niſi Papa ponat in Signatura, *quod non poſſit amoveri*, vel id petatur in clauſulis generalibus, & Papa dicat -- *Fiat ut petitur* -- T. 3. p. 214 n. 8.

Regula agnoſcit in Auctorem *Martinum V.* *ibid.* n. 7.

Et non eſt recepta in Gallia quoad Monaſteria Reformatorum. T 3. p. 285 n 58.

De Auctoribus, qui ſuper Regulæ diſpoſitione ſcripſerunt. T. 3. p. 214. n. 8.

Proviſus a Papa de Beneficio Regulari manuali, an & quando poſſit a Superiore removeri. *Vid. V. Beneficia Regularia.*

REGULA XL.

Rubrica Regulæ XL. manca eſt, & quomodo inſcribi debet? T. 3. p. 218. n. 1.

In Reſignationibus Beneficiorum ad favorem, apponi debet vigore primæ partis Regulæ clauſula -- *attente quoque provincias &c.* -- Et quomodo in Literis Apoſtolicis illa extendi ſoleat? *ibid.* n. 2.

De expreſſione, quæ in Literis præfatis juxta formulam antiquam fieri conſueverat? *ibid.* n. 4.

De Reſignatione expleta prævis ſimoniacis pactis, aut per vim, & metum, ſeu fraudolenter? *Vid. V. Reſignatio.*

Refertur Clauſula, quæ vigore ſecundæ partis Regulæ apponi debet in Permutationibus Beneficiorum. T. 3. p. 219. n. 11.

Et quomodo illa in Literis Apoſtolicis concipi ſoleat? *ibid.* num. 13.

Beneficiorum permutationes, ut valide expleri poſſint, quid requiratur? Et, an admitti valeant ab Ordinariis, etiam inter Conſanguineos? *Vid. V. Permutatio in Beneficialibus.*

REGULA XLI.

Regula quid diſponat? T. 3. p. 214. n. 1.

Et unde originem habuit? *ibid.* n. 2.

Eſt de antiquis Regulis Curiæ. *ibid.* n. 5.

Jam edita temporibus *Joannis XXIII. & Martini V.* *ibid.* n. 6.

Gratia Pontificis ſignata per ſolum verbum *Fiat*, licet perfecta ſit, talis tamen non eſt, ſi petatur ſuppleri defectus, niſi ſupplicatio ſignetur per verbum *Fiat ut petitur.* *ibid.* n. 3. & 4.

Ampla, etiam ſi adſit in Supplicatione Clauſula *ſupplentes* in genere. *ibid.*

Vid. Verb. Clauſula in ſpecie verſic. Clauſula ſupplentes.

REGULA XLII.

Papa juxta primam Regulæ partem in tribus caſibus de Beneficiis Juriſpatr. laicorum diſponit. *Primo*, quando Beneficium tanto tempore vacavit, quod ejus collatio ad Sedem Apoſtolicam ſit legitime devoluta. T. 2. p 233. n. 1.

Secundo, quando tempus Patronis laicis a Jure præfixum lapſum exiſtat. *ibid.*

Et ſecundus hic caſus ſuperfluus non eſt, quamvis Papa in primo diſpoſitioni ſuæ reſervaverit Beneficia devoluta. Et quare? *ibid* n. 18.

Tertio, quando Patronorum accedit aſſenſus. *ibid* n. 1.

Et ex dicta Regula XLII. ortus eſt ſtylus, quod in Literis Reſignationis ad favorem Beneficiorum de Jurepatr. inſeratur clauſula -- *accedente conſenſu Patronorum.* Tom. 3. p. 236. n. 52.

Regula agnoſcit in Auctorem *Joannem XXII.* T. 3. p. 233. n. 2. & p. 242. n. 119.

Eamque *Martinus V.* quoad primam tantummodo partem, ſed reſtrictam ad primum, & tertium caſum, retulit inter Cancellariæ Regulas. T. 3. p. 233. n. 4.

Et ſecundum caſum eidem primæ parti Regulæ addidit *Julius III.* *ibid.* n. 5. & p. 234. n. 19.

De Beneficiorum Juriſpatronatus devolutione. *Vid. V. Juſpatr. quoad Devolutionem.*

Secunda pars Regulæ, primo inter Cancellariæ Regulas inſerta fuit ab *Innocentio VIII.* T. 3. p. 233. n. 6.

Eique nonnulla verba addidit *Clemens VIII.* *ibid.* n. 7.

Et in hac ſecunda parte recepta non eſt in Gallia. T. 3. p. 237. n. 70.

Regula in ſecunda parte diſponit, quod derogatio Juriſpatronatus ſpectantis ad *Reges*, *Duces* vel alios *Principes* non ſuffragetur, niſi de talibus Perſonis ſpecifica mentio fiat, ac eidem Patronatui ſpecifice derogetur. Et aſſignatur ratio. T. 3 p 238. n 81.

Et aliter facta quocumque modo per æquipollens expreſſio, non ſuffragatur pro validitate derogationis. *ibidem* n. 86.

Nec ſufficit, quod Papa derogando, dicat, *non obſtante, quod Juſpatronatus ſit laicorum Nobilium, & Illuſtrium.* Et quare? *ibid.* n. 83.

Aut quod ſpectet ad Perſonam *cujuſcumque qualitatis* exiſtat. *ibid.* n. 84.

Spectante Jurepatronatus ad Regem, non ſufficit pro valida illius derogatione expreſſio, quod ſit *Ducis*, vel *Marchionis*. *ibid.* n. 85.

Regula dum diſponit Juripatron. *Regum*, *Marchionum*, *Ducum &c.* ſpecifice, ac determinate derogandum eſſe favorabilis eſt. *ibid* n. 77. & p 240. n. 100.

Lateque proinde interpretanda. T. 3. p. 240. n. 101.

Appellatione *Ducum*, *Marchionum*, *aliorumque Principum*, ad effectum Regulæ, veniunt, non ſolum Duces, & Principes Jura ſupremi Imperii habentes, & Superiores non recognoſcentes, ſed etiam inferiores, Feuda poſſidentes cum juriſdictione in Vaſſallos. Redduntur rationes, & reſpondetur rationibus in oppoſitum. Tom. 3. p. 239 a n. 87 uſque ad n. 102.

Et referuntur nonnulla exempla Pontificum, qui vacantibus Beneficiis *apud Sedem*, ſe abſtinuerunt a derogando Juripatronatus ob factam ipſis expreſſionem, quod illud ſpectabat ad Duces, & Principes inferiores Feuda poſſidentes. T. 3. p. 240. n. 103.

Contrarium, quod nempe Regula intelligi debeat de Jurepatronatus ſpectante ad *Duces*, *Marchiones*, alioſque *Principes* Superiorem non recognoſcentes, ac Jura Imperii, & Regalia majora habentes. Et redduntur rationes. T. 3. p 241. a n. 114. & ſeqq.

Juſpatr. Regium tranſlatum in Marchionem, quamvis Regium nomen amittat, adhuc comprehenditur ſub diſpoſitione *Regulæ XLII.* T. 3 p 239. n. 89.

Vid. V. Juſpatr. quoad derogationem. Verb. Principes.

REGULA XLIII.

Ex Regulæ XLIII. diſpoſitione, non debent Regularibus Beneficia ſecularia, & e contra Regularia ſecularibus in Commendam dari, niſi in ſignatura Pontificis, vel per clauſulam ad partem, ſuper petitione Commendæ hujuſmodi, de *Commenda ipſa* mentio fiat. T. 3 p. 272. n. 92.

In Regulis antiquis *Sixti IV. & Innocentii VIII.* ſimpliciter legebatur -- *niſi in Signatura mentio fiat de Commenda.* T. 3. p. 273. n. 93.

Et explicatur ſenſus hujuſmodi verborum. *ibid.* n. 94.

Sed in Regulis Succeſſorum additum fuit -- *Niſi in ſignatura*,

tura, vel per clauſulam ad partem de Commenda ipſa mentio fiat. — T. 3. p. 273. n. 95.
Dictio *Vel* omiſſa fuit in Regulis *Gregorii XIII.* & Succeſſorum. *ibid.* n. 96.
Sed Regalæ primo reintegrata, ſub Sanctiſſimo D. N. Clemente XII. & quare? *ibid.* n. 97. & 98.
De Beneficiorum Commendis. *Vid. V. Commenda. V. Regulares quoad Beneficia ſecularia, & ſeculares quoad Regularia.*

REGULA XLIV.

Si error aliquis irrepat in Supplicatione, conceditur *Reformatio*, quæ fit per exhibitionem novæ Supplicationis cum inſerto tenore prioris, & petitur eam reformari. T. 3. p. 320. n. 1.
Nec *Reformatio* hujuſmodi denegari ſolet, niſi aliter Datario videatur. T. 3. p. 321. n. 25.
Sed aliquando abſque novæ Supplicationis ſignatura, mandat Datarius corrigi errorem, qui in prima irrepſit. T. 3. p. 320. n. 2.
Supplicationi *Reformationis* apponitur *Data* ſignaturæ currentis, non autem primæ, ſi ex ea præjudicium aliquod Tertio irrogari poſſit. *ibid.* n. 3. & 4.
Et Literæ Apoſtolicæ ſub priori *Data* expeditæ, ſunt ipſo jure nullæ. *ibid.* n. 6.
Limita, ſi fuerit illa ſignata a Papa per verbum *Fiat* ſub prima Data. *ibid.* n. 4.
Si defectu aliquo Supplicatio ſub *parva* Data ſignata, laboret, poſſunt de jure ſignari ſub priori *Data* plures aliæ Supplicationes, tanquam a prima dependentes. *ibid.* num. 7.
Intellige, ubi agitur de Supplicatione Gratiæ, quæ nuncupatur *Cui prius*, ſecus de ſupplicatione *Reformatoria. ibid.* num. 8.
Regula loquitur *de Reformatione* Gratiarum Beneficialium, & earum tantummodo reſpectu priſcis temporibus ſervabatur. *ibid.* n. 15.
Sed hodie *Reformatio* in quarumcumque Gratiarum Supplicationibus conceditur. *ibid.* n. 16.
Et præfefert formam Gratiæ præcedentis, quæ ſi *Motu proprio* conceſſa fuerit, hoc itidem modo conceditur *Reformatio.* *ibid.* n. 17.
Reformatio nil operatur, ſi valida non ſit Gratia principalis, cujus tantum defectum ſanat, ſed non convalidat actum nullum. *ibid.* n. 18.
Reſcripta *Reformationis*, & Gratiæ *Cui prius*, non conceduntur Literis Apoſtolicis expeditis, ſed ſolum quando Supplicatio fuit *datata*, & non regiſtrata. *ibid.* n. 19. 23. 25. & 26.
Nec eorum vigore poſſunt ab Officialibus Literæ Apoſtolicæ corrigi. *ibid.* n. 20.
Sed in caſu alicujus materiæ levis, veluti *formæ Gratioſæ*, vel ſimilis, poteſt vigore Edicti Cardinalis *Corradi* concedi *Reformatio*, etiam poſt Literas Apoſtolicas expeditas. T. 3. p. 321. n. 26.
Vid. V. Gratia Cui prius. *V. Gratia Revalidatoria, ſeu* Perinde valere.

REGULA XLV.

Quoad conſenſum a reſignante, vel ejus Procuratore, reſignationi Beneficiorum præſtandum.

In reſignationibus Beneficiorum ad favorem, præſtari debet vigore *Regulæ XLV.* conſenſus a Reſignante, vel *per ſe ipſum*, ſi præſens in Curia ſit, vel per Procuratorem, ſi abſens exiſtat. T. 3. p. 336. n. 1.
Et qua ratione conſenſus hujuſmodi requiritur? *ibid.* & p. 342. n. 73. p. 343. n. 93. p. 344. n. 112. p. 353. n. 248.
De ſtylo Datariæ in Reſignationibus Beneficiorum, *Signatura*, *Conſenſus*, & *Data*, adnotantur ſub diem *Præſentatæ*, quamvis actus præfati materialiter fiant ſub diverſis diebus. T. 3. p. 342. n. 71. 76. & 79. p. 344. n. 104. p. 349. n. 197.
Poſſunt tamen extendi, & poni ſub alia dia, cum id ſit poſitum in arbitrio Datarii. T. 3. p. 349. n. 197.
Per conſenſum abdicatur a Reſignante jus, quod ei ſuper Beneficio competit. T. 3. p. 336. n. 2. p. 337. n. 16.
Exponitur ſtylus, qui hodie ſervatur in expediendis Gratiis reſignationis Beneficiorum ad favorem. T. 3. p. 336. n. 3. p. 338. n. 27.
Juxta modernum ſtylum Conſenſus Reſignantis non extenditur, niſi poſt ſignatam a Pontifice Supplicationem. T. 3. p. 337. n. 4.
Nec *parva Data* Supplicationi adjicitur, niſi poſt extenſum Conſenſum, illumque adnotatum a tergo ejuſdem Supplicationis. T. 3. p. 337. n. 5. p. 349. n. 186.
De ſtylo tamen antiquo, prius apponebatur *Data*, & poſtea extendebatur Conſenſus. T. 3. p. 349. n. 185.
Conſenſus per Reſignantem, ſeu ejus Procuratorem reſignationi Beneficii præſtitus, retrotrahitur ad diem præſentatæ Supplicationis. T. 3. p. 337. n. 6.
Sed, ubi agitur de ſuſtinenda validitate reſignationis, probari poteſt præſtitus poſt diem *Præſentatæ*. Et traditur exemplum. *ibid.* n. 7. & 8.
In Reſignationibus Beneficiorum ad favorem, de jure antiquo neceſſarius erat duplex Conſenſus, alter *cauſalis*, in quo Gratia ſubſtantiatur; & alter *formalis* in Camera, vel Cancellaria præſtandus pro expeditione Literarum. *ibid.* n. 9.
Sed Regula XLV. nihil diſponit circa Conſenſum *cauſalem.* *ibid.* n. 10.
Et hodie unicus præſtatur Conſenſus, qui ad utrumque effectum deſervit. *ibid.* n. 11.
Conſenſui *formali* Reſignantis, Pontifices aliquando derogare conſueverunt, cum ille non reſpiciat ſubſtantiam Gratiæ. *ibid.* n. 12. p. 343. n. 99.
Et referuntur exempla. T. 3. p. 337. n. 13. & 14.
Intellige, dummodo præceſſerit Conſenſus *cauſalis. ibid.* n. 15.
Sine Conſenſu Reſignantis, Literæ Reſignationis nullatenus expediri poſſunt, & expeditæ, nullæ, & irrita eſt Reſignatio. *ibid.* n. 17.
Et hujuſmodi Conſenſus debet eſſe expreſſus, nec ſufficit tacitus, vel præſumtus. T. 3. p. 338. n. 18.
Reſignatio Beneficii a Mentecapto poſſeſſi, non aliter admitti ſolet, quam prævio Conſenſu Curatoris, & reſervata, ut plurimum, congrua Penſione favore Dementis, ſeu Mentecapti. Et referuntur exempla. *ibid.* n. 19.
Reſignans, qui præſens eſt in Curia, tenetur *per ſe ipſum* præſtare Conſenſum, nec ſufficit, quod illum præſtet per Procuratorem. T. 3. p. 341. n. 46. & 60.
Sed, quomodo illum præſtent Cardinales in Curia præſentes in Reſignationibus Beneficiorum ad favorem, quas expleunt? T. 3. p. 340. n. 47.
Regula decernens, Reſignantem in Curia præſentem teneri *per ſe ipſum* præſtare Conſenſum, exorbitat a Jure. *ibid.* n. 48. p. 342. n. 68.
Proindeque odioſa reputatur, & ſtrictam recipit interpretationem. T. 3. p. 341. n. 49. & 62. p. 345. n. 131.
Reſignans in Curia præſens, non prohibetur Procuratorem conſtituere ad effectum, ut ipſo poſtea abſente, Conſenſum reſignationi præſtet. Et explicantur DD. qui contrarium innuere videntur. T. 3. p. 341. n. 51. & 52.
Qui Reſignationem infringere contendit ex motivo præſentiæ Reſignantis in Urbe tempore præſtiti a Procuratore Conſenſus, præſentiam ipſam probare tenetur. *ibidem* n. 53.
Et quidem concludenter, non præſumtive, ac in eadem die, qua præſtitus fuit Conſenſus. *ibid.* n. 54.
Nec *Rota* admiſit probationem præſentiæ in Urbe deſumtam ex eo, quod Beneficiatus die præſtiti Conſenſus ſubjectus non fuit punctaturis, ob non intereſſentiam in Choro. Et de ratione. *ibid.* n. 55.
Conſenſus a Procuratore conſtituto in abſentia Reſignantis, præſtitus reſignationi, poſtquam Reſignans in Urbe præſens reperitur, tunc nullus eſt, ſi Reſignans in Urbe ſupervenerit *re integra*, antequam Procurator Mandato uti inceperit. *ibid.* n. 56. & 57.
Secus vero, ſi Reſignans, *re non amplius integra*, ſed poſtquam Procurator Mandato uti cœpit, ad Urbem acceſſerit. Et aſſignantur rationes. *ibidem* numer. 58. & 60. & ſeqq.
Præſertim, ſi Conſenſus præſtitus fuit bona fide, eo quia Procuratori ignotus erat adventus Reſignantis ad Urbem. T. 3. p. 342. n. 72. p. 343. n. 86.
Et caſus iſte, veluti *mixtus*, non comprehenditur ſub cenſura Regulæ, quæ loquitur de caſu *ſimplici*, præſentia nempe Reſignantis in Urbe, nedum tempore præſtiti a Procuratore Conſenſus, ſed etiam tempore, quo ipſe Supplicationem porrexit, & ſignaturam, ac *Datam* obtinuit. Tom. 3. pag. 341. num. 65. & 66. p. 343. n. 88. 91. & 97.
Et explicantur *Deciſiones Rotæ* 410. *part.* 14. *&* 39. *part.* 16. *Recent.* T. 3. p. 342. n. 76. & ſeqq. & n. 82. & ſeqq.
Regula præſcribens, quod Conſenſus præſtandus ſit *per ſe ipſum* a Reſignante in Curia præſente, intelligitur de præſentia fixa, & permanente, non de accidentali, & tranſitoria. T. 3. p. 341. n. 61 & p. 343. n. 87.
Qui præſens in Urbe eſt, ſi Mandatum det ad reſignandum, & deinde recedat, valida eſt Reſignatio expleta vigore conſenſus præſtiti a Procuratore in abſentia Reſignantis. T. 3. p. 342. n. 76.
Intellige,

Intellige, quando Reſignans in Curia præſens, re integra Procuratorem conſtituat, & re integra ab Urbe recedat, ante ſcilicet præſentatam Supplicationem, ſecus, ſi Mandatum exaraverit poſt Præſentatam, Et redditur ratio. T. 3. p. 342. n. 78. 79. 80.
Reſignans, ſi abſens ſit a Curia, poteſt Reſignationi Beneficii Conſenſum per Procuratorem præſtare. Tom 3. p. 341. n. 50.
Reſignatio *per publicum documentum* exarata, quando nempe quis in *partibus* coram Notario, & Teſtibus reſignat, & dimittit ad alterius favorem Beneficium in manibus Pontificis, poſteaque vigore ejuſdem Inſtrumenti in Urbe producti præſtatur a Sollicitatore Reſignantis conſenſus, an valida ſit, late examinatur. T. 3. p. 343. a n. 89. uſque ad n. 117.
Sed ubi Reſignatio hujuſmodi admittitur, injungitur ei, qui Inſtrumentum exhibuit, ejuſque vigore conſenſum præſtitit, obligatio producendi intra certum tempus Mandatum ratificatorium Reſignantis. T. 3. p. 345. n. 123.
Eoque intra tempus præfixum non exhibito, Reſignationis actus remanet nullus, nec jus abdicatur a Reſignante. *ibid.* n. 124. & 127.
Sequuta Reſignatione per *publicum Documentum*, poteſt Reſignans illud revocare ante conſenſum formalem a Procuratore præſtitum in Cancellaria, vel in Camera; & redduntur rationes. T. 3. p. 352. n. 242. & p. 353. n. 251.
Procurator ab abſente conſtitutus ad conſenſum Reſignationi præſtandum, debet eſſe certus, & ſpecialiter in Inſtrumento nominatus. T. 3. p. 345. n. 128.
Hinc nullum eſt mandatum, ſi nemo in eo deſcriptus reperiatur, ſed Procuratoris nomen ſit in *albo* relictum. Et de ratione. *ibid.* n. 129. & 134.
Sed de ſtylo Curiæ admittuntur Mandata ad reſignandum relicto *in albo* nomine Procuratoris, qui poſtea in eo deſcribitur. *ibid.* n. 130.
Conſenſus Reſignationi præſtari debet ab ipſo Procuratore *perſonaliter*, nec ſi abſens ſit, aut infirmus, præſtari valet per Inſtrumentum, aut per Epiſtolam. T. 3. p. 346. n. 137.
Reſignans, an poſſit Procuratorem conſtituere per Epiſtolam, illiuſque vigore valeat Notarius conſenſum extendere? *ibid.* n. 138. 139. & ſeqq.
Mandatum ad reſignandum probari poteſt per conjecturas. *ibid.* n. 143.
Si poſt præſentatam Supplicationem, inſcio Reſignante, ſuperveniat Mandatum pro Reſignatione facienda, conſenſus illius vigore præſtitus, actum nulliter antea geſtum confirmat. *ibid.* n. 145.
Priſcis temporibus, Literæ Miſſivæ non admittebantur pro conſenſu præſtando, ſed ſolum inſerviebant pro conſenſu cauſali. *ibid.* n. 146.
Sed hodie admittuntur cum obligatione *de rato*. *ibidem.* n. 147.
Hæcque obligatio operatur, ut donec exhibeatur Mandatum ratificatorium, abdicatum non ſit a Reſignante jus, quod habet ſuper Beneficio. *ibid.* n. 148.
Conſenſus a Procuratore Reſignationi præſtandus, Literarumque expeditio, uniformes eſſe debent Mandato. *ibid.* n. 149.
Et aliter expleta Reſignatio, nulla eſt, nec jus abdicat a Reſignante. T. 3. p. 347. n. 161.
Si Mandatum ad reſignandum ſit exaratum cum reſervatione fructuum favore Reſignantis, & Procurator conſenſum Reſignationi præſtet cum reſervatione Penſionis in certa quantitate, Reſignatio nulla eſt. T. 3. p. 346. n. 150.
Quemadmodum non ſubſiſtit Reſignatio expleta ſub narrativa, quod Beneficium non eſſet reſervatum, quando in Mandato expreſſum erat, illud eſſe duplici reſervationi obnoxium. *ibid.* n. 151.
Reſignatio expleta, non ſervata forma Mandati, nulla eſt, etiamſi conditiones præſcriptæ, fuerint inſolitæ, & a Pontifice admitti non conſuetæ. *ibid.* n. 152.
Limita, ſi Mandatum contineat clauſulam *Si Sanctiſſimo placuerit*, & non aliter. *ibid.* n. 153.
Tenetur tamen Procurator conditiones illas a Reſignante volitas in Supplicatione exprimere. *ibid.* n. 153.
Reſignatio a Procuratore, qui Mandati fines exceſſit, expleta, ſuſtinetur, ſi Mandans exceſſum approbaverit, & ratificaverit. T. 3. p. 347. n. 154.
Solet tamen imponi hoc caſu Procuratori onus exhibendi intra certam tempus ratificationem per publicum Inſtrumentum. *ibid.* n. 155.
Et ſtante hujuſmodi obligatione, an ſufficiat ratificatio per literas miſſivas? *ibid.* n. 157.
Ratificatio hæc pro ſuſtinenda validitate Reſignationis, an produci, & exhiberi debeat Officialibus in vita Reſignantis? T. 3. p. 347. n. 157. 158. & 160. & ſeqq.
Et, an ratificans ipſe ſupervivere debeat per viginti dies a die exhibitæ ratificationis? *ibid.* n. 159. & 164.
Conſenſus Reſignationi Beneficii ad favorem, non alibi, quam in Cancellaria, vel Camera præſtari debet. T. 3. p. 344. n. 106. p. 348. n. 167. & 168.
Regulæ diſpoſitio locum tantummodo ſibi vendicat, ubi conſenſus Reſignationi præſtandus eſt in Cancellaria, ſecus ſi in Camera. T. 3. p. 348. n. 169.
Cameræ Notarii procliviores eſſe ſolent in admittendo conſenſum, etiam non ſervata ad unguem forma a Regula præſcripta. *ibid.* n. 170.
Contrarium, quod Regula ex identitate rationis locum habet etiam in *Camera*, licet de eo non loquatur. *ibid.* n. 171.
Recenſentur quamplures differentiæ, quæ circa ſtylum admittendi conſenſum in Reſignationibus ad favorem, intercedunt inter Cameram, & Cancellariam. *ibid.* n. 172. & n. 19.
Conſenſus Reſignationi juxta ſtylum Cancellariæ, præſtari debet a Procuratore intra annum a die exarati Mandati. T. 3. p. 348. n. 176.
Quod etiam ſervatur in Reſignationibus ad favorem Beneficiorum Galliæ. *ibid.* n. 177.
Mandatum Procuræ ad Reſignandum exaratum in Hiſpaniis, Officiales Datariæ poſt quinquennium admittere noluerunt. *ibid.* n. 178.
Contrarium, quod Procuratori nullum ſit præfixum tempus ad conſenſum Reſignationi præſtandum. *ibid.* n. 179. & 181.
Et præſtari poteſt etiam poſt quatuor annos a die confecti mandati. *ibid.* n. 180.
Conſtitutio *Clementis VII.* decernens, quod Conſenſus in Reſignationibus extendi debeat intra quindecim dies a die miſſæ Supplicationis ad *Regeſtrum*, non fuit uſu recepta. *ibid.* n. 182.
Procurator, qui in vita Reſignantis Mandato uti cœpit, poteſt ex Conſtitutione *Alexandri VI.* & *Leonis X.* conſenſum præſtare, etiam poſt illius obitum *ibid.* n. 183. p. 349. n. 201 & ſeqq.
Intellige, quando Supplicatio vivo Reſignante non tantum fuit ſignata, ſed etiam Datata; & de ratione. *ibid.* n. 184. & 190.
Contrarium, quod ſufficiat Supplicationem fuiſſe vivo Reſignante porrectam, eique appoſitam *Præſentatam*. *ibid.* n. 185.
Et ratio propter quam requirunt nonnulli Doctores *Datam* vivo reſignante, militat etiam ſtante ſola *Præſentata*. *ibid.* n. 190. & 191.
Priſcis temporibus ſtante ſola *parva Data*, ſeu *parvo conſenſu*, poterat poſt mortem Reſignantis extendi Procuratoris conſenſus formalis. *ibid.* n. 187.
Gratia Reſignationis *ex Præſentata* Supplicationis, illiuſque Signatura, dicitur perfecta, ſed revocabatur, donec præſtetur conſenſus formalis. *ibidem* n. 192.
Conſenſus poſt obitum Reſignantis præſtari nequit a Procuratore, quamvis Supplicatio eo vivente præſentata, & ſignata fuerit. Et hoc jure hodie vivitur. *ibid.* n. 193. & 205.
Reſpondetur exemplis in contrarium. *ibid.* n. 199. & 200.
In Reſignationibus admitti poteſt conſenſus poſt obitum Reſignantis, quando illius notitia eſt vaga, & incerta, ſecus ſi certa, & notata Officialibus. T. 3. p. 351. n. 231.
Et ſi hoc poſteriori caſu Reſignatio admittatur, Gratia eſt nulla & quare? *ibid.*
Vel quando abeſt omnis ſuſpicio fraudis, & Colluſionis. *ibid.* n. 232.
De fraude committi ſolita, quod ſignata Supplicatione ſuper Reſignatione, ſuſpendatur præſtatio conſenſus, ut ſi interim præmoriatur Reſignatarius, Beneficium remaneat penes Reſignantem, ſi vero præmoriatur Reſignans, præſtetur poſt illius obitum conſenſus T. 3. p. 352. n. 233.
Fraus hæc a *Leodienſibus* Expeditoribus ſæpe committebatur. *ibid.* n. 234.
Et ad illi occurrendum, conſueverat olim in Supplicationibus Reſignationis Beneficiorum Diœceſis Leodienſis apponi clauſula: *Quod ſi appareret aliam Supplicationem ſignatam fuiſſe &c.* *ibid.* n. 235.
Conſenſus a Procuratore, qui, Reſignante in humanis degente, Supplicationem pro Reſignatione porrexit, non aliter præſtari poteſt poſt obitum Reſignantis, quam ſi eo vivente Mandatum habuerit, & acceptaverit. *ibid.* n. 237.
Si ad plurium favorem ſuper ejuſdem Beneficii Reſignatione conſenſus præſtitus fuerit, primus attendi debet. *ibid.* n. 238.
Et Literæ vigore poſterioris conſenſus expeditæ, etiam ſub priori

priori Data, nullius ſunt roboris. T. 3. p. 352. n. 239.

Refertur Decretum præſervativum prioris conſenſus, ſi præſtitus fuerit in Literis Reſignationis Beneficii ad favorem, adjici ſoliti. *ibid.* n. 240.

Et Decretum hujuſmodi prioris conſenſus præſervativum, intelligitur de conſenſu valido, & effectuato, ſecus de conſenſu nulliter præſtito. *ibid.* n. 241.

Si Reſignans porrigat Supplicationem, poſtcaque conſtituat Procuratorem ad Reſignandum, & moriatur, nequit amplius Procurator præſtare conſenſum. Et quare? *ibid.* n. 247.

Ante conſenſum formalem a Procuratore præſtitum, etiam Supplicatione ſignata, non prohibetur Reſignans Mandatum revocare, ſecus præſtito jam conſenſu, quia res non eſt amplius integra. T. 3. p. 342. n. 79. p. 353. n. 252. 253. p. 354. n. 270. & 272. p. 355. n. 179. & 283.

Et revocatio Mandati *re integra* fieri poteſt, etiam ſi Procurator conſtitutus fuerit cum Juramento de non revocando. T. 3. p. 353. n. 156.

Mandati revocatio intimari debet Procuratori, alias conſenſus ab eo revocationis inſcio Reſignationi præſtitus, rite ſubſiſtit. *ibid.* n. 257.

Limita, ſi per Procuratorem ſteterit, quominus ipſi ante præſtitum conſenſum intimatio revocationis fieri valuerit. *ibid.* n. 258.

Revocatio Mandati poteſt etiam intimari in Actis Notariorum tam Cameræ, quam Cancellariæ. *ibid.* n. 259. & 260.

Exhibita revocatione Mandati in Cancellaria, ſi Conſenſus præſtetur in Camera, rite præſtitus cenſetur; quemadmodum a contra, ſi exhibeatur ſolum in Camera, & Conſenſus præſtetur in Cancellaria. *ibid.* n. 261.

Revocatio Mandati, ut rite ſubſiſtat, ſufficit, quod ſit intimata ſoli Principali, ad cujus favorem præordinata eſt Reſignatio. *ibid.* n. 262.

Imo ſat eſt, quod abſque ulla intimatione, Principalis ipſe, vel Procurator, certo ſciant Mandatum fuiſſe revocatum. T. 3. p. 354. n. 263. & 266.

Si Principalis, cui Mandati revocatio intimata fuit, commode de illa certiorem reddere non poſſit Procuratorem, & iſte expenſas pro reſignationis expeditione interim faciat, tenetur Mandans ad earumdem refectionem. *ibid.* n. 264.

Revocatio Mandati fieri debet Reſignatario, vel Procuratori perſonaliter, nec ſufficit, quod exequatur Domi dimiſſa Copia. *ibid.* n. 265. & ſeq.

Niſi doceatur aliunde, quod ad eorum notitiam pervenerit, aut quod ipſi latitarent, ſeu præſentes non eſſent in loco. *ibid.* n. 268. & 269.

Si poſt obtentam a Procuratore *Præſentatam*, ſequatur revocatio Mandati, quamvis poſtea Procurator Conſenſum præſtet, & Literas Reſignationis ſub die *Præſentatæ* expedire curet, Reſignatio non ſubſiſtit. *ibid.* n. 270. & 272.

Revocatur hæc Sententia in dubium, & de ratione. *ibid.* 273. & 274.

Regula quoad conſenſum in Reſignatione per *ſeipſum* a præſente in Curia præſtandum, locum ſibi non vindicat in Reſignatione Officiorum Vacabilium. *ibid.* n. 275. *Vid. V. Officia venalia, & Vacabilia Romanæ Curiæ.*

Regula XLV. Quoad conſenſum a titulari reſervationi Penſionis præſtandum.

Decernit inſuper *Regula XLV.* quod Literæ Reſervationis Penſionis expediri non poſſint, niſi de conſenſu Titularis, qui eam perſolvere debebit. T. 3. p. 367. n. 2.

Et Regula hæc ſervatur etiam in *Gallia*, ubi reſervatio Penſionis nulla eſt, ſi non accedat conſenſus Titularis. T. 3. p. 378. n. 155.

Reprobatur ratio, quam tradit *Richard. de Penſ.* quod Conſenſus hujuſmodi fundetur ſuper Regula Canonica præſcribente, Eccleſiaſtica Beneficia, ſine diminutione conferenda eſſe. *ibid.* & p. 377. n. 146. & ſeqq.

Et aſſignatur vera ratio. T. 3. p. 378. n. 161.

In Reſignatione Beneficii cum reſervatione Penſionis, duplex requiritur conſenſus, & Reſignantis, qui Reſignationi, & Reſignatarii, qui reſervationi Penſionis conſentiat. T. 3. p. 367. n. 3.

Neceſſe tamen non eſt, quod conſenſus præfati eodem tempore interveniant, ſed intercedere poſſunt ex intervallo. *ibid.* n. 4.

Et donec interveniant, Reſignatio non dicitur perfecta, & locus erit pœnitentiæ. *ibid.* n. 5.

Regula de præſtando conſenſu in reſervatione Penſionis, non procedit, ſi Titularis nullum jus habeat in Beneficio, quod Penſione gravatur: *ibid.* n. 6.

Expleta a Pontifice proviſione Beneficii per obitum vacantis cum reſervatione Penſionis, hæc adhuc ſuſtinetur, quamvis proviſio ſit nulla, & quare? T. 3. p. 367. n. 7.

Penſio tamen favore Reſignantis, aut Perſonæ ab ipſo deſtinatæ reſervata, non ſubſiſtit, ſi Reſignans nullum jus habeat in Beneficio reſignato. Et traditur ratio. T. 3. p. 368. n. 9.

Pro valida reſervatione Penſionis ſuper Beneficio de Jurepatronatus, neceſſe non eſt, quod intercedat Patroni conſenſus, præſertim ſi agatur de Penſione temporali ad vitam Penſionarii, ſed ſufficit, quod Juriſpatronatus mentio Pontifici fiat. Et redditur ratio. *ibid.* n. 10. & 12.

Et explicatur *Deciſio cor. clar. mem. Card. Falconerio*; quæ contrarium decernit. *ibid.* n. 13.

Facienda eſt quoque mentio Juriſpatr. paſſivi, ſi illud adſit. *ibid.* n. 11.

Regula conſenſum requirens in reſervatione Penſionis, an locum habeat in reſignatione Beneficii cum reſervatione fructuum? *ibid.* n. 14. & 16. 18. & 19.

Et, an requiratur Reſignatarii conſenſus in reſervatione *Regreſſus* ad Beneficium reſignatum, quod in certis caſibus ſibi pepigit Reſignans? *ibid.* n. 15.

Quemadmodum conſenſus *formalis* Titularis, an ſit neceſſarius in caſſatione Penſionis, vel ſufficiat *cauſalis*? *Vid. V. Penſio quoad caſſationem.*

Conſenſus reſervationi Penſionis præſtari poteſt ab illo, qui eam ſolvere debebit, tam *per ſe ipſum*, quam per *Procuratorem.* T. 3. p. 370. n. 35.

Amplia, etiamſi fuerit præſens in Curia. *ibid.* n. 37.

Præſtari tamen debet *re integra*, ante ſcilicet obitum Titularis. *ibid.* n. 39. & 43.

Si Titularis, Beneficio pleno, ſupplicet pro reſervatione Penſionis ſuper illius fructibus, & poſt ſignatam Supplicationem decedat, non poteſt amplius Procurator conſenſum præſtare. Et quare? *ibid.* n. 40. & 41.

Regulæ diſpoſitioni aliquando derogari conſuevit in reſervatione Penſionis ſuper fructibus Beneficii vacantis. *ibid.* n. 43. p. 371. n. 60.

Conſuevit itidem conſenſui per Regulam requiſito in reſervatione Penſionis derogari in caſu reſignationis Beneficii favore abſentis, & quare? Tom. 3. p. 370. n. 45. p. 372. n. 72.

Et quomodo concipiatur Decretum hujuſmodi derogationis? T. 3. p. 370. n. 46.

Hæc derogatio paſſim conceditur in Gallia, & nedum a Pontifice, ſed etiam a Vice-Legato Avenionenſi. *ibid.* n. 47. & 49.

Et, an concedi debeat in reſignatione Beneficii cum Penſione facta ab Infirmo, præſertim, ſi Beneficium ob aliquam reſervationem ei ipſum certo ſpectet ad Sedis Apoſtolicæ collationem? T. 3. p. 372. n. 70. & ſeqq.

Derogatio conſenſui *formali* Reſignatarii Penſionem ſolvere debentis raro, & cum difficultate in aliis Regionibus, præter *Galliam*, conceditur. T. 3. p. 370. n. 48.

Sed difficultas hæc adeſſe non deberet, & quare? *ibid.*

Derogatione Regulæ non obſtante, adhuc probandus eſt in Penſionis impoſitione Conſenſus *cauſalis* Titularis, cui per Papam derogari non conſuevit. *ibid.* n. 50. p. 372. num. 65.

Quemadmodum, nec conſenſui *cauſali* Titularis pro imponenda Penſione Beneficio pleno. T. 3. p. 372. n. 54. & 61.

Et quomodo conſenſus præfatus *cauſalis* probari valeat? *ibid.* n. 51. 52. p. 379. n. 167.

Sed fuit aliquando ex juſtis cauſis derogatum conſenſui Epiſcopi, pro Congrua favore Suffraganei ſuper fructibus ejus Menſæ Epiſcopalis aſſignanda. T. 3. p. 371. n. 60.

Penſiones eventuales, Beneficio pleno, reſervare non ſolet Dataria, niſi de conſenſu Titularis. *ibid.* n. 60.

Epiſcopos Corſicæ renuentes perſolvere Penſionem, quam ſuper eorum Menſis Epiſcopalibus, dummodo ipſorum accederet conſenſus, impoſuerat *Alexander VII.* pro manutentione Miſſionariorum in eadem Inſula, ſuprema ſua auctoritate compellere noluit Pontifex. *ibid.* n. 55.

Et reſpondetur rationibus expoſitis per Adminiſtrum Reipublicæ Januenſis inſtantis, ut Pontifex eorum conſenſui *cauſali* derogaret. *ibid.* n. 54. & ſeqq.

Quemadmodum, nec *Clemens X.* Penſionem ab Anteceſſore ad certum tempus impoſitam ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis *Gandaven.* & expiratam, prorogare voluit, diſſentiente Epiſcopo Gandaven. *ibid.* n. 61.

Reſervata per Ordinarium ſub Pontificis beneplacito in collatione Beneficii Penſione, ſi Titularis eidem conſenſum præſtare nolit, illi per Datariam derogari ſolet. T. 3. p. 373. n. 78. p. 374. n. 96.

Et hoc caſu Dataria procedit non per viam revalidationis Penſionis nullæ, ſed per viam reſervationis Penſionis *ex integro.* T. 3. p. 374. n. 100.

Conſenſus Titularis nedum in Penſionis reſervatione requiritur.

ritur, ſed etiam in illius revalidatione, ſi nulliter impoſita fuerit; & quando Papa eidem conſenſui derogare ſoleat? *Vid. V. Penſio quoad revalidationem.*

REGULA XLVI.

Regula mandat concedendam non eſſe Gratiam ſuper Beneficiis vacaturis *per ingreſſum Religionis*, niſi Profeſſio præceſſerit *Datam* Supplicationis. T. 3. p. 385. n. 1.
Et quomodo priſcis temporibus concepta erat? *ibid.* n. 2.
Produit ante Concilium Tridentinum, tempore, quo concedebantur *Expectativæ* ad Beneficia. *ibid.* n. 3.
Hinc hodie non videtur eſſe amplius in uſu. *ibid.* n. 4.
Proindeque deleri deberent a Regula verba illa -- *ſuper Beneficiis vacaturis per ingreſſum Religionis.* *ibid.* n. 5.
Earumque loco apponi -- *ſuper Beneficiis illorum, qui Religionem ingrediuntur.*
Vid. V. Expectativæ ad Beneficia.
Proviſus a Papa de Beneficio, tanquam vacante per ingreſſum Religionis, quid in Supplicatione narrare debeat? T. 3. p. 386. n. 7.
Et quomodo illa concipiatur. *ibid.* n. 8.
Profeſſio ad effectum Regulæ, ex quibus probetur? T. 3. p. 387. n. 39. & ſeqq.
Beneficia, an, & quando vacent per ingreſſum in Religionem? *Vid. V. Profeſſio. V. Novitius.*

REGULA XLVII.

Impetrans Beneficium, tenetur vigore Regul. XLVII. certum vacationis modum exprimere. T. 3. p. 390. n. 4.
Redditur ratio Regulæ. *ibid.* & p. 394. n. 68.
De Jure tamen in Beneficii impetratione, neceſſaria non eſt certi illius vacationis modi expreſſio, ſed ſufficit, quod Beneficium vacet. T. 3. p. 390. n. t. & p. 394. n. 67.
Reprobatur *Mandoſ.* qui contrarium exiſtimat. T. 3. p. 390. n. t.
Et reſpondetur Decretali in *Cap. Suſceptum, de Reſcript. in 6.* *ibid.* n. 2.
Regula eſt de antiquis Regulis Curiæ, jam edita temporibus *Joannis XXIII.* & *Martini V.* *ibid.* n. 3.
Et licet ſit contra jus, eſt tamen favorabilis, & qua ratione? T. 3. p. 391. n. 18.
Illiuſque cenſura procedit etiam in Impetratione Gratiæ *ſi Neutri.* Et redditur ratio. T. 3. p. 390. n. 5.
Regulæ diſpoſitio olim locum ſibi non vindicabat in impetrationibus Beneficiorum Galliæ. T. 3 p. 391. n. 9.
Et admittebatur in Supplicatione expreſſio -- *certo, & in Literis, ſi videbitur, exprimendo modo.* *ibid.* n. 10.
Sed ſub *Clemente X.* exploſa fuit hæc clauſula, & quare? *ibid.* n. tt.
In impetrationibus Beneficiorum Galliæ ex cauſis objectivis, exprimi debet certus & ſpecificus vacationis modus. *ibid.* n. 12.
Quod uniforme eſt Ordinationibus *Ludovici XIV.* Galliarum Regis. *ibid.*
In *novis Proviſionibus, & novis Commendis* Beneficiorum, quas proviſi ab Indultariis petere tenentur intra certum tempus a Sede Apoſtolica, admitti non debet clauſula -- *certo tunc expreſſo modo vacan.* -- Et qua ratione? *ibid.* n. 13.
In impetratione Beneficii *jure devoluto*, neceſſe non eſt, quod ad tramites Regulæ exprimatur certus vacationis modus. T. 3. p. 392. n. 29. & 31.
Regulæ diſpoſitio ceſſat, ſi Papa ei derogaverit. T. 3. p. 391. n. 15.
Derogatio tamen debet eſſe expreſſa, & ſpecifica, nec ſufficit Clauſula -- *pro expreſſis &c. ibid.* n. 16. & p. 394. n. 68.
Sed hodie difficile eſt derogationem hanc obtinere. T. 3. p. 391. n. 17.
Regulæ diſpoſitio locum ſibi non vindicat, quando narrato certo vacationis modo, additur clauſula -- *ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo &c.* T. 3. p. 392. n. 32.
Et quem vacationis modum clauſula præfata præter expreſſum, comprehendat? *Vid. V. Clauſulæ in ſpecie, verſic.* Clauſula ſive præmiſſo &c.
Ordinarii, an teneantur in Proviſionibus Beneficiorum, quas explent, certum vacationis modum exprimere? *Vid. V. Beneficia quoad collationem.*

REGULA XLVIII.

Regula XLVIII. præſcribit, quod, ſi in Supplicatione manu Pontificis, vel de illius mandato ſignata, datur *certus Judex* pro pen negocio aliquo exequendo, in Literis deſuper expediendis fieri debeat expreſſio, quod idem Judex *exequutionem faciat per ſe ipſum.* T. 3. p. 397. n. 1.
Certus Judex datur a Papa in Supplicatione, quando Literæ Apoſtolicæ expediri debent in *forma Dignum*, ſeu in *forma Commiſſaria.* *ibid.* n. 2. p 399 n. 34.
Secus, ubi in forma gratioſa. T. 3 p. ,97. n. 3.
Et quomodo iſtarum reſpectu dentur Exequutores? *ibid.* & p. 398 n. 24. p 399 n 34.
Regula locum ſibi non vindicat in Literis expeditis in *forma gratioſa*, ſed ſolum in illis, quæ expediuntur in *forma Dignum.* T. 3. p. 397. n. 4.
Juxta modernum ſtylum clauſula -- *per ſe ipſum procedat* -- nec in Literis in *forma Dignum* expeditis apponitur *ibid.* n. 5.
Cenſetur tamen adjecta per æquipollens, & quomodo? *ibid.* n. 6.
Vel debent Literæ præfatæ interpretari ad formam Regulæ. *ibid.*
Bonum tamen eſſet, quod Clauſula præfata in iiſdem Literis exprimeretur. *ibid.* n. 7.
Vid. V. Literæ Apoſtolicæ quoad exequutionem.
Exequutor in Literis in *forma Dignum* datus cum expreſſione -- *quod per ſe ipſum procedat*, an poſſit alterum ſubdelegare? *Vid. V. Exequutor Apoſtolicus. V. Delegatus.*

REGULA XLIX.

Mandat Regula, in Literis Diſpenſationum ſuper aliquo gradu *Conſanguinitatis*, vel *Affinitatis*, aut alias prohibito, apponi clauſulam -- *ſi Mulier rapta non fuerit*, & qua ratione? T. 4. p. 11. n. 46. & p. 14. n. 54.
Idque ſervabatur etiam ante Concilium Tridentinum T. 4. p. 14 n. 54.
Per dictam Regulam Pontifex adhæſit diſpoſitioni Juris civilis, & non Canonici, ad cujus tramites valet Matrimonium inter Raptorem, & Raptam, ſi prior aſſenſus tranſeat in conſenſum. T. 4. p. 11 n. 49. & 50.
Clauſula præfata aliquantulum hodie eſt immutata in Literis Apoſtolicis, & quomodo? *ibid.* n. 53.
Eaque, ſi in Literis Diſpenſationum omittatur, adhuc ſubintelligitur. *ibid.* n. 47.
Et pro illius verificatione non requiritur judicialis Cauſæ cognitio, ſed ſufficit extrajudicialis informatio. *ibidem* n. 48.
Omittitur tamen clauſula præfata in Literis Diſpenſationum ſuper *ipſo Raptu.* T. 4. p. 25. n. 98.
Sed adjicitur Decretum -- *quod Raptor Raptæ ſuperſtite abſque ſpe Conjugii remaneat* -. *ibid.* n. 101.
Et, an Matrimonium defuncta Conjuge contractum, non obtenta ejuſdem Decreti relaxatione, ſit nullum? *Vid. V. Diſpenſationes Matrimoniales, & V. Raptor, Raptus.*
Detentio Mulieris, quæ ſub Raptu non comprehenditur, diſpenſationem Apoſtolicam non impedit, & dantur exempla. T. 4 p. 12. n 64 & 65.
Explicantur verba illa in ſecunda parte Regulæ adjecta -- *Et ſi ſcienter, ponatur Clauſula addita in Quaterno.* *ibid.* n. 60.
Vid. V. Diſpenſationes Matrimoniales. V. Raptor, Raptus.

REGULA L.

Regula L. præſcribit, quod in diſpenſatione ſuper defectu Natalium, ad effectum ſuccedendi in Bonis temporalibus, adjici debeat clauſula -- *dummodo non præjudicetur illis, ad quos ſucceſſio bonorum ab inteſtato pertinere debeat,* T. 4. p. 25. n. 1.
Nec Clauſula præfata ponitur ad cauthelam. *ibid.* n. 2.
Et cum ea explicite intelliguntur Legitimationes omnes, quæ fiunt in Statu Eccleſiaſtico. *ibid.* n. 3.
Regula loquitur de diſpenſatione ſuper defectu Natalium, non de Legitimatione. T. 2. p. 182. n. 20. & T. 4. p. 25. n. 5. & 13.
Proindeque in illa, & non in iſta adjicienda eſt vigore Regulæ Clauſula præfata. T. 4. p. 25. n. 5.
Regula derogat Privilegio Comitum *Palatinorum*, aliorumque facultate gaudentium legitimandi in tertii præjudicium. *ibid.* n. 4.
Vid. V. Legitimatio, Legitimatus. V. Diſpenſatio ſuper defectu Natalium.

REGULA LI.

In quacumque Gratia a Pontifice inhabili, aut incapaci facta, non venit vigore Regulæ LI. diſpenſatio, niſi *hæc ſpecialiter* exprimatur. T. 4. p 34. n. 8. & 9.
Dictaque Verba fuerunt primo Regulæ addita, ſub *Alexandro VII.* *ibid.* n. 10.
Et deprompta videntur ex quodam Decreto *Motu proprio* edito

Riganti in Reg. Cancellariæ. Tom. IV.

edito anno 1510. a *Leone X.* T. 4. p. 34. n. 11.
Regule eſt contra jus commune, ad cujus tramites, ſemel ac Princeps ſcienter aliquid diſponit favore inhabilis, aut incapacis, cenſetur cum eo tacite diſpenſare, etſi verbo *diſpenſare* non utatur. *ibid.* n. 1. & 3.
Requiruntur tamen quinque requiſite, quæ enumerantur, ad effectum, ut locum ſibi vindicet de jure hujuſmodi tacita diſpenſatio. *ibid.* n. 5. & ſeqq.
Regula non procedit, quando Gratia totaliter effectum diſpenſationis concernit. *ibid.* n. 12.
Nec ſi, diſpenſatione ſecluſe, Gratia nil conferret, aut operaretur. *ibid.* n. 19.
Et ſic intelligendus eſt *Text. in leg. quidam conſulebant ff. de Re Judicat.* *ibid.* n. 20.
Regula pariter locum ſibi non vindicat in Beneficiorum Commendis, ex quarum conceſſione emergit tacita diſpenſatio. *ibid.* n. 21.
Quemadmodum, nec procedit reſpectu Monaci unius Monaſterii de Beneficio alterius provideri petentis, ſi ex petitione conſtet, quod non ſit dicti Monaſterii profeſſus, nam cenſetur cum eo tacite diſpenſatum, ut ad illud tranſire poſſit juxta *Regul. LX.* *ibid.* n. 24. *Vid. V. Diſpenſatio.*

REGULA LII.

Regula LII. decernit, nulli Apoſtolicas Diſpenſationes ſuffragari in judicio, vel extra, antequam ſuper iis Literæ Apoſtolicæ ſint confectæ. T. 4. p. 38. n. 2.
Et quando Literæ præfatæ ſint perfecte expeditæ? *Vid. V. Literæ Apoſtolicæ.*
Et quoad neceſſitatem expeditionis Literarum ſuper Gratiis Apoſtolicis emanarunt etiam Reg. XXVII. & XXXI. *ibid.* n. 1.
Redduntur rationes dictarum Regularum. *ibid.* n. 3. pag. 39. n. 28. 34. & 36. p. 42. n. 71.
Regula LII. eſt odioſa, proindeque reſtringenda. T. 4. p. 38. n. 4.
Concordat tamen cum jure communi, ad cujus tramites Gratia non probatur niſi per Literas. *ibid.* n. 5.
Nec non communi ſtylo. *ibid.* n. 6.
Regulæ diſpoſitio omnes, & quaſcumque comprehendit diſpenſationes, etiam rationi conſonat. *ibid.* n. 10.
Procedit quoad probationem, & uſum Gratiæ, ſed illam per ſolum verbum *Fiat* jam perfectam, non irritat. *ibid.* n. 11. & 12. & p. 39. n. 27. & 35. & p. 40. n. 47.
Regulæ diſpoſitio locum ſibi vindicat in gratia diſpenſationis, quæ principaliter, & de per ſe petitur, ſecus in ea, quæ conceditur acceſſorie cum proviſione, vel alia Apoſtolica Conceſſione, ſuper qua fuerunt Literæ expeditæ, tunc enim ſufficit, quod de Diſpenſatione conſtet per ſupplicationem. T. 4. p. 38. n. 19.
De pluribus declarationibus ad hanc Concluſionem, Remiſſive. T. 4. p. 39.
Quemadmodum locum ſibi non vindicat, quando ſupplicatio ſignata fuit cum clauſula -- *quod ſola ſignatura ſuffragat.* *ibid.* n. 21.
Regula non procedit, ubi quis diſpenſatur ad retinendum factum. *ibid.* n. 22.
Hinc, ſi diſpenſetus ad retinendum plura Beneficia incompatibilia, ea retineat Literis non expeditis, non incidit in *pœnas Extravag. Execrabilis.* *ibid.*
Locum tamen habet, ubi quis diſpenſatur ad aliquid faciendum, tunc enim facere nequit illud ad quod diſpenſatur ... Literarum expeditionem. *ibid.* n. 24.
Regulæ diſpoſitio, an procedat in foro Poli, itaut ſi quis utatur ... Papæ literis non expeditis, ſit tutus in Conſcientia? *ibid.* a n. 26. uſque ad 39.
Et quid, ſi diſpenſatio non fuerit expedita in forma Gratioſa, ſed in forma commiſſaria? T. 4. p. 40. n. 40.
Verba *in judicio*, vel *extra*, addita fuerunt Regulæ tempore S. Pii V. T. 4. p. 39. n. 33. *Vid. V. Diſpenſatio. V. Literæ Apoſtolicæ quoad neceſſitatem illarum expeditionis. V. Regula XXVII. Verb. Reg. XXXI.*

REGULA LIII.

Juxte clauſulam, vigore Regulæ LIII. adjici ſolitam in Literis Indulgentiarum, quæ alicui Eccleſiæ, vel Cappellæ conceduntur, nullæ illæ ſunt, ſi mentio non fiat de Indulgentiis antea iiſdem Eccleſiæ, vel Cappellæ conceſſis. T. 4. p. 44. n. 1.
Clauſulam præfatam primus Regulæ adjecit *Martinus V.* *ibid.* & p. 52. n. 43.
Sub illa non continentur vigore Decreti an. 1676. editi a *Sac. Congregatione ſuper Indulgentiis &c.* Altaria Privilegiata pro Defunctis. T. 4. p. 44. n. 2.
Neque Indulgentiæ certo Perſonarum generi, aut Confraternitatibus Regularibus, & Capitulo conceſſæ. Tom. 4 p. 44. n. 3.
Sive iis, qui certum pium opus in ipſa Eccleſia peragunt. *ibid.* n. 4.
Aut Chriſtianæ Doctrinæ erudiuntur. *ibid.* n. 5.
Vel Sanctiſſimi Eucariſtiæ Sacramenti expoſitioni, cum oratione quadraginta horarum, interſunt. *ibid.* n. 6.
Iidemque, non irritantur per clauſulam præfatam Indulgentiæ Viſitantibus *Stationes Urbis*, & ſeptem Altaria, ad inſtar ſeptem Altarium Baſilicæ Vaticanæ, conceſſæ. *ibid.* n. 7.
Neque illæ, quæ pro unica vice conceduntur. *ibid.* n. 8.
Clauſula præfata non intelligitur de quacumque poſteriori Indulgentia, ſed de alia prima omnino ſimili, conceſſa nempe pro eodem die, eodem facto, eodem Altari, pro iiſdem Perſonis, & iiſdem requiſitis. T. 4. p. 45. n. 10.
Contrarium, quod intelligatur de quacumque Indulgentia, etiam omnino diverſa ab alia, quæ antea conceſſa reperiatur. *ibid.* n. 11.
Et ita reſolutum. *ibid.* n. 9. & 13.
Clauſulæ præfatæ vigore, tunc conceſſio novæ Indulgentiæ eſt nulla, ſi antiqua ab eodem Pontifice elargita fuerit, ſecus ſi a Prædeceſſoribus. *ibid.* n. 14.
Redditur ratio, quia in antiquis Regulis Cancellariæ legebatur - *per ipſum &c.* *ibid.* n. 15.
Contrarium, tum vigore Regulæ, e qua, tempore *Alexandri VIII.* expuncta fuit dictio *per ipſum*, tum vigore ſupradicti Decreti S. Congregationis ſuper Indulgentiis. *ibid.* n. 9. 11. & 13.
Et de ſtylo Secretariæ Brevium, non apponitur in Literis Indulgentiarum dictio - *per ipſum.* *ibid.* n. 16.
In Literis Indulgentiarum, quæ expediuntur per *Cameram*, ſervatur adhuc ſtylus antiquus, & in extenſione dictæ Clauſulæ apponitur, ut prius, dictio - *per ipſum.* *ibid.* n. 17.
Sed bonum eſſet demandare illius Officialibus, ut ſe conforment Regulæ, Decreto anni 1677. & ſtylo Secretariæ Brevium. *ibid.* n. 18. *Vid. V. Indulgentiæ.*

REGULA LIV.

Literas ſuper Indulgentiis, quæ alicui Eccleſiæ conceduntur, prohibet Regula LIV. expediri ad inſtar aliarum, quæ alteri Eccleſiæ conceſſe ſunt, eaſdemque Indulgentias ſpecificandas eſſe mandat. T. 4. p. 49. n. 2.
Indulgentias a Prædeceſſoribus ſic conceſſas, priſcis etiam temporibus ſucceſſores Pontifices regulariter revocare conſueverunt. T. 4. p. 48. n. 1.
Et refertur Generalis Conſtitutio hujuſmodi Indulgentiarum revocatoria a *Bonifacio IX.* publicata. *ibid.*
Regula præfata edita primo fuit a *Martino V.* deinde magis laconice a Succeſſoribus eorum Regulis inſerta. T. 4. p. 49. n. 2. & 3.
Ac ſuper ea plene ſcripſit *Paſſerin. de Indulgent.* *ibid.* n. 4.
Diſpoſitioni Regulæ paſſim a Pontificibus derogatur. *ibid.* n. 5.
Requiritur tamen, quod derogatio ſit expreſſa. *ibid.* n. 6. *Vid. V. Indulgentiæ.*

REGULA LV.

Quoad expreſſionem valoris Beneficii in illius impetratione faciendam.

Regulæ Auctorem, alii *Urbanum IV.* alii *Urbanum VI.* fuiſſe exiſtimant. T. 4. p. 60. n. 1.
De Conſtitutione *Clementis IV.* qua *Urbani* Regula confirmatur, & extenditur. *ibid.* n. 2.
Sub *Pio IV.* nonnulla verba addita Regulæ, aliaque ab ea deleta fuerunt. *ibid.* n. 3.
In impetratione cujuſlibet Beneficii, exprimi debet juxta primam Regulæ partem verus illius annuus valor. *ibid.* n. 4. & p. 74. n. 183.
Et falſa valoris expreſſio, ejuſdem Impetrationis Gratiam reddit *ipſo jure* nullam. T. 4. p. 60. n. 5. p. 61. n. 9.
Non efficit tamen, quod Beneficium ſit Sedi Apoſtolicæ reſervatum. T. 4. p. 61. n. 10.
Redduntur rationes Regulæ, ne ſcilicet præjudicium inferatur Annatiſtis, utque Pontifex, juxta merita Perſonarum, reditus Eccleſiæ diſtribuere poſſit. T. 4. p. 60. n. 6. p. 71. n. 151.
Et ad poſteriorem rationem reſpexit Concordatum *Franciæ* in eo capite, in quo demandat veri valoris expreſſionem in impetratione Beneficiorum illius Regni. T. 4. p. 61. n. 7.
San. mem. *Benedictus XII.* libellos ſibi oblatos pro impetratione Beneficiorum rejecit, ſcire ante volens aliquid certi de annuo Beneficiorum proventu. *ibid.* n. 8.

Regula

Regula eſt præter juris diſpoſitionem, qua inſpecta, nulla in Beneficii impetratione facienda erat illius valoris expreſſio. T. 4. p. 61. n. 9. & p. 72. n. 163.
Valor Beneficii in Literis Apoſtolicis exprimi debet in *Ducatis auri de Camera*. Et qua ratione? T. 3. p. 6. n. 48. & T. 4. p. 61. n. 12. & 18.
Et, an *Ducatus* ad hujuſmodi effectum æſtimari debeat juxta valorem currentem *in Curia* abſque detractione Cambii? T. 3. p. 6. n. 49. & 50.
Expreſſio veri annui Beneficii valoris neceſſaria eſt, etiam in impetratione Beneficiorum non excedentium ſummam *vigintiquatuor ducatorum auri de Camera*? T. 4. p. 61. n. 19.
Si Beneficium nullos fructus habeat, exprimitur in Supplicatione: *cujus nulli fructus ſunt*. ibid. n. 20.
Requiritur valoris expreſſio, etiam in Gratia proviſionis Beneficii *Motu proprio* a Papa, vel ab altero de ejus mandato expleta, ut legitur in Reg. *verſic. item ſervetur*. ibid. n. 21.
Neceſſaria tamen hoc caſu non eſt illius juſtificatio, quemadmodum requiritur in proviſione Beneficii ad Partis ſupplicationem obtenti. ibid. n. 23.
Reprehenditur *Kahler* exiſtimans, verba illa Regulæ -- *item ſervetur &c.* addita fuiſſe *a Pio IV*. & Cardinalis *de Luca*, qui in illarum Auctorem agnoſcit *Gregorium XIII*. ibid. n. 22.
Verba ſupradicta leguntur etiam in Regula edita *a Clemente VII*. ibid.
Valoris expreſſio, & juſtificatio, neceſſaria quoque eſt in proviſionibus Beneficiorum expletis a Legatis. ibid. n. 24.
Ac in illis, quas Papa, valore etiam non expreſſo, eſſet alias conceſſurus. ibid. n. 25. & p. 63. n. 35.
Si Beneficii valor ſit expreſſus in majori quantitate, an Gratia illius proviſionis ſit nulla? T. 4. p. 62. n. 26. & p. 66. n. 64.
Regulæ diſpoſitio an locum habeat in Coadjutoriis? *Vid. V. Coadjutoria*.
Gratia proviſionis Beneficii, ob omiſſam veri valoris expreſſionem, eſt nulla, etiam ſi abſit dolus, & malitia in Impetrante. T. 4. p. 63. n. 35. & 36.
Regulæ diſpoſitio, locum ſibi non vindicat in proviſionibus Beneficiorum, quæ ſiunt ab Ordinariis. ibid. n. 37.
Nec in iis, quæ explentur a Nunciis Apoſtolicis. ibid. n. 38.
Et quare procedat in Proviſionibus Legatorum? Remiſſive. ibid. n. 39.
Quemadmodum non comprehendit impetrationes Cappellaniarum, Legatorum piorum, aliorumque id genus, quæ non ſunt Beneficia Eccleſiaſtica. ibid. n. 40.
Obtentis duabus diſtinctis Gratiis, etiam in iiſdem Literis contentis, nullitas unius ob falſam expreſſionem valoris, non influit in alterius nullitatem. ibid. n. 41.
Regula non procedit in Beneficiis *Conſiſtorialibus*, & taxatis in libris Cameræ, quorum fructus ſolent exprimi in tot florenis, quot taxata reperiuntur. ibid. n. 42. & p. 66. num. 91.
Sed, ubi ſuper Beneficiis præfatis imponenda eſt Penſio, tunc in Supplicatione verus illorum valor exprimi debet. T. 4. p. 63. n. 43.
Diſpoſitioni Regulæ non ſubjacent proviſiones Beneficiorum, quorum fructus conſiſtunt in Diſtributionibus quotidianis, aliiſque incertis, quos ſufficit exprimere in ducatis *vigintiquatuor*. ibid. n. 44.
Exprimi tamen debet valor fructuum *Maſſæ Groſſæ*, qui a Beneficiato, etiam in abſentia percipiuntur. T. 4. p. 64. n. 45.
Regula non comprehendit Dignitates, Canonicatus, & Beneficia *Germaniæ*, quorum valor ſemper exprimitur in ducatis *vigintiquatuor*, & ſi longe excedat. Tom. 2. p. 183. n. 15. T. 4. p. 64. n. 46.
Quemadmodum, nec Beneficia *Poloniæ*, cum eorum reſpectu, valor in ducatis *vigintiquatuor* pariter exprimi conſueverit. T. 4. p. 64. n. 47.
Intellige reſpectu proviſionum per obitum, ſecus ex cauſa Reſignationis Beneficiorum cum reſervatione Penſionis, aut Beneficiorum unionibus, diſmembrationibus &c. quarum reſpectu, verus Beneficii valor eſt exprimendus. *Vid. V. Germaniæ Concordata. V. Regula XXII.*
Et, an hujuſmodi expreſſio in ducatis *vigintiquatuor* reſpectu Beneficiorum Germaniæ, & Poloniæ, fieri etiam poſſit, dum obtinetur Apoſtolicum Indultum retinendi plura Beneficia incompatibilia earundem Regionum? *Vid. V. Germaniæ Concordata. V. Polonia.*
Regula de exprimendo vero Beneficiorum valore, an ſervetur in Gallia? *Vid. V. Galliarum Concordata.*
Expreſſio valoris Beneficiorum *Belgii*, fit etiam in ducatis vigintiquatuor. T. 4. p. 65. n. 57.
Contrarium. T. 4. p. 64. n. 58.
Rigantii in Reg. Cancellaria, Tom. IV.
Et, an in cæteris Regionibus, præter *Germaniam*, *Galliam*, *& Poloniam*, attendi debeat conſuetudo exprimendi Beneficiorum valorem in ducatis vigintiquatuor, quamvis revera illum excederent? T. 3. p. 65. n. 60.
Si valor expreſſus in ſupplicatione differat a valore narrato in illius *Summariolo*, quod Papæ legitur, ille, & non ille attenditur. T. 3. p. 38. n. 81. & 83.
Valor expreſſus in ſupplicatione, poteſt vigore *Reg. LXV.* uſque ad tertiam partem augeri in Literis poſtea expediendis. *Vid. V. Reg. LXV.*
Stante hac facultate, Gratia Proviſionis Beneficii ante expeditionem Literarum rite ſuſtinetur, quamvis valor expreſſus ſit tertia parte inferior, nec ſubſiſtit impetratio de illo facta ob non expreſſionem veri valoris. T. 4. p. 130. n. 11. & 12.
Et, ob nullitatem dictæ Impetrationis, quamvis in Literis poſtea expeditis Valor Beneficii male fuerit expreſſus, non prohibetur obtineri nova Gratia independens a prima, aut Gratia Revalidatoria. ibid. n. 14.
Valor Beneficii expreſſus, juſtificari debet, etiam ſi nullus adſit Contradictor, aut extrajudicialiter procedatur. T. 4. p. 65. n. 62.
In juſtificando valore præfato, plurimum Judicis arbitrio defertur. ibid. n. 63.
Ubi agitur de juſtificando valore ad effectum exequendi Gratiam principalem proviſionis Beneficii per obitum vacantis, leviores probationes ſufficiunt. ibid. n. 64.
Etiam contra Proviſum a Nuncio Apoſtolico de eodem Beneficio. ibid. n. 65.
Obſtringitur tamen iſte valorem Beneficii, tanquam fundamentum ſuæ Gratiæ, concludenter probare. ibid. n. 66.
Sed licet in ſupradicto caſu, ſufficiant leviores probationes, debent tamen illæ eſſe in ſuo genere perfectæ, & concludentes. ibid. n. 67.
Hinc non ſufficiunt Teſtes non deponentes de certa ſcientia, ſed de auditu. ibid. n. 68.
Seu Teſtes, qui non ſint informati. ibid.
Vel extrajudicialiter, & ſine Juramento deponentes. ibid.
Et, an ſufficiat ſola probatio deducta ex ſimili valoris expreſſione facta ab anteceſſoribus Beneficiatis? ibid. n. 69. 71. 72. & 73.
Aut a cedulis, & Inventariis exaratis ab iiſdem Beneficiatis? ibid. n. 70.
Locationes non probant verum Beneficii valorem. T. 4. p. 66. n. 74.
Limita, ſi plures ſint, & factæ diverſis temporibus, ac diverſis Perſonis. ibid. n. 75.
Vel, ſi cum Locationibus alia concurrant adminicula. ibid. n. 76.
Valor Beneficii probatur ex confeſſione alterius Partis venientis ex eadem vacatione. ibid.
Intellige, dummodo confeſſio præfata non ſit antiqua, ſed emiſſa eodem anno, & de tempore Proviſionis. ibidem n. 77. 80. & 81.
Hinc expreſſio facta a Proviſo per Nuncium in ducatis vigintiquatuor per non exceſſum, ſatis probat valorem ſub eadem narrativa expreſſum a Proviſo Apoſtolico in ſuis Literis. ibid. n. 78.
Probatur itidem valor ab obligatione, quam Collitigans emiſit ſolvendi *Annatam*, juxta eundem valorem expreſſum. ibid. n. 79.
Valor eſt diſtincte probandus, & non in confuſo. ibid. n. 80.
Hinc proviſus de duobus Beneficiis, qui unius valorem centum ducatorum ſummam, alterius viginti quatuor non excedere, expreſſit, non ſufficit, quod in confuſo probet, quod ambo non excedant annuum reditum ducatorum CXL. ibid. n. 81.
Et quomodo tali caſu fieri debeat expreſſio valoris utriuſque Beneficii? ibid.
Valor Beneficii probandus eſt de tempore præciſo Gratiæ. ibid. n. 83.
Intellige moraliter, quod ſcilicet probatio non perveniat tempus remotum, ſed eundem annum proviſionis, vel paulo ante. ibid. n. 84. & 87.
Nec ſufficit probare, quod anno Proviſionis fructus tanti, & non pluris venditi fuerint, ſed requiritur probatio valoris per aliquot annos uniformes, & ſaltem per triennium. ibid. n. 88.
Et quomodo probari debeat valor frumenti, cæterorumque fructuum? & an etiam Cambio, quod ſolvitur pro tranſportanda pecunia? ibid. n. 89.
Valor expreſſus in impetratione Beneficii, juſtificari debet ſecundum communem æſtimationem. ibid. n. 90.
Pro Beneficiis in libris Cameræ non taxatis, non ſufficit juſtificatio valoris ſecundum taxam. ibid. n. 91.
Sed excuſatur a pœna nullitatis Gratiæ impetrans Beneficium

cum expreſſione valoris juxta taxam. T. 4. p. 66. n. 93.
Valutatio fructuum, an fieri debeat juxta prætium conſuetum in loco Beneficii, ſeu potius ſecundum perpetuam, & invariabilem taxam Diœceſis? *ibid.* n. 94.
Ubi agitur de juſtificando valore pro ſuſtinenda Gratia, toleratur augumentum in ſexta parte. T. 4. p. 67. n. 95.
Augumentum tamen præfatum non toleratur in Proviſionibus Beneficiorum expletis a Nunciis. *ibid.* n. 96.
Impetrans Beneficium ab altero obtentum, ob non expreſſionem veri valoris, tenetur valorem ipſum plene, & concludenter probare, nec admittitur conjunctio ſemiplenæ cum alia ſemiplena probatione. *ibid.* n. 97.
Et non attenditur valor expreſſus in Supplicatione, ſed valor, qui fuit in Literis enarratus, & quare? *ibid.* n. 98.
Impetrans Beneficium ob falſam narrativam valoris ab altero factam, tenetur verum illius valorem exprimere *per aſcenſum.* *ibid.* n. 99.
Illumque verificare uſque ad obulum. *ibid.* n. 100.
Nec dicti Impetrantis favore toleratur augumentum in ſexta parte. *ibid.* n. 101. & p. 68. n. 116.
Quemadmodum augumentum præfatum non admittitur pro ſuſtinenda Penſione reſervata ſub narrativa certi valoris Beneficii. T. 4. p. 67. n. 102. p. 68. n. 116.
Valor Beneficii probari debet ab Impetrante per *decem annos* antecedentes illius proviſionem, computato anno ſterili cum fertili. T. 4. p. 67. n. 103.
Contrarium, quod probatio hujuſmodi fieri debeat per *quinque* annos ante, & *quinque* poſt proviſionem. *ibid.* n. 104.
Intellige, ſi poſt obtentam Beneficii Proviſionem effluxerint quinque anni, illis vero non elapſis, securrius ad decennium antecedens proximum Gratiæ. *ibid.* n. 105.
Et in his terminis interpretari debet Sac. Rota, dum ſimpliciter firmat, quod probatio valoris facienda ſit per integrum decennium. T. 4. p. 68. n. 106.
Sed aliquando in terminis Penſionis admiſſa fuit probatio octo annorum, & in quibus circumſtantiis? *ibid.* n. 107.
Probatio *per decennium* eſt ſolum neceſſaria, quando valor fructuum eſt variabilis, ſecus ſi redditus Beneficii conſiſtant in fructu certo, fixo, & invariabili, nempe Cenſu, Canone &c. *ibid.* n. 108.
Poſſeſſor Beneficii, quod ſibi fuerit ab alio impetratum, ſi novam illius proviſionem a Sede Apoſtolica obtineat ob falſam expreſſionem valoris factam ab Impetrante, valorem ab ipſo narratum rigoroſe probare non tenetur. *ibid.* n. 109.
In Impetrationibus objectivis Beneficiorum ob falſam valoris narrativam, valor non dicitur juſtificatus, niſi ab eo deducantur onera fixa, & perpetua. *ibid.* n. 110.
Et enumerantur nonnulla onera, quæ detrahi non debent a valore Beneficii. *ibid.* n. 111.
Sed, ubi agitur de Gratia, quæ non ſit objectiva, tunc ad probandum valorem, etiam per *aſcenſum* enarratum, non requiritur neceſſario, quod onera detrahantur. *ibid.* n. 112.
Et ponitur exemplum. *ibid.* n. 113.
Præſertim, ſi Proviſus de Beneficio ſit in bona fide, quia nempe agatur de oneribus, circa quæ variant Doctores, an ſint detrahenda, vel agatur de valore in parva ſumma. *ibid.* n. 115.
De ſtylo Datariæ in conſtituendo valore Beneficii, nunquam ſit detractio onerum. *ibid.* n. 114.
Ad eſtormandum valorem Beneficii, computari debent omnia emolumenta certa exigi conſueta. *ibid.* n. 117.
Quamvis Anteceſſor Titularis, ea non exegerit, dummodo exigere potuerit. *ibid.* n. 118.
Emolumenta incerta provenientia ex Eleemoſynis, Mortuariis &c. ſi ad certitudinem reduci non poſſint, in valore Beneficii non ſunt computanda. *ibid.* n. 119.
Quemadmodum, nec Eleemoſynæ pro Miſſis Cantatis, quæ dantur Rectori a Confraternitate; vel pro Miſſis, & Veſperis, quando Rector ipſe accedit ad alias Eccleſias. *ibid.* n. 120.
Si ex mente Fundatoris Parochus pro tempore obtinere debeat Cappellaniam, illius fructus calculari non debent in conſtituendo valore Eccleſiæ Parochialis. T. 4. p. 69. n. 121.
Limita, ſi Cappellania ſit inſeparabiliter eidem Eccleſiæ adnexa. *ibid.* n. 122.
Debent dictæ Cappellaniæ fructus computari in congruam Vicarii. *ibid.* n. 123.
In valore Canonicatus non imputantur Penſiones Domorum, quæ non ſunt adnexæ Canonicatibus, nec juri Canonicæ, ſed juxta Canonicorum antianitatem jure Optionis poſſidentur. *ibid.* n. 124.
Cera, quæ Beneficiato dari conſuevit in die Purificationis Beatæ Virginis, & in Anniverſariis, Beneficii fructus auget. *ibid.* n. 125.
Sed eos minuit Cera, quam Beneficiatus eadem die Parochianis diſtribuere tenetur. T. 4. p. 69. n. 125.

REGULA LV.

Quoad expreſſionem Beneficiorum obtentorum, eorumque valoris faciendam in Impetratione alterius Beneficii.

Regula ſupponit in Beneficii Impetratione faciendam eſſe mentionem aliorum antea obtentorum, quia mandat eorum quoque valoris expreſſionem. T. 4. p. 72. n. 156.
In quibus vero caſibus neceſſaria ſit mentio Beneficiorum obtentorum, & in quibus eorum taciturnitas Gratiam impetrationis novi Beneficii non vitiet? *Vid. V. Beneficia quoad impetrationem.*
Expreſſio obtentorum neceſſaria eſt ad tramites Regulæ ſolum in Beneficiorum impetrationibus, ſecus in aliis conceſſionibus, nempe applicationibus, unionibus, diſmembrationibus &c. *ibid.* n. 155.
Expreſſio valoris obtentorum a Regula demandata non requiritur in Diſpenſationibus illis, in quibus neceſſaria eſt mentio Beneficiorum. *ibid.* n. 157.
Valor obtentorum exprimi debet, quamvis in modica, ac tenui quantitate conſiſtat. Et redduntur rationes. *ibid.* n. 158.
Sufficit tamen, quod illorum valor juſtificetur per ſemiplenas probationes. *ibid.* n. 159.
Expreſſio valoris obtentorum, neceſſaria non eſt in Gratia proviſionis alterius Beneficii *Motu proprio* a Papa facta. *ibid.* n. 160.
Et explicantur verba Regulæ expreſſionem valoris requirentis, etiam in Gratiis a Papa factis *Motu proprio.* *ibid.* n. 161.
Valor Beneficiorum obtentorum, neque exprimendus eſt, neque expreſſus, juſtificatione indiget, quoties Impetrans ne dum Beneficium, ſe offert illa dimittere, ſeu ratione incompatibilitatis dimittere tenetur. *ibid.* n. 164.
Et reprobatur *Barboſa*, qui exiſtimat, dicto caſu neceſſariam eſſe valoris expreſſionem, ſed non illius juſtificationem. T. 4. p. 73. n. 165.
Oblatio tamen dimittendi Beneficia obtenta, fieri debet in Supplicatione, nam ſi fiat ex poſt, non validat Gratiam nullam ab initio ob non expreſſum valorem obtentorum. *ibid.* n. 166. & 167.
Numerus Beneficiorum obtentorum, eorumque valor, an ſit etiam exprimendus in Gratia Coadjutoriæ pro illius validitate? *Vid. V. Coadjutoria.*
In Permutatione Beneficiorum, an fieri debeat aliorum antea obtentorum, eorumque valoris expreſſio? *ibidem* n. 171. & 172.

REGULA LVI.

Referuntur Auctores, qui ſuper Regula LVI. ſcripſerunt. T. 4. p. 78. n. 1.
In Supplicationibus ſuper Impetratione Gratiarum dantur nonnullæ clauſulæ, ſi petantur, & non petitæ, non dantur. *ibid.* n. 2.
Poteſt in ſupplicatione apponi vigore Regulæ LVI. clauſula, ſi petatur -- *quovis modo beneficium vacet.* *ibid.* n. 3.
Et ex hac Regula ortus eſt ſtylus apponendi in quibuſcumque Beneficiorum proviſionibus clauſulam -- *ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo &c.* *ibid.* n. 4.
De hujuſmodi clauſulæ effectibus. *Remiſſive.* *ibid.* n. 5.
Vid. V. Clauſula verſ. Clauſula ſive præmiſſo &c.
Sed in proviſione Beneficii de novo erecti, omittitur clauſula præfata, & dicitur -- *a primæva erectione ex præfertur vacans.* *ibid.* n. 6.
Dari poteſt vigore Regulæ ſi petatur, clauſula -- *ſeu per Conſtitutionem Execrabilis vacet.* *ibid.* n. 7.
Clauſula præfata neceſſaria ſolum eſt, quando impetratur Beneficium, quod ſit Curatum. Et redditur ratio. *ibid.* n. 8.
Contrarium, quod peti, & dari poteſt, etiam in impetrationibus Beneficiorum, quæ non ſint curata. Et quare? *ibid.* n. 9.
Clauſula -- *& ſpecialiter reſervatum inter aliquos litigioſum ſit* -- dari itidem poteſt vigore Regulæ. *ibid.* n. 10.
Et, an clauſula præfata legenda ſit disjunctive, apponendo comam poſt verbum *reſervatum*, vel potius continuative? *ibid.* n. 11. 12. & 15.
Quomodo legebatur in Regulis antiquis? T. 4. p. 79. n. 13. 16. & 17.
Et quis ſit dictæ clauſulæ ſenſus? *ibid.* n. 11. & 14.
In Beneficii impetratione, poteſt vigore Regulæ LVI. apponi clauſula -- *Et ejus collatio devoluta fuerit.* *ibid.* numer. 18.

Et

Et de effectibus hujuſmodi clauſulæ. *Vid. V. Revolutio.*
Verba illa, quæ leguntur in Regula: *Etſi pro collitigante, vel ſubrogationem, aut ſi Neutri, vel ſi Nulli &c. præter ea, ſi tunc lis ſpecifice exprimatur* – an ſint mendoſa? T. 4. p. 79. n. 38.
Quomodo verba præfata in Regulis *Leonis X. Innocentii VIII. & Sixti IV.* concepta erant? T. 4. p. 80. n. 40.
Et qualis eſt illarum ſenſus? *ibid.* n. 43.
Impetrans Beneficium uti de vacante, & reſervato, quamvis litigioſo, non tenetur litem ſpecifice exprimere, ſed ſufficit de illa inter clauſulas generales mentionem facere. *ibid.*
Generalis reſervatio, ſeu clauſula illam præſeferens, diſpoſitive dari non debet vigore Regulæ LVI. in Literis Apoſtolicis, niſi in corpore ſupplicationis, ſpecialis, ac pura, non vero ſub conditione, mentio habeatur de tali reſervatione. n. 58. 59. p. 81. n. 64.
Et omiſſa hujuſmodi mentione, Clauſula -- *ſive præmiſſo, ſive quovis alio modo &c.* generalis reſervationis conceſſionem non operatur. Et redditur ratio. T. 4. p. 80. n. 60.
Toleratur tamen vigore Regulæ narrativa dubitative facta de reſervatione perſonali, ad effectum conſequendi clauſulam diſpoſitive conceptam, ut in iis verbis Regulæ -- *Si vero tempore.* T. 4. p. 81. n. 65.
Adjicienda eſt tamen dicto caſu clauſula -- *Dummodo non ſit in eo* (ideſt Beneficio) *alicui ſpecialiter jus quæſitum.* *ibid.* n. 66.
Et vigore clauſulæ præfatæ capi poteſt reſervatio, etiam non expreſſa. *ibid.* n. 62.
Hinc narrata reſervatione ratione Menſis, ſi ea non ſubſiſtat, poterit capi Beneficium ex vera reſervatione ratione Protonotariatus. *ibid.* n. 63.
Clauſulam, ex qua generalis reſervatio reſultet, dari prohibet Regula LVI. *niſi deſuper Signatura per duplex Fiat, ſignata ſit*, vel niſi ſit ſpecialiter expreſſa. *ibid.* n. 67.
Et ex hac Regula prodiit ſtylus, quod de hujuſmodi generali reſervatione in duplici loco fiat mentio in Supplicatione, in illius nempe corpore, & inter clauſulas generales. *ibid.* n. 68.

REGULA LVII.

Qualitates omnes Beneficio inhærentes, debent vigore Regulæ LVII. in illius impetratione Pontifici enarrari, alias Gratia nulla eſt. Et redditur ratio. T. 4. p. 83. n. 1.
Regula requirit expreſſionem qualitatum Beneficii, quod de novo impetratur, non aliorum, quæ antea obtinebantur. *ibid.* n. 2.
Principalis circumſtantia vigore Regulæ LVII. exprimenda, eſt, an Beneficium ſit *Dignitas*, *Perſonatus*, vel *Officium* *ibid.* n. 3.
In impetratione Beneficii, cui adnexa ſit adminiſtratio cum juriſdictione, ſeu gradus cum præheminentia, neceſſaria eſt ſpecifica expreſſio, quod ſit *Dignitas*. *ibid.* n. 4.
Et, ſi Dignitas ſit major poſt Pontificalem in Cathedrali, vel principalis in Collegiata, id etiam exprimi debet, & quare? T. 4. p. 84. n. 8.
Mentio itidem fieri debet, ſub pœna nullitatis Gratiæ, quod Beneficium ſit Canonicatus in Cathedrali, vel Collegiata. *ibid.* n. 13.
Neceſſaria vigore Regulæ eſt expreſſio, an Beneficium ſit ſimplex, vel curatum. Et redditur ratio. *ibid.* n. 14.
Præſertim, ſi Impetrans ſit deſtitutus ætate a jure requiſita pro obtinendis Beneficiis curatis. *ibid.* n. 15.
De *cura habituali* nulla facienda eſt mentio, quando Parochiani receſſerunt abſque ſpe redeundi *ibid.* n. 20. 23. 25. p. 86. n. 58. & 59.
Quod tamen non ſervatur reſpectu Beneficiorum Galliæ. T. 4. p. 84. n. 21.
Secus, ſi Parochiani de facili redire poſſint, ſeu adſit probabilis ſpes, quod revertantur. *ibid.* n. 22.
Si Eccleſia ſit curata, quamvis Cura tantum habitualis penes Rectorem exiſtat, & actualis exerceatur per Vicarium, adhuc de Cura habituali facienda eſt mentio. *ibid.* n. 24.
Amplia, quamvis in ultimo ſtatu nulla ejuſdem Curæ ſit facta expreſſio. T. 4. p. 85. n. 26.
Expreſſio *Curæ* in Beneficii Curati impetratione, fieri debet clare, & non ſub involucro verborum. *ibid.* n. 28. & p. 86. n. 47.
Et quidem in parte diſpoſitiva ſupplicationis, non vero conditionali. T. 4. p. 86. n. 48.
Unde de jure non ſufficit clauſula -- *quod animarum Cura, ſi qua imminet, minime negligatur.*
Et redditur ratio. T. 4. p. 85. n. 32. & 38.
Clauſulæ exequutivæ non ampliant, nec alterant principalem diſpoſitionem. *ibid.* n. 31.
Regula contenta eſſe videtur expreſſione conditionali Curæ, ut in illis verbis -- *Etſi qualitates hujuſmodi affirmative, vel conditionaliter non exprimantur &c.* *ibid.* n. 33.
Sufficit etiam expreſſio Curæ dubitative facta per dictionem *forſan.* *ibid.* n. 34.
Vel, ſi adſit in ſupplicatione clauſula -- *cum Cura, & ſine Cura &c.* *ibid.* n. 36.
Si in Proviſione Prioratus Curati facta abſque expreſſione Curæ, adſit Decretum vacationis alterius Beneficii, quatenus Prioratus eſſet Curatus, vel reſidentialis, an Decretum præfatum operetur, quod ſufficienter dici poſſit expreſſa qualitas Curata ejuſdem Prioratus? *ibid.* n. 36. & 37.
In Impetratione Beneficii habentis Curam fori pœnitentialis, an ſit Regulæ ſatisfactum per clauſulam in Literis Apoſtolicis adjectam -- *atque Cura etiam juriſdictionalis immineat?* *ibid.* n. 39.
Diſpoſitioni Regulæ ſatisfactum cenſetur, ſi Cura exprimatur per æquipollens. T. 4. p. 86. n. 51.
Redditur ratio, quia expreſſio per æquipollens æquivalet directæ. *ibid.* n. 52.
Dummodo æquipollens ſit neceſſarium ad Curam, quia nempe dictum fuerit, Rectori Eccleſiæ onus incumbere audiendi Confeſſiones, adminiſtrandi Sacramenta, &c. *ibid.* n. 53.
De Cura, quæ inhæret Beneficio acceſſione unius Tituli Beneficii principalis, quæque per Vicarium exerceri ſolet, facienda non eſt mentio. *ibid.* n. 56.
Quemadmodum, nec in impetratione Dignitatis, aut Canonicatus Cathedralis, ſeu Collegiatæ facienda eſt mentio Curæ reſidentis penes Capitulum, etiſi per Dignitates, & Canonicos exerceatur. *ibid.* n. 57.
Proviſus de Beneficio ſimplici per errorem, & abſque dolo, veluti de Curato, ſi errore agnito, idem Beneficium, tanquam ſimplex de novo impetraverit, poſterior hæc proviſio ſuſtinetur, etiam in præjudicium tertii, qui illud medio tempore ob faltam qualitatis expreſſionem, impetraverat. T. 4. p. 87. n. 69.
In Beneficii impetratione, exprimi debet vigore Regulæ qualitas electiva, ſi ei inſit? *ibid.* n. 73. & ſeq.
Qualitas Conventualis Beneficii, eſt vigore Regulæ exprimenda. *ibid.* n. 79.
Et, quid ſervatum in expeditione Prioratus, qui ignorabatur, an eſſet Conventualis? *ibid.*
In Beneficii impetratione, earum quoque, præter expreſſas in Regula, neceſſaria eſt mentio qualitatum, quæ Papam a conceſſione Gratiæ retrahere poſſent. *ibid.* in numer. 80.
Et multis modis exemplificatur. *ibid.* n. 81.
Neceſſaria eſt expreſſio, quod Beneficium ſit reſidentiale. *ibid.* n. 82.
Intellige, ſi reſidentia ſit præciſa, ſecus ſi cauſativa, cujus reticentia Gratiam non reddit obreptitiam. *ibid.* n. 83.
Reticentia qualitatis reſidentialis a Fundatore voluntati arbitrio Ordinarii, cui indulta ſit facultas ab ea diſpenſandi, gratiam Impetrationis Beneficii irritam non reddit. *ibid.* n. 84.
Si major qualitas Beneficii expreſſa fuerit, nempe, quod ſit Curatum, aut reſidentiale, ſeu Dignitas, & revera exiſtat ſimplex, vel ſit Officium, his, ſimilibuſque caſibus, falſa qualitas expreſſa non vitiat Gratiam. Et aſſignatur ratio. T. 4. p. 86. n. 60. 61. & 63.
Intellige, quando conſtat de certo corpore Beneficii & apparet, expreſſionem majoris qualitatis bona fide factam fuiſſe, ſecus, ſi de certo corpore Beneficii non conſtet, & major qualitas expreſſa fuerit per dolum. T. 4. p. 87. n. 67. & 68.
Explicatur *Rota in Urgellen. Canonicatus, coram bon. mem. dell'Olmo.* *ibid.* n. 70.
Qualitates Beneficii non expreſſæ in ſupplicatione, an exprimi poſſint in Literis Apoſtolicis vigore clauſulæ in eadem ſupplicatione adjectæ -- *Quod major ſpecificatio fieri poſſit in Literis* --? *ibid.* n. 85. & 86.
Impetrans Canonicatum cum diſpenſatione, ut Parochialem etiam obtinere, eamque cum Canonicatu ſimul retinere poſſet, non tenetur Pontifici exprimere diſtantiam unius ab altera Eccleſia, nec quod Parochialis ſit Populo referta. *ibid.* n. 86.
Verba -- *Etſi qualitates hujuſmodi &c.* -- ad quem effectum Regulæ adjecta fuerunt? T. 4. p. 88. n. 87. & 88.

REGULA LVIII.

Regula LVIII. in prima parte diſponit, quod facta per Pontificem reſervatione Beneficii per contractum Matrimonii vacaturi, dari non debeant in illius impetratione alii modi vacationum de futuro, nec Beneficium reſervatum

vatum cenſetur, niſi ſequatur Matrimonium. T. 4. p. 98. n. 108.
Prodiit ante Concilium Tridentinum, tempore, quo vigebant *Expectativæ* ad Beneficia. ibid. n. 109.
At hodie ſublatis *Expectativis*, Regula quoad dictam primam partem ſuperflua videtur. ibid. n. 110.
Beneficium, ubi providetur ex capite Matrimonii contracti in Mente Apoſtolico, apponitur in illius proviſione clauſula - *ſive præmiſſo &c. non tamen per obitum vacet.* ibid. n. 111.
Clauſula præfata non comprehendit alios vacationis modos, ſi ille per Matrimonium ſit diſpoſitive datus in Beneficii impetratione. ibid. n. 112.
Vid. V. Regula XXVI. V. Regula LXII.
Regula in ſecunda parte diſponit, quod in Literis ſuper Proviſione Beneficiorum vacaturorum per Promotionem, Profeſſionem, aut aſſequutionem aliorum incompatibilium, ponatur clauſula -- *ſive præmiſſo &c. non tamen per obitum vacare contigerit* --. ibid. n. 113.
Vid. V. Beneficia quoad vacationem per contractum Matrimonii. V. Nuptias. V. Profeſſio Regularis.

REGULA LIX.

In Proviſione Beneficii Regularis petita ab eo, qui Profeſſionem emittere intendit, adjici debet ad tramites Regulæ LIX. clauſula -- *ſi petens idoneus ſit, aut aliud Canonicum non obſiſtat impedimentum.* T. 4. p. 101. n. 1.
Quodque, ſi adſit numerus præfixus Religioſorum, ei non derogetur, niſi *expreſſe.* ibid.
Id, quod de jure diſponitur in *Cap. Conſtitutus, de Reſcript.* T. 4. p. 104. n. 61.
Et, ſi non adſit numerus Religioſorum præfixus, apponi debet clauſula -- *dummodo receptionis locus hujuſmodi nimium non gravetur* --. T. 4. p. 101. n. 1.
Concordat Regula cum jure communi, ad cujus tramites, Beneficia Regularia conferri poſſunt Clericis Secularibus, qui habitum ſuſcipere, & Profeſſionem emittere intendant. ibid. n. 2.
Vid. V. Beneficia Regularia.
Proviſio Beneficii Regularis ab Ordinario facta Seculari, non ſubſiſtit ſi Clericus per annum integrum in Noviciatu non permanſerit. T. 4. p. 102. n. 17.
Sed, ubi expletur a Pontifice, reſidet in arbitrio Executoris Profeſſionem recipere, etiam anno probationis non elapſo. ibid. n. 18. & 20.
Nec ad illam recipiendam certum aliquod tempus eſt præfixum, ſed juxta caſuum circumſtantias eſt determinandum. ibid. n. 26.
Verba -- *poſſintque &c.* quæ in fine Regulæ leguntur, adjecta fuere tempore *Clementis VIII.* ibid. n. 19.
Regulæ diſpoſitio, qua arbitrio Executoris remittitur, Profeſſionem a Proviſo Apoſtolico de Beneficio regulari recipere, etiam anno non expectato, uniformis eſt Decreto Concilii Tridentini. ibid. n. 22. & 24.
Et Conciliaris diſpoſitio, quæ eam ante expletum probationis annum emiſſam, irritam reddit, procedit in Profeſſione emiſſa in Clauſtro coram Superiore Regulari, ſed non comprehendit caſum Beneficiati a Papa proviſi, & profiteri debentis. ibid. n. 20. & 26.
Regulæ diſpoſitio procedit, quamvis Beneficium Regulare non detur in *Titulum*, ſed in *Commendam*, & Papa mandet, quod Profeſſio a Commendatario emitti debeat. T. 4. p. 103. n. 28. *Vid. V. Commendatarius.*
Profeſſio emittenda e Seculari proviſo per Papam de Beneficio Regulari, differri non poteſt ultra annum, niſi in Literis Proviſionis id expreſſe indulgeatur. ibid. n. 31.
Clauſulæ -- *ſi petens idoneus ſit* -- aut *aliud Canonicum non obſtet impedimentum &c.* in Literis Receptionis in Religionem vigore Regulæ apponendæ, adhuc ſi non apponantur, de jure ſubintelliguntur. ibid. n. 45.
Proindeque, nec Gratiam ſuſpendunt, nec eam conditionalem reddunt. ibid. n. 46.

REGULA LX.

Regularis unius Monaſterii, qui a Papa provideri petit de Beneficio ab altero Monaſterio dependenta, ſi ex petitione innoteſcat Pontifici, quod Beneficium ſit alterius Monaſterii, cenſetur ad illud vigore Regulæ LX. tranſlatus, quamvis tranſlatio non petatur. T. 4. p. 107. n. 21.
Intellige, quando Impetrans eſt ejuſdem Ordinis, & petit Beneficium alterius Monaſterii, ſecus ſi alterius ſit habitus, vel Profeſſionis, quo caſu Tranſlatio debet eſſe expreſſa. ibid. n. 23. & 24.
De tranſlatione Regularium a proprio ad alium Ordinem. *Vid. V. Regulares quoad Tranſlationem &c.*
Regularis unius Ordinis, aut Monachus unius Monaſterii; an, & quomodo ſit capax Beneficiorum alterius Ordinis, vel Monaſterii? *Vid. V. Regulares unius Ordinis, vel Monaſterii, quoad Beneficia alterius Ordinis, vel Monaſterii.*

REGULA LXI.

Mandat Regula LXI. quod in Literis ſuper proviſione Beneficiorum vacantium per *Conſtit. Execrabilis*, ac in quibuſcumque aliis, in quibus Pontifici expoſita facti informationem requirunt, ponatur clauſula -- *ſi eſt ita* --. T. 4. p. 109. n. 1.
Et dantur hujuſmodi Literarum exempla. ibid. n. 2. & p. 110. n. 29.
Adjicienda eſt etiam clauſula præfata in Literis Gratiarum omnium, quæ in forma Commiſſaria expediuntur. T. 4. p. 109. n. 3.
Intellige ad tramites Regulæ, ſi nempe narrata informationem facti requirant. ibid. n. 4.
Regulæ diſpoſitionem ſuperfluam eſſe exiſtimant nonnulli. ibid. n. 7.
Contrarium, & quare? ibid. n. 8.
Clauſula -- *ſi eſt ita* -- æquipollet clauſulis - *Si precibus veritas nititur, ſi premiſſa &c. veris exiſtentibus narratis &c.* ibid. n. 5.
Requirit narratorum verificationem. ibid. n. 9.
Ea vero in Literis deficiente, ſi nemo opponat, & legitime non adſit Contradictor, narratorum verificatio neceſſaria non eſt. ibid. n. 12. & 13.
Clauſula -- *ſi eſt ita* -- non apponitur in Literis expeditis in forma gratioſa; tacite tamen ſubintelligitur. ibid. n. 14.
Hinc deficientibus, aut poſſeſſore, aut legitimo alio Contradictore, narrata juſtificatione non indigent. ibid. n. 15.
Verificatio narratorum facienda vigore clauſulæ -- *ſi eſt ita* -- ad Actorem, non ad Reum, & Poſſeſſorem pertinet. ibid. n. 16.
Clauſula præfata non operatur, quod Executor cauſæ cognitionem adhibere debeat, quemadmodum adhibenda eſt vigore clauſulæ -- *conſtito &c.* T. 4. p. 110. n. 17.
Præſertim, ſi remiſſa ſit ne Gratia arbitrio Executoris cum clauſula -- *ſi Tibi videbitur &c. Conſcientiam tuam oneramus &c.* ibid. n. 18.
Contrarium, quod ſtante prædicta clauſula -- *ſi eſt ita* -- requiratur Cauſæ cognitio: Maxime, ſi adſit tertii præjudicium. ibid. n. 19.
Per clauſulam -- *ſi eſt ita* -- Executor ſit mixtus, & partes Judicis aſſumere tenetur. ibid. n. 20.
Amplia, quamvis Gratia ſit remiſſa arbitrio, & conſcientiæ Executoris. ibid. n. 21.
In Literis Diſpenſationum, quæ ſint gratioſæ, non apponitur expreſſe clauſula -- *ſi eſt ita* --. ibid. n. 22.
Literis tamen præviis uti nequeunt Diſpenſati, antequam ab Ordinariis, tanquam Delegatis Apoſtolicis, cognoſcatur ſuper veritate narratorum. ibid. n. 23.
Cognitio tamen hæc fieri poteſt etiam extrajudicialiter, ſi deficiat Contradictor. ibid. n. 24.
Et extrajudicialis hæc cognitio intercelliſſe præſumitur, etiam ſtante clauſula -- *ſi eſt ita* -- ſi Gratia executioni demandata fuerit. ibid. n. 25.
Clauſula -- *ſi eſt ita* -- requirit Partis citationem. ibid. n. 26.
Contrarium. ibid. n. 27.
Sed prima Sententia procedit quando adeſt Partis, vel tertii præjudicium, ſecunda ſi præjudicium hujuſmodi ceſſet. ibid. n. 28.
Hinc neceſſaria eſt Partis citatio, ſi Literæ proviſionis Beneficii expeditæ fuerint certo modo, ob non reſidentiam nempe, ob non publicationem reſignationis &c. ibid. n. 29.
Clauſula -- *ſi eſt ita* -- Reſcripto adjecta, Gratiam non reddit conditionalem. ibid. n. 30.
Contrarium. ibid. n. 32.
Sicuti conditionalis redditur Gratia ob clauſulam -- *ut aſſeris* -- quæ æquipollet clauſulæ -- *ſi eſt ita* --. ibid. n. 33.
Fœdere tamen diſtinctionis conciliatur utraque opinio, dum prima procedit, quando narratæ fuerunt qualitates intrinſecæ, quæ de jure inſunt: ſecunda, ubi narrativæ reſpiciat qualitates extrinſecas requirentes informationem facti. T. 4. p. 111. n. 35.
Clauſula -- *Si ita eſt, Canonicatum, & Præbendam conferre, & aſſignare auctoritate noſtra cureis &c.* importat mandatum de providendo, non collationem. ibid. numer. 36.
Hinc mortuo Colliſigante, non competit ſuperſtiti, qui cum dicta clauſula proviſionem Beneficii reportavit, ſubrogatio gratiola in illius juribus. Et de ratione. ibid. n. 37.
Vid. V. Clauſula in ſpecie, verſic. Clauſula ſi eſt ita.

REGU-

REGULA LXII.

Priſcis temporibus Regula LXII. concepta erat his verbis -- *itum petenti ſibi provideri de vacaturo dentur Literæ de vacanti, & e converſo* --. T. 4. p. 121. n. 1.
Et quid verba *e converſo* denotabant? *ibid.*
Sed verba *e converſo*, tempore *Gregorii XIV.* a Regula expuncta fuerunt. *ibid.* n. 2.
Literæ ad Beneficia vacatura poſt Concilium Tridentinum non amplius conceduntur. *ibid.* n. 3. p. 113. n. 24.
Unde vix hodie Regula ad praxim deduci poteſt, dum ſolum ſignantur ſupplicationes ſuper Beneficiis actu vacantibus. T. 4. p. 112. n. 4.
Maxime, ſi vacatio ſequatur per mortem naturalem Poſſeſſorum. *ibid.*
Limita, ubi agitur de vacatione Beneficiorum per mortem civilem, Profeſſionem nempe, aut Matrimonium &c. quo caſu Papa juxta *Regulam LVIII.* & de illis diſponit, etiam uti de vacaturis. *ibid.* n. 5.
Et in his terminis procedere poteſt diſpoſitio Regulæ LXII. *ibid.* n. 6.
Sed exploſa diſpoſitione *Regulæ LVIII.* Beneficia per Matrimonium, vel Profeſſionem vacatura, non amplius hodie a Pontifice providentur, niſi præceſſerint aut Matrimonium per verba de præſenti, aut Profeſſio. *ibid.* n. 7.
Nec clauſulæ generales -- *ſive præmiſſo &c.* aliæque ſimiles in Literis Apoſtolicis proviſionum adjici ſolitæ, capiunt futuras vacationes Beneficiorum, ſed exigunt præexiſtentiam vacationis tempore *Datæ*. T. 4. p. 113. n. 25.
Quemadmodum, nec amplius Papa diſponit de Beneficiis vacaturis per Promotionem juxta *Regulam XXVI.* T. 4. p. 112. n. 8.
Vid. V. Regula XXVI. V. Regula LVIII.
Regulæ diſpoſitio locum ſibi vindicare poteſt in impetratione Beneficii *ob Crimen*, pro quo poſſeſſor privandus venit, quia tunc dantur Literæ, tanquam de vacaturo. *ibid.* n. 11. & 12.
Sed in Literis præfatis adjici ſemper conſuevit clauſula -- *ſi, & poſtquam vacationi locus factus fuerit* --, quæ etiam non appoſita ſubintelligitur. *ibid.* n. 13. & 14.
Proindeque non reddit Gratiam conditionalem. *ibid.* n. 15.

REGULA LXIII.

Prodiit Reg. LXIII. ante tempora *Innocentii VIII. & Sixti IV.* T. 4. p. 115. n. 1.
Revocat in prima parte Decimas, ac alias impoſitiones, ac facultates deſuper conceſſas Subcollectoribus, & Nuntiis. *ibid.* n. 3.
Et in hac parte, juxta varietatem temporum, aliquoties immutata fuit. T. 4. p. 116. n. 6.
Priſcis temporibus revocabantur Decimæ, &c. aliorumque onerum impoſitiones *a Prædeceſſore Pontifice*, demandatæ. *ibid.* n. 7.
Sed tempore *Alexandri VII.* deleta ſunt verba *a Prædeceſſore Pontifice*, & generaliter dictum *a Prædeceſſoribus Pontificibus &c.* *ibid.* n. 8.
Et nonnulli Pontifices, qui recenſentur, a revocatione Regulæ præſervarunt particulares aliquas impoſitiones pro defenſione fidei Catholicæ, & contra Turcas, ab Anteceſſoribus demandatas. *ibid.* n. 9.
Et quid diſpoſitum in Regulis *Alexandri VII. Innocentii XII. Clementis XI. Innocent. XIII. Benedicti XIII.* & Regnantis Pontificis CLEMENTIS XII. *ibid.* n. 10. 11. 12. 13. 14. & 10.
Subſidium, Excuſatum, Milliones, aliaque onera, quæ ad certum tempus in Regnis Hiſpaniarum favore Regum a Sede Apoſtolica imponi ſolent, an ſubjaceant revocationi Regulæ? *ibid.* n. 15. & 16.
Regula non comprehendit Cardinales Legatos. *ibid.* n. 17.
Minuſque Reges, non facta de illis ſpeciali mentione. *ibid.* n. 18.
Penſionarii, an teneantur pro rata ſuarum Penſionum contribuere ad ſolutionem Decimarum, aliorumque Subſidiorum, quæ a Papa imponuntur? *Vid. V. Decimæ Extraordinariæ.*
Regula LXIII in ſecunda parte ſuſpendit Plenarias Indulgentias, etiam ratione expeditionis contra Turcas, & Infideles conceſſas, nec non facultates omnes in iiſdem Indulgentiis, illam præſertim eligendi Confeſſarios, impertitas. T. 4. p. 119. n. 43.
Reſpicit hæc Regulæ pars tempus antiquum, ob ſcandala, quæ ex hujuſmodi Indulgentiarum conceſſione quandoque oriebantur. *ibid.* n. 44.
Indulgentiæ, & facultates conceſſæ vigore Bullæ Cruciatæ, non ſunt per hanc Regulam ſuſpenſæ. *ibid.* n. 47.
In Concilio Tridentino bis actum pro abroganda *Cruciata*, ſed nil reſolutum. T. 4. p. 119. n. 48.
S. M. *Innocentius XI.* anno 1685. omnibus Chriſtifidelibus adjutrices manus præſtantibus in Bello Ungarico contra Turcas, Indulgentias Plenarias conceſſit. *ibid.* in numer. 49.
Dictaſque Indulgentias, ex quo Bellum adhuc durabat, præſervarunt in eorum Regulis *Alexander VIII. & Innocentius XII.* *ibid.* n. 50.
Deleta tamen fuit hæc præſervatio in Regulis *Clementis XI.* quia Bellum non amplius vigebat. *ibid.* n. 51.
Sed iterum per errorem appoſita in Regulis *Innocentii XIII.* [illegible] 52.
Sed expuncta a Regulis *Benedicti XIII.* & Regnantis Pontificis CLEMENTIS XII. *ibid.* n. 53 [illegible] 54.
Regula præſervat in tertia parte facultates illas, & Indulgentias, quæ jam ſuum ſortitum cæperunt, & in parte ſortitæ ſint, effectum. *ibid.* n. 55.
Idque de jure procedit in quampluribus aliis ſimilibus caſibus, de quibus Remiſſive. *ibid.* n. 56. 57. 58. *Vid. V. Indulgentiæ.*

REGULA LXIV.

Revocat Regula LXIV. in prima parte facultates percipiendi pretium Officiorum Romanæ Curiæ pro tempora vacantium, & Conceſſiones ab Anteceſſoribus Pontificibus factas ad Officia vacatura. T. 4. p. 122. n. 1.
Et agnoſcit in Auctorem *Lucium III.* *ibid.* n. 3.
Concordat cum Conſtitutionibus editis ab *Urbano VIII. & Innocentio X.* *ibid.* n. 2.
Et aſſignantur illius rationes. *ibid.* n. 4. & 13.
Regula eſt ampliſſimis clauſulis munita. T. 4. p. 123. n. 6.
Comprehenditque Conceſſiones ad Officia vacatura, etiamſi in vim contractus, & ex cauſa oneroſa, expletæ fuerint? *ibid.* n. 7.
Quinimo & factas in Conſiſtorio. *ibid.* n. 8.
Traditur differentia, quæ viret inter dictam Regulam, & Regulam XIX cui non ſubjacent Proviſiones Beneficiorum Conſiſtorialiter factæ. *ibid.* n. 9. & 10.
Regulæ revocationi ſubjacent etiam facultates percipiendi fructus Officiorum *Romanæ Curiæ* vacantium. *ibid.* n. 11.
Et reſpondetur motivo, quod Regula ſit reſtricta ad pretium Officiorum. *ibid.* n. 12. & 13.
Regulæ diſpoſitio non afficit conceſſiones ad Officia, quæ non vacant ad favorem Papæ, & in quibus non conſideratur præjudicium Succeſſoris. *ibid.* num. 14. & p. 124. n. 30 & 33.
Hinc non comprehendit Officia unita, & dependentia ab Officiis majoribus, nempe Camerariatu, Pœnitentiaria. T. 4. p. 123 n. 15. p. 124. n. 32.
Nec Officia, quæ corrupta, & alterata eorum natura, conceſſa ſunt in purum Allodium. T. 4. p. 123 n. 15.
Regulæ diſpoſitio locum ſibi vindicat etiam in Officiis Capitolinis: Et redduntur rationes. *ibid.* num. 16. & ſeqq. uſque ad 23.
Contrarium, quia Regula loquitur de Officiis *Romanæ Curiæ*, quorum appellatione non veniunt Officia *Curiæ Capitolinæ*. T. 4. p. 124. n. 24. ad 41.
Et ita reſolutum a Congregatione particulari anno 1684. T. 4. p. 125. n. 43.
Regula revocat in ſecunda parte Infeudationes, & Inveſtituras quaſcumque Civitatum, & locorum S. R. E. earumque prorogationes, & extenſiones factas a die editæ Conſtitutionis *S. Pii V. de non infeudando*, licet de tempore Inveſtituræ, aut prorogationis, Civitates, & loca prælata non adhuc eſſent ad S. Sedem devoluta. *ibid.* n. 48.
Et quamvis Inveſtituræ præfatæ, earumque prorogationes, emanaverint in vim contractus, & ex titulo oneroſo. T. 4. p. 127. n. 59.
Idque etiam reſolutum antea fuerat ſub *Gregorio XIV.* T. 4. p. 125. n. 49.
Et poſtea per ſuam declarationem ſancitum a ſan. mem. *Innocentio IX.* T. 4. p. 126. n. 51.
Declaravit tamen *Gregorius XIII.* pluribus licet diſſentientibus Cardinalibus, Conſtitutionem *Pianam* non ſe protendere ad Feuda nondum devoluta, *quando adſit vera, ac evidens utilitas, ac neceſſitas Eccleſiæ.* *ibid.* n. 50.
Sed declarationem hanc, ut *Pianæ* Conſtitutionis deſtructivam, revocavit ſan. mem. *Clemens VIII.* *ibid.* n. 52. 53. 54. p. 127. n. 59.
Et *Clementis VIII.* nec non *Innocentii IX.* declarationes, quamplurimi Pontifices eorum Conſtitutionibus confirmarunt. T. 4. p. 126. n. 55.
Atque ex declarationibus præfatis ortum habuit ſub eodem *Clemente VIII.* ſecunda pars Regulæ. T. 4. p. 127. n. 57.
Sed melius eſſet, quod ex ea, nova, ac diſtincta Regula efformaretur,

maretur, & quare? Tom. 4. pag. 127. num. 58. *Vid. V. Feudum.*
Regulæ diſpoſitio prohibens Inveſtituras, earumque prorogationes de Feudis Romanæ Eccleſiæ, quamvis nondum devolutis, comprehendit etiam eorum Pignorationes, & Hypotecas ſpeciales. *ibid.* n. 60.
Maxime attenta declaratione *Innocentii X.* *ibid.* n. 61.

REGULA LXV.

Inter clauſulas generales adjici ſolitas in ſupplicatione ſuper Beneficii proviſione ponitur illa, quod fructus expreſſi augeri, & minui poſſint in Literis poſtea expediendis. T. 4. p. 130. n. 1.
Sed augmentum hujuſmodi ſolum fieri poteſt vigore Regulæ LXV. in *tertia parte* valoris expreſſi. *ibid.* n. 2.
Et quænam ſit ratio Regulæ? T. 4. p. 131. n. 25. & ſeq.
Facto augmento tertiæ partis, adhuc de ſtylo *S. Rotæ* admittitur tolerantia in ſexta parte. T. 4. p. 130. n. 3.
Priſcis temporibus paſſim diſpoſitioni Regulæ derogabatur. Sed hodie derogatio hujuſmodi non conceditur. *ibidem* n. 4. & 5.
Facultas augendi Beneficii valorem in tertia parte, cenſetur conſumta, ſi re integra ad exercitium deducatur, vel in ipſa ſupplicatione, vel in Literis poſtea expediendis. *ibid.* n. 6. & 7.
Et deduci poteſt ad exercitium in primis tantummodo Literis, ſecus in aliis, ſi poſtea expediantur. *ibid.* n. 8.
Intellige, ſi novæ Literæ expediantur re non amplius integra, poſtquam nempe Beneficium fuerit ob non expreſſionem veri valoris ab alio impetratum. *ibid.* n. 9.
Secus, ſi non adſit intermedia impetratio, & in novis Literis mentio fiat erroris, qui prius irrepſerat. *ibid.* n. 10.
Stante facultate augendi in tertia parte valorem expreſſum, Gratia ante expeditionem Literarum ſuſtinetur, quamvis valor expreſſus ſit tertia parte inferior. *ibid.* n. 11.
Et ante expeditionem Literarum, non prohibetur Beneficium reſignari, cum poſſit valor poſtea augeri in Literis Reſignationis. *ibid.* n. 12.
Nulla eſt impetratio Beneficii, ob non expreſſionem veri valoris, ante expeditionem Literarum facta. *ibid.* n. 13.
Et ſtante impetratione hac intempeſtive facta, quamvis in Literis poſtea expeditis valor male fuerit expreſſus, non prohibetur obtineri nova Gratia independens a prima, aut Gratia *Perinde valere.* *ibid.* n. 14.
Valor in Supplicatione expreſſus, an quemadmodum vigore Regulæ in Literis augeri, ita & minui poſſit? T. 4. p. 131. n. 15. 16. 17. & 18.
Si una cum Proviſione Beneficii reſervetur ſuper illius fructibus Penſio, valor expreſſus minui non poteſt. *ibid.* n. 19.
Quamvis Literæ Proviſionis Beneficii expediantur ad partem. *ibid.* n. 20.
Limita, ſi adhuc facta fructuum diminutione, Penſio non excederet illorum tertiam partem. *ibid.* n. 21.
Facta in Supplicatione expreſſione fructuum certorum in ducatis viginti quatuor, & incertorum in quadraginta, an in expeditione Literarum augeri poſſit valor tantummodo quoad fructus incertos? *ibid.* n. 22. & ſeqq.
Si in eadem Supplicatione fiat duorum Beneficiorum proviſio ſub expreſſione fructuum unius in ducatis viginti quatuor, alterius quinquaginta, licet utriuſque Beneficii valor uſque ad tertiam partem augeri nequeat, alterius tamen poteſt. *ibid.* n. 28.

REGULA LXVI.

Regulam LXVI. ut *Felinus* inquit, primus edidit *Innocentius VIII.* T. 4. p. 134. n. 1.
Sed illius aſſertio revocatur in dubium. *ibid.* n. 2.
Rubrica Regulæ priſcis temporibus manca erat, & quomodo concepta? *ibid.* n. 3.
In Literis Apoſtolicis apponitur clauſula generalis abſolutoria a Cenſuris, ad effectum, ut qui Gratiam obtinuit, ſi forte ſit excommunicatus, ea perfrui valeat. *ibid.* n. 6. & 8.
Et de quampluribus effectibus ejuſdem clauſulæ, præſertim in Proviſionibus Beneficiorum, quæ expleantur ab Ordinariis, & Nunciis Apoſtolicis. Remiſſive. *ibid.* n. 7.
Clauſula tamen præfata non tollit Irregularitatem, quia Irregularitas non eſt Cenſura. *ibid.* n. 8. & 9.
Cui abſolutio a Cenſuris facta eſt in Literis Apoſtolicis, ei cenſetur Gratia conceſſa. T. 4. p. 135. n. 10.
Excommunicatus, vigore dictæ clauſulæ abſolutus, nequit Beneficii fructus ſuos facere, celebrare, Divinis intereſſe, ad Ordines promoveri, aut aliud Beneficium aſſequi, niſi novam abſolutionem pro hujuſmodi effectibus obtineat. *ibid.* n. 11.
Clauſula *Abſolventes &c.* adjecta in Literis expeditis in forma Commiſſaria, an reddat Excommunicatum capacem Gratiæ, ſi prius non ſit abſolutus ab Exequutore? T. 4. p. 135. n. 12. & 13. *Vid. V. Excommunicatus.*
Enumerantur plures caſus, in quibus abſolutio generalis a Cenſuris in quibuſcumque Literis Apoſtolicis apponi conſueta, non ſuffragatur vigore Regulæ LXVI. *ibid.* n. 14.
Et in caſibus præfatis, nec clauſula *abſolventes &c.* adjecta in Literis Gratiarum, quas impertiuntur Legati, & Nuncii Apoſtolici, ſuffragatur Excommunicatis. *ibid.* n. 19.
Violatores Eccleſiaſticæ libertatis arcentur a favore clauſulæ abſolutoriæ, tametſi auſu temerario Apoſtolicis mandatis non obtemperaverint, aut impedimentum Exequutoribus S. Sedis non præſtiterint. *ibid.* n. 15.
Clauſula *Abſolventes* non ſuffragatur vigore Regulæ Excommunicatis, qui per annum in Cenſuris inſorduerint, niſi Papæ nota fuerit inſordeſcentia. *ibid.* n. 16.
Ex quibus cenſeatur contracta inſordeſcentia? *Vid. V. Inſordeſcentia, Inſordeſcens.*
Regula, quippe quæ loquitur de collatione Beneficii ad favorem Inſordeſcentis non facienda, non comprehendit caſum privationis Beneficii poſſeſſi ab eo, qui dicitur inſorduiſſe; quia a collatione Beneficii ad illius privationem, non valet argumentum. T. 4. p. 136. n. 34.
Quid requiratur ad effectum, ut quis privari valeat Beneficiis ob inſordeſcentiam in Cenſuris? *Vid. V. Inſordeſcentia, Inſordeſcens.*

REGULA LXVII.

Certis præſcriptis pœnis, mandat Regula LXVII. nil ab Officialibus Romanæ Curiæ exigi poſſe ultra debitum. T. 4. p. 145. n. 2.
Regula plena eſt ædificationis, & magis obſervantia, quam explicatione indiget. *ibid.* n. 1.
De nonnullis Pontificum Conſtitutionibus editis pro compeſcendis Officialium exceſſibus in exigendo plus debito. *ibid.* n. 2.
Cancellariæ, & Datariæ Officiales ultra emolumenta taxata, aliud exigere non poſſunt, etiam ſub *prætextu celerioris expeditionis.* T. 4. p. 146. n. 13.
Et nec a ſponte dantibus. *ibid.* n. 15.
Sed colore, & prætextu præfato, nonnulla hodie emolumenta, quæ vocantur *extraordinaria*, percipiunt. *ibidem* n. 14.
Quemadmodum, nec recipere poſſunt eſculenta, vel poculenta, etſi parva, quæ paucis diebus conſumuntur. *ibid.* n. 16. & 17.
Adverſus Officiales quidquam ultra Taxam exigentes, certis præſcriptis pœnis, mandat Regula, quod procedant *Card. Vice-Cancellarius, & Camerarius.* *ibid.* n. 19.
Idque, etiam ſuis Conſtitutionibus decreverunt *Martinus V. & Eugenius IV.* *ibid.* n. 20.
Enumerantur nonnulli Officiales, quos ſub prætextu eorum immediatæ ſubjectionis Sedi Apoſtolicæ, Juriſdictionem Vice-Cancellarii declinare ſatagentes, eidem ſubjectos declararunt *Julius II. & Sixtus V.* T. 4. p. 147. n. 21.
Datarius quoque facultate gaudet coercendi Officiales Cancellariæ aliquid ultra Taxas exigentes. *ibid.* n. 22. *Vid. V. Cancellariæ Officiales. V. Datariæ Officiales.*
De Taxis Cancellariæ & Datariæ. *Vid. V. Taxa.*

REGULA LXVIII.

Futuri Pontificis diſpoſitioni reſervat Reg. LXVIII. Beneficia alias reſervari ſolita, de quibus Sede Apoſtolica vacante, per Ordinarios Collatores, aut non diſpoſitum, aut minus legitime, diſpoſitum fuerit. T. 4. p. 152. n. 1.
Reſervatio hæc innititur motivo, ut novus Pontifex Conclaviſtis, Pauperibus Clericis, benemeritiſque Perſonis, providere poſſit de Beneficiis. *ibid.* n. 2.
Et ob hanc rationem reſervantur etiam in *Reg. IX.* Beneficia certis menſibus vacantia. *ibid.* n. 3.
Regula, quomodo priſcis temporibus edebatur? & quo tempore inter cæteras Cancellariæ Regulas inſerta fuit? *ibid.* n. 4. 5. 6. & 7.
Refertur ſingularis Gratia, qua Leo XI. Beneficia omnia totius fere Catholici Orbis, etiam Regularia, & Curata, *uſque ad diem Aſſumtionis* ſuæ jam vacantia, commendavit quatuor Cardinalibus ad ſex Menſes, & poſtmodum mediante Commendæ ceſſione in ſuis manibus, diſtribuenda Conclaviſtis, aliiſque Perſonis ab ipſis Cardinalibus nominandis. *ibid.* n. 8.
Regula ſolum afficit Beneficia vacantia in Menſibus alias per *Regulam IX.* reſervari ſolitis. *ibid.* n. 9.
Secus Beneficia jam obnoxia reſervationi fixæ, *ſive reali, ſive perſonali.* Et redditur ratio. *ibid.* n. 10.

Reſer-

Reſervationi Regulæ LXVIII. an ſubjacent Eccleſiæ Parochiales, de quibus, Sede Apoſtolica vacante, per Ordinarios Collatores diſpoſitum non fuit? T. 4. p. 152. a n. 18. uſq. ad n. 21. *Vid. V. Parochiales quoad reſervationes.*
Regula, dum reſervat Beneficia, de quibus, Sede Apoſtolica vacante, per Ordinarios Collatores diſpoſitum non fuit, intelligitur de diſpoſitione perfecta, per quam conſumta remanet Beneficii vacatio. T. 4. p. 153. n. 22.
Proindeque ſola præſentatio, nominatio, vel electio ad Beneficium, expleta Sede Apoſtolica vacante, Regulæ reſervationem non excludit. *ibid.* n. 23.
Requiritur itidem pro excluſione Reſervationis Regulæ, quod valide de Beneficiis per Ordinarios Collatores diſpoſitum fuerit. *ibid.* n. 24.
Hinc, diviſa ſimultanea Beneficiorum collatione inter Epiſcopum, & Capitulum, ſi Epiſcopus, Sede Apoſtolica vacante, Beneficium conferat in Turno Capituli, collatio erit nulla, & remanet Beneficium Reſervationi Regulæ obnoxium. *ibid.* n. 25.
Amplius, etiamſi poſt electum novum Pontificem, Capitulum collationi factæ ab Epiſcopo conſenſum præſtet; quia per Regulam jam eſt Beneficio reſervationis vinculum injectum. *ibid.* n. 26.
Si appareat, collationem fuiſſe tempore habili ab Ordinario expletam, præſumptio ſtat pro illius validitate. *ibid.* n. 27.
Debet tamen de Proviſione Beneficii, tempore habili facta, alias, quam per Literas Ordinarii conſtare, ob ſuſpicionem antidatæ. *ibid.* n. 28.
Pro excludenda reſervatione Regulæ, Proviſio Beneficii expleri debet ab Ordinario Collatore ante diem Aſſumtionis novi Pontificis, nec ſufficit quod eodem die fiat. Et redduntur rationes. *ibid.* n. 30. 31. & 32.
Contrarium, quia Regulæ Cancellariæ ligare ſolum incipiunt a die immediate ſequente Aſſumtionem novi Pontificis. *ibid.* n. 33.
Et quia dictio *uſque ad diem &c.*, quæ legitur in Regula, ſtat incluſive ad diem, quo novus Pontifex electus fuit. T. 4. p. 154. n. 34.
Ac ita reſolutum a Congregatione Datariæ. *ibid.* n. 37.
Explicantur Conſtitutiones *Leonis XI. & Alexandri VII.* *ibid.* n. 36.

REGULA LXIX.

Regulam primus edidit ſan. mem. *Urbanus VIII.* T. 4. p. 156. n. 1.
Revocat Regula in *prima parte* Indulta a Prædeceſſoribus Pontificibus conceſſa Beneficiatis locandi anticipatis ſolutionibus, ultra unicum annum, fructus ſuorum Beneficiorum, & quare? *ibid.* n. 2. p. 157. n. 14. & 16.
Locationes Bonorum Eccleſiarum cum anticipatis ſolutionibus fieri prohibet Concilium Tridentinum, quocumque Privilegio, aut Indulto non obſtante. T. 4. p. 156. n. 4. p. 157. n. 11.
Eaſque, nec in Romana Curia, nec extra, confirmari mandat. T. 4. p. 157. n. 5. *Vid. V. Locatio.*
Regulæ diſpoſitio, ut locum ſibi vindicet, tria, quæ numerantur, concurrere debent. *ibid.* n. 15.
Et quamvis loquatur de Indultis conceſſis *Perſonis*, adhuc comprehendit ea, quæ conceſſa fuerunt Capitulo, aut alteri Corpori inanimato. *ibid.* n. 17. *Vid. V. Regula XV.*
Regula LXIX. revocat *in ſecunda parte* Indulta ſupervivientiæ, ac facultates a Prædeceſſoribus Pontificibus conceſſas obligandi, aut diſponendi, poſt eorum obitum, de fructibus Beneficiorum. T. 4. p. 160. n. 50.
Et hæc ſecunda Regulæ pars confirmata fuit in Conſtitutionibus XXVIII. & LXXX. ſan. mem. *Urbani VIII.* *ibid.* n. 51.
Revocari quoque vigore Regulæ facultates a Prædeceſſoribus Pontificibus conceſſas teſtandi, ac diſponendi de fructibus non recollectis, & inexactis Beneficiorum, deciſum fuit in Camera. *ibid.* n. 52.
Et Decretum Camerale confirmavit *Urbanus VIII.* in ſua Conſtitut. LXXX. *ibid.* n. 53.
Ex eadem Conſtitutione, in quacumque facultate teſtandi de fructibus Beneficiorum a Pontificibus concedenda, ſemper præſervata intelliguntur jura Cameræ, & Succeſſorum in Beneficio, ac diſpoſitio Regulæ LXIX. *ibid.* n. 54.
Conſtitutioni præfatæ, aliter derogatum non cenſetur, quam ſi derogatio fuerit expreſſa, & ſpecifica. *ibid.* n. 55.
De exorbitanti Indulto, quod ſan. mem. *Alexander VII.* conceſſit Cardinali *Chiſio* Nepoti ſuo, diſponendi de fructibus pendentibus, quamvis immaturis, ſuorum Beneficiorum, & de Affictibus, etiam ſi dies ſolutionis nondum venerit. *ibid.* n. 56. & 58.
Et Indultum præfatum in cauſa fuit, quod *Innocentius XII.* Conſtitutionem ederet moderatoriam Indultorum teſtandi, quibus olim fruebantur Cardinales Pontificum Nepotes. T. 4. p. 161. n. 57.
Diſpoſitio Regulæ afficit etiam S. R. E. Cardinales. *ibid.* num. 59.
Utque locum ſibi vindicet, requiritur, quod Indulta ſupervivientiæ nullam, nec in parte, vivente Indultario, ſortita fuerint effectum. Et ſimile ſancitum fuit in Regulis XIII. & LXIII. circa revocationes Unionum, & ſuſpenſiones Indulgentiarum. *ibid.* n. 60. 61. 62.
Quodquo conceſſa fuerint a Prædeceſſoribus Pontificibus; nam ea, quæ a Pontifice vivente elargiuntur, ſuum obtinent vigorem. *ibid.* n. 63.
Referuntur nonnulla Indulta ſupervivendi a *Clemente VIII. Urbano VIII. & Clemente IX.* conceſſa. *ibid.* n. 65. 66. & 67.

REGULA LXX.

Regula LXX. quando primo edita fuit? T. 4. p. 163. n. 1.
Et quomodo ante tempora *Alexandri VII.* concepta erat. *ibid.* n. 2.
In Regula *Alexandri VII.* Cardinales eximebantur a Regulis *editis*, & *edendis*. *ibid.* n. 3.
Sed poſtea mandavit Pontifex a Regula deleri verbum -- *editis*. T. 4. p. 164. n. 4.
Et exſcribitur particula Decreti. *ibid.* n. 5.
In nova confectione Regularum, bonum eſſet, quod Regula conciperetur verbis, quibus priſcis temporibus concepta erat. *ibid.* n. 6.
Verba, quæ leguntur in Regula -- *ſeu in iiſdem Regulis, & Conſtitutionibus facta fuerit ipſorum Cardinalium expreſſa mentio* -- eidem primo addita fuerunt ſub *Alexandro VII.* *ibid.* n. 7.
Cardinales comprehenduntur ſub Cancellariæ Regulis, & Conſtitutionibus jam *editis*. Et redduntur rationes. *ibid.* n. 8. 9. 11. & ſeqq.
Maxime, ſi Regulæ præfatæ prohibeant aliquid, quod in ſe malum eſt, aut reſpiciant bonum Animæ, favoremque publicum, aut occurrant dolis, & fraudibus. *ibid.* n. 15.
Et ob concurſum hujuſmodi Cauſarum, enumerantur nonnullæ Regulæ Cancellariæ, quarum diſpoſitioni ſubjacent Cardinales. *ibid.* n. 16.
Cardinales non comprehenduntur ſub Cancellariæ Regulis, & Conſtitutionibus *editis*, quæ ſint odioſæ odio irrationabili. *ibid.* n. 17.
Minuſque, ſi tollerent Privilegium, ſeu Indultum aliquod particulare iiſdem conceſſum, niſi in dictis Regulis, & Conſtitutionibus, de Cardinalibus expreſſa mentio fieret. T. 4. p. 165. n. 19.
Amplius, etiamſi Conſtitutiones præfatæ aliorum Cardinalium favorem concernerent. *ibid.* n. 20.
Aut, ſi earum ratio non eſſet Cardinalibus adaptabilis. *ibid.*
Et ob id, Cardinales non comprehenduntur ſub cenſura Regulæ II. quia iſtius ratio Cardinalibus non adaptatur. *ibid.* n. 21.
Cardinales non comprehenduntur vigore Regulæ LXX. ſub Conſtitutionibus, & Regulis inpoſterum *edendis*. Et redditur ratio Regulæ. *ibid.* n. 22. p. 168. n. 51.
Sed explicatur hæc Concluſio, in quibus terminis procedat. T. 4. p. 165. n. 24. & 25.
Comprehenderentur tamen, ſi Regula LXX. non emanaſſet. *ibid.* n. 23.
Cardinales comprehenduntur ſub Regulis, & Conſtitutionibus *edendis*, ſi illæ eſſent favorabiles. *ibid.* n. 26.
Seu, quando Conſtitutiones ederentur de Cardinalium, aut majoris eorum partis, conſilio. *ibid.* n. 27.
Aut, ſi in Regulis, & Conſtitutionibus præfatis eorum expreſſa mentio fieret. *ibid.* n. 28.
Vel, ſi Papa derogaret Regulis Cancellariæ in genere, quinimmo, etiam ſi derogaret alicui Regulæ, cæteriſque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis. *ibid.* n. 29.
Contrarium, attenta diſpoſitione Regulæ LXXI. *ibidem*, num. 30.
Diſpoſitio Regulæ LXX. eſt tantummodo reſtricta ad Regulas Cancellariæ; quodque proinde Cardinales, etiamſi de illis non fiat expreſſa mentio, comprehenduntur ſub cæteris Pontificiis Diſpoſitionibus, & Ordinationibus tam generalibus, quam particularibus, ſi odioſæ non ſint odio irrationabili, & concurrant verba apta illos comprehendere. Et redduntur rationes. T. 4. p. 166. n. 32. & ſeqq.
Hinc cenſerentur ſub dictis *Ordinationibus* comprehenſi, ſi in illis mentio fieret de Perſonis *quacumque Dignitate, gradu, ac Præeminentia fulgentibus.* *ibid.* n. 33.
Aut, ſi in iiſdem mentio fieret Legatorum de Latere, quia Legati de Latere non ſunt, niſi Cardinales. *ibid.* n. 34.

Con-

Contrarium, quod Cardinales, eorum non facta expreſſa mentione, non cenſentur comprehenſi, nec ſub generalibus Conſtitutionibus, nec ſub ſpecialibus Pontificum Conſtitutionibus, & Diſpoſitionibus, etſi ampliſſimis clauſulis, & verbis munitis. T. 4. p. 167. n. 44.
Redduntur rationes; explicantur contrariæ auctoritates; & reſpondetur rationibus in oppoſitum. ibid. a n. 45. uſque ad 73.
Cardinales, ex declaratione ſan. mem. *Clementis XI.* edita anno 1712. exempti cenſentur a Datiis, & Gabellis in poſtarum imponendis, ſi in eorum impoſitione non fiat de illis expreſſa mentio ad tramites Regulæ LXX. Cancellariæ. T. 4. p. 168. n. 57. *Vid. V. Cardinales.*

REGULA LXXI.

Regulæ LXXI. edita primo fuit ſub *Alexand. VII.* T. 4. p. 171. n. 1.
Diſponit, quod Cancellariæ Regulis per quaſcumque clauſulas, etſi efficaciſſimas, ac verba univerſalia, & ampliſſima, non cenſetur derogatum, niſi de illis expreſſa mentio facta fuerit. ibid. n. 2.
Sed, & ante Regulæ editionem, hæc erat communis Doctorum Sententia. ibid. n. 3.
Per clauſulam -- *non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis* -- derogatum cenſetur aliis Conſtitutionibus in contrarium facientibus. ibid. n. 4.
Sed non Regulis Cancellariæ. ibid. n. 5.
Facultas conferendi Dignitates vigore Regulæ IV. reſervatas, indiget expreſſa, & individua mentione, nec cenſetur impertita per clauſulas generales eidem Regulæ derogatorias. ibid. n. 6.
Idem dicendum de facultate conferendi Beneficia vigore Regulæ IX. reſervata. ibid.
Cancellariæ Regulis derogatum cenſetur, etiam non facta de illis mentione, ſi derogatio ſit expleta per viam legis generalis. ibid. n. 8. & 10.
Contrarium, attentis verbis Regulæ LXXI. ibid. n. 9. & 11.
Ex derogatione facta uni Regulæ Cancellariæ, non cenſetur alteri derogatum, niſi de illa mentio facta fuerit. ibid. n. 12.
Clauſula -- *quorum tenores &c.* non eſt apta derogationem Regulis Cancellariæ præſeferre. ibid. n. 13.
Minuſque Clauſula -- *Sublata &c.* ibid. n. 14.
Nec altera -- *motu proprio, & ex certa ſcientia.* ibid. n. 15.
Et, an pro derogatione ſufficiat clauſula -- *Non obſtantibus Regulis Cancellariæ*, maxime ſi juncta ſit verbis -- *quorum tenores* habeantur pro expreſſis? ibid. n. 16. 18. & 19. p. 172. n. 20.

REGULA LXXII.

Regula recenſet ea, quæ Juriſdictionem *Vice-Cancellarii* reſpiciunt, & antiquitus in ampliori forma concepta erat, ſed ſub *Gregorio XIII.* ad formam, qua hodie utimur, redacta eſt. T. 4. p. 76. n. 7.
Referuntur DD. qui de facultatibus *Vice-Cancellarii* agunt. ibid. n. 6.
Tribuit Regula *Vice-Cancellario* facultatem committendi abſolutionem eorum, qui ignoranter in Supplicatione aliquid ſcribunt, corrigunt, aut delent. ibid. n. 8.
Vice-Cancellarius, ſeu Regens Cancellariæ facultate gaudet corrigendi Nomen, vel Cognomen Impetrantis, aut illius, per cujus obitum ſit impetratio. T. 4. p. 177. num. 25.
Necnon Invocationes, Denominationes, Locum loci &c. dummodo correctio ſtatum rei non immutet, & conſtet de identitate Perſonarum, & Beneficiorum. ibid.
Poteſt corrigere Menſem per errorem, loco alterius, in quo Beneficium vacavit, in Literis Apoſtolicis expreſſum, ſi per hujuſmodi correctionem ſubſtantiæ Gratiæ non immutetur. Et ponitur exemplum. ibid. n. 26. & 27.
Nec pro hujuſmodi correctione peragenda, neceſſaria eſt citatio eorum, qui intereſſe habere prætendunt. ibid. num. 28.
Vice-Cancellario, ſeu Regenti Cancellariæ, permiſſum eſt corrigere Bullas Matrimoniales circa gradus de Conſanguinitate in Affinitatem, & è contra. ibid. n. 29.
Haud tamen poſſunt ipſi Bullam corrigere in eo, quod expreſſum non eſt, & reddere Gratiam majorem, aut difficiliorem, niſi id veniat vigore Clauſularum. ibid. n. 30.
Sed facultate gaudent corrigendi Bullam circa qualitatem Beneficii expreſſam, uti de non reſidentiali, in reſidentialem. ibid. n. 31.
Si in Præconio, Decreto Conſiſtoriali, & Literis Proviſionis duarum Eccleſiarum æque principaliter unitarum, una ex illis prænominata fuerit, non poteſt *Vice-Cancellarius* Literas corrigere, & alteri Eccleſiæ prænominationem dare. T. 4. p. 177. n. 32.
Vice-Cancellarius, ſeu *Regens Cancellariæ*, poteſt etiam in Commiſſionibus corrigere errorem, qui irrepſit in Nomine, & Cognomine Perſonarum, ac locorum. ibid. num. 33.
Intellige, dummodo correctio non fiat in fraudem, & alter ex Colligantibus Commiſſione uſus non ſit. ibid.
Poteſt itidem Cauſas omnes Beneficiales, etiam non devolutas, committere in Curia, cum facultate citandi ad partes. ibid. n. 34.
Necnon abſque alio mandato Papæ committere Cauſas omnes, quæ de communi juſtitia ſint. ibid. n. 35.
Requiritur tamen ad effectum, ut Cauſas prædictas Beneficiales committere poſſit, quod Beneficium non excedat annuum redditum decem ducatorum, T. 4. p. 178. n. 36.
Contrarium, quia in Regula reſtrictio hæc non legitur. ibid. n. 37. 38.
Inſuper neceſſe eſt, quod Cauſæ præfatæ in Curia remaneant, nam ſi ad partes remittentur, ceſſat facultas præfata, ibid. n. 39.
Quodque ſint legitime devolutæ; nam legitime non devolutas, *Vice-Cancellarius*, ſine Mandato ſpeciali Papæ, committere non poteſt. ibid. n. 43.
Intellige, ubi agitur de Cauſis de partibus, ſecus, quoad eas, quæ ex propria indole ſunt in Urbe committendæ; has enim, etſi non legitime devolutas, poteſt *Vice-Cancellarius* vigore Regulæ committere. ibid. n. 42.
Nec ex quo poſt Concilium Tridentinum non reperiantur Commiſſiones hujuſmodi a *Vice-Cancellario* ſignatæ, argui poteſt, quod facultatem committendi amiſerit, & quare? ibid. n. 43. 44. & 45.
Vice-Cancellarius, ut Cauſas committere poſſit, oportet, quod Judex detulerit Appellationi, aut quod Cauſa ſit de ſui natura appellabilis. Et de ratione. ibid. n. 45.
Vice-Cancellarius, Commiſſiones contra jus ſignare non poteſt. ibid. n. 46.
Redditur ratio, quia ſine ſpeciali mandato Juri derogare nequit. ibid. & n. 49.
Nec ſignare Commiſſiones, in quibus opus eſt plenitudine poteſtatis Papæ. ibid. n. 47.
Hinc Cauſam in partibus pendentem, committere non poteſt, nec commiſſam avocare. ibid.
Vice-Cancellarius, Commiſſiones hodie amplius non ſignat, nec facultate ſibi tradita a Regula utitur, & qua ratione? ibid. n. 48. & 50.
Diſtribuit tamen ipſe, vel Regens Cancellariæ, etiam hodie, Commiſſiones, quæ Cardinali Præfecto Signaturæ ſignantur, Auditoribus Rotæ, vel Prælatis, quibus committuntur. ibid. n. 51.
Et ſubſcribit -- *De Mandato D. N. Papæ, audiat Magiſter N. & juſtitiam faciat* -- ibid.
Et, an hoc caſu attendi potius debeat Signatura Cardinalis Præfecti Signaturæ, quam Regentis? ibid. n. 52.
Enumerantur quamplures aliæ facultates, quibus *Vice-Cancellarius*, ſeu *Regens Cancellariam* gaudet vigore Regulæ. ibid. n. 53. & 56.
Sed, nec facultatibus præfatis modo ipſi utuntur. Et quare? ibid. n. 54.
Vice-Cancellarius, ſeu *Regens Cancellariæ* poteſt prorogare tempus præfixum in ſupplicatione ad expediendum Literas Apoſtolicas ſub pœna nullitatis Gratiæ. Tom. 4. p. 179. n. 57.
Revocatur hæc Sententia in dubium, & ob quas rationes? ibid. n. 58. 59. 60.
Sed prior Sententia de ſtylo ſervatur. ibid. n. 61.
Vice-Cancellarius non mutat Exequutores datos a Papa. ibid. n. 59.
Vid. V. Cardinalis Vice-Cancellarius.

REGULÆ JURIS.

Vid. V. Axiomata, & Regulæ Juris.

RELIGIONES MILITARES.

Vid. V. Ordines Militares.

RELIGIOSI.

Vid. V. Regulares. V. Novitius. V. Profeſſio.

REMOTIO IN BENEFICIALIBUS.

Vid. V. Beneficia Manualia. V. Beneficia Regularia.

RENUN.

RENUNCIATIO IN BENEFICIALIBUS.

Vid. V. Reſignatio ad favorem. V. Reſignatio ſimplex.

RESCRIPTUM.

Reſcriptum Principis veluti quid individuum, non poteſt pro parte acceptari, & pro parte non. Tom. 3. p. 278. n. 168.

Reſcripta Principum *ſine die*, *& Conſule*, non ſubſiſtunt. T. 3. p. 356. n. 288.

Reſcriptum Papæ ſuper aliquo caſu particulari, vim Canonis habet. T. 2. p. 72. n. 26.

Reſcriptum cui prius.

Vid. V. Gratia *Cui prius.*

Reſcriptum Perinde valere.

Vid. V. Gratia Perinde valere, ſeu Revalidatoria.

RESERVATIONES APOSTOLICÆ.

Reſervatio eſt Beneficii Eccleſiaſtici vacaturi per Papam ad ſe facta avocatio. T. 1. p. 22. n. 31. p. 502. n. 56.

Referuntur nonnullæ aliæ Reſervationis Definitiones. T. 1. p. 22. n. 32. p. 253. n. 263. T. 3. p. 119. n. 237. p. 123. n. 297.

Reſervatio, in quo differat ab Affectione? T. 1. pag. 25. n. 73. & ſeqq. p. 253. n. 264.

Vid. V. Affectio.

Beneficium ſemel reſervatum ſemper remanet reſervatum, donec conſumata fuerit vacatio. T. 3. p. 183. n. 589.

Reſervatio momento temporis infixa certo corpori Beneficii, non tollitur per quamcumque ſupervenientem extrinſecam qualitatem. T. 1. p. 395. n. 113.

Abſurdum eſt, quod inferior conferat Beneficium ſemel Papæ reſervatum. *ibid.* n. 114.

Regula, quod Beneficium ſemel reſervatum, ſemper remanet tale, etiam ceſſante cauſa reſervationis, procedit quando reſervatio eſt perpetua, ſecus quando eſt temporalis. T. 1. p. 392. n. 73.

Ceſſante ratione Regulæ reſervationem aliquam inducentis, ceſſare debet ipſa reſervatio. T. 1. p. 391. n. 66.

Reſervatio, etiam abſque Decreto irritanti, ex ſe ſola manus ligat inferiori Collatori, ne de Beneficio reſervato diſponere poſſit. T. 2. p. 147. n. 22.

Decretum irritans, etſi non expreſſe adjectum in reſervatione Beneficiorum, tacite ſubintelligitur. *ibidem* numer. 25.

Beneficia vacantia Sede Apoſtolica vacante, non ſubjacent reſervationibus Apoſtolicis, quia tunc Cancellariæ Regulæ expirarunt. *ibid.* n. 10.

Intellige de reſervationibus ratione *temporis*, ſecus de aliis ratione *Rei*, vel *Perſonæ*. Et redditur ratio. *ibid.* n. 11. & 12. p. 314. n. 34.

Vid. V. Regula IX. V. Regulæ Cancellariæ in genere.

Poteſt idem Beneficium eſſe pluribus reſervationibus obnoxium. T. 1. pag. 349. n. 159. T. 2. p. 31. n. 118.

Et ſic reſervationi *perſonali* ratione familiaritatis Cardinalitiæ, aut Pontificiæ, ac reſervationi *locali* ratione Curiæ. T. 1. p. 349. n. 159.

Sed qualitas aliqua reſervationis inductiva, ſi in eadem Perſona multiplicetur, non multiplicat reſervationes. Et referuntur exempla. T. 3. p. 112. n. 120.

Et hac ratione, ſi defuncto Cardinali, familiaris ad alterius Cardinalis familiaritatem tranſeat, non multiplicatur reſervatio reſpectu Beneficiorum per illius obitum vacantium. *ibid.* n. 120. p. 115. n. 143.

Duplex reſervatio ad effectum, ut excludat Indultum, quo gaudent Cardinales conferendi Beneficia reſervata, debet eſſe coæqualis, & ex quibus coæqualis hæc multiplex reſervatio reſultet? *Vid. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*

Pontifex poteſt ad libitum ſuæ voluntatis uti, vel non reſervatione. T. 1. p. 104. n. 70.

Sed ſtante reſervatione certo generi Beneficiorum inſita, ſi Papa ea uti nolit, debet id ſpecialiter exprimere, & facere declarationem negativam, quod nolit ea uti. *ibid.* n. 71.

Ad differentiam caſus, quando reſervatur Beneficium cum clauſula -- *quoties tamen ea reſervatione uti voluerit*, nam tunc Beneficium non cenſetur reſervatum, niſi Papa faciat declarationem affirmativam, quod velit dicta reſervatione uti. *ibid.* n. 72.

Clauſula præfata priſcis temporibus legebatur in Regula II. Cancellariæ. *Vid. V. Regula II.*

Reſervationes Apoſtolicæ, quoad earum Originem, & Diviſiones.

Beneficiorum reſervatio, jure primatus, & univerſalis adminiſtrationis, rite a Pontificibus fieri potuit. T. 1. p. 21. n. 1. & ſeqq.

In primis Eccleſiæ ſæculis, Pontifices regulariter manus non apponebant, in proviſione Beneficiorum alienæ Diœceſis. *ibid.* n. 6.

Ea tamen poteſtate aliquando uſus eſt *S. Gregorius Magnus*. *ibid.* n. 7.

Reſervationes Beneficiorum extra Italiam, nonniſi poſt annum 1100. introduci cœperunt. *ibid.* n. 8.

Enumerantur quamplures rationabiles cauſæ, quibus moti Pontifices ad Beneficiorum reſervationes devenerunt *ibid.* n. 9. 10. 11. 12. & 17. & 25.

Vid. V. Regula IX.

Ante *Joannem XXII.* unica tantum aderat reſervatio inducta ex vacatione Beneficii *apud Sedem*, quam ipſe ampliavit, & declaravit. T. 1. p. 5. n. 11.

Cæteras Reſervationes, partim ipſe, partim ſucceſſores Pontificis induxerunt. *ibid.* n. 13. & 16.

Rejiciuntur, qui exiſtimant, Reſervationes omnes generales ſub *Joanne XXII.* originem habuiſſe. *ibid.* n. 15.

Reſervationibus *Angli* primum, deindeque *Hiſpani* reſtiterunt, & quare? T. 1. p. 21. n. 13. & 14.

Gallia, ante *Bonifacium VIII.* & poſtea, quando *Avenione* reſidebant Pontifices, non eſt Reſervationibus adverſata. T. 1. p. 52. n. 15.

Clemens dictus in ſua obedientia VII. tempore Schiſmatis, ut ſuis provideret, omnia Beneficia ſibi reſervabat. *ibid.* n. 16.

Reſervationes omnes in Conciliabulo Baſileenſi ſublatæ, exceptis *clauſis in corpore Juris*, & iis, quas Pontifices in proprio Dominio addere voluiſſent. *ibid.* n. 22.

Præſervata quoque fuit Pontifici ab eodem Conciliabulo poteſtas reſervandi Epiſcopatus ex magna, rationabili, & evidenti cauſa. *ibid.* n. 23.

Revocata ſub *Ludovico XI.* Pragmatica Sanctione ex Decretis dicti Conciliabuli efformata, & ſi poſtea reſtituta, ſublatæ tamen non fuerunt Reſervationes, quibus Reges modo non contradicebant, modo obluctabantur. *ibid.* n. 25.

Reſervationes, aliæ *generales*, aliæ *ſpeciales*. T. 1. pag. 24. n. 59.

Reſervationes *generales* non a ſtylo, ſed a Pontificum Conſtitutionibus inducuntur. T. 1. p. 5. n. 14.

Reſervationes *præſertim generales*, non ſunt odioſæ. T. 1. p. 52. n. 33. p. 25. n. 70.

Contrarium, quod omnes ſint odioſæ, & reſtringendæ. T. 1. p. 25. n. 70.

Reſervatio *Generalis*, eſt illa, quæ fit de Beneficiis incertis. *ibid.* n. 63.

Item, quando reſervantur Beneficia alicujus Regni, vel certi loci; vel quando plures reſervationes reducuntur in unam. *ibid.* n. 64.

Verba -- *generaliter reſervavit* -- important reſervationem *generalem*. *ibid.* n. 65.

Reſervationes inductæ per Regulas Cancellariæ, ſunt *generales*. *ibid.* n. 66.

Nec non inductæ per *Extravag. ad Regimen*. *ibid.* n. 67.

Generalitas, vel *ſpecialitas* Reſervationis non regulatur a perpetuitate, vel temporaneitate, ſed a corpore Beneficii, aut a verbis Papæ. *ibid.* n. 68.

Specialis reſervatio eſt, quæ fit de certo corpore Beneficii, ſive pro certa Perſona, ſive pro incerta, & invaluit tempore *Innocentii III.* T. 1. p. 24. n. 59. & 61.

Sed hujuſmodi generis reſervationes ſublatæ fuerunt per Concilia *Lateranenſe, & Tridentinum*? Tom. 1. pag. 25. n. 69.

Specialis dicitur reſervatio, quæ reſultat ex Decreto vacationis Beneficii obtenti, apponi ſoliti in proviſione Apoſtolica alterius Beneficii incompatibilis. Tom. 1. p. 24. n. 62.

Amplia, quamvis Beneficium vacans ob Decretum hujuſmodi, ſit reſervatum vigore *Extravag. ad Regimen, de Præben.* *ibid.*

Specialem etiam reſervationem præſefert appoſitio manus Papæ ſuper certo Beneficio. Tom. 1. pag. 25. numer 71.

Et, an ſpecialis hæc reſervatio dici poſſit clauſa in *corpore Juris*? *ibid.* n. 72.

Vid. V. Affectio Beneficii. Verb. Reſervatio clauſa in corpore Juris.

Reſervatio *ſpecialiſſima*, quæ ſit ſecundum *Simonettam*? T. 1. p. 25. n. 63.

Reſervatio *Mentalis*, quæ ſit? T. 1. p. 23. n. 35.

Excogitata fuit tempore *Alexandri VI.* Sed ſublate a Concilio *Tridentino.* *ibid.* n. 36. & 37.

Reſervatio *generalis*, ſecundum *Sarnenſem*, aut eſt ratione *Perſonæ*, aut ratione *Rei.* T. 1. p. 30. n. 1.

Et, quæ ſecundum ipſum dicatur *perſonalis*, quæ *Realis* reſervatio? *ibid.* n. 2. & 3.

Sed reprobatur *Sarnenſis*, & quatuor enumerantur Reſervationis *generalis* ſpecies; *Perſonalis* nempe, *Realis*, ratione *Loci*, & ratione *Temporis.* *ibid.* n. 4.

Perſonalis, & *Realis* reſervationes, ſunt fixæ, reliquæ eventuales, & diſcontinuæ. *ibid.* n. 6.

Perſonalis reſervatio triplici modo inducitur, I. ex Familiaritate Pontificis, aut Cardinalium, pro qua adeſt Regula IV. II. ex adminiſtratione cum juriſdictione, ut in Collectoribus, & Subcollectoribus, juxta Reg. V. III. Ex officio ſimplici ſine juriſdictione, quo gaudent Cubicularii, & Curſores, de quibus in Reg. VIII. T. 1. p. 31. n. 7. p. 105. n. 195.

Et a tempore *Alexandri VII.* reſultat etiam perſonalis reſervatio ratione alicujus Officii enumerati in *Extravag. ad Regimen.* T. 1. p. 31. n. 8.
Vid. V. Officiales Sedis Apoſtolicæ.

Reſervatio ratione *Rei*, etiam tripliciter conſideratur. I. in Beneficiis Majoribus, ut ſunt Cathedrales, & Monaſteria. II. In Beneficiis trium Baſilicarum Urbis. III. In Prioratibus, Præpoſituris, & Dignitatibus majoribus poſt Pontificalem in Cathedralibus, & principalibus in Collegiatis Eccleſiis. *ibid.* n. 9.

Reſervatio ratione *temporis*, etiam triplex. *Prima* reſpicit Beneficia vacantia Sede Epiſcopali vacante, juxta Regulam II. *Secunda*, Beneficia, quæ vacant, dum Cardinales abſunt a ſuis Titulis, vel Eccleſiis ſuburbicariis, juxta Reg. VIII. *Et tertia*, Beneficia in Menſibus Apoſtolicis vacantia, juxta Reg. IX. *ibid.* n. 10.

Reſervatio *ratione Loci* eſt unica, eaque inſurgit ex vacatione Beneficii *in Curia*, juxta Regulas I. & VI. Cancell. nec non *Extravagantes ad Regimen*, & *Execrabilis.* *ibid.* n. 11. p. 137. n. 193.

Perſonalis reſervatio cæteris aliis dignior eſt. Tom. 1. p. 31. n. 12. p. 96. n. 69.

Et trahit ad ſe Reſervationem *realem*, reſultantem ex quo Dignitas ſit major in Cathedrali, aut principalis in Collegiata. T. 1. p. 31. n. 10.

In reſervatione *reali* conſideratur qualitas ipſius Beneficii, non autem *locus.* T. 1. p. 30. n. 5.

Diſpoſitio loquens de Reſervatione *perſonali*, comprehendit etiam *realem* cum illa concurrentem. Tom. 1. p. 31. n. 14.

Si duæ concurrant Reſervationes *perſonales*, aut *reales*, una ſub altera non comprehenditur, ſed præponderat potentior. *ibid.* n. 15.

Reſervationes Apoſtolicæ in ſpecie.

De reſervationibus *Beneficiorum contentis in Extravag. ad Regimen. de Præb.* nempe

De reſervatione *Beneficiorum vacantium apud Sedem, intra duas Dietas, & in Curia.* Vid. V. Regula I. quoad I. Reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen. *Verb.* Beneficia quoad vacationem apud Sedem, intra duas Dietas, & in Curia. *Verb.* Reſervatio clauſa in corpore Juris.

De reſervatione *Beneficiorum vacantium per Depoſitionem, vel Privationem, ſeu Tranſlationem, aut Muneris Conſecrationis ſuſceptionem, auctoritate Apoſtolica factas.* Vid. *Verb.* Reg. I. quoad II. reſervationem contentam in Extrav. ad Regimen.

De reſervatione *Beneficiorum, de quibus in Concordia, vel diſcordia Electi, aut Poſtulati facta fuit Electio, vel Poſtulatio, quæ poſtmodum fuit caſſata, vel repulſa, ſeu renunciata, admiſſaque a Sede Apoſtolica Renunciatio.* Vid. *Verb.* Reg. I. quoad III. Reſervationem contentam in Extr. ad Regimen.

De reſervatione *Beneficiorum vacantium per obitum S. R. E. Cardinalium.* Vid. *Verb.* Reg. I. quoad IV. Reſervationem contentam in Extr. ad Regimen.

De reſervatione *Beneficiorum vacantium per obitum Officialium Sedis Apoſtolicæ?* Vid. eod. Verb.

De reſervatione *Beneficiorum vacantium per obitum eorum, qui accedentes ad Romanam Curiam, vel ab ea recedentes,* intra duas Dietas *moriuntur.* Vid. *Verb.* Regula I. quoad V. Reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.

De reſervatione *Beneficiorum vacantium per obitum Curialium, qui a Curia recedunt,* & intra duas Dietas *moriuntur.* Vid. *Verb.* Regula I. quoad VI. Reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.

De reſervatione *Beneficiorum vacantium per Promotionem ad Eccleſias Epiſcopales, & Abbatiales.* Vid. *Verb.* Reg. I. quoad VII. Reſervationem contentam in Extrav. ad Regimen.

De reſervatione *Beneficiorum vacantium vigore* Extravag. Execrabilis, *retentionem nempe plurium Beneficiorum incompatibilium abſque Apoſtolica Diſpenſatione?* Vid. *Verb.* Regula I. quoad Reſervationem Beneficiorum vacantium per Extravag. Execrabilis &c.

De reſervatione *Beneficiorum, de quibus per Ordinarios Collatores* contra Concilii Tridentini Decreta, vel contra eorumdem Decretorum formam, diſpoſitum fuerit? Vid. *Verb.* Reg. I. quoad Reſerv. Benef. de quibus contra Concilii Trid. Decreta &c.

De reſervatione *Beneficiorum vacantium in octo Menſibus Apoſtolicis.* Vid. *Verb.* Reg. IX.

De reſervatione *Beneficiorum vacantium Sede Apoſtolica vacante.* Vid. *Verb.* Reg. LXVIII.

De reſervatione *Beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali vacante?* Vid. *Verb.* Reg. II.

De reſervatione *Beneficiorum, quæ dimittuntur, reſignantur, aut permutantur intra tempus vacationis, & Apoſtolicæ Proviſionis aliorum incompatibilium?* Vid. *Verb.* Reg. III.

De reſervatione *Beneficiorum, quæ reſignantur, aut permutantur, intra tempus vacationis, & promotionis, ad Eccleſias, Monaſteria, aliaſque Prælaturas majores.* Vid. *Verb.* Reg. XXVI.

De reſervatione *Beneficiorum exiſtentium in tribus Baſilicis Majoribus Urbis.* Vid. *Verb.* Reg. VIII.

De reſervatione *Beneficiorum exiſtentium in Eccleſiis Titularibus DD. Cardinalium, dum ipſi a Curia abſunt?* Vid. *Verb.* Reg. VIII.

De reſervatione *Beneficiorum per Pontifices Prædeceſſores reſervatorum.* Vid. *Verb.* Regula XI.

De reſervatione *Beneficiorum vacantium per obitum Collectorum Apoſtolicorum.* Vid. *Verb.* Regul. V.

De reſervatione *Beneficiorum vacantium per obitum Conclaviſtarum.* Vid. *Verb.* Conclaviſta.

De reſervatione *Beneficiorum vacantium per obitum Cubiculariorum Apoſtolicorum.* Vid. *Verb.* Regula VII.

De reſervatione *Beneficiorum, vacantium per obitum Curſorum.* Vid. eod. *Verb.* & *Verb.* Curſores.

De reſervatione *Beneficiorum Curialium* Curiam ſequentium, & decedentium dum Curia de loco ad locum transfertur. Vid. *Verb.* Regula VI.

De reſervatione *Beneficiorum vacantium per obitum Dapiferorum.* Vid. *Verb.* Dapiferi.

De reſervatione *Dignitatum poſt Pontificalem majorum in Cathedralibus, & Principalium in Collegiatis.* Vid. *Verb.* Reg. IV.

De reſervatione *Beneficiorum vacantium per obitum familiarium DD. Cardinalium.* Vid. eod. *Verb.* & *Verb.* Familiares Cardinalium.

De reſervatione *Beneficiorum, quæ vacant per obitum Familiarium Papæ.* Vid. *Verb.* Regula IV. *Verb.* Familiares Papæ.

De reſervatione *Beneficiorum vacantium per obitum Protonotariorum Apoſtolicorum.* Vid. *Verb.* Reg. I. quoad IV. Reſervat. contentam in Extr. ad Reg. *Verb.* Protonotarii Apoſtolici.

De reſervatione *Beneficiorum vacantium per obitum Subcollectorum Decimarum, Spoliorum, aliorumque Jurium Cameræ Apoſtolicæ.* Vid. *Verb.* Reg V. *Verb.* Subcollectores. *Verb.* Subcollectores ſpoliorum.

Reſervatio clauſa in corpore juris.

Reſervatio clauſa *in corpore juris* ea dicitur, quæ inſurgit per obitum quamlibet Beneficiarii *apud Sedem, vel intra duas Dietas.* T. 1. p. 23. n. 38. p. 24. n. 49. T. 3. p. 169. n. 136.

Et excepta hac unica vacatione, alii modi vacationis Beneficiorum *in Curia*, non inducunt Reſervationem clauſam *in corpore juris.* T. 1. p. 23. n. 39.

In *Regula III.* Cancellariæ olim dicebatur -- *ex aliqua reſervatione clauſa in corpore juris* --, ſed per errorem; & a tempore *Leonis X.* prælata verba a Regula expuncta fuerunt. *ibid.* n. 40. & 41.

Reſervationes inductæ per *Extravagantes*, non dicuntur clauſæ *in corpore juris.* *ibid.* n. 42. & 46.

Hinc reſervatio Beneficii per obitum Protonotarii, non dicitur clauſa in *corpore juris.* *ibid.* n. 43.

Minuſque altera, quæ contingit per Promotionem. *ibid.* n. 44.

Reprobatur *Loner.* qui exiſtimat, Beneficium reſignatum, decedente Reſignante intra viginti dies, reſervatum eſſe reſervatione *clauſa in corpore juris.* Tom. 2. pag. 246. n. 133. 134.

Nec non *Gonzalez*, qui cenſet clauſam eſſe *in corpore juris* reſervationem Beneficii vacantis per Depoſitionem, ubilibet Apoſtolica auctoritate factam. Tom. 2. pag. 82. n. 10.

Reſervatio, quæ tertio loco legitur in *Extravag. ad Regimen*, quoad Beneficia nempe, de quibus in concordia, vel diſcordia Electi, aut Poſtulati, facta fuit electio, vel poſtulatio, quæ poſtmodum caſſata, vel repulſa extitit, aut renunciata, admiſſaque a Sede Apoſtolica renunciatio, non dicitur *clauſa in corpore juris.* T. 1. p. 83. n. 2.

Extravagantes, licet conſtituant & ipſæ *corpus juris Canonici*, retinent tamen propriam naturam *Extravagantium*, & ideo non dicuntur *clauſæ in corpore juris.* T. 1. p. 23. n. 45. & 46.

Limita in *Extravag. ad Romani*, *de Præben.* loquente de affectione per appoſitionem manus Papæ, quæ ſolum dici poteſt *clauſa in corpore juris.* *ibid.* n. 48. p. 25. n. 72.

Et affectio, quæ reſultat ex appoſitione manus Papæ, etiamſi proviſio ſit nulla, eſt *clauſa in corpore juris.* T. 2. p. 95. n. 245.

Si una cum reſervatione clauſa in *corpore juris*, concurrant ſuper eodem Beneficio aliæ reſervationes, & omnes in ſupplicatione Pontifici narrentur, Gratia in diſpoſitiva reſtringitur ad reſervationem *clauſam in corpore juris*, & cæteræ reſervationes ſtant conditionaliter. T. 1. p. 24. n. 52.

Beneficium vacans juxta Decretum a Pontifice adjectum in proviſione alterius incompatibilis, an ſit reſervatum reſervatione *clauſa in corpore juris?* Tom. 3. pag. 169. n. 137.

Vid. V. Regula I. quoad I. Reſervationem contentam in Extrav. ad Regimen.

Beneficium vacare *apud Sedem*, & *in Curia*, an idem ſit? *Vid. eod. V. & V. Beneficia quoad vacationem apud Sedem, in Curia, & intra duas Dietas.*

De Beneficiis, quæ ſunt obnoxia, vel exempta a reſervatione *clauſa in corpore juris*; ac de Indultis Apoſtolicis ea conferendi? *Vid. V. Regula I. quoad I. reſervationem contentam in Extrav. ad Regimen.*

Beneficia obnoxia reſervationi *clauſæ in corpore juris*, non comprehenduntur ſub Apoſtolico Indulto conferendi Beneficia reſervata, etiam conceſſo *motu proprio*, niſi de tali reſervatione fiat ſpecifica mentio. Tom. 1. pag. 24. n. 56.

Et deficiente mentione præfata, nunquam eidem reſervationi cenſetur derogatum. *ibid.* n. 58.

Reſervationum excluſio.

Reſervationes Apoſtolicæ, nedum expreſſe, ſed etiam tacite poſſunt per Beneficiorum Fundatores excludi. T. 2. p. 35. n. 162. & 164.

Intellige, quando Dotem Beneficii aſſignant de Bonis propriis, ſecus ſi de Bonis Eccleſiaſticis. *ibid.* n. 163.

Et excluſio Reſervationum deſumi poteſt etiam a diſpoſitis per Exequutorem Teſtamentarium. *ibid.* n. 165.

Non cenſentur tamen Reſervationes Apoſtolicæ tacite excluſæ, niſi per circumſtantias, & verba fundationis omnino incompatibilia cum iiſdem Reſervationibus, ſive agatur de fundatione Beneficii demandata in ultima voluntate, ſive per actum inter vivos. T. 2. p. 53. n. 327.

Et quoties Fundatoris diſpoſitio conciliari poteſt cum Reſervatione Regulæ IX. hæc nunquam excluſa cenſetur. T. 2. p. 37. n. 186.

Ubi agitur de fundatione Beneficii expleta ex Bonis laicalibus, pro excluſione Reſervationum leviores circumſtantiæ ſufficiunt, ſecus ſi ex Bonis Eccleſiaſticis. *ibid.* n. 187.

Reſervatio Regulæ IX. non cenſetur ex quibuſcumque verbis tacite excluſa, ſed indiget verbis, quæ in alium ſenſum deflecti non valeant, quam in illius excluſionem, quando Beneficium fuit ante Regulæ editionem fundatum, & de ratione. *ibid.* n. 188.

Contrarium verius, & aſſignatur ratio. *ibid.* n. 189.

Obſervantia præcipuum obtinet locum pro dignoſcendo, an Reſervatio ſit tacite excluſa, vel non. *ibid.* n. 190.

Deficiente Inſtrumento fundationis, centenaria obſervantia præſentationum cum effectu expletarum in Menſibus, etiam Apoſtolicis, a Patronis Eccleſiaſticis, ſufficit etiam in petitorio, pro excluſione Reſervationum Apoſtolicarum. T. 2. p. 38. n. 193.

Deficiente expreſſa Reſervationis excluſione, excluſio tacita ex verbis fundationis, aliiſque circumſtantiis deſu-

Rigantii in Reg. Cancellaria. Tom. IV.

menda, remittitur arbitrio Judicis. Tom. 2. pag. 37. num. 185.

Ex verbis Fundationis, quod præſentatio *ſpectet ad Abbatem*, & *non ad alium*, cenſetur excluſa reſervatio. T. 2. p. 35. n. 166.

Idem, ſi dictum fuerit, *non vi poſſe entrare altro Superiore*, vel *ſine ullo impedimento poteſtatis Secularis*, *aut Clericalis.* *ibid.* n. 167.

Excluſio a collatione Beneficii cujuſcumque Superioris Eccleſiaſtici, etiam Papæ, præſefert excluſionem Reſervationis. *ibid.* n. 168.

Verba, quod Patronus præſentare debeat *ſemper*, *omnino*, & *in perpetuum*, excludunt reſervationem Regulæ IX. *ibid.* n. 169.

Maxime, quando dictiones præfatæ ſunt adjectæ exercitio, & non pertinentiæ Juriſpatronatus. *ibid.* n. 170.

Reſervatio excluditur ex facultate præſentandi *toties quoties Beneficium vacare contingat.* *ibid.* n. 171.

Quemadmodum ex verbis *quandocumque*, & *quotieſcumque*, æquipollentibus dictioni *ſemper.* *ibid.* n. 172.

Contrarium, quod dictiones *ſemper*, *in perpetuum*, *toties quoties*, *quandocumque &c.* Regulæ IX. Reſervationem non excludant, ſed cum ea ſint compatibiles. *ibid.* n. 173. & p. 53. n. 327.

Conditio, quod Juſpatronatus in tranſitu ad Perſonas Eccleſiaſticas, eandem retinere debeat naturam, ac ſi eſſet penes Laicos, Reſervationem Regulæ IX. excludit. T. 2. p. 36. n. 174.

Vel, ſi dictum fuerit, quod Patroni Eccleſiaſtici *libere*, & *omnimode diſponant eo modo*, *quo poterant ipſi Laici Fundatores.* *ibid.* n. 175.

Reſtrictio temporis ad præſentandum intra decem, vel quindecim dies, eſt cum reſervatione Regulæ IX. incompatibilis. *ibid.* n. 176.

Maxime, ſi in caſu negligentiæ in præſentando intra dictum tempus, datus fuerit ſubſtitutus. *ibid.* n. 177.

Aut, ſi Beneficium Eccleſiaſticum talis eſſet indolis, ut celeri indigeret proviſione. *ibid.* n. 178.

Quando eſt electa induſtria Perſonæ ad præſentandum, cenſetur excluſa Reſervatio. *ibid.* n. 179.

Excluſa dici debet Reſervatio, etiam quando Fundator præſentandi tempus *ad tres Menſes* reſtrinxit. *ibid.* numer. 180.

Contrarium eſt verius, & aſſignatur ratio. *ibid.* num. 181. & 182.

Facultas a Fundatore Beneficii Ordinario tributa deſtituendi in certis caſibus Beneficiatum, aliumque ejus loco inſtituendi, validum præſefert argumentum Reſervationis excluſivum. T. 2. p. 37. n. 183. & 184.

Reſervatio *Regulæ IV.* an, & ex quibus excluſa cenſeatur? *Vid. V. Regula IV. quoad reſervat. Dignit. poſt Pontif. major. in Cathed.*

Et, ex quibus cenſeantur excluſæ Reſervationes contentæ in Concordatis Germaniæ? *Vid. Verb. Germaniæ Concordata.*

RESIDENTIA.

Reſidentiæ tres ſpecies, altera *continua*, & *præciſa*, altera *diſcontinua*, tertia *cauſativa.* T. 1. p. 148. n. 12.

Et quænam ex illis cauſet incompatibilitatem Beneficiorum? *Vid. V. Beneficia quoad incompatibilitatem*, & *pluralitatem.*

Ex privatione fructuum in caſu non reſidentiæ Beneficiati, inducitur ſolum reſidentia *cauſativa.* Tom. 1. pag. 149. n. 15.

Intellige in dubio, ſecus ſi Beneficii Fundator perſonalem reſidentiam requiſierit, & poſtea pœnam privationis fructuum in caſu non reſidentiæ adjecerit. *ibid.* n. 17.

Reſidentia *præciſa* cenſetur excluſa ex facultate tributa Beneficiato adimplendi onera per Subſtitutum. *ibidem* numer. 19.

Et poſſunt onera per Subſtitutum adimpleri eo ipſo, quod Beneficiato injuncta non fuit expreſſa obligatio ea adimplendi *per ſe ipſum.* *ibid.* n. 20.

Cenſetur tamen volita reſidentia *præciſa*, ſi Beneficiatus *per ſe ipſum* onera prædicta adimplere teneatur. *ibid.* n. 21.

Ex præcepto injuncto Beneficiato *continuo* permanendi in loco Beneficii, an cenſeatur volita reſidentia *præciſa?* *ibid.* n. 27.

Reſidentiale non dicitur Beneficium ex eo, quod illud obtinens teneatur ſub privationis pœna in certo loco reſidere. T. 1. p. 128. n. 95.

Cappellania adnexum habens ſervitium Chori in Cathedrali, vel Collegiata, eſt reſidentialis, incompatibilis cum Canonicatu. T. 1. p. 149. n. 25.

Vel, ſi Cappellanus aſſiſtere teneatur omnibus Officiis, & functionibus peragendis in Eccleſia Parochiali. Tom. 1. p. 149. n. 26.
Diſpenſatus ſuper retentione Canonicatus, vel Dignitatis cum Parochiali in alio loco exiſtente, tenetur ex Conſtitut. S. Pii, reſidere penes Parochialem. Et redditur ratio. T. 1. p. 151. n. 44. & 45.
Idque, etiam ex antiquo ſtylo Datariæ, quæ hujuſmodi reſidentiam præſcribebat. ibid. n. 46.
Et reſidendo penes Parochialem, lucratur fructus omnes Canonicatus, vel Dignitatis, exceptis diſtributionibus quotidianis, aliiſque emolumentis, quæ abſentes ex juſta cauſa lucrari non ſolent. ibid. n. 47.
Sed ipſas quoque diſtributiones, amiſſa tertia parte, lucratur, quando fructus omnes Canonicatus, aut Dignitatis, vel in ipſis diſtributionibus conſiſtant, vel ſint ita tenues, ut habeantur, ac ſi nulli eſſent. ibid. n. 48.
Per clauſulas, quæ a moderno tempore apponi ſolent in Literis diſpenſationis Apoſtolicæ ſuper retentione Canonicatus cum Parochiali, non remittitur diſpenſato obligatio reſidendi penes Parochialem. ibid. n. 49. & 50.
Et explicatur *Deciſio Sacræ Rotæ* 160. *coram Reverendiſſ. Criſpo.* ibid.
Diſpenſato ad retinendam Parochialem cum Canonicatu, Sac. Congregatio Concilii denegavit Indultum non reſidendi in Parochiali, & quare? T. 1. p. 152. n. 51.
Indulſit tamen, ut quolibet anno abeſſe poſſet a Parochiali per ſex menſes, dummodo reſideret penes Canonicatum. ibid. n. 52.
In Beneficii *reſidentialis* impetratione, an neceſſaria ſit pro validitate Gratiæ expreſſio *qualitatis reſidentialis*? Vid. *V. Regula LVI.*
Sedes Apoſtolica diſpenſare ſolet cum Epiſcopis, ut a reſidentia abeſſe poſſint Menſibus æſtivis, ſi Diœceſis aeris intemperiei ſubjecta ſit. T. 2. p. 292. n. 110.
Epiſcopi Suffraganei, an, & quando teneantur ad reſidentiam? *Vid. V. Suffraganeus.*
Et de reſidentia Epiſcoporum in Diœceſi, ad effectum gaudendi Alternativa Menſium, quam acceperunt? *Vid. V. Alternativa quoad Reſidentiam Epiſcopi.*

RESIGNANS, & RESIGNATARIUS.

Reſignans, quando, & quomodo poſſit revocare Mandatum exaratum ad effectum præſtandi conſenſum Reſignationi Beneficii ad alterius favorem factæ? *Vid. V. Regula XLV.*
De conſenſu præſtando *per ſe ipſum* a Reſignante Beneficium, ſi præſens in Curia ſit tempore Reſignationis? *Vid. eod. V.*
Reſignans non aliter cenſetur velle a ſe jus, quod ſuper Beneficio habet, abdicare, quam ſi illud perfecte acquiſiatur Reſignatario. T. 2. p. 245. n. 119. p. 246. n. 138.
Reſignatarius, an, & quando juſtificare teneatur Titulum ſui Auctoris, qui per Triennium Beneficium reſignatum poſſedit? T. 3. p. 168. n. 125.
Pactum a Reſignatario initum cum Reſignante, qui certam ſibi reſervavit Penſionem, quod Reſignatarius expenſas ſuper illius reſervatione ſubire teneatur, an exequi poſſit, ſi in ſupplicatione tantum, & non in Literis Apoſtolicis expreſſum legatur? *Vid. V. Regula XXVII. Verb. Supplicatio.*
Reſignatio Beneficii, nec Titulum coloratum tribuit Reſignatario, qui pacta cum Reſignante inita, & a Papa approbata non implevit. T. 3. p. 168. n. 124. & 125.
Reſignatarius, decedente Reſignante infra viginti dies a die præſtiti conſenſus, obtinere nequit Beneficium vigore clauſulæ -- *ſive præmiſſo &c.* -- adjici ſolitæ in Literis ſuper Reſignatione, ob reſtrictivam, quæ apponitur -- *non tamen per obitum vacet* --. T. 2. p. 245. n. 122.

RESIGNATIO.

Reſignatio Beneficiorum ad favorem.

Renonciatio, & Reſignatio Beneficiorum, an inter ſe differant, & in quo? T. 3. p. 324. n. 1.
Reſignationes Beneficiorum ad favorem, a quo tempore uſitari cœperunt? ibid. n. 2. 3. & 4.
Sunt valde neceſſariæ pro Simoniacis præſertim pactionibus tollendis. ibid. n. 5.
Et per illas, mala quamplurima evitantur, & fraudibus occurritur. T. 3. p. 326. n. 11. & 12.
Stylus Romanæ Curiæ in illis admittendis antiquiſſimus eſt. T. 3. p. 325. n. 6.
Illumque collaudant Doctores, etiam Ultramontani. ibid. n. 7.
Refertur Edictum Epiſcopi *Patavini*, quo Subditis ſuis mandaverat, ne abſque ipſius licentia, Beneficiorum Reſignationes ad favorem, a Sede Apoſtolica obtinere poſſent. T. 3. p. 325. n. 8.
Et Epiſtola per ipſum ad Cardinalem Prodatarium pro hujuſmodi Edicti obſervantia ſcripta. ibid.
Redarguitur Epiſcopus *Patavinus* de Edicto præfato, eique a Cardinali Pro-Datario injungitur, ut per novum Edictum illud revocet. ibid. n. 9.
Exſcribitur tenor novi Edicti. ibid. n. 10.
Reſignationes ad favorem, præter motivum evitandi Simoniacas pactiones, quibus aliis ex cauſis expediat, ut admittantur? T. 3. p. 326. n. 14. p. 327. n. 22.
Per eas tanta recta ſervatur auctoritas, & ſuperioritas S. Sedis, in Regionibus præſertim Ultramontanis. Tom. 3. p. 326. n. 14.
Congregatio a *Paulo III.* deputata pro abuſibus tunc vigentibus in materia Beneficiali, Reſignationes Beneficiorum ad favorem non improbavit. ibid. n. 16.
Poſtulato *Gallorum*, quod Reſignationes Beneficiorum ad favorem, omnino eliminentur, Patribus Concilii Tridentini nil reſpondere placuit. ibid. n. 17.
Concilium Tridentinum Reſignationes præfatas pro odioſis, & exorbitantibus non habuit. ibid. n. 18.
Reprobantur Doctores *Galli* autumantes, Reſignationes Beneficiorum ad favorem eſſe exorbitantes, & Sacris Canonibus exoſas. T. 3. p. 327. n. 19.
Et aſſignantur rationes. ibid.
Reſignationes Beneficiorum ad favorem, non exinde improbari debent, quod per illas reſtringitur libertas Ordinariorum in conferendis Beneficiis in caſu obitus. ibid. n. 27.
Refelluntur *Soavis*, & *Heddiggerus* improbantes Reſignationes Eccleſiarum Parochialium ad favorem, ex quo in illis non adhibeatur Concorſus a Tridentino volitus in proviſionibus Parochialium. ibid. n. 28.
Reſpondetur conqueſtionibus nonnullorum Epiſcoporum, quod admittantur Parochialium Reſignationes abſque eorum Literis Teſtimonialibus ſuper moribus, & doctrina Reſignatariorum. T. 3. p. 328. n. 29. & 32.
Et refertur Epiſtola Cardinalis *Corradi* Pro-Datarii ſan. mem. *Alexandri VII.* ad Cardinalem *de Sandoval* Archiepiſcopum Toletanum ſcripta anno 1665. T. 3. p. 328. num. 30.
Conſtitutio LXIII. *S. Pii V.* quid ab Ordinariis peragendum mandet in exequutione Literarum Reſignationis Eccleſiarum Parochialium ad favorem? ibid. n. 31.
Reſignationes Parochialium, admittendas non eſſe abſque præviis *Literis Teſtimonialibus* Ordinariorum mandavit ſan. mem. *Clemens IX.* ibid. n. 33.
Et cur aliquando ſine Literis præfatis admiſſæ fuerunt? ibid. n. 34.
In Congregatione particulari habita ſub *Clemen. X.* pro regulandis materiis Datariæ, orta emerſit dubietas ſuper continuatione ſtyli admittendi Reſignationes ad favorem. T. 3. p. 329. n. 35.
Eumdemque ſtylum continuandum eſſe cenſuit Congregatio particularis deputata a ſan. mem. *Clemente XI.* qui illius Votum approbavit certis ſub conditionibus. *Primo*, quod Reſignationes Parochialium, Dignitatum, Canonicatuum, aliorumque Beneficiorum reſidentialium non admittantur ſine Literis Teſtimonialibus Ordinariorum. ibid. n. 36. & 37.
Exceptis Reſignationibus Canonicatuum Collegiatarum Galliæ, quæ admitti poſſint abſque Literis præfatis. ibidem n. 37.
Secundo, quod Reſignationes Beneficiorum omnium ſimplicium, ubicumque exiſtentium, admitti poſſint ſine Literis præfatis. ibid. n. 38.
Tertio, quod Reſignatarii Eccleſiarum Parochialium ubicumque exiſtentium, excepta Gallia, conſtituti eſſe debeant in ætate annorum triginta. ibid. n. 39.
De Conſenſu, qui in Reſignationibus Beneficiorum ad favorem præſtari debet a Reſignante vel *per ſe ipſum*, ſi præſens in Curia ſit, vel *per Procuratorem*, ſi abſens fuerit? Et an eidem Conſenſui derogari valeat? *Vid. Verb. Regula XLV.*
Reſignatio *per publicum documentum* exarata, quando nempe quis in partibus coram Notario, & Teſtibus reſignat, & dimittit ad alterius favorem in manibus Pontificis Beneficium, poſteaque vigore ejuſdem Inſtrumenti in Urbe producti, præſtatur a Procuratore Reſignantis conſenſus, an rite ſubſiſtat? *Vid. eod. V.*
Exponitur ſtylus, qui hodie ſervatur in expediendis Gratiis Reſignationis Beneficiorum ad favorem. Tom. 3. p. 336. n. 3. p. 338. n. 27. *Vid. V. Reg. XLV.*
Coadjutoria, an ſit Reſignatio? & de differentiis, quæ militant

tant inter Reſignationem, & Coadjutoriam? *Vid. V. Coadjutoria.*

De nullitate Reſignationis ad favorem expletæ in manibus Pontificis, ſi Reſignans *infra viginti dies*, a die præſtiti conſenſus, decedat. *Vid. V. XIX.*

Per Reſignationem Canonicatus ad favorem, an impedita remaneat Optio rerum temporalium, quæ illius Præbendæ ſunt adnexæ? *Vid. V. Optio.*

De clauſula, quæ in Literis Apoſtolicis Reſignationum Beneficiorum ad favorem apponi debet vigore *Reg. XL.* qua injungitur Exequutori, ut attente circumſpiciat, an Simoniæ labes, aut aliqua alia illicita pactio interceſſerint? *Vid. V. Regul. XL.*

Et Clauſula hujuſmodi deprompta eſt ex Conſtitutione XXXII. *S. Pii V.* T. 3. p. 340. n. 45.

Pro validitate Reſignationis ad favorem, præter conſenſum Reſignantis, requiritur etiam Juramentum, quod non interceſſit Simoniæ labes, aut aliqua alia illicita pactio. *ibid.* n. 41. & 43. *Vid. V. Reg. XL.*

Reſignatio Beneficii, præviis ſimoniacis pactis expleta, nulla eſt ipſo jure. T. 3. p. 218. n. 5.

Amplia, quamvis Simonia fuerit conventionalis; & non probetur illius effectuatio. *ibid.* n. 6.

Nulla itidem eſt Reſignatio extorta per dolum, fraudem, calliditatem, ſeu nimiam machinationem. *ibidem* numer. 7.

Et de Conjecturis, quibus evincitur, Reſignationem fuiſſe fraudolenter procuratam? Remiſſive. *ibid.* n. 8.

Quemadmodum nullitatis vitio ſubjacet Reſignatio extorta per vim, & metum. *ibid* n. 9.

Non eſt tamen ipſo jure nulla, ſed reſcindenda venit actione -- *quod Metus Cauſa.* *ibid.* n. 10.

Reſignatio ad favorem quoad Beneficia quæ reſignari poſſunt.

Beneficium, ad cujus *titulum* quis fuit ordinatus, reſignari nequit, niſi facta mentione, quod Ordinatio ad illius *titulum* ſequuta ſit; ac inſuper Reſignatarius aliunde habeat, unde commode vivere poſſit; & aliter expleta reſignatio, nulla eſt. T. 2. p. 409. n. 75. & 78. & p. 410. n. 87.

Idque procedit, etiam in Permutatione ejuſdem Beneficii. T. 2. p. 409. n. 80.

Reprobatur *Spada* exiſtimans, poſt Conſtitutionem *S. Pii V.* pro validitate Reſignationis Beneficii, neceſſariam non eſſe expreſſionem, quod Ordinatio *ad illius titulum* ſequuta fuit, ſed ſufficere, quod Reſignatarius habeat aliunde, quo vivere poſſit. *ibid.* n. 77.

Expreſſio, quod Reſignans Beneficium, ſit ad illius *Titulum* ordinatus, veluti pro forma a Concilio Tridentino requiſita, debet eſſe individua, & ſpecifica, nec ſufficit, quod fiat per æquipollens. T. 2. p. 410 n. 81. & 84.

Multoque minus ſufficit expreſſio, quod Reſignans *forſan* ſit ad *Titulum* Beneficii reſignati promotus. *ibidem* numer. 82.

Amplia, etiam ſi Reſignatio expleta fuerit cum reſervatione Penſionis pro ſuſtentatione Reſignantis congruæ. *ibid.* n. 85.

Non eſt tamen neceſſaria ſupradicta expreſſio, quando Reſignatio non eſt voluntaria, ſed neceſſaria, vigore nempe *Decreti de dimittendo* in proviſione alterius Beneficii incompatibilis adjecti, aut vigore legis fundationis ſecuti Beneficii. *ibid.* n. 86.

Expreſſio, quod Reſignans Beneficium, ad cujus titulum promotus fuit, *aliunde habeat, unde commode vivere poſſit* pro forma a Tridentino requiſita, concludenter probari debet ante exhibitionem Literarum Apoſtolicarum, *ibid.* n. 87. & 88.

Etiamſi Literæ præfatæ ſint expeditæ in *forma gratioſa.* *ibid.* n. 89.

Nec, ad effectum hujuſmodi probationis, ſufficit confeſſio Reſignantis, quamvis juramento munita. *ibid.* n. 90.

Conſtito Exequutori, vel Ordinario, quod Reſignans aliud habeat Beneficium, vel bona Patrimonialia, Beneficium illud, vel Bona præfata ſubrogare debet in locum Beneficii reſignati, itaut loco *Tituli* remaneant. *ibidem* numer. 91.

Et ita reſolutum a Sacra Congregatione Concilii. *ibidem* n. 92.

Defectus commodæ ſuſtentationis opponi poteſt a tertio poſt obitum Reſignantis, ad effectum, ut Beneficium vacare dicatur per obitum, & non per Reſignationem. Et redditur ratio. *ibid.* n. 93. 94. & 95.

Intellige, ſi exceptio præfata promota fuerit in vita ab ipſo Reſignante, ſecus ſi in judicium ab ipſo deducta non fuerit, & quare? T. 2. p. 411. n. 96. & 97.

Maxime, ſi Reſignans præmortuus eſſet ante Literarum Reſignationis exequutionem, quo caſu eo minus opponi poterit a tertio exceptio non verificatæ congruæ ſuſtentationis. Et quare? T. 2. p. 411. n. 98. & 99.

Sequuta Reſignatione Beneficii, ſi ad illius *Titulum* promotus, ante Literarum exequutionem Profeſſionem Regularem emittat, ex quo non indiget amplius alimentis, quæ ei a Religione ſuppeditantur, clauſula *de modo aliunde habeat &c.* juſtificatione non indiget. *ibidem* n. 100. & 101.

Ceſſio, ſeu Reſignatio Beneficii litigioſi fieri poteſt etiam favore *Tertii* non Colligitantis, quia cedens utitur jure ſuo. T. 3. p. 52. n. 21. & 22.

Et hoc caſu admittitur ceſſio cum clauſula -- *dummodo non cedat in potentiorem*, & cum derogatione Regulæ *ibid.* n. 13.

Clauſula præfata deſumta eſt ex Jure civili. Tom. 3. p. 53. n. 14.

Per Reſignationem Beneficii litigioſi favore *Tertii* expletam, non extinguitur lis, nec inducitur ejuſdem Beneficii vacatio. *ibid* n. 26.

Et poteſt Colligitans litem proſequi contra Ceſſionarium, eo modo, quo contra cedentem incepta erat *ibid* n. 27. & 35.

Beneficium impetratum *ob Crimen*, quod privationem *ipſo jure* inducit, non poteſt amplius a detentore reſignari. *ibid.* n. 28.

Secus, ſi impetretur *ob Crimen*, quod ſententiam privationis expoſcat. *ibid.* n. 29.

Per Reſignationem Beneficii impetrati *ob Crimen*, quod privationis ſententiam requirit, an perimatur jus impetrantis? Diſtinguuntur duo caſus. *ibid.* n. 30. 31.

Impetrantes Beneficia *ob Crimen*, quod privationem *ipſo jure* non inducit, reportare ſolent in eorum Literis clauſulam -- *ut ſi ceſſio fiat, facta cenſeatur favore ipſius impetrantis.* *ibid.* n. 32.

Sed additur reſtrictiva -- *poſt primam privationis ſententiam.* *ibid* n. 33.

Clauſula præfata operatur, ut irrita ſit Reſignatio Beneficii a Colligitante favore tertii expleta, & Reſignatarium a limine judicii repellit. *ibid.* n. 34. *Vid. V. Beneficia quoad Impetrationem certo modo.*

Hoſpitalia, quæ in *Titulum* Beneficii Eccleſiaſtici conferri ſolent, poſſunt aliorum favore reſignari. T. 2. p. 240. n. 42. p. 241. n. 61.

Sed admittere aliquando ſolent Pontifices, etiam reſignationes Hoſpitalium Laicorum, & Officiorum ſecularium, a Laicis favore aliorum Laicorum expletas. T. 2. p. 64. num. 427. pag. 242. n. 64. & 65. *Vid. V. Hoſpitalia Laicalia.*

Reſignationes Præbendarum, quas obtinent Canoniſſæ in Germania an admitti ſoleant a Pontifice? *Vid. V. Canoniſſæ.*

Reſignationes Beneficiorum, quæ favore Seminarii fuerunt unita *ex nunc pro tunc*, quando vacare contigerint, an, & quomodo poſſint alterius favore expleri? *Vid. V. Seminarium quoad Unionem Beneficiorum.*

Reſignatio Beneficii, ſive ſimplex, ſive ad favorem, expleta intra tempus vacationis, & proviſionis alterius Beneficii incompatibilis Apoſtolica auctoritate factæ, nulla, & irrita eſt, & tam Beneficium reſignatum, ſeu dimiſſum, quam ſecundum Beneficium incompatibile de novo acquiſitum, remanent vigore *Regulæ III.* Sedi Apoſtolicæ reſervata. *Vid. V. Regula III.*

Diſpoſitio *Regulæ III.* procedit tantum reſpectu Reſignantium, qui provideri ſperant de Beneficiis inferioribus incompatibilibus, ſed reſpectu eorum, qui promoventur ad Prælaturas, militat diſpoſitio *Regulæ XXVI.* quæ decernit tantum vacationem, & reſervationem Beneficii reſignati. *Vid. eod. Verb. & Verb. Reg. XXVI.*

Reſignatio Beneficiorum ad favorem cum reſervatione fructuum.

In Reſignatione Beneficii ad favorem cum reſervatione fructuum, non requiritur conſenſus Reſignatarii. T. 3. p. 368. n. 14.

Contrarium, & redduntur rationes. *ibid.* num. 16. 17. 18. & 19.

Reſignationes Beneficiorum cum reſervatione fructuum, an Pontifices in Gallia admittere conſueverint? *Vid. V. Gallia.*

Denegata fuit a *Clemente XI.* ſimilis Gratia filio naturali Ducis *Aurelianenſis* Regni Regentis. Tom. 3. pag. 369. n. 21.

Sed favore Cardinalis reſignantis Eccleſiam Epiſcopalem, aut Monaſterium, admittitur in Gallia reſervatio fru-

ctuum, & facultas conferendi Beneficia ab Eccleſia, & Monaſterio dependentia. T. 3. p. 269. n. 22.
Abuſum olim in Italia vigentem, ut paſſim admitterentur Beneficiorum reſignationes cum reſervatione omnium fructuum, improbavit *Alexander VI.* necnon Congregatio deputata a *Paulo III.* & altera particularis Congregatio, anno 1704. a ſan. mem. *Clemente X.* deputata. *ibid.* n. 24. & 26.
Reſignationes Beneficiorum ad favorem cum reſervatione fructuum, an ſubjaceant *Regulæ XIX. de Viginti? Vid. V. Regula XIX.*

Reſignatio Beneficiorum ad favorem cum reſervatione Penſionis.

In Reſignatione Beneficii cum reſervatione Penſionis, duplex requiritur conſenſus, & Reſignantis, qui Reſignationi, & Reſignatarii, qui reſervationi Penſionis conſentiat. T. 3. p. 367. n. 3.
Et quomodo ſit ille præſtandus? *Vid. V. Regula XLV.*
Reſignationes Beneficiorum cum reſervatione Penſionis, & præventivo pacto eam caſſandi *repræſentata Pecunia* anticipatis ſolutionibus, tanquam Simoniacas improbavit, irritaſque reddidit SANCTISSIMUS D. N. BENEDICTUS XIV. per ſuam Conſtitutionem, quæ exſcribitur. T. 3. p. 381. & ſeqq. †
Eademque Conſtitutione prohibentur etiam caſſationes Penſionum intra ſex menſes, a die ſequutæ Reſignationis factæ, quamvis nulla præceſſerit Conventio eas caſſandi, nonnullis adjectis in utroque caſu pœnis. *ibid.* †
Pactum, quod Reſignatarius Beneficii, etiam pro expeditione Literarum Reſervationis Penſionis favore Reſignantis, expenſas erogare debeat, exprimitur ſolum in ſupplicatione, & non in Literis. T. 3. p. 39. n. 94.
Et, an Judex; qui juxta *Regulam XXVII.* judicare debet ad formam Literarum, & non ſupplicationis, poſſit dicti Pacti exequutionem demandare? *Vid. V. Regula XXVII. V. Supplicatio.*

Reſignatio Beneficiorum quoad illius Literarum Publicationem.

Regula *de Publicandis Reſignationibus* originem trahere videtur a Regula XIX. *de Viginti, ſeu Infirmis Reſignantibus.* T. 2. p. 249. n. 171.
Agnoſcit in Auctorem *Sixtum IV.* & inter Regulas Cancellariæ uſque ad tempus *Gregorii XIII.* inſerta fuit. *ibid.* n. 172.
Exſcribitur tenor ejuſdem Regulæ *de Publicandis Reſignationibus.* *ibid.* n. 173.
Regula præfata eſt una ex receptis in Gallia, & lex Regni effecta. *ibid.* n. 174.
De Conſtitutionibus *Sancti Pii V.* & *Gregorii XIII.* ſuper modo, & forma publicandi Beneficiorum Reſignationes. *ibid.* n. 175.
Beneficiorum Reſignationes omnes debent vigore *Gregorianæ* Conſtitutionis, publicari. *ibid.* n. 176.
Quemadmodum, & illorum Permutationes. *ibidem* numer. 177.
Publicatio facienda eſt, quamvis Beneficia reſignata, ſeu permutata ſint litigioſa. *ibid.* n. 178.
Et ſufficit, quod peragatur ab uno ex Compermutantibus, aut a Reſignante ſolum, vel Reſignatario. *ibidem* numer. 179.
De Perſonis, quæ Literas ſuper Beneficiorum Reſignatione, aut Permutatione publicare tenentur? T. 2. p. 250. n. 180.
Qui Beneficium a Papa impetravit, uti *devolutum* ob illius ceſſionem, aut permutationem nulliter factam in manibus inferioris Collatoris, Impetrationis Gratiam publicare tenetur. *ibid.* n. 181.
Quemadmodum & ille, qui Beneficium impetravit ob non expletam ab Inferiori collationem intra tempus a *Gregoriana* Conſtitutiona præfixum. *ibid.* n. 181.
Publicandæ ſunt itidem Literæ ſuper Gratia reſtitutionis in integrum, quam obtinuit, qui Publicationem congruo tempore non peregit. *ibid.* n. 183.
Quemadmodum, & Literæ Impetrationis factæ ob non ſequutam dicto tempore Publicationem. *ibid.* n. 184.
Amplia, etiamſi ille in poſſeſſione Beneficii reperiatur. *ibid.* n. 185. & 187.
Eximitur tamen a Publicationis onere Beneficii Poſſeſſor, qui ceſſionem, ſeu reſignationem ſui Juris a Collitigante obtinuit. *ibid.* n. 186.
Qui Gratiam *Si Neutri* obtinuit, etſi poſſeſſor, ejuſdem Gratiæ Literas publicare tenetur. *ibid.* n. 188.
Ex pluribus Impetrantibus ex capite *omiſſæ Publicationis*, ille in aſſequutione Beneficii impetrati præfertur, qui prius ſuas Literas publicavit, etſi alter Gratiam anteriorem in *Data* obtinuerit, & Beneficii poſſeſſionem prius fuerit adeptus. T. 2. p. 250. n. 189.
Si tamen concurrant Impetrans Beneficium ob *non peractam publicationem*, & Reſignatarius ipſe, qui Gratiam reſtitutionis poſtea obtinuit, præventiva illius Gratiæ publicatio non obſtat juribus Impetrantis. *ibid.* n. 190.
Redditur diſcriminis ratio inter utrumque caſum. *ibid.* numer. 192.
Conſtitutio *Gregoriana* eſt Juris communis correctoria, proindeque odioſa, nec ea rationis majoritate caſus in ea non expreſſos comprehendit. *ibid.* n. 191.
De pluribus caſibus, in quibus neceſſaria non eſt Literarum Reſignationis, & Permutationis Beneficiorum Publicatio. Remiſſive. *ibid.* n. 192.
Publicatio non requiritur in Ceſſione Beneficii libere facta in manibus Papæ. T. 2. p. 251. n. 193.
Minuſque in dimiſſione Beneficii coacte expleta vigore *Decreti de dimittendo.* *ibid.* n. 195.
Reſignationes, ac Permutationes Beneficiorum Conſiſtorialium, de quibus Pontifex in Conſiſtorio diſponit, exemptæ ſunt a Publicatione. *ibid.* n. 196.
Illi tamen ſubjacent Beneficia præfata, de quibus Papa extra Conſiſtorium diſponere conſuevit. *ibid.* n. 197.
Obligatio publicandi, locum ſibi non vindicat, quando Reſignatio ſuum non fuit ſortita effectum: *ibidem* numer. 198.
Litteræ Coadjutoriæ cum futura ſucceſſione Publicatione non indigent, licet Coadjutor illam peragere poſſit, ſi velit. *ibid.* n. 199.
Coadjutor Epiſcopi cum futura ſucceſſione non poteſt, renuente Capitulo, Coadjutoriæ Literas publicare cum ſolemnitatibus illis peragi ſolitis, quando Epiſcopus Eccleſiæ poſſeſſionem adipiſcit. *ibid.* n. 200.
Publicatio Litterarum Reſignationis, aut Permutationis Beneficiorum, quibus in locis fieri debeat? *ibidem* numer. 201.
Et de forma ad illam peragendam a Conſtitutione *Gregoriana* præſcripta? T. 2. p. 252. n. 201.
Publicatio legitima expleta dicitur, ſi Literarum Reſignationis, aut Permutationis ſumma publicetur, nec opus eſt, quod integre earum tenor legatur. *ibid* n. 103.
Quemadmodum, neceſſe non eſt, quod fiat diebus feſtis de præcepto, & inter Miſſarum ſolemnia, ſed ſufficit, quod peragatur diebus, etiam ferialibus, & in Veſperis, ſi adſit Populi frequentia. *ibid.* n. 204.
Sed tutius erit, quod fiat de mane, dum canitur Miſſa. *ibid.* n. 105.
Literæ Reſignationis, ſeu Permutationis Beneficiorum expletæ in manibus Pontificis, publicari debent *intra ſex menſes* in Italia, & *intra novem* extra Italiam. *ibidem* n. 206.
Et tempus præfatum currere incipit a *Data* conceſſionis Gratiæ, non a die præſtiti per Reſignantes, ſeu Permutantes conſenſum. *ibid.*
Tempus hujuſmodi nedum primo, ſed ſucceſſivis etiam Reſignatariis currit, itaut poſtremus intra illud Publicationem peragere debet. *ibid.* n. 207.
Tenetur inſuper Reſignatarius, eodem durante tempore, Beneficii poſſeſſionem adipiſci, vel ſi impedimento aliquo fuerit detentus, inſtare coram Exequutore pro ſuarum Literarum exequutione, & Beneficii poſſeſſione. *ibid.* n. 208.
Beneficiorum Ceſſiones, & Permutationes *extra* Curiam expletæ, debent ab Ordinariis *intra Menſem* rejici, vel admitti cum effectiva eorumdem Beneficiorum collatione, & poſtea *intra tres Menſes* publicari. *ibid.* numer. 209.
Sed in hac parte *Gregoriana* Conſtitutio in pluribus locis non eſt recepta. T. 2. p. 253. n. 210. *Vid. V. Permutatio in Beneficialibus. V. Reſignatio ſimplex Beneficiorum.*
Impetrans Beneficium in manibus Ordinarii ceſſum, aut permutatum, ob non factam *intra Menſem* ab eocollationem, vel non expletam *intra trimeſtre* Publicationem, gaudet tempore *ſex*, vel reſpective *novem Menſium*, ad ſuæ impetrationis gratiam publicandam. *ibid.* n. 215.
Tempus ad publicandum a *Gregoriana* Conſtitutione præſcriptum, non currit legitime impedito. *ibidem* numer. 116.
Qui termini prorogationem a Sede Apoſtolica obtinuit, ſufficit, quod intra terminum prorogatum Publicationem peragat. *ibid.* n. 217.
De ſtylo, quem ſervat Dataria in hujuſmodi prorogatione, etiam pluribus vicibus, indulgenda. *ibidem* numer. 218.
Prorogatio indulgeri ſolet etiam circa finem termini, nec neceſſa-

neceſſaria aſt mentio; quod inſtet ejuſdem termini finis. T. 2. p. 253. n. 219.

Reſignatarius, qui ſuam ſundat intentionem ſuper Litteris Reſignationis, probare debet Publicationem peregiſſe, & omnia a Conſtitutione *Gregoriana* præſcripta, adimpleviſſe. *ibid.* n. 220.

Publicationem fuiſſe ſequutam, evincit illius Inſtrumentum a tergo Literarum Reſignationis, aut Permutationis exaratum. T. 2. p. 254. n. 221.

In Inſtrumento præfato adnotari debet dies peractæ Publicationis, ut dignoſci valeat, an expleta fuerit in tempore. *ibid.* n. 222.

Si factæ Publicationis Inſtrumentum, per actum ſeparatum conficiatur, neceſſe non eſt, quod in eo Literarum tenor inſeratur, ſed ſufficit expreſſio ſequutæ Publicationis juxta formam *Gregorianæ* Conſtitutionis. *ibidem* numer. 223.

Nec quod Publicationis actus adnotetur in Libris Capitularibus. *ibid.* n. 224.

Publicatio probari poteſt etiam per Teſtes. *ibid.* n. 225.

Non ſufficit tamen relatio Rectoris, & Bajuli, aſſerentium reſpective Literas publicaſſe, earumque tranſumptum Eccleſiæ valvis affixiſſe. *ibid.* n. 226.

Minuſque dictum Notarii, Teſtibus præſertim deſtitutum, quod Publicationem peregerit. *ibid.* n. 227.

Impetrans Beneficium ex capite non factæ Publicationis, negativam hanc concludentiſſimis probationibus evincere debet. *ibid.* n. 228.

Maxime, ſi Reſignatarius exequutionem ſuarum Literarum obtinuerit, & in Beneficii poſſeſſionem immiſſus fuerit. *ibid.* n. 229.

Et longe fortius, ſi per triennium illud poſtea pacifice poſſederit. Et redditur ratio *ibid.* n. 230 & 231.

Publicationem non fuiſſe peractam, evincit expeditio Literarum Reſignationis, vel Permutationis facta extra terminum a *Gregoriana* Conſtitutione præfixum ad publicandum. *ibid.* n. 232.

Vel earum expeditio ſequuta in fine ejuſdem termini, ita ut impoſſibile ſit, quod eo adhuc durante, pervenire valuerint ad locum, in quo Publicatio facienda erat. *ibid.* n. 233.

Depoſitiones Rectoris, & Beneficiatorum, qui continuo intereſſe tenentur Eccleſiæ, in qua facienda eſt Publicatio, probant illam ſequutam non fuiſſe. *ibid.* n. 234.

Niſi eſſent inimici Reſignatario, aut alteri, qui publicationem facere debet. *ibid.* n. 235.

Vel ſi obſtricti non eſſent ſingulis diebus Eccleſiæ intereſſe. *ibid.* n. 236.

Publicationem peractam non fuiſſe, probatur ex confeſſione illius, qui eam peragere tenetur. Tom. 2. p. 255. n. 237.

Etiamſi Confeſſio emiſſa fuerit in Epiſtola, quæ tamen ſit poſtea recognita per Teſtes notam habentes manum ſcribentis. *ibid.* n. 238.

Confeſſio tamen debet eſſe clara, & importare affirmativam abſolutam, unde non ſufficit reſponſio data a Reſignatario Poſitionibus circa Publicationem, ſe non recordari, an illam peregerit. *ibid.* n. 239.

Exceptio in Judicio propoſita, quod *Gregoriana* Conſtitutio non ſit in uſu, probat Publicationem ſequutam non fuiſſe. *ibid.* n. 240.

Intellige, ſi propoſita fuerit ab ipſo Reſignatario, vel ejus Procuratore ſpeciale mandatum habente, ſecus ſi a Procuratore hujuſmodi mandato deſtituto. *ibid.* n. 241.

Productio judicialis Publicationis, quæ vel extra tempus, vel minus legitime expleta appareat, evincit *Gregorianæ* Conſtitutioni non fuiſſe ſatisfactum, & quare? *ibid.* n. 242. 243. 244.

Intellige, dummodo productio facta ſit ab ipſo Reſignatario, vel ejus Procuratore ſpeciali mandato munito, ſecus ſi ab Impetrante. *ibid.* n. 245.

Gratia *reſtitutionis in integrum* adverſus lapſum temporis ad publicandum præfiniti, obtenta a Reſignatario, argumentum præſefert non ſequutæ debito tempore Publicationis. *ibid.* n. 246.

Niſi obtenta fuerit ad cautelam. *ibid.* n. 247.

Contrarium, quia Gratia præfata non excludit, quod Publicatio peragi valuerit a Reſignante. *ibid.* n. 248.

Prima ſententia rite procedit, ſi Reſignans deceſſerit ante expeditionem Litterarum, vel prius, quam illæ ad locum publicationis pervenire valuerint. *ibid.* n. 249.

Beneficium impetrans ob non adeptam a Reſignatario poſſeſſionem in tempore a Conſtitutione *Gregoriana* præfixo, concludenter id probare tenetur. *ibid.* n. 250.

Et, ſi Reſignatarius intra tempus præfatum Literas Exequutori præſentaverit, obſtringitur Impetrans ulterius probare, quod nullum interceſſerit impedimentum, ob quod Reſignatarius poſſeſſionem adipiſci non valuerit. T. 2. p. 251. n. 251.

Publicatione non ſequuta, Beneficium vacat *ipſo jure*, non per Reſignationem, ſed ob non factam Publicationem. *ibid.* n. 252.

Et vacat *in Curia*, ſpecialiter ob id Apoſtolicæ Sedi reſervatum. *ibid.* n. 253.

Nec conferri poteſt a Cardinali Indultario, cum illius Indultum ſit reſtrictum ad Beneficia vacantia *extra Curiam*. T. 2. p. 256. n. 254.

Parochialem tamen ob non factam publicationem vacantem, & de ea per Pontificem, dum viveret, non diſpoſito, poteſt Ordinarius, Sede Apoſtolica vacante, conferre vigore *Cap. Si Apoſtolica, de Præb. in 6.* *ibid.* n. 255.

Obligatus ad publicandum, ſi Publicationem peragere omittat, incapax efficitur ad Beneficium reſignatum, ſeu ceſſum, quandocumque obtinendum. *ibid.* n. 256.

Non prohibetur tamen illud impetrare ob non *factam publicationem* Reſignationis alterius favore expletæ. *ibidem* n. 257.

Reſignatario, qui Publicationem omiſit, pro evitandis Pœnis a Conſtitut. *Gregoriana* ſancitis, non ſuffragantur Regulæ *de Annali*, & *Triennali*. *ibid.* n. 258.

Sed, an eum juvet Poſſeſſio *decennalis*? *ibid.* n. 259.

Pœnæ a prædicta Conſtitutione præſcriptæ, locum non habent, ſi Papa eidem derogaverit. Et refertur exemplum ſimilis derogationis. *ibid.* n. 260.

In Gallia tamen, derogatio *Regulæ de Publicandis*, quæ inibi recepta eſt, non admittitur. *ibid.* n. 261.

Decedente Reſignatario intra tempus præſcriptum ad publicandum, Beneficium non vacat ob non factam publicationem, ſed per obitum. Et redditur ratio. *ibid.* numer. 262.

Qui legitimo impedimento detentus, præſcripta a Conſtitutione Gregoriana non adimplevit, pœnas in ea contentas non incurrit. Et quare? *ibid.* n. 263. & 265.

Limita, ſi impedimentum ſupervenerit in fine termini præſcripti ad publicandum, & poſſeſſionem Beneficii adipiſcendam. *ibid.* n. 266.

Quæ ſint impedimenta apta excuſare Reſignatarium ab implemento præſcriptorum in Conſtitutione *Gregoriana*? *Remiſſive.* *ibid.* n. 267.

Publicatio Literarum Reſignationis, & Beneficii poſſeſſio, adepta in termino præfixo in Gratia Reſtitutionis ad publicandum a Reſignatario obtenta, perinde habetur, ac ſi in primo termino facta fuiſſet. *ibid.* n. 268.

Reſtitutio adverſus lapſum temporis ad publicandum, non aliter indulgetur, quam cum clauſula, *dummodo tempore illius Datæ, non ſit alteri jus quæſitum.* *ibidem* numer. 269.

Et clauſula hujuſmodi, etiam non adjecta, *de jure* ſubintelligitur. T. 2. p. 257. n. 270.

Præſervat ſolum Clauſula præfata jus tertio quæſitum ex impetratione Beneficii antea facta ob omiſſam Publicationem, aut ex eo, quod nullitas Reſignationis, ſeu Permutationis ex dicto capite in præjudicium dedicata reperiatur. *ibid.* n. 271.

Nil vero operatur, quando nullitas Reſignationis ob non factam Publicationem allegatur a tertio ad aliquem alium particularem effectum. *ibid.* n. 272.

Clauſula præfata -- *Dummodo tempore Datæ &c.* -- præſervat jus certum, fixum, & radicatum, non incertum, & eventuale. *ibid.* n. 273.

Hinc, non præſervat Jus quæſitum impetranti ex capite non factæ Publicationis, ſi illius Literæ fuerunt expeditæ in forma *Dignum*. Et quare? *ibid.*

Contrarium, quod Jus impetranti quæſitum per Gratiam, etſi in forma *Dignum* indultam, cenſeatur per clauſulam præfatam præſervatum. Et da ratione. *ibid.* n. 276. & ſeqq.

Gratia Reſtitutionis, ob lapſum temporis ad publicandum præſcripti, publicari poteſt, etiam poſt obitum Reſignantis. *ibid.* n. 280.

Et, an mentio obitus præfati neceſſaria ſit in ejuſdem Gratiæ impetratione? *ibid.* n. 281. & 283.

Gratia prorogationis temporis ad publicandum nondum elapſi, ſubreptitia non eſt ob reticitam Pontifici mortem Reſignantis. Et redditur ratio. *ibid.* n. 282.

In Gratia reſtitutionis ad publicandum, tunc neceſſaria eſt mentio litis, ſi tempore illius *Datæ* ſit in Actis ſpecifice oppoſitum de non Publicatione, ſecus ſi de illa oppoſitum non fuit. *ibid.* n. 284.

Reſignatio ſimplex Beneficiorum.

Renunciatio, & Reſignatio Beneficiorum, an inter ſe differant, & in quo? T. 3. p. 324. n. 1.

Beneficia in manibus Ordinariorum, ſervata forma Conſtitut. *S. Pii V.* reſignari poſſunt quocumque Menſa, etiam Apoſtolico, & ab illis conferri, T. 2. p. 75. n. 31. & 33.
Amplia, etiam in excluſionem Cardinalis habentis Indultum conferendi Beneficia reſervata. *ibid.* n. 34.
Sequuta Beneficii renunciatione in manibus Ordinarii, ſtatim ac fuit illa admiſſa, vacat Beneficium. T. 3. p. 352. n. 243.
Beneficiorum Reſignationes in manibus Ordinariorum expletas, etiamſi fuerint Eccleſiæ Parochiales, debent intra Manſem rejici, vel admitti cum effective illorum collatione. T. 2. p 252. n. 209. T. 3. p. 223. n. 71.73.& ſeqq.
Ac rejicitur Sententia illorum, qoi exiſtimant, collationem fieri poſſe ab Ordinarius *intra ſex menſes*. T. 2. p. 252. n. 212. T. 3. p. 225. n. 72.
Et poſteà debet proviſio *intra tres menſes* publicari juxta Conſtitut. *Gregorianam*. T. 2. p. 252. n. 209.
Et, an Publicationis oneri obſtringatur, qui Beneficium impetravit a Papa ob non expletam ab inferiori Collatore proviſionem intra tempus a *Gregoriana* Conſtitut. præfixum, vel ob illius Ceſſionem, & Permutationem nulliter factas? *Vid. V. Reſignatio Beneficiorum quoad Publicationem.*
Proviſio Beneficii in manibus Ordinarii dimiſſi, & ab eo ſuorum, vel Reſignantis Conſanguineorum, proviſi, contra *S. Pii* Conſtitutionem, nec Titulom coloratum tribuit. T. 3. p. 168. n. 126.
Ex Conſtitut. *S. Pii V.* Beneficium ad cujus Titulum, quis fuit ordinatus in Manibus Ordinarii cadi non poteſt, niſi aliunda ei ſuppetat, unda vivere poſſit. T. 2. p. 309. n. 76.
Vid. V. Reſignatio ad ſavorem quoad Beneficia, quæ reſignari poſſunt.
De nullitate Reſignationis ſimplicis in manibus Pontificis, aut Legatorum, ſive Ordinariorum facta, ſi Reſignans *intra viginti dies*, computandos a die præſtiti conſenſus, decedat? *Vid. V. Regula XIX.*
Reſignationes Beneficiorum expletæ in manibus Ordinariorum intra tempus vacationis, & proviſionis aliorum Beneficiorum incompatibilium Apoſtolica euctoritate factæ, an ſubjaceant cenſuræ Regulæ III. & Regulæ XXVI. *Vid. V. Regula III. V. Regula XXVI.*

Reſignatio Officiorum vacabilium.

Vid. V. Officia vacabilia, & venalia Romanæ Curiæ quoad Reſignationem.

RES JUDICATA.

Res judicata ex tribus Sententiis conformibus efformatur. T. 3. p. 189. n. 103.
Et in una Cauſa edita, quando pro altera opponi poſſit? T. 2. p. 50. n. 309. & 310.

RESPUBLICA JANUENSIS.

Cathedrales Eccleſiæ in Ditiona Januenſi, ac io Regno Corſicæ ſitæ, ad liberam Pontificis diſpoſitionem pertinent. T. 1. p. 179. n. 32.

RESPUBLICA VENETA.

Papa in Statu Veneto libere diſponit de Cathedralibus favore Indigenarum. T. 1. p. 178. o. 25.
Sed Eccleſia ipſa Patriarchalis *Venetiarum*, nec non altera *Aquileenſis*, providentur ex Privilegio Apoſtolico ad Reipublicæ præſentationem. *ibid.* n. 26. & 27.
Gaudet Reſpoblica ex Indulto *Alexandri VIII.* jure præſentandi ed Eccleſias Cathedrales, quæ de novo in Provinciis a Turcarum tyrannide liberatis, erigi contigerit, dummedo fuerint a Republica dotatæ. *ibid.* n. 28.
Præſentati ad Eccleſias præfatas, non tenentur ad Urbem, pro Examine ſubeundo, accedere. *ibid.* n. 29. Tom. 2. p. 263. n. 38.
Reſpublica Veneta gaudet Jurepatronatus collativo quoad Primiceriatum, Dignitatem poſt Pontificalem Mejorem in Patriarchali Eccleſie *S. Marci.* Tom. 1. pag. 179. n. 30.
Nec non nominandi tres Perſonas ad Archipresbyteratum *Aſulanum* Nullius Diœceſis, ut Pontifex unam ex illis eligat. *ibid.* n. 31.

RETROTRACTIO.

Retrotractio non admittitur in præjudicium tertii, cui jus medio tempore quæſitum fuit. T. 4. p. 43. n. 85.
Maxime, ſi deficiat ſubjectum, in quo radicetur. *ibidem* n. 86.

REVISORES LITERARUM APOSTOLICARUM.

Apoſtolicarum Supplicationum Reviſores facultatem habent aliquid addendi, & caſſandi in iiſdem Supplicationibus a Papa ſignatis. T. 3. p. 372. n. 72.

REX.

Vid. V. Bohemiæ Rex. V. Galliarum Rex. V. Hiſpaniarum Rex. V. Imperator. V. Poloniæ Rex. V. Portugalliæ Rex. V. Principes. V. Sardiniæ Rex. V. Siciliæ Utriuſque Rex. V. Ungariæ Rex.

RIGOR JURIS.

Vid. V. Æquitas.

ROMA.

Vid. V. Baſilicæ Urbis. V. Beneficia Urbis. V. Confraternitas. V. Eccleſia Urbis. V. Hoſpitalia.

ROMANA CURIA.

Vid. V. Curia Romana. V. Curia Capitolina.

ROSSILIONIS COMITATUS.

Vid. V. Comitatus Roſſilionis.

ROTÆ ROMANÆ AUDITORES.

Vid. V. Auditores Rotæ.

RUBRICA.

Rubrica declarat quid in Nigro continetur. Tom. 4. p. 166. n. 36.
Et in dubio oon cenſetur manca, & mutila. *ibid.* n. 37.
Rubrica, quæ generaliter loquitur, interpretationem recipit a Nigro. T. 3. p. 51. n. 11.
Rubricæ Regularum Cancellariæ vim legis non habent, nec ab ipſis ſumi poteſt argumentum pro declarando Nigro. T. 1. p. 25. n. 67. T. 4. p. 169. n. 62.

S.

SABAUDIA.

Vid. V. Dux Sabaudiæ.

SALARIUM.

SAlarium eſt remuneratio debita pro operis retributione: T. 4. p. 148. n. 47.
Et regulariter debet eſſe proportionatum labori. Tom. 4. p. 149. n. 61.
Debetur a die, quo Officialis incipit Officium exercere. T. 4. p. 148. n. 48.
Salarium ſtatuto tempore ſolvi conſuetum, dividi debet pro rata laboris, & temporis, inter Anteceſſorem, & Succeſſorem. T. 4. p. 147. n. 31.
Limita in Doctoribus, & Officialibus, quorum operæ proveniunt ex idoneitate ſcientiæ, & exercitio intellectus, nam iis debetur integrum Salarium, ſi citra culpam per totum annum non inſervierint. *ibid.* n. 32.
Maxime, ſi per integrum fere annum ſervitiom præſtiterint, & illorum Succeſſores per aliquot dies, aut menſes. T. 2. p. 148. n. 33.
Et Salarium hujuſmodi anticipate ſolvi debet. T. 4. p. 149. n. 52.
Penſio *Hiſpanica*, quæ in Pervigilio Nativitatis D. N. J.C. diſtribuitur Officialibus Datariæ, an conſiderari debeat uti Salarium? Tom. 4. p. 147. n. 31. & ſeqq. & p. 148. a n. 45. uſque ad 54.
Penſio hujuſmodi, an debeatur Officiali anteceſſori, qui fere per totum annum inſerviit, ſeu potius Succeſſori, qui paucos ante dies Nativitatis Domini munus ſuum exercere

exercere cœpit? *Vid. Verb. Datariæ Officiales. Verb. Munera.*

SALISBURGENSIS ARCHIEPISCOPUS.

Vid. V. Archiepiſcopus Salisburgenſis.

SARDINIÆ REX.

Sardiniæ Rex Privilegio gaudet Apoſtolico præſentandi ad illius Regni Cathedrales. T. 1. p. 177. n. 20.
Vid. V. Dux Sabaudiæ.

SCHEDULA CONSISTORIALIS.

Vid. V. Cedula Conſiſtorialis.

SCIENTIA.

Scientia præſumpta non ſufficit in præjudicialibus, ſed debet eſſe certa, & indubitata. T. 3. p. 354. n. 267.

SCRIPTORES.

Scriptores in Bibliotheca Vaticana, an ſint familiares Papæ? *Vid. V. Familiares, & familiaritas Papæ.*
Scriptor Literarum, ſeu *Subſecretarius* Tribunalis Sanctiſſimæ Inquiſitionis, an ſit familiaris Papæ. *Vid. eod. V.*
Et an ſit Curialis? *Vid. V. Curialis.*
Scriptor Literarum, ſeu *Secretarius* minor Literarum in Sac. Congreg. Epiſcoporum, & Regularium, an ſit Curialis? *Vid. eod. V.*
Et, an Cardinales poſſint vigore eorum Indulti conferre Beneficia vacantia per obitum dictorum Scriptorum? *Vid. V. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
Scriptores Literarum Secretariæ Status, vulgo nuncupat. *Minutanti*, ſunt Papæ familiares. T. 1. p. 323. n. 67.
Vid. V. SS. Congregationes Urbis. V. Familiares, & Familiaritas Papæ.

Scriptores Apoſtolici.

De origine, numero, & progreſſu Scriptorum Apoſtolicorum? T. 1. p. 102. n. 145.
Scriptores Literarum Apoſtolicarum ſunt Apoſtolicæ Sedis *Officiales*, enumerati in *Extravag. ad Regimen. de Præben.* *ibid.*
Eorumque proinde Beneficia reſervationi perſonali obnoxia. T. 1. p. 103. n. 171.
Et in quocumque loco illos mori contingat, finguntur mori *in Curia.* T. 1. p. 105. n. 191.
Vid. V. Officiales Sedis Apoſtolicæ.
Beneficia illius, qui ſuit Scriptor Apoſtolicus, & una ſimul Protonotarius ratione Officii *Lauretani*, aut *Pii*, an ſint duplici reſervationi perſonali obnoxia, itaut non comprehendantur ſub Indulto Cardinalium? *Vid. Verb. Cardinalis quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.*
Ex Scriptoratu Apoſtolico, & Abbreviatoria, quemadmodum ex Scriptoratu, & familiaritate Cardinalitia, ſeu ex Scriptoratu, & Cubiculariatu, an inſurgat duplex reſervatio perſonalis excluſiva ejuſdem Indulti Cardinalitii? *Vid. eod. V.*
Scriptores Apoſtolici gaudent Privilegio, una cum eorum Conſanguineis intra quartum gradum, expediendi *Gratis*; & quomodo? T. 1. p. 52. n. 131. & ſeqq.
Et, an eod. Privilegio gaudeant Scriptorum familiares? *Vid. V. Mandatum expediendi Gratis.*

SCUTUM AURI.

Scutum auri tempore *Leonis X.* quo cudi cœpit, valoris erat, Juliorum *undecim*, ſed excrevit poſtea valor ad Julios *quindecim*, & tempore *Alexandri VIII.* ad Julios *ſexdecim*. Tom. 3. pag. 3. num. 9. pag. 4. num. 23. & 24.
Inquiritur ratio, ob quam *ſcuti aurei* valor adeo excrevit. T. 3. p. 4. n. 26.
Edicto *Clementis XI. Scuti aurei* valor adauctus fuit ad Julios *ſexdecim* cum dimidio, & qua ratione? T. 3. p. 3. n. 10. 13. & 14.
Augumentum valoris *Scuti aurei* influit etiam in augumentum valoris *Ducati auri* de Camera, ac *Floreni*, in quibus perſolvi ſolent Taxæ pro expeditionibus Literarum Apoſtolicarum. *ibid.* n. 11.
Et ita declaratum a Congregatione particulari de anno 1710. cujus declarationis tenor exſcribitur. *ibid.* n. 12.
Cenſuit itidem laudata Congregatio expedire, ne in poſterum valor *ſcuti aurei* augeatur ad effectum afficiendi Taxas ſupradictas, quodque futuris temporibus, pro Taxis præfatis ſolvi debeat æſtimatio *Florenorum*, & *Ducatorum* aureorum in *ſcutis aureis* juxta eorum valorem communiter currentem Romæ, & in Curia, deſumendum ex Regulis Commercii inter Mercatores ſervari ſolitis, ſive ille augeatur, ſive decreſcat. T. 3. p. 3. n. 15.
Et hanc Congregationis Reſolutionem approbavit *Clemens XI.* eique ſubſcribi mandavit tres Cardinales Ordinum Capita. *ibid.* n. 16.
Augumentum *Scuti aurei* a Juliis *ſexdecim*, ad *ſexdecim cum dimidio*, attendi non debet pro Taxis ſolvendis in expeditionibus Beneficiorum Conſiſtorialium Regni Franciæ, & quare? *ibid.* n. 17.
Contrarium, & redduntur rationes. T. 3. p. 4. n. 18. & ſeqq. & p. 5. n. 38. 40. 41. 42. 45.
Per augumentum *ſcuti aurei* a Juliis *ſexdecim* ad *ſexdecim cum dimidio*, alteratæ non fuerunt Taxæ Beneficiorum, & quare? T. 3. p. 5. n. 38. 40. & 41. *Vid. V. Taxa.*

SECULARES QUOAD BENEFICIA REGULARIA.

Vid. V. Commenda, V. Regulares quoad Beneficia Secularia, & Seculares quoad Regularia.

SECULARIZATIO.

Vid. V. Beneficia Regularia Seculariſata. V. Eccleſia Regularis quoad Seculariſationem.

SEDES ABBATIALIS QUOAD VACATIONEM.

Vid. V. Sede Abbatiali vacante.

SEDES APOSTOLICA.

Sedes Apoſtolica nunquam moritur. T. 1. p. 11. n. 105.
Adverſus jura Sedis Apoſtolicæ, nulla ex *Conſt.* 157. *Urbani VIII.* admittitur præſcriptio. T. 3. p. 248. n. 206. & p. 250. n. 241.
Nec in actibus ei præjudicialibus admittitur probatio famæ Privilegii. T. 3. p. 251. n. 241.
Ex *Conſtitutione* CCLXX. ejuſdem Pontificis, expreſſiones Juribus S. Sedis præjudiciales ab Officialibus in Eccleſiarum expeditionibus inadvertenter emiſſæ, ei non præjudicant, etiamſi in ultimo ſtatu ſint fundatæ. Tom. 1. p. 205. n. 83.

Sede Apoſtolica vacante.

Sede Apoſtolica vacante, an ceſſent Regulæ Cancellariæ? *Vid. V. Regulæ Cancellariæ in genere.*
Non ceſſat reſervatio Regulæ IV. quoad Dignitates poſt Pontificales majores in Cathedralibus, & Principales in Collegiatis? *Vid. V. Regula IV.*
Expirat tamen Reſervatio ratione Menſium inducta a Regula IX. *Vid. V. Regula IX.*
Et collatio Beneficii, quod Sede vacante, in Menſe alias Apoſtolico vacavit, expleta ab Ordinario ante veroſimilem notitiam obitus Papæ, rite ſubſiſtetur. Tom. 1. p. 239. n. 116. T. 3. p. 86. n. 28.
Reſervatio Menſium favore Sedis Apoſtolicæ in Concordatis Germaniæ ſtabilita, an ceſſet *eadem Sede vacante*? *Vid. V. Germaniæ Concordata.*
Sede Apoſtolica vacante, an ceſſet Alternativa Menſium ab Epiſcopis acceptata? *Vid. V. Alternativa in Beneficialibus.*
Sede Apoſtolica vacante, non ceſſat diſpoſitio Regulæ XXXII. ſed familiari Cardinalis dicto tempore decedente, adhuc in proviſione Beneficii a novo Pontifice facienda requiritur Cardinalis Patroni conſenſus. *Vid. Verb. Regula XXXII.*
Beneficia reſervata, de quibus a Pontifice, dum vixit, diſpoſitum non fuit, an poſſint *Sede Apoſtolica vacante* conferri ab Ordinariis? *Vid. V. Regula XI.*
Et quid, ſi fuerint Beneficia Curata, vel Eccleſiæ Parochiales? *Vid. V. Beneficia Curata. V. Parochiales quoad reſervationes.*
Parochiales Eccleſiæ, *Sede Apoſtolica* viduata Paſtore, *apud Sedem* ipſam vacantes, vel quocumque alio modo reſervatæ, an conferri poſſint ab Ordinariis? *Vid. V. Parochiales quoad reſervationes.*
Et, an idem dicendum de Beneficiis Curatis? *Vid. eod. V. & V. Beneficia Curata.*

Beneficia,

Beneficia, quæ, in Menſibus alias Papæ reſervatis, vacarunt tempore viduitatis Sedis Apoſtolicæ, quæque durante eadem viduitate ab Ordinariis proviſa non fuerunt, ſunt reſervata vigore Regulæ LXVIII. *Vid. V. Regula LXVIII.*

Et, an pro excludenda Reſervatione ejoſdem Regulæ, ſufficiat, quod proviſio Beneficii fiat ab Ordinario eodem die Aſſumptionis Pontificis? *Vid. eod. V.*

Reſervationi *Regulæ LXVIII.* an ſubjaceant Eccleſiæ Parochiales *Sede Apoſtolica vacante*, in Menſibus Apoſtolicis vacantes, ſi de illis per Ordinarios Collatores, ejuſdem Sedis vacatione durante, diſpoſitum non fuit? *Vid. eod. Verb.*

Exequutores Apoſtolici, an poſſint, *Sede Apoſtolica vacante*, exequi Literas Apoſtolicas, antea ſibi Sede plena præſentatas? *Vid. V. Exequutores Apoſtolici. V. Gratia in forma Dignum, vel Commiſſaria. V. Gratia in forma gratioſa. V. Literæ Apoſtolicæ quoad exequutionem. V. Regula XII.*

Præſentata Commiſſione oni ea Rotæ Auditoribus, & expedita Pontifice vivente citatione, an hæc poſſit legitimo exequi poſt illius obitum, *Sede Apoſtolica vacante*, ita ut totus Proceſſus in hac ita exequuta citatione radicatus, ſit validus? *Vid. Verb. Auditores Rotæ. Verb. Citatio. V. Reg. XII.*

Acta judicialia nulliter geſta *Sede Apoſtolica vacante*, non revalidantur a *Regula XII.* ſed poſt novi Pontificis electionem ſunt ex integro repetenda. *Vid. Verb. Regula XII.*

Sede Apoſtolica vacante, Patroni Eccleſiaſtici in omnibus Menſibus præſentare poſſunt. T. 1. p. 9. n. 68.

Nuncii Apoſtolici non poſſunt *Sede Apoſtolica vacante*, Beneficia conferre. T. 2. p. 105. n. 33. & 40.

Sede Epiſcopali vacante.

De Reſervatione Beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali vacante oſque ad Promotionem Succeſſorum. *Vid. V. Regula II.*

Vid. V. Capitulum Sede vacante. V. Vicarius Apoſtolicus. V. Vicarius Capitularis.

Sedes Epiſcopalis quoad vacationem.

Sedes Epiſcopalis, ſeu Abbatialis, de jure communi vacare deſinit, ſtatim ac a Sede Apoſtolica de Succeſſore providetur. T. 1. p. 259. n. 334.

Et ab eo tempore, noviter proviſus Bonorum, & Jurium Eccleſiæ adminiſtrationem nanciſcitur. *ibidem* numer. 336.

Redditur ratio, quia Præconizatio a Papa facta in Conſiſtorio vim habet proviſionis, ſeu confirmationis. *ibid.* n. 335.

Vacatio Eccleſiæ vigore *Extravag. Injunctæ, de Elect.* prorogata fuit uſque ad expeditionem Literarum Apoſtolicarum, earumque præſentationem Capitulo faciendam. *ibid.* n. 337.

Et a dicta *Extravag.* originem habuit Regula II. Cancellariæ. T. 1. p. 260. n. 341.

Sed vigore *Regulæ II.* Eccleſiæ vacatio prorogata etiam fuit uſque ad adeptam a Promoto pacificam illius poſſeſſionem. *ibid.* n. 338. & 348.

Et uſque tunc, proviſio Beneficiorum de ſimultanea collatione Epiſcopi, & Capituli, ad ipſum Capitulum ſpectat. *ibid.* n. 339.

Limita, quoties Epiſcopus legitime impeditur Eccleſiæ poſſeſſionem adipiſci, hoc enim caſu poteſt fructus percipere, & Beneficia conferre. *ibid.* n. 340.

Limita itidem in S. R. E. Cardinalibus, qui Beneficia conferre poſſunt ante adeptam Eccleſiæ poſſeſſionem, & ſtatim ac ſunt in Conſiſtorio præconizati. *Vid. V. Regula II. quoad Reſervationem Beneficiorum Sede Epiſcopali &c.*

Vacatio Sedis Epiſcopalis, ad effectum collationis Beneficiorum, incipit a puncto propoſitionis Eccleſiæ in Conſiſtorio, & ad effectum tranſlationis Juriſdictionis in Capitulum, a die notitiæ. T. 1. p. 239. n. 108.

Epiſcopo abſente ad Cardinalatum promoto, num Eccleſia vacet a tempore, quo pronunciatur Cardinalis, vel a tempore conſenſus? *ibid.* n. 112.

Vid. V. Capitulum Sede Epiſcopali vacante. V. Vicarius Capitularis.

SEMINARIUM.

Seminarium quoad Taxam.

Taxa pro manutentione Seminarii eſt primum remedium a Concilio Tridentino volitum, nec devenire poteſt Epiſcopus ad Beneficiorum unionem, niſi ea præcedat ſuper fructibus Menſæ Epiſcopali, & Capitularis, Dignitatum, Canonicatuum, & Beneficiorum omnium Diœceſis, etiam de Jurepatronatus. T. 2. p. 164. n. 61. p. 167. n. 83.

Non prohibetur tamen Epiſcopus loco diſmembrationis fructuum a propria Menſa, aſſignare reditus ſuos Patrimoniales. T. 2. p. 165. n. 62.

Sed diſmembrare nequit pro *Taxa* portionem aliquam Bonorum, vel a propria Menſa Epiſcopali, vel a Beneficiis Diœceſis. *ibid.* n. 63.

Ex Proventibus, ſeu Reditibus, qui in fine anni dividuntur inter Capitulares, qui Divinis interfuerunt Officiis, pro rata ſervitii cujuſcumque horæ, contribuendum non eſt pro *Taxa* Seminarii. *ibid.* n. 64.

Quemadmodum, nec ex Diſtributionibus quotidianis. *ibid.* num. 65.

Amplia, etiamſi omnes Capitularium proventus in Diſtributionibus præfatis conſiſtant. *ibid.* n. 66.

A *Taxa* favore Seminarii immunes non ſunt, niſi illi, qui nominatim a Concilio Tridentino excipiuntur. *ibid.* n. 68.

Taxam prælatam ſolvere tenentur pro Beneficiis exiſtentibus in Diœceſi, in qua erectum fuit Seminarium, S. R. E. Cardinales, Epiſcopi Solio Pontificio Aſſiſtentes, Prælati Domeſtici, Familiares Papæ, Cameræ Apoſtolicæ Clerici, cæterique illius Miniſtri, & Officiales. *ibid.* n. 69.

Beneficiati Locorum, qui vere ſunt *Nullius cum Territorio ſeparato*, contribuere tenentur pro Seminario Diœceſis viciniotis. *ibid.* n. 70.

Taxam pro Seminario ſolvere, an etiam teneantur Mendicantes pro Beneficiis eorum Conventibus, & Monaſteriis unitis? *ibid.* n. 71. & 72.

Ab onere *Taxæ* exemta ſunt vigore Tridentini Collegia, in quibus Seminaria diſcentium, vel docentium actu habentur, præterquam ratione reddituum, qui ſuperflui ſunt ultra congruam eorumdem Seminariorum manutentionem. T. 2. p. 166. n. 73.

Beneficia tamen iiſdem Collegiis unita, immunia non ſunt a ſolutione Taxæ. *ibid.* n. 74.

Niſi ſpeciale concurrat Sedis Apoſtolicæ Indultum pro eorum exemtione. *ibid.* n. 75.

Taxa pro Seminario non eſt perpetua, ſed temporalis, eaque in totum, vel in parte, per Beneficiorum Unionem, vel aliunde dotato, in totum, vel in parte remitti debet. *ibid.* n. 76.

Seminario jam proviſo per *Taxam*, & *Unionem Beneficiorum ſimplicium*, non poteſt Epiſcopus alia Beneficia unire ad ſolum effectum omnino tollendi *Taxam*. Et redduntur rationes. *ibid.* n. 77. & ſeqq. & p. 167. n. 85.

Taxa pro Seminarii manutentione ab initio expleta, poteſt, urgente neceſſitate Seminarii, in futurum etiam augeri. *ibid.* n. 81.

Ex Conſtitut. ſa. mem. *Benedicti XIII. Taxa* præſcribitur ab initio in ſumma ſcutorum *trium* pro quolibet centenario fructuum Beneficii, & poteſt, ſi neceſſitas urgeat, augeri uſque ad ſummam ſcutorum *quinque* pro centenario. *ibid.* n. 81.

Nec poſſunt aliter Ordinarii de novo Beneficia ſimplicia Seminario unire, quam ſi per hujuſmodi *Taxam* ſic adauctam, computatis etiam propriis reditibus Seminarii, & Beneficiorum ei unitorum, ſufficienter illius ſuſtentationi proviſum non fuerit. *ibid.* n. 83.

Seminarium quoad Unionem Beneficiorum.

Beneficiorum ſimplicium Uniones expleri poſſunt vigore Concilii Tridentini pro erectione Seminarii. Tom. 2. p. 164. n. 54.

Et, ſi fuerint unita contra formam ab eodem Concilio Trident. præſcriptam, remanent vigore Regulæ I. reſervata. T. 1. p. 172. n. 41. 42. & 43.

Vid. V. Regula I. quoad Reſervationem Beneficiorum, de quibus per Ordinarios Collatores contra Concilii Tridentini Decreta &c.

Requiritur tamen pro validitate Unionis, quod Seminarium ſit erectum; & quando tale dici poſſit? Tom. 2. p. 164. n. 55.

Reprobatur *Gonçalez*, qui exiſtimat, validam eſſe Beneficiorum Unionem, quamvis nec Domus pro Seminario ſit præparata,

præparata, nec Fabrica conſtructa, nec Pueri introducti. T. 2. p. 164. n. 56. & 57.
Explicatur in quibus terminis admitti poſſit opinio *Gonzalez.* *ibid.* n. 58.
Expleta Beneficiorum Unione favore Seminarii erecti, exceptio invaliditatis erectionis rejicienda eſt ad petitorium, & interim danda eſt Seminario manutentio pro Beneficiis unitis. *ibid.* n. 59.
Quemadmodum, danda eſt Œconomis Manutentio in poſſeſſione Beneficii uniti Seminario erigendo, ſi illam adepti fuerint tam nomine proprio, quam ipſius Seminarii erigendi, ſecus ſi nomine Seminarii tantum. *ibid.* n. 60.
Beneficiorum Unio favore Seminarii eſt remedium ſubſidiarium, nec valida erit, niſi præcedat *Taxa* ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis, & Capitularis, Dignitatum, Canonicatuum, & Beneficiorum omnium Diœceſis, etiam de Jurepatr. *ibid.* n. 61. & p. 167. n. 83.
Seminario jam proviſo per *Taxam*, & Unionem Beneficiorum ſimplicium, an poſſit Epiſcopus alia Beneficia eidem Seminario unire ad effectum tollendi *Taxam*? *Vid. V. Seminarium quoad Taxam.*
Pro valida Beneficiorum Unione favore Seminarii, requiritur præciſa neceſſitas expendenda cum conſilio quatuor Deputatorum, quorum duo eſſe debent ex parte Capituli, & duo de Clero Civitatis. *ibid.* n. 86.
Nec ſufficit Capituli conſenſus, qui, conſilio a Deputatis vigore Tridentini præſtando, non æquipollet. *ibidem* numer. 87.
Epiſcopis permiſſum non eſt omnia, aut majorem partem Beneficiorum Diœceſis Seminario unire, ſed *aliquot* ſolum. *ibid.* n. 88.
Refertur exemplum revocationis Unionis de mandato Pontificis factæ ab Epiſcopo, qui Beneficia quamplurima Seminario univerat. *ibid.* n. 89.
Epiſcopis quoque abutentibus facultate uniendi Beneficia favore Seminarii, Pontifices demandare ſolent, ut ipſis inconſultis, ad Beneficiorum Unionem devenire non poſſint. T. 2. p. 168. n. 90.
Permiſſum non eſt Epiſcopis unire Seminariis Canonicatus Eccleſiarum Cathedralium, vel Collegiatarum. *ibidem* num. 91.
Minuſque Eccleſias Parochiales, & Beneficia Curata. *ibid.* n. 92.
Etiamſi Beneficia hujuſmodi ſint tantum *habitu*, & non actu curata. *ibid.* n. 93.
Si in Diœceſi non adſint Beneficia ſimplicia, poteſt ad Seminarii favorem fieri proviſio, etiam reſpectu Parochialium. Et quomodo? *ibid.* n. 94. & 95.
Beneficia Regolaria, quamvis Conventu carentia, & in Commendam dari ſolita, non poſſunt ab Epiſcopis Seminariis uniri. *ibid.* n. 96.
Minuſque *Hoſpitalia*, eorumque fructus, tametſi Perſonæ, juxta eorumdem Hoſpitalium Inſtitutum contemplatæ, omnino defecerint, aut ad modicum numerum redactæ fuerint. *ibid.* n. 97. 98. & ſeqq.
Amplia, etiamſi Epiſcopus Hoſpitalitatem non ſupprimat, ſed ea præſervata, applicare velit Seminario reſiduum dumtaxat fructuum, quod alias Adminiſtratoris commodo cederet, & quare? T. 2. p. 169. n. 104.
Sed Apoſtolica Sedes indulſit aliquando applicationem redituum Hoſpitalis favore Seminarii, *ſalva in totum hoſpitalitate, & illius oneribus ſatisfactis.* *ibidem* numer. 105.
Cardinalibus prohibitum eſt vigore Conſtit. *Urbani VIII.* unire Seminario Hoſpitalia Laicalia, aliaque pia Opera, ſuper quibus Pontifex manus appoſuit, & ob id, Sedi Apoſtolicæ diſpoſitioni obnoxia remanſerunt. T. 2. p. 170. num. 121.
Epiſcopi, vigore Concilii Tridentini, unire poſſunt Seminariis Beneficia ſimplicia, quamvis Sedi Apoſtolicæ reſervata, & affecta. T. 2. p. 169. n. 106.
Refellitur *Paul. Soav.* aiens, adverſus Concilii Decretum oppoſuiſſe Archiepiſcopum *Lancianenſem*, quod illud detrimento fuiſſet Cancellariæ Apoſtolicæ. *ibidem* numer. 107.
Ex Decretis *S. Pii V.* primum, deinde *Gregorii XIII.* Unio Beneficiorum, quæ Sedi Apoſtolicæ reſervata ſunt, non aliter ſuſtineri poterat, quam ſi expleta fuiſſet ante illorum vacationem. *ibid.* n. 108.
Sed ex Decreto *Clementis VIII.* ſublata fuit Epiſcopis facultas uniendi Seminariis Beneficia obnoxia reſervationi fixæ, & continuæ, etiam ante eorum vacationem. *ibid.* n. 109. 110. & 112.
Unio tamen ab ipſis expleta de Beneficio, Unionis tempore non reſervato, ſine ſuſtinetur, quamvis poſtea in Menſe reſervato vacaverit. *ibid.* n. 111.
Limita, ſi unio Beneficii non reſervati ſit expleta de tempore, quo imminebat vacatio in Menſe reſervato. T. 2. p. 169. n. 113.
Quemadmodum, nulla erit Unio favore Seminarii facta de tempore infirmitatis Beneficiati. *ibid.* n. 114.
Nequit Epiſcopus Seminario unire Beneficia reſervata, ſi unire omiſit alia, quæ prius ad liberam illius diſpoſitionem vacaverant. T. 2. p. 170. n. 116.
Cardinales Epiſcopi Indulto gaudentes conferendi Beneficia reſervata, poterant olim Seminariis unire Beneficia, quæ fixe ſunt Apoſtolicæ Sedi reſervata. Et redduntur rationes. *ibid.* n. 117.
Sed hujuſmodi facultas ſublata fuit eis per Conſtitutionem LXVI. *Urbani VIII.* *ibid.* n. 118.
Et Beneficia præfata unire non poſſunt, nec ante, nec poſt ſequutam illorum vacationem. *ibidem* numer. 119. & 120.
Epiſcopi Italiæ, Inſularumque adjacentium, poſſunt hodie vigore Conſtitut. fan. mem. *Benedicti XIII.* Seminariis unire Beneficia ſimplicia, antequam tamen vacaverint, quomodocumque affecta, & diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ reſervata. T. 2. p. 171. n. 125.
Sed pro valida dictorum Beneficiorum Unione plura requiruntur, quæ recenſentur in Notificatione edita a D. Cardinali Corradino Pro-Datario ejuſdem Pontificis. *ibid.* n. 126.
Exſcribitur tenor præfatæ Notificationis. *ibid.* n. 127.
Epiſcopus, Seminario unire non poteſt Beneficia ad Sedem Apoſtolicam devoluta. T. 2. p. 170. n. 122.
Non eſt ei tamen præpedita facultas, etiam poſt Decretum *Clementis VIII.* uniendi Beneficia litigioſa. Et plures reddimus rationes. *ibid.* n. 123.
Contrarium, quod Beneficia litigioſa Seminariis per Epiſcopos uniri non poſſint. *ibid.* n. 124.
Legitime expleta Unione Beneficii favore Seminarii *ex nunc, pro tunc*, quando vacare contigerit, valida eſt illius Reſignatio ad alterius favorem a Poſſeſſore expleta, ſi Pontifici Unio præcedens exprimatur, ſecus vero, ſi reticita fuerit. Tom. 2. pag. 172. n. 128. 129. 130. & 131.
Contrarium, quod valida ſit Reſignatio, quamvis nulla Pontifici de Unione facta fuerit mentio. Et quare? *ibid.* n. 132.
Sed a priori ſententia non recedendum. *ibid.* n. 133.
Suſpenſa tamen cenſetur Unio favore Seminarii, etiam nulla de ea facta mentione, ſi Pontifex in Literis reſignationis quaſcumque Uniones ſuſpendat. *ibid.* n. 134.
Ex fructibus Beneficiorum, quæ ſunt Seminario unita, perſolvenda eſt Taxa pro augumento Diſtributionum quotidianarum. T. 2. p. 165. n. 67.

SENTENTIA.

Sententiæ ſpecies triplex, *Diffinitiva*, *Interloquutoria* & *Mixta.* T. 3. p. 182. n. 7.
Vid. V. Decretum Interloquutorium.
An, & quando ab his ſententiis appellare liceat? *Vid. V. Appellatio. V. Regula XXXVII.*

SERVITUS.

Servitus futuro Ædificio imponi non poteſt. T. 1. p. 191. n. 112.
Servitus *aquæ hauſtus* amittitur tempore, quo Fons eſt areſactus, ſed Fonte renato, reviviſcit & ipſa. Tom. 1. p. 189. n. 97.
Amplia, ſive Aqua naturaliter renaſcatur, ſive opere manufacto, & hominis induſtria. *ibid.* n. 98.

SICILIÆ UTRIUSQUE REX.

In Regno Siciliæ *ultra Pharum*, Cathedrales Eccleſiæ providentur ad Regis præſentationem. Tom. 1. pag 177. n. 18.
Servabatur olim a Rege in præſentando alternativa inter Regnicolas, & Exteros. *ibid.* n. 19.
Sed hodie, excepta Eccleſia Panormitana, ad quam Rex libere præſentat, etiam Exterum, ad cæteras Regni Eccleſias præſentantur Regnicolæ. T. 1. p. 177. †
Eccleſiæ Cathedrales, & Monaſteria Regni Siciliæ *ultra Pharum*, vacantia *apud Sedem*, an libere, vel ad Regis nominationem a Pontificibus provideri debeant? T. 1. p. 68. n. 293. 294. 295.
Rex Neapolis jure gaudet nominandi ad nonnullas Eccleſias Cathedrales illius Regni, & quænam illæ ſint? Tom. 1. p. 176. n. 12.
Olim in nominatione ad Eccleſias præfatas ſervabatur a Rege alternativa inter Regnicolas, & Exteros; Sed hodie

hodie ſoli Regnicolæ ad illas nominantur. T. 1. p. 177. n. 13. & 14.
Rex Neapolis Privilegio gaudet Apoſtolico conferendi nonnullas Eccleſias inferiores illius Regni. *ibid.* n. 15.
Non poteſt tamen admittere Reſignationes ad favorem earumdem Eccleſiarum, nec ſuper illis, ſine Pontificis auctoritate, Penſiones imponere. *ibid.* n. 16.
Vid. V. Neapolitanum Regnum.

SIGNATURA.

Signatura per conceſſum.

Supplicationes ſuper Gratiis Apoſtolicis, nedum a Pontifice, ſed ex illis quamplurimæ, Gratias Beneficiales, ac Matrimoniales reſpicientes, ſignantur etiam per aliquem Cardinalem, aut Prælatum, cui Pontifex ſignandi facultatem concedat. T. 3. p. 143. n. 29.
Et quomodo ab iſtis ſignari ſoleant? *ibid.*
Priſcis temporibus, Pontifices infirmitate, aut alio impedimento detenti, Cardinalibus Nepotibus, ut plurimum, & Datario, per Breva indulgebant, ut Gratias quaſcumque ipſis bene viſas, ſignari facere poſſent per *Conceſſum.* *ibid.* n. 30.
Sed quamplures Pontifices ab hujuſmodi extraordinaria facultate indulgenda, laudabiliter ſe abſtinuerunt. *ibidem* n. 31.
Cardinalis *Mediceus*, *Clemente VII.* gravi detento infirmitate, proviſus fuit per *Conceſſum* de omnibus, & quibuſcumque Beneficiis, quæ tunc in toto Orbe vacabant. *ibid.* n. 32.
Factum hujuſmodi revocatur in dubium. *ibid.* n. 33.
Compacto inito inter Cardinales in Conclavi, in quo Pontifex renunciatus extitit *Clem. X.* prohibitum fuit, ne alicui facultas ſignandi per *Conceſſum* modo extraordinario impertiri poſſet. T. 3. p. 144. n. 34.
Ex Conſtitutione *Innocentii XII.* ſi ægrotante Romano Pontifice, contingat alicui, etiam S. R. E. Cardinali, committi Signaturam per *Conceſſum*, hæc nullius erit momenti, niſi adhibeantur duo Cardinales, qui una cum *Signatore*, coram ipſomet Pontifice Supplicationibus ſubſcribant. *ibid.* n. 35.
Conſtitutio præfata reſpicit tantummodo materias extraordinarias, ſecus ordinarias, quæ expediuntur per *Conceſſum*, etiam cum Pontifex ſanus eſt. *ibid.* n. 36.
Priſcis temporibus Pontifices, ſi infirmitate detenti, Conſtitutionibus in re gravi editis ſubſcribere non poterant, munus hoc alicui Cardinali, in aliorum præſentia exequendum, committebant. *ibid.* n. 37.
Traditur exemplum *Motus proprii* Pontificis emanati per *Conceſſum.* T. 3. p. 145. n. 48.
Vid. V. Regula XXX.

Signatura per Fiat.

Signatura Pontificis per verbum *Fiat*, cæteris aliis nobilior eſt. T. 3. p. 141. n. 2.
Et, an, & quando concurrentibus eadem die ſuper Gratia cujuſcumque Beneficii ſignatura *per Fiat*, & altera per *Conceſſum*, huic illa præferenda ſit? *Vid. V. Reg. XXXIV.*
Concurrentibus ſignatura per *Fiat*, & altera *per Fiat, ut petitur*, aut ſignatura per *Fiat motu proprio*, & altera per *Fiat ut petitur*, quæ ſit præferenda? *Vid. eod. V.*
Petenſe Regulari a Papa Beneficium amovibile cum clauſula -- *quod ex ſolo nutu Abbatis amoveri non poſſit* -- Literæ Apoſtolicæ expediri non debent, niſi Papa dicat -- *Fiat ut petitur* -- *Vid. V. Regula XXXIX.*
Gratia Pontificis ſignata per ſolum verbum *Fiat*, licet perfecta ſit, talis tamen non eſt, ſi petatur ſuppleri defectus in genere, & niſi ſupplicatio ſignetur per Verbum *Fiat, ut petitur*, etiamſi adſit in ſupplicatione Clauſula *ſupplentes &c. Vid. V. Clauſulæ in ſpecie, verſic.* Clauſula ſupplentes. *V. Reg. XLI.*
Gratia Pontificis, licet perfecta ſit ex ſola ſignatura *per Fiat*, perfectio tamen hæc, ex voluntate ejuſdem Pontificis, incipit a die, quo Datarius Supplicationi *Datam* apponit. *Vid. V. Data.*

Signatura Simplex.

Vid. V. Simplex Signatura.

Signatura Referendarii.

Vid. V. Referendarii Signaturæ.

SIMONIA, & SIMONIACUS.

Pacta ſuper Beneficiorum diſpoſitione, niſi per ea ſpirituale pro temporali abſolute concedatur, ſunt Simoniaca de jure poſitivo, non Divino. T. 3. p. 326. n. 12.
Sed abſtergitur Simoniæ labes, ſi Papa hujuſmodi pacta approbet. *ibid.* n. 13. p. 327. n. 26.
Patronus, qui in præſentando Simoniam commiſit, remanet ipſo jure privatus jurepræſentandi. Tom. 3. p. 255. n. 281.
Et, an hoc caſu poſſit Pontifex de Beneficio diſponere cum derogatione Juſpatr. *Vid. V. Juſpatr. quoad derogationem.*
Juſpræſentandi tamen non amittit Patronus, ſi ex initio, Simonia commiſſa fuerit a Procuratore conſtituto ad præſentandum. T. 3. p. 255. n. 286.
Simoniaco, an, & quando ſuffragari poſſit favor Regulæ *de Triennali? Vid. V. Regula XXXVI.*
Decedente Impetrante Beneficium ex capite Simoniæ, an Collitiganti ſuperſtiti debeatur ſubrogatio in illius juribus? *Vid. V. Regula XXIX.*
Pactum initum inter Reſignantem, & Reſignatarium pro caſſanda anticipatis ſolutionibus Penſione ſuper Beneficio reſignato, favore Reſignantis impoſita, an, & quomodo ex Conſtitut. Sanctiſſ. D. N. *Benedicti XIV.* ſit ſimoniacum? *Vid. V. Penſio quoad alienationem, caſſationem, & ceſſionem.*

SIMPLEX SIGNATURA.

Exponitur praxis Datariæ circa expeditionem Gratiarum per *ſimplicem Signaturam*, ſive agatur de Proviſionibus Beneficiorum, ſive de Gratiis quibuſcumque alias materias reſpicientibus. T. 2. p. 29. n. 101. & ſeqq.
Decretum -- *quod ſola Signatura ſufficiat*, ut ſuum operetur effectum, requirit, quod Supplicatio ſit nedum ſignata, verum, & datata, ac regiſtrata. Tom. 3. pag. 316. num. 289.

SIMULTANEA IN BENEFICIALIBUS.

Epiſcopus, de jure communi, ſimultaneam habet collationem cum Capitulo quoad Canonicatus Cathedralis. T. 2. p. 123. n. 22.
Et, an eodem Jure gaudeat reſpectu Dignitatum, & Beneficiorum inferiorum? T. 2. p. 124. n. 23.
Jus ſimultaneum Epiſcopo, & Capitulo competens in collatione Beneficiorum Cathedralis, non pertinet ad juriſdictionem. T. 1. p. 232. n. 53.
Epiſcopus, quoad collationem Beneficiorum Cathedralis, non fovet intentionem de jure fundatam, nec titulum univerſalem. *ibid.* n. 54.
In collatione ſimultanea, Capitulum dicitur etiam ordinarius Collator, quamvis juriſdictione careat. *ibidem* numer. 55.
Et in ea, tantum jus habet Epiſcopus, quantum Capitulum, quia jus eſt individuum, & in ſolidum penes utramque Socium remanet. *ibid.* n. 56.
Si Epiſcopus in ſuo Turno ſolum nominet, & collatio expleatur a Capitulo, actus ille nominationis ſpectare non poteſt ad Juriſdictionem Epiſcopalem. Et quare? *ibidem* n. 57.
Reſervato promiſcuo jure conferendi Epiſcopo, & Capitulo, tantam partem in collatione habet Epiſcopus, quantam Capitulum. T. 1. p. 251. n. 237. & 239.
Id ipſum ſuadet diſpoſitio, quod jus conferendi in poſſeſſum pertineat tam ad Epiſcopum, quam ad Capitulum. *ibid.* n. 240.
Æqualis diviſio Hebdomadarum inter Epiſcopum, & Capitulum pro exercitio juris conferendi, denotat jus ipſum æqualiter penes utrumque corpus reſidere. *ibidem* n. 242.
Vid. V. Capitulum.
Stante ſimultanea inter Epiſcopum, & Capitulum, Beneficia vacantia Epiſcopali Sede vacante, an ſint obnoxia reſervationi Regulæ II. ita ut conferri nequeant a Capitulo? *Vid. V. Regula II. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali, vel Abatiali vacante uſque &c.*
Et quid, ſi agatur de Præbenda Pœnitentiaria, quæ ſit de ſimultanea Epiſcopi, & Capituli collatione? *Vid. eod. V.*
Epiſcopus, qui Alternativam acceptavit, an illa gaudeat reſpectu Beneficiorum, quæ ſimultaneæ ſunt collationis cum Capitulo? *Vid. V. Alternativa quoad Beneficia, quæ ſub ea comprehenduntur.*

Exceptio

Exceptio Cardinalium a Regula IX. an poſt Conſtitutionem *Urbani VIII.* ſuffragetur Capitulis, aliiſque inferioribus Collatoribus ſimultaneam in jure conferendi cum Cardinalibus Epiſcopis habentibus? *Vid. V. Regula IX. quoad exceptiones in ea poſitas.*
Et quid dicendum, ſi Cardinalis ordinarius Collator Indulto non gaudens conferendi Beneficia reſervata? Aut ſimultanea inter Epiſcopum, & Capitulum competat ex Statuto fundamentali Eccleſiæ? *Vid. eod. V.*
Cardinales poſſunt non uti Privilegio Regulæ IX. & communicare Capitulis jus conferendi Beneficia ſimultaneæ collationis. T. 4. p. 78. n. 62.

SIMULTANEÆ DIVISIO.

Stante ſimultanea Beneficiorum collatione inter Epiſcopum, & Capitulum, nequit iſtud ab Epiſcopo cogi ad ejuſdem Simultaneæ diviſionem. T. 2. p. 125. n. 42.
Maxime, ſi dicta ſimultanea introducta fuerit per Statuta fundamentalia Eccleſiæ, & per ſæcula obſervata. *ibid.* n. 43.
Simultanea Beneficiorum collatio, ad evitandas diſcordias inter ſocios, pluribus modis dividi poteſt; *Primo*, per diviſionem tam proprietatis, quam exercitii; *Secundo*, per diviſionem exercitii dumtaxat, Et *tertio* per tranſlationem Juris nominandi, firmo remanente conſortio, tam ſuper proprietate, quam ſuper exercitio. T. 1. p. 256. num 290.
Nullaque adeſt implicantia, quod inter plures Collatores ſimultaneam habentes, dividatur ſubſtantia, & proprietas Collationis. Tom. 1. pag. 246. num. 192. pag. 256. n. 290.
Et ad dignoſcendum, quo modo ſequuta fuerit diviſio, maxime attenditur obſervantia. *ibid.* p. 257. n. 291.
Diviſio ſimultaneæ collationis Beneficiorum in Baſilicis Urbis inter Cardinales Archipresbyteros, & Capitula, quo modo ſequuta fuerit? Et de effectibus ejuſdem diviſionis. *Vid. Verb. Cardinales Archipresbyteri Baſilicarum Urbis. Verb. Baſilica Lateranenſis. V. Baſilica S. Mariæ Majoris.*
In dubio cenſetur potius diviſum exercitium, quam proprietas, & ſubſtantia Juris conferendi. Tom. 1. p. 245. num. 182.
Intellige, quando agitur de diviſione Simultaneæ inter Epiſcopum, & Capitulum. Secus inter Capitulum, & Collatorem extraordinarium, & inferiorem non habentem de jure, ſed ex Privilegio, Simultaneam cum ipſo Capitulo. Et redditur diſcriminis ratio. *ibid.* num. 183. & 184.
Diviſa ſimultanea per Turnum, ſi collatio ab eo qui eſt in Turno expletur jure, & nomine proprio, cenſetur diviſum jus ipſum, & ſubſtantia conferendi; Si vero expletur nomine communi, ſolum exercitium diviſum præſumitur T. 1. p. 247. n. 194. p. 248. n. 211. p. 254. n. 277.
Et ſive uni ex Conſociis major, ſive minor Hebdomadarum numerus pro ſuo Turno aſſignatus fuerit. *ibid.*
Verba, quibus concepta reperitur diviſio Simultaneæ, nempe -- *quod collatio, proviſio, & qualibet diſpoſitio Beneficiorum in una Hebdomada ad unum ex Conſociis, & in alia ad alterum ſpectet, & pertineat* -- denotant diviſionem proprietatis juris conferendi. Tom. 1. pag. 246. n. 186. & 187.
Diviſio Simultaneæ per Turnum, quo modo expleri poſſit? *Vid. V. Turnus.*
Et, an, & quomodo Epiſcopus exiſtens in ſuo Turno, gaudeat alternativa Menſium? *Vid. V. Alternativa quoad Beneficia quæ ſub ea comprehenduntur.*
Beneficia ſimultaneæ collationis vacantia *Sede Epiſcopali vacante*, an ſint immunia a reſervatione Regulæ II. ſi eorum collatio ſit diviſa per Turnum? *Vid. Verb. Reg. II. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium Sede Epiſcopali, vel Abbatiali vacante uſque &c.*
Jus accreſcendi, vel non decreſcendi in collatione Beneficiorum ſimultaneæ collationis, non admittitur quando proprietas Juris conferendi eſt diviſa per Turnum. T. 1. p. 247. n. 200.
Vid. V. Jus accreſcendi.
Diviſo tamen exercitio, ſi unus ex Conſociis ſit impeditus conferre, vel nulliter conferat, totum jus conſolidatur penes Conſocium. T. 1. p. 253. n. 258. & 262. p. 254. n. 275. & 276.
Diviſo exercitio Juris conferendi, Turnarius confert nomine, vice, & Jure communi. T. 1. p. 255. n. 278.
Diviſa per Turnum inter Epiſcopum, & Capitulum Simultanea Beneficiorum collatione, proviſio nulliter ab Epiſcopo in ſuo Turno expleta, illam non conſumit in præjudicium Succeſſoris. T. 1. p. 229. n. 32. & p. 236. n. 85.

Diviſa ſimultanea Beneficiorum collatione inter Epiſcopum, & Capitulum, ſi Epiſcopus *Sede Apoſtolica vacante* Beneficium conferat in Turno Capituli, remanet illud Sedi Apoſtolicæ reſervatum vigore *Regulæ LXVIII.* quamvis poſt electum novum Pontificem, Capitulum collationi factæ ab Epiſcopo conſenſum præſtet. *Vid. V. Reg. LXVIII.*

SOCIETAS JESU.

Vid. V. Jeſuitæ.

SOLLICITATORES LITER. APOSTOLICARUM.

Quamvis ſe obligent in quamplurimis materiis Literas Apoſtolicas expedire, nunquam tamen ad illas expediendas, nec ad quidquam de proprio ſolvendum, obſtricti fuerunt. T. 2. p. 278. n. 108.
Sollicitatores Literarum Apoſtolicarum, an ſint Curiales? *Vid. V. Curialis.*

SOLUM LATERANENSE.

Eccleſiæ ædificatæ in Solo Lateranenſi ſunt exemptæ a Juriſdictione Ordinariorum. T. 1. p. 308. n. 77.
Cardinalis Epiſcopus nequit vigore Indulti conferre Beneficia erecta in Eccleſiis ædificatis in ſolo Lateranenſi, & vacantia in menſibus reſervatis, quamvis exiſtant in Diœceſi ejuſdem Cardinalis Epiſcopi, & quare? T. 1. p. 307. n. 73. 74. 79.
Vid. V. Card. quoad Indultum conferendi Beneficia reſervata.

STATUS IN BENEFICIALIBUS.

Vid. V. Beneficia quoad Statum. V. Beneficia Regularia quoad Statum.

STERLINGUS.

Sterlingus quid importet? Remiſſive. T. 4. p. 61. n. 64.

STRENA.

Vid. V. Munera.

STUDIORUM UNIVERSITATES.

Vid. V. Univerſitas Studiorum.

STYLUS.

Stylus contra Regulas Cancellariæ, an, & quomodo admitti poſſit? *Vid. Verb. Regulæ Cancellariæ in genere.*
Stylum contra jus a Collegio Curſorum inductum, *Sacra Rota* approbare noluit. T. 3. p. 344. n. 117.
Stylus juri communi contrarius, ſtricte interpretandus eſt. T. 3. p. 165. n. 70.
Qualitates, quæ de ſtylo Curiæ, vel Cancellariæ exprimi debent, ſi omittantur, Reſcriptum reddunt ſubreptitium, non attento, an Papa, facta earumdem qualitatum expreſſione, Gratiam facilius, vel difficilius conceſſiſſet. T. 2. p. 283. n. 30.
Stylus facit jus, etiam contra Apoſtolicas Conſtitutiones. T. 3. p. 343. n. 97.
Eoque magis attendi debet, ſi non ſit contra, ſed præter legem. *ibid.* n. 98.
Et a Principe, ejuſque Officialibus ſcientibus, non reprobetur. *ibid* n. 100.
Stylus Curiæ facit jus. T. 3. p. 75. n. 173.
Stylus, ut evertatur, ſufficit, quod unicus concurrat actus ei difformis. T. 4. p. 131. n. 24.
Stylus localis, maxime contra jus, limites loci, in quo inductus eſt, non egreditur. T. 3. p. 149. n. 225. p. 224. n. 246.
Vid. V. Conſuetudo. V. Obſervantia.

SYNODUS.

Vacatio in Synodo dicebatur, cum in locum Epiſcopi apud ipſam decedentis, aut degradati, Synodus Succeſſorem eligebat, Et ex eo Pontifices mutuati ſunt conſuetudinem libere diſponendi de Beneficiis, & Prælaturis *apud Sedem* vacantibus. T. 1. p. 44. n. 29. & ſeqq.
Vid. V. Reg. I. quoad I. reſervationem contentam in Extravag. ad Regimen.

SUBCOLLECTORES APOSTOLICI.

Beneficia obtenta per Subcollectores *Quindenniorum*, an ſint reſervata? *Vid. V. Regula V.*
Subcollectores *Quindenniorum* gaudent iiſdem prærogativis, privilegiis, & exemptionibus, quibus fruuntur Subcollectores Spoliorum. T. 1. p. 367. n. 92.
Et quibus fruantur exemptionibus Subcollectores Spoliorum. *Vid. V. Subcollectores Spoliorum.*
Beneficia, quæ obtinent Subcollectores Subſidii pro manutentione Triremium, an ſint reſervata? *Vid. Verb. Regula V.*
Et, an reſervationi ſubjaceant Beneficia obtenta per Subcollectores *Decimarum extraordinariarum*, ac Subſidiorum, quæ a Papa favore Principum ſecularium imponuntur? *Vid. eod. V.*

SUBCOLLECTORES SPOLIORUM.

De reſervatione Beneficiorum, quæ obtinent Subcollectores Spoliorum. *Vid. V. Regula V.*
Et, an ad effectum, ut eorum Beneficia ſint reſervata, debeant eſſe ipſi in Dignitate Eccleſiaſtica conſtituti? *Vid. eod. V.*
Subcollectores Spoliorum deputantur vel a Nunciis Apoſtolicis, vel a Cardinali Camerario, vel a Theſaurario Generali. T. 1. p. 367. n. 94.
Nec poſſunt deputari, niſi prævio Teſtimonio ſuorum Ordinariorum ſuper eorum vita, & moribus, quod non ſint nec inquiſiti, nec proceſſati. T. 1. p. 368. num. 98. & 99. p. 374. n. 195.
In Subcollectores Spoliorum deputari non poſſunt Illegitimi, vel nati ex damnato coitu. T. 1. p. 367. n. 95.
Nec iidem Parochi, aut Canonici Pœnitentiarii, & Theologi. *ibid.* n. 96.
Vid. V. Regula V.
Deputatio in Subcollectorem probatur ex Literis Patentibus, non autem per Literas miſſivas, vel per Teſtes. Et redditur ratio. T. 1. p. 369. n. 122. & 123.
Sufficiunt tamen ad probandam hujuſmodi deputationem Literæ Committentis, ejus ſigillo munitæ, quamvis a Notario, & Teſtibus non ſubſcriptæ. *ibid.* n. 124.
Amplius, etiam ſi dictæ Literæ non ſint adnotat. in Libris Nunciaturæ. *ibid.* n. 125.
Literæ Patentes deputationis in Subcollectorem probantur ex Teſtibus, qui aſſerant ſe fuiſſe præſentes deputationi, eaſdemque Literas vidiſſe. T. 1. p. 370. n. 126.
Et, an ad effectum hujuſmodi probationis ſufficiant Teſtes, qui deponant de publica voce, & fama? *ibid.* n. 127. & 132.
Deputatio Subcollectoris, deficientibus Literis Patentibus, & Teſtibus de viſu, ex aliis etiam probationibus evincitur. *ibid.* n. 128. p. 373. n. 165.
Probatur ex depoſitione unius Teſtis, junctis adminiculis publicæ vocis, & famæ. T. 1. p. 370. n. 129.
Nec non ex ſolo dicto Notarii teſtantis, ſe expediviſſe Literas Patentes, junctis pariter adminiculis. *ibid.* n. 130.
De pluribus adminiculis conducentibus ad probationem deputationis in Subcollectorem. *ibid.* n. 134.
Deputatio Subcollectoris probatur Teſtimonio Collectoris Generalis. *ibid.* n. 131.
Et multo magis Nuncii Apoſtolici. *ibid.* n. 133.
Fides Secretarii Nuncii, probat deputationem Subcollectoris. *ibid.* n. 135.
Maxime, ſi teſtetur eam reperiri adnotatam in Libris Nunciaturæ. *ibid.* n. 137.
Libri, & Regeſtra Nunciaturæ, vel Theſaurariæ Generalis, plene probant fuiſſe aliquem deputatum in Subcollectorem. *ibid.* n. 136.
Renunciatio liti facta a Proviſo per Ordinarium de Beneficio collato a Papa, tamquam reſervato vigore *Regulæ V.* probat ultimum illius poſſeſſorem fuiſſe Subcollectorem. *ibid.* n. 138.
Subcollectoris officium illico ceſſat, ſi fuerit Subcollector proviſus de Parochiali, aut Pœnitentiali, vel Theologali Præbenda, & Theſaurarius vel Nuncius alium deputare tenentur. T. 1. p. 368. n. 97. p. 372. n. 168.
Subcollectoris officium in *Partibus*, utpote perſonalem reſidentiam requirens, vacat per aſſequutionem Canonicatus reſidentialis in *Urbe*, vel alio loco diſtito ab eo, in quo Subcollectoris munus exerceri debet. T. 1. p. 373. n. 178. & 179.
Intellige poſt adeptam poſſeſſionem Canonicatus, qui tamen remanet Sedi Apoſtolicæ vigore *Regulæ V.* reſervatus ob jus, quod Subcollector ad illum antea habebat. *ibid.* n. 180.
Subcollectoris officium ceſſat per diſceſſum Nuncii, & redditam ab ipſo generalem Computorum rationem. T. 1. p. 373. n. 181.
Maxime, ſi ante Nuncii diſceſſum, nunquam proprium munus exercuerit, & redditur ratio. *ibid.* n. 182. & 183.
Cenſetur tamen Subcollector confirmatus in officio, ſi poſt diſceſſum Nuncii, qui eum deputaverat, munus ſuum adhuc exerceat, vivente, & permittente Nuncio ſucceſſore. *ibid.* n. 184.
Collectores, & Subcollectores ſunt exemti a Juriſdictione Ordinariorum, quia ſunt Papæ Officiales. *ibid.* numer. 186.
Exemtio hujuſmodi primo conceſſa fuit a *Joanne XXII.* poſtmodum confirmata a *Clemente VI.* *ibid.* n. 187.
Subcollectores Spoliorum haud numerantur inter illos Officiales Sedis Apoſtolicæ, de quibus loquuntur *Extravag. Cum Matthæus, de Hæretic. & Extravag. Divina in eminenti, de Privileg. inter Commun.* *ibid.* n. 188.
Exemptio Subcollectorum in Regno *Neapolitano* innititur etiam Conſtitutionibus *Gregorii XIV. & Urbani VIII.* T. 1. p. 374. n. 189.
Decretum Sac. Congr. Concilii editum anno [illegible] pro Subcollectoribus dicti Regni, extenſum fuit in Concilio Romano, quoad [illegible], ad Subcollectores Italiæ, *& Inſularum* [illegible]. *ibid.* n. 190.
Unicus tantum Notarius pro quolibet Subcollectore in actu exercitii gaudet exemtione ab Ordinarii Juriſdictione, non autem ea gaudent *Curſores*, aliique Officiales. *ibid.* n. 191. & n. 193.
Sed, quod tali exemtione gaudeat Notarius non ſolum in actu exercitii, ſed durante tempore deputationis, plures reſpondit *Sac. Congr. Concilii*, *ibid.* n. 192. 194. p. 377. n. 239.
Non gaudent exemtione Subcollectores deputati abſque prævia atteſtatione Curiæ Epiſcopalis ſuper eorum vita, & moribus, & quod non ſint inquiſiti, nec proceſſati. T. 1. p. 368. n. 98. & 99. p. 374. n. 195.
Exemtione pariter non gaudent poſt dimiſſum Officium. T. 1. p. 374. n. 196. & 200.
Niſi per *duodecim* ſaltem annos, illud laudabiliter exercuerint. *ibid.* n. 197.
Quod tamen limitatur, ſi fuerint ob delictum ab Officio amoti. *ibid.* n. 198.
Poſt dimiſſum Officium, gaudent Subcollectores exemtione pro delictis durante Officio commiſſis, ſi pro illis conveniantur. *ibid.* n. 199.
Ex Conſtitutione *Urbani VIII.* Subcollectores ubique locorum gaudent exemtione pro exceſſibus, & delictis, etiam poſt dimiſſum Officium, commiſſis. *ibidem* numer. 201.
Declara, ut exemptione gaudeant vivente ſolum Ordinario, in cujus tempore Subcollectoris munus exercuerunt, ſecus eo defuncto, vel alias deficiente. Et quare? *ibid.* n. 202. & 203.
Non gaudent tamen exemptione pro exceſſibus commiſſis dimiſſo Officio, nec etiam vivente Ordinario, cujus tempore exercuerunt, quando fuerunt ob delictum Officio privati. T. 1. p. 375. n. 204.
Exemtione non gaudent Subcollectores, qui proprium munus numquam exercuerunt. *ibid.* n. 205.
Intellige, ſi data occaſione exercendi ſe abſtinuerunt, ſecus ſi nunquam ſe præbuit exercendi occaſio. *ibidem* n. 206.
Subcollectores pariter non reſidentes in Diœceſi, pro qua ſunt deputati, minime exemptione fruuntur. *ibid.* numer. 208.
Hinc Subcollectores deſtinati pro locis exemptis, & Diœceſibus adjacentibus, ſed in propria Diœceſi commorantes, exemtione a Juriſdictione proprii Epiſcopi non gaudent. *ibid.* n. 209.
Minuſque eorum Notarii, ſeu Actuarii. *ibid.* n. 210.
Amplius, etiamſi in Diœceſibus adjacentibus, vel in locis exemtis, non adeſſent Incolæ, qui Subcollectoris munus exercere poſſent, aut vellent. *ibid.* n. 211.
Non poſſunt tamen Ordinarii contra dictos Subcollectores procedere, ſed debent Sac. Congregationem certiorare, ejuſque oraculum expectare. T. 1. p. 376. n. 212.
Subcollectores, generaliter, exemtione ab Ordinariis in civilibus non gaudent. *ibid.* n. 213.
Niſi adeſſet Judex in Diœceſi a Nuncio deputatus ſolummodo pro cauſis paſſivis. *ibid.* n. 214. & 216.
Judex præfatus nulla potitur exemtione a Juriſdictione Ordinarii. *ibid.* n. 215.
Et, an debeat eſſe Doctor in aliqua publica Univerſitate laureatus, vel ſaltem ei dandus Aſſeſſor? remittitur arbitrio, & prudentiæ Nuncii. *ibid.* n. 217.
Non gaudent exemtione Subcollectores in concernentibus ſervitium

ſervitium Eccleſiæ, cultum Divinum, & adimplementum onerum ratione Beneficiorum incumbentium. T. 1. p. 376. n. 218.

Hinc, Subcollectores in Divinis inſervientes cum Veſte, & Collari minus decentibus, ſaut ſcandaloſe *Tabaccum* in Eccleſia ſumentes, poſſunt ab Ordinariis puniri. *ibid.* n. 219.

Et in Adminiſtratores locorum Piorum deputati, Ordinario ſubſunt quoad redditionem rationum adminiſtrationis. *ibid.* n. 220.

Subcollectores non poſſunt a caſibus Epiſcopo reſervatis, abſque illius licentia abſolvi. *ibid.* n. 221.

Sed Ordinarii illos a Divinis ſuſpendere ob delicta occulta, ſicuti cæteros Subditos, non poſſunt. *ibid.* n. 222.

Subcollectores tenentur ad publicas Proceſſiones ratione Beneficiorum, quæ obtinent, accedere, ſolvere Cathedraticum, & ſubſidium Charitativum. *ibid.* n. 223.

Item, intereſſe Synodo, ac Viſitationi ſemel in anno, & poſſunt ab Ordinariis cogi ad exequendum Decreta Viſitationis reſpicientia cultum Divinum. *ibid.* n. 224.

Accedentes ad Monaſteria Monialium abſque Epiſcopi licentia, exemtione non gaudent, & poteſt Epiſcopus contra ipſos procedere. *ibid.* n. 225.

Poſſunt Ordinarii procedere contra Subcollectores non ſervantes præceptum Communionis Paſchalis. *ibid.* n. 226.

Et contra percutientes Clericum, ad declaratoriam excommunicationis vigore *Cap. Si quis ſuadente &c. ibid.* numer. 227.

Quemadmodum, contra ipſos procedere in articulo violatæ Juriſdictionis, & Immunitatis Eccleſiaſticæ. *ibidem* n. 228.

Subcollectores depræhenſos in fragranti crimine, quod mereatur pœnam non minorem Relegatione, poſſunt Ordinarii Carceribus mancipare, ſed debent ſtatim Nuntium de carceratione certiorare. *ibid.* n. 229.

Diſtributiones quotidianas non lucrantur Canonici Subcollectores Divinis Officiis, horiſque Canonicis non intereſſentes *ibid.* n. 230. & 231.

Privilegium *Sixti V.* indulgens Subcollectoribus in abſentia Diſtributiones, eſt locale. T. 1. p. 377. n. 234.

Si in Eccleſia non adſint Diſtributiones, ſed Punctaturæ, Subcollector, qui Choro non inſervit, tenetur eas ſolvere. *ibid.* n. 235.

Subcollectores non poſſunt in actu, quo proprium munus exercent, Choro inſervire per ſubſtitutum. *ibid.* n. 236.

SUBDIACONATUS.

Vid. V. Ordines Sacri.

SUBDITI.

Subditi ratione Beneficii, Domicilii, familiaritatis, aut Originis, pro Sac. Ordinibus ſuſcipiendis.

Vid. V. Ordinarius ratione Beneficii pro Ordinibus conferendis. V. Ordinarius ratione Domicilii. V. Ordinarius ratione familiaritatis. V. Ordinarius ratione Originis.

Subditi Prælatorum inferiorum pro Ordinatione ab Epiſcopo viciniori.

Vid. V. Literæ Dimiſſoriales. V. Ordinarius vicinior ad effectum Ordinationis.

SUBROGATIO GRATIOSA IN BENEFICIALIBUS.

Vid. V. Regul. XXIX.

SUBSIDIUM, & EXCUSATUM.

Subſidium, *Excuſatum*, *Milliones*, aliaque onera, quæ ad certum tempus in Regnis Hiſpaniarum favore Regum a Sede Apoſtolica imponi ſolent, non ſubjacent revocationi Regulæ LXIII. *Vid. V. Regula LXIII.*

Excuſatum in Hiſpania, idem eſt ac Decima, & ſingulis quinquenniis illius conceſſio renovatur a Sede Apoſtolica, cum derogatione quibuſcumque exemptionibus, & immunitatibus ab illius ſolutione. T. 4. p. 117. n. 27.

Et hac ratione, Penſionarii ſolum pro primo quinquennio ſunt exempti ab illius ſolutione, ſecus pro ſequentibus. *ibid.*

SUCCESSIO.

Monaſterium, ad quod Monachus, vel Monialis, Apoſtolica auctoritate transferuntur, an, & quando ſuccedat in bonis Monacho, vel Moniali ante Translationem quæſitis? *Vid. V. Regularis quoad Translationem ad aliam Religionem.*

Filiis naturalibus Legitimatis, quæ ſucceſſio in bonis Patris Legitimantis debeatur? *Vid. V. Legitimatio, Legitimatus.*

Poteſt de jure quis non ſuccedere, & alterum excludere ad effectum ſternendi fœminam tertio in Succeſſione. T. 3. p. 137. n. 90.

Et refertur exemplum deromptum ex *leg. 2. §. Si ſit Agnatus ff. ad Senat. Conſ. Tertyll.* *ibid.* n. 91. 92. & 95.

SUFFRAGANEATUS, & SUFFRAGANEUS.

Suffraganeatus non eſt Titulus perpetuus, neque Prælatura, ſed ſimplex Officium. T. 1. p. 117. n. 80. & 85. & p. 128. n. 99. p. 129. n. 109.

Intellige, ut non ſit Titulus perpetuus reſpectu Epiſcopi Succeſſoris, qui Suffraganei opera uti non tenetur, eſt tamen Titulus perpetuus reſpectu ipſius Suffraganei, qui etiam Epiſcopo Succeſſori inſervire obſtringitur. T. 1. p. 129. n. 110.

Suffraganeorum uſus antiquiſſimus eſt, excedens metam annorum 300. T. 1. p. 131. n. 137.

Suffraganeus dicitur Vicarius, ſeu Viceſgerens in Pontificalibus Epiſcopi, cui ſuffragatur. T. 1. p. 127. n. 81. & 82.

Datur Epiſcopo, & non Populo. *ibid.* n. 87.

Et defuncto Epiſcopo cui ſuffragatur, non poteſt Sac. Ordines conferre. *ibid.* n. 86.

Epiſcopis Poloniæ, præciſive etiam a Diœceſis amplitudine, conceditur Suffraganeus, ex quo cum ſint Regni Senatores, Regem ſequi, ac Dietis intervenire tenentur. T. 1. p. 129. n. 104.

Epiſcopus Suffraganeus Penſionem ſibi pro congrua aſſignatam, ſi aliunde non habeat, unde commode vivere poſſit, remittere, aut diſtrahere non poteſt. T. 2. p. 416. n. 160.

Congrua, quæ Suffraganeo aſſignatur, aliud non eſt, niſi Penſio, ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis. T. 3. p. 371. n. 62.

Et eſt perpetua. T. 1. p. 127. n. 88.

Non aſſignatur propter Miniſterium, & Officium Suffraganeatus, ſed ut Suffraganeus Dignitatem Epiſcopalem decentius tuere valeat T. 1. p. 128. n. 89.

Si contingat ex aliqua juſta cauſa, *Sede Epiſcopali vacante*, deputari Suffraganeum, ita ut adhuc ei congrua aſſignatur ſuper fructibus Menſæ Epiſcopalis, quamvis non adſit, qui gravamini præfato conſenſum præſtare poſſit. T. 3. p. 370. n. 44.

Conſenſui Epiſcopi pro congrua favore Suffraganei ſuper fructibus ejus Menſæ Epiſcopalis aſſignanda, fuit aliquando ex juſtis cauſis derogatum. T. 3. p. 371. n. 60.

Suffraganei, ex Decreto *Pii IV.* tenentur ad reſidentiam ſub iiſdem pœnis, quibus alii Epiſcopi ad illam adſtringuntur. T. 1. p. 128. n. 91. p. 129. n. 105.

Reſidentia Suffraganei pendet a voluntate Epiſcopi cui ſuffragatur. T. 1. p. 128. n. 92.

Proindeque non eſt abſoluta, ſed incerta, & reſidentiæ cauſativæ æquiparatur. *ibid.* n. 93.

Reſidentia a Decreto *Piano* præſcripta Suffraganeis, demandata non fuit ad effectum reddendi reſidentiale Officium Suffraganeatus, ſed ad alium finem, & effectum. *ibid.* n. 94. & 96.

Per deputationem Epiſcopi Titularis ad exercendum Suffraganei munus in aliqua Eccleſia Epiſcopali, vel Archiepiſcopali, non vacat Beneficium reſidentiale per ipſum obtentum. T. 1. p. 126. n. 79.

Sicque reſolutum anno 1601. a Sac. Congregatione Concilii, cujus Decretum exſcribitur. *ibid.*

Nec non a Sac. Congregat. Conſiſtoriali. T. 1. p. 128. n. 98.

Maxime, ſi Beneficium reſidentiale exiſtat in eadem Diœceſi, in qua Suffraganeatus Officium exerceri debet. *ibid.* n. 97.

Intellige, quod tunc per Suffraganeatum non vacat Beneficium reſidentiale, quando quis deputatur in Suffraganeum temporalem ad vitam Epiſcopi. T. 1. p. 129. n. 100.

Et in his terminis Suffraganeatus non eſt titulus perpetuus; ſicque intelligitur Decretum Sacræ Congregationis Concilii editum anno 1601. *ibid.* n. 101.

Quinimo, nec in caſu ſuper quo Decretum præfatum emanavit, congruum exiſtimavit Pontifex, quod Suffraganeus Parochialem obtineret. *ibid.* n. 102.

Secus vero, ubi agitur de Suffraganeo perpetuo, conceſſo, vel ob amplitudinem Diœceſis, vel alias ob cauſas, ob quas concedi ſolent Suffraganei. T. 1. p. 129. n. 103.

Redditur ratio, quid tali caſu Officium eſt perpetuum, & non expirat per mortem Epiſcopi, ipſeque Suffraganeus tenetur ad præciſam reſidentiam pœnes Eccleſiam cui ſuffragatur. T. 1. p. 158. n. 91. p. 129. n. 105.

Et hanc ſententiam ſequitur hodie Sac. Congregatio Conſiſtorialis. T. 1. p. 129. n. 111.

Congregatio Conſiſtorialis, de ſtylo, indulget Promotis ad Suffraganeatus perpetuos retentionem Beneficiorum reſidentialium, præſertim in Germania, & in Polonia. ibid. n. 107. p. 131. n. 138.

Sed in Regionibus præfatis, Epiſcopis Titularibus in Suffraganeos deputandis; non aliter indulgetur retentio Parochialium, niſi cum clauſula, dummodo Cura per Vicarios perpetuos exerceri ſoleat. T. 1. p. 129. n. 112.

Abbatibus in Suffraganeos deputandis, indulgeri ſolet retentio Abbatiarum, ſi in eadem Civitate, vel Diœceſi, pro qua Suffraganei deputantur, exiſtant, ſecus ſi extra Diœceſim. Et referuntur exempla. ibid. n. 113. & 114.

Ex conceſſa Epiſcopo Titulari in Suffraganeum deputato retentione Beneficii reſidentialis, an oriatur affectio ob appoſitionem Manus Papæ, præſertim in Germania? *Vid. V. Affectio.*

Epiſcopus Titularis deputatus in Suffraganeum cum Decreto, quod Beneficia per ipſum obtenta vacent *ipſo jure*, ſi ante Suffraganeatus expeditionem illa reſignet, ſive ſimpliciter, ſive ad favorem, an irrita ſit reſignatio, & Beneficia remaneant Apoſtolicæ Sedi vigore *Regulæ XXVI.* reſervata? *Vid. V. Regula XXVI.*

Adminiſtrator Apoſtolicus in ſpiritualibus Eccleſiæ Epiſcopalis, quæ Suffraganeum habere ſolet, poteſt Apoſtolicæ Sedi pro illius deputatione ſupplicare. T. 2. p. 338. n. 47.

Illiuſque ſupplicatio præfertur ſupplicationi pro eodem Suffraganeo habendo exhibitæ poſtea a Minori, qui in futurum Eccleſiæ Præſulem antea deſignatus, & ad legitimam ætatem perveniens, Eccleſiæ adminiſtrationem nactus fuerit. ibid. n. 48.

Vacante Suffraganeatu de tempore, quo Eccleſia ab Adminiſtratore regitur, & gubernatur, Apoſtolica Sedes in Suffraganeum deputare ſolet Adminiſtratorem in Spiritualibus, ſi Epiſcopus non ſit. ibid. n. 49.
Vid. V. Adminiſtratores Eccleſiarum Cathedralium.

Epiſcopus Suffraganeus a Diœceſi, pro qua deputatus eſt ad ſuum munus exercendum, tranſire nequit, abſque Sedis Apoſtolicæ indulgentia, ad munus idem exercendum in alia Diœceſi. T. 2. p. 299. n. 48.

Sedes Apoſtolica hujuſmodi tranſitum permittere non ſolet, niſi juſtis ex cauſis, & accedente conſenſu tam Epiſcopi *a quo*, quam Epiſcopi ad *quem*, & cum ceſſatione congruæ ſuper Eccleſia *a qua*, & nova ejuſdem aſſignatione ſuper Eccleſia *ad quam*. ibid. n. 49.

SUPERIORES REGULARES.

Superiores Regulares, qui mortuo, vel amoto Provinciali regunt Provinciam uſque ad Succeſſoris electionem, ſuccedunt in Provincialis Juriſdictionem, & ſunt Prælati Ordinarii Provinciæ. T. 2. p. 403. n. 23.

Intellige, ut ſuccedant in Juriſdictionem ordinariam, ſecus in delegatam, & ex Privilegio Provinciali competentem. ibid. n. 22.

Hinc, ſi Clerici Seculares alicujus Congregationis poſſint ex Privilegio Apoſtolico promoveri ad Sacros Ordines, cum licentia Provincialis, ad Titulum ejuſdem Congregationis, licentia hæc impetiri nequit ab illo, qui amoto, vel mortuo Provinciali, illius vices gerit. *Vid. V. Ordines Sacri quoad Titulum.*

Superiores Regulares quoad conceſſionem Literarum Dimiſſorialium pro Ordinatione ſuorum ſubditorum? *Vid. V. Literæ Dimiſſoriales pro Ordinatione Regularium. V. Abbas quoad collationem Ordinum.*

Superiores Regulares, nec ex magna, & urgenti cauſa diſpenſare poſſunt contra ſancita per Sacros Canones. T. 2. p. 302. n. 87.

SUPERVIVENTIA.

Vid. V. Indultum Apoſtolicum.

SUPPLICATIONES APOSTOLICÆ.

Supplicationes ſignantur a Papa duplici loco, poſt petitionem nempe, ſeu Corpus narrativæ, & in margine Clauſularum generalium. T. 4. p. 81. n. 70.

Et in prima parte ſignantur cum verbis -- *Fiat, ut petitur* --; & in ſecunda cum verbo -- *Fiat* --. Tom. 3. p. 224. n. 7. & T. 4. p. 81. n. 70.

Gratia tamen ſignata per ſolum verbum -- *Fiat* -- perfecta eſt, & ſuper ea Literæ Apoſtolicæ expediri poſſunt. T. 3. p. 224. n. 3.

Incipit tamen perfectio ejuſdem Gratiæ, etiam ex voluntate Papæ, a die, quo Datarius ſupplicationi *Datam* apponit. *Vid. V. Data. V. Gratia. V. Signatura per Fiat.*

Et ſupplicatio ſignata, & non *datata*, poteſt a Papæ Officialibus lacerari. T. 3. p. 355. n. 282. & 292.

At Supplicatio, in qua defectus ſuppleutur, ſignari debet per verba -- *Fiat, ut petitur* --. T. 3. p. 224. n. 1. & 4.
Vid. V. Regula XLI.

Supplicationes Gratiarum, licet de ſtylo ſignari ſoleant a Pontifice de mane, impoſſibile tamen non eſt, quod Supplicatio aliqua hora inſolita ab ipſo ſignetur. T. 3. p. 89. n. 81.

Supplicationes ſignantur etiam *per Conceſſum*, & quomodo? *Vid. V. Signatura per Conceſſum.*

Concurrentibus duabus Supplicationibus eadem die ſignatis, una per verbum -- *Fiat* -- altera -- *per Conceſſum*, quæ attendi debeat? *Vid. V. Regula XXXIV. V. Signatura per Fiat.*

In Supplicationibus, ſi error aliquis irrepat, quomodo earum Reformatio fieri debet? *Vid. V. Regula LXIV. V. Gratia Cui prius.*

Supplicationes aliquando ante tempus ſignantur; ut poſtea tempore debito datentur: T. 2. p. 277. n. 95.

Idque ſervari ſolet in Gratiis ſuper Beneficiis devolutis, ut durante ſemeſtri, obtineatur Signatura, eoque elapſo, Data. ibid. n. 96.

Quemadmodum hæc cauthela adhibeatur ad effectum Regulæ XXX. *De Verſimili notitia.* ibid. n. 97.

Relaxatio Supplicationis adhuc pœnes Officialem Datariæ exiſtentis, impediri nequit, niſi conſtito de claro, & evidenti malo jure Supplicantis. T. 2. p. 276. n. 79.

Judices, non juxta formam Supplicationum, ſed Literarum expeditarum judicare debent. *Vid. Verb. Regula XXVII. XXXI. & LII.*

Si Literæ Apoſtolicæ diſcrepent a Supplicatione, hæc veluti matrix attenditur. T. 1. p. 206. n. 87. & T. 3. p. 38. n. 73. & 84.

Quemadmodum attenditur *Regeſtrum* Supplicationis, & non Literæ ipſæ. T. 3. p. 38. n. 74.

Niſi Supplicatio, aut *Regeſtrum* eſſet dubium, & Literæ claræ, tunc enim attenduntur ſolum Litteræ. T. 3. p. 39. n. 85.

Attenduntur vero Literæ, ſi Supplicatio notari poſſit de ſubreptione. ibid. n. 86.

Aut, ſi agatur de reſtrictione Gratiæ. ibid. n. 87.

Hinc, quando Supplicatio plures continet Gratias principales, & diſtinctas, ac in Literis de una fit mentio, tunc non Supplicatio, ſed Literæ attenduntur, quamvis ex libris Componendæ appareat illam pro omnibus Gratiis fuiſſe ſolutam. ibid. n. 88. & 89.

Revocatur in dubium hæc ſententia, & explicatur in quibus terminis procedere poſſit. ibid. n. 90. & 91.

Cancellaria poteſt in Expeditione Literarum ſupplere quidquid omiſſum fuit in Supplicatione. Tom. 3. pag. 38. num. 76.

Et ſic extendere clauſulas in Supplicatione apponi conſuetas. ibid. n. 73.

Intellige, quoties non adſit eſſentialis diſcrepantia inter Supplicationem, & Literas, ſecus vero, ſi hæc intercedat. ibid. n. 77.

Quoties *Summariolum* Supplicationis diſcrepat ab ipſius Supplicationis corpore, attenditur *Summariolum*, quod ſolum Papæ legitur. Tom. 1. p. 205. n. 82. & T. 3. p. 38. n. 81.

Hinc, circa valorem Beneficii attenditur ille expreſſus in *Summariolo*, & non in corpore Supplicationis. Tom. 3. p. 39. n. 82.

Et ad dignoſcendum ex quo capite Pontifex Beneficii collationem expleat, *Summariolum* Supplicationis attenditur. T. 3. p. 257. n. 198.

Vigente diſcrepantia inter Supplicationem originalem, & illius *Regeſtrum*, Supplicatio ſolum attenditur. T. 3. p. 39. n. 83. & 98.

Literæ originales, & non *Regeſtrum* Bullarum attenditur, quando iſtud ab illis diſcrepat. ibid. n. 95.

Deperditis Supplicatione, & Literis, ſi earum *Regeſtrum* ſit dubium, recurritur ad Libros Componendæ, vel ad libros Cancellariæ, qui dicuntur *minoris Gratiæ*. ibid. n. 97.
Vid. V. Literæ Apoſtolicæ.

Si tam Supplicatio, quam Literæ Reſignationis, aut Permutatoris

mutatoris Beneficiorum differant a Mandato, poſſunt Supplicatio, & Literæ corrigi ad formam Mandati. T. 3. p. 44. n. 173.

Contrarium, & redditur ratio. *ibid.* n. 174.

Pactum aliquod inter Compermutantes initum, ſi in Literis expreſſum fuerit, non poteſt exequutioni demandari per Judicem, qui ad Literarum tenorem judicium ferre debet. T. 3. p. 39. n. 91.

Contrarium, ſi agatur de pacto, quod exprimi tantum ſoleat in Supplicatione, & non in Literis. *ibid.* n. 93.

Et hujuſmodi generis eſt illud, quod quiſque ex Permutantibus ſolvere teneatur Decimas, & onera ſuper eorum reſpective Beneficiis decurſa uſque ad diem ſignatæ Supplicationis ſuper Gratia permutationis. *ibid.* n. 92.

Pactum, quod expenſæ pro expeditione Bullarum fieri debeant ab uno potius, vel altero ex Permutantibus, in Supplicatione ſolum, & non in Literis exprimitur. *ibid.* n. 94.

Quemadmodum, & illud, quod Reſignatarius Beneficii, etiam pro expeditione Literarum Reſervationis Penſionis favore Reſignantis, expenſas erogare debeat. *ibid.*

Supplicationes, an regiſtrari poſſint ab iis *Regiſtratoribus*, quos Partes ad libitum eligunt, vel potius per Tornum inter ipſos proportionabiliter diſtribui debeant? T. 4. p. 147. n. 23.

SUPPRESSIO IN BENEFICIALIBUS.

In Beneficiorum Suppreſſionibus, Unionibus, & Diſmembrationibus, exprimi debet pro earum validitate verus illorum valor. *Vid. V. Regula XXII.*

Et fieri debet Commiſſio ad partes, vocatis, qui fuerint vocandi; & qui citari debeant? *Vid. eod. V.*

SYLVA CÆDUA.

Sylva, ut dicatur cædua, quæ requiſita concurrere debent? T. 4. p. 157. n. 19.

In colligendis Sylvæ cæduæ fructibus, attenditur tempus a jure, vel conſuetudine præſcriptum, nec ante illud locus eſt inciſioni. T. 4. p. 158. n. 29.

Fructus Sylvæ cæduæ ſemper dicuntur immaturi, quouſque non advenerit tempus, quo Sylva cædi ſoleat. *ibid.* num. 23.

Et Ligna quando ſunt cæſa, dicuntur eſſe in fructu. *ibid.*

Sexennium, ſeu *novennium* præſcriptum pro incidenda Sylva cædua, pro uno anno numeratur. *ibid.* n. 28.

Sylva cædua in Dotem data, Marito debentur tempore inciſionis fructus pro rata temporis, quo ſuſtinuit onera Matrimonii. T. 4. p. 159. n. 37 & 38.

Devoluto Feudo, in quo adſit Sylva cædua, fructus pendentes dividuntur pro rata temporis inter Dominum directum, & hæredem Vaſſalli. *ibid.* n. 39.

Fructus Sylvæ, ſtatis temporibus cædi ſolitæ, integre ſpectant ad Succeſſorem in Beneficio, cujus tempore factus eſt locus inciſioni; nec ſunt pro rata temporis dividendi cum hæredibus prædefuncti Beneficiati. Et aſſignantur rationes. T. 4. p. 158. n. 21. & ſeqq.

Amplia, etiamſi agatur de Sylva cædi ſolita ſingulis novenniis, aut decenniis, & Prædeceſſor Beneficiatus pro majori parte hujus temporis vixerit, & quare? *ibidem* n. 28.

Et quemadmodum Succeſſori in Beneficio fructus omnes, ita & integra Penſio debetur, ſi Sylva locata reperitur. T. 4. p. 159. n. 33.

Intellige Concluſiones præfatas procedere, ubi agitur de Beneficio ſimplici, ſecus vero ſi de Beneficio curato, aut reſidentiali, quo caſu fructus, aut Penſio Sylvæ cæduæ dividi debent pro rata temporis inter hæredes Beneficiati anteceſſoris, & Succeſſorem in Beneficio, & de ratione. *ibid.* n. 34. & ſeqq.

Maxime, ſi Prædeceſſor Beneficiatus per majorem partem temporis præſcripti ad inciſionem Sylvæ, Curam exercuit, aut Beneficio perſonaliter inſerviit. *ibid.* n. 40.

Verum a priori ſententia, etiam reſpectu Sylvæ cæduæ ſpectantis ad Beneficium curatum, vel reſidentiale non eſt in praxi recedendum. *ibid.* n. 42.

Et reſpondetur motivo æquitatis, cui innititur contraria ſententia. *ibid.* n. 43. & 47.

Solumque diviſio fructuum Sylvæ cæduæ inter hæredes Prædeceſſoris, & Succeſſorem in Beneficio admitti poſſet, ſi reditus omnes Beneficii curati, aut reſidentialis in dictis fructibus conſiſterent, itaut, nec congrua alimentaria Beneficiato ſupereſſet. *ibid.* n. 48.

Vid. V. Beneficiatus. V. Fructus.

T

TAXA.

CAncellaria *Taxam* habet fixam a *Joanne XXII.* præſcriptam pro expeditione Literarum Apoſtolicarum T. 4. p. 145. n. 3.

Et aliam *Taxam* nonnulli quoque Auctores exſcribunt. *ibid.* n. 4.

Pro Diſpenſationibus Matrimonialibus, quæ per Officium *minoris Gratiæ* expediuntur, adeſt *Taxa* de ordine clar. mem. Card. *Franciſci Barberini* Typis impreſſa anno 1241. *ibid.* n. 5.

Dataria ſuam quoque habet *Taxam* fixam, tam pro Compoſitionibus, quæ in Pontificis commodum cedunt, quam pro emolumentis debitis illius Officialibus. *ibid.* num. 6. & 7.

Exſcribitur tenor *Taxæ*, quæ ſub bon. mem. *Aurelio Maraldo Pauli V.* Prodatario, confecta fuit tam pro *Magiſtris*, quam pro *Clericis* Regiſtri. *ibid.* n. 8.

Eamdemque, quoad *Clericos* præfatos, ſub graviſſimis pœnis renovavit cl. me. *Card. Corradus.* Tom. 4. pag. 146. num. 11.

Sed *Magiſtri* Taxam *Maraldi*, uti nec authenticam, nec publicatam, nec obſervatam, impugnant. *ibidem* numer. 9.

Taxam pro Regiſtratoribus Supplicationum Apoſtolicarum edidit Cardinalis *Corradus Alexandri VII.* Prodatarius. *ibid.* n. 10.

Nec non aliam *Taxam* pro determinandis controverſiis inter Regiſtratores publici Regiſtri, & Deputatos Regiſtratores Collegii Secretariorum. *ibid.* n. 12.

De pœnis, quibus ſubjacent Officiales Cancellariæ, aut Datariæ, qui aliquid exigunt ultra *Taxam*; & an poſſint illud recipere prætexto celerioris expeditionis? quemadmodum, an recipere valeant æſculenta, & poculenta? *Vid. V. Regula LXVII.*

Taxa, quæ pro *Communi*, & *Minutis ſervitiis* in expeditione Beneficiorum Conſiſtorialium exiſtentium in *Patria Obedientiæ* perſolvitur, eſt *tertia pars* valoris unius anni. T. 3. p. 5. n. 32.

Et *ſexta pars* pro iiſdem Beneficiis exiſtentibus in *Patria reducta.* *ibid.* n. 33.

Idque ex Privilegio *Gregorii XII.* quod licet ad quinquennium elargitum, obſervatum Romæ fuit uti perpetuum. T. 3. p. 6. n. 46.

Beneficiorum fructus a tempore *Joannis XXII.* qui *Taxam* confecit, excreverunt potius, quam decreverunt T. 3. p. 5. n. 34.

Conſtito de diminutione fructuum Beneficiorum Conſiſtorialium, ſæpe Pontifex, aut Sacrum Cardinalium Collegium, proportionabiliter *Taxam* reducere ſolent. *ibid.* n. 35.

Rejicitur ſententia eorum, qui autumant, *Taxas* Beneficiorum in Regno Franciæ exiſtentium, non poſſe vigore Concordatorum adaugeri abſque conſenſu Regis, & Prælatorum Regni. *ibid.* n. 36.

Taxa pro expeditione Literarum Apoſtolicarum ſolvi debent in Ducatis aureis de Camera, vel Florenis. T. 3. p. 3. n. 11.

Per augumentum ſcuti aurei a juliis ſexdecim, ad ſexdecim cum dimidio, alteratæ non fuerunt *Taxæ* Beneficiorum, & redduntur rationes. T. 3. p. 5. n. 38. & p. 6. n. 40. & 41.

Vid. V. Scutum auri.

De *Taxa* reditus Beneficii, aut patrimonii Sacri pro Titulo Sac. Ordinationis? *Vid. V. Ordines Sacri quoad Titulum. V. Patrimonium Sacrum.*

De *Taxa* Beneficiorum pro manutentione Seminarii? *Vid. V. Seminarium quoad Taxam.*

TEMPUS.

Tempus, pro actu aliquo explendo, præfinitum, inducit formam ſubſtantialem, ita ut actus extra tempus geſtum, nullius ſit roboris. T. 1. p. 98. n. 100.

Agere non valenti, tempus non currit. T. 3. p. 151. n. 49.

Legitime impedito non currit tempus a lege ad aliquid peragendum præſcriptum. T. 2. p. 89. n. 185.

Lex, ubi certum tempus deſignat, illud debet eſſe continuum de momento in momentum. T. 3. p. 184. n. 39.

Qui ſe fundat in tempore, tenetur illud concludenter probare. *ibid.* n. 41.

Probatio temporis per diſtantiam itineris, eſt valdo æqui-voca. T. 2. p. 8. n. 18.

De temporis ſpatio, quo, ſive per iter maritimum, ſive terreſtre, poſſit a diverſis diſſitis locis veroſimilis notitia obitus Beneficiati ad Urbem pervenire? *Vid. V. Regula XXX.*
De tempore intra quod expediri debent Literæ Apoſtolicæ? *Vid. V. Literæ Apoſtolicæ quoad tempus illarum expeditionis.*

TERMINUS.

De termino e jure ſtatuto ad præſentandum. *Vid. V. Præſentatio.*
Dies termini, an computetur in termino? *Vid. V. Dies.*
In termino plurium annorum, ultimus annus inceptus non habetur pro completo. T. 2. p. 244. n. 97.
De Termino præfixo electis Epiſcopis ad munus Conſecrationis ſuſcipiendum. *Vid. V. Epiſcopus quoad Conſecrationem.*
De Termino ad expediendas Literas Apoſtolicas. *Vid. V. Literæ Apoſtolicæ quoad tempus illarum expeditionis.*

TESTES.

Teſtium, etſi peritorum, ſolæ depoſitiones non admittuntur ſuper eo, an quis ſit infirmus, veletudinarius &c. ſed copulative requiritur diligens inſpectio, & examinatio Judicis. T. 3. p. 361. n. 359.
Colluſio, ineptia, vel affectio facile dari poteſt in Teſtibus. T. 3. p. 362. n. 369.
Sed hæc non præſumuntur in Officialibus Principum teſtimonium ferentibus circa ea, quæ proprium Officium reſpiciunt. *ibid.* n. 368.

TESTIMONIALES.

Vid. V. Literæ Teſtimoniales.

THESAURARIUS GENERALIS.

Theſaurarius generalis numeratur inter Officiales Sedis Apoſtolicæ in *Extravag. ad Regimen.* illiuſque proinde Beneficia ſunt reſervata reſervatione perſonali. Tom. 1. p. 103. n. 166.
Gaudet Privilegio expediendi *gratis* Proviſiones omnes Beneficiorum etiam Conſiſtorialium. T. 3. p. 41. n. 135.
Quomodo Subcollectores ſpoliorum deputare poſſit? *Vid. V. Subcollectores ſpoliorum.*

TITULATI.

Vid. V. Principes.

TITULI CARDINALITII.

Vid. V. Cardinales quoad Optionem Titulorum. V. Cardinales Titulares.

TITULUS.

Titulus -- *Venerabilis Viri* -- adhibitus in publicis ſcripturis, materiam præſertim Eccleſiaſticam concernentibus, non competit Perſonæ Laicæ, & Uxoratæ. Tom. 2. p. 49. n. 299.
De Titulo Sac. Ordinationis. *Vid. V. Ordines Sacri quoad Titulum. V. Patrimonium Sacrum.*
Reducto Titulo ad non Titulum, an fructus reſtitui debeant a die nullitatis actus, vel potius motæ litis? *Vid. V. Fructus.*
Reducto Titulo ad non Titulum, locum non habet diſpoſitio *Leg. Barbarius, ff. de Off. Prætor.* T. 1. p. 234. n. 69. *Vid. V. Error Communis.*
Titulus verus præfertur putativo, & præſumpto, qui non debet veritati, & tertio præjudicare. *ibid.* n. 71. & p. 240. n. 127. & 128.
Productio Tituli veri facta e Patrono, quando deſtruit Titulum præſumptum a centenaria derivantem? T. 2. p. 55. n. 347.

Titulus in Beneficialibus.

Triennalis Beneficii poſſeſſor, *Titulum* ſolum *coloratum* exhibere tenetur, ut favore Regulæ de Triennali gaudere poſſit. *Vid. V. Reg. XXXVI.*
Et, ex quibus reſultet *Titulus Coloratus*? *Vid. eod. V. & V. Titulus Coloratus.*
Et, an hujuſmodi *Titulum* exhibere teneatur Poſſeſſor decennalis? *Vid. V. Regula XXXVI.*
Poſſeſſio *Decennalis*, & multo magis *Vicennalis*, aut *Tricennalis*, an præſumptionem *Tituli* inducat, etiam adverſus decreta Concilii Tridentini? Tom. 3. p. 166. n. 94. & 96. p. 171. n. 156. *Vid. V. Regul. XXXVI.*
Triennalis Poſſeſſor Beneficiorum incompatibiliter, an teneatur juſtificare legitimum retentionis *Titulum* pro excludendo Impetrante ex capite incompatibilitatis? *Vid. V. Reg. I. quoad Reſervationem Beneficiorum vacantium per Extravag. Execrabilis.*
Et quid, ſi fuerit Decennalis Poſſeſſor? *Vid. eod. V. & V. Regula XXXVI.*
Ordinarii locorum compellere poſſunt quoſcumque plurium Beneficiorum incompatibilium poſſeſſores ad Titulum eorum retentionis exhibendum, T. 1. p. 165. n. 23. Tom. 3. p. 171. n. 157.
Et poſſunt, etiam obtinentes Beneficia ſimplicia compellere, ut ſub eorum privationis pœna, Titulum oſtendant. T. 3. p. 171. n. 160.
Nec Poſſeſſoribus præfatis Beneficiorum, ſive incompatibilium, ſive ſimplicium, juvat Regula de Triennali pro ſe eximendis ab onere exhibendi Titulum ab Ordinariis requiſitum. *ibid.* n. 158. *Vid. V. Reg. I. quoad reſervationem Beneficiorum vacantium per Extrav. Execrabilis Regula XXXVI.*
Lis, ad effectum, ut ſuperſtiti Collitiganti debeatur ſubrogatio gratioſa in juribus defuncti, debet eſſe ſuper Titulo Beneficii, & quando tali modo adeſſe dicatur? *Vid. V. Reg. XXIX.*
Vid. V. Poſſeſſio, Poſſeſſor.
In Beneficialibus, prohibita non eſt reſpectu ejuſdem Perſonæ multiplicatio Titulorum, quatenus incompatibilium. T. 3. p. 71. n. 103.
Et in iiſdem Literis ſæpe quis providetur de Beneficio tanquam *reſervato*, & *non reſervato*. *ibid.* n. 105.
Qui Beneficium prius obtinuit ab Ordinario, uti præſentatus a Patronis, non prohibetur de illo, uti devoluto, ab eodem Ordinario provideri. *ibid.* n. 104.
Conſtitutio *Julii III.* qua cavetur, ut non poſſit quis omiſſo Titulo Apoſtolico, & non facta expeditione Bullarum, redire ad inferiorem Collatorem, in quibus terminis procedat? T. 1. p. 80. n. 413. 416. 417.

Titulus coloratus in Beneficialibus.

Titulus coloratus ille dicitur, qui emanat ab eo, qui gaudet originaria facultate conferendi Beneficia, licet illius exercitium ſit ex aliqua cauſa impeditum. T. 2. p. 210. n. 85. & T. 3. p. 167. n. 100. & 105. p. 170. n. 152.
Hinc Beneficii proviſio, licet nulliter ab ipſo expleta, præſtat nihilominus *Titulum coloratum*. T. 3. p. 167. n. 101.
Coloratus etiam dicitur Titulus, quando non inducitur privatio Beneficii *ipſo jure* a lege vel ab Homine, etſi deficiat conferendi facultas. T. 2. p. 211. n. 86.
Collatio Beneficii, quomodocumque Sedi Apoſtolicæ reſervati, præterquam *ex reſervatione clauſa in corpore Juris*, ab Ordinario expleta, *Titulum coloratum* præſtat. Tom. 1. pag. 42. n. 6. T. 3. p. 167. n. 102. 106. p. 170. n. 153.
Quemadmodum, eundem *Titulum* tribuit collatio Ordinarii de Beneficio, quod ob lapſum temporis ad conferendum, jam erat devolutum. T. 3. p. 167. n. 103.
Et ita priſcis temporibus reſolutum a *DD. Abbreviatoribus de Parco*. *ibid.* n. 109.
Ponderantur rationes in contrarium, eiſque reſpondetur. *ibid.* n. 104. & 105.
Titulus coloratus reſultat ex proviſione Epiſcopi, qui ſit Excommunicatus, vel ſuſpenſus. Redditur ratio, quia excommunicatio, vel ſuſpenſio non adimit Collatori originariam conferendi facultatem. *ibidem* numer. 110. & 111.
Necnon ex proviſione expleta in partibus Germaniæ ab Epiſcopo Electo, nondum confirmato. Tom. 3. p. 168. num. 112.
Aut a Vicario Generali Epiſcopi deſtituto ſpeciali Mandato ad conferendum Beneficia, ſi Epiſcopus paſſus ſit eum conferre. *ibid.* n. 113.
Contrarium, niſi accedat expreſſa ratihabitio Epiſcopi. *ibid.*
Seu, a Vicario Apoſtolico, cui adempta ſit a Papa facultas conferendi Beneficia. *ibid.* n. 114. & 116.
Titulum coloratum non tribuit proviſio Beneficii expleta ab illo, qui Indulto Apoſtolico gaudet conferendi Beneficia certum annuum valorem non excedentia, ſi Beneficium collatum, illum excedat. T. 2. p. 210. n. 85.
Minuſque tribuunt *Titulum coloratum* Proviſiones Beneficiorum factæ a Vicario Capitulari Sede Epiſcopali vacante. T. 3. p. 168. n. 122.
Titulum coloratum non tribuunt proviſiones expletæ a Nun-

ciis

Digitized by Google

ciis Apoſtolicis de Beneficiis excedentibus annuum reditum ſcutorum viginti quatuor. Et quare? T. 3. p. 168. n. 117.

Nec proviſiones factæ a Legatis de Beneficiis exiſtentibus extra fines ſuæ Provinciæ. *ibid.* n. 118.

Aut collationes Beneficiorum expletæ a Cardinalibus Indultariis, non ſervata forma Indulti. *ibid.* n. 119.

Maxime, ſi proviſus a Cardinali de Beneficio excedente valorem *viginti quatuor ducatorum*, novam proviſionem a Sede Apoſtolica intra *quatuor Menſes* non reportaverit, ut ab Indulto præſcribitur. *ibid.* n. 120.

Quemadmodum, nec *Titulum coloratum* præſeferant proviſiones Beneficiorum factæ ab Univerſitate *Studiorum Lovanii* contra formam illius Apoſtolici Indulti. *ibidem* n. 121. & 122. & p. 170. n. 143.

Titulus Coloratus non reſultat ex reſignatione Beneficii, ſi Reſignatarius pacta, & conventiones a Pontifice approbatas non adimplevit. T. 3. p. 168. n. 124. & 125.

Illumque nec præſtat proviſio de Beneficio in manibus Ordinarii dimiſſi, & ab eo ſuorum, vel dimittentis Conſanguineorum ſavore, contra *S. Pii* Conſtitutionem, expleta. *ibid.* n. 126.

Titulum coloratum non præſefert proviſio Beneficii facta ex cauſa illius reſignationis, aut dimiſſionis expletæ intra tempus vacationis, & proviſionis alterius incompatibilis Apoſtolica auctoritate factæ. Tom. 1. pag. 273. n. 4. *Vid. V. Reg. III.*

De quamplurimis aliis caſibus in quibus Titulus dicatur coloratus, vel non, ad effectum præſertim Reg. XXXVI. *de Triennali*? *Vid. V. Regula XXXVI.*

Titulus S. Ordinationis.

Vid. V Patrimonium Sacrum. V. Ordines S. quoad Titulum.

TONSURA.

Vid. V. Prima Tonſura. Verb. Ordines.

TRAJECTUM AD MOSAM.

Vid. V. Eccleſia Collegiata in ſpecie.

TRANSILVANIA.

Vid. V. Imperator.

TRANSLATIO *Epiſcoporum.*

Vid. V. Epiſcopus quoad Tranſlationem.

Tranſlatio Penſionis.

Vid. V. Penſio quoad Tranſlationem.

TRANSUMPTUM SUPER LITERIS APOSTOLICIS.

Vid. V. Datarius.

TRIDENTINA CIVITAS.

Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales in ſpecie.

TRONUS.

Vid. V. Baldachinum.

TURNUS.

Jus turnandi inter fructus Dignitatis, vel Canonicatus numeratur. T. 1. p. 230. n. 41. & p. 248. n. 205. & p. 258. n. 310.

Diviſio Collationum Beneficiorum per Turnum inter Canonicos, præſumitur demandata ad tollenda diſſidia, quæ plerumque oriri ſolent in Proviſionibus Capitulariter faciendis. T. 1. p. 258. n. 313.

Et inducit tantum præſumtionem diviſionis exercitii, non proprietatis juris conferendi. *ibid.* n. 314.

Impedito Canonico Turnario nominationem in ſuo Turno explere, devolvitur illa ad Capitulum, pœnes quem reſidet conferendi proprietas. *ibid.* n. 316.

Diviſo inter Canonicos per Turnum exercitio juris conferendi Capitulo competentis, poteſt Curator Canonici dementis ejus nomine jus Turni exercere. *ibid.* num. 309. & ſeqq.

Contrarium, & redditur ratio. *ibid.* n. 314. & ſeqq.

Canonicis Coadjutoribus cum futura ſucceſſione in Canonicatibus Germaniæ, regulariter indulgetur, quod ad *Jus Turni* admitti valeant. T. 1. p. 258. n. 321.

Diviſio per Turnum, aut ſimultaneæ Beneficiorum collationis, aut exercitii juris conferendi, pluribus modis contingere poteſt, per *Vices* nempe, per *Latera*, per *Annos*, per *Hebdomadas*, per *Dies*. T. 2. p. 124. n. 29.

Diviſo juris conferendi exercitio inter Epiſcopum, & Capitulum per Turnum aliquo ex dictis modis, quando Epiſcopus in ſuo Turno exiſtens gaudeat Alternativa Menſium? *Vid. V. Alternativa in Beneficialibus.*

Diviſo per Turnum exercitio juris conferendi pro majori commoditate Conſociorum, collatio ab uno in ſuo Turno expleta, regulatur, ac ſi ab utroque facta fuiſſet. *ibid.* n. 30.

Vid. V. Simultanea diviſio.

Diviſo exercitio juriſpræſentandi ad Beneficium Jariſpatronatus mixti inter Patronum Eccleſiaſticum, & laicum, an vacante Beneficio in menſe reſervato, dum Patronus Eccleſiaſticus eſt in Turno, ſubjectum illud remaneat Reſervationibus Apoſtolicis? *Vid. V. Juſpatr. mixtum.*

TURONENSES.

Valor *Libræ Turonenſium parvorum* æquivalet valori *Floreni auri* de Camera. T. 3. p. 2. n. 1.

Et Florenus quid importet? *Vid. V. Florenus.*

De *Libris Turonenſibus*, pluries fit mentio in *Clementinis*, & in *Extravagantibus*. *ibid.* n. 2.

Moneta *Turonenſium* ſolum nota in Urbe fuit poſt reditum Curiæ a Civitate Avenionenſi. *ibid.* n. 4.

V

VACATIO.

Vacatio in Beneficialibus.

IN Commenda, quæ ſit vacatio *Juris*, & quæ vacatio *facti*? *Vid. V. Commenda.*

Verbum *vacare*, intelligitur tam de vacatione *juris*, quam *Facti.* T. 1. p. 139. n. 240.

Gratia Proviſionis Beneficii a Papa expleta ex ſola vacatione *de facto*, an prævaleat Proviſioni Ordinarii ex vacatione *facti*, & *juris*. *ibid.* n. 234.

Vacatio *facti* non attenditur in concurſu Proviſi habentis jus ex vacatione *juris*. *ibid.* n. 235.

Indultum Apoſtolicum conferendi Beneficia vacantia reſervata, ſemper intelligitur de vera vacatione *juris*. *ibid.* n. 241.

Et declarantur *Deciſiones* 13. & 14. *poſt Novar.* *ibid* n. 242. & 243.

Contrarium, quod Papa in Indultis præfatis reſpicere ſoleat ad vacationem *de facto*, & non *de jure*. T. 1. p. 140. n. 250. & ſeqq.

Proviſio Beneficii facta ex vacatione *juris* ab Indultario, præfertur proviſioni poſteriori a Sede Apoſtolica factæ ex vacatione *de facto*. T. 1. p. 139. n. 234.

Intellige, ſi vacatio *de facto* nullam habeat aſſiſtentiam juris pro ſe, ſi nempe ſequatur per obitum intruſi, aut alterius nullum habentis Titulum coloratum. T. 1. p. 141. n. 254 & 258.

Vel, ſi ex vacatione *de facto*, Beneficium non remaneat reſervatum. *ibid* n. 255.

Delegatus, qualis eſt Indultarius conferre non poteſt ex vacatione *de jure*, quando collatio ex vacatione *de facto* pertinet ad Papam delegantem. *ibid.* n. 259.

Per aſſequutionem *ſecundi* Beneficii incompatibilis, *primum* nec *de jure*, nec *de facto* vacare dicitur, niſi poſt adeptam illius poſſeſſionem. T. 2. p. 60. n. 395.
Vid. V. Beneficia quoad incompatibilitatem, & pluralitatem.

De vacatione Beneficiorum *apud Sedem*, & *in Curia*. *Vid. V. Beneficia quoad vacationem apud Sedem, & in Curia. V. Regula I. quoad I. Reſervat. contenta in Extravag. ad Regimen.*

Et de aliis vacandi modis. *Vid. V. Beneficia quoad vacationem.*

Vacatio Sedis Apoſtolicæ.

Vid. V. Sede Apoſtolica vacante.

Vacatio Sedis Epiſcopalis.

Vid. V. Capitulum Sede vacante. V. Sedes Epiſcopalis quoad vacationem. V. Vicarius Capitularis.

VALOR IN BENEFICIALIBUS.

De valore Beneficiorum exprimendo in illorum impetratione, illiuſque juſtificatione? *Vid. V. Regula LV.*
Et de obligatione exprimendi in impetratione novi Beneficii valorem aliorum antea obtentorum? *Vid. eod. V.*
De valore exprimendo in Beneficiorum Unionibus, Diſmembrationibus, & Suppreſſionibus? *Vid. V. Reg. XXII.*
De facultate, quod Beneficii valor in Supplicatione expreſſus, augeri poſſit in Literis Apoſtolicis uſque ad *tertiam partem* vigore Regulæ LXV. *Vid. V. Regula LXV.*
Et, an facultas hæc deduci debeat ad exercitium in primis tantummodo Literis, vel poſſit etiam in aliis? *Vid. eod. V.*
Et, an quemadmodum valor in Supplicatione expreſſus augeri, ita, & minui poſſit in Literis, maxime ſi una cum proviſione Beneficii reſervetur ſuper illius fructibus Penſio? *Vid. eod. V.*

VERBA.

Verba, in dubio, intelligi debent de actu vero, non ficto. T. 1. p. 399. n. 153.
Et accipi in vero, & proprio eorum ſignificato. Tom. 4. p. 153. n. 31.
In materia odioſa, & tertio præjudiciali, verba intelligi debent in minori caſu. T. 1. p. 129. n. 112.
Verba per *Ablativum abſolutum*, ſive a lege, ſive ab homine prolata, conditionem, & formam important. T. 3. p. 410. n. 343.

Verba particularia.

Verbum -- *Conſtitutio* -- tanquam genus, comprehendit quamcumque legem, ſive generalem, ſive particularem, ac ſive immediate ab ipſo Principe, ſive ejus auctoritate editam. T. 4. p. 167. n. 46.
Maxime, ſi præponatur dictio *quæcumque*. *ibid.*
Verbum -- *continue* --, quod legitur in *Regula IV.* non judaice, ſed civili modo intelligitur, ita ut *continue* dicatur ſervire, qui inſervit horis, & temporibus competentibus. T. 1. p. 342. n. 86. p. 351. n. 184.
Verbum -- *debet* --, præciſam neceſſitatem importat. T. 3. p. 151. n. 48.
Verbum -- *diſponere* -- proprietatem indicat. Tom. 1. p. 246. n. 187. p. 247. n. 194.
Et veluti generale, comprehendit etiam Inſtitutionem ad Beneficia. T. 3. p. 242. n. 140.
Quemadmodum, & Beneficiorum unionem. T. 1. p. 172. num. 41.
Verbum -- *erit* -- reſpicit tempus tam præſens, quam futurum. T. 1. p. 265. n. 389.
Verba -- *Nulli ergo omnino hominum liceat &c.* -- in Reſcriptis, ac Conſtitutionibus Pontificiis adjici ſolita, vim obtinent Decreti irritantis. T. 1. p. 208. n. 113.
Verbum -- *omne* -- eſt univerſale, & prædicatur de pluribus differentibus numero, non ſpecie. T. 2. p. 81. n. 95.
Verba -- *omnino debeant* -- ſunt præciſa, & vim habent Decreti irritantis, actum aliter geſtum infringentis. T. 1. p. 98. n. 99.
Limita, ſi contravenienti impoſita fuerit certa pœna, vel ſi præfata verba reſpiciant exercitium, & non ſubſtantiam Gratiæ. T. 1. p. 99. n. 110.
Verbum -- *oportebit* -- reſpicit tempus tam præſens, quam futurum. T. 1. p. 265. n. 388.
Verbum -- *ordinatio* -- comprehendit quamcumque legem, ſive generalem, ſive particularem, ac ſive ab ipſo Principe, ſive ejus auctoritate ab Inferiori editam. Tom. 4. p. 167. n. 48.
Verba -- *pertinere*, *& ſpectare* -- dominium quoque, & proprietatem denotant. T. 1. p. 246. n. 189.
Maxime, quando nulla concurrit ratio, ob quam reſtringi debeant ad ſolum uſum, & exercitium, & qualitas ſubjectæ materiæ *proprietatem* non excludat. *ibid.* n. 189. & 191.
Verbum -- *pertinere* -- quandoque *poſſeſſionem* indicat. *ibid.* n. 190.
Verbum -- *poteſt* -- arbitrium, & facultatem importat. T. 4. p. 102. n. 17.
Verbum -- *providere* -- relatum ad Perſonas Eccleſiaſticas, plenam collationem importat. T. 1. p. 246. n. 188.
Et in favorabilibus comprehendit *Electiones*, & *Inſtitutiones* ad Beneficia. T. 2. p. 264. n. 45.
Verbum -- *quidquam* -- generale eſt, & nihil excludit. T. 4. p. 146. n. 17.
Verbum *ſi quis* comprehendit tam maſculinum, quam Fœmininum. T. 2. p. 339. n. 32.
Verbum *tenetur*, præciſam neceſſitatem importat. Tom. 3. p. 170. n. 48.
Verbum -- *vacabit*, vel *vacaturis* --, reſpicit tempus tam præſens, quam futurum. T. 1. p. 265. n. 390.
Licet aliter dicendum, ſi juncta ſit illis dictio -- *deinceps* -- quæ reſpicit ſolum tempus futurum. *ibid.* n. 390. & 391. *Vid. V. Dictiones.*
Intellige ſupradicta verba comprehendere tempus *præſens*, *& futurum* non ex propria eorum ſignificatione, ſed juxta mentem, & intentionem Concedentis. *ibid.* n. 392. & 393.
Verbum -- *vacare* -- intelligitur tam de vacatione *juris*, quam de vacatione *facti*. T. 1. p. 139. n. 241. *Vid. V. Vacatio in Beneficialibus.*
Verbum -- *vacare* -- generale eſt, aptumque comprehendere vacationem Beneficii, nedum per obitum poſſeſſoris, ſed ex quocumque alio modo reſultantem. T. 1. p. 112. n. 300.
Verbum -- *vacare contigerit* -- reſpiciunt tempus futurum, & Beneficia vacatura. T. 1. p. 365. n. 386.
Verbum -- *Volumus* -- non declarat jus antiquum, ſed jus novum inducit. T. 1. p. 201. n. 51. p. 398. n. 149. *Vid. V. Dictiones.*

VICARIA.

Vicariæ temporales, & ad nutum amovibiles, reſervationibus Apoſtolicis non ſubjacent. T. 2. p. 27. n. 77.
Et hujuſmodi generis ſunt Vicariæ Regularium. *ibid.* n. 78.
Vicariæ perpetuæ, quæ dantur in *Titulum*, ſunt Beneficia Eccleſiaſtica. *ibid.* n. 79.
An, & quomodo ſubjaceant reſervationibus Apoſtolicis? *Vid. V. Regula IX. quoad Beneficia quæ illius reſervationi ſubjacent.*
Vicariæ perpetuæ unitæ Monaſteriis Curam animarum habentibus, conferuntur ad nominationem Abbatis, vel Monachorum. T. 2. p. 96. n. 252.
Quemadmodum illæ, quæ ſunt unitæ Collegiatæ Urbis conferuntur ad Capitulorum nominationem. *ibid.* numer. 253.
Vicarius perpetuus in Parochialibus unitis deputatur ad nominationem eorum, quibus facta eſt unio. *ibid.* numer. 254.
Nec *Regula* IX. nec Concordata derogant hiſce nominationibus. *ibid.* n. 255.
Jus nominandi ad Vicarias, competit de jure communi, & non eſt juſpatr. Eccleſiaſticum. T. 2. p. 97. n. 259.
Vicariæ perpetuæ, an ſubjacent nominationibus Univerſitatis Studiorum Lovanii? *Vid. V. Univerſitas Studiorum Lovanii.*
Vicariæ perpetuæ ſpecialiter affectæ ob appoſitionem manus Papæ, pertinent ad illius liberam diſpoſitionem, abſque nominatione Abbatis, vel aliorum, quorum Eccleſiis ſunt unitæ. T. 1. p. 46. n. 55. T. 2. p. 28. n. 94.
Nec de ſtylo Datariæ requiritur tali caſu ſpecialis derogatio Conſtitutioni *S. Pii V.* T. 2. p. 28. n. 95.
Vicariæ perpetuæ provideri debent, non ad nominationem, ſed per Concurſum, ſi adſit immemorabilis, vel Centenaria obſervantia. *ibid.* n. 96.
Pontifices, ſecluſa etiam hujuſmodi obſervantia, aliquando mandarunt Vicarias provideri per Concurſum. *ibid.* n. 97.

VICARIUS.

Vicarius Apoſtolicus.

Vicarius Apoſtolicus, Sede Epiſcopali vacante, deputatus, an poſſit Literas Dimiſſoriales concedere? *Vid. V. Literæ Dimiſſoriales.*
Mortuo Epiſcopo, cui Vicarius Apoſtolicus deputatus fuerat, non poteſt Capitulum ad electionem Vicarii Capitularis devenire. T. 2. p. 366. n. 195.
Vicarius Apoſtolicus, digniorem ex approbatis in Concurſu, præeligere non poteſt, ſed illius Acta ad Datariam tranſmittere tenetur. T. 2. p. 25. n. 60.
Vicarius Apoſtolicus eadem gaudet in Juriſdictionalibus poteſtate, qua fruitur Epiſcopus. T. 3. p. 168. n. 115.
Proviſio Beneficiorum ab ipſo expleta tribuit titulum coloratum, quamvis ei adempta fuerit a Papa conferendi facultas. *ibid.* n. 114. & 116.

Vicarius Capitularis.

Mortuo Epiſcopo, cui Vicarius Apoſtolicus deputatus fuerat, non poteſt Capitulum ad electionem Vicarii Capitularis devenire. T. 2. p. 366. n. 195.

Capitulum in electione Vicarii Capitularis, nil hodie ſibi reſervare poteſt, ſed omnimoda juriſdictio, quæ Epiſcopo competebat, privative ad illud, tranſit in Vicarium Capitularem. T. 2. p. 369. n. 230. 231. 234 & 249.

Et, ſi Capitulum facultates aliquas ſibi reſervaret, adhuc juxta praxim Sacræ Congregationis Epiſcoporum, Vicarius Capitularis munus ſuum libere exercere poſſet. T. 2. p. 370. n. 232. & 233.

Vicarius Capitularis, *ſede vacante*, ſuccedit in omnimoda Juriſdictione Epiſcopali. T. 2. p. 391. n. 68.

Diſpenſare poteſt ſuos Subditos a qualibet Cenſura, ſive a Jure, ſive ab Homine lata, ſuper qua diſpenſare poterat Epiſcopus, ſi vixiſſet. T. 2. p. 392. n. 72.

Et, an abſolvere poſſit proprios Subditos ſine Literis Dimiſſorialibus Ordinatos? *Vid. V. Literæ Dimiſſoriales.*

Quemadmodum, an poſſit abſolvere a ſuſpenſione Clericos Ordinatos intra annum vacationis Sedis Epiſcopalis vigore Brevium Apoſtolicorum *extra tempora* abſque Literis Dimiſſorialibus Epiſcopi vicinioris, ſeu potius abſolutio ſpectet ad Epiſcopum ipſum viciniorem? *Vid. eod. V.*

Vicarius Capitularis Sede vacante non ſuccedit in Juriſdictione delegata Epiſcopi. T. 2. p. 391. n. 63.

Nec in facultate diſpenſandi in gradibus prohibitis, aut ſuper defectu Natalium, quæ per Sedem Apoſtolicam Epiſcopo impertita fuerit. *ibid.* n. 64.

Minuſque in iis, quæ Epiſcopo competunt ratione *Ordinis*, & muneris Epiſcopalis. *ibid.* n. 65.

Contrarium, quod Vicarius Capitularis ſuccedat Epiſcopo, etiam in iis, quæ dependent, ſeu adnexa ſunt Ordini. T. 2. p. 392. n. 78.

Hac ratione, committere poteſt Ordinum collationem, ac Virginum, & Eccleſiarum conſecrationem, quæ Ordinis Epiſcopalis ſunt. *ibid.* n. 79. & 80.

Vicarius Capitularis, ſeu Capitulum, non ſuccedit in facultate conferendi Beneficia, quia facultas hæc non ſpectat ad legem Juriſdictionis. T. 1. p. 320. n. 48. p. 328. n. 143. & 145.

Vid. V. Capitulum Sede Epiſcopali vacante.

Hinc, Beneficii collatio a Vicario Capitulari expleta Sede Epiſcopali vacante, Titulum coloratum non tribuit. T. 3. p. 168. n. 122.

Vicarius Capitularis, an, & quando poſſit diſpenſare ſuper Interſtitiis cum promovendis ad Sacros Ordines. *Vid. V. Ordines Sacri quoad Interſtitia*

Et, an, & quando valeat Literas Dimiſſorias concedere? *Vid. V. Literæ Dimiſſoriales.*

Vicarius Capitularis, an, & quando concedere poſſit Literas Teſtimoniales ſuis Subditis, qui *Breve extra tempora* pro Ordinibus Sacris ſuſcipiendis Epiſcopo Viciniori directum, obtinuerunt? *Vid. eod. V.*

Vicarius Capitularis, digniorem ex approbatis in Concurſu ad Parochialem, præeligere non poteſt, ſed illius Acta ad Datariam tranſmittere tenetur. T. 2. p. 25. n. 60.
Vid. Verb. Parochiales quoad Concurſum, & præelectionem.

Vicarius Capitularis, an Sede vacante admittere poſſit Permutationes Beneficiorum? *Vid. V. Permutatio in Beneficialibus.*

Vicarius Capitularis, cui aſſignatum fuit ſalarium, non gaudet in abſentia Diſtributionibus quotidianis. T. 1. p. 376. n. 232.

In Vicarium Capitularem eligi non poteſt, niſi Doctor in publica Univerſitate laureatus. T. 2. p. 210. n. 79. & 80.

Hinc Doctores creati a Collegio Protonotariorum de numero participantium in Vicarios Capitulares eligi non poſſunt. *ibid.*

Sed hodie aliter dicendum attenta Conſtitutione Sanctiſſ. D. N. BENEDICTI XIV. de qua Tom. 2. pag. 210. † *Vid. V. Doctor, Doctoratus.*
Vid. V. Capitulum Sede Epiſcopali vacante.

Vicarius Generalis Epiſcopi.

Epiſcopus, ejuſque Vicarius Generalis, unicum conſtituunt Tribunal. T. 3. p. 400. n. 62.

Intellige in cauſis ordinariis, ſecus in Delegatis, quarum reſpectu, Tribunal Vicarii diverſum eſt ab illo Epiſcopi. *ibid.* n. 64.

Literas Apoſtolicas Vicario directas, an exequi poſſit Epiſcopus? *Vid. V. Literæ Apoſtolicæ quoad executionem.*

Vicarius Generalis Epiſcopi Cardinalis, an ſit illius familiaris, ejuſque Beneficia obnoxia reſervationi Regulæ IV. *Vid. Verb. Familiares Cardinalium.*

Geſta per Vicarium Generalem poſt Tranſlationem Epiſcopi, etſi ignoratam, an ſuſtineantur? *Vid. V. Epiſcopus quoad Tranſlationem.*

Epiſcopus non tenetur totam Juriſdictionem ſuo Vicario Generali communicare, ſed poteſt eam reſtrictam, & ad ſui libitum limitatam, concedere. T. 2. p. 370. n. 236.

Vicarius Generalis abſque ſpeciali facultate ei ab Epiſcopo impertita, abſolvere nequit male promotos ad Ordines in iis caſibus, in quibus Epiſcopus illos abſolvere poteſt. T. 2. p. 396. n. 111.

Vicarius Generalis, an admittere poſſit Beneficiorum permutationes? *Vid. V. Permutatio in Beneficialibus.*

Vicarius Generalis, ſine ſpeciali facultate, conferre nequit Beneficia, quamvis illi ab Epiſcopo indefinita Juriſdictio delegata fuerit. T. 1. p. 231. n. 47.

Et, an collatio Beneficii expleta a Vicario Generali deſtituto ſpeciali facultate conferendi Beneficia, tribuat Titulum coloratum, ſi Epiſcopus patiatur eum conferre? *Vid. V. Titulus coloratus.*

Beneficium, quod Sede Epiſcopali plena vacavit, rite confertur a Vicario Generali facultate conferendi Beneficia gaudentem, quamvis tempore Collationis Epiſcopus in remotis degens, deceſſiſſet. T. 1. p. 262. n. 362.

Vicarius Urbis.

Vid. V. Cardinalis Urbis Vicarius.

VICE-CANCELLARIUS.

Vid. V. Cardinalis Vice-Cancellarius.

VICE-DOMINATUS.

De origine, & Inſtitutione *Vice-Dominatus*, &, an ſit Officium Eccleſiaſticum in *Titulum* Beneficii perpetui conferri ſolitum, ita ut ſubjaceat Reſervationibus Apoſtolicis? T. 2. p. 61. n. 412.
Vid. V. Officia Eccleſiaſtica. V. Perſonatus.

VICE-LEGATUS AVENIONENSIS.

Vice-Legati *Avenionenſes*, iiſdem modo gaudent facultatibus, quibus olim gaudebant Legati. T. 2. p. 185. n. 46.

Et de facultatibus, quæ Legatis competebant. Remiſſive. *ibid.* n. 45.

Vice-Legati *Avenionenſes* facultate gaudent creandi Protonotarios Apoſtolicos, & quidem ampla, & indefinita, non ad certum numerum reſtricta *ibid.* n. 47.

Conferre non poſſunt Dignitates poſt Pontificalem majores in Cathedralibus, & principales in Collegiatis. T. 2. p. 188. n. 36.

Vice-Legati *Avenionenſes* veniunt ſub nomine *Rectorum in Terris* Eccleſiæ, de quibus fit mentio in *Extrav. ad Regimen* ad effectum, ut Beneficia, quæ obtinent, ſint obnoxia Reſervationi in ead. *Extrav.* contentæ. Tom. 1. p. 103. n. 163.

ULTIMUS STATUS IN BENEFICIALIBUS.

Vid. V. Beneficia quoad Statum. V. Beneficia Regularium quoad Statum.

UNIO IN BENEFICIALIBUS.

Beneficiorum unio, quot modis fieri poſſit? T. 2. pag. 60. n. 402. & ſeqq.

In Beneficiorum unione, pro illius validitate exprimi debet utriuſque Beneficii valor, etiamſi expleatur in Germania, & Gallia? *Vid. V. Gallia. V. Germania. V. Regula XXII.*

Et fieri debet *Commiſſio ad partes*, vocatis qui fuerint vocandi, & qui citari debeant? *Vid. V. Regula XXII.*

Et an idem procedat in diſſolutione unionis Beneficiorum? *Vid. eod. V.*

In unione Beneficiorum, quæ expletur favore Menſæ, vel Eccleſiæ, non eſt facienda mentio Beneficiorum, quæ eiſdem Eccleſiæ, vel Menſæ antea unita fuerunt. T. 2. p. 282. n. 11.

Uniones Beneficiorum, quæ ſuum ſortitæ non ſunt effectum vivente Pontifice, qui illas explevit, an, & quando revocentur per Regulam XIII. *Vid. V. Regula XIII.*

Et, ex quibus emergat unionem ſuum fuiſſe ſortitam effectum? *Vid. eod. V.*

Beneficia unita, an, & quando ſubjaceant reſervationi Regulæ IX. *Vid. V. Regula IX. quoad Beneficia, quæ illius reſervationi ſubjacent.*

Papa confirmat ſolum uniones auctoritate Ordinariorum, vel Legatorum legitime factas. T. 2. p. 286. n. 73.

Super unionibus auctoritate Apoſtolica expletis, non datur confirma-

confirmatio, ſed Gratia in forma -- *etiam valere* --. T. 2. p. 286. n. 74. & 75.
Uniones Beneficiorum ab Ordinariis nulliter expletas, Pontifex non confirmat, ſed juſta concurrente cauſa illas de novo explet. Et referuntur exempla. *ibid.* n. 76.

UNIO BENEFICIORUM VIGORE CONCILII TRIDENTINI.

De Unione Beneficiorum ab Epiſcopo facienda Seminario vigore Concilii Tridentini. *Vid. V. Seminarium quoad unionem Beneficiorum.*
Poſſunt Epiſcopi vigore Concilii Tridentini perpetuo inter ſe unire Eccleſias Parochiales, & alia Beneficia Curata, vel non Curata, Curatis, propter eorum paupertatem. T. 2. p. 172. n. 135.
Amplia, etiamſi Parochiales, & Beneficia Curata, vel non Curata, ſint Apoſtolicæ Sedi reſervata, & affecta. *ibid.* & p. 175. n. 162.
Et hujuſmodi Uniones paſſim Sac. Congregat. Concilii approbare ſolet. T. 2. p. 173. n. 136.
Si Parochiani ſe offerant pauperem Eccleſiam Parochialem dotare, vel dirutam reſtaurare, permiſſum non eſt Epiſcopo ex motivo paupertatis, eam alteri Parochiali unire. *ibid.* n. 137.
In Unionibus Eccleſiarum Parochialium vigore Concilii ab Epiſcopo explendis, Capituli conſenſus non requiritur. *ibid.* n. 138.
Contrarium. Et redditur ratio. *ibid.* n. 139.
In Beneficiorum Unionibus per Epiſcopum faciendis, de jure requiritur conſenſus Capituli. *ibid.* n. 140.
Sed conſenſus iſte neceſſe non eſt, quod interveniat ante, vel in actu Unionis, ſed ſufficit, quod, poſt actum jam perfectum, accedat. *ibid.* n. 142.
Capitulo irrationabiliter conſenſum ſuum præſtare renuente, Sacra Congregatio Concilii Epiſcopis demandare ſolet, ut abſque illo ad Parochialium, vel Beneficiorum Curatorum Uniones deveniant. *ibid.* n. 143.
Sed, an in præfatis Unionibus vocandi ſint Patroni, Rectores Eccleſiarum, & Plebs? An eorum conſenſus requiratur, & an iſte intervenire debeat in ipſo actu Unionis? *Remiſſive.* T. 2. p. 174. n. 144. *Vid. V. Reg. XXII.*
Si in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis inſignibus adeo tenues ſint Præbendæ ſimul cum Diſtributionibus quotidianis, ut ſuſtinendo decenti Canonicorum gradui non ſufficiant, poteſt Epiſcopus, cum conſenſu Capituli, nonnulla Beneficia ſimplicia iis unire. *ibid.* n. 145.
Amplia, quod poſſit Epiſcopus ad hujuſmodi effectum unire etiam Beneficia reſervata, & affecta. *ibid.* & p. 175. n. 162.
Unio præfata, an expleri poſſit favore Præbendarum, quas obtinent *Canoniſſæ* Collegiorum Utriuſque Sexus, ſi tenues illæ ſint? T. 2. p. 174. n. 146.
Pro dictæ Unionis validitate requiritur copulativus concurſus tenuitatis tam Præbendarum, quam Diſtributionum, nec ſufficit quod Diſtributiones ſint tenues, quando pingues ſunt Præbendæ. *ibid.* n. 147.
Si Præbendæ ſint pingues, Diſtributiones tenues, ad occurrendum harum tenuitati, ſeparari debet per Epiſcopum tertia pars fructuum Præbendarum, aliorumque proventuum Eccleſiæ, & in Diſtributionum augumentum converti. *ibid.* n. 148.
Unio Beneficiorum pro quotidianarum Diſtributionum augumento, expleri non poteſt per Epiſcopum, niſi ſingulis Præbendis diſtributive, non autem favore Menſæ Capitularis. *ibid.* n. 149. & p. 177. n. 183.
Minuſque favore Maſſæ earumdem Diſtributionum. T. 2. p. 174. n. 150.
Amplia, etiamſi in Cathedrali, vel Collegiata inſigni non adſint Præbendæ diſtinctæ, ſed reditus omnes in Diſtributionibus conſiſtant. *ibid.* n. 151.
Sed in hoc caſu adeundus eſt Pontifex pro Unione. T. 2. p. 175. n. 154.
Epiſcopis permiſſum non eſt unire Eccleſias Parochiales Præbendis Canonicalibus ad effectum augendi Diſtributiones quotidianas. *ibid.* n. 154.
Et Sacra Congregatio Concilii ſæpe denegavit Epiſcopis facultatem deveniendi ad ſimiles Uniones. *ibid.* n. 157.
Amplia, etiamſi ageretur non de Unione extinctiva Tituli Parochialis, ſed de Unione tantum illius fructuum, remanente, ut prius, Cura a Parocho adminiſtranda. *ibid.* n. 158. & 159.
Si per Unionem Beneficiorum ſimplicium provideri non poſſit decenti Canonicorum gradui, ſupprimi debet aliqua ex Præbendis, illiuſque fructus cæteris Præbendis in augumentum Diſtributionum quotidianarum applicari. *ibid.* n. 156.
Epiſcopi, nec facultate gaudent uniendi Præbendis pro augumento Diſtributionum Parochiales, & Beneficia *habitu* tantum Curata. T. 2. p. 175. n. 160.
Aut Eccleſias Parochiales dirutas, etiamſi Unio fieret in actu Sac. Viſitationis. *ibid.* n. 161.
De Unione Præbendæ primo vacaturæ ab Epiſcopo vigore Concilii facienda Officio Pœnitentiariæ, ac Unione Beneficiorum ſimplicium facienda tam eidem Præbendæ, quam Præbendæ Theologali, ſi eorum fructus tenues ſint? *Vid. V. Præbenda Pœnitentiaria & Theologalis.*
Concilium Tridentinum nullibi diſponit, quod Menſæ Capitulari uniri poſſint Beneficia ex Cauſa Muſicæ, & Cantus. T. 2. p. 177. n. 182.
Et ob id unio præfata, tempore Pontificis, qui illam explevit, effectum non ſortita, ſubjacet Revocationi Regulæ XIII. *Vid. V. Regula XIII.*
Revocationi Regulæ præfatæ non ſubjacent uniones expletæ vigore *Concilii Tridentini*; & ante ejuſdem Regulæ editionem effectum non ſortitæ. *Vid. eod. V.*
Si Beneficiorum Uniones expleantur ab Ordinariis contra *Concilii Tridentini Decreta*, vel *contra eorumdem Decretorum formam*, remanent Beneficia vigore *Regulæ* I. Sedi Apoſtolicæ reſervata. *Vid. V. Reg. I. quoad Reſervationem Beneficiorum de quibus per Ordinarios Collatores contra Concilii Tridentini Decreta &c.*
Hinc Unio Beneficii Secularis facta Eccleſiæ Regulari ſine legitima cauſa, & ſolemnitatibus, dicitur facta *contra Concilium*, & beneficium remanet reſervatum. Tom. 2. p. 168. n. 4.
Vid. eod. V.

UNIVERSITAS STUDIORUM.

Indulta Univerſitatibus Studiorum a Sede Apoſtolica conceſſa nominandi, ſeu diſponendi de certi generis Beneficiis, ſtricte ſunt interpretanda. T. 3. p. 15. n. 32. & 34.
Ad differentiam Indultorum, quæ conceduntur Ordinariis Collatoribus, quæ latam recipiunt interpretationem. T. 3. p. 14. n. 31.
Indulta Univerſitatibus præfatis elargita, non habent vim contractus cum Sede Apoſtolica. T. 3. p. 15. n. 36.
Nec illis ineſt publicus ille favor, quem habent Concordata. *ibid.* n. 39.
Quemadmodum, nec continent favorem, qui favori Eccleſiæ ſit præferendus. *ibid.* n. 38.
Indulta præfata, quæ tollunt *Expectativas* ad Beneficia ſub iis comprehenſa, an tollant etiam Coadjutorias ſuper iiſdem Beneficiis? *Vid. V. Coadjutoria, V. Univerſitas ſtudiorum Coloniæ.*
Indulta prædicta, an ſubjaceant revocationibus contentis in Regulis IX. & XV. *Vid. V. Reg. IX. quoad Derogationem Indultis conferendi Beneficia in Menſibus Apoſtolicis, & V. Reg. XV.*
Beneficia, quæ conferuntur ad nominationem Univerſitatum Studiorum, an ſubjaceant Primariis Precibus Imperialibus? *Vid. V. Primariæ Preces.*
Jus nominandi ad Beneficia, ex Indulto Apoſtolico Univerſitatibus ſtudiorum competens, non ſe extendit ad Beneficia Juriſpatronatus Laicalis, vel mixti. Tom. 3. p. 19. n. 87.

Univerſitas ſtudiorum Coloniæ.

Univerſitas ſtudiorum *Coloniæ* Indulto gaudet ab *Alexandro VI.* ei conceſſo, quod nonnulli Canonicatus conferri debeant illius Rectoribus, & Lectoribus, non obſtantibus quibuſcumque Proviſionibus Apoſtolicis, Gratiis, *Expectativis, &c.* T. 3. p. 13. n. 15.
Nec Indulto præfato derogatum fuit per aliud Indultum a *S. M. Innocentio XII.* eidem Univerſitati conceſſum. T. 3. p. 14. n. 23.
Per Indultum *Alexandrinum* excluduntur Coadjutoriæ cum futura Succeſſione ſuper Beneficiis in eo comprehenſis. Et redduntur rationes. T. 3. p. 13. n. 16. 19. 20. & 21.
Nec expedit, ut Indulto præfato derogetur, ad effectum, ut locus eſſe poſſit earundem Coadjutoriarum conceſſioni. T. 3. p. 14. n. 27.
Contrarium, quod Indultum *Alexandrinum* licet tollat Gratias *Expectativas*, præſervet tamen Coadjutorias, & redduntur rationes. *ibid.* n. 29. & ſeqq.
Et ita deciſum. T. 3. p. 15. n. 44.
Vid. V. Coadjutoria.
Teſtimonium Univerſitatis *Colonien.* requiſitum ad effectum, ut reſignari poſſint Canonicatus ſub Indulto *Alexandrino* comprehenſi, ſuppleri poteſt à Judice, vel adimpleri per æquipollens. *ibid.* n. 45. & 46.

Univer-

Univerſitas Studiorum Lovanii.

Univerſitas Studiorum *Lovanii* nonnullis priſcis temporibus fruebantur Apoſtolicis Indultis nominandi ad Beneficia exiſtentia in *Civitate*, *Diœceſi*, *& Patria Leodienſi*. T. 2. p. 94. n. 238.

Et, an dictæ nominationes locum haberent in ſex Menſibus per Concordata Germaniæ aſſignatis Collatoribus Ordinariis? T. 2. p. 95. n. 239.

Vigentibus ſupradictis Indultis, cognitio controverſiarum, quæ ſuper validitate nominationum oriebantur, non ad Univerſitatis Conſervatores, ſed ad Tribunalia Urbis ſpectabat. *ibid.* n. 240.

Abrogatis antiquis Indultis, *Paulus V.* Decano Univerſitatis facultatem conceſſit conferendi Dignitates, Canonicatus, & Beneficia Civitatis, & Diœceſis *Leodien.* vacantia in Menſibus *Januarii*, & *Novembris*, anno diſpari currente, & in Menſe *Novembris* tantum, currente anno pari. *ibid.* n. 241.

De variis exceſſibus commiſſis a *Lovanienſibus* in abuſu Indulti *Paulini*, quod fuit ob id ſuſpenſum a *Clemente IX.* & poſtea abuſibus ſublatis, redintegratum a *Clemente X.* T. 2. p. *96.* n. 247. & 248. & 249.

Indultum *Paulinum* non emanavit ex mera Gratia, ſed pro bono pacis, & ſapit naturam *pacti*, & *Concordiæ* cum Sede Apoſtolica. T. 2. p. *97.* n. 261.

Et a Rota æquiparatum fuit *Concordatis Germaniæ*. T. 2. p. 95. n. 242. p. *97.* n. 262. & p. 195. n. *64.*

Contrarium, quod Indultum *Paulinum* non habeat vim *pacti*, & *Concordiæ* inter S. Sedem, & *Lovanienſem Univerſitatem*, & quare? Tom. 2. p. *97.* n. 265. & ſeqq. & p. 98. n. 269.

Eidemque Papa derogare poteſt. T. 2 p. 195. n. 67.

Indultum præfatum ſubrogatum fuit loco aliorum Indultorum, quibus prius gaudebat Univerſitas, quæque merum, & nudum Privilegium præſeferebant. T. 2. p. *97.* n. 266.

Indultum *Lovanienſe*, quamvis non habeat vim *pacti*, & *Concordiæ* cum Sede Apoſtolica, adhuc non cenſetur revocatum per *Regulam IX.* *ibid.* num 260. 262. & 263. p. 98. n. 271. 272. p. 195. n. 65.

Minuſque per Regulam XV. T. 2. p. 195. n. 63. 66. & ſeqq. *Vid. V. Regula XV.*

Eidemque Indulto nec derogant Concordata Germaniæ. T. 2. p. *96.* n. 255.

Indultum *Paulinum* non impedit Coadjutorias cum futura ſucceſſione ſuper Beneficiis, quæ ſub eo comprehenduntur, proindeque nequit *Decanus* conferre decedente Coadjuto in Menſibus Univerſitatis, & quare? T. 2. p. 95. n. 244. 246.

In Literis Coadjutoriarum, quæ hodie expediuntur ſuper Beneficiis præfatis, derogari ſolet Indultis *Lovanienſium*, & Concordatis Germaniæ. T. 2. p. *96* n. 250.

Indulto *Lovanienſi*, an ſubjaceant Beneficia Eccleſiarum exemptarum exiſtentium in Diœceſi, & Patria Leodienſi? T. 2. p. *99.* n. 273.

Comprehendit Beneficia, quæ tempore nominationis jam vacabant, quæque alteri collata non ſint. T. 4. p. 512. num. 19.

Contrarium, & ita ſtatutum per ſuum Breve a *Clemente X.* *ibid.* n. 20.

Indultum *Lovanienſe* comprehendit Beneficia de Jurepatr. Eccleſiaſtico. T. 2. p. *96.* n. 258.

Sed non illa Juriſpatr. laicalis, aut mixti. T. 3. p. 19. n. 87.

Indultum *Lovanienſe* non comprehendit Beneficia, quæ ſunt *infra duas Marchas*, nec Beneficia ſervitoria, & affecta Cantoribus. Tom. 2. pag. *96.* n. 256.

Minuſque Vicarias perpetuas. *ibid.* n. 251. & ſeqq

Beneficia vacantia Sede Epiſcopali viduata Paſtore, an ſubjaceant Indulto *Lovanienſium*? T. 1. p. 269. n 426. & 427.

Indultum *Lovanienſe* non comprehendit Beneficia Conſiſtorialia, ſeu in Libris Cameræ taxata. T. 2. p 95. n. 243.

Nec Dignitatem majorem poſt Pontificalem in Eccleſia Cathedrali *Leodien.* minuſque Dignitates principales in quibuſcumque Collegiatis. *ibid.*

Quemadmodum exempta ſunt ab Indulto *Beneficia apud Sedem vacantia*, *& alias reſervationi*, *vel affectioni in corpore juris clauſa* Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni reſervata, ut in eo legitur. *ibid.*

Univerſitas *Lovanienſis*, quæ Indulto gaudet Apoſtolico nominandi ad certi annui reditus Beneficia, nominare nequit ad ea, quæ illum excedunt, prætextu, quod valor Beneficiorum omnium Germaniæ exprimitur in Ducatus 24. T. 2. p. 183. n. 17. T. 4. p. *64* n. 51. *Vid. V. Regula LV.*

Sed in nominationibus præfatis exprimi debet verus Beneficii valor, ut dignoſcatur, an illud ſub Indulto comprehendatur. T. 2. p. 183. n. 18.

Proviſiones Beneficiorum expletæ ab Univerſitate *Lovanii* contra formam illius Apoſtolici Indulti, nec Titulum coloratum tribuunt. T. 2. p. 168. n. 121. p. 170. n 143.

Beneficia vacantia in Menſibus Univerſitati *Lovanii* aſſignatis, an ſubjaceant primariis precibus Imperialibus? *Vid. V. Primariæ Preces.*

VOTANTES SIGNATURÆ.

Votantes Signaturæ ſubrogati fuerunt *ab Alexandro VII.* loco *Acolytorum Apoſtolicorum*, quorum Officia dictus Pontifex ſuppreſſit. Tom. 5. pag. 500. numer. 519. *Vid. V. Acolyti.*

VOTORUM COMMUTATIO.

Valida eſt Votorum Commutatio facta ab iis Confeſſariis, qui neceſſaria facultate præditi communiter exiſtimabantur. T. 4. p. 49. n. 8.

Diſpoſitio Text. in *Leg. Barbarius*, *ff de Officio Prætor.* procedit etiam in materia ſpirituali. *ibid.* n. 9. *Vid. V. Abſolutio a Reſervatis. V. Error Communis.*

De Indulto ab *Innocentio XII.* conceſſo Canonicis Collegiatæ Eccleſiæ S. Michaelis Arcangeli in *Monte Gargano*, & a *Clemente XI.* ampliato, deputandi certis anni temporibus Confeſſarios ab Ordinario approbandos cum facultate abſolvendi a Reſervatis, & commutandi Vota. T. 4. p. 51. n. 32.

Et de ſimili Indulto a *Clemente XI.* conceſſo Confeſſariis Eccleſiæ Cathedralis Compoſtellanæ. *Vid. V. Eccleſiæ Cathedrales particulares.*

URBIS BENEFICIA, & HOSPITALIA,

Vid. V. Beneficia Urbis. V. Hoſpitalia.

URBIS DISTRICTUS.

Vid. V. Curia Romana.

UXORATI.

Vid. V. Beneficia quoad vacationem per contractum Matrimonii.

F I N I S.

A.IT 1.316.225

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google